AURELII

AUGUSTINI

OPERUM

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

SEPTIMVS TOMVS

OPERVM D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTINENS RELIQVAM partem τῶν πολεμικῶν, id est, pugnas aduersus hæreses Donatistarum & Pelagianorum.

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO



BASILEÆ EX OFFICINA FROB.
ANNO M. D. XLII

1

esta corregido este libro, y borrado todo lo q̃ se ha allo de borrar cõforme al expurgatorio del S.to Off.o pro mulgado el año de 1584. firmelo por cõmissiõ delos muy illtres señores inquisidores de valld.d en fco netta, a 23. de junio, de 1586

Esta corregido este libro, y borrado todo lo q̃ se ha allado de borrar cõforme al expurgatorio del S.to Off.o pro mulgado el año de 1584. firmelo por cõmissiõ delos muy illtres señores inquisidores de valld.d en fco netta, a 23. de junio, de 1586

Esta expurgado este libro por Comission del Santo Off.o Segun el expurgato del año de 1612

Fray Andres de
Obispo de Ciudad

Universidad de Deusto
Biblioteca

Diui Augustini contra partem Donati,Psalmus. columna 5
Contra Epistolam Parmeniani.Lib.III col. 10
Contra literas Petiliani Cirtensis Episcopi Donatistæ. Lib. III col. 75
Contra Cresconium Grammaticum. Lib. IIII col. 201
Contra Gaudentij Donatistarum Episcopi Epistolam. Lib.II col. 333
Inuentus est tandē in duobus uetustissimis exemplaribus tertius quoque liber re sponsioni Gaudentij respondens, quem nunc adiecimus. col. 394
De baptismo contra Donatistas. Lib. VII col. 374
De unico baptismo contra Petilianum. Lib. I col. 494
De unitate Ecclesiæ contra Petiliani Donatistæ Epistolam. Lib. I col. 510
Opus breuiculi collationum cum Donatistis. col. 560
Post collationem contra Donatistas. Lib. I col. 593
Super gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo,sermo. col. 627
De gestis cum Emerito Donatistarum Episcopo. Lib.I col. 633
Contra Fulgentium Donatistam. Lib. I col. 642
De peccatorum meritis & remissione,ad Marcellinum. Lib. III col. 654
De natura & gratia contra Pelagianos. Lib. I col. 731
De gratia Christi contra Pelagium & Celestium. Lib. II col. 767
De nuptijs & concupiscentia ad Valerium Comitem. Lib. II col. 811
Contra duas Epistolas Pelagianorum ad Bonifacium. Lib.IIII col. 862
Contra Iulianum Pelagianum. Lib.VI col. 937
De anima & eius origine. Lib. IIII col. 1143
De prædestinatione & gratia. Lib. I col. 1208
Prosperi Epistola ad Augustinum de reliquijs Pelagianæ hæreseos col. 1221
Hilarij Epistola ad eundem de eadem materia. col. 1227
De prædestinatione sanctorum. Lib. I col. 1232
De bono perseuerantiæ. Lib. I col. 1259
De prædestinatione dei. Lib. I col. 1295
De gratia & libero arbitrio ad Valentinum. Lib. I col. 1298
Ad eundem de correptione & gratia. Lib. I col. 1325
Ad articulos sibi falso impositos,Augustini responsio. col. 1352
Contra Pelagianos Hypognosticon. Lib. VI col. 1359
De perfectione iustitiæ contra Celestium. Lib. I col. 1417

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AVRELII AVGV
STINI HIPPONENSIS EPISCOPI
CONTRA PARTEM DONATI,
Psalmus.

Hypopsalma ad singulas particulas huius psalmi.

5

OMNES qui gaudetis de pace, modo uerum iudicate. Abundãtia peccatorum solet fratres conL turbare. Propter hoc domin⁹ noster uoluit nos præmonere, Comparans regnum cœlorum reB ticulo misso in mare Cõgregauit multos pisces, omne genus hinc & inde, Quos cum traxissent ad littus, tunc cœperunt separare, Bonos in uasa miserunt, reliquos malos in mare. Quisquis recolit Euangelium, recognoscat cum timore. Videt réticulum Ecclesiam, uidet hoc seculum mare. Genus autẽ mixtum, piscis iustus est cum peccatore. Seculi finis est littus, tunc est tempus separare. Qui modo retia ruperunt, multum dilexerunt mare. Vasa sunt sedes sanctorum, quò non possunt mali peruenire. Repetitio. Omnes qui gaudetis, ut suB pra. Bonus auditor fortasse quærit, qui ruperunt rete? Homines multum superbi, qui iustos se dicunt esse. Sic fecerunt scissuram, & altare C contra altare. Diabolo se tradiderunt, cum pugnant de traditione. Et crimen quod commiserunt, in alios uolunt transferre. Ipsi tradiderunt libros, & nos audẽt accusare. Vt peius committant scelus quàm commiserunt & antè. Quod possent causam librorũ excusare de timore. Quod
Matt. 26 Petrus Christum negauit, dum terretur de morte. Modo quo pacto excusabunt factum altare contra altare. Et pace Christi concissa spem ponunt in homine? Quod persecutor non fecit, ipsi fecerunt in pace. Repetitio. Oẽs qui gaudetis, &c.

C Custos noster deus magne, tu nos potes liberare A pseudoprophetis istis, qui nos quærũt deuorare. Maledictũ cor lupinum contegunt ouina pelle. Nomen iusti ouina pellis, schisma est in luD pino corde. Qui nouerũt scripturas, hos solent circũuenire. Audiunt enim traditores, & nesciunt quid gestũ est antè. Quibus si dicã probate, non habent quid respondere. Suis se dicunt credidisse, dico ego mẽtitos esse. Quia & nos credimus nostris, qui eos dicũt tradidisse. Vis nosse q dicant falsum, qui nõ sunt in unitate? Olim iam causa finita est, q⁹ uos nõ statis in pace. Repetit.
D Omnes qui gaudetis, &c. Dixerũt maiores nostri, & libros fecerunt inde. Qui tunc causam cognouerunt, quod recẽs possent probare. Erant quidã traditores librorũ de sancta lege. Episcopi de Numida, & nõ quilibet de plebe. Cum Carthaginem uenissent Episcopũ ordinare, Inuenerunt Cæcilianum iam ordinatũ in sua sede. Irati sunt, quia ipsi non potuerunt ordinare. Erant

6

Botrus & Cælestius hostes Cæciliano ualde. Impij, fures, superbi, de quibus longũ est referre. Iunxerunt se simul oẽs, crimen in illum cõflare. Dicũt ordinatorẽ eius sanctos libros tradidisse. Sic pacis retia ruperũt, & errant modo per mare. Repetitio. Omnes qui gaudetis &c. Ecce E quàm bonũ & iocundũ fratres in unum habitare. B Audite uocẽ Prophetę, ut sitis in unitate. Crimen nobis quis probauit antiquũ de traditione? Quis obiecit in iudicio, qui sederunt iudicare? Quibus testibus cõuicit; quis ausus est affirmare? Sed hoc libenter finxerunt, quod se nouerãt fecisse. Quia fama iam loquebatur de librorum traditione. Sed qui fecerãt latebãt in illa perditione. Inde alios infamauerũt, ut se ipsos possent celare. Per illos cæteri errauerũt principes ex ipsa parte. Quia non credere collegis putauerunt turpe. Iã fratres, finit̃ error, & simus in unitate.

Repetitio. Oẽs qui gaudetis, &c. Fecerũt qd' F uoluerunt, tunc in illa cæcitate. Non iudices cõsederunt, nõ sacerdotes de more, Quod solent in magnis causis cõgregati iudicare. Nõ accusator & reus steterunt in quæstione. Nõ testes, nõ documentũ, quo possent crimẽ probare. Sed furor, dolus, tumultus, qui regnant in falsitate. Proferant̃ nobis gesta, quæ in consilio solent esse. Videamus quæ res coegit fieri altare contra altare. Si malus erat sacerdos, deponendus erat antè. Si non poterat deponi, tolerandus intra rete, Sicut modo toleratis tam multos malos aperte. Et qui fertis pro furore, ferretis unũ pro pace. Repetit. Omnes qui gaudetis, &c. Gaudiũ magnũ esset G nobis, si tunc nolletis errare. Si tũc nõ uisum est uerũ, uel nunc expertũ uidete. Multos nunc habetis prauos qui uobis displicẽt ualde, Nec tamen hos separatis à uestra cõmunione. Non dico de illis peccatis quæ potestis & negare. Fustes, ignes, mortes dico, quæ committunt uestri in luce. Et tamen sustinetis illos uel errore uel timore. Quantũ erat, ferrent unũ patres uestri pro unitate, Si tantus erat tumultus, ut nõ possent degradare. Addo q⁹ innocens erat, & nihil poterant probare. Sed ne crimen quæreretur ubi se uidebant esse. Finxerunt se nimis iustos, cũ totũ uellent perturbare. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Honores uanos qui quærit, non uult cum Christo H regnare, Sicut princeps huius mali, de cuius uocantur parte. Nam Donatus cũ uolebat Africam totã obtinere, Tunc iudices transmarinos petijt ab imperatore. Sed hæc tã iniusta petitio non erat de charitate. Hoc ipsa ueritas clamat, quã uolo modo referre. Nã cõsensit imperator, misit qui sederent Romæ Sacerdotes, qui tunc possent Cęcilianũ cũ illo audire. Dicta causa est,

nihil probatū est, ausus est & appellare. Et post collegarū sedē, audiri ab imperatore. Hic petitio illa probat nō esse de charitate. Deinde ubiq; uictus, cæpit Christianos rebaptizare. Repe..tio.

I Oēs qui gaudetis, &c. Iustitiā sequi si uultis, totā causam cogitate. Quod postea fecit, factū quare non est ante? Dissentiebant sacerdotes in tota Aphricana parte. Sacerdotes transmarini possent inde iudicare. Quid curritis ad schisma, & altare cōtra altare? Vt quod postea iudicatū est, iam non possitis audire. Et à iudicibus uestris congemini appellare, Dum uultis erroris regnū quoquo modo cōfirmare. Et nunc & uos totū noscitis, sed fingitis uos nescire. Et cum uos ueritas urget, patres dicitis errasse, Quasi uos aliqs uetet iam recedere ab errore, Sed superbia uos

K ligauit, in cathedra pestilentiæ. Repetitio. Oēs qui gaudetis, &c. Charitatē Christi qui habet, pacem non potest odisse. Vel uos iam populi audite, & uobiscū recordate. Qui nō tenetis cathedram pro qua pugnetis iniuste. Si modo Episcopi uestri ex una aliqua regione, Haberēt inter se litē quam uelletis iudicare: Nisi alterarū regionum, quoniā nō essent de ipsa lite, Sed cum discussissent causam pronunciarēt pro una parte: Nunq; cōmunicaretis, qui illis nollēt consentire, Nā & ipsi non consenserunt transmarinorū sententiæ,

Qui pro nobis iudicarunt, nā nobis iūgunt hodie. Si iudex Christus hoc dicat quid habetis respondere? Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c.

L Lumen cordis si est in uobis, uerū potestis uidere. Sunt preces Donati & acta, quibus quod dictū est probate. Quæ si credere nō uultis, uos huc aliqua proferte, Quibus & si nos non credimus, erit rixa sine fine. Amplectamur ergo pacē Christi, quid ad nos quod gestū est ante? Obijcitis traditionē: respondemus uos fecisse. Clamatis uos de Macario: & nos de Circūcellione. Illud nostrū iā transactū, uestri nō cessant usq; hodie. Habeat paleas area uestra, uos hoc solū uultis esse. Vos enim nō uultis pacē: illi minant de fuste. Et utinā minarent, & nō puderet quotidie. Hos si expellunt isti, uestri nō habēt per quos regnare possunt.

M Repetitio. Oēs qui gaudetis, &c. Modum si excessit Macarius conscriptū in Christiana lege,

Vel legē regis referebat, ut pugnaret p unitate.

Nō dico istum nihil peccasse, sed uestros peiores esse. Quis enim præcepit illis, per Aphricam sic sæuire? Nō Christus, nō imperator hæc probat permisisse. Fustes & ignes priuatos, & insaniā sine lege, Quia scriptū est, Reconde gladium, sceMatt.26 lus nō putant in fuste. Non ut homo moriat, sed ut conquassetur ualde, Et postea moriat, inde iā cruciatus languore, Sed tamē si miserentur, occidunt & uno fuste. Fustes Israeles uocāt, quod dixerūt cum honore. Vt plus uastent ipsum nomen q̄; corpus quod cædunt inde. Repetitio.

N Omnes qui gaudetis, &c. Nolite nobis iam fratres tempus Macarij imputare. Si crudeles erāt illi, & nobis displicent ualde. Si aūt falsa de illis dicunt, deus potest iudicare. Nos amemus pote

A statem Christi, gaudeamus in unitate. Si qui mali sunt in Ecclesia, nihil nobis possunt nocere. Si non possunt uobiscum esse, excludantur salua pace. Si non potuerunt excludi, excludant uel de corde. Dixit Ezechiel sanctus quosdā cōsignatos esse, Qui gemunt peccata fratrum, & non se separāt inde. Sic nos propter malos fratres, nō separemur à matre. Quod tunc impij fecerunt, extra leuantes altare. Vt peiores nunc haberēt, q̄; quod se fingunt fuisse. Repetitio. Omnes qui gaudetis, &c. Omnis qui scripturas legit, nouit O quod uolo aperire. Ioannes baptista dixit tunc Matt.3 ad Iudæos aperte, Quod illos tanq; aream suam Matt.3 Christus posset uentilare. Misit in messem operarios discipulos prædicare: Per quos area collecta est, & uentilata de cruce, Tunc iusti tanq; frumentum ecclesias impleuerūt caste, Vendētes quæ possidebant, & mundo dicētes uale. Illi tanq; semen erant, quod toto dispersum est orbe,

Vt alia surgeret messis, quæ uentilanda est in fine. Hæc crescit inter zizania, qui sunt hæreses ubiq;. Huius palea sunt iniusti, qui non sunt in unitate, Ex quib. si erat Macarius, nos quid uis rebaptizare? Repetitio. Oēs qui gaudetis &c.

P Pone in corde areas duas, ut possis quod dico in corde uidere. Certe & priores habebāt sanctos, sicut ostendunt scripturæ. Nā & septē milia uiro- 3.Reg.19 rorum deus se dixit reliquisse. Et sacerdotes & Rom.11 reges, multi iusti sunt in lege. Ibi habes tantos prophetas, habes multos de plebe. Dic mihi qs tūc iustorū separauit sibi altare? Multa scelera admittebat iniquus populus ille. Idolis sacrificatū est, occisi sunt Prophetæ, Et nemo tamē iustorū recessit ab unitate. Iusti iniustos sufferebāt, uenturo uētilatore. Vno tēplo miscebant, sed mixti non erāt corde. Dicebāt in illos tanta, & unum habebāt altare. Repetitio. Oēs qui gaudetis, &c.

Q Quid uobis ad hæc uidetur, secunda messis ecclesiæ, Quæ per totū orbem crescit, plura debet sustinere? Habet enim domini exemplū, & in Iuda traditore. Hūc inter bonos ferebat, hūc misit & prędicare. Malus seruus prędicabat, sed Christus erat in fide. Quia qui iudici credebāt, nō curabant de pręcone. Quando dedit sanctā cœnā, nec tunc illum excluſit inde: Et posset per illum

D tradi, etiā si inde exisset antè. Sed nobis exemplū datum est, malos fratres tolerare, Vt quando nō possunt excludi, solo separentur corde. Repetit. Omnes qui gaud. &c. Rogo respondere nobis, R q̄d uultis rebaptizare? Lapsos sacerdotes uestros pellitis à cōmunione. Et nemo tamen post illos ausus est rebaptizare. Et quoscunque baptizarunt, uobis cōmunicāt hodie. Quid ab eis acceperunt, si nō habebāt quid dare? Legite quomodo adulteri puniantur in sancta lege. Non enim dicere possunt, quod peccarunt à timore. Si sancti soli baptizāt, post istos rebaptizare. Quid calumniamini nobis, quia sumus in unitate? Qui non dum eramus nati in illa persecutione. Scriptum est, Peccata patrū ad filios non pertinere.

Sed nemo dat fructum bonum, si pręcisus est de

uite

S uite. Repetitio. Oēs qui gaudetis,&c. Scitis catholica quid ſit, & quid ſit præciſum à uite.

Si qui ſunt inter uos cauti,ueniant,uiuant in radice. Anteq; nimis areſcāt,iam liberent ab igne. Ideo nō rebaptizamus, q; unū ſignum eſt in fide. Non quia uos ſanctos uidemus, ſed ſolā formā tenere. Quia ipſam formam habet ſarmentū,quod preciſum eſt de uite. Sed quid illi prodeſt forma, ſi nō uiuit de radice? Venite fratres, ſi uultis ut inſeramini in uite. Dolor eſt cū uos uidemus præciſos ita iacere. Numerate ſacerdotes,uel ab ipſa Petri ſede, Et in ordine illo patrū, quis cui ſucceſſit uidete. Ipſa eſt petra, quā non uincunt ſuperbæ inferorū portæ. Repetitio. Oēs qui &c.

T Talis ſi quis adueniat, plenus catholica fide,
Quales illos ſanctos uiros oēs ſolemus audire.
Et ſi tibi dicat, frater, quid me uis rebaptizare?
Quid ſit antè factū neſcio:nunc aūt ſum in Chriſti fide. Si me maculat quod neſcio, tu qualis ſis nunc oſtende. Vultus tuus ecce attēdo, ignoro quid ſit in corde. Si me maculat quod neſcio,tu me maculas fortaſſe. Et ſi credo eſſe ſanctū, quibus cōmunicas uide. Si maculat quod neſcimus, iam non potes ſanctus eſſe, Quem maculant tot peccata, quæ cōmittunt ueſtri occulte. Si autē quod neſcis nō curas, nec ego quod factū eſt antè.

Et tamen Chriſtianū talē audes rebaptizare.

Repetit. Omnes qui gaud. &c. Vę qui pro cathedris ueſtris ſic cōtēditis iniuſte, Clamatis uos ſolos ſanctos, aliud dicitis in corde. Quia uidetis & uos multos malos abūdare ubiq;. Nunquid dicere poteſtis, mixti ſumus intra rete? Reſpondet enim uobis, iam uos illud dirupiſſe. Neq; dicere poteſtis, paleas uos ſuſtinere. Iterū reſpōdemus, hoc feciſſetis & antè. Nō enim peiores erant illo Iuda traditore, Cū quo Apoſtoli acceperūt primum ſacramentū cœnæ. Cū tanti ſceleris reum inter ſe iā ſcirent eſſe, Nec tamē hos inquinabāt ſordes in alieno corde. Et tamen Chriſtianos fratres audetis rebaptizare. Repetit. Oēs qui gaudetis, &c. Audite fratres quod dico, & mihi ira ſci nolite, Quia non ſunt falſa quæ auditis, poteſtis & cōſiderare. Quid ſi ipſa nūc Eccleſia uos alloquatur cum pace, Et dicat, O filij mei quid querimini de matre? Quare me deſeruiſtis? iam uolo à uobis audire, Accuſatis fratres ueſtros, & ego laceror ualde. Quando me premebāt gentes, multa tuli cum dolore. Multi me deſeruerūt, ſed fecerunt in timore. Vos uero nullus coegit ſic cōtra me rebellare. Dicitis mecū uos eſſe, ſed falſum uidetis eſſe. Ego catholica dicor, & uos de Donati parte. Iuſſit me Apoſtolus pro regibus mundi orare: Vos inuidetis q; reges iam ſunt in Chriſtiana fide. Si filij eſtis, quid inuidetis, quia auditæ ſunt preces meę. Quando enim dona miſerunt, noluiſtis acceptare. Et obliti eſtis prophetas qui illud prædixerūt ante. Quod gētiū reges magni miſſuri eſſent dona Eccleſiæ, Quæ dona cum reſpuiſtis, oſtendiſtis uos non eſſe. Et Macarium coegiſtis ſuum dolorem uindicare. Sed ego quid uobis feci, ueſtra mater in toto orbe? Ex pello malos quos poſſum, quos non poſſum cogor ferre. Fero illos donec ſanentur aut ſeparentur in fine. Vos me quare dimiſiſtis, & crucior de ueſtra morte? Si multum malos odiſtis, quales habetis uidete. Si & uos toleratis malos, quare non in unitate? Vbi nemo rebaptizat, nec altare contra altare. Malos tantos toleratis, ſed nulla bona mercede, Quia quod debetis pro Chriſto, pro Donato uultis ferre. Cantamus uobis fratres pacem, ſi uultis audire. Venturus eſt iudex noſter, nos damus, exigit ille.

FINIS

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONtra Epiſtolam Parmeniani, Liber primus.

VLTA quidē & alia aduerſus Donatiſtas pro uiribus quas dominus præbet, partim ſcribendo, partim etiam tractādo diſſerui: nunc autē qm incidit in manus noſtras Parmeniani quondam Epiſcopi eorū quædā Epiſtola, quę ſcribitur ad Ticoniū, hominem quidē & acri ingenio præditum, & uberi eloquio, ſed tamen Donatiſtam, cum eū arbitraretur in hoc errare, quod ille uerum coactus eſt confiteri, placuit petentibus, immo iubentibus fratribus, ut huic eidem Parmeniani Epiſtolæ reſponderem, propter quædā maxime quæ de ſcripturis teſtimonia non ſicut accipienda ſunt, accipit. Ticonius enim omnibus ſanctarum paginarum uocibus circumtuſus euigilauit, & uidit eccleſiam dei toto orbe diffuſam, ſicut de illa tanto ante per corda & ora ſanctorum præuiſum atq; prædictum eſt. Quo præcepto ſuſcepit aduerſus ipſos ſuos demonſtrare & aſſerere, nullius hominis quamuis ſceleratum & immane peccatum præſcribere promiſſis dei, nec id agere quorū libet intra Eccleſiam conſtitutorum quamlibet impietatem, ut fides dei de Eccleſia futura & diffundenda uſque ad terminos orbis terræ, quæ in promiſſis patrum retenta & nūc exhibita eſt, euacuaretur. Hoc ergo Ticonius cum uehementer copioſeq; diſſereret, & ora contradicentiū multis & magnis ac manifeſtis ſanctarum ſcripturarū teſtimoniis oppilaret, non uidit quod cōſequenter uidendum fuit, illos uidelicet in Aphrica Chriſtianos pertinere ad eccleſiā toto orbe diffuſam, qui utiq; non iſtis ab eiuſdem orbis communione atq; unitate ſeiūctis, ſed ipſi orbi terrarum per communionem connecterentur. Parmenianus autē cęteriq; Donatiſtæ uiderunt hoc eſſe conſequens, & maluerūt ſuſcipere obſtinatiſſimū animum aduerſus

Caput I

Universidad de Deusto
Biblioteca

apertissimã ueritatem quam Ticonius asserebat, quàm ea concessa superari ab Aphricanis Ecclesiis, quæ illius unitatis quam Ticonius asserebat, communione gauderent, unde se isti separassent. Et Parmenianus quidem primo eum per Epistolam uelut corrigendum putauit, postea uero ex concilio eorum perhibet damnatum. Epistolę itaque Parmeniani quam scripsit ad Ticonium, reprehendẽs eum, quòd Ecclesiam prædicaret toto orbe diffusam, & admonens ne facere auderet, hoc

Caput II opere statuimus respondere. Illud itaq; primum uideamus, quale sit, quòd Gallos & Hispanos & Italos & eorum socios, quos utiq; totum orbem uult intelligi, traditoribus Aphricanis commercio scelerum & societate criminum dicit esse consimiles. Homini enim de scripturis sanctis proferenti tam multa & tam ingentia documẽta, ipse sine documentis loquit̃, & uult nihil probans credi sibi, inuitans eum uidelicet ad imitationem sui, quia & ipse quibusdã coepiscopis suis contra tot Ecclesias per tantã latitudinẽ terrarum omniũ cõstitutas, nõ nisi loquentib. credidit. Qua credulitate quid magis temerariũ reperiri potest? Dicit em̃ legatione functos quosdã, sicut ipse asserit, fidelissimos testes ad easdẽ uenisse prouincias, deinde geminato aduẽtu sanctissimorũ, sicut ipse dicit, domini sacerdotum, dilucide, plenius ac uerius publicata esse quæ obijciunt, homo putans sibi magis credi debere q̃ deo. Profert Ticonius diuini testamẽti tonitrua, quod factũ est in promissione Abrahæ,

Exod.3 Isaac & Iacob, quorũ se deum testatur dicens, Ego sum deus Abraham, deus Isaac, & Iacob, hoc nomen est mihi inæternũ. Et iste opponit narrationes consacerdotũ suorum. Quid dictũ est ad Abrahã? In semine tuo benedicẽtur omnes gentes. Quid dictum est ad Isaac? In semine tuo benedicetur o-

Gen.12.22. & 26,28 mnes gentes terræ, pro eo quòd audiuit Abrahã pater tuus uocem meam. Quid dictum est ad Iacob? Ego sum deus Abrahæ patris tui, & deus Isaac, ne timeas. Terram enim supra quam dormis, tibi dabo & semini tuo, & erit semen tuum sicut arena maris, & replebitur in mare & in Aphricum & in Aquilonem & in Orientem, & benedicẽtur in te omnes tribus terræ in semine tuo. Ne autem de Iudæis dictum putent, quid sit semen Abrahæ, in quo dictum est, benedicendas omnes gentes,

Gal.3 exponit Apostolus, Abrahæ, inquit, dictæ sunt promissiones & semini eius, non dicit, & seminibus, tanquam in multis, sed tanquam in uno, & semini tuo qui est Christus. In Christo ergo omnes gentes benedictionem habituras, tanta authoritate promissum est, tanta exhibitum ueritate, & contradicunt qui se Christianos dici uolunt. Et contra hoc quid opponunt? Legatione ait functi quidam fidelissimi testes ad easdem prouincias uenerunt: de ingeminato aduẽtu sanctissimorum domini sacerdotum, dilucide, plenius ac uerius esse publicatum. Quid quæso te, quid per ipsos fideles testes, quos uultis deo esse fideliores, quid publicatũ est? An quia per Aphros traditores semẽ Abrahę, quod est Christus, non est permissum peruenire usq; ad omnes gentes, & ibi exaruit quò peruenerat? Dicite iam magis collegis uestris credendum esse q̃ testamento dei. Et hoc dicentes ipsum testamentum uos à flamma conseruasse gloriamini, quod lingua delere conamini. Sed eligat quisque quod placet, & si contra cœlestia fulgura mendacij terreni fumus aliquid pręualet, dimisso cœlo euanescat in uentos. Si enim Parmenianus cathedræ suæ non faueret, magis eligeret scripturæ dei credere quàm collegis suis. Deus enim dicit ad Ia- Gen.28
cob, Non relinquam te donec faciam quę locutus sum tecum. Istos autem multo est utiq; credibilius, quia iam iusto iudicio fuerunt improbati ad sociandam communionem illis partibus, ubi iam de us cõplebat quod promiserat patribus, nõ esse admissos, & propterea de sanctis sacerdotibus dei, à quibus recipi nõ meruerant, iactasse talia quibus infirmos animos deceptarũ à se plebium falsis rumoribus agitarent, & temere credulas mentes superbia sui nominis irretitas, ab orbis terrarũ pace dirumperẽt. Quid hac stultitia, imò uero demẽtia reperitur insanius? In tot gentibus orbis terrarũ & ex magna parte compleuit deus & adhuc cõplet, donec ad omnes omnino ueniat, quod promisit qui dixit, Non relinquam te donec faciam quæ locutus sum tecum, Et isti iam credunt nunciantib. non impleri quæ promisit deus, & ideo ex partib. terrarum, in quibus iam impletum erat periisse Abrahæ semen, quod est Christus, & euacuatas promissiones dei, quia ipsi nõ sunt admissi ad eorum communionem, apud quos hoc iam retinebat orbis impletum, & non eis dicitur, solus deus uerax, Psal.115
omnis autem homo mẽdax. De uestro ista dicitis, Ioan.8
Quia qui loquitur mendacium, de suo loquitur: uos autem sicut homines mẽtimini, quia sicut homines irascimini. Non eis hoc dicitur, sed insuper creditur eis, de orbe terrarum, quem possidere iam cœperat periisse Christum. Et quia hoc credũt cum impudenter dicant Christiani sumus, audent

Caput III dicere, nos soli sumus. Dicit etiam Parmenianus, hinc probari conscelleratum fuisse orbem terrarum criminibus traditionis, & aliorum sacrilegiorum: quia cum multa talia fuerint tempore persecutionis admissa, nulla propterea facta est in ipsis prouincijs separatio populorum. Quasi fieri non potuerit ut partim latuerint mali, neque fuerint accusati, ut possent sine ullã temeritate damnari: partim etiam fuerint proditi atque damnati. Et quia rebus manifestis non arguebantur, ab Ecclesiis perturbandis diuidendisq; cessauerint: atque ita factum sit, ut cum quidam non accusarentur, quædam uero incerta crimina pro certa pace deo dimitterentur: quædam autem ita manifesta & cõuicta damnarentur, ut nullus damnatus posset simulata innocentia decipere populos, nequaquam unitatis uinculum rumperetur. Neque enim & in Aphrica fieret hoc tam immane præcisionis malum, nisi magis factio falsa fingentium, quàm ratio uera conuincentium pręualeret. Legant qui uolunt quæ narrat, & quibus documentis quàm multa persuadeat uenerabilis memoriæ Mileui-

tanus

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanus episcopus catholicæ communionis Optatus, siue de Lucilla pecuniosissima tunc & factiosissima fœmina, quam pro ecclesiæ disciplina sanctus Cæcilianus adhuc diaconus lęserat: uel de cæteris factiōis eius cōsortibus, siue furibus ecclesiastici argenti, siue ad episcopatum se nō peruenisse dolentibus, & sibi prælatum Cæcilianum insidijs quibus poterāt infectātibus, siue de Numidis episcopis, quos ista factio cōuocauerat ad perniciem Cæciliani, ut illo depositio alter eis ordinaretur. Qui uenientes cum primate suo tunc Secūdo Tigisitano, & alijs quibus traditionis confessa crimina Secūdus ipse donauerat, ueluti paci consulēs, sicut ecclesiastica gesta testantur, absentem Cæcilianum sine ulla dilatione diligentioris inquisitionis, nullo responsionis loco seruato, traditorē esse censuerūt: ut ei uidelicet obessent absenti traditionis crimina tantūmodo obiecta, cum sibimetipsis præsentes confessa donauerint. Ita contra sedentē in cathedra, cui totus orbis Christianus in trāsmarinis & lōge remotis terris, & in ipsis Aphricanis grauioribus, & aduersus eiusmodi fallacias robustioribus cōmunicaret ecclesijs, episcopum alterū ordinauerūt, ut possent pro suo facto cōtradicere promissionibus dei, ne in semine Abrahæ benedicerentur omnes gētes, ut eas etiā partes orbis terrarum à traditoribus Aphris inquinatas dicerēt, quæ nec Cæciliani nomē audissent. Insuper etiam cōtra orbē terrarū dicentē, quod ciuibus tuis obijcis, nec cognoscere potui, nec damnare incognitū debui, aut certe quomodo se haberet eius uita: quam tamen isti de nullo crimine conuicerunt, ille tanq̄ innocens audisset, proferunt testimonium
Rom. 1 Apostoli dicētis. Non solum qui faciūt, sed etiam qui consentiunt facientibus. Parū ne eis fuit tot & tātos Christianos populos damnare inauditos, nisi etiam cōtra Apostolum ipsum eius quidem uer
1. Cor. 11 ba, sed nō eius intellectū depromere auderent? Si enim hoc est consentire malefacientibus, esse cum eis in ecclesia, cōsentiebat etiā ipse falsis fratribus, inter quos se periclitari contestabatur, & quos nō caste, sed per inuidiam sine charitate prædicantes
Phil. 1 euangelium, præ dicare tamē permittit. Si autem nihil est aliud consentire malefacientibus, nisi mala facta eorum approbare atq̄ laudare, exēplo Apostoli, orbis terrarum non cōsentiret criminibus Aphrorum, etiam si ea cognita pro pace ecclesiæ D toleraret, quem tamen ea cognouisse isti non probant, etiam si uera fuisse probare potuissent.

Cap. IIII Frustra itaq̄ dicit Parmenianus damnatos in Aphrica traditores in cōsortium damnationis acceptos à prouincijs trāsmarinis. Hoc em̄ est quod credere non debemus, ne temeritate sacrilega totū orbem terrarum in Christi unitate fundatum, ex istorum falsa criminatione damnemus, potius q̄ ex uera dei promissiōe diligamus. Quid enim magis credendum est: quod dixit deus, In semine tuo
Gen. 12. & 22. & 26 benedicentur omnes gentes: an quod isti dicunt, In semine traditorum Aphrorum maledicētur omnes gentes: ut plus ualeat quod cōmisit iniquitas, quàm quod pollicita est ueritas? Cur ergo nō A potius credimus, quòd illi qui recepti sunt in communionem à prouincijs trāsmarinis, aut innocentes opprimi non potuerūt à calumniatoribus, qd̄ multis documētis probabilius persuaderi potest: aut certe cum conuinci non possent, etiam si mali fuerunt innocentes creditī, sine ulla suscipiētium cōtaminatione susceptī sunt? Quid q̄ etiam si per malos fratres, quales Apostolus in ecclesiæ unitate tolerauit, quales martyr Cyprianus in epistola De lapsis gemit? si ergo per tales fratres etiam in iudicum numero constitutos, actū esset aliqua praeuitate, ut traditores excludi, nec cōuinci possent, & Christianus orbis simulata eorum innocentia falleretur, nullo modo suam innocētiam perdidisset. Quod enim de Osio dicūt Cordubensi quondam catholico episcopo, flagitandum est ut pro-
B bent non solum talem illum fuisse qualem dicunt, sed quod talis fuerit manifestum illis fuisse quibus eum communicasse asserunt. Hoc enim nisi probauerint, frustra dicunt se scisse qualis fuerit, quia nescientibus obesse non potuit, à quibus se isti innocentibus separādo, propter ipsam separationis sacrilegam iniquitatem innocentes esse non possunt. Hoc enim magis credibile est, si tamē Osius ab Hispanis damnatus, à Gallis est absolutus: sic fieri potuisse ut falsis criminationibus Hispani circumuenti, & callida insidiarum fraude decepti, cō tra innocentem ferrent sententiam, & postea paci fice in humilitate Christiana cederēt sentētiæ collegarum, quibus illius innocētia comprobata est, ne peruicaci & animosa peruersitate priores suas
C sententias defendendo, in sacrilegium schismatis, quod omnia scelera supergraditur, cæcitate impietatis irruerent: sicut isti miseri fecerunt, & nec sero saltem totiens diuisi atq̄ conscissi sentiūt quod fecerunt. Satis igitur satisq̄ declarant unde insanabiles facti sunt, uidelicet ne sentētias suas quas in absentem Cæcilianum temere protulerunt, condemnare cogerentur, etsi transmarino iudicio ubi à Cæciliano præsente superati sunt, consideratione ueritatis & pacis acquiescerēt, maiorem reportaturi uictoriam, si animositatē humanam saltem post iudicium, q̄ si hominem in ipso iudicio superarent. Nam illa uictoria præcelsior, & triumpho celsiore plenior, quasi non solum de homine uno uicto, sed de uniuersa subiugata ciuitate refe-
D ratur, dicēte scriptura, Melior est qui uincit iram, Prouerb. 16 quàm qui capit ciuitatem. Illi ergo hominem uincere cupiebant quos ira uincebat. Et quia hominem uincere nequiuerunt, & ab homine & ira superati sunt. Ab homine, quia in iudicio uicti sunt: ab ira, quia nec uicti quieuerūt, prauissimo corde uel audiētes uel legentes Apostoli sententiam dicentis, Si enim quæ destruxi hæc iterum ædifico, Gal. 2 præuaricatorem meipsum constituo. Quæ uerba scilicet si tā sinistro animo ipse Apostolus intelligeret, nec christianus nec apostolus fieret, nec prędicator ædificaret ecclesias, quas persecutor ante destruebat. Nusquā itaq̄ isti se tam aperte indicarunt, cur nec superati corrigi uoluerūt, q̄ cum detestātur Hispanos, quòd post sentētias suas aliter

Universidad de Deusto
Biblioteca

prolatas, collegarum discussioni posteriorique iudi A cio cesserũt. Quàm enim hoc factum est de mãsue tudine christiana, tã illud de contentione diaboli ca: & ideo non mirũ quòd ista humilitate pax custodita est, & illa elatione dirupta. Proinde illis recte redditur quod fecerunt, Docuerunt enim talia *Maximiniani* posteros suos. Nam & Maximinianistæ non ob a- *stæ* liud in trecẽtorum & decem collegarum suorum, à quibus Primianus, quem primo ipsi damnauerunt, innocens iudicatus est, iudicio cõsedere noluerunt, nisi pro dicta cõtumacia sententiã apostolicã imperitis opponẽdo & dicẽdo, Si enim quæ destruxi hæc eadem ædifico, prẽuaricatorem meipsum constituo. Destruxerant enim centũ collegę Primianũ, & eũ ꝓpterea cũ trecẽtis rursus ędificare noluerunt. Ita cum se cauere fingunt ne hominẽ ædificẽt quẽ destruxerãt, seipsos malo schis- B matis sacrilegi destruxerunt. Sed tamen si uiueret Parmenianus, non auderet iam reprehendere Hispanos, & eos appellare prævaricatores, quia sententia sua in collegarum sententiã defluxit, ne ipsi offenderẽt collegas suos, qui multi Primiano iam à se damnato in melius correcti, ad trecentorum conciliũ transierũt, magis eligentes cõtra suas proprias uenire sentẽtias, q̃ contra pacem unitatis, etiam in parte Donati: & maxime Prætextato Assuritano, & Feliciano Mustícano parceret Parmenianus, qui etiã dãnati à trecẽtis & decẽ coepiscopis suis, ad eosdem ipsos à quibus damnati fuerãt, studio concordiæ redierunt, & à suis dãnatoribus eodem studio sine ullo sui honoris detrimẽto, pro pace susceptí sunt, nec quisquã rebaptizandos putauit, qui fuerant ab eis foris in schismate baptizati. An forte quia multũ displicẽt Parmeniano qui *Gal. 2* corrigunt sentẽtias suas, & eos, nõ intelligẽs Apostolũ, prævaricatores uocat, detestaretur eos, quia intrò redire q̃ foris remanere maluerunt, & adiũctis sib nonnullis similib. socijs, etiã Parmenianistas crearet, sicut iã multa frusta de isto frusto per totam Aphricam facta sunt. Sic sic necesse est, ut minutatim secti conscissiq; dispereant, qui tumorẽ animositatis suæ catholicæ pacis sanctissimo uinculo prætulerunt. Neq; enim tã timenda sunt quæ comminatur Parmenianus, quàm intuenda quæ *Cap. V* cõfitetur. Cum enim diceret per Osium Hispanum adiutorium præstitum Cæciliano, ut ad eorum communionem sanctorum & illibatorũ numerus cogeretur, & huic impietati fidem seruorũ dei integram restitisse, ultro passus est suos ipsos adisse Constantinum, & arbitrio eius à iudicibus episcopis causam cognitam, quibus præfuit Meltiades Romanæ urbis episcopus. In quo iudicio sicut ecclesiastica gesta testant quia uicti sunt isti, & innocens Cæcilianus inuentus est, eundẽ Meltiadem crimine traditionis accusant. Quod quero quomodo cognouerint? Si enim ante iudicium, non sibi præiudicare debuerunt, ut apud talem iudicem causam agere inciperent, etiam ex præcepto imperatoris quem ipsi adierant, tale subiere iudicium. Si autẽ post dictã causam prolatamq; sententiam eum traditorẽ didicisse perhibent, usque- C adeo demẽtes sunt homines, ut ducentos iudices apud quos uicti sunt, uictis litigatoribus credant esse postponendos. Et tamen in his omnibus quãuis magna temeritate, Italos, Gallos & Hispanos accusant, relictis cæteris tam multis prouincijs atque gentibus, à quibus nefando sacrilegio separati sunt, quibus uticq; obesse nõ possent crimina Italorum, Hispanorum atq; Gallorum, etiam si uera dicerẽtur: iam enim cæteras terras cæco more, uel potius furore arguunt, & eis irascuntur: quia cum duæ partes essent in Aphrica, una, inquiunt traditorum, & altera innocẽtium, traditores sibi q̃ innocentes adiungere maluerunt. Quæ una commi natio breuissime atq; iustissime ita refellitur, quia cum duas partes audissent esse in Aphrica, unã traditorum, alteram innocentiũ, eam innocẽtem esse crediderunt, quę causam suam apud uicinos eccle siasticos iudices obtinuerat. Quapropter illi semper innocentes manserunt, qui nescientes quẽadmodum ista in Aphrica gesta sint, id tamen crediderunt quòd pacifice ac religiose credere debuerunt, à quibus innocẽtibus separatio nullo modo innocens esse potuit. Fatetur etiam Parmenia- *Cap. VI* nus ad Arelatense oppidũ, & episcopos iudices & partes ex Aphrica conuenisse, Cæcilianum scilicet atq; Donatistas, ubi omia suis credidit, qui nihil uicti potuerunt de iudicibus conqueri: nec tamen negat rursus eos ad Constantinum uenisse. Et quia ibi quoq; ultimo iudicio superati sunt, etiam ipsum gratia corruptũ esse criminatur. Quibus omnibus cõsideratis, qui sine studio partium C iudicat, eliget quibus credat, utrum iudicibus sententias proferẽtibus, an litigatoribus contra quos prolatæ sunt, litem finire holentibus. Certe orbis terrarum iudicibus credidit. Qui autem Donatistis consentiunt, eosq; defendunt, fatentur se illius ecclesiæ esse, quæ causam suã, qualiscunq; illa fuerit, non potuit tamen in transmarinis tot disceptationibus obtinere, & eorum aduersus iudices murmura & crimina, credula uanitate suscipiũt. Qua in re si innocentes se dicunt, & eos quos superatos scimus: quanto innocentiores sunt qui temere alí quid mali de ipsis iudicibus credere nolũt, de quibus necesse est ut qui uicti fuerant conquerantur. Non solum enim qui bonam causam perdidit, de iniquo uel tardo uel negligẽti iudice queritur, sed D etiã qui iustissime uictus est, ea cæcitate de innocẽte iudice murmurat, qua cæcitate cũ innocẽte aduersario litigabat. Quapropter isti non ideo scelerati sunt, q̃a de omnibus uictis nolũt temere aliq̃d credere: sed ideo q̃a se furore schismatis pręciderũt ab eis innocẽtibus, q̃ multo rationabilius nolũt tale aliquid de ipsis iudicib. credere. Existat eñ aliqua illarũ partiũ in nomine Christi nobilissima ec clesia, uel ex illis septẽ, etsi placet potissimũ Philadelphia, quę de mystico nomine per linguã Greçã fraternã intimat charitatẽ. Audiamus igitur uocẽ *Apo. 3* eius, nec eius palea loquatur, sed frumentũ. Si ergo dicat istis, quid in me arguitis fratres, quid ac- *Prosopopœia* cusatis? quãto interuallo secundũ terrenũ locũ ab Aphrica remota sim, partim nosse, partim audire potuistis

potuistis. Quid ibi tũc siue traditores, siue traditorũ uel accusatores uel dãnatores, siue innocẽtium uel calũniatores uel oppressores egerint, prorsus ignoro. Sed ille dominus noster qui emit totũ mũdum precio sanguinis sui, cuius sancta cõmercia
Psal.21 prophetata tanto antè cecinit, dicẽs, Foderũt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea, Ipsi uero cõsideraueũt & inspexerũt me, diuiserũt uestimenta mea, & super uestẽ meã miserunt sortem, Inter nos & uos non spatia constituit uacua & nuda Christianis, impleuit hæc oĩa sanctificatiõe nominis sui: in ipso quippe psalmo passionis, nõ solũ quãti, sed etiã quantũ emerit declaratũ est: ibi enim paulopost dicitur, Reminiscẽtur & conuertentur ad dominũ uniuersi fines terrę, & adorabunt in conspectu eius uniuersæ familiæ gẽtium, quoniam ipsius est regnum, & ipse dominabitur gentium. De causa itaq; nostra tunc fortasse cogerer iudicare, si uel uicina essem, uel ita remota, ut inter nos & uos nõ habitarẽt alij Christiani eodẽ nomine signati, eadẽ unitate pacati. Multæ interiacent patriæ gentium, simul mecũ emptæ illius sanguine, in cuius cõspectu mecũ pariter adorant. Per illas ad me transit fama de uobis, ipsæ de uicinitate causam uestram examinare potuerunt. Quod si nõ est factũ, uos neglexistis. Neq; eĩ neglecti à cæteris, nõ usq; ad nos etiã ueniretis. Si autẽ aliquid iudicatũ est, date uentã. Non audeo uobis superatis temere credere, & iudices uestros eadem temeritate damnare. Accedit huc aliud quod me plurimum moueat, quia si uos innocentes oppressi essetis, nos saltẽ fratres qui nihil uobis nocuimus, amaretis. Cum uero nos qui bene nobis cõscij sumus, causam uestrã uicinis uestris recto ecclesiæ iure cõmissam fuisse dicamus, qui corã deo sciũt quẽadmodũ iudicauerint, lacerare tamẽ maledictis, & acerbis odijs insectari, & quasi propter uos Christus apud nos hæreditatẽ perdiderit suã, etiã rebaptizare conamini, quid boni de illa uestra causa sentire poterimus? Qui enim longe remotissimos fratres temerarijs suspicionibus damnare minime dubitatis, cq; iuste à uicinis uestris damnati fueritis, ostenditis. Cur enim nõ credã recte damnari potuisse à uicino iudice auditum, qui me fratrem tã longe absentẽ damnare non dubitat inauditũ, hoc mihi obijciens maximum crimen, quoniam qui præsens esse non potui, eis ad quos causa perducta est, iudicibus potius cq; uictis litigatoribus credidi? Quibus iudicibus si non potius credidissem, etiã si illi qui uicti sunt innocentes essent, ego innocens esse non possem, Magno enim delicto implicaremur, si cũ corda humana nõ cernere-mus, nec disciplinã ecclesiasticam teneremus, cum eis nollemus iudicantibus credere, ultra quos nõ potuit causa transire, & per quos potuit ad nos fama percurrere. Ab istis innocẽtibus impia te direptione discindis, & innocentẽ te dicis: quod utiq; si esses, cũ uideres in scripturis sanctis messem domini dei tui ante ultimã segregationem & uentilationẽ, à zizanijs & palea non posse separari, eligeres potius fortis esse in tolerandis malis, cq; impius in deserendis bonis. Cur enim ecclesiarum per orbem longe remotarũ, non putamus esse istas & cq; iustissimas uoces, quas in Philadelphia figurauit?

Quinetiam audet cõqueri Parmenianus, quòd eos Constantinus ad campum, id est ad suppliciũ duci iussit: q; uicti apud ecclesiasticos iudices, nec apud ipsum quæ dicebãt probare potuerũt, & adhuc in sanctæ ecclesiæ præcisionẽ sacrilego furore ferebantur: & hoc eũ tanq; immaniter iussisse, Hispano Osio suggerente criminatur, suspicionibus uidelicet suis sicut semper, damnando inauditos. Quasi uero nõ humanius ac probabilius alius crediderit Osio tanquã episcopo suggerẽte potius factum, ut in leniorẽ coertionẽ quamuis immanissimi sceleris, id est sacrilegij schismatis, sententiã flecteret imperator. Quid enim non isti iuste patiuntur, cum ex altissimo dei præsidentis, & ad cauendum ignem æternum flagellis talibus admonẽtis iudicio patiuntur, & merito criminum, & ordine potestatum? Prius enim probent se non esse hæreticos uel schismaticos, tum demũ de indignis pœnis suis liuidam emittãt uocem, tum demũ sese audeant cum mali aliquid patiuntur, ueritatis martyres dicere. Alioquin si quisquis ab imperatore uel à iudicibus ab eo missis pœnas luit, continuo martyr est, omnes carceres martyribus pleni sunt, omnes catenæ iudiciariæ martyres trahunt, in omnibus metallis martyres ærumnosi sunt, in oĩes insulas martyres deportantur, in omnibus pœnalibus locis iuridico gladio martyres feriuntur, ad omnes bestias martyres surriguntur, aut iussionibus iudicum uiui ignibus cõcremãtur. Si autem, sicut dicit Apostolus, non est potestas nisi à deo, & minister dei est, uindex in iram eius qui male agit, nec sine causa gladium portat: Vis non timere potestatem? Bonũ fac, & habebis laudem ex illa: bonus quicquid passus fuerit, laus illi prouenit ex potestate facientis: malus uero qui merito patitur iniquitatis, non deputet sæuitiæ potestatis. Et tamen quid tale isti patiuntur, quale faciunt, nisi quia hominum multitudo non in corde cor habet, sed in oculis? Nã si sanguis exit de carne mortali, quisquis aspicit exhorrescit, Si pro pace Christi præcisæ animæ atq; separatæ in hæresis uel schismatis sacrilegio moriuntur, quia non uidetur, non plangitur, imò uero mors tetrior atque luctuosior, & ut planè dixerim, uerior, iure consuetudinis deridetur: cum authores tantarum mortium publice insultant, & nec ueritatis manifestandę causa sermonem nobiscum cõferre dignantur, Et si quid temporalis molestiæ passi fuerint per certissimum atq; rectissimum ordinem potestatum, cum ipsi priuatis furiosorum agminibus multa grauiora passim atq; quotidie, nulla regia, nulla ecclesiastica lege committant: nos corporum persecutores uocant, se animarum interfectores nõ uocant, cum priuata licentia nec corporibus parcant. Sed quia semper per mansuetudinem Christianam multo seuerius oculo iudicatur euulsus in lite, quàm animus excæcatus in schismate, & aduersum nos loquũt, & nobiscum loquuntur, & cum eos obmutescere

Cap. VII

Rom. 13

compellat

Universidad de Deusto
Biblioteca

compellat ueritas, silere non permittit iniquitas. An forte de religione fas non est ut dicat imperator, uel quos miserit imperator? Cur ergo ad imperatorẽ uestri uenere legati? Cur eum fecerunt causæ suæ iudicem, non secuturi quod ille iudicaret? Sed quorsum illa dicũtur? nunquid nam etiam si obtineant nõ pertinere ad imperatorem aduersus eos aliquid statuere, qui praua in religione sectantur, & propterea si interfecerit eos, quos punierit martyres erunt? Hoc enim modo ista hæreticis omnibus uox patebit, in quos ex occulto imperio dei, per manifestũ hominũ imperiũ multa quibus coercerẽtur, seuerissime cõstituta sunt, nec solũ hęreticis quoquo modo saltẽ Christiano nomine dealbatis, sed etiã ipsis paganis. Nam utiq; & ipsi falsa religione sunt impij, quorum simulachra euerti atq; cõfringi iussa sunt recentibus legibus, inhiberi etiam sacrificia sub terrore capitali. Si quis ergo eorum damnatus in tali crimine fuerit, martyr cõtinuo æstimandus est, quia pro superstitione quã piã religionẽ putabat, pœnas legibus luit? Nullus certe quoquo modo Christian⁹ audet hoc dicere. Non ergo quisquis in aliqua religionis quęstione fuerit ab imperatore punitus, martyr efficitur. Nota de martyrio Neque enim uident qui talia sentiunt, in eum locũ se progredi, ut ipsos etiam dæmones martyrum sibi gloriam uendicare posse contendant, quia istã patiuntur persecutionem per imperatores Christianos, ut penè toto orbe terrarũ eorũ templa euertãtur, idola cõminuantur, sacrificia subtrahãtur, qui eos honorant, si deprehẽsi fuerint puniantẽ. Quod si dementissimũ est dicere, nõ ergo ex passione certa est iustitia, sed ex iustitia passio gloriosa est. Ideó que dominus, ne quisquã in hac re nebulas offunderet imperitis, & in suorũ damnatione meritorũ laudem quæreret martyrum, non generaliter ait, Beati qui persecutionem patiũtur: sed addidit magnam differentiam, qua uera à sacrilegio pietas secernatur. Matth. 5 Ait enim, Beati qui persecutionẽ patiuntur propter iustitiã. Nullo modo autẽ propter iustitiam, qui Christi ecclesiam diuiserũt, & cum ea quasi simulata iustitia conantur ante tempus à palea separari, ac frumenta eius falsis criminationib. infectantur, dum ipsi ab ea potius tanq; leuissima palea, uarijs rumorum flatibus separati sunt. Sed inquiunt, Non hæc fecimus. Videant ergo ex hac quęstione se primitus liberari debere, & tũc audere si quid molestiarũ siue pœnarum à Christianis imperatoribus patiũtur, uel deponere in querimoniã, aut assumere in gloriã. De qua re, id est ipsius schismatis quæstiõe, si nihil aliud dicerem, ea quæ superius sunt dicta sufficerẽt. An forte dicent, Etiã si conuincuntur in sacrilega dissensione, ut pro ea dementia si quid passi fuerint martyres nõ sint: nõ tamen ad imperatorum potestatem hæc coercẽda uel punienda pertinere debere. Qua in re quæro, quid dicant, An quia de religione uitiosa uel falsa nihil curandum est talibus potestatibus? Sed multa iam etiã de Paganis diximus & de ipsis dęmonibus, quòd persecutiones ab imperatoribus patiuntur. An & hoc displicet? Cur ergo ipsi ubi possunt templa subuertunt, & per furores Circumcellionũ talia facere aut uindicare non cessant? An iustior est priuata uiolentia, q̃ regia diligentia? Sed hæc omitto, Illud quæro quod manifeste enumerat Apostolus dicẽs, Opera carnis, quæ sunt, inquit, fornications, immunditiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, cõmessationes, & his similia. Quid istis uidetur ut crimen idololatriæ putẽt iuste ab imperatoribus uindicari? Aut si nec hoc uolunt, cur in ueneficos uigorem legum exerceri iuste fatentur: in hæreticos autẽ atq; schismaticos impias dissensiones nolunt fateri, cum in ijsdem iniquitatis fructibus authoritate apostolica numerẽtur? An forte nec talia potestates istæ humanæ constitutionis permittuntur curare? Propter quid ergo gladium portat qui dictus est minister dei, uindex in irã eis qui male agunt, nisi forte quemadmodum nõnulli eorũ sanè imperitissimi hoc intelligere solent, de honoribus ecclesiasticis dictum esse, ut gladius intelligatur uindicta spiritalis, qui excõmunicationẽ operatur, cũ prouidentissimus Apostolus consequenti cõtextione lectionis saris aperiat quid loquatur. Ille quippe addidit, Propter hoc em̃ & tributa præstatis. Ac deinde subiunxit, Reddite omnibus debita, cui tributũ, tributũ: cui uectigal, uectigal: cui honorẽ, honorem: cui timorẽ, timorem. Hoc ergo iam restat, ut istis disputationibus suis prohibeãt Christianos tributa persoluere, cum & dominus talia sentientibus pharisæis, quos imitantur isti, nummo inspecto responderit, Reddite, inquit, cæsari quod cæsaris est, & deo quod dei est. Matt. 22 Hi uero in utroq; inobediẽtes atq; impij, nec deo reddunt christianum amorẽ, neq; regibus humanum timorem, ita cæci & insani, ut cum schismaticos suos Maximinianistas per potestates à catholicis imperatoribus missos de basilicis excluserint, & ui magna iussionum & auxiliorum cedere sibi compulerint, arguant catholicam, si pro ea catholici principes tale aliquid fieri præceperint. Ipsi uero Maximinianistę anteq; essent Maximinianistę, id est, cũ adhuc uno simul Donatistarũ consortio tenerẽtur, quæ ab eis Rogatus ille Maurus per regem barbarum Firmum, q̃ sæua & q̃ acerba perpessus sit, recolant: & taceant, nec conqueri audeãt si quid huiusmodi uel à Primianistis propter suum schisma, uel cum Primianistis propter Donatistas, non pro religione sacra, sed pro animositate sacrilega patiuntur. Fortassis enim dicũt, grauiora se perpessos à catholicis imperatoribus, q̃ isti fecerũt per reges Barbarorum Rogatistis, uel per iudices catholicorũ imperatorũ Maximinianistis, uel etiã faciũt per furorem Circumcellionũ quibuscunq; possunt: quasi uero inde quæstio sit, utrum grauiora patiantur q̃ faciunt. Quod quidẽ nullo modo concesserim. Multa enim eorum sæuissima numerãtur, imò numerari nõ possunt, quę si pauciora essent, uel eos in quos admittuntur minus affligerent, eoipso essent certe grauiora, quod non ab ordinatis potestatibus iuberentur, sed extraordinarijs furorib. admittunt̃. Non enim tam

multa

Universidad de Deusto

multa ſunt quæ aduerſus Maximinianiſtas per iu A paratis atq; in ſuo ſchiſmate conſtitutis fuerãt fa-
dices humanæ conſtitutionis egerunt, in eo gene bricatæ, retinere ſinerentur. Qua in re iam ſuas
re actionum ponãt ſi uolunt, q̃ quæ etiam ad per iniurias poteſtas regia uindicauit. Quid enim ua-
ſequendũ Rogatum Maurum ab eis per Firmum lent iuſte poſſidere inimici iuſtitiæ? Nec pro eis ali
barbarum geſta ſunt, & ſi illum licet hoſtẽ imma- quid promulgaſſe quis inuenitur niſi apoſtata Iu
niſſimum Romanorũ in legitimis numerẽt. Sed lianus, cui pax & unitas Chriſtiana nimiũ diſpli-
hæc non tam multa ſunt, q̃ multa quotidie agunt cebat: quandoquidẽ ipſa ei unde impie ceciderat
Nota qui & unde ſunt Circumcelliones per furioſos ebrioſorum iuuenum greges, quibus religio diſplicebat. Cui quidem iſti Donatiſtæ, ſi-
principes conſtituunt, qui primũ tantum modo fu cut iudicum geſta teſtantur, quibus hi quod im-
ſtibus, nunc etiam ferro ſe armare cœperunt, qui petrauerant allegarunt, talibus uerbis ſupplicaue
Circumcellionum notiſſimo nomine per totam rũt, ut ei fortaſſe mitius ad idolorum cultum qui-
Aphricam uagantur, & ſæua contra omnem ordi dã timore conſenſerint, q̃ eum iſti furioſi laudaue
nem legum, poteſtatum q̃ committunt: quorũ ſce runt. Dixerunt enim q̃ apud eum ſolũ iuſtitia lo-
lera cũ ad eos deferuntur, fingunt ſe ignorare tale cũ haberet. Quid ergo aliud dixiſſe reperiunt, niſi
hominũ genus, uel omnino ad ſe nõ pertinere cõ- Chriſtianam ſanctitatem non eſſe iuſtitiam, quæ
tra omnes homines ore impudentiſſimo affirmãt: apud illum nullũ haberet locum: aut honorẽ dæ-
nec̃ hanc ſaltem uocem totius orbis accipiunt, monum eſſe iuſtitiã: aliorum aũt imperatorũ iuſti
multo probabilius ueriuſq; dicẽtis, neſcire ſe quid B tiã leges q̃ que uehemẽtes aduerſus eos latę ſunt,
in Aphrica geſtum ſit, ſiue à parte, ſiue cõtra par- quis ignorat? In quibus una generalis aduerſus o- *Lex imperialis contra ſchiſmaticos*
tem Donati, q̃ ſcilicet in ipſa Aphrica Donatiſta mnes qui Chriſtianos ſe dici uolunt, & Eccleſiæ
rum Epiſcopos, Circumcellionũ uel facta neſcire catholicæ non cõmunicant, ſed in ſuis ſeparatim
uel dicta ad ſe non pertinere. Sed ut dicere cœpe cõuenticulis congregantur, id continet, ut uel or-
ram, hoc non quæritur modo, utrum patiãtur gra dinator clerici uel ipſe ordinatus denis libris auri
uiora q̃ faciant, ſed utrum aduerſus hæreticos & mulctentur. Locus uero ipſe quo impia ſeparatio
ſchiſmaticos tale aliquid fieri liceat. Si enim dicũt cõgregatur, redigatur in fiſcũ. Sunt & aliæ iuſſio-
non licere, cur ipſi faciunt? Si autem licere faten- nes generales, quibus eis uel faciendi teſtamenta
tur, etiã ſic oſtendant, quod nullo modo poſſunt, uel per donationes alicui conferendi facultas adi-
grauiora ſe perpeti à catholicis imperatoribus, q̃ mitur, uel ex donationibus aut teſtamẽtis aliquid
ipſi per iudices eorũ uel per regem barbarorum capiẽdi: Nã in quadam cauſa cum homo nobilis
ſchiſmaticis ſuis fecerunt, uel per inſaniã Circum imperatoribus ſupplicaſſet, q̃ ſoror eius quæ de
cellionum omni generi hominũ faciũt. Neq; hoc C parte Donati fuerat cũ defungeret, neſcio in quos
mirandum eſt, ſi plus poſſunt principes q̃ miſſi à cõmunionis ſuæ, & maxime in quendam Augu-
principibus iudices, ſi plus poſſunt Romani Im- ſtinũ Epiſcopum eorũ plurima contuliſſet, ex illa
peratores q̃ barbari reges. Et ſi merito grauiora generali lege præceptum eſt, ut omnia fratri reſti
legibus patitur latro, quàm cõtra leges ipſe com- tuerentur: ubi etiã Circumcellionum mẽtio facta
mittit: unde merito conſtitutionibus iuſtis grauio- eſt ſi more ſuo uiolenter obſiſterent, quo genere
ra patiuntur Circumcellionum mancipes, quàm auxiliorũ & adminiculis repellerentur. Sic enim
faciunt Circumcelliones: & tamen tanta eſt man noti, ſic multis prælijs, pbati ſunt, ut de his & ſup-
ſuetudo chriſtianorum, ut pœnas eorum incom- plicatio Imperatori fieret, & imperator tacere nõ
parabiliter ſuperent facinora eorũ. Sed ecce dam- poſſet. Quę cum ita ſint, cũ & diuinis & humanis
nauerunt in cõcilio ſuo Maximinianiſtas, trecen legibus ita damnentur: tanta eſt tamen manſuetu
Epiſcopidia ti decem Epiſcopi Donatiſtæ. Illi autem pertina- do Chriſtiana, ut non ſolũ teneant baſilicas quas
cia peruerſitatis ſuis baſilicis cedere nolebant. iam præciſi ædificauerunt, ſed nec eas omnes red
Aditi ſunt iudices, conſilium eorum proconſu- diderint unitati, quas ab exordio unitas tenuit. Et
laribus geſtis indictum eſt. Deinde uiſum eſt, ut cũ ipſi Maximinianiſtas de baſilicis ad partẽ Do-
illi qui tanto Epiſcoporũ numero damnati ſunt, D nati pertinentibus, per iudices à catholicis impe-
cederent locis, & facile ceſſerunt, nec multa paſſi ratoribus miſſos inſtanter excluſerint, tamẽ à mul
ſunt: qui autem reſiſtere tentauerunt, quemadmo tis locis quos catholica ante unitas retinebat, nec
dum afflicti ſint, quis ignorat? Sed tamen ſi tanta ipſorum catholicorum imperatorum legibus ex-
fuiſſet immanitas reſiſtentium, ut ad iniurias iudi cluduntur. Poſtremo ſi quid forte aliquando im-
cum peruenirent, nónne multo acerbiora Roma moderatius in eos factũ eſt, ut Chriſtianam exce-
nis legibus paterentur? Sic & tunc cum poſt ter deret lenitatẽ, diſplicet omnibus frumẽtis meſſis
minũ cauſæ, in qua ſe iſti à catholica præciderũt, dominicæ, id eſt, in Chriſto laudabilibus Chriſtia
conſequenter agi cœpiſſet ut baſilicas non tene- nis, qui ſiue centenario, ſiue ſexagenario, ſiue tri-
rent, & tenerent imperialibus reſiſtendo iuſſioni- cenario fructu in catholica Eccleſia toto orbe ſuc
bus, ita ut uis illa notiſſima Circumcellionũ præ- creſcũt. Quapropter zizania uel paleã catholicæ
ualeret, addendo inſuper etiam, ut cum donis Ec- ſegetis nobiſcũ copioſiſſime accuſent, ſed nobiſ-
cleſiæ, quos miſerat Imperator per Aphricã eun- cum ferre patientiſſime nõ recuſent. Noluit enim
tes turbulẽtiſſimis & ſæuiſſimis ſeditionibus agi- dominus ante tempus eradicare zizania, & à fru-
tarent: tales in eos leges proferuntur, ut ne ipſas mentorũ permixtione ſeparare: Sinite, inqt, utra- *Mat. 13*
quidem baſilicas quæ non erant unitatis ſed à ſe- que creſcere uſq; ad meſſem. Et cum in uolucrum

eiuſdem

eiusdem similitudinis quærentibus discipulis explicaret, non ait, ager est Aphrica: sed ait, ager est hic mundus. Per totum ergo mundum segetis ista seminata est, per totū superseminata zizania, per totum crescit utrunq; usq; ad messem. Nunquid aut Donatus fuit maior messor, aut eo tempore, quo se isti à terrarū orbe separarunt, tēpus messis aduenerat: cum idem dominus ne alicui liceret interpretari quod uellet, apertissime dixerit: Messis aūt est finis seculi, messores aūt angeli sunt. Tales enim messores errare non possunt, ut uel frumenta pro zizanijs colligant, uel pro frumentis zizania redigant. Isti aūt cum quasi zizania germinata fugiunt, seipsos esse zizania demonstrarunt, in manifestissimo sacrilegio cōtra sententiam domini prædicantes, ut cum ille dicat: Sinite utraq; crescere usq; ad messem: isti per tam magnū agrum, id est, totum mundū zizania crescere, frumēta uero diminuta in sola Aphrica remansisse contendant, Christo regi & principi nostro sacrilegam facientes iniuriam. Scriptum est enim: In lata gente gloria regis, in diminutione autem populi contritio principis. Sed iam tempus est quantum existimo ipsa testimonia scripturarū, quę male interpretata decipiunt imperitos, diligenter attendere, & quantum dominus donat, secundum intellectum catholicæ ueritatis aperire.

Prou. 14

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONtra Parmenianum Liber secundus.

Capitul

VÆ tandem uis nisi cæcitas & uanitas animi cogit hominem clausis, ut dicitur, oculis, tanq; in alterum iacere, quod in eum qui iecerit, cōtinuo redeat, eūq; ictu reciproco affligat, intacto illo quem uulnerare uoluerat, sicut isti Donatistæ de omnibus ferè scripturarum testimonijs faciunt? Quæ cum se aduersum nos proferre arbitrantur, uelut admonere nos uidentur quales eos ipsa scriptura conuincat esse. Quid enim facit aliud quando uel pro se, uel contra nos Parmenianus putat esse quod scriptum est: Væ his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam: qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem: qui ponunt id quod amarum est dulce, & dulce quod amarum? O stultissimam cęcitatem, quid enim tam bonum & tam iocundum quàm habitare fratres in unū? Quod illi nequam dicunt & amarum ponunt, qui se ab oīmbus fratribus separarunt, dum uanas suspiciones suas, ne dicam factiosas calumnias, uel non excitare, uel excitatas tollere noluerunt? Quod si ueram paleam odissent, & ipsi palea non essent: non propterea se à dominico tritico per totum agrum, id est, mundum seminato, & crescente seiūgere debuissent. Exclamēt itaq; si possunt;

Q

Esa. 5

A

B

C

D

Væ his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod bonum est nequam. Respondemus breuiter, uerum est, & addimus aliud, Væ his qui perdiderunt sustinentiam, dum ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Quid enim lucidius promissis dei, qui temporibus nostris exhibuit, quod ante annorum milia prænūciauit, in semine Abrahæ, quod est Christus, benedictionem omnes gentes habituras? Et quid tenebrosius præsumptionibus hominum, qui propter temere obiecta & nunquam probata crimina traditorū, quæ si uera essent, nunquam deo prędicarent quo minus quæ promisit impleret, perijsse dicunt Christianum nomen de tot gentibus in orbe terrarum, & in sola Aphrica remansisse? Et hanc præsumptionem suam lucem dicunt, promissa uero dei iā ipso effectu rerum illuminata mendaciorum tenebris operire contendunt. Insuper aduersum nos factis suis clamant dicentes: Væ his qui ponunt lucem tenebras, & tenebras lucem. Ita ne lux erat Optatus, cū totum orbē tenebras appellauit? An eum potius esse tenebras tota Aphrica sentiebat, & isti eum lucem uocabant, qui ponūt lucem tenebras, & tenebras lucē? Sed displicebat, inquiunt, Optatus in communione nostra omnibus bonis. Non ergo eum lucem uocabitis & tamen ei communicabitis. Eligite itaq; quod uelitis, aut non obesse in una communione tenebras luci, sed sufficere luci ut tenebras improbet, & eas pro unitate si expellere nō potest toleret, atq; ita non fuisse causam cur ab innocētibus fratribus quos malos certe non potuistis ostēdere, si uobis cognitos etiam fuisse dicatis, tenebroso schismatis sacrilegio disiungeremini: aut si non sufficit luci ut improbet quas expellere nō potest tenebras, id est, si nō sufficit bonis ut improbēt malos, quos excludere, uel emendare nō possunt, facilius unus Optatus partē Donati in una Aphrica notissimus & apertissimus maculauit, q̄ quilibet Apher traditor tot gētibus per orbem terrarum, & si non dicam falsis criminibus accusatus, tamē quod impudētissime negatur, ignotus. Accipientes itaq; peruerso corde scripturas, non eas faciūt obesse nobis, sed sibi: quando ad hoc putāt esse scriptū: Væ his qui dicunt quod nequā est bonū, & quod bonum est nequam: quo paleam frumenta inter se non tolerent adusq; tēpus uentilationis, ut cum male intelligant: Vę his qui dicunt quod nequā est bonum, & quod bonum est nequā: compleatur in eis: Væ his qui perdiderunt sustinentiā. Si aūt intelligant in eos hoc esse dictum, qui opinantes quod malum est bonū esse, malum committunt in eos qui talibus laudando atq; approbando consentiunt: quę duo genera in uno loco scriptura commemorat dicēs: Quoniā laudatur peccator in desyderijs animæ suæ, & qui iniqua gerit benedicitur: recte intelligēt, nec turbabunt cū apud ipsos inuenientur mali, nisi q̄ eos pro parte Donati tolerāt, quos pro Christi unitate tolerare debuerūt, & per hāc obstinationem animositatis suæ coguntur miseri in schismate suo ferre, quos norūt ab orbe terrarū accusatos

Psal. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

accusatos & dānatos esse. Quisquis ergo uel quod A
potest arguendo corrigit, uel quod corrigere non
potest, saluo pacis uinculo excludit, uel quod sal-
uo pacis uinculo excludere non potest, æquitate
improbat, firmitate supportat, hic est pacificus, &
ab isto maledicto immunis qđ scriptura dicit, Væ
his qui dicunt quod nequam est bonum, & quod
bonum est nequam: qui ponūt lucem tenebras, &
tenebras lucem: qui ponūt quod amarum est dul-
ce, & quod dulce est amarum: omnino liber, pror-
Cap. 11 sus securus, penitus alienus. Obijciunt iterum
Prouerb. 17 simile huic solita cæcitate. De uobis, inquiunt, di
cit scriptura. Qui iudicat iustū iniustum, iniustum
uero iustum, execrabilis est apud deum. Cur non
execratio potius in illos cadit, qui uniuersum or-
bem terrarū Christianum damnare ausi sunt inau-
ditum, in quo tam ingenti hominum numero sine B
ulla dubitatione fuerunt & sunt ab eorum crimi-
bus innocentes? Hoc ergo modo quod iustum est
iniustum iudicarunt, cū Optatum Gildonianum
decennalem totius Aphricæ gemitum, tanquā sa-
cerdotem atq; collegam honorantes in cōmunio-
ne tenuerunt. Aut si eum corde improbabant, sed
pro pace tolerabant, discāt nullius pacifici patien-
tiam malo non cōsentientem, ab ullis malis posse
maculari, atq; ita sentiant in qua perditiōe iaceāt,
qui propter falsa siue uera, non enim quæruntur
nunc crimina Aphrorum, unitatē spiritus in uin-
culo pacis non seruāt, cum orbem terrarum inau-
ditum damnant. Quod si dicerēt, nescimus an sint
per tot gentes terrarū transmarinarum boni Chri
stiani, impudentissime dicerent. Deus enim perhi C
bet testimonium frumentis suis, qui per totum a-
grum seminatis, quamuis cū zizanijs à diabolo su
perseminatis, tamen usq; ad messem crescere man
dauit. Vnde & si homines ipsos minus nouimus
esse bonos, tamen eos ideo nouimus, quia mentiri
deum non potuisse, fide certissima retinemus. Cū
ergo sacrilega impudentia dicant, nescimus utrū
sint in cætero orbe terrarū boni Christiani, uideāt
qua insania dicere audeant. Quotidie enim nō du
bitant dicere, scimus ibi non esse Christianos. A-
liud est utiq;, nescimus an sint: aliud, scimus q̄ nō
sunt: utrūq; & infidele & impiū est. Sed si detestan
dus est qui dicit, nescio an uera dixerit deus: quis
est ille qui dicit, scio quòd non uera dixerit deus?
Certe arbitror quòd neminem istorū offendere de D
beo, si Donato deū præposuero. Quantūlibet em
ament Donatū, plus timent deū. Postremo quan-
tum ipsi ament Donatum, nos nouimus quia so-
lus deus uerax est, omnis autem homo mendax.
Rom. 9 Christus ergo qui super omia deus est benedictus
Ioan. 14 in secula, & qui uerissime de seipso dixit, Ego sum
uia, ueritas & uita: cum serui eius ab eo quærerēt,
Matth. 13 utrū uellet eos ire & colligere zizania, Sinite, in-
quit, utraq; crescere usq; ad messem. Donatus autē
dicit zizania quidem creuisse, frumenta uero esse
diminuta. Eligāt isti cui credāt. Christus, id est ue-
ritas, dicit, ager est hic mundus. Donatus autē di-
cit, agrū dei in sola Aphrica remansisse. Eligāt cui
credant. Christus, id est ueritas, dicit, In tempore
messis dicā messoribus, Colligite primū zizania:
& exponit dicens, Messis est finis seculi. Donatus
autē dicit per præcisionē partis suę ante messem à
frumētis zizania separari. Eligāt cui credant. Chri
stus, id est ueritas, dicit, Messores sunt angeli. Do-
natus autē dicit se atq; collegas suos hoc fecisse an
te messem, quod ille dixit angelos in messe factu-
ros. Eligant cui credāt. Certe Christianos se dicūt,
Christum eis Donatūq; prę ponimus. Si uerba dāt
Christo, cor autē Donato, quid sint cōsiderent. E-
go parco, non inuehor, non exaggero, dolorē no-
strum melius premo q̄ promo. Si autem dicūt se
Christo dare cor suum, Christo ergo credant dicē
ti, q̄ per totum mundum & filij regni crescant, &
filij maligni: non Donato dicenti, q̄ per totū mun
dum filij maligni tantūmodo creuerint, filij autem
boni usq; ad solam Aphricā, diminuti sint. Quòd
si Christo credunt, nō iam dicimus cū ecclesijs or-
bis terrarū, sed cū ipso euāgelio pacē habeāt, quod
ab igne se conseruasse iactitāt, quod factis nō pro
bant. Iam illud quò pertinet quod idem Parme Cap. 111
nianus ex propheta Esaia nobis obijciendū puta- Esaiæ 59
uit, Nunquid nō ualet manus domini saluos face-
re, aut aggrauauit aurem ne exaudiat? Sed delicta
uestra distinguūt inter mediū uestrū & dei, & pro
pter peccata uestra auertit faciem à uobis ne mise
reatur, Manus enim uestræ sanguine coinquinatę
sunt, & digiti uestri in peccatis: labia autem uestra
locuta sunt iniquitatē, & lingua uestra iniustitiam
meditatur. Nemo loquitur iusta, nō est iudiciū ue-
rum. Confidunt in uanis, & loquuntur mala, quia
parturiunt dolorē & pariunt iniquitatē. Oua aspi C
dū eruperunt, & telā araneę texuerunt: & qui erat
de ouis illis manducaturus, conterens inuenit oli
dum, & in ipso basiliscū. Tela ergo eorum nō erit
ad uestiendum, neq; se operient de operibus suis:
Opera enim illorū opera iniquitatis, pedes autem
eorū ad nequitiā currunt, ueloces ad effundēdum
sanguinē, & cogitationes eorū cogitationes insi-
pientium. Contritio & infœlicitas in uijs eorū, &
uiā pacis nō cognouerūt. Quos isto loco scriptu-
ra describit, ubicunq; fuerint inter bonos, nō ob-
sunt bonis, sicut non obest palea frumentis, donec
ueniat dominus areæ, ferens uentilabrū in manu
sua ut mundet areā suā, frumenta recondat in hor
reū suum, paleas uero cōburat igni inextinguibi-
li. Sicut etiam nō obfuit bonis tanta multitudo sce
leratorū, qui per Ezechielem prophetā dicti sunt, Ezech. 9
illis uidelicet qui gemebant & mœrebant facino-
ra populi quæ fiebant in medio eorū. Vnde quia
eos corrigere non poterant, nec ab unitate populi
dei se ullo modo separare uolebant, pro merito in-
nocētissimæ tolerantię suæ signari meruerūt, & in
illorū perditorum uastatiōe atq; interitu liberari.
Veruntamen isti qui hæc catholicis obijciunt: cur
non sese respiciunt, quorū cateruæ gregum furio-
sorum huc atq; illuc armatæ ferro ac fustibus uoli-
tant: & tam crebris ubi potuerint stragibus, nequa
quā tamen tanta immanitate satiantur, ubi per bu
sta cadauerū eorū cum fœminis, quę cum illis pas-
sim commixtæ contra ordinem rerum diuinarum

Universidad de Deusto
Biblioteca

& humanarum diebus ac noctibus euagãtur, tanta feruet ebrietas, ut inde inſaniam quotidianam, non ſolum alios inſectandi, ſed etiam ſeipſos p̃ræcipitandi concipiant? Horũ pedes ad malum non currunt, nec ueloces ſunt ad effundendum ſanguinem? Ab iſtis non recedit iudicium qui ſibi etiam iniuſtiſſimas licentias inordinatæ poteſtatis uſurpant? Iſtis non fiunt lux tenebræ, dum non ualent ſuſtinere lumẽ in falſo martyrio? Nónne in media nocte ambulant etiam per diem: quãdoquidem dicit Apoſtolus, Qui inebriantur, nocte ſunt ebrij? Nónne iſti palpant in meridie quaſi in media nocte? Quod quidem omniũ hæreticorũ eſt, qui rem manifeſtiſſimam in lucem omnium gentium cõſtitutã uidere non poſſunt, extra cuius unitatẽ quicquid operantur, quamuis magna ſolertia & diligẽtia fieri uideatur, tamen illis nihil prodeſt aduerſus iram dei, quos nec aranearum telæ poſſunt defendere à frigore. Quid ergo de hoc prophetico capitulo ponunt, quod in ipſos retorqueri nõ poſſit, ni ſi forte de ouis aſpidum quorũ multo ante meminerat dictator illius ſententiæ plenarij concilij trecẽtorum decẽ, qui cũ uniuerſis prouincijs Aphricæ cõuenerũt? Hoc certe ſi uiueret Parmenianus non diceret, nec ex Eſaia propheta poneret aduerſum nos, Oua aſpidũ eruperunt. Reſpiceret enim adiũctum collegio ſuo Felicianum Muſticanum & Prætextatum Aſſuritanũ, quos ex numero damnatorũ quaſi bono pacis, non tamen Chriſti ſed Donati, uelut integros denuo receperũt, q̃ & erãt oua aſpidum & eruperant. Sic enim eos deſcribũt trecenti decem plenarij concilij ore ueridico, ſicut eorum etiam proconſularibus geſtis ſcripta allegata teſtantur. Hæc certe concilij eorum uerba ſunt. Licet enim uiperei ſeminis noxios partus uenenati uteri aluus diu texerit, & cõcepti ſceleris uda coagula in aſpidum membra tardo ſe calore uaporauerint, tamẽ conceptũ uirus euaneſcẽte umbraculo celari non poterit: nam & ſi ſero publicum facinus & parricidium ſuum fota, fœtum ſcelerũ pepererunt. Hæc oua aſpidum eruperant, iamq̃ horribilia & male olentia, cũ uenenoſis fœtibus erant ab eorum cõmunione proiecta. Sed erat intus Optatus baſiliſcus qui nutu quodã regali, quo interſerpẽtes excellere dicitur, etiam proiectas aſpides reuocaret. Aut ſi hæc pro pace nõ obſunt, quid catholicis obijciunt quos conuincere nequiuerunt, cũ ipſi receperint quos ore proprio damnauerãt. Si hæc, inquam, pro pace non obſunt Chriſti, obſunt tamen pro pace Donati, cui multũ fauetur in iniuriã pacis Chriſti, pro quo ſacrilegio quicquid corporalibus moleſtijs patiũtur, admonitio dei eſt cauẽdæ dãnationis æternæ. Nam ipſi uere ſanguinem non ſolũ corporaliter per furias Circumcellionum, ſed etiam ſpiritaliter fundũt, qui orbẽ terrarũ ſi poſſunt rebaptizare conantur. Aut ſi ſolus ille ſanguinẽ fundit, qui carnẽ mortalẽ uel uulnerat uel uulneratam perimit: ille autem non fundit qui ſeductas animas ſacrilegio ſchiſmatis occidit, quare in ſchiſmaticos ſuos Maximinianiſtas per eandem plenarij cõcilij ſui ſententiã talia dixerũt,

Eſaie 59

A Veloces pedes eorum ad effundendũ ſanguinem: Eſaie 59
cum ab eis cõſtet corporaliter neminem occiſum, neminem uulneratum? Inſuper eos ab iſtis multa perpeſſos, cũ de baſilicis per iudiciarias poteſtates excluderentur, qualia ante ſeparationem Maximinianiſtarum, cũ in unum pariter eſſent, multa fecerunt eis, qui priora ex parte Donati ſchiſmata fecerant. Cui enim unquam ſchiſmatico ſuo pepercerunt, qui ſibi ab orbe terrarum cuius ipſi ſchiſmatici ſunt, nimis impudenter parci uolunt, cũ à ſola ipſa uera unitate iuſtiſſime ſchiſmata puniantur, ſi eo modo iſta puniẽda ſunt? Et illud quod ſcriptum eſt, Secũdum principem populi, ſic & miniſtri ipſius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales inhabitantes: ſi intelligerent quo pertinet, nec nobis talia obijcerent, nec ipſi uana iactantia ſuperbirent. Cap. IIII Eccle. 10

B Nos enim ut hominum ſpem quæ in ſolo deo tuta rectęq; ſecura eſt, nõ in hominibus collocemus, quoniã ſcriptũ meminimus, Maledictus qui ſpem ſuam ponit in homine: non intelligimus hoc loco principem populi & rectorẽ ciuitatis epiſcopum ſignificari. Non ideo quia non poſſumus innumerabiles ſanctos in catholica fide epiſcopos intueri, ſed ne cuiuſquam, ut dixi, ſpes hominis collocetur in homine, & ſi forte ei contingat in ea uiuere ciuitate ubi nõ ſit bonus Epiſcopus, arbitretur impune ſe malum fieri, uſurpãs ad defenſionem ſuã tam peruerſe iſtam ſcripturam, q̃ peruerſe ab iſtis intelligitur, & dicens ideo ſe bonum eſſe non poſſe, quia ſecundum principẽ populi, ſic & miniſtri eius: & qualis rector eſt ciuitatis, tales inhabitan- Hiere. 17

C tes. Cõtradicitur enim huic errori, ueritatis ore dicentis, Quæ dicunt facite: quæ autem faciunt nolite facere, dicunt enim & nõ faciũt. Habentes itaq; plebes tales epiſcopos, qui bona dicunt ex cathedra Moyſi, & ea quę dicũt non faciunt ex peſtilentia ſua, ſi illi faciunt ea bona quæ dicunt, & non faciũt ea mala quæ faciunt, ſicut præcepit dominus, nónne ſatis indicant non ita intelligendũ eſſe principem populi & rectorem ciuitatis quomodo iſti intelligunt? Poſſunt enim eſſe populi boni ubi fuerint epiſcopi mali, ſicut potuit eſſe populꝰ malus, ubi fuit Moyſes princeps & rector bonus. Errantes enim in uerbis ſanctarũ ſcripturarum, & ſicut dicit Apoſtolus, Nõ intelligẽtes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus affirmant, ipſi potius ſecũdum 1. Tim. 1

D peruerſitatem intellectus ſui magnas patiũtur anguſtias, cũ eis dicitur, Ergo qualis fuit Optatus, talis fuit plebs Thamugadenſis, & ſi cõmunione ſacramentorum, ſicut dicitis contaminantur, & illi qui facta mala improbant, & illi qui etiã ea pro pace tolerant unitatis: tales eſtis & uos omnes, qui & illi collegæ & illi plebi communicaſtis, cum illum tota Aphrica Gildonis ſatellitem manifeſto gemitu declamaret. Quẽ propterea ſæpe nomino, quia ita manifeſtus apparuit, ut ubicũq; fuerit nominatus, nullus ſe ignorare reſpondeat. Nam ipſi reſpiciant & recordentur, q̃ multos inter ſe ſimiles habeãt, quorum par malitia eſt, ſed impar notitia, & aliquando ueniant ad ueram ſentẽtiam iſtorũ uerborum, & intelligant unum principem dominum noſtrum

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostrũ Iesum Christum, cuius ministri sunt boni, & ipsum rectorẽ ciuitatis illius Hierusalem, quæ est mater nostra in cœlis æterna, cuius rectoris dignitati congruunt habitantes, non ad æqualitatẽ, sed pro modo suo, quia dictũ est eis, Sancti eritis, quoniam & ego sanctus sum: secũdum quandam scilicet imaginis similitudinem, in qua trãsformamur de gloria in gloriam tãquam ad domini spiritum, munere illius qui nos facit conformes imaginis filij sui. Est et alterius mali populi diabol⁹ princeps, & rector eius ciuitatis quæ mystice Babylonia dicitur, quẽ principem & rectorem tenebrarũ harum, id est peccatorum, ipsum & angelos eius Apostolus appellat: & illius ministri similes ei sũt, qui transfigurant se in ministros iustitiæ, sicut ille in angelũ lucis, & inhabitantes rectori pessimo in factis similibus congruunt. Sed istorũ populorum atq; ciuitatum tunc erit aperta separatio, cum ista messis fuerit uentilata, quod donec fiat omnia tolerat dilectio frumentorũ, ne dum grana paleã prę propere fugiunt, à cõsortibus granis impie separẽtur. Quid igit̃ iam ualet ad causam quod isti nobis obijciunt, quia de malis sacrificatoribus dominus per Esaiam prophetã dicit, Facinorosus qui sacrificat mihi uitulũ quasi qui canẽ occidat, & qui similaginem quasi sanguinem porcinũ, & qui offert thus quasi qui benedicat idolo. Hęc oñia multo congruentius de illis dicuntur, qui cõtra ecclesiam dei toto sicut promissa est orbe diffusam, altare sui schismatis erexerunt, quod eos sacrilegiũ omnes inuoluit, & quilibet ubilibet offert sacrificiũ tali corde uel factis hæc ut audire mereatur, perniciem sibi infert, non illis bonis qui accipiũt ab eis sacramenta eadem, qui secundum prophetã Ezechielem gemunt & mœrent peccata quæ fiunt in medio eorũ, quamuis non se inde corporaliter separent. Vnicuiq; enim deus retribuit secundũ cor suum. Nam si primis temporibus nõ obfuerũt mali sacerdotes, uel collegis bonis, sicut fuit Zacharias: uel popularibus, sicut fuit Nathanael, in quo dolus nõ erat: quanto magis nihil obest in unitate Christiana episcopus malus uel coepiscopis uel laicis bonis, cũ iam ille sacerdos in æternũ secundum ordinẽ Melchisedech & pontifex noster, sedẽs ad dexteram patris, interpellat pro nobis, qui traditus est ꝓpter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram? Nec illud bonis obest, sed offerentibus malis, quod ueriſſime dictum est, Dona iniquorum non probat altissimus, Non em̃ dixit, Dona eorum qui pro pace iniquos tolerant non probat altissimus, cum tamen nec isti ea quæ obiecerunt probare potuerint eo tẽpore quo schisma fecerunt, alioquin illis exclusis, istos hęreditas Christi toto orbe diffusa in cõmunione catholica retineret. Sacrificia, inquit, impiorũ execratio est domino, Etenim non iníque offerunt illa. Iam suprà responsum est, quia nõ est iniquus Christus q̃ pro nobis seipsum obtulit, & noster in cœlo mediator est, quo suam ecclesiam gubernante bonis mali non oberunt, qui uel ignorãtur uel pro pace tolerantur, donec ipse ueniat ac separet præmissis

Leuit. 19

Ephes. 6

Cap. V

Esaiæ 66

Cap. VI

Ecclc. 34

messoribus à messe zizania, & uentilabro paleas à frumentis: quanquã isti quod sæpe dicendum est, falsa crimina obiecerint, quæ etiam si uera essent, bonorum charitati pro unitate in unitate oñia toleranti nihil nocerent, si ea forte etiam cognita, iudicibus ecclesiasticis persuaderi nõ possent. Sacrificia ergo impiorũ eisipsis oberunt qui offerũt impie. Nam unum atq; idem sacrificium propter nomen domini quod inuocatur, & semper sanctũ est, tale cuiq; fit, quali corde ad accipiendum accesserit. Qui enim manducat & bibit indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Non ait alijs, sed sibi. Qui ergo manducat digne & bibit, gratiam sibi mãducat & bibit. Illi ergo uideant, utrum digne manducent, qui inter tã multos parentes & filios, maritos & uxores: inter tam multos, quod est patẽtissimũ, dei hæredes, & cohæredes Christi toto orbe diffusos, nephario schismate diuiserũt, cũ possent utiq; si boni essent, & uere malos arguerẽt, fructuose tolerare pro pace Christi, quę pernicioſe tolerãt pro pace Donati. In Exodo, inquiunt, scriptum est, Sacerdotes qui accedunt ad dominum deum sanctificentur, ne forte derelinquat eos dominus. Et iterum, Cum ministri ad altare accedunt, nõ adducant in se delictum, ne moriantur. Et illud in Leuitico, Homo qui habuerit maculam & uitium, nõ accedat dona offerre deo. Bene quidem de ueteribus libris ista testimonia proponunt. Dicant ergo mihi, cui sancto secundum salutem spiritalẽ obfuerit, uel in sacerdotibus, uel inter populum constituto, malus aut maculat⁹ sacerdos? Vbi erat Moyses & Aaron, ibi murmuratores sacrilegi, quos deus à facie sua semper perdere minabat. Vbi erat Caiphas et cęteri tales, ibi Zacharias, ibi Symeon & cæteri boni: ubi Saul, ibi Dauid: ubi Hieremias, ubi Esaias, ubi Daniel, ubi Ezechiel, ibi sacerdotes mali & populi mali: sed sarcinã suã unusquisq; portabat. Omitto dicere quam scelerata superbia dicant, neminẽ esse inter collegas suos uel seipsos cum aliqua macula & uitio, non membrorum, sed quod peius est morũ. Quod ubi agere cũ eis cœperimus, respondebunt, interesse qualis macula & quale uitium sit quæ sic scriptura discreuerit quæ ait, Homo qui habuerit maculã aut uitiũ, non accedat dona offerre deo. Nullã ne maculam habuit & uitium, non dico Optatus, sed ipse Parmenianus, aut ipse Donatus? Sed tanto isti amore hominum cæci sunt, & corde impudico adulteros mentis suæ, uni legitimo uiro coæquare nõ dubitant, ut quod de solo domino Iesu Christo dici potuit, etiam in Donato perfectum fuisse cõtendãt. Quis dabit oculis meis fontem lachrymarũ? Quis cõgruus huic sceleri gemitus cõcusso pectore exprimetur? Sed iterum attendant, utrum saltẽ Optatus habuerit aliquam maculam aut aliquod uitiũ? Non usq; adeo cæci sunt, ut istius uitã omnino immaculatã, & omnino uitio carentem fuisse respondeant. Cur ergo accedebat dona offerre deo, & ab eo cæteri coniunctis manibus accipiebant, quod maculosus & uitiosus obtulerat? Attendant in cæteris collegis suis utrum nulla sit macula ebrietas.

Cap. VII

Exod. 19. 30

Leuit. 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sed prius legãt quibus sceleratis ebriosos adiũxerit Apostolus. Vtrũ auaritia nulla sit macula quã idem Apostolus sic detestatur, ut idolorum cõparet seruituti? Qui autem rectissime sapiunt, intelligunt quemlibet hominum, quamuis iam pro consortio societatis humanæ nõ absurde dici possit iustissime uiuere, non tamen posse esse sine aliquo uitio, quamdiu caro concupiscit aduersus spiritum, spiritus autem aduersus carnem. Et qui natus est ex deo, nõ peccat, Et si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosmetipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Quamuis enim inquantum ex deo nati sumus non peccemus, inest tamen adhuc etiam quòd ex Adam nati sumus, quia nondũ absorpta est mors in uictoriam, quod etiam in corporum resurrectione promittitur, ut omnino beati & immaculati & incorrupti simus, qui iam secũdum fidem filij dei sumus, sed secundum speciem nõdum apparuit quod erimus, Nondum enim in re, sed spe salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur non est spes: quod enim uidet quis, non sperat, Si autem quod nõ uidemus speramus, per patientiã expectamus. Quãdiu autẽ expectamus per patiẽtiam corporis nostri redẽptionẽ, nõ audeamus dicere carere nos oñi uitio, ne ipsa superbia sit ímanissimum uitium. Euigilemus igitur aliquãdo, atq; uideamus in sacerdotibus illius temporis, cũ corporalia uitia uitabantur, illum præfigurari qui cum esset deus, factus est propter nos homo, solus uerus agnus immaculatus & sacerdos sine uitio. Ideoq; & tũc sacerdos solus intrabat in sancta sanctorum, populus autem stabat foris: sicut nunc ille sacerdos post resurrectionem suam intrauit in secreta cœlorũ, ut ad dexterã patris interpellet pro nobis. Populus autem cuius ille sacerdos est, adhuc foris gemit. Nam cum Episcopus solus intus est, populus & orat cũ illo, & quasi subscribens ad eius uerba respondet, amen. Vsqueadeo tũc quando sine ulla macula & sine ullo uitio, quia non poterant animi sacerdotum, corpora quærebãtur, solus ille pontifex noster præfigurabatur, non isti superbi & impij, qui fornicantem animam non zelant sponso, sed ei audent se ostentare pro sponso.

Gal.5

Respondet tacitæ quæstioni

Ca.VIII Ioan.9

In euãgelio, inquit, scriptum est, Deus peccatores non audit, sed si quis deum colit, & uoluntatẽ eius facit, hunc audit. Et hæc absoluta respõsio est, Si eñ duo simul orent, unus peccator, & alter qui deum colit & uoluntatem eius facit, nimirũ illum audit, & illum non audit. Quid ergo sibi uult hoc testimonium, uel quomodo pro se arbitrantur esse proferendum, uel cum his uerbis maxime securi fiant inter malos boni, nec ulla causa corporalis separationis existat, ut nefario schismate homines etiam à bonis per talem discordiã separentur, quando quidẽ possunt & mali inter bonos exaudiri propter fidem suam? Deus enim qui cordis inspector est, nõ errat ut aliũ pro alio uel exaudiat uel repellat. An propterea dicũt hoc, ut intelligatur malus episcopus nõ exaudiri cũ ꝓ populo rogat? Quod etsi ita esset, non ideo tamen populus si bonus atque fidelis est, solicitus esse deberet. Securos enim illos facit illa scriptura quę ait: Fratres, hoc scribo uobis ut n peccetis, Et si quis peccauerit, aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est propiciatio pro peccatis nostris. Hoc quàm ueraci & pia humilitate dictum sit audiant, si habent aures unde audiant. Ioannes enim dixit, Hoc scribo uobis ut non peccetis. Si itaq; sequeretur, & diceret: Et si quis peccauerit, aduocatum habetis apud patrem Iesum Christum iustũ, & ipse est ꝓpiciatio pro peccatis uestris: seipsum à peccãtibus quasi segregasse uideretur, ut iam nõ ei opus esset propiciatione quæ fit per mediatorẽ sedentem ad dexteram patris, & interpellantẽ pro nobis. Quod utiq; non solum superbe, sed etiã falsò diceret. Si uero ita diceret, hoc scripsi uobis ut nõ peccetis, & si quis peccauerit, mediatorem habetis apud patrẽ, & ego exoro pro peccatis uestris: sicut Parmenianus quodam loco mediatorem posuit episcopum inter populum & deũ, quis eum ferret bonorum atq; fidelium Christianorũ? Quis sicut Apostolum Christi, & non sicut Antichristum intueretur? Et tamen lacus detriti fumosam aquam, istorum superbiam ferunt, & spiritum sanctum continere non possunt, ut seruent unitatẽ spiritus in uinculo pacis, & in omnibus orationibus suis de uno mediatore securi sint. Homines enim omnes Christiani inuicem se cõmendant orationibus suis. Pro quo autem nullus interpellat, sed ipse pro omnibus, hic unus ueruscq; mediator est, cuius typus quoniam præfigurabatur in sacerdote ueteris Testamenti, nullus illic inuenitur orasse pro sacerdote. Paulus autem apostolus quanquam sub capite præcipuum membrum, sed tamẽ quia membrũ est corporis Christi, & nouerat non per figuram in interiora ueli ad sancta sanctorum, sed per expressam & firmam ueritatem in interiora cœli ad sanctitatem non imaginariam, sed æternam, pro nobis intrasse maximum & uerissimum sacerdotem ecclesiæ, se orationibus fideliũ & ipse commendat. Nec mediatorem se facit inter populum & deum, sed rogat ut pro se orent inuicem omnia membra corporis Christi, quoniam pro inuicem sollicita sunt membra, & si patitur unũ mẽbrum, compatiuntur omnia membra: & si glorificatur unum membrum, congaudent omnia membra, ac si oratio pro inuicem membrorũ omnium adhuc in terra laborantiũ, ascendat ad caput quod præcessit in cœlum, in quo est propiciatio pro peccatis nostris. Nam si esset mediator Paulus, essent utiq; & cæteri coapostoli eius, ac sic multi mediatores essent, nec ipsi Paulo constaret ratio qua dixerat, Vnus enim deus, unus mediator dei & hominum homo Christus Iesus, in quo & nos unũ sumus, si seruemus unitatẽ spiritus in uinculo pacis. Nec propter malos bonos deseramus, sed propter bonos malos sufferamus, ne cũ defendere uolumus quod temeraria prẽsumptiõe relinquimus, incognitos cogamur maiori scelere damnare inauditos, cum etiam certum sit, quia peccatores deus audit, quod quidẽ inuenitur in scripturis. Balaam propheta non de populo Israel, sed alienigena cõ-

1.Ioan.2

Rom.8

Heb.9

1.Tim.2

Num.23

ductus

Universidad de Deusto Biblioteca

ductus ab inimico, ut populo dei malediceret, con A uersus à domino ad benedicendum est: cuius uerba omnia bene imprecãtis audiuimus & legimus, & cum aliud haberet in uoto, uerba tamẽ precantis & bona sunt, & pro populo exaudiuntur à domino. Vnde non mirum est, uerba bona quæ pro populo dicuntur in precibus, etiã si à malis dicantur episcopis, exaudiri tamen, non pro peruersitate præpositorum, sed pro deuotione populorũ. Ve
Ioan. 9 runtamẽ quod scriptũ est in euangelio, Deus peccatores non audit, sed si quis deum colit, & uoluntatem eius fecerit, ipsum exaudit: non à domino dictum est, sed ab illo qui oculos corporis iam quidẽ restitutos habebat, sed ei oculi cordis nondum patebant, unde ipsum dominum adhuc prophetã putabat, Nam eum postea cognitum dei filium adorauit. Ipse autẽ dominus cũ in uno templo orarẽt B pharisæus & publicanus, publicanum confitẽtem peccata sua magis iustificatum dicit, quàm pharisæũ iactantẽ merita sua, cui similes isti sunt. Quanquam enim iustificatus destiterit esse peccator, tamen ut iustificaretur peccator orabat, & peccator confitebat, & exauditus iustificatus est, ut desineret esse peccator. Nõ utiq; desineret esse peccator, nisi prius exaudiretur peccator. Quamobrem nõ quidem omnẽ peccatorem exaudiri, sed tamẽ non omnem peccatorem nõ exaudiri ueritas testis est.

Cap. IX Obijciunt & quod dicitur in psalmo, Peccato-
Psal. 49 ri autẽ dixit deus, ut quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentum meum per os tuũ? Tu uero odisti disciplinam, & proiecisti sermones meos retrorsum. Si uidebas furem currebas cum C eo, & cum adulteris portionem tuã ponebas. Os tuũ abundauit malitia, & lingua tua concinnabat dolos. Sedens aduersus fratrem tuum loquebaris, & aduersus filium matris tuæ ponebas scãdalum. Sed aperiãt aliquãdo aures cordis, & desinãt esse non intelligentes, neq; quæ loquũtur, neq; de quibus affirmant. Attẽdunt enim dictũ peccatori, Vt quid exponis iustificationes meas, & assumis testamentũ meũ per os tuũ: & nõ intelligunt ad hoc dictũ, ut sciat sibi nihil prodesse uerba quę ore pronunciat, si quod dicat ipse non faciat, ueruntamen alijs prodesse, qui etiã per malos audiunt, & faciũt: quod ipse dominus docet in euangelio, dicens de
Matth. 23 pharisæis, Super cathedram Moysi sedent, quæ di D cunt facite, quæ autẽ faciunt, facere nolite: dicunt enim & non faciunt. Atq; utinã uellent in his uerbis quæ de psalmo meminerunt, se tanq; in speculo intueri. Quomodo non proijciũt sermones dei retrorsum, qui populis pronunciant pacem, & nõ amant pacem? Quomodo non odio habent disciplinam, qui damnare audent orbẽ inauditũ, & cũ pro merito imò longe minus merito, pro tãti furoris audacia, secundũ diuinæ misericordiæ disciplinam tẽporales molestias patiuntur, nõ peccata sua puniri confitentur, sed merita coronari gloriãtur? Eos sanè cum fure cucurrisse non dico, quia fure peior est raptor, qđ esse undiq; clamabatur Optatus. An nõ cum mœchis particulam suam ponũt, qui greges ebrios sanctimonialium suarum cũ gregibus ebrijs Circumcellionum, die noctuq; permixtos uagari turpiter sinunt? An nõ sedentes aduersus fratres suos detrahunt, qui propter quosdam quos conuincere nõ potuerũt, in hæreditate Christi toto terrarũ orbe diffusa cõtendũt nõ esse Christianos? Atq; ita aduersus filium matris suæ, id est paruulum adhuc in fide & sacramentorũ lacte nutriendum, pernicioſissimũ scãdalum ponũt, dum nesciens adhuc sequi deum patrẽ, infirmus sequitur hominẽ, & simulata atq; adumbrata specie ueritatis illectus, ab unitatis compage crudeli lacera tione diuellitur. Sed si eis qui mala non faciunt, in eadem parte malefacta displicẽt cęterorũ, nec obesse sibi aliena scelera credũt, quæ in medio sui fieri gemunt & mœrẽt, cur in crimine sacrilegi schismatis pernicioſe tolerant, quos fructuoſe tolerare in unitatis integritate potuerunt? Possunt enim dicere, si tamen iam ipsis rebus expergefacti euigilant aliquando, possunt, inquã, dicere mala singulorum cæteris non obesse, qui nec approbant nec faciunt talia, non autẽ singulorũ malum esse schismatis sacrilegium, sed ad eos omnes pertinere, qui catholicæ non communicãt unitati, facillime possunt conuinci, & si difficile cõfiteri. Qua enim causa in eorum cõmunione ad alios non pertinent crimina aliorum, ea causa schisma crimen est omniũ, quia cum se inter ipsos suos aliorũ sceleribus maculari non posse iam dicunt, simul fateãtur necesse est non se habuisse causam cur ab unitate discederent, ubi eos non possunt aliorum scelera maculare, & ,ppterea scelere schismatis apertissimo tan quam uno mortifero uinculo pariter colligantur.

At enim prophetauit Hieremias. Quid prophe- Cap. X
tauit Hieremias? Non habere, inquit, uerũ baptis- Hiere. 2
mum eos qui relinquunt deum. Ait enim, Expectauit cœlũ super istud, & exhorruit multo uehementius dicit dominus, quoniam duo nequam fecit populus iste. Me dereliquerunt fontem aquæ uiuæ, & effoderũt sibi lacus detritos qui non possunt aquam portare. Et iterũ, Facta est plebs mea Hiere. 15
mihi sicut aqua mendax, & non habens fidem. Et illud quod scriptũ est, Qui baptizatur à mortuo, Eccl. 34
& iterum tãgit mortuũ, quid prodest lauatio eius? Psal. 140
Et illud in psalmo, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Et iterũ alibi, Muscæ mo Eccl. 10
rituræ exterminant oleum suauitatis. Et alibi, Spi Sap. 10
ritus enim sanctus disciplinę effugiet fictum, & auferet se à cogitationibus quæ sunt sine intellectu. Hæc omnia si eo modo intelligenda sunt, quo ab istis intelliguntur, nec nobis nec istis conquadrat ratio ueritatis. Si autem alio modo docuero intelligenda, illi sola sua prauitate turbantur. Sed ut nõ turbentur, ad catholicum refugiãt intellectũ, quia non inueniunt exitũ respõsionis, dum irretiuntur crimine schismatis. Habent certe etiã ipsi, non dicam tales, sed quos uel fatentur, uel insanissime negant, derelinquentes deũ qui est fons aquæ uiuę, hoc est inique uiuentes. Neq; enim pedibus, ac non corde relinquitur deus. Habent & mẽdaces, & non habentes fidem, aliud profitentes & aliter conuersantes: habent etiã mortuos. Si enim sexui

FACULTAD DE TEOLOGIA Univ. de Deusto BILBAO

Universidad de Deusto
Biblioteca

delicatiori & infirmiori delitias non concedit Apostolus dicens, Vidua quæ in delitijs agit, uiuēs mortua est: quærāt utrū nulli apud se uiri, & quod amplius est, præpositi uel ministri uiuant in delicijs, atq; si ita audent, renunciēt se nō habere mortuos, & meliores esse quàm illa ecclesia, cuius angelo in figura præpositorum uel animarum dicitur, quòd non uiuat sed mortuus sit, & tamen inter septem ecclesias numeratur, & ei non diuiso à cōpage corporis Christi agenti, sed in unitate perseueranti præcepta uitæ insinuant. Omitto quod in concilio suo aduersum Maximinianistas dixerūt, Aegyptiorum admodum exemplo, pereuntiū funeribus plena sunt littora. De quorū numero mortuorum nunc intus est Felicianus, qui adhuc mortuus baptizat. Aut si iam reuixit, habet secum illos quos mortuus in schismate baptizauit. Habēt certe peccatores, Nam si interrogentur quicunq; sibi in ipsis magni uidentur, etiam seipsos peccatores non negant. Neq; enim non tundunt pectora sua, aut cum id faciunt, simulando faciunt. Quod si ita est, tunc certe infœliciter peccant, populos suos simulata humilitate fallentes, aut cum dicunt in oratione dominica: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quod utiq; non de illis peccatis dicitur, quæ in baptismi regeneratione dimissa sunt, sed de ijs quæ quotidie de seculi amarissimis fructibus humanæ uitæ infirmitas cōtrahit, quibus curandis ādhibētur medicamenta eleemosynarū, ieiuniorū & orationū, ut in oratione esse dicatur quod in eleemosynis agitur. Nam & peccatū quod in te alter admisit, dimittere, ut & tibi tuum deus dimittat, magnum opus misericordiæ est. Quod si homines ficte & non ueraciter dicunt, putantes se non habere quod eis dimittat deus, idipsum est inexpiabile sacrilegium, eaipsa impia est & uæsana superbia, quod est certe immane peccatum. Nam & de morituris muscis quid dicam, quoniam in eis nō morituros adhuc, sed iam mortuos multipliciter inueniri, siue fateantur, siue cōuincantur ostendimus? Fictos uero quos fugit spiritus sanctus disciplinæ, & sine intellectu perdite uiuentes q̄s multos inter se habeant, secundum ea quæ suprà dicta sunt cogitent. Nam & quicunq; ibi latent mali, quod uel eo certum est, quia sæpe prodíti conuictiq; dānantur, non de recentibus tantum factis, sed etiam de ueteri cōsuetudine flagitiorum, quia stultissima fictione diu cælari non potuerunt, utiq; magis ficti sunt dum se bonos fingendo decipiūt. Si ergo sic sunt ista intellígenda ut isti intelligunt, quomodo eis ratio subsistere poterit, cur apud eos qui male uiuendo derelinquunt deum, siue lateant, siue noti sint: non fuerint lacus detriti, qui continere non ualent aquas? Et si in hoc loco sacramentū baptismi intelligendū est, cur mendaces & infideles eorum ministri, non aquam ueracem, sed mēdacem uel dare uel habere creduntur? quid ab illorū mortuis qui baptizantur proficit lauatio eorum? Cur peccatores impinguant oleo capita aliena? Quid ibi muscæ morituræ uel mortuę meruerūt, ut non exterminēt oleum suauitatis? Quo priuilegio muniuntur quicunq; ibi ficti sunt, id est qui iustitię pelle obtegunt lupum, ut non eos fugiat spiritus sanctus disciplinæ? Aut si eos fugit spiritus sanctus, quomodo per eos baptizatis datur? Hic enim dici non potest quod solent ineptissime & impudētissime dicere, tunc posse à malo baptizari quēquam, si lateat malitia baptizantis. Qui enim fictus est, tanto magis fictus est, quanto magis latet. Ab hoc ergo cum se auferat spiritus sanctus, quæ spes erit baptizati, si baptizantis hominis meritum in illa dei gratia cogitandum est? Hic omnino quid respondeant non inueniūt, qui malos apertos habere se negant, in quo quidem apertissime cōuincuntur. Sed quid ad nos? Satis est nobis ad necessariū articulum causæ, quòd fictos bonos, id est occultos malos, apud se esse negare nō possunt. Per multos enim redarguūtur, qui cum ibi perditis & sceleratis moribus uiuerent, & per ipsam fictionē diu latuissent, aliquādo proditi, expulsi sunt. Dicamus ergo, Si nolunt ibi adhuc esse aliquos tales, illi certe qui eiecti sunt in eadem fictione laterent, & eos fugeret spiritus sanctus, de quo scriptum est, Spiritus enim sanctus disciplinæ effugiet fictū: quomodo baptizare potuerunt? Cur non recensentur salutem qui uiuunt ut accipiant baptismum, quē utiq; à fictis quos deseruit spiritus sanctus accipere nequiuerunt? Si autem dicunt, Spiritus quidem sanctus daturis fingentibus deerat iustificādis, sed acceptúris credentibus aderat abluendis per ineffabilem efficaciam potentiæ suæ, utrumq; ualens facere, illos fugere, istos fouere: illos culpare, istos mundare: quam pro se quæstionem soluunt, simul cernant solutam esse pro nobis. Quod autem intelligimus in hac sententia sanctæ scripturę, quam certe ipsi non intelligentes, & quasi pro suis partibus proponentes, ad seipsos conuincēdos ingerunt nobis, hoc penè in omnibus talibus quæstionibus intelligendum admonemus, scilicet quia omnia sacramenta cum obsint indigne tractantibus: prosunt tamen per eos digne sumentibus, sicut & uerbum dei testatur: unde dictum est, Quæ dicunt facite: quę autē faciunt, facere nolite. Nam effodere lacus detritos qui continere nō ualent aquas, quis me prohibet sic intelligendum esse, cōuerti ad uoluntatem terrenam, ut non possint sustinere spiritum sanctum, quem nomine aquæ in euangelio significari, quis modo Christianus ignorat? Item aqua mendax non habens fidem, poterit intelligi, non falsum baptisma, sed populus mendax & infidelis, non annumeratus ueracibus & fidelib9, sed his solis qui mēdaces & infideles sunt. Nam populum significari aliquando uocabulo aquarum, legant Apocalypsim, & calumnientur sibi prius potius quàm nobis. Sic enim dicitur Ioanni, Aquas quas uidisti, super quas sedet meretrix illa, populi & tribus sunt: & gētes & linguę. Et illud quod scriptum est, Qui baptizatur à mortuo, & iterū tangit mortuū, quid proficit lauatio eius? Vt interim differā diligentiorem istorum uerborū inquisitionem, tutissime accipio Paganorum baptisma

1. Tim. 5

Exodi 14

Matth. 6

A

B

C

D

1. q. 1. cap. omnia, & ca. per Esaiam

Matth. 25

Sap. 1

Apoc. 17

Eccle. 34

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptiſmata eſſe denotata, qui homines et à iuſtitia, & ab iſta uita mortuos colunt, in quorum nomine baptizantur. Quamuis enim & ipſi ſacerdotes per impietatem mortui dicantur: non tamen propter eos ſic intelligitur, ſed propter mortuos deos
Hiero.10 eorum, in quorum ſignificatione dicitur, Dominus deus noſter deus uiuus. Quapropter etſi apud Chriſtianos ſunt aliqui præpoſiti uel miniſtri, qui per impietatẽ et iniquitatem ſuã mortui ſunt, uiuit
Ioan.1 tamen ille de quo dictũ eſt in Euangelio, Hic eſt
Rom.6 qui baptizat: quia ſicut dicit Apoſtolus, Chriſtus reſurgens à mortuis, iam nõ moritur, mors illi ultra non dominabitur. Oleũ uero peccatoris aper-
Pſal.140 tiſſime Pſalmus indicat, quemadmodũ intelligendum ſit. Ait enim, Emendabit me iuſtus in miſericordia & arguet me: oleũ autẽ peccatoris non impinguet caput meum. Vnde manifeſtum eſt, oleo peccatoris blanditias adulatoris eſſe ſignificatas, quib. repudiatis & deteſtatis eligit à iuſto emendari & argui, quia hoc iuſtus non fallaci lenitate adulationis, ſed ueraci aſperitate obiurgationis faciens, multo magis miſericorditer facit. Vnde eſt
Apoc.3 & illud in Apocalypſi, Ego quos amo, arguo &
Prou.27 caſtigo. Et illud apud Salomonem, Meliora ſunt uulnera amici, & uoluntaria oſcula inimici: & multa reperiũtur huiuſmodi. Oleũ uero ſuauitatis, ſci
Eccls.10 licet bonũ odorem, id eſt bonã famã Chriſtianorum, illi exterminant qui male uicturi, & ad mortẽ ſuarum iniquitatũ redituri, magna multitudine irruunt, ut eis per baptiſmum peccata donentur, & ad ea denuo reuertantur. Nam propter numeroſitatem muſcis arbitror eſſe cõparatos. Sed hi exterminãt oleũ ſuauitatis, quoniã non ipſam dei gratiam, ſed hominũ mores intuentur. Et quoniã ſicut grana inter paleas nõ uidentur: ita pie uiuentes inter iniquorũ turbas non facile apparent, carnaliter offenſi à percipiẽda ſalute ſempiterna, ſiue trahuntur, ſiue omnino reſiliunt. Eſſe autẽ bonum odorem in bona fama recte uiuentiũ Chriſtiano-
2.Corin.2 rum, Apoſtolus docet dicẽs, Chriſti bonus odor
Eſa.52 ſumus deo in omni loco. Contrà illi quibus dici-
Rom.2 tur, Nomen enim dei per uos blaſphematur in gentibus: utique oleum ſuauitatis exterminãt. Sic ergo habẽt iſta alios ſynceriores intellectus quos ſi qui ſequantur, etiam ipſi ab earũ quæſtionum expediuntur anguſtijs. Illorum autem intellectus ſi à nobis non cõfirmetur, ipſos ſolos: ſi uero à nobis cõ-
Cap.XI firmetur, utroſque noſtrum implicat. Quid opus eſt iam plura diſcutere, niſi forte illud mouebit, quia cũ probare Parmenianus uellet, carnales homines nõ poſſe ſpiritales filios procreare, addidit
Ioan.3 ex Euangelio teſtimoniũ, Quod natum eſt de carne, caro eſt: & quod natũ eſt de ſpiritu, ſpiritus eſt. Quaſi nos dicamus per ſeipſum quemlibet hominem ſpiritales filios generare: & per Euangeliũ, in cuius prædicatione ſpiritusſanctus operatur, ad gignendos filios non poſſe ſufficere, cum ſpirituſ ſanctus fictũ miniſtrũ fugiat, ſicut ſuprà diximus.
1.Cor.4 Ideoque Apoſtolus cum talibus filijs loqueretur, ſi dixiſſet, Ego uos genui: & non addidiſſet, in Chriſto Ieſu per Euangeliũ: nullo modo ſe quiſquã fi-

A delium de illo natũ religioſe fateretur. Euangeliũ autem fur quoque Iudas ſine detrimento fidelium prædicauit. Fictos igitur eorum, id eſt occultos malos, ſicut ipſi quoque concedunt, cum eos fugiat ſpiritus ſanctus, per eorum tamen miniſterium gigni ſpiritales filios adſtruunt. Sed quis ferat tantam dementiam, ut cum forte carnalem uocet hominem de coniuge filios procreantem, ſpiritalem appellet adulterum? Abſit, inquit, ut hoc ſentiam. Nam quomodo adulter latẽs, cum apud eos præpoſitus eſſet, ſpiritales potuit filios procreare, ſi carnales hoc facere non poſſent? An ſorte tũc per manus eius uel Chriſtus, uel ſpiritus ſanctus, uel angelus baptizauit? Si ergo tunc homo baptizat cũ
B baptizator manifeſtus eſt bonus: cũ uero baptizatorlatet malus, tunc dñs baptizat, aut angelus, & unuſquiſque talis ſpiritu taliter naſcitur qualis fuerit à quo baptizatur: optent igitur qui deſyderãt baptizari, ut homines per quos baptizantur non ſint manifeſti boni, ſed latentes mali, ut ſic deo uel angelo baptizante ſanctiores renaſci mereantur. Hanc abſurditatem ſic ſe cogitant euitare per quemlibet hominem, ut cum quis Chriſti baptiſmate baptizatur, Chriſtum baptizare fateantur, de quo ſolo dictum eſt, Hic eſt qui baptizat in ſpi Ioan.1
ritu ſancto. Nam illud ex Euangelio, Sicut miſit Ioan.20
me pater, & ego mitto uos: Hoc cum dixiſſet, inſufflauit & dixit, Accipite ſpiritum ſanctum, ſi cui dimiſeritis peccata, dimittentur: & ſi cui retinueritis, retinebuntur: contra nos eſſet, ut cogeremur
C fateri ab hominibus hoc, non per homines fieri, ſi poſteaquam dixit, Et ego mitto uos: ſubieciſſet continuo, Si cui dimiſeritis peccata, dimittentur: & ſi cui tenueritis, tenebuntur. Cum uero interpoſitum eſt, Hoc cum dixiſſet, inſufflauit, & ait illis, Accipite ſpiritum ſanctum: & deinde illatum, per eos uel remiſsionem uel retentionem fieri peccatorum: ſatis oſtenditur, non ipſos id agere, ſed
Matth.10 per eos utique ſpiritumſanctum, ſicut alio loco dicitur, Non enim uos eſtis qui loquimini, ſed ſpiritus ſanctus qui in uobis eſt. Spiritus autem ſanctus in Eccleſiæ præpoſito uel miniſtro ſic ineſt, ut ſi fictus nõ eſt, operetur per eum ſpiritus ſanctus, & ad eius mercedem in ſalutem ſempiternã, & eorum regenerationem uel ædificationem, qui per eum
D ſiue conſecrantur ſiue euangelizantur. Si autem fictus eſt, quoniam ueriſſime ſcriptum eſt, Spiri- Sapien.1
tus enim ſanctus diſciplinæ effugiet fictum: deeſt quidem ſaluti eius, ut auferat ſe à cogitationibus quæ ſunt ſine intellectu, miniſterium tamen eius
1.Cor.9 non deſerit, quo per eum ſalutem operatur alio-rum. Propter quod Apoſtolus ait, Si enim uolẽs hoc facio, mercedem habeo: ſi aũt inuitus, diſpenſatio mihi credita eſt: id eſt, illis prodeſt quib. hoc diſpenſo, non mihi qui fictus ſum. Qui eñ inuitus facit propter cõmoda gaudiaque carnalia, quæ ſi aliter habere poſſet, illud deſereret, ipſe utique fictus eſt, ideoque inuitus facit, ſed eis prodeſt erga quos facit: ſe autem tantum à mercede ſalutis alienat, nõ etiã illos priuat quibus cibaria dominicus etiã malus ſeruus impẽdit. Quia uero nõ erat talis apoſtolus

Universidad de Deusto
Biblioteca

stolus, sed talis potius ut uolens faceret, id est gratuitam gratiã pietate casti cordis erogaret, & mercedem aliorum per eum spiritus sanctus operatus est, quam sicut ipse dicit, reddet ei dominus in illum diem iustus iudex: illos uero qui Euangelium annunciabãt nõ caste, qui nõ quidem aliud nisi ueritatem, id est Christum, non ueritate cordis boni, sed per occasionem commodorum suorum annunciabant, Sinite, inquit, hos annunciare: & gaudet non utiq; illis, sed eis qui per eos salui fiebant,
Matth. 23 tenentes præceptum Christi dicentis, Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere nolite: dicunt e-
Philip. 1 nim & non faciunt. De his etiã Apostolus ad Philippenses loquitur, Quidam quidem, inquit, per inuidiam & contentionem: quidam uero per bonam uoluntatem Christum prædicant, quidam ex charitate, scientes quoniam in defensione Euangelij positus sum: quidam uero & per contumaciam Christum annunciant non caste, existimantes tribulationem suscitari in uinculis meis. Quid eñ dum omnimodo, siue occasiõe, siue ueritate Christus annuncietur? & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Nunquid permitteret eos Christum prędicare, cũ Euangelij ueritatem non ueraci cordis castitate prædicarent? Nunquid de talium prædicatiõe gauderet, nisi sciret quod illis quidẽ pernicios um esset, rem castam non caste annunciare: illis autẽ salubre, qui bona & uera per eos audientes proficerent ad salutem? Nam ubi nõ Christus
Gal. 1 qui ueritas est, sed falsitas & mendacium prædicatur, apertissime prohibet ad Galatas dicẽs, Si quis
1. Tim. 1 uobis Euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Itemq; ad Timotheum, Sicut rogaui te, inquit, ut sustineres Ephesi, cum irem in Macedoniam, ut denunciares quibusdam ne aliter docerent. Illos autem inuidiosos, contentiosos, contumaces, non castos, occasionem quærentes faciendæ suæ malę uoluntatis, quia sic eorũ fictionem fugerat spiritus sanctus, ut eorum non desereret ministerium, quo per eos Christus prædicabatur, non solum non permittit ut faciant, sed & gaudet quia faciunt. Hęc de scripturis sanctis documenta proferimus, ut appareat facile non esse quicquam grauius sacrilegio schismatis: quia prędicendæ unitatis nulla est iusta necessitas, cum sibi nequaquã spiritaliter nocituros malos ideo tolerent boni, ne spiritaliter seiungantur à bonis, cum disciplinæ seueritatem consideratio custodiendæ pacis refrenat aut differt, quam tamen securitas exerit, cum apparet sine uulnere schismatis ad salubrem correctionem posse aliquid ecclesiastico iudicio uindicari. Dicimus enim magnum nomen domini esse cum eis qui eum metuunt, quamuis permixti sint turbis eorum qui eum nõ metuunt, ut illud quod
2. Tim. 2 Apostolus ait, Nouit dominus qui sunt eius: & recedat ab iniustitia omnis qui inuocat nomẽ domini. Si enim bono pacis, ne ante tempus cum zizania colliguntur, eradicetur simul & triticũ, necessitate cogitur quisquã esse inter iniustos, recedat ab iniustitia, & securus inuocet nomen domini. Similiter enim & ab iniustis recedit, & ab eis exit, at-

A que separatur interim corde, ut etiam corpore à talibus in fine separari mereatur. Et illud quod Cap. XII
scriptum est, Non est speciosa laus in ore peccato Eccl. 15
ris. In ore quippe fidelium speciosa est. Sic autem unicuiq; est os proprium, nec quisquam sine consensu cordis sui ex ore uulneratur alieno. Cum autem prædicatio peccatoris ore procedit, quærendum est cuiusmodi peccatorem hoc loco scriptura significare uoluit. Nam & Publicanus qui iustificatus est magis quàm ille Pharisæus, utiq; peccator erat, Si enim uera eius peccata non erant, falsa erat confessio peccatorum: si autem uera erat confessio propter quam iustificari etiam meruit, proculdubio uera erant peccata. Hæc etiam de oratio
Dan. 9 ne sancti Danielis uerissime dixerim, qui profecto
B ueraciter ait, Cum orarẽ & confiterer peccata mea & populi mei. In cuius ergo ore peccatoris laus speciosa non est, nisi maxime mẽdacis & ficti, quẽ spiritus sanctus disciplinæ fugit? Quem igitur fugit, cum tamen loquitur ueritatem, nõ in eius ore speciosa est, quia non ei tribuitur cuius particeps non est, sicut speciosa non erat prophetia in ore Caiphæ pontificis sacerdotum, qui nescíuit quid dixit, sed cum esset põtifex prophetauit: sed tamen per ipsum speciosa laus est dei in auribus audienti
C4. XII um, & corde credentiũ. Ex Apostoli etiam sen-
tentia male usurpata uelut insultare audet Parmenianus eis quos negat habere baptismum, & propterea dicit eos dare nõ posse. Quid enim, inquit,
1. Cor. 4 habes quod non accepisti? Quod ut omittã, unde
C & quare dicat Apostolus, quod ipsius epistolæ cõtextione declaratur, si hoc de baptismo uult intelligi, & si ille dare non potest qui non habet: ille aũt non habet quod nõ accepit, ut ei aliquo modo suffragetur quod scriptũ est, Quid enim habes quod non accepisti? quęro utrum nõ habeat quod apud ipsos accepit? Si dixerit, habet: quæro utrum amittat si ab eis recesserit? Si dicit, amittit: baptizãdus iterũ est si redierit, ut ei possit restitui quod amisit. Si autem hoc non fit, nec quisquam dicit esse faciendum, nõ ergo amiserat. Porrò si accepit, & non eo caruit, habet utiq; quod accepit. Et ideo non ei potest dici secundum istorum intellectũ, quid habes quod non accepisti? Refer nunc animum ad ipsam originem schismatis, Quemlibet existiment
D Cęcilianum: quem nos credimus innocẽtem, proculdubio in unitate fidei baptizatus erat, Nondũ enim facta erat ista diuisio, Ponamus sicut illi uolunt, quòd ab unitate ipse recesserit, nõ amisit utique quod acceperat. Non enim si rediret baptizaretur iterum, ut reciperet quod amiserat. Porrò si eo quod acceperat non caruerat, id utiq; habebat. Si ergo nec ipsi dici potuit ex istorum prauo intellectu, Quid enim habes quod non accepisti? multo minus hoc idem dici potest ei, qui per Cæcilianum à domino accepit. Cur enim non potuit homo qui non coniunctus est uobis, id quod non habebat accipere per eum qui non amisit, quando recesit à uobis? Quanto ergo imprudentius dicitur orbi terrarũ, Quid enim habes quod non accepisti: unde ipsius sacramenti connexio in Aphri-

cam

Universidad de Deusto
Biblioteca

cam uenit, qui per nullius traditoris facinus potuit amittere promissionem dei, aperta pollicitatione dicentis ad Abraham, In semine tuo benedicentus omnes gentes: etiam si isti non impij calumniatores fratrum, sed ueri examinatores criminum fuissent. Nam illud quod quidam eorum ueritate conuicti dicere cœperant, baptismum quidem nō amittit qui recedit ab Ecclesia, sed ius tamen dandi amittit: multis modis apparet frustra & inaniter dici. Primo, quia nulla ostenditur causa, cur ille qui ipsum baptismum amittere non potest, ius dandi amittere possit. Vtrunque enim sacramentum est, & quadam consecratione utrunq; homini datur, illud cum baptizatur, istud cum ordinatur: ideoq; in catholica utrunque non licet iterari. Nam si quando ex ipsa parte uenientes etiam præpositi pro bono pacis correcto schismatis errore susceptí sunt: & si uisum est opus esse, ut eadem officia gererent quæ gerebant, non sunt rursus ordinandi: sed sicut baptismus in eis, ita ordinatio manſit integra, quia in præcisione fuerat uitium, quod unitatis pace correctum est, non in sacramentis quæ ubicunque sunt, ipsa uera sunt. Et cum expedire hoc uideatur Ecclesiæ, ut præpositi eorum uenientes ad catholicam societatem, honores suos ibi non administrent: non eis tamen ipsa ordinationis sacramenta detrahuntur, sed manent super eos. Ideoq; non eis in populo manus imponitur, ne non homini, sed ipsi sacramento fiat iniuria. Et si quando ignoranter fit, nec animose defenditur factum, sed corrigitur cognitum, uenia facilius impetratur. Deus enim noster non est dissensionis deus, sed pacis: nec ecclesiæ eius sacramenta in eis qui ab ecclesia recesserunt, sed ipsi qui recesserunt inimici sunt. Sicut autem habent in baptismo quod per eos dari possit: sic in ordinatione ius dandi, utrunque quidem ad perniciem suam quandiu charitatem non habent unitatis. Sed tamen aliud est prorsus non habere, aliud pnicioſe habere, aliud salubriter habere. Quicquid non habetur dandum est cum opus est dari: quod uero pernicioſe habetur, per correctionem depulsa pernicie agendum est ut salubriter habeatur: quanquam etsi laicus aliqua pereunti dederit necessitate compulsus, quod cum ipse acciperet, dandum esse addidicit, nescio an pie quisquam dixerit esse repetendum. Nulla enim cogente necessitate si fiat, alieni muneris usurpatio est: si autem necessitas urgeat, aut nullū, aut ueniale delictum est. Sed & si nulla necessitate usurpetur, & à quolibet cuilibet detur, quod datum fuerit non potest dici nō datū, cuius recte dici possit illicite datum. Illicitā ergo usurpationē corrigit reminiscentis & pœnitentis affectus. Quod si non correxerit, manebit ad pœnā usurpatoris quod datū est, uel eius qui illicite dedit, uel eius qui illicite accepit, non tamen pro non dato habebitur. Neque ullo modo per deuotum militem quod à priuatis usurpatum est, signum regale uiolabitur. Si enim aliqui furtim & extraordinarie, non in monetis publicis aurum uel argentum, sed æs percutiendo signauerint, cum fuerit deprehensum: nonne illis punitis, aut indulgentia liberatis, cognitum regale signum thesauris regalibus cogetur inferri? Aut si quisquam est, siue desertor, siue qui nunquam omnino militauit, qui nota militari priuatū aliquem signet, nonne ubi fuerit deprehensus ille signatus, pro desertore punietur, & eo grauius quo probari potuerit nunquam omnino se militasse, simul secum punito, si eum prodiderit audacissimo signatore? Aut si forte illum militiæ characterem in corpore suo, non militans pauidus exhorruerit, & ad clementiam Imperatoris confugerit, ac prece fusa & impetrata iam uenia militare cœperit, nunquid homine liberato atque correcto, character ille repetitur, ac non potius agnitus approbatur? An forte minus hærent sacramenta Christiana quàm corporalis hæc nota, cum uideamus nec apostatas carere baptismate, quibus utiq; per pœnitentiam redeuntibus non restituitur, & ideo amitti non posse iudicatur? An ducenda de militia similitudo non fuit, cum & Apostolus de agonisticis certaminibus clamet & aperte dicat, Nemo militans deo implicat se negocijs secularibus: ut ei placeat cui se probauit? Et hæc quidem alia quæstio est, utrum & ab ijs qui nunquam fuerunt Christiani possit baptismus dari: nec aliquid temere inde affirmandum est sine authoritate tanti concilij quantum tantæ rei sufficit. De ijs uero qui ab Ecclesiæ unitate separati sunt, nulla iā quæstio est, quin & habeant & dare possint, & quin pernicioſe habeant, pernicioſeq; tradant extra uinculum pacis. Hoc enim iam in ipsa totius orbis unitate discussum, consideratum, perfectum atque firmatum est. Sed si nos male facimus, ipsi explicent, quomodo sacramētum baptizati non possit amitti, & sacramentum ordinati possit amitti: quoniam dicunt, recedens ab Ecclesia baptismum non amittit, ius dandi tamen amittit. Si enim utrunq; sacramentum est, quod nemo dubitat, cur illud non amittitur, & illud amittitur? Neutri sacramento iniuria facienda est. Si sancta malos fugiunt, utrunq; fugiat: si sancta in malis inuiolabiliter manent, utrunque maneat. Si dixerint, baptismus in sola uera Ecclesia recte datur: Respondetur eis, Baptismus in sola uera Ecclesia recte habetur. Cur non potest dari ubi non recte datur, cum possit haberi ubi non recte habetur? An quia non habere aliud est, aliud non recte habere: sic & non dare aliud est, aliud non recte dare. Sicut non recte habent qui ab unitate discedunt, sed tamen habent, & ideo redeunti non reddit̄: sic etiam non recte dat qui ab unitate discedit, sed tamē dat. Et ideo quod ab eo accepit uenienti ad unitatem non iteratur: illi autem quod non recte datur, datum nō esse cōtendunt. Quod si aliquid quod nō recte habetur, haberi non posse contendant, nos utrinq; reclamamus & dicimus, habere quidem, sed non recte habere eum qui ab unitate discesserit. Si ergo uolunt, ut audiat ille quod pariter reclamamus, ipsi nos audiant reclamantes, dare quidem, sed non recte dare eum qui ab unitate discedit

Gen.22

1.q.1.c.quod quidam. 24. q.1.ca.mirabiliter. 4.sen.dist.25 ca. ecōtra aūt

Laicus in necessitate bapt.

De conse.dist. 4.cap. nullus autem

2.Tim.2

1.q.1.c. quod quidam 4.sen. di. 25 ca. ecōtra aūt

1.Cor.14

1.q.1.c.quod quidam 4.sen.di.25 c. ecōtra aūt

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit. Qua propter ſicut redeunti nō redditur quod foris habebat, ſic uenienti non repetendum eſt, quod etiam foris accepit. Vnde conſequenter intelligitur peruerſitatem hominum eſſe corrigendam, ſanctitatem autem ſacramentorum in nullo peruerſo eſſe uiolandam. Conſtat enim eam in peruerſis & ſceleratis hominibus, ſiue in eis qui intus ſunt, ſiue in eis qui foris ſunt, impollutam atque inuiolabilem permanere, & quia dicuntur ea mali polluere, quantum in ipſis eſt dicuntur, cum illa impolluta permaneant, ſed in bonis permanent ad præmium, in malis permanent ad iudicium. Nam & de ſpiritu qui nullo modo poteſt ex
1. Theſ. 5 tingui, dictum eſt tamen, Spiritum nolite extinguere: id eſt, quantum in uobis eſt nolite ſic agere, tanquam conemini ſpiritum extinguere, aut tanquam ſpiritum extinctum putetis: & nomen dei nullo modo pollui poteſt, & tamen dictum eſt, filius & pater intrabant ad unam puellam, ut polluerent nomen dei ſui. Nec ullo modo iſti expedire ſe poſſunt cum eis proponitur, cur ſanctitas ſacramenti & haberi & dari poſsit ab eo quem intus ſceleratum iam Deus damnauit, & tunc incipiat ab eo dari non poſſe cum ab hominibus damnatus fuerit, cum tamen nec tunc ea poſsit amittere. Poſtremo cur Felicianus quem cum Maximiniano trecenti decem damnauerunt, qui & diu foris in ſacrilegio, ſicut ipſi in cōcilio ſuo pronunciauerunt, ſchiſmaticus fuit, non ſolum ipſum baptiſmum, ſed etiam ius dandi non amiſit? In honore quippe ſuo ſicut exierat, ita receptus eſt cum his omnibus quos ipſe foris poſitus baptizauit, nullo eorum rebaptizato: quia ſi aliquem eorum quos foris baptizauerat, rebaptizādum eſſe cenſerent, iudicarent eum amiſiſſe ius dandi cum foris eſſet, & propterea conſequens erat, ut ipſum quoq; iterum ordinarent, ſi illos iterum rebaptizarent. Sed cum ad pacem Chriſti reuocantur, calumniatores ſunt: cum paci Donati conſulunt, diſſimulatores ſunt. Quid eſt hoc aliud, quàm quod eorum magiſter Ticonius de illis ait, quod uolumus ſanctū eſt? Vt quid ergo Parmenianus inani iactantia exultat & dicit, nunquam diuinæ legis cenſura patietur, ut uiuificare quenquam mortuus poſsit, curare uulneratus, illuminare cæcus, ueſtire nudus, & mundare pollutus? Dominus enim ſuſcitat mortuos, dominus curat uulneratos, dominus illuminat cæcos, dominus ueſtit nudos, dominus mundat pollutos. Quid ſibi arrogat quæ hominis non ſunt? Ita ne uiui ſunt apud eos qui non peccant, ut etiam uiuificare poſſe dicantur, cum incrementum dare non poſſint? Ego, inquit Apoſtolus, plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit. Neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Quando dat uitam mortuo, qui incrementum dare non
Ioan. 5 poteſt uiuo? Sicut enim pater ſuſcitat mortuos & uiuificat, ſic & filius quos uult uiuificat. Ita ne apud illos ſani ſunt, ut poſsint etiam curare non ſanos. Quid aliud iſti quàm ſe benedicendos pro domino opponunt? Sed ab eis nullo modo ſeducun

1. q. 1. cap. quod quidā

Hemiſtichiū Ca. XIIII

tur, qui non in homine, ſed in deo ſperantes cantant, Benedic anima mea dominum, & noli obliuiſci omnes retributiones eius. Qui propitiatur omnibus iniquitatibus tuis, qui ſanat omnes infirmitates tuas, Si omnes languores ipſe ſanat, nullum relinquit quem Parmenianus ſanare debeat. Tantáne apud illos lumina ſunt, ut illuminare etiam poſsint? Quod nec illi, quo in natis mulierum maior ſurrexit nemo, Ioanni Baptiſtæ Ioannes Euangeliſta concedit, de quo ait, Non erat ille lumen, ſed ut teſtimonium perhiberet de lumine. Erat lumen quod illuminat omnem hominem uenientem in hunc mundum. Si omnem hominem illud lumen illuminat, nullum relinquit quem Parmenianus illuminare ſe dicat: quia & ſi ſancti homines, ut Ioannes, ſecundum quendam modum dicuntur luminaria: aliud tamen ſunt lumina illuminata, aliud lumen illuminans, Quod illud eſt de quo idem Ioannes Baptiſta dicit, Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Nudos autem quis ueſtit, niſi qui dicit, Proferte illi ſtolam primam: & qui corruptibile hoc induet incorruptionem, & mortale hoc induet immortalitatem? Et hoc quiſquam diuino indumento aliquem ueſtire dicitur, cui magnum eſt ſi ueſtiri ipſe mereatur. Iam porrò emundare pollutum ſe audeat dicere, ſi prius audet ſe dicere non eſſe pollutum. Mundati enim ſumus per gratiam dei, ſed nec tunc quidem mundabimus aliquem, cum fuerit perfecta noſtra mundatio: quanto minus modo, cum corpus quod corrumpitur aggrauat animam? Quis enim caſtum glorietur ſe habere cor, aut quis glorietur mundum ſe eſſe à peccato? Mundare quippe atq; ſanare in ſpiritalibus rebus tantundem ualet. Sicut autem ſpe ſalui facti ſumus, ita ſpe mundati ſumus in perfecta ſalute & in perfecta mūdicia. Quo modo ergo ſanare & mundare iam poſſumus, qui nec tunc poterimus, cum omnino ſalui & mundi fuerimus? Sed deus, inquit, hoc per hominem facit. Facit ſanè, ſed fecit & per Iudam, quem ad Euangelium prædicandum cum cæteris miſit. Fecit & per Phariſæos in eis, qui bona quæ per eos audiebant ipſi faciebant, cum illi non facerent quæ dicebant. Poſtremo cur iniqui & ſcelerati eorum, ſiue cum latent, ſiue cum pro pace Donati tolerantur, uiuificant, curant, illuminant, mundāt? An ipſi non ſunt mortui, uulnerati, cæci, polluti? An ideo non apud eos cæci cęcos ducentes ſimul in foueam cadunt, quia nō ipſos, ſed deum quem prædicant illi audiendo & obtemperando ſectantur? Ita ſanè, ſed tunc prædicant deum, ſi cum Chriſto colligunt. Quicunque uero cum illo non colligunt, ſpargunt: Donatum prædicando, non deum, cæci cæcos ſequendo ſimul in foueam cadunt. Sed de quæſtione baptiſmi latius aliquid domino adiuuante tractabimus, cum de omnibus teſtimonijs ſanctarum ſcripturarum quæ nobis obijcienda credidit, Parmeniano reſponderimus. Qui uere ipſe adęquat proximos ſibi euerſiōe iniquitatis, qui eis tam malum propinauit errorem, ut non pro pace, ſed pro diuiſione & diſciſsione

Pſal. 102

Matth. 11 Ioan. 1

Ioan. 1

Luc. 15 1. Cor. 15

Matt. 10

Matt. 15

Luc. 1 De baptiſmo ca. 1. in prin.

non

non solum loquatur ipse, sed etiam diuinos libros loqui persuadeat. Sed inter multa miror hominem, cum ageret non posse haberi baptismum nisi acceptum, nec posse accipi sine dante, interpo
Cap. XV
Ioan. 3 suisse ex Euangelio testimonium, Non potest, inquit, accipere homo quicquam, nisi fuerit illi datum de cœlo. Posset enim aliquis eorum uerborũ inscius, cum cœpisset iste dicere, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi: antequam dixisset de cœlo, putare illum dicturum à Donato fuisse, aut à Parmeniano, aut ab aliquo de parte Donati, aut omnino ab ipsa parte Donati. Agnosco Euangelium, & illic scriptum esse recenseo, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de cœlo. Sed nunquid Donatus est cœlũ? Nunquid Parmenianus est cœlum? B Nunquid pars ipsa Donati? Illa uero non est cœlum, non est in cœlo, Qui enim ait, Non potest homo accipere quicquam, nisi fuerit illi datum de cœlo: nunquid diceret, nisi datum fuerit illi de sole, aut de luna, aut de stellis, quæ tamen in cœlo sunt? Quanto minus diceret, nisi datum fuerit illi de parte Donati, quæ non solum non est cœlum, nec est in cœlo, sed nec in regno uult esse cœlorũ, Nec illud proculdubio diceret, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit illi de Ecclesia: ipsa enim Ecclesia de cœlo accipit. Si autem diceret, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei ab homine iusto, irruerent quidem iusti isti frontosi, & se iustos esse proclamarent, ut ab eis acciperet qui uellet accipere: nec C nos quæstionem faceremus, utrum iusti essent an non, sed inter eos esse uel latentes iniustos facile ostenderemus ex quibusdam proditis & exclusis, & tamen eos non improbaremus, nec diceremus non datum uel non acceptum, quod datum & acceptum esset à talibus. Sed & hoc falsò diceretur, Non potest homo accipere quicquam nisi datum fuerit ei ab homine iusto. Ipse enim iustus à quo alter accipit, quæro à quo acceperit. Si & ipse à iusto homine, & de illo utiq; quæro, donec ab ipso capite ordinis humani ad aliquem perueniam, qui non ab homine acceperit: atq; ita falsum esse doceam, quia non potest homo accipere quicquã, nisi fuerit ei ab homine datum. Quid autem agunt isti nescientes Euangelicum testimonium: nisi ut D homines commoneantur simul ut aliquando euigilent, atque aduertant uere non homines esse attendendos, cum sanctum aliquid homo accipere desiderat: sed illum solum qui de cœlo dat homini, quia non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cœlo? Quod si dixerint, de cœlo quidem accipit, non de homine, sed tamen per hominem: quæro per qualem. Si per iustum tantum: non habent illi qui apud eosipsos per latentes iniquissimos acceperũt. Si & per iniustum: quæ causa ergo est ut aliquem rebaptizent? Si per iniustum non nisi latentem: non habent quos baptizauit manifestus satelles Gildonis Optatus. Si & per iniustum etiam manifestum, qui tamen non dum damnatus, & ab Ecclesiæ communione prorectus sit: non habent illi quos Felicianus Mustitanus, cum ab eorum communione foris esset, in Maximiniani schismate baptizauit, quos tamen nunc cum illo regressos nemo rebaptizabat. Postremo si homo quamuis de cœlo, non tamen nisi per hominem potest accipere quicquam: quæro ipse Ioãnes Baptista, qui hæc dicebat, per quem hominem acceperat; quod utiq; de cœlo acceperat, & non inuenitur? Posse tamen hominem non interposito homine diuinitus aliquid accipere, atque ita à se testimonijs prolatis, mala causa conuincitur, quia & si dicat filius accepisse se à patre, & spiritum sanctum de suo accipere, non quasi Ioan. 16 gradatim, sed sicut ipse exposuit dicens, Quia omnia quæ habet pater, mea sunt, ideo dixi, de meo accipiet. Exemplo suo Ioannes ipse testatur, & tot sancti antequam dei filius homo fieret, & posteaquam resurrexit & ascẽdit in cœlum: centum uiginti homines qui simul congregati erant, quos nullo homine in terra manum imponente, de cœlo ueniens spiritussanctus impleuit: & constituto iam ordine Ecclesiæ, Centurionem Cornelium ante ipsum baptismum, ante impositionem manus, cum eis qui secum erant eodem spiritusancto repletum, Petrus ipse miratus est. Nemo ergo accipit sine dante, sed quod pertinet ad baptismi sanctitatem: adest deus qui det, & homo qui accipiat, siue per seipsum donante deo, siue per angelum, siue per hominem sanctum, sicut per Petrum, siue per Ioannem, siue per hominem iniquum, sicut per tam multos uel latentes uel manifestos, quos ante tempus de messe colligere serui patrisfamiliãs prohibentur, & quos uelut paleam frumenta dominica, usq; ad tempus uentilationis corde interim separati, non temeritate corporaliter deserunt, sed pietate spiritaliter ferunt.

Qui, inquit, male credidit, consequi non po- Cap. XVI
test baptismi sacramentum, quia scriptum est, Per- Eccli.
uersum non potes adornare. Quid si ergo apud eos quispiã baptizatus fuerit, uerbi gratia, qui putarit Christum ex eo esse cœpisse, ex quo secundum carnem de uirgine Maria natus est: postea ueritatis sermone commonitus, cum comperisset ipsum esse de quo Ioannes ait, In principio erat uerbum, & uerbum erat apud deum, & deus erat uerbum, de quo consequenter ait, Verbum caro factum est, & habitauit in nobis: fateretur eis suum pristinum errorem, atq; in eo se fuisse cum baptizaretur solicitus indicaret, iuberẽt eum denuo baptizari? Nunquam utiq; facerent, sed hominis imperitam simplicitatem carnali opinione prius depraua tam, ueritatis ratione correctam gratularentur: aut si etiam talis peruersitas pertinaciter ei defendenda uideretur, & diu reluctatus neq; correctus, etiam de Ecclesia pelleretur, & postea cognita ueritate remearet, pœnitentia utiq; curandum esse cẽserent, non iteratione baptismatis uulnerandum, quamuis hoc in corde se habuisse fateretur illo tempore quo apud ipsos fuerat baptizatus. Peruersum ergo non potes adornare quia non ei ad ornatum ualeret sacramentum quod

acceperat

Universidad de Deusto
Biblioteca

acceperat, si in fide peruersa persisteret, sed potius ad supplicium: cum tamen ipsum sacramentū per se etiam in peruerso quem nō ornabat, sed iudicabat, integrū permaneret, & ideo nullo modo esset illius sacramenti uiolanda sanctitas, etiam cum esset illius hominis corrigenda peruersitas. Audet etiam Parmenianus nobis exempla diuina proponere, quibus se arbitratur ostendere, quærendum esse hominem sanctum, à quo accipi debeat sacramentum. Ipse, inquit, dei filius, ipse dominus Iesus Christus, à quo principium spiritalis baptismi exortum est, cum secundum uoluntatem patris baptizandus esset, utrum ne ad Pharisæos perfidos atque prophanos, an ad sanctissimum Ioannem uenisse monstratur? At si hoc exemplo inuitamur ad accipiendum baptisma, inferiorē nobis à quo baptizemur debemus inquirere, quādoquidē dominus ab eo baptizatus est, qui se ab ipso domino baptizari debere prædixerat, & qui se indignum corrigiam calciamenti eius soluere testabatur. Quinimo ut intermittam inquirere diligentius, cur ipse saluator noster baptizari uoluerit, quia certe aliqua causa uoluit: propterea fortasse cum se posset tingere, qui etiam suum baptizatorem poterat baptizare, uoluit dominus à seruo, & ille per quem facta sunt omnia, ab illo qui factus est inter omnia, baptizari, ut & doceret humilitatem, & ostenderet non interesse quis à quo baptizaretur, dum eo baptismo quo baptizandus est baptizetur. Nec à Pharisæis dedignaretur ille baptizari, si haberent huiusmodi baptismum Pharisæi, à quo ille certi sacramenti gratia uoluit baptizari. Nam & cum circumcidendus esset, nunquid Ioannes quæsitus est? Hoc enim à Iudæis fieri iam solebat. Et cum pro illo esset offerendum legale sacrificium, nunquid deuitatum est illud templum quod ab eo uocatur spelunca latronum, quò certe & boni intrabant & mali? Nec bonis oberant mali, quoniam dominus qui ait, Sancti estote, quia ego sanctus sum: ita inuiolabiliter facit sanctos suos uersari inter malos, si custodiunt eam quam accipiunt sanctitatem: quemadmodum ipse dominus Iesus nulla contagione malignitatis in Iudæorum gente pollutus est, neque cum illa prima sacramenta secundum perfectam humilitatis uiam factus sub lege suscepit, neque cum postea discipulis electis cum suo traditore usque ad extremum osculum uixit. Eius enim exemplo, non solum non facientes mala, sed etiam non consentientes ulli malitiæ, inter paleam frumenta secura sunt, quia neque talia faciunt, neque consentiunt facientibus, etiam si in eadem segete usque ad messem, in eadem area usque ad uentilationem, intra eadem retia usque ad separationem, quæ in littore futura est, boni tolerent malos. Sed isti sunt uere cæci duces cæcorum, qui & in numero suorum tam multos malos uident, & uiam pacis non uident, & ut se non ad sustinendum inuicem propter unitatis uinculum, sed ad diuidendū ab inuicem propter schismatis sacrilegiū sequantur homines, persuadent. At enim dictum est

C4. XVII

Leuit. 19

Caput XVIII

per Prophetam regi Iosaphat, O rex Iosaphat, si peccatorem tu adiuuas, aut eum quem dominus odit tu diligis, propterea fuit super te ira domini. Quis enim nostrū dicit peccatorem adiuuandū, ad hoc utiq; in quo peccare uult, sicut ipse Achab quando adiuuit Iosaphat, eundo cum illo in prælium, cum ille Micheæ Prophetæ ueracia uerba contemneret? Et tamen nec sic obfuit innocentiæ regis Iosaphat pessimum meritum regis Achab, quia illum dominus ad se clamantē à periculo bellico liberauit, illum autem sacrilegum contemptorem in manus hostium uenire permisit. Et si quid Iosaphat periculi expertus est, quod ei Propheta indicat ab ira dei fuisse, non alieno meruerat peccato sed suo, quia sicut ei dictū est, peccantem adiuuabat, sed apud deum cætera eius bona facta preualuerunt: Sic enim dicitur ei, Peccatorem adiuuisti, & ei contra dominum amicus es, & in hoc super te ira à facie dei: Sermones dei boni in uniuersis sunt tecum, quoniā abstulisti lucos de terra, & parasti cor tuum ad requirendum deum. Qui aūt uersatur in ecclesia dei, ubi sunt & illi qui sua quærunt, non quæ Iesu Christi, qui per inuidiā & contentionem Christum annunciant, non caste: & dicit, siue per occasionem, siue per ueritatē Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo: impollutus inter eos atque integer permanet, quia non eis ad sua quærenda consentit, cum hoc culpet atq; reprehendat, nec eos ad peccandum, sed ad hoc adiuuat, unde Christus latius prædicetur, & ab his qui audiunt & faciunt, per eos qui quod dicunt non faciunt, Christo credatur, in Christo speretur, Christus diligatur. Talibus enim præcipit idem Apostolus dicens: Nolite iungi cum infidelibus, Quæ enim participatio iustitiæ cum iniquitate? Quæ communicatio est luci ad tenebras? Quæ autem conuentio Christi ad belial? Aut quæ pars fideli cum infidelibus? Qui autem consensus templo dei cum simulachris? Vos enim templum dei uiui estis. Dicit enim, quia inhabitabo in eis, & ambulabo, & ero illorum deus, & ipsi erunt mihi populus. Propter quod exite de medio eorum dicit dominus: & immundum ne tetigeritis, & ego recipiam uos, & ero uobis in patrem, & uos eritis mihi in filios & filias, dicit dominus omnipotens. Quæ uerba isti carnaliter sentientes, per tot diuisiones seipsos mutatim in ipsa una Aphrica conciderunt. Non enim intelligunt neminem cōiungi cum infidelibus, nisi qui facit peccatum Paganorum, uel talia facientibus fauet; nec quenquam fieri participē iniquitatis, nisi qui iniqua uel agit uel approbat. Quis autem communicat tenebris, nisi qui per tenebras consensionis suæ dimisso Christo sequitur Belial? Quis ponit cum infidelibus partem suam, nisi qui eius infidelitatis fit particeps? Ita enim templum dei esse desinit, nec se aliter simulachris adiungit. Qui autem sunt templum dei uiui, & in medio nationis tortuosæ ac peruersæ apparēt sicut luminaria in mundo uerbum uitæ habentes, nihil eos quod pro unitate tolerant inficit, nec angustiantur, quia in illis habitat

2. Par.

Philip. 1

Philip. 1

1. Corin. 5

Leuit. 26

habitat & deambulat deus. & exeunt de medio malorum, atque separantur interim corde, ne forte cum id facere per seditionem schismatis uolũt, prius à bonis spiritaliter, quàm à malis corporaliter separentur. Quod ergo scriptum est de-
Cap. XI X. 1. Reg. 2 um dixisse, Eos qui me clarificant clarificabo, & qui me spernit spernetur: ipsi maxime nolunt intueri. Quomodo enim clarificant deum qui dicũt per orbem terrarum impleri non posse eius promissa, quæ promisit patribus nostris, Abrahæ, Isaac & Iacob, quæ per Prophetas tanto ante prænunciãs exhibuit per unicum suum, qui factus est ei ex semine Dauid secundum carnem, ut in illo, id est in semine Abrahæ benedicerentur omnes gentes: qui dicunt ipsum dei filium frustra dixisse,
Matt. 13 Sinite utraq; crescere usque ad messem: quasi falsus fuerit, aut ipse fefellerit, cum sola zizania per mundum creuerint: frumenta uero præter partem Donati, in toto terrarum orbe defecerint: quomo
Proverb. 14 do ista sentientes glorificant deum, cum scriptum sit, In latitudine gentis gloria regis, in diminutione autem populi contritio principis? Aut quomodo non spernunt deum, qui baptismum eius in eis quorum causam non audierunt, & de quibus nullo modo iudicare potuerunt, incredibili temeritate impietatis exufflant, & sibi audent arrogare qd̃ dei est, à se damnatos in honoribus integris pro Donati pace recipiunt, & à se inauditos contra pacem domini detestantur, baptisma in illis terrarum partibus per Apostolos traditum perijsse contendunt, & per Felicianum apud Maximinianistas traditum non perijsse contendunt. Iam uero quomodo catholici non clarificant deum, qui promissa eius nullis hominum sceleribus quo minus implerentur, impediri posse confidunt, qui sacramẽta eius tam debita uenerationeprosequuntur, ut ea si etiam ab indignis tractata fuerint, illis sua peruersitate damnatis, illa intemerata sanctitate per-
Cap. XX manere demonstrentur. Iterum, inquiunt,
Ephe. 5 scriptum est, Nolite communicare operibus infructuosis tenebrarum, magis autẽ redarguite. Quæ enim fiunt ab ipsis latenter, turpe est dicere. Iam ipsa uerba quemadmodum intelligenda sint diximus, quia non communicare est non consentire, quod propter Ecclesiæ disciplinam parum est nisi etiam redarguantur ut corrigi possint. Sed hæc salua pace facienda sunt, & quantum admittit officium conseruandæ unitatis, ne simul eradicetur & tritícum. Iterum ad Timotheum idem Apo-
Cap. XXI 1. Tim. 5 stolus, Ne, inquit, communicaueris peccatis alienis, teipsum castum custodi. Docuit ex sequenti, quemadmodum quod prius dixit intelligendum sit: qui enim seipsum castum custodit, non communicat peccatis alienis. Si enim communicat, consentit: si consentit, corrumpitur: si corrumpitur, castum se non seruat. Sed sanè tandem aliquãdo euigilauit Parmenianus, & attendit quid diceret Ticonius, sed frustra: statim quippe amore sententiæ suæ contra ueritatem oculum clausit. Ait enim, Nunquid frater charissime, non polluunt alios aliena peccata? Et hoc est facinorosis non communicare, licet cum ipsis conuenias, eorum facta non facere: & tamen nõ totum dixit, Parum est enim eorum facta non facere, nisi displiceant: parum est ut displiceant, nisi redarguantur. Aliud enim est non facere, aliud non communicare, id est, non consentire facientibus, aliud etiam redarguere. Cur ergo ubi uidere cœperat, statim se auertit, & usque in finem noluit peruenire, & uix trientem de toto posuit? An sicut de populo fecerunt, & sententiam ueritatis præcidendã putauit? Nos dicimus quòd qui non facit malum, nec facienti consentit, & facientem arguit, firmus atque integer inter iniquos tanquam frumentum inter paleas cõuersatur. Ille autem tantummodo ait, eorum facta non facere: & tertiam tamen de tota sententia particulam quemadmodum refellat uideamus. Quod contra legem est diuinam, inquit, nullus qui legem ueneratur, ignorat. Adhuc ista uerba communiter dici possunt, Potest enim & alius dicere, quod secundum legem est diuinam, nullus qui legem ueneratur ignorat: sed opus est probare, non dicere. Attendamus ergo quemadmodum probet. Quid enim prodest, inquit, innocentiam custodisse, si cum reis mixtus est & obnoxijs? Sanè si ita est, innocentiam custodisse non prodest, sed innocentia custodita non est. Mixtus enim reis & obnoxijs nisi per conscientiæ maculatam consensionem nullus recte dici potest, Qui uero implet quod scriptum est, Iusto nihil placet iniquum: ubilibet eum uersari quælibet necessitas co-
C gat, miscerí iniquitatibus non potest. Vel quomodo, inquit, incorruptus poteris permanere, si corruptis sociaris? Ita plane si sociatur, quis malus, id est, si mali aliquid cum eis committit, aut committentibus fauet: si autem neutrum facit, nullo modo sociatur. Porrò si addat tertium, ut non sit in uindicando piger, sed uel corripiat iustus in misericordia & arguat, uel etiam si eam personam gerit, & ratio conseruandæ pacis admittit, coram omnibus peccantes arguat ut cæteri timeant: remoueat etiam uel ab aliquo gradu honoris, uel ab ipsa communione sacramentorum, & hæc omnia cum dilectione corrigendi, non cum odio persequendi, plenissimum officium non solum castissimæ innocentiæ, sed etiam diligentissimæ seueritatis impleuit. Vbi autem cætera impediuntur, illa duo semper retenta, incorruptum castumq; custodiunt, ut nec faciat malum, nec approbet factum. Sed tamen uideamus unde iste doceat quod affirmat, cum scriptum sit, Modicum fermentum to-
1. Cor. 5 tam massam corrumpit. Dixit hoc Parme-
Caput XXII nianus atque abijt. Nec ei nunc ostendi potest in parte Donati, non solum modicum fermenti, sed multum ueneni ex illis ouis aspidum ruptis & prę ualidis iam serpentibus pro Primiano damnatis, & ad Primianum tertium reuocatis. Sed correcti sunt, inquit. Deo gratias. Si uerum est, non inuideo, atque utinam id perfecte fiat. Si enim à Maximinianistis redire ad partem Donati nonnullus correctionis est modus: quãto uerior perfectiorq; correctio est, ab ipsa parte Donati ad unitatem ca-

tholicam remeare? Et Ticonius quidem multa dixit, quæ illis temporibus, & sicut interior nouerat, quàm non modico sed multo fermento, totam suam massam nollent fateri corruptam, qui totum orbem terrarum peccatis Aphrorum fermentatũ esse criminarentur. Sed ego istos miror, si adhuc eis placet hæc Apostolica uerba sic intelligere, ita eos Optatum Gildonianum uelle defendere, ut nec modicum fermenti eum fuisse contendant. Quod si uel hoc concedunt, quàm magnam putãt esse massam suam, ut non potuerit tota corrumpi? Aut si in eis solis tota corrupta est, quibus placet Optatus, experti discant intelligere quod legunt, quia ineſt tota massa ad quos pertinet, quod dicitur totum, siue bonum, siue malum, ad eos pertinet qui consentiunt: ad eos autem qui non consentiunt, omnino non pertinet, & ideo in disciplina ecclesiastica corrigendum est, ne ad multos perſuadendo perueniat: quod ubi fieri permittit ratio pacis, & non fit, ipsa negligentia culpam tra-

Caput XXIII hit, & in periculo consentiendi est per desidiam corrigendi. Ex qua regula & illud intuendum est quod consequenter opponit, dicens esse scriptum, Sit uobis legitimum æternum in progenies uestras diuidere in medio sanctorum & irreligiosorum, & in medio mundorum & immundorum. Tanto enim quisq; melius hoc facit, quanto magis in Ecclesia proficit, Cum enim creuisset herba & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Et quamuis inter utrũq; iam serui patrisfamilias cognitione diuiderent atq; distinguerent, iubentur tamẽ ea sinere crescere, & hoc usq; ad messem. Sed hæc hactenus. Ea enim quæ restant, aliquanto diligentius ab alio exordio consideranda atq; tractanda sunt.

FINIS.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Parmenianum, Liber Tertius.

Caput I VM omnis pia ratio & modus ecclesiasticæ disciplinæ unitatem spiritus in uinculo pacis maxime debeat intueri, qđ Apostolus sufferendo inuicẽ præcepit custodiri, & quo nõ custodito medicinæ uindicta non tantum superflua, sed etiã perniciosa, & propterea iam nec medicina esse conuincitur: illi filij mali qui non odio iniquitatum alienarum, sed studio contentionum suarum infirmas plebes iactantia sui nominis irretitas, uel totas trahere, uel certe diuidere affectant, superbia tumidi, peruicacia uæsani, calumnijs insi-

A dioſi, seditionibus turbulenti, ne luce ueritatis carere ostendãtur, umbram rigidę seueritatis obtendunt, & quæ in scripturis sanctis salua dilectionis synceritate & custodita pacis unitate, ad corrigẽda fraterna uitia moderatiori curatione fieri præcepta sunt, ad sacrilegium schismatis, & ad occasionem præcisionis usurpant dicentes, Ecce ait Apostolus, Auferte malum ex uobisipsis. Quod malum utiq; si integris, inquiunt, non obesset, nec iuberetur auferri. Interim uideamus ne forte nõ frustra non dixerit Apostolus, Auferte malos à congregatione uestra: sed, auferte malum ex uobisipsis: quia cum quisq; impeditur ab ecclesię congregatione malos homines separare, si ex seipso auferat malum, non eis corde miscetur, atq; ita spiritaliter non solum coniungitur bonis, sed etiam sepa-

B ratur à malis. Sic eñ in hoc loco ad Timotheum cum dixisset, Neq; communicaueris peccatis alienis: tanquam ille diceret, fieri posse ut aliquos malos ab Ecclesiæ congregatione separare nõ posset, & ideo tolerare cogeretur, tanquam consiliũ dans quemadmodum peccatis eorum nõ communicaret, Teipsum, inquit, castum custodi, Nam malis malus misceri potest, bonus aũt nullo modo quamuis cum eis in una congregatione uersetur. Ita & hic ad Corinthios cũ dixisset, Quò enim mihi de his qui foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt iudicatis? Ne forte turbarentur aliqua maiorum numerositate, sic de permixtis frumentis, ut sine illorum uexatione colligi separariq; non pos-

C sent, Auferte, inquit, malum ex uobis: ut si forte non possent auferre malos à congregatione sua, auferendo malum ex seipsis: id est, non cum eis peccando, nec eis ad peccandum consentiendo aut fauendo, integerrimi inter eos & incorruptissimi uersarentur, quia per malum suũ malis quisq; consentit. Si autem ex seipso auferat malum, alieno malo non est unde cõsentiat. Quapropter quisquis etiam contempserit Ecclesiæ dei disciplinam, ut malos cum quibus non peccat, & quibus non fauet, desistat monere, corrigere, arguere: si etiam talem gerit personam, & pax Ecclesiæ patitur, ut etiam à sacramẽtorum participatione quempiam possit separare, non alieno malo peccat sed suo. Ipsa quippe in tanta re negligentia graue malum est, 1.Cor.5

D & ideo sicut Apostolus admonet, si auferam malum à seipso, non solum auferret audaciam committendi, aut pestilentiam consentiendi, sed etiam pigritiam corrigendi, & negligentiam uindicandi, adhibita prudentia & obedientia in eo quod præcepit dominus, ne frumenta lędantur. Ea quippe intentione quisquis inter triticum & zizania tolerauerit, auferendo à seipso malum, nõ eis communicat, & ea distinguit, ac iudicat interim ad diem, Non enim nouit quid cras futurum sit: & Prou.27 ideo dilectione seruata, non sine spe correctionis uindicandum est, quicquid corrigi uel uindicari necessaria seueritas postulat. Quod ut satis appareat, totum ipsius epistolæ Apostolicæ locum diligentius tractemus. Quid uultis, inquit? In uirga 1.Cor.4 ueniam ad uos, an in charitate & spiritu mansuetudinis

dinis? Iam hic apparet eum loqui de uindicta, ad cuius significationem uirgã nominauit. Numquid tamen & uirga sine charitate est, quia ita contexuit, In uirga ueniam ad uos an in charitate? Sed qđ sequitur, Spiritu mansuetudinis: admonet intelligi, quia & uirga charitatem habet. Sed aliud est charitas seueritatis, aliud charitas mansuetudinis. Vna quidem charitas est, sed diuersa in diuersis operatur. Omnino, inquit, auditur inter uos fornicatio, & talis fornicatio qualis nec in gentibus, ita ut uxorem patris sui quis habeat. De tam immani facto uideamus quemadmodum eos sæuire præceperit, Et uos, inquit, inflati estis, & non potius luctum habuistis ut tolleretur de medio uestrum qui hoc opus fecit. Quare luctum potius & non iram, nisi quia si patitur unum membrum, compatiuntur omnia membra, & non luctum quia tollebatur, sed luctum, inquit, ut tolleretur: id est, ut lugentium dolor ad deum ascenderet, & ipse tolleret hoc opus de medio eorum, sicut ipse sciret, ne forte illi per humanam imperitiam eradicarent simul & triticum? Cum ergo ad talem uindictam necessitas cogit, humilitas lugentium debet impetrare misericordiam, quam repellit superbia, nec illius ipsius qui de medio fratrum tollitur debet negligi salus: sed ita agendum est, ut ei talis uindicta sit utilis, & agendum uoto & precibus, si corrigi obiurgationibus non potest. Ideoq; quod sequitur & dicit, Ego quidem absens corpore, præsens autẽ spiritu, iam iudicaui quasi præsens eum qui sic operatus est in nomine domini nostri Iesu Christi congregatis uobis & meo spiritu, cum uirtute domini nostri Iesu Christi, tradere huiusmodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus saluus sit in die domini. Quid ergo agebat Apostolus, nisi ut per interitum carnis saluti spiritali consuleret, ut siue aliqua pœna uel morte corporali, sicut Ananias & uxor eius ante pedes Apostoli Petri ceciderunt: siue per pœnitentiam, quoniam Satanæ traditus erat, interimeret in se sceleratam carnis concupiscentiam? Quia ipse item dicit, Mortificate membra uestra quæ sunt super terram: inter quæ & fornicationem cõmemorat. Et iterum, Si enim secundum carnem uixeritis, moriemini, si autem spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis: non tamen fraternam ab eo separat charitatem, quem de fraterna congregatione præcepit separari. Hoc enim apertius ad Thessalonicenses dicit, Si quis autem non obaudit uerbo nostro per epistolam, hunc notate, & non commisceamini cum illo, ut erubescat. Et non inimicum eum æstimetis, sed corripite ut fratrem. Audiant isti aliquando, & intelligant quemadmodum sataget charitas Apostolica, ut sufferentes inuicem studeamus cõseruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Nam & hic cum dixisset, Et non ut inimicum eum existimetis, sed corripite ut fratrem: tanquam ostendens cur hoc dixerit, continuo subiũxit, Ipse autem deus pacis det uobis pacem semper in omni bono. Ita & de isto qui uxorem patris sui habuit, luctum potius indicit, & pacificam charitatẽ ubique commendat, sicut & de ipso ait, Ne iterum cum uenero ad uos, humiliet me deus, & lugeam multos ex his qui ante peccauerunt, & non egerunt pœnitentiam super immunditia, & luxuria, & fornicatione quam gesserunt. Et paulopost ait, Prædixi & prædico sicut præsens secundo, & nũc absens his qui ante peccauerunt, & cæteris omnibus: quia si uenero iterum, non parcam. Ideo lugendo indicabat, ut dei misericordia sine corruptione uinculi pacis, ubi salus tota consistit, contereret peccantes atq; corrigeret, sicut de isto ipso qui cum patris uxore fuerat fornicatus, fecisse intelligitur. Nam non inuenitur de quo alio significet in secunda epistola ad eosdem Corinthios cum ait, Nam ex multa tribulatione & angustia cordis scripsi uobis per multas lachrymas, non ut contristemini, sed ut sciatis dilectionem quam habeo abundantius in uos. Si quis autem contristauit, non me contristauit, sed ex parte, ut non onerem uos. Sufficit ei hæc correctio quæ fit à multis, ita ut è contrario uos donetis & consolemini, ne quando maiori tristitia absorbeatur qui eiusmodi est. Propter quod obsecro uos, ut confirmetis in eum charitatem. Ad hoc enim scripsi ut cognoscam probationem uestram, si in omnibus obaudientes estis. Si cui autem aliquid donaueritis, & ego: Nam & ego si cui donaui propter uos in persona Christi, ut non possideamur à Satana. Non enim ignoramus mentes eius. Quid moderatius, quid diligentius, quid solicitudine pia, & paterna ac materna charitate plenius fieri aut dici potest? Sicut peccanti adhibet damnationẽ, sic correcto atq; contrementi atq; humilianti in pœnitentia cor suum, uult reddere consolationem, ne maiori, inquit, tristitia absorbeat. Sed quid illud quo concluſit istam sententiam, Vt non possideamur à Satana. Non enim, inquit, ignoramus mentes eius? Ipse est enim qui per imaginem quasi iustæ seueritatis crudelem sæuitiam persuadet, nihil aliud appetẽs uenenosissima uersutia sua, nisi ut corrumpat atq; dirumpat uinculum pacis & charitatis, quo conseruato inter Christianos, uires eius omnes inualidę fiunt ad nocendum, & muscipulæ insidiarum comminuuntur, & consilia euersionis euanescunt.

Sed & si de aliquo alio in secunda ad Corinthios epistola locutus est Apostolus, & ibi tamen significauit quanta charitate in quenq; debeat ecclesiastica uindicta procedere. Hoc est illud quod isti non intelligentes inter calumnias suas solent habere præcipuum, Emendabit me iustus misericordia, & increpabit me: oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meum. Quia uero isti non in misericordia emendare nouerunt, & Cæciliani innocentiam sæuis suspicionibus infectati sunt, & Optati Gildoniani potentiam fallacis oleo adulationis unxerunt. Nam si propter uinculum pacis iniquitatem Optati gementes lugentesq; tolerarent, non utique pacem Christianam atq; catholicam in orbe terrarum, sanctam q; unitatem dirumperent, aut certe à maioribus suis nefaria cæcitate diruptam ita dolerent, ut saltem

2. Cor. 13

2. Cor. 2

Caput 11

Psal. 104

apud se experti, quàm multos malos pro pace Do
nati ferre cogantur, impacatas illorum calumnias
pace suæ correctionis extinguerent. Sed & ad illi-
us primæ ad Corinthios epistolæ consequeatia re
1.Cor.5 deamus. Cum dixisset Apostolus, tradere huiu-
smodi Satanæ in interitum carnis, ut spiritus sal-
uus sit in die domini Iesu: etiam atq; etiam com-
mendans humilitate lugentium hoc debere fieri
non superbia sæuientium, continuo subiecit, Non
bona gloriatio uestra. uel per exprobrationẽ pro-
nunciationis, Bona gloriatio uestra. Sic enim nõ
nulli & maxime Latini codices habent, tamen ea-
dem in utroque sententia teneatur. Non enim me
tuendum est, ne quis intelligat laudando eum di-
xisse, Bona gloriatio uestra: cum & superius dixe
rit, Inflati estis, & non potius luctum habuistis. Et
hic continuo subiungit, Nescitis quia modicũ fer-
mẽtum totam massam corrumpit. Quid ad ipsam
inanis gloriationis corruptionem cõgruentius re-
ferri potest? Superbia quippe uelut ex uetustate pri-
mi hominis qui superbia lapsus est, quasi fermen-
tata & corrupta mente facit elatos in unam con-
spersionem, qui sibimet in eam simili iactãtiæ uani
tate consentiunt. Et gloriari quidem non de pecca
tis suis, sed super alterius peccata, tanquã ex com
paratione innocentiæ suæ modicum uidetur fer-
mentum, quia de suis etiam iniquitatibus gloriari
multum fermentum est. Sed & illud modicum to
tam massam corrumpit. Cadit enim superbus me
rito superbiæ suæ, & incipit etiam peccata sua de-
fendendo uelle gloriari. Quod præuidens idem
1.Tim.10 Apostolus ait, Quapropter qui se putat stare, ui-
Gal.6 deat ne cadat. Et iterum, Si præoccupatus fuerit
homo in aliquo delicto, uos qui spiritales estis, in
struite huiusmodi in spiritu mansuetudinis, inten-
dens teipsum, ne & tu tenteris. Alter alterius one
ra portate, & sic adimplebitis legẽ Christi. Quid
est lex Christi, nisi, Mandatum nouum do uobis
Ioan.13 ut diligatis inuicem? Quid est lex Christi, nisi
Ioan.14 Pacem meam do uobis, pacem relinquo uobis?
Ephe.4 Quod ergo hic dixit, inuicem onera uestra porta-
te, & sic implebitis legem Christi: hoc alio loco
Gal.6 ait, Sufferentes inuicem in dilectione, studentes
seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Nam et
in illo Pharisæo modicum fermentum esse uideba
tur quia peccatorem non solum non dolebat, sed
super eius peccata de suis se meritis extollebat.
Luc.18 Sed descendit ille confitens peccata sua, iustifica-
tus magis quàm ille Pharisæus iactans merita sua:
quoniam qui se exaltat humiliabitur, & qui se hu-
miliat exaltabitur. Sequit ergo Apostolus & dicit,
1.Corin.5 Expurgate uetus fermentũ, ut sitis noua cõsper-
sio, sicut estis azymi. Quid est, ut sitis: & quid
est, sicut estis: nisi quia erant ibi tales, erant ibi nõ
tales, quos ut tales essent, exemplo talium com-
monebat? Tamen omnes in uno tanquam eos-
dem admonet, ne illi quia tales erant, desperarẽt
de his quia nondum tales erant, & eos ad cõpa-
gem sui corporis non pertinere arbitrarentur, tan-
quam eosdem admonet cum dicit, ut sitis sicut e-
stis. Nouerãt enim & illi qui iam sic erant, & ad-

A monente Apostolo magis magisq; nosse debebant
sufferre illos qui nondum sic erant, ut sufferendo
inuicem in dilectione, seruarent unitatem spiritus
in uinculo pacis, & inuicem onera sua portantes,
implerent utique legem Christi, qua dominus no
ster Iesus Christus ad docendam humilitatis uiam Philip.2.
usque ad mortem crucis humiliari dignatus est, &
tanquam medicus ægrotantes, ita cum dilectio- Matt.9
ne pertulit peccantes, de quibus dixerat, Non est
opus sanis medicus, sed ægrotantibus, Statimq;
principale proposuit exemplũ dicẽs, Etem Pascha 1.Cor.5
nostrũ immolatus est Christus: ut tantæ humilita-
tis exemplo discerent expurgare uetus fermẽtum:
id est, quicquid in eis superbiæ de ueteri homine
remansisset. Itaq;, inquit, diem festũ celebremus,
B non utiq; unam diem, sed totam uitam, non in fer-
mẽto ueteri, neque in fermẽto malitiæ & maligni
tatis, sed in azymis synceritatis & ueritatis. Mali
tia quippe est & malignitas uelut de alieno pec-
cato gloriari, quasi tunc debeat de iustitia sua quis-
que gaudere, cum alium iustum esse nõ conspexe-
rit. Synceritas autem & ueritas est, & si proficit
aliquis, meminisse quid fuerit, & multo magis mi
sereri lapsorum: quandoquidem ipse erectus est
à lapsu suo per Christi misericordiam, qui sine ul-
lo suo peccato se pro peccatorib. humiliauit. Sed
ne perniciose relinquantur, & quasi dissimulan-
ter negligantur aliena peccata, quod non est mi-
noris crudelitatis quàm illud superbiæ, sequitur
& dicit, Scripsi uobis in epistola, non cõmisceri
C fornicarijs: non fornicarijs huius mundi, aut aua-
ris, aut raptoribus, aut idolis seruientibus, alio-
quin debueratis de hoc mũdo exijsse. Opus enim
uestrũ in hoc mundo illud est, ut peccatores Chri
sto ad salutem lucremini. Quod fieri non poterit,
si eorum colloquia conuiciumq; fugiatis. Nunc
autem, inquit, scripsi uobis non commisceri. Si
quis frater nominatur, & est inter uos aut fornica
tor, aut idolis seruiens, aut auarus, aut maledicus,
aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum
quidem simul sumere. Quo enim mihi de his qui
foris sunt iudicare? Nonne de his qui intus sunt
uos iudicatis? De his autem qui foris sunt deus iu
dicabit. Auferte malum ex uobisipsis. Ecce quem
admodum ad hanc sententiam uenit Apostolus,
D cuius ultimam particulam ponẽdam credidit Par
menianus, dicens esse scriptum, Auferte malum
ex uobisipsis. Quod, inquit, utique si bonis & in-
tegris non noceret, non iuberetur auferri. Quæ au
tem superius dicta sunt, unde ad hoc uentum est
prætermisit, quibus utiq; ad id quod persuadere cu
piebat, separationem à malis fieri corporaliter o-
portere, poterat adiuuari, dicente Apostolo, Cũ
huiusmodi nec cibum simul sumere. Cur ergo nõ
commemorauit, quod eius intentionem maxime
adiuuare posse uidebatur? Cum enim uehemen-
ter instet ut à male uiuentibus corporalem separa-
tionem faciendam esse persuadeat, cur non abhi-
bet testimonium Apostoli dicentis, Si quis frater
nominatur, & est fornicator, aut idolis seruiẽs, aut
auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cũ
eiusmo

eiusmodi nec cibū simul sumere: nisi quia uidit, si hoc diceret, posse sibi respōderi, Itáne uos & fornicatores & idolis seruiētes aut non habetis, aut eos ignoratis? Nullum ne auarum, aut maledicū, aut ebriosum, aut rapacem inter uos uidetis & nostis? Cur ergo cum talibus contra præceptū Apostoli, non solum cibum mensæ uestræ sumitis, sed etiam cœnam mensæ dominicæ cōmunicatis? Hoc ergo Parmenianus quantum arbitror euitare conatus est, ne sibi responderetur, ut id non poneret quod pro eius causa ualidissime sonare uideretur. Nam hoc epistolæ Apostolicæ capitulum si cōsuluisset, & ei non occurrisset, non ex eius ultima parte poneret, Auferte malum ex uobisipsis. Sed nunc quia hoc diximus, fortasse isti audebūt negare haberi inter se auaros, aut maledicos, aut ebriosos, aut rapaces, & ipsum Optatū, qui uniuersæ Aphricæ notissimus fuit, quem tandiu pertulerunt quandiu timuerunt, fortasse defendere conabuntur. Dicant ergo si possunt, meliorem se atq; purgatiorem habere nunc Ecclesiam, cū erat ipsa unitas beatissimi Cypriani temporibus, qui collegas suos, à quibus tamen nulla corporali dissunctione separatus est, nullum eorum nominatim appellans, sed prudenter ac sobrie saluberrimæ mordacitatis inserēs medicinam, his uerbis grauiter arguit, quia esurientibus in Ecclesia fratribus habere argētum largiter uellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, usuris multiplicantibus fœnus augerent. Et ut apertissime ostenderet de his se dicere cum quibus in unius Ecclesiæ communione uiuebat, consequenter annexuit, quid non perpeti tales pro peccatis huiusmodi mereremur? Non enim ait: mererentur: sed, mereremur. Quod nullo modo dixisset, cum talis utiq; ipse non esset, nisi manifestare uellet eorum facta gemere, qui ei non solum in Ecclesiæ unitate, sed etiam collegij consortio iungerentur, quanuis ab eis uita, moribus, corde, propposito discreparet. Dicant ergo isti meliorem nunc esse Ecclesiam suam, & non se habere tales, quales habuit in ipsa unitate Cyprianus. Credant eis qui uolunt, & aduersus ea mala quæ de moribus eorum insimulata fuerint, oculos claudant: ego eos ad illa priora unitatis temporare uocabo, & ab eis quæram, utrum quando ille uir tantus episcopus Carthaginensis Ecclesię Cyprianus de tam malo collegio, testimonio liberæ uocis usque ad ea scripta, quæ posteris etiam proderent ingemuit, erat Ecclesia Christi, an non erat? Si erat, quæro quemadmodum Cyprianus & cæteri similes eius, implebant quod præcepit Apostolus, Si quis frater nominatur, & est aut fornicator, aut auarus, aut idolis seruiens, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, cum eiusmodi nec cibum simul sumere: quando cum his auaris & rapacibus, qui esurientibus in Ecclesia fratribus, habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, usuris multiplicantibus fœnus augerent, panem domini manducabant, & calicem bibebant? An forte parua sunt ista crimina & parui æstimanda? Solent enim isti etiam hoc dicere, pensantes ea non in statera æqua diuinarum scripturarū, sed in statera dolosa consuetudinum suarum. Quicquid enim sceleris & iniquitatis inebriat multitudinem, amittit examinis ueritatem. Sed ideo sunt tanquam synceriſsimum speculum proposita hominibus oracula cœlestium paginarum: ut ibi quisque uideat quodlibet peccatum quantum sit, quod forte magnum est, & male uiuentium cæco more contemnitur. Potuit negrauius diuinis eloquijs accusari auaritia, quàm ut idololatriæ demōstraretur æqualis, & eius nomine appellaretur, dicente Apostolo, Et auaritia, quæ est idolorum seruitus? Potuit ne maiori pœna digna iudicari, quàm ut inter illa crimina poneretur, quibus obsessi regnum dei non possidebunt? Aperiantur oculi cordis, ne frustra pateant oculi corporis, & legant prædicatorem liberum ueritatis in eadē ipsa prima ad Corin. epistola scribentem, Nolite errare: neq; fornicarij, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorum concubitores, neq; fures, neq; auari, neque ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces, regnum dei possidebunt. Quomodo ergo Cyprianus & alia frumenta dominica in illa tunc unitatis ecclesia cū auaris & rapacibus, cum his qui regnum dei non possibebunt, non laicis uel quibuscunq; clericis, sed & ipsis Episcopis panē domini manducabant, & calicem domini bibebant, cum idē Apostolus præcipiat non eis commisceri, & clamet cum eiusmodi nec cibum sumere? An quia nō poterant abeis corporaliter separari, ne similiter eradicarēt & triticū, sufficiebat eis à talibus corde seiungi, uita moribusq; distingui, propter cōpensationē custodiendæ pacis & unitatis, propter salutem infirmorum & tanquam lactentiū frumentorū, ne membra corporis Christi per sacrilega schismata lania-rent? Sed ecce ego nō urgeo quemquā illorum sic intelligere, ipsi explicent quemadmodū esse potuerit illa tunc Ecclesia glorioſa sine macula & ruga, ubi esurientibus in Ecclesia fratrib. habere largiter argentum uolebant, ubi fundos insidiosos fraudibus rapiebant, ubi usuris multiplicantibus fœnus augebant, ubi tantis erant inuoluti iniquitatibus, ut per illas regnum dei non possiderent. Quòd si glorioſa Ecclesia sine macula aut ruga in eis solis computabatur, qui mœrebant & gemebant illas iniquitates, quæ fiebant in medio eorum, imò etiā secundum sancti Ezechielis prophetiam, tales proprio signo signari meruerūt, ut à uastatione & perditione iniquorum tutissimi euaderēt: desinant calumniari bonis, non operantibus mala per morbidam cupiditatem, sed tolerantibus propter pacificam charitatem, quibus dictum est, Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur, Nam propterea spiritus sanctus per memoratum Ezechielem prophetam tali uerbo designauit malos, quos in unitate tolerant boni, ut eos in medio bonorum diceret constitutos, quia nisi bonos diceret in medio malorum, illi quasi extrinsecus & forinsecus

1. Cor. 5

Cyprianus in epist. de lapsis

Matth. 5

Ezech.9 esse uiderentur. Gemũt, inquit, & mœrent iniqui tates populi mei, quæ fiunt in medio eorum: ut illos iniquos non solum non exclusos, sed etiam inclusos cogitaremus. Si uero iam tunc non erat Ecclesia, quia Cyprianus & quicunque cum eo auaros illos rapacesq; nouerant, quales ipsi non erant, quamuis eos grauissimis gemitibus & præclarissimis uocibus accusarent, unam tamen cum eis intrantes Ecclesiam, & in una congregatione paria sacramenta tractantes, per huiusmodi communionem paris sortis effecti sunt, quia non obtemperauerunt Apostolo iubenti, ut cum huiusmodi nec cibum quidem simul sumerent: &, Auferte malũ exuobisipsis: quid adhuc laboramus? Quid se ipsi iactant quòd habeant aliquam Ecclesiam, si iam illis temporibus esse destiterit? Dicãt unde natus est Maiorinus aut Donatus, ut per eos nasceret Parmenianus atq; Primianus. Quid enim eis prodest quòd auaros & rapaces, cum quibus cibum sumi uetat Apostolus, modo se uel non habere in congregatione sua, uel incognitos sibi esse mentiuntur: quandoquidem fuerunt tales in illa unitatis Ecclesia, unde isti exortos se sic iactitant, ut eam in sua sola societate, id est, in cõmunione Donati remansisse persuadere conẽtur? Si enim dicunt per talium communionem perire Ecclesiam, cur eam non dicunt iam Cypriani peruisse temporibus? ac si & per seipsos unde existerent non inuenientes, dicere desinant apud se Ecclesiam remansisse, quam totam prioribus perisse temporibus dicunt. Si autem in bonis quibus talia displicent semper mansit, & manet & manebit Ecclesia, discant isti aliquando non sic intelligere quod ait Apostolus, Auferte malum ex uobisipsis: ut per schismata conantes colligere zizania, eradicent simul & triticum. Quæ omnia ita disputamus, ut meminerint qui hæc legunt uel audiunt, non eos potuisse unquam demonstrare, siue illo tempore cum recentissima hæresis erat, siue nunc cum multo firmiore innocentiæ conscientia sibi totus orbis in catholica Ecclesia Christiana pace connectitur, Cæcilianum uel eos qui ei concorditer inhærebãt fuisse zizania. Sed ut securus unusquisq; in sanctæ Ecclesiæ unitate permaneat, & eiusdem unitatis desertores ne cum eis pereat non sequatur, hoc dicimus, quia si fuissent illi zizania, tolerari potius usq; ad messem, quam pernicie schismatis eradicatis frumentis separari debuerunt. Sed dicet aliquis, Quomodo præcipienti Apostolo poterimus obedire, qui uetat cum eiusmodi cibum simul sumere? Si enim solam cordis separationem ab eis faciẽdam esse præciperet, nõ diceret, Scripsi uobis in epistola non commisceri fornicarijs: non utique fornicarijs huius mundi, id est, eis qui Christiani non essent, de quibus postea dicit, Quò enim mihi de his qui foris sunt iudicare? nonne de his qui intus sunt uos iudicatis? de his autem qui foris sunt deus iudicabit. Cum ergo de tali separatione præcipiat, quę non fit ab eis malis qui Christiani non sunt, sed ab eis qui Christiani sunt: cordis autem separatio ab omnibus malis facienda est: ac per hoc & ab eis & ab alijs malis qui non sunt Christiani, oportet nos corde separari: quid restat nisi ut intelligamus nobis id per Apostolum iuberi, ut quibuslibet malis Christianis quales ipse designat, nec tali coniunctione misceamur, quali cõiunctione paganis, in ipsius uitæ humanæ societate miscemur? Et ideo alio loco dicit, Si quis uos uocauerit ex infidelibus & uoluerit ire, omnia quæ apponuntur uobis manducate, nihil interrogantes: hic autẽ cum eiusmodi nec cibum quidem sumere permittit. cum infidelibus, id est, cum eis qui nondum Christum crediderũt, dicit manducandum esse quæ apposuerint, de quibus quoniam foris sunt Deus iudicabit: cum his autem qui intus sunt, id est, si quis frater nominatur, & est fornicator aut idolis seruiẽs, aut auarus, aut maledicus, aut ebriosus, aut rapax, uetat etiã sumere cibum. Persuadet ergo ante tempus messis à frumentis zizania separari. Quod si facere noluerimus, quoniam dominus prohibet, toleraturi ea sumus, & in sola cum eis uoluntatis & cordis separatione perseueraturi: ac per hoc etiam cibum sumere cum talibus quidem prohibet Apostolus. In hac uelut angustia quæstionis non aliquid nouum aut insolitum dicam, sed quod sanitas obseruat ecclesiæ, ut cum quisq; fratrum, id est Christianorum intus in Ecclesiæ societate constituto-rum, in aliquo tali peccato fuerit deprehensus, ut anathemate dignus habeatur, fiat hoc ubi periculum schismatis nullum est, atq; id cum ea dilectione, de qua ipse alibi præcipit dicens, ut inimicum nõ eum existimetis, sed corripite ut fratrem. Non enim estis ad eradicandum, sed ad corrigendum. Quod si se non agnouerit, neque pœnitendo correxerit, ipse foras exiet, & per propriam uoluntatem ab Ecclesiæ unitate dirimetur. Nam & ipse dominus cum seruis uolentibus zizania colligere, dixit, Sinite utraq; crescere usq; ad messem: præmisit causam dicens, Ne forte cum uultis colligere zizania, eradicetis simul & triticum. Vbi satis ostendit, cum metus iste non subest, sed omnino de frumentorum certa stabilitate certa securitas manet: id est, quando ita cuiusque crimen notum est omnibus, & omnibus execrabile apparet, ut uel nullos prorsus uel nõ tales habeat defensores, per quos possit schisma contingere: non dormiat seueritas disciplinæ, in qua tanto est efficacior emendatio prauitatis, quanto diligentior confirmatio charitatis. Tunc autem hoc sine labe pacis & unitatis, & sine læsione frumentorum fieri potest, cum congregationis Ecclesiæ multitudo ab eo crimine quod anathematizatur, aliena est. Tũc enim adiuuat præpositum potius corripientem, quàm criminosum resistentem. Tunc se ab eius coniunctione salubriter cõtinet, ut nec cibum quisquam cum eo sumat, non rabie inimica, sed coertione fraterna. Tunc etiam ille & timore percutitur, & pudore sanatur, cum ab uniuersa Ecclesia se anathematizatũ uidẽs, sociam turbã cum qua in delicto

1.Cor.5

1.Cor.10

23.q.4.ca. cum quis

1.Thes.5

Matt.13

suo

suo gaudeat, & bonis insultet, nõ potest inuenire.
1.Cor.5 Ad hoc em & ipse Apostolus ait, Si quis frater nominatur. In eo quippe quòd ait, si quis: nihil aliud uidetur significare uoluisse, nisi eum posse tali modo salubriter corrigi, qui inter dissimiles peccat, id est, inter eos quos peccatorum similium pestilentia nõ corrumpit. In eo uero quod ait, nominatur: hoc nimirum intelligi uoluit, parũ esse ut sit quisq; talis, nisi etiam nominetur, id est famosus appareat, ut possit omnibus dignissima uideri, quæ in eum fuerit anathematis prolata sententia. Ita enim & salua pace corrigitur, & non interfectorie percutitur, & medicinaliter uritur. Propterea & de illo dixit quem tali medicina sanari uoluerat, Satis
23.q.4.c.nõ potest huic est correptio quæ fit à multis. Neq; enim potest esse salubris à multis correptio, nisi cũ ille corripitur qui nõ habet sociam multitudinem. Cum uero idem morbus plurimos occupauerit, nihil aliud bonis restat quàm dolor & gemitus, ut per illud signum quod Ezechieli sancto reuelatur, illæ
Ezech.9 si euadere ab illorum uastatione mereantur. Ad
Psal.25 eum enim qui errare non potest clamant, Ne perdas cum impijs deus animam meam, & cum uiris sanguinum uitam meam. Ne cum uoluerint colligere zizania, eradicent simul & triticum: nec per diligentiam segetem dominicam purgent, sed per temeritatem potius inter purgamẽta numerẽtur. Ideoq; idem Apostolus cũ iam multos comperisset, & immunda luxuria & fornicationibus inquinatos, ad eosdẽ Corinthios in secũda epistola scribens, non itidem præcipit ut cum talibus nec cibum sumerent, Multi enim erãt, nec dici de his poterat, si quis frater nominatur fornicator, aut idolis seruiens, aut auarus, aut aliquid tale, cum eiusmodi nec cibum quidem simul sumere: sed ait, Ne
2.Cor.12 iterum cum uenero ad uos, humiliet me deus, & lugeam multos ex ijs qui ante peccauerunt, & nõ egerunt pœnitentiam super immunditia & luxuria & fornicatione quam gesserunt: per luctum suum potius eos diuino flagello coercendos minãs, quàm per illam correptionem, ut cæteri ab eorum coniunctione se contineant. Consequenter enim
2.Cor.13 dicit, Ecce tertio hoc ueniam ad uos, ut in ore duo
Deut.17 rum uel trium testium stet omne uerbum. Prædixi & prædico sicut præsens secundo, & nunc absens ijs qui ante peccauerunt, & cęteris omnibus: quia si uenero iterum, non parcam, quia probatio nẽ quæritis eius qui in me loquitur Christus. Quid aliud dixit hic, nõ parcam: nisi quod superius ait, Et lugeam multos: ut luctus eius impetraret flagellum à domino quo illi corriperentur, qui iam propter multitudinem nõ poterant ita corripi, ut ab eorum coniunctione se cæteri continerent, & eos erubescere facerent, sicut faciẽdum est, si quis frater in aliquo cæteris dissimili crimine nominatur?
23.q.4.c.nõ potest Et reuera si contagio peccandi multitudinem inuaserit, diuinæ disciplinę seuera misericordia nec cessaria est: nam consilia separatiõis & inania sunt & pernicioſa atq; sacrilega, quia & impia & superba fiunt, & plus perturbãt infirmos bonos, quàm corrigãt animosos malos. Sicut enim ille fidelissimus testis auaritię collegarum, cum ea mala tribulationum quæ patiebatur illo tẽpore ecclesia, censuræ diuinæ & disciplinæ tribueret, commemoratis quos nouerat episcoporum pessimis moribus, qui esurientibus fratribus habere argentum largiter uellent, fundos insidiosis fraudibus raperent, usuris multiplicantibus fœnus augerent, quid nõ, inquit, perpeti tales pro peccatis huiusmodi merentur? Et deinde adhibet testimonium de psalmis dicens, cum iam pridem monuerit & dixerit censura diuina, Si dereliquerint filij eius legem Psal.88
meam, & in iudicijs meis nõ ambulauerint: si iustitias meas prophanauerint, & mandata mea nõ custodierint, Visitabo in uirga iniquitates eorum, & in uerberibus peccata eorum, Misericordiam autem meam non dispergam ab eis. Misericorditer igitur corripiat homo quod potest: quod autẽ non potest, patienter ferat, & cum dilectiõe gemat atq; lugeat, donec aut ille desuper emẽdet & corrigat, aut usq; ad messem differat eradicare zizania, & paleã uentilare: ut tamẽ securi de salute sua, bonæ spei Christiani inter desperatos, qs corripere non ualẽt in unitate uersent, auferant malũ à seipsis, id est ut in ipsis nõ inueniat qd in moribus aliorũ eis displicet. Cum em dixisset Apostolus, Quid enim mihi de ijs q foris sunt iudicare: nónne de ijs q intus sunt uos iudicatis? de his aũt q foris sunt deus iudicabit: tanq; illi responderent, quid agimus, cũ ita improborũ multitudine premimur, ut iudiciũ nostrũ in aliqua coertione nõ possimus exercere,
Auferte, inquit, malũ ex uobisipsis: id est si nõ potestis auferre malos ex medio uestrũ, ipsum malũ auferte ex uobisipsis. Quod si quisquã uelit sic in- 2.Reg.ca.17
telligere quod dictum est, Auferte malum ex uobisipsis: ut per correptionem separationis de congregatiõe fratrum malus quisque auferendus sit: studio tamen sanandi, non odio perimendi esse faciendum nemo dubitauerit. Et quis adhibendus sit modus temporáque seruanda, ne pax ecclesiæ uioletur, in qua maxime tritico parcẽdum est, ne simul cum zizanijs eradicetur, quod in præsentia uisum est necessarium, disseruimus. Hoc qui diligenter cogiter, nec in conseruatione unitatis negligit disciplinæ seueritatem, nec immoderatione coertionis dirumpit uinculum societatis. Nam
hoc ipsum quod ait Apostolus, Cum eiusmodi 1.Cor.5
nec cibum simul sumere: quàm multi boni Christiani faciunt de ijs de quibus familiarius curã gerunt, ut à quorum consortio se potuerint separare, quos tali correptione posse corrigi sentiunt, uel quos omnino corrigi posse desperant, ne alios colloquiorum malorum contagione corrũpant, non dubitãt facere. Facit hoc bene, id est humili charitate ac benigna seueritate, qui sic præest fratribus ut eorum seruum se esse meminerit, sicut sese habent ipsius domini & præceptum & exemplum. Tunc enim fit sine typho elationis in hominem, & cum luctu deprecatiõis ad deum. Sed quàm facile de gradu clericorũ quisq; ab episcopo, uel de

Universidad de Deusto
Biblioteca

numero pauperũ quos pascit ecclesia, uel de ipsa congregatione laicorum, siue ab episcopo, siue à clero uel quocunq; præposito, cui est potestas, eximitur, ita ut cum eiusmodi à cæteris quibus hoc præcipi potest, nec cibus sumatur: tam facile malorum multitudo in quolibet ordine ecclesię non potest à bonorum commixtione separari & expelli. Nam & in domibus suis quicq; boni fideles ita disciplinam suorũ moderantur & regunt, ut ibi quoque obtemperent Apostolo præcipienti, cum eiusmodi nec cibum sumere: cum & de filijs suis & de domo pacis hoc faciunt uel fieri iubent: cum eos uident ita uiuere, ut hoc eis esse faciẽdum ipsa quã
23.q.4.c. habent in eos charitas suggerat. Turba autem inimorũ cum facultas est in populis promẽdi sermo
non potest nem generali obiurgatione ferienda est, & maxime si occasionem atq; opportunitatem præbuerit aliquod domini flagellum desuper, quo eos appareat pro suis meritis uapulare. Tunc enim aures humiles præbet emẽdantis sermoni calamitas auditorum, faciliusq; in gemitum cõfitendi quàm in murmura resistendi afflicta corda compellit, sicut tunc beatus Cyprianus de collegis suis fortasse illa non diceret, nisi eum desuper diuina seueritas adiuuaret. Eo quippe tempore illa dicebat tam molesto, tam calamitoso atq; luctuoso, ut illi non solum succensere non auderẽt, sed etiam uix à succensentibus ueniam se posse impetrare sentirent: quanquam & si nulla calamitas tribulationis premat, cum facultas datur, utiliter corripitur in multitudine multitudo. Nam sicut separata sæuire, sic in ipsa congregatione obiurgata gemere consuevit. Quamobrem & illud præceptũ Apostoli nullo modo negligendum est, cum sine periculo uiolandæ pacis fieri potest: quia nec ipse aliter fieri uoluit, ut à congregatione bonorum separetur malus: & eiusdem illud præcipue attendendum est, ut sufferentes inuicem studeamus seruare unitatem spiritus in uinculo pacis. Item domino in euangelio dicenti, in illo obtemperare debemus, ubi ait,
Matth.18 Si neq; ecclesiam audierit, sit tibi tanquam ethnicus & publicanus: & in illo ubi prohibuit colligi
Matth.13 zizania, ne simul eradicetur & triticum. Potest enim utrumq; custodiri ab eis, quibus dictum est,
Matt.5 Beati pacifici, quoniam filij dei uocabuntur. Sed iam cætera, quæ Parmenianus posuit, testimonia studeamus uidere. Inter omnia, quibus eorum sacrilegus tumor apparet, nullo se loco magis aperuit, quàm in eo quòd ausus est etiam illud Hieremiæ prophetæ ponere, unde persuaderet cæteris hominibus, communionem Donatistarum, nõ solum ecclesiam uerã esse, sed etiam talem iam hoc tempore, qualis post ultimam uẽtilationem ecclesia sancta futura est. Cui sacrilegæ præsumptioni, & nephandæ elationi quid addi possit ignoro. Et cum multis quidem locis sermonum suorum nihil aliud quàm præsumere intelligantur, aliquãdo tamen uerecundantur, cum eos ueritas urgere cœperit, quando interrogantur, utrum non habeãt, uel utrum non sint ipsi peccatores: ueruntamẽ in hoc prophetico testimonio impiã uanitatẽ suam, & nimiam peruersitatem apertissime prodiderũt. Cum enim Hieremias sanctus uellet ostendere bonis & malis, etiam si ad tempus sit congregationis una societas, longe tamen disparia esse momẽta morum, finemq; meritorũ: Quid paleis, inquit, Hier.23
ad triticum? Parmenianus autem cum uellet Ticonium refellere dicentem, malos à bonis in unitate interim pro pace tolerandos, & in fine ultimi iudicij separandos, posuit hoc Hieremiæ testimonium, quo peruersus atq; errans peruersos & errãtes ad turbulentissimas & sceleratissimas seditiones inflammet, ut quisquis inflammata mente carnis suæ uidetur sibi aliquid esse, cum nihil sit, se ac similes sui tanquã grana purgatissima existimans, ad ecclesiæ congregationem, in qua necesse est ut ij qui ad uitam æternam pertinent, eos qui ad ignem æternum pertinent, usque ad certum finem tanquam frumenta paleam suam tolerent, iam si ubi accedendum esse non putent. Nullus alius flatus de area Christi leuissimam paleam ante tempus uentilationis excussit: nulla alia præsumptione sacrilega schismata quæcunq; ubicunq; sunt, fecit. Admonet, inquit, Hieremias sanctissimus, infructuosas & steriles peccãtium turbas ab Cap.III
honorata fruge iustorum discerni, dicẽs, Quid pa- Hier.23
leis ad triticum? O tuba furoris, ò uox execrabilis pestilentiæ, nunquid forte sic errat genus humanum, ut nõ agnoscat uentilatorem Parmenianũ? An & ipse dat locum Donato, & ad purgatã per eum massam se uenisse gloriatur? Nam ille ante se Maiorinum nescio utrum dignetur agnoscere, an isti tres tanquam tria cornua cuiusdam uentilabri in manu domini fuerunt, per quos messis totius orbis mundaretur: & Aphrica electa est, ubi purgata massa consisteret: cæteram autem omnem terram palea separata uestiret? Vnde ergo tanti greges Circumcellionum? Vnde tantę turbę conuiuarum, ebriosorum & innuptarum, sed non incorruptarum, innumerabilia stupra fœminarum? Vnde tanta turba raptorum, auarorum, fœneratorum? Vnde tam multi per suas quique regiones notissimi tantundem uolentes, sed non tantum ualentes Optati? Quid ad hæc respondebunt? Non sunt ista? An & hoc triticum est? Væ impudentissimæ negationi, si apud se ista non esse: uæ sceleratissimæ peruersitati, si frumenta se esse responderint. Postremo massam purgati tritici post tantæ authoritatis trientem, id est, Maiorinum, Donatum, Parmenianum, etiam Primianus iterum ausus est uẽtilare, ut Maximinianistas de sua communione separaret. An forte frumenta proiecit? Quid est ergo ipse cum suis, qui talia proiecerunt? An ita ista frumenta purgata sunt, ut seinuicem non agnoscant, & seinuicẽ damnando uentilare conẽtur? Potuit ne palea baptizare frumenta? Si potuit, cur ergo dicunt, quid paleis ad triticum? Si autem non potuit, cur Felicianus cũ inter paleas Maximinianistarum foras uolasset, quotquot ille baptizauit, cũ eo rursus ad massam illam purgatis-

purgatissimam redierunt, & omnes intus eos nūc habent, & sibi nō dicunt quid paleis ad triticum? Iam ergo euigilent aliquando, & intelligāt quem admodum propheta dixerit, Quid paleis ad triticum? Vbi enim dicatur cōsiderent, si eis ineſt qualiscunque sensus humanus. Nunquid in agro dici potest, quid paleis ad triticum, quando eadem radice portantur? Nunquid in area, ubi pariter tritu rantur? Sed utiq; in horreo, quid paleis ad triticū? Veniet ille paterfamiliās ferens uētilabrum in manu sua, & mundabit aream suam, frumenta recondet in horreum, paleam uero comburet igne inextinguibili. Nam per aliam similitudinem omne triticum ouium nomine, & omnis palea hędorum nomine significatur, quæ duorum pecorum genera interim permixta sub uno pastore pascunt. Sed
Matt. 25 ueniet, inquit, filius hominis cum angelis suis, & congregabuntur ante eum omnes gentes, & separabit eos ab inuicem, sicut pastor separat oues ab hædis, & oues quidem ponet ad dexteram, hædos autem ad sinistram. Et dicet ijs qui à dextris eius erunt, Venite benedicti patris mei, percipite regnum quod uobis paratum est ab initio mundi, Illis autem qui ad sinistram sunt dicet, Ite maledicti in ignem æternum, qui paratus est diabolo & angelis eius. Tunc ergo implebitur propheria, quid paleis ad triticum, quādo hædis & ouibus nō potest pascua esse communis. Si possunt pisces boni cum piscibus malis intra illam sagenam cui dixit
Matth. 25 dominus, Simile est regnum cœlorū sagenæ missæ in mare, dicere, recedite à nobis, aut recedemus à uobis, donec omnes educantur ad littus, & per angelos boni mittantur in uasa, mali autem proiiciantur foras: potest hoc tempore impleri quod dictum est, quid paleis ad triticum? Sed qui congregationem suam iam frumentum purgatum putāt, à commixtione frumenti & paleæ tanquam pura palea uolauerunt: & qui se sub uno pastore nō adhuc cum hædis pascere sentiunt, luporum insidijs de grege domini separati sunt: & qui cum malis piscibus se congregatos esse non putant, non solum mali pisces sunt, sed etiam unitatis retia diruperūt. Quod si iam hoc tempore intelligamus fieri quod Hieremias ait, quid paleis ad triticum: nihil aliud recte intelligere possumus, nisi quòd in una quidem congregatione sunt, donec in fine uentilationis etiam corporaliter separentur. Sed tamen triti ci sursum cor est, paleæ uero deorsum. Palea quippe sua quærit, non quæ Iesu Christi: triticum autem thesaurizat thesaurum in cœlo, quia ubi est
Cap. IIII thesaurus eius, ibi & cor eius est. Sic etiam uerba Esaiæ intelligenda sunt, quę ille similiter nō intelligens, ad eandem sui erroris sententiam de-
Esaie 52 torquere conatur. Quid enim ait Esaias? Recedite recedite, exite inde, & immundum nolite tāgere: exite de medio eius, & separamini qui fertis uasa domini. Nunquid eadem toties repetenda sunt, quoties fit separatio cordis à malis? Immūdum enim non tangit, qui ad peccatum nulli consentit. Exit autem inde, ut salua sit eius causa apud deum, si etiam disciplinam corripiendi & arguendi salua pace non negligat. Nam qui uult corporaliter quasi manifestos malos deserere, spiritaliter deserit latentes bonos, quos inexpertos & incognitos cogitur accusare, dum separationem suam conatur defendere. Sed isti respondeant, Si mundus est Felicianus, cur exijt de medio eorum? Si uero immundus, cur modo tangit mundū? Quod si tunc immūdus fuit cum foris esset, quos illic baptizauit immundi sunt, quia immundum tetigerunt. An omnes cum illo remeādo mundati sunt? Possunt ergo isti mundati foris baptizare, quos in sua communione non baptizauerunt? Cur ergo alios rebaptizant? An à trecētis decem Bagaij cōfidentibus damnari aliqua forte meruerunt digna tione, & ideo de toto orbe quisquis ad eos uenerit rebaptizatur, quia nō meruit totus orbis istam dignationem ut Bagaiensi concilio damnaretur? Ergo à Maximiniano & à cæteris socijs eius ad Primiani communionem non redeuntibus quicunque baptizati fuerint, rebaptizantur. An parcitur eis? Si rebaptizantur, uiolatur dignatio Bagaiēsis. In ea quippe etiā istorum rebaptizatores damnati sunt, Si autem parcitur eis, rogandi sunt isti, ut rursum ad oppidū Bagaiense conueniant, & si forte ille numerus trecentorum decem iam consecratus est, totidem conueniant, & illic sententiā contra totum orbem proferant, sicut aduersus Maximinianistas protulerunt, ut cum uoluerint aliquē rebaptizare ex aliqua parte orbis uenientem, pari priuilegio se defendant, asserentes sibi ita parci oportere, sicut ei parcitur quē Maximinianista baptizat, quia non solum Maximinianistę, sed etiam totus orbis meruit concilio Bagaiensi damnari. Deinde seipsos à tam magna inuidia, à morte tam magna & tam mirabili liberabunt, ut cum cœperint iam non rebaptizare in ecclesia baptizatos, quæ per omnes terras est constitura, si quis eis mouerit quæstionem, cur iam non faciant quod ante faciebant, respondeant, Quando ista faciebamus, nondum Bagaiensi concilio totum orbem terrarum damnaueramus: nunc autem rogati misericorditer concessimus, ut eos tali concilio damnaremus, quali Maximinianistas damnauimus, quorum baptismū non repetimus. Quid ergo magnum est, quid difficile præstare omnibus gentibus tantam dignationem damnationis? An itera-
re baptismum orbis terrarum licet, & iterare damnationem orbis terrarum non licet? Etiam hinc securi sint, non inueniemus quo concilio tot gentes prouinciasq; damnauerint. Quosdam paucos in Aphrica damnauerunt, à quibus totius orbis iudicio superati sunt, nec ausi sunt postea dānare iudices apud quos superati sunt. Quid enim esset impudentius, quid insanius? Multo minus damnare potuerunt etiam in cæteris terrarum partibus constitutos, qui magis talibus iudicibus ecclesiasticis credere, quàm uictis litigatoribus maluerūt, & tamen Maximinianistarum quos trecēti decem Donatistæ Bagaiensi cōcilio damnauerūt, baptismus agnoscitur, acceptatur, admittitur. Orbis autem terrarum per quem hæreditas Christi sic exhibita est ut

Universidad de Deusto
Biblioteca

est ut promissa est, in qua & ipsi ante paucos an- A de consortium, nec tangebamus immundum, ubi
nos fuerunt, quem nullo iure damnare potuerunt, potest coinquinari contactus: id est, consensione
& nulla saltem cōcilij peruersitate damnarunt, ba- atq; placito cōscientię recedebamus, & exibamus
Ironia ptismus improbatur, exufflatur, iteratur. O sancta ab eis, qui non solum talia nō faciebamus, sed nec
damnatio, quam Maximinianstæ meruerunt, & la- facientibus tacebamus. Isti autem seditiosi & insa
borios innocentia gentium, quæ apud illos pro- ni, qui defensiones præcisionis suæ quærunt ex o-
pterea Christianum nomen amisit, quia talem da- raculis prophetarum, superest ut impietate uasa-
mnationis locum inuenire nō potuit. Si autem il- na de uerbis propheticis mores arguant prophe-
li soli à Maximinianstis uenientes non rebaptizan tarum. An hoc dicturi sunt quòd illis temporibus
tur, qui cum suis baptizatoribus redeunt, sicut hi recedere iustis à malo populo non licebat, istis ue
qui cum Prætextato & Feliciano redierunt, pri- ro temporibus licet: Quid dici peruersius potest,
mo uideatur quemadmodum eiusdem schismatis illo tempore non potuisse bonos à malis corpora-
baptismum extra eorum communionē foris æqua liter separari, quando multa sacramenta corpora-
liter datum in alijs confirmēt, in alijs exufflent, in liter obseruari uidebantur: nunc autē necessariam
parte honorent, in parte uiolent. Ita enim ubi uio- esse corporalem separationem, quādo iam illa spi-
lant, rei sunt; ubi autē confirmant, reatus sui testes ritaliter obseruantur? Væ cæcis ducentibus & cæ
inueniuntur. Si em̄ postea sic confirmarent ut iam B cis sequentibus. Itáne non timent ista dicentes, ne
uiolare desinerent, nō discrepatio sed correctio di forte per tantam latitudinem orbis terrarū qua fi-
ceretur. Cum autē in quibusdam improbāt quod des Christi nomēq; diffusum est, anteq; se isti sepa
in alijs approbant, in his accusantur, in illis contra rarent in aliqua parte terrarum ab Aphricanis re-
se testimonium dicunt: quero quare non baptizes gionib. remotissima, iam hoc iusti fecerint, & ad-
eos quos Felicianus in Maximiniani schismate huc isti in immunditiæ, quam illi fugerant, conta-
baptizauit, quia Christi baptismum acceperunt, gione uiuebant? Quis enim eos cauet, quis eos se-
an quia Feliciani? Si quia Feliciani, apud Maxi- curos facit, si huiusmodi à malis separatio facien-
minianistas eum dedit damnatus, foris extra com- da est? An antequam ab istis fieret, nunquam fa-
munionem uestram dedit eum, hoc est, illud ba- ctam fuisse tam longe, ut Aphricam omnino ne-
ptisma quod & Saluij Membresitani & aliorum scirent, sicut in extremis illarum partiū terris pars
talium: Si autem quia Christi, plus apud te ualet Donati prorsus ignota est? Fortasse dicent obesse
pro baptismo Christi Felicianus in Mustícanis, sibi non potuisse quod ignorabant. Sic ergo & il-
quàm ipse Christus in omnibus terris: plus apud lis terris obesse non potest quod gestum in Aphri-
te ualet pro baptismo Christi sedēs ad latus tuum ca ignorant, etiam si uera isti dicerent, quæ de A-
& damnatus à te, quàm ille sedens ad dexteram pa C phrorum criminibus mentiuntur. Si autem dicūt
tris & crucifixus pro te. Parcitur in paucissimis ba latere se non potuisse si fieret, modo dicant pero-
ptismo Christi, ne Felicianus offendatur: & non mnes orbis terræ partes, quod schisma factum sit.
parcitur, ne ipse Christus in tot gentium milibus Nimium est quod interrogo. In ipsa Aphrica di-
exuffletur? Sed incredibilis est cæcitas hominum, cant Donatistæ Carthaginenses, uel quicunque
& omnino nescio quemadmodum credi posset es- sunt in ciuitate Carthaginis, quot partes per Nu-
se in hominibus tanta peruersitas, nisi experimen midiam & Mauritaniā factæ sint de ipsa parte Do
to uerborum suorum factorumq; patesceret usq; nati, quarum omnium causas uticq; nosse debe-
adeo se clausos habere cordis oculos, ut cōmemo rent, ne forte iusti aliqui in regionibus illis malo-
rent sanctæ scripturæ testimonia, nec intueantur rum suorum societatem congregationemq; uita-
in factis prophetarum, quemadmodum intelligen uerint, & exierint inde, ne immūdum tangerent,
Hiere.23 da sint uerba prophetarū. Dixit Hieremias, Quid ne cum facinorosis introirent, ne forte isti iam an-
paleis ad triticum: ut ipse recederet à paleis popu- te aliquot annos in aliquo angulo Numidiæ uel
li sui, in quas illa tanta & uera dicebat? Dixit E- Mauritaniæ separantibus se frumentis palea re-
Esaiæ 25 saias, Recedite, recedite, exite inde, & immūdum manserint & nesciunt. Sed unde securi sunt, nisi
nolite tangere. Sed cur ipse in illo populo immun- D quia certum habent bonos esse non potuisse, qui
ditiam quam grauiter arguebat, in una cum eis cō se ab unitate communionis Donati, quæ per to-
gregatione tangebat? Legant quanta in malos po tam Aphricam diffunditur, segregarunt? Quia si
puli sui, & quàm uehementer ac ueraciter dixerit, malos aliquos in sua uicinitate patiebantur, quos
à quibus se tamen nulla corporali diremptione se ostendere cæteris non ualebant, eos tolerare po-
Psal.25 parauerit. Dixit Dauid, Non sedi cum cōcilio ua- tius debuerunt, quàm diuidere se à tot innocenti-
nitatis, & cum facinorosis non introibo: Odio ha bus, quibus persuaderi non poterant aliena pec-
bui curiam nequissimorum & cum impijs non se- cata, etiā si ea ipsi optime nossent. Cur ergo hæc
debo. Legāt quales in se temporibus suis in illo po innocentia non tribuitur orbi terrarum in tanta
pulo tolerauit, qui unctionis mystico sacramento multitudine gentium, quacunq; Christi hæredi-
tātum honorem detulit, ut id nec in sceleratissimo tas patet, ut certa atq; secura sit, eo quo se bonos
Saule contemneret, immo tantum ueneraretur, ut dicunt, & se ab omnis terræ unitate seiungunt, eo
amplius omnino non posset. Nónne si eorum uer ipso demonstrante quales sint? Sibi enim iusti ui-
ba factis eorum obiecerimus, respōderent nobis, dentur, & spernūt cæteros, & ideo nō cantant can
nos plane cum talibus nullum habuimus in cor- ticum nouum, quia de superbia ueteris hominis

extollun

extolluntur. Ab ea quippe communione separan A
Psal.59 tur cui dictum est, Cantate domino canticum no-
uum, cantate domino omnis terra. Qui si uere iu-
sti essent, & humiles essent: Si autem humiles es-
sent, etiam si uere malos in suæ uicinitatis congre-
gatione paterentur, quos ab unitate Christi expel-
lere non ualerent, charitate Christi tolerare dilige
rent. Quomodo autem possunt de ijs ipsis quos in
sua uicinitate malos arguunt, iustum habere iudi-
cium, cum temeraria cæcitate tã longe à se positos
ignotissimos criminãtur? Vtrũ eñ uel ciues suos
uel uicinos quos arguunt, malos esse nouerint, in-
certum est orbi terrarum. Quia uero ab eis quorũ
uitam longe positorum nosse non possunt, teme-
raria cæcitate separantur, certum est orbi terrarũ.
Et quia cũ laude patientiæ mali tolerãtur, ne igno-
ti boni damnentur, certum est orbi terrarum. Qua B
propter securus iudicat orbis terrarum bonos nõ
esse, qui se diuidunt ab orbe terrarum in qua cunq;
parte terrarũ. Postremo si prophetæ posteros mo-
nuerunt ut se ante tempus ultimæ uentilationis à
paleis corporaliter separarẽt, & tali separatione ca
uerent tangere immundum, & cũ facinorosis non
introirent, cur hoc non fecit apostolus Paulus?
Phil.1 An palea non erant qui non ex ueritate, sed ex in-
uidia Christum annũciabant? An immundi nõ e-
rant qui non caste euangelium prædicabant? Hos
in illis tẽporibus ecclesia fuisse testatur, cuius ex-
cellentissimam charitatem omnia tolerantẽ, etiam
posteriores imitati sunt. An immunditia, an etiam
auaritia? Quam Cyprianus corde non tetigit, &
tamen inter auaros collegas pacatissime uixit. Nõ C
enim obsurduerat aduersus uerba psalmorum, ut
sederet in cõuenticulo uanitatis, & cum facinoro-
sis introiret: odio non haberet curiam malignorũ,
& cum impijs non sederet. An non erat conuenti
culum uanitatis in eis, qui esurientibus in ecclesia
fratribus largissimo argento nitere cupiebãt? An
non erãt facinorosi qui fundos insidiose fratribus
rapiebant? An nequissimi & impij non erant, qui
usuris multiplicantibus fœnus augebant? Ille ue-
ro lauabat manus suas cum innocentibus, & cir-
cũdabat altare domini. Ideo quippe tolerabat no-
centes, ne desereret innocentes cum quibus ma-
nus lauabat, quia diligebat speciem domus domi-
2.Tim.2 ni, quæ species in uasis honorabilibus fuit. In ma-
gna autem domo non solum uasa sunt aurea & ar- D
gentea, sed & lignea & fictilia. Et illa quidem sunt
in honorem, illa uero in contumeliam. Et munda
bat semetipsum ab huiusmodi, ut esset etiã uas in
honorem sanctificatum, utile domino ad omne o-
pus bonum paratum, nec propter uasa quæ erant
in contumeliam se à magna domo separabat, sed
eos in unitate illius domus arguẽs tolerabat, à qui
Cap. V bus se non imitando seruabat. Sed nouit po-
Psal.25 nere Parmenianus uerba prophetę dicentis, Non
sedi cum concilio uanitatis, & cum facinorosis nõ
introibo, odio habui curiam malignorum. Laua-
bo cum innocentibus manus meas, & circumda-
bo altare domini, Vt audiam uoces laudis, & enar
rem omnia mirabilia tua. Domine dilexi speciem
domus tuæ, & locũ tabernaculi claritatis tuæ. Ne
simul perdideris cum peccatoribus animam meã,
& cum uiris sanguinum uitam meam, In quorum
manibus delicta sunt, dextera eorum impleta est
muneribus. Nouit hoc ponere Parmenianus, &
non curat aduertere quemadmodum his uerbis si
ne ullo diuisionis nephariæ sacrilegio seruiat. Spe
cies eñ domus & locus tabernaculi claritatis dei
in uasis est, ut dixi, non in omnibus, quæ tamen in
una domo magna sunt, sed in ijs quę sunt in hono
re sanctificata, domino utilia, ad omne opus bonũ
semper parata. In his quisquis dilexerit speciẽ do-
mus dei, & locum tabernaculi claritatis eius, tole-
rat ea quæ sunt in contumelia, nec propter hoc re-
linquit domũ, ne fiat ipse nõ uas in contumeliam,
quod tamẽ in domo toleratur, sed stercus quod de
domo proijcitur, et propter ipsam temporalem cũ
malis in una domo congregationem orat dicens,
Ne simul perdideris cum peccatoribus animam
meam, & cum uiris sanguinũ uitã meam: In quo-
rum manibus delicta sunt, dextera eorũ repleta est
muneribus. Hoc utiq; orat, ne simul pereat cũ ijs
cum quibus eum simul uiuere charitas omnia to-
lerans hortatur, cuius sacrificium præmisit dicẽs,
Domine dilexi speciem domus tuæ, & locũ taber-
naculi claritatis tuę. Quia enim dilexi speciem do
mus tuæ, & propter ipsam dilectionem tolero ua-
sa quæ sunt in contumeliam, quia charitas omnia
tolerat, ne simul cum eis perdideris animã meam.
Nónne apparet in his uerbis uox illorum qui per
Ezechielẽ prophetati sunt gemere & mœrere ob Ezech.9
iniquitates populi quæ fiebant in medio eorum?
Et quia erant uasa in honorem, proprium signum
accipere meruerunt, ut cum illi omnes inciperent
uastari atque deleri, deus non perderet cum pec-
catoribus animas eorum. Isti autẽ sunt infœlices,
qui se ab omni malorum cogregatione tanquam
triticum à paleis purgatum esse præsumunt. Per
istam enim uanitatem præiudicarunt sibi, ut in po
pulis quibus præsunt iniquissimas & flagitiosissi-
mas turbas non audeant corripere ut corrigãtur,
ne per hoc cogantur confiteri quia mali sunt, & di
catur eis, Certe tritico purgato loqmini, Cur per
has uoces tantam commixturam esse fatemini?
Et ideo quia iusti non sunt, non emendant & ar-
guunt in misericordia, sed oleo adulationis impin
guãt capita eorum, quibus ipsi capita esse uolunt,
quoniam sub uno capite quod in cœlo est in unita
te corporis, quod per totam terram est, esse nolũt,
ut merito plebibus eorum dicatur, Qui uos fœli- Esaiæ 3
ces dicunt, in errorem uos mittunt, & conturbant
semitas pedum uestrorum. Qui ergo nõ uult sede-
re in concilio uanitatis, nõ euanescat typho super-
biæ, quærens cõuenticula iustorũ totius orbis uni
tate separata, quæ non potest inuenire. Iusti autem
sunt per uniuersam ciuitatem, quæ abscondi non
potest, quia supra montem cõstituta est. Montem
illum dico Danielis, in quo lapis ille præcisus sine Dan.2
manibus creuit, & impleuit uniuersam terrã. Per
totam igitur istam ciuitatem toto orbe diffusam, iu
sti gemunt & mœrent ob iniquitates quæ sunt in
medio

medio eorum. Non ergo quærat quis ſeparatos iu A
ſtos, ſed cum ipſis potius in malorū temporali cō/
mixtione concorditer gemat. Non enim ſedebit
in conuēticulo uanitatis, quia ibi ſedebit ubi con/
Phil.3 uerſatur. Audiet autem dicētem Apoſtolum, No/
ſtra autem cōuerſatio in cœlis eſt: Ibi cum facino/
roſis non erit, ibi curiam nequiſſimorum non pa-
tietur, ibi cum impijs non ſedebit. In tali ſpe habita
bit, ut ad rem cuius habet ſpem peruenire aliquā/
do mereatur. Non enim iam reſurreximus ſicut
Chriſtus, aut iam cum illo ſedemus in cœleſtibus,
& tamen quia talem ſpē nobis dedit, & per ipſam
ſpem iam quodammodo ibi cōuerſamur, dicit A/
Col.3 poſtolus, Si autem reſurrexiſtis cū Chriſto, quæ
ſurſum ſunt quærite, ubi Chriſtꝰ eſt in dextera dei
ſedens, quæ ſurſum ſunt ſapite, non quæ ſuper ter
ram: Mortui enim eſtis, & uita ueſtra abſcondita B
eſt cum Chriſto in deo. In illa uita noſtra quæ ab/
ſcondita eſt cum Chriſto in deo, non ſedemus in
cōuenticulo uanitatis, quia ſicut dicit Apoſtolus,
Ephe.2 Simul nos excitauit, & ſimul nos ſedere fecit in
cœleſtibus, ſed in ſpe, nondum in re. Spes autem
quæ uidetur non eſt ſpes. Quod enim quis uidet,
quid ſperat? Si autem quod non uidemus, ſpera/
mus, per patientiam expectamus. Quam patien/
tiam iſti miſeri perdiderunt, & feſtinantes ſe ante
tempus uelut à palea ſeparare, ſeipſos leuiſſimam
paleā uento ablatam de area demōſtrarunt. Quod
Prouerb.1 ergo ait ſapientia teneamus, Qui autem me audie/
rit habitabit in ſpe, & ſilebit ſine timore ab omni
malignitate. Dum ergo habitamus in ſpe, cogite-
mus, non quod ſumus ſed quod erimus: quia filij C
quidem dei ſumus, ſed nondum apparuit quod e/
rimus: quia cum apparuerit ſimiles ei erimus, quo
niam uidebimus eum ſicuti eſt. In tali ſpe habitan/
tes, quia hæc habitatio non habet malos, nec con/
uenticula uanitatis, nec facinoroſos, nec iniquos,
nec impios patimur, & eos tamen non in ſpe quæ
non uidetur patimur in congregatione catholica
toto orbe diffuſa, donec tranſeat iniquitas, donec
tempore meſſis zizania colligātur, donec ultimo
uentilabro à frumento palea ſeparetur, donec piſ/
ces boni à piſcibus malis, cū quibus intra eadem
retia congregati ſunt, in littore eligātur, donec hæ
di ab ouibus, cum quibus ſub uno paſtore in eiſ/
dem paſcuis tamdiu pauerūt, in ultimo ad ſiniſtrā
ſegregentur. Nulla eſt igitur ſecuritas unitatis, ni/ D
Matth.5 ſi ex promiſſis dei eccleſia declarata, quæ ſuper
montem, ut dictum eſt, conſtituta abſcondi nō po
teſt: & ideo neceſſe eſt ut omnibus terrarum parti/
bus nota ſit. Inconcuſſum igitur firmumq; tenea/
mus, nullos bonos ab ea ſe poſſe diuidere: id eſt,
nullos bonos etiam ſi cognitos ſibi malos patian/
tur, ubicunq; uerſantur propter eos ſe à longe po/
ſitis & incognitis bonis temerario ſchiſmatis ſa/
crilegio ſeparare: & in quacunq; parte terrarum
uel facta ſunt iſta, uel fiunt, uel futura ſunt, cæteris
terrarum partibus longe poſitis, & utrū facta ſint,
uel cur facta ſint ignorantibus, & tamen cum or/
be terrarum in unitatis uinculo permanentibus,
eaipſa ſit firma ſecuritas, non hoc potuiſſe facere,

niſi aut ſuperbiæ tumore furioſos, aut inuidentiæ
liuore uæſanos, aut ſeculari commoditate corru/
ptos, aut carnali tumore peruerſos. Quibus omni
bus cauſis efficitur, ut uel boni falſis criminibus
infamentur, uel temere de bonis falſa credantur,
uel etiam mali qui pro unitatis uinculo tolerati ni/
hil obſunt bonis, dirupta bonorū pace peruerſiſſi/
me fugiantur, cum uexationi frumētorum nō par
citur, uſurpantibus ſibi hominibus ante meſſem,
quod angeli in meſſe facturi ſunt. Quæ cum ita Cap.VI
ſint, audent ſacrilega ſchiſmata uel hæreſes impię,
ſi quando in flagello ut ſe corrigant admonentur,
pœnas furoris ſui etiam inter martyria deputare.
Quod exiſtimans etiam Parmenianus, in fine epi/
ſtolæ ſuæ exhortatur Ticonium, ut in parte Dona
ti permaneat & perſecutiones perferat, dicēs non
ſe debere uoluntate coniungi eis, quibus perſecu/
tione cogente non iuncti ſunt, adhibens etiam te/ Eccl.2
ſtimonium ſcripturæ dicētis, Væ his qui perdide/
runt ſuſtinentiam, & diuerterūt in uias prauas. Et
quid facient cum inſpicere cœperit eos dominus,
more ſuo cuncta de diuinis libris aduerſus ſeipſos
proponentes? Qui enim ſuſtinentiam perdiderūt,
niſi qui eos de criminibus quæ obijciebant cōuin
cere nequiuerunt, quos pro pace Chriſti tolerare
noluerunt, ut ſero poſtea cogitātes, ipſam partem
ſuam nō eſſe per multas particulas diuidendam, e/
tiā ſibi manifeſtiſſimos ſacrilegos quos ipſi dāna/
runt rurſus receptos, pro falſa Donati parte tolera
runt? Et nunc iam tandem aliquando cognoſcant
& corrigant ſe qui ſe impie feciſſe ex eo ſaltem
quod à Maximiniano paſſi ſunt didicerunt. Sed ſi
licet erubeſcāt manifeſtiſſimis rationibus corrigi,
quia imperatorū iuſſionibus reſtiterūt, ne illa quæ
ſe conquerūtur fuiſſe perpeſſos, correcti perdidiſ/
ſe uideantur, quaſi non melius perdunt illa quàm
pereunt. Si enim habēt aliquam umbram, quam-
uis falſam atq; fallacem, tamen nonnullam imagi/
nem fortitudinis, iubenti non cedere imperatori,
cuius uel humanæ laudis illecebra eſt, apertiſſimę
contradicere ueritati: cur clauſis oculis tam multa
de ſcripturis teſtimonia proferunt, quæ intellecta
atq; prolata contra ſe repudiant? quæ ſi ſecundum
eorum intellectum recipiatur, nihilominus eos de
ſua peruerſitate conuincunt. Nónne ſcriptum eſt,
Non cōtradicas ullo modo ueritati? Cui autem ni Eccl.4
ſi ueritati contradicitur, cum etiam regi ex uerita/
te aliquid iubenti reſiſtitur? Sed rex homo qui mi/
natur uel qui uindicat, ad tempus moleſtus eſt: nō
ſic ille rex qui etiam ueritas dicitur, qui nūc quoq;
illis per prophetam clamat, Sine cauſa percuſſi fi/ Hier.2
lios ueſtros, diſciplinam non receperunt. Qui pro/
pterea per humanas poteſtates nunc miſericordi/
ter admonet, ne in fine ſic uindicet ut nō ſe poſſint
ſuperbi de ſua damnatione iactare. Sub uindicta
enim regum poteſt hominum pertinacia falſo no/
mine uirtutis uelle laudari, æternis autem ignibus
cōcremari, nec erit, nec uocabitur fortitudo. Non
enim erunt in die illa qui caput ungant oleo adula
tionis, aut uaria decepti fallacia coronatos ſomni/
ent damnatos, dicentes, euge, euge: & iurātes per

canos

canos eorum, qui caput sanum non habuerunt, & per compages eorum qui uiam pacis non agnouerunt. Quales turbas isti auertentes à Christi unitate, & ad suum nomen conuertere cupientes, interim temporalia supplicia schismatis sui cõferre audent passionibus martyrum, ut eis pœnarum suarum natalitia celebrentur magno conuentu hominum furiosorum: quorum è numero illi sunt, qui etiam nullo persequẽte, seipsos ultro per montium abrupta præcipitant, ut malam uitam peiore morte cõsumment. Non erunt in die illa stultæ plebes quibus dicant, nos sumus iusti qui patimur persecutionem, & cæcis uendatur reprobus lapis pro gemma preciosa, id est, carnalis duritia pro spirituali patientia. Non erunt qui nomina principum furoris sui recitent ad altaria, uel quæ ab unitate Christi diuiserunt, uel quæ sub nomine Christi cõtra ecclesiam erexerunt. Hęc enim sunt precia quę isti ut accipiant, dum uolunt habere quod uendãt, excitant aduersum se potestatum seueritatem per animosam peruersitatem, ne illi qui ab eis seducuntur, & eos propterea iustos putant, quia pœnas iniquitatis exoluunt, redeant ad cor, & considerent quare & quæ se pati gloriantur. Quantũ enim erat ut paululum aduerterent talia dicere Parmeniano Ticonio de perferendis persecutionibus & gloria tolerantiæ, qualia dicũt omnes hæretici, de quibus coercendis uel puniendis, similia regũ iussa proferũtur, qualia certe Membresitanis suis dicit etiam Saluius, cui tantas Abitinenses plagas et contumelias intulerunt, per quos isti meruerant ut de Ecclesia pellerentur, ut eius ceruici etiam mortuorum canum cadauera colligarent, ut postremo cum illo ad turpes uoces cantationesq; saltarent. Quem sermonem posteaquã tanta perpessus est, eum putamus habuisse cum suis, quos miseros decepit ut alteram sibi basilicam fabricarent. Quãta dixit de iustitia pro qua talia perpeti meruit, ideo se sanctum persuadẽs, quia passus est: ideo illos iniquissimos, quia fecerunt. Tuscorum tyrannorum commemoratur antiqua crudelitas, qui mortua uiuis, sed humana humanis corpora cõiungebant, canina uero humanis, & hæc episcopalibus membris, nescio utrum quisquã se uel audisse unquam uel legisse cõmemorat. Notum est omnibus nugaces & turpes saltationes ab Episcopis solere compesci. Quis unquam meminit ab hominibus quos in auxilium Episcopi petierunt, cũ Episcopis esse saltatum? An forte Saluius tunc non erat Episcopus, quando damnatio eius in Bagaiensis concilij sententia recitata est? Quod si & ipse postea reconciliaretur Primiano, sicut ei reconciliatus est Felicianus, eiusdem plenarij concilij ueridico ore damnatus, sicut ibi eorum uerba recitantur, tunc esset Episcopus. An forte iam nõ admittetur, quia quasi sacrilegiũ schismatis quem coinquinauerit, potest mundari, sicut Felicianus: quem uerò canes mortui collo suspensi immundum fecerunt, nõ potest expiari? Vellem scire quid ad hæc dicant, tam manifesta, tam publica, tam recentia, qui nobis antiquas calumnias suas quasi crimina nostra obijci unt. Quisquis eorum arbitratur me falsa iactare, quid magnum est, quid difficile, ut animæ suæ curam gerens pergat Membresam, quærat an facta sint ista, & defendat si potest. Si enim dicit ista recte schismatis causa fieri, quos trecenti & decem Donatistæ Episcopi damnauerunt, nõ murmurẽt quando aliqua patiuntur, q̃uis passi sint quos ab unitate Christi schisma fecisse, nõ trecentorũ & decem, sed totius orbis authoritate conuincimus. Si autem dicit leuia esse quæ passus est Saluius, quæro utrum si aliquem Donatistarũ Episcoporũ saltare cogeret Imperator, & nolenti facere, bestias, ignesq; minaretur, non mallet illa perpeti q̃ illud admittere: & cum passus esset, utrum non eum isti inter martyres recitarẽt? Grauiora ergo passus est Saluius cum quo saltatum est, quàm si uiuus arsisset. Nam si cuiq̃ eorum hæc duo proponerentur, utrum mallet non ipse saltare, sed saltari secum, q̃ uiuum incendi, quid eum electurum esse respondeant? Si aũt dicit nihil aliud impetrasse à proconsule Primianistas, nisi ut per Abitinenses Saluius de basilica pelleretur, illos autem sua sponte fecisse quicquid ei postea crudeliter turpiterq; fecerunt: cur nõ sibi dicit sic etiam posse catholicos nihil aliud ab imperatoribus petere, nisi ut isti de basilicis quas nomine sacrilego retinent excludantur? Illos autem sua sponte regia potestate & honestate seruata in sacrilegos multò mitius q̃ Abitinenses nulla imperiali lege nulla iudiciaria iussione, in Membresitanum Saluium uindicarunt. Quib. rebus cõsideratis, prius quid faciant, & postea qd patiantur aduertant, ne cum aduersus facta sua oculos claudunt, & ad pœnas oculos suos aperiũt, & hic frustra temporalia patiantur, & in ultimo iudicio dei etiam pro hoc ipso quòd frustra eos talibus molestijs ut emendaret admonuit, æterno supplicio puniantur. Non uetera replico, ubi fallunt quos possunt: breuiter dico, præsentia ingero, digito ostendo. Damnati Maximianistæ recipiuntur, ignotæ gentes arguuntur. Maximinianistarum baptismus acceptatur, orbis terrarum baptismus exufflatur. Ecce Assuritani, ecce Mustitani, ecce nõ longe mortuus Prætextatus, ecce adhuc uiuus Felicianus, ecce nomina eorum inter damnatos Bagaiensi consilio gestis proconsularibus allegata, talibus recentibus & præsentibus factis, quales ab initio fuerint, satis indicãt. Si quid pro huiusmodi aduersitatibus & iniquitatibus patiuntur, si nolũt corrigi, saltem non audeant gloriari. Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS CONTRA LITERAS PETILIANI Cirtensis Episcopi Donatistæ, Liber primus.

DILECTISSIMIS FRATRIB. AD NOstræ dispensationis curam pertinentibus, Augustinus in domino Salutem.

Cap. I

NOSTIS nos sæpe uoluisse Donatistarum hæreticorum sacrilegum errorem in notitiam manifestam, non tam ex nostro quàm ex ipsorum opere producere atq; conuincere: Vnde factum est, ut ad nonnullos etiam primates eorum literas daremus, non quidem communicatorias, quibus seiam in præteritum indignos à catholica Ecclesia dissentiendo fecerũt, nec tamen cõtumelioſas, sed pacificas: ut nobiscum quæstione discussa, quæ illos ab orbis terrarum sancta communione dirupit, considerata ueritate corrigi uellent: nec maiorum suorum animosam peruersitatem pertinacia stultiore defenderent, sed ad fructum charitatis radici catholicæ redderentur. Sed quoniã scriptum
Psal. 119 est: Cum his qui oderunt pacem, eram pacificus, ita illi respuerunt literas meas, sicut ipsam pacem, cui per eas cõsulebatur, oderunt. Nunc uero cum essem in Ecclesia Cõstantinensi, Absentio presente & collega meo Fortunato eius Episcopo, obtulerunt mihi fratres epistolam, quam ad suos presbyteros schismatis eiusdem Episcopum dedisse dicebant, sicut earundem quoque literarum prætendebat inscriptio. Quam cum legissem, ita miratus sum, quòd primis uerbis suis totam partis suæ communionem radicitus amputauit, ut nollem credere illius hominis esse literas, quem solet fama prædicare, quòd inter eos doctrina atque facundia maxime præcellat. Sed quia me legente aderant quidam qui eius sermonis cultum ornatumq; cognoscerent, mihi persuadere cœperunt omnino illud esse eius eloquium. Ego tamen cuiuslibet esset, refellendum putaui, ne quisquis ea scripsit, aliquid sibi apud imperitos aduersus catholicam scripsisse uideretur. Hoc ergo ille primum in epistola sua posuit, dicẽs, quòd eis obijciamus bis baptisma, qui sub nomine baptismi animas nostras reo lauacro polluimus. Quid autem prodest omnia eius contumelioſa uerba retexere? Nam quoniam aliud est documenta firmare, aliud maledicta refellendo tractare: illud potius attendamus, quo pacto demonstrare uoluerit nos baptismum non habere, & ideo se nõ repetere quod iam erat, sed dare quod nõ erat. Ait enim: Conscientia nanque dantis attenditur, qui abluat accipiẽtis. Quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit? Quomodo poterit accipientis abluere conscientiam, si quemadmodum dicit, conscientia dantis attenditur, qui abluat accipientis? Si enim dixerit ad accipientem non pertinere quicquid mali latuerit in conscientia dantis, ad hoc ualebit fortasse illa ignorantia, ut de conscientia baptizatoris sui non possit nesciens maculari. Sufficiat ergo ut alterius conscientia maculosa cum ignoratur non maculet, nunquid autem etiam abluere potest?

Cap. II

Vnde igitur abluendus est qui accipit baptismũ cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignoret, præsertim cum addat & dicat: Nam qui fidẽ à perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum? Ecce stat perfidus baptizaturus, at ille qui baptizandus est perfidiã eius ignorat, quid eum accepturum esse arbitraris, utrum fidem an reatum? Si dixeris fidem, concedes posse fieri, ut à perfido quisque fidem percipiat, non reatum: & falsum erit illud quod dictum est: Qui fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum. Inuenimus enim fieri posse, ut etiam à perfido fidem quis percipiat, si perfidiam dantis ignoret. Non enim ait: Qui fidem à perfido manifesto uel cognito sumpserit: sed, qui fidem, inquit, à perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatũ: quod utique falsum est, quando quis à latente perfido baptizatur. Si aũt dixerit, etiam cum baptizator perfidus latet, non ab eo fidem percipit sed reatum: rebaptizent ergo illos quos ab eis baptizatos esse constiterit, qui diu apud ipsos cum scelerati latuerunt, & postea prodíti conuicticq;, damnati sunt.

Cap. III

Eo quippe tempore quo latebant quoscunque baptizauerunt, non eis potuerunt fidem tradere, sed reatum, si quisquis fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit, sed reatum: Ergo baptizentur à bonis ut possint fidem percipere, nõ reatum. Sed quomodo & de istis securi erunt, si cõscientia dantis attenditur quę latet oculos accepturi? Ita secundum eorum sententiam fit salus illa spiritualis incerta, dum contra scripturas sanctas, quæ dicunt:
Psal. 117 Bonum est confidere in domino, quàm confide-
Hiere. 17 re in homine: Et maledictus omnis qui spem suam ponit in homine: spem baptizandorum auserunt à domino deo, & in homine ponendam esse persuadent: Vnde fit omnino ut non incerta, sed
Psal. 3.7 prorsus nulla sit salus: Quia domini est salus: Et una salus hominis. Itaque quisquis in homine spem posuerit, etiam quæ iustum & innocentem nouit, maledictus est. Vnde & apostolus Paulus, eos qui
1. Cor. 1 dicebant se Pauli esse, obiurgat & dicit: Nunquid Paulus, p uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis?
Cap. IIII Quapropter si errant illi, & nisi corrigerent perirent, qui uolebãt esse Pauli, quę tandem spes eorum qui quærunt esse Donati? Id enim agunt isti, ut origo, radix & caput baptizati non nisi ille sit à quo baptizatur: Ita fit, ut quoniã plerunq; qualis sit baptizator, incertũ est, incerta origine, incerta radice, incerto capite, spes etiã hominis incerta sit. Et cũ fieri possit, ita esse conscientiam dantis, ut scelerata atq; maculosa sit, & hoc ignoret accepturus, consequenter fit, ut scelerata origine, scelerata radice, scelerato capite, spes quoq;

baptizati

baptizati uana & inanis existat. Quippe cum iste in epistola sua ponat & dicat: Omnis enim res origine & radice consistit: & si caput non habet aliquid, nihil est. Cumq; originem & radicem & caput baptizati, hominem à quo baptizatur uelit intelligi, quid prodest misero baptizato quòd ignorat q; malus sit baptizator eius? Ignorat em̃ se malum habere caput, aut omnino se esse sine capite. Tamen quę spes est illi cui siue scienti siue nescienti, caput pessimum aut nullum est? Nunquid ipsa ignorantia fit ei caput cui suus baptizator uel malum caput uel nullum est? At hoc quisquis putauerit, uere sine capite est. Nos ergo quærimus, quia dixit iste: Qui fidem à perfido sumpserit, nõ fidem percipit, sed reatũ: statimq; cõnexuit, dicens: Omnis em̃ res origine & radice cõsistit, et si caput nõ habet aliquid, nihil est. Quærimus itaque nos, cum ille baptizator perfidus latet, & si tunc ille quem baptizat fidem percipit non reatum, si tunc ei non est baptizator eius origo & radix & caput, quis est à quo accipit fidem? Vbi est origo de qua oritur, ubi radix unde germinat, ubi caput unde incipit? An forte cum baptizantem perfidũ ille qui baptizatur ignorat, tunc Christus dat fidem, tunc Christus est origo & radix & caput? O humana temeritas & superbia: Cur non sinis potius ut semper Christus det fidem, Christianum dando facturus? Cur non sinis ut semper sit Christus origo Christiani, in Christo radicem Christianus figat, Christus Christiani sit caput? Neque enim etiam cum per sanctum & fidelem dispensatorem gratia spiritalis credentibus impertitur, dispensator ipse iustificat, ac nõ ille unus de quo dictũ est, quòd iustificat impium: Aut uero Apostolus Paulus caput est & origo eorũ quos plantauerat, aut Apollo radix est eorum quos rigauerat: ac non ille qui eis in credendo fidem dederat: cum idem dicat: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaque neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Nec radix eorum erat ipse, sed potius ille qui ait: Ego sum uitis, uos estis sarmenta. Caput etiam eorum quomodo esse poterat, cũ dicat, nos multos unum esse corpus in Christo, ipsumq; Christũ caput esse uniuersi corporis, pluribus locis apertissime prædicet? Quapropter siue à fideli, siue à perfido dispensatore sacramentum baptismi quisq; percipiat, spes ei omnis in Christo sit, ne sit maledictus qui spem suam ponit in homine: alioquin si talis quisq; in gratia spirituali renascitur, qualis est ille à quo baptizatur, & cum manifestus est qui baptizat homo bonus, ipse dat fidem, ipse origo & radix caputq; nascentis est: cum autem latet perfidus baptizator, tunc quisq; à Christo percipit fidẽ, tũc à Christo ducit originẽ, tũc in Christo radicat, tunc Christo capite gloriatur: laborandum est omnibus qui baptizantur ut baptizatores perfidos habeant & ignorẽt eos. Quamlibet tamen bonos habuerint, Christus est utiq; incomparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput, si perfidus latebat baptizator. Quod si dementissimum est credere, semper enim Christus iustificat impium, faciendo ex impio Christianum, semper à Christo percipitur fides, semper est origo regeneratorum & caput ecclesiæ. Quid habent ponderis illa uerba quæ uani lectores non attendunt quid intus habeant, sed tantum quemadmodum sonent? Qui autem non aure sola excipit uoces, sed & mente sententias intuetur, cum audierit: Conscientia dantis attenditur, qui abluat accipientis: respondebit: Sæpe mihi ignota est humana conscientia, sed certus sum de Christi misericordia. Cum audierit: Qui fidem à perfido sumpserit, nõ fidem percipit, sed reatum: respondebit: Nõ est perfidus Christus, à quo fidem percipio, nõ reatum. Cum audierit: Omnis res enim origine & radice consistit: & si caput non habet aliquid, nihil est: respondebit: Origo mea Christus est, radix mea Christus est, caput meum Christus est. Cum audierit: Nec quicquam bene regenerat, nisi bono semine regeneretur: respondebit: Semen quo regeneror uerbum dei est, quod obaudienter audire sum monitus, etiam si ille per quem audio quæ mihi dicit ipse non facit, dicente domino, & me securum faciente: Quæ dicunt, facite: quæ faciunt, facere nolite: dicũt enim & non faciunt. Cum audierit: Quæ potest esse peruersitas, ut qui suis criminibus reus est, alium faciat innocentem: respondebit: Me innocentẽ non facit, nisi qui mortuus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram: Non enim in ministrũ per quem baptizor credo, sed in eũ qui iustificat impiũ, ut detur mihi fides ad iustitiam.

Cum audierit: Arbor bona, bonos fructus facit, arbor mala, malos fructus facit: Nunquid colligũt de spinis uuas? Et omnis bonus homo de thesauro cordis sui, pfert bona, & malus homo de thesauro cordis sui, pfert mala: respõdebit: Hoc ergo bonus fructus est ut arbor bona sim, hoc est bonus homo ut prębeã fructum bonũ, hoc est, opera bona: Hoc autẽ non qui plantat & q; rigat mihi dabit, sed qui incrementũ dat deus: Nã si arbor bona bonus baptizator est, ut fructus eius bonus sit ille quẽ baptizauerit: quisquis ab homine malo etiã nõ manifesto fuerit baptizat⁹, bonus esse nõ poterit: De mala quippe arbore exortus est. Aliud est enim arbor bona, aliud arbor occulta, sed tamen mala. Aut si cũ occulta est arbor mala, quicũq; fuerit ab illa baptizatus, nõ de illa, sed de Christo nascit̃, sanctius iustificantur qui baptizantur ab occultis malis, q; qui baptizantur à manifestis bonis. Item cum audierit: Qui baptizatur à mortuo, non ei prodest lauatio eius: respondebit: Viuit Christus, iam non moritur, & mors ei ultra nõ dominabitur: de quo dictum est: Ipse est qui baptizat in spiritu sancto. Baptizantur aũt à mortuis, qui baptizãtur in idolorum templis: Non em̃ & ipsi à sacerdotibus suis se accipere arbitrantur sanctificationem quam putant, sed à dijs. Qui quoniam homines fuerunt, ita modo sunt, ut neq; super terras, neq; in requie cœli sint, uere ipsi à mortuis baptizantur, & si quo alio modo ista sanctę scripturę uerba ueraciter quęri, ac salubriter discuti & intelligi possunt: Nam si

Cap. V

Cap. VI

Rom. 4

1. Cor. 3

Ioan. 15

Cap. VII

Matt. 23

Cap. VIII

Matt. 12

1. Cor. 3

Cap. IX

Rom. 6

Ioan. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc loco mortuū intellexero peccatorē baptizatorem, eadem illa cōsequet absurditas, ut quisquis etiam à latēte impio fuerit baptizatus, tanq; à mortuo baptizatus inaniter lotus sit. Non enim ait: Qui baptizatur à mortuo manifesto: sed absolute dicit, à mortuo. Ac si mortuū quemq; tunc putant cum eum peccatorem sciunt: uiuere autem, etiam si sceleratus in eorum cōmunione astutissime late at: primò execrabili superbia sibi plus arrogant q; deo tribuunt, ut cum eis peccator notus est, mortuus appelletur: cum autem deo notus est, uiuus existimetur. Deinde si peccator ille dicendus est mortuus, qui est hominibus cognitus, de Optato quid respōsuri sunt, quem sceleratum longo tempore sibi notum damnare timuerunt? Cur qui ab illo baptizati sunt, non dicuntur à mortuo baptizati? An ideo uiuebat, quòd fides illi comes erat? Quod facete & eleganter à nescio quo primario collega suo dictū solent etiam ipsi iactare atq; laudare, nō intelligentes exitum Golię superbissimi, suo sibi gladio caput auferri. Postremo si neq; occultum sceleratum, neq; manifestum qui tamen ab eis nondū damnatus sit, uolunt appellare mortuum, sed & manifestum & damnatū, ut quisquis ab eo baptizatur, ipse à mortuo baptizetur, & nihil ei profit lauacrum eius: quid dicturi sunt de ijs quos plenarij cōcilij sui ore uerídico cū Maximiniano & cæteris eius ordinatoribus damnauerūt, Felicianū dico Musticanum, & Prętextatum Assuritanū, de quibus interim loquor, qui numerantur inter duodecim Maximiniani ordinatores, & erectores altaris cōtra eorū altare cui Primianus assistit? Isti certe ab eis iter mortuos deputant. Testis est illius concilij eorū uidelicet prędara sententia, quæ quondam quando apud eos decernēda recitata est, ore latissimo acclamauerunt: nunc aūt si forte eis à nobis recitata fuerit, obmutescunt, cum potius deberent primo gaudere dissertā, ne postea plangerent diffamatā. Ibi quippe de Maximianistis à consortio suæ cōmunionis exclusis ita dicūt, quòd uerídica unda in asperos scopulos nonnullorum naufraga proiecta sunt membra, et Aegyptiorum admodū exemplo pereuntiū funeribus plena sūt littora, qbus in ipsa morte maior est pœna, quòd post extortam aquis ultricibus animam, nec ipsam inueniunt sepulturā. Ita quidem isti insultāt schismaticis suis, ut eos & mortuos & insepultos uocent: sed certe optare debuerāt ut sepelirent, ne de multitudine iacentiū in littore cadauerum insepultorū Gildonianus Optatus incedēs cū agmine militari, tanq; rapidus fluctus ultrà prosiliens, Felicianum & Prætextatū introrsus postea resorberet. A quibus quæro, utrum ad eorum pelagus cōmeando reuixerūt, an adhuc ibi mortui manēt? Si em̄ nihilominus cadauera sunt, nec aliquo modo prodest eis lauacrū, qui ab istis mortuis baptizantur. Si aūt reuixerunt, quomodo prodest lauacrum illis, quos cum exanimes iacerēt, foris antea baptizarēt, si eo modo quo putāt intelligendū est: Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodest lauacrū eius? Eos enim quos Prætextatus & Felicianus, cum adhuc Maximiniano cōmunicarēt, baptizauerunt, nunc secū non rebaptizatos cū eisdem baptizatoribus suis, hoc est, Feliciano & Prætextato intus habent permixtos cōmunioni suæ: cuius facti occasione, si nō suę pertinacię principatū fouerent, sed spiritalis suæ salutis tam certū exitum cogitarent, euigilare utiq; deberent, & animi sanitate recepta in pace catholica respirare, si tumore superbię posito, & pertinaciæ furore superato, uellent attendere q; immani sacrilegio transmarinarū Ecclesiarū, quas primęuas sitas ex sanctis libris accepim⁹, baptismus execret, & Maximinianistarū, quos ore proprio damnauerūt, baptismus recipiatur. Ipsi uero fratres nostri memoratarū Ecclesiarum filij, quid ante tot annos in Aphrica gestū sit, & tunc nescierunt et modo nesciunt, unde illos crimina quæ ab eorum parte Aphris obiecta sunt etiam si uera essent ignorantes, contaminare non possent: Isti aūt palam separati atq; diuisi, cum Primiani ordinationi etiam interfuisse dicantur, Primianum damnauerunt, alium Episcopum contra Primianū ordinauerunt, extra Primianū baptizauerunt, post Primianum rebaptizauerunt. Cumq; suis foris à se baptizatis, et intus à nullo rebaptizatis, ad Primianū redierunt: si tanta Maximinianistarum coniunctio Donatistas nō maculat, & quo modo Aphrorum fama potuit maculare peregrinos? Si in pacis osculo sine crimine coeunt labia quæ seinuicem damnauerunt, cur in Ecclesijs ual de eorū iudicio remotissimis trās mare ab eis quisque damnatus nō ut fidelis catholicus osculat, sed ut Paganus impius exufflatur? Quod si pacē receptis Maximinianistis pro sua unitate fecerūt, ecce non reprehendimus, nisi q; suo se iudicio iugulāt, ut cum pro unitate cōcisionis suæ à se rursus concisa recolligant, ipsam concisionē suam ueræ unitati resarcire contemnant. Si pro unitate partis Donati in nephario schismate baptizatos nemo rebaptizat, & rei tanti sceleris, ut eos in concilio suo antiquis illis authorib. schismatis quos uiuos terra absorbuit cōpararent, aut separati nō puniuntur, aut damnati in integrū restituuntur, cur nō pro unitate Christi, quæ toto terrarū orbe diffusa est, de quo prædictum est quòd dominabit à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terrę: & quod prædictum est, uidetur ac probatur impleri: cur ergo nō pro ista unitate uera & plenaria pax illius hæreditatis agnoscitur, quæ de cōmunibus codicibus personat. Dabo tibi gentes hæreditatē tuam, & possessionē tuam terminos terrę? Pro Donati unitate nō coguntur reuocare quod disperserunt, sed admonent exaudire quod clamāt scripturæ: Cur nō intelligunt id secū actum misericordia dei, ut quoniā catholicā Ecclesiam falsis criminibus accusabant, quorū quasi contagiōe nimia sanctitatem suam cōtaminare nolebant, uera & maxima crimina plenarij cōsilij sui uerídico, sicut dicūt ore dānata rursus recipere per Optati Gildoniani regnū, & sibi sociare cogerent. Iam tandem sentiant quēadmodū ueris suorū sceleribus impleant, qui in fratres suos falsa cōfingunt, quæ si etiā uera dixissent

Cap. X Cap. XI Cap. XII Cap. XIII Psal. 71 Psal. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

dixissent, iam tandem sentire deberẽt quanta sint pro pace toleranda, & pro pace Christi redire ad Ecclesiã quę non damnauit incognita, si pro pace
Cap. XIIII Donati placuit reuocare damnata. Itaq; nobis fratres hoc unũ quod de Maximinianistis apud eos factũ est, ad eos admonẽdos corrigendosq; sufficiat, nõ uetera arcana discutimus, non antiqua armaria uentilamus, nõ ad longinquas terras nostrã probationẽ transmittimus, sed sequestramus omnia nostrorum documẽta maiorũ, deferimus testimo-
Cap. XV nia toto terrarũ orbe clamãtia. Ecce Musticana & Assuritana ciuitates supsunt alijs adhuc in hac uita & in hac prouincia q se disiunxerunt, & à quibus disiuncti sunt, qui altare erexerunt, & contra quos erexerunt, qui damnauerunt, & qui damnati sunt, qui receperũt & qui recepti sunt, q foris baptizati sunt, & intus rebaptizati non sunt: Si hęc pro unitate maculãt, maculati cõprimãt uocẽ: si hęc p
Cap. XVI unitate nõ maculant, correcti auferant litẽ. Iam uerba epistolę suæ ille ipse qui scripsit irrideat, qui usurpato indocte ac mendaciter testimonio, quo
Eccl. 34 scriptum cõmemorat: Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodest lauatio eius? conatur nobis ostendere, quatenus traditor uita mortuus habeatur. Et adiungit, dicens: Mortuus est ille qui baptismo uero nasci nõ meruit: mortuus est ille similiter, qui iuxta baptismũ genitus mixtus est traditori. Si ergo Maximinianistæ mortui non sunt, cur in plenario concilio suo dicunt, q̃ Aegyptiorum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora? Si aũt mortui sunt, unde uenit baptisma quod dederunt? Deinde si Maximinianus mortuus nõ est, quare post illum rebaptizatur? Si aũt mortuus est, quare cum illo non est mortuus Felicianus Musticanus ordinator eius, & cũ nescio quo traditore Aphro collega mori potuit trãsmarinus: aut si & ipse mortuus est, unde cum illo apud te uiuunt intus non rebaptizati, qui ab illo mortuo foris sunt baptizati?
Cap. XVII Deinde subiunxit: Ambo uitam baptismi non habent, & qui nunc̃ penitus habuit, & qui habuit & amisit. Nunc̃ ergo habuit, quem Maximiniani sta Felicianus aut Prętextatus foris baptizauerũt, ipsi aũt quod habuerunt amiserunt. Quando ergo isti cum suis recepti sunt, quis dedit eis quos baptizauerunt quod nõ habebant: & quis ipsis reddidit quod amiserãt? Si aũt formam baptismi secum abstulerunt, ipsam aũt uirtutem baptismi per malum schisma nõ amiserunt, cur ipsam formã quæ semper & ubiq; sancta est exufflas in catholicis quos non audisti, & in Maximinianistis amplecteris quos punisti? Quicquid aũt de Iuda traditore criminose sibi dicere uisus est, ad nos quid ptinet, qui neq; ab eis probamur traditores, neque si aliquorũ ante nos in nostra cõmunione defunctorum traditio probaret, nec ipsa nos improbata & displicens nobis aliqua ex parte macularet. Si em̃ ipsi damnatis à se criminibus & receptis nõ maculãtur, quanto minus nos auditis & improbatis maculari poterimus. Quantũlibet ergo in traditores inuehatur,
Cap. XVIII totidẽ uerbis eos & à me deputet accusari. Sed sane distinguo, quia ille apud me arguit eũ quem iam olim defunctum mea cognitio non iudicauit: ego eius lateri cohærentẽ ostendo, quem à se damnatum uel certe sacrilego schismate separatum, sine ulla honoris eius diminutione suscepit. Nequissimus, inqt, traditor nobis legẽ seruãtibus persecutor & carnifex extitisti. Si legẽ seruauerũt Maximinianistæ, cum à te separati sunt, sic & tu seruator legis, cũ ab Ecclesia, quæ in toto orbe diffusa est, separatus es. Quod si de nostris agis, cito respõdeo: si aliquid inique passi estis, nõ pertinere ad eos qui talia facientes c̃uis improbent, pro pace tamen unitatis laudabiliter tolerãt. Quapropter nõ habes quod obijcias frumẽtis dominicis paleã usque ad uentilationẽ ultimã sustinentibus, à q̃bus tu nunc̃ recessisses, nisi leuior palea uento tentationis, & ante aduentũ uentilatoris auolasses. Sed ut ab hoc uno exẽplo, quod ad istorũ ora clauden da, & eos si sapiant corrigendos, si aũt in peruersitate maneant, cõfundendos, in eorũ facies resudit dominus, nõ recedam: Si iustiores sunt qui patiuntur persecutionem c̃ illi qui faciũt, ijdem Maximinianistæ iustiores sunt, quorũ & basilica funditus euersa est, & militari Optati comitatu grauiter agitati sunt, & iussiões procõsulis ad omnes eos de basilicis excludẽdos, à Primianistis impetratę manifeste sunt. Quapropter si imperatorib. eorũ communionem detestantibus ad persequẽdos Maximinianistas tanta sunt ausi, quid facerent si eis per regum cõmunionẽ aliquid efficere liceret? Si autem ut prauos corrigerẽt ista fecerunt, & quid mirant̃ si catholici imperatores maiore potestate urgendos corrigendosq; decernunt eos q totum orbem Christianũ rebaptizare conant̃, cum causam dissentiendi nõ habeant: quandoquidẽ malos etiã si uera crimina obijcerẽt, pro pace tamen tolerandos etiã ipsi testantur: quando eos quos damnauerunt cũ suis honoribus, & cũ foris dato baptismo, receperunt, cõsiderent aliquãdo quid digni sint pati Christianis potestatibus orbis terrarum, hostes Christianæ unitatis diffusæ toto orbe terrarũ. Iam igitur si correctio pigra est, saltẽ assit pudor, ne ijdem ipsi cum ea quę scribũt legere cœperint, risus eos uincat, dum in se nõ agnoscũt quod uideri uolunt in alijs, & in se agnoscunt quod alijs obijciũt.

Quid igit̃ sibi uult q̃ iste in epistola sua posuit Cap. XIX
dicentẽ dominum Iudæis. Ideoq; mitto ad uos pro Matt. 23
phetas & sapientes, & scribas, & ex illis occidetis, & crucifigetis, & flagellabitis? Nã si seipsos intelligi uolunt sapientes & scribas & prophetas, nos autem tanquam persecutores sapientium & prophetarum, quare nobiscum loqui nolunt, cum ad nos missi sint? Deniq; iste qui illam scripsit epistolam, cui modo respõdemus, si urgeatur à nobis, ut ei propria manu subscribens suã esse fateatur, forte nõ faciat: usqueadeo timent ne ulla eorũ uerba teneamus. Nam cum eiusdem epistolæ posteriorẽ partem aliquo modo uellemus accipere, quia totã describere à quibus nobis data est nequiuerũt, nullus à quo petita est eam dare uoluit, postea c̃ cognouerunt nos ei parti ad quam peruenimus respondere. Itaq; cum legant quemadmodum domi

Esaiæ 58 nus Prophetæ dicat: Exclama uehementer, non est quod parcas, & scribe stylo meo peccata eorũ: isti Prophetæ ueri qui missi sunt ad nos nihil sic timent, sed cauent ne à nobis eorum clamor audiatur, quod utiq; si uera de nobis dicerent non timerent: non immerito sicut in psalmo scriptum est,

Psal. 62 Oppilatum est os loquẽtium iniqua. Si enim propterea baptismum nostrũ non suscipiunt, quia nos sumus progenies uiperarum, sicut iste in epistola sua posuit: cur Maximinianensium susceperũt, de quibus concilium eorum sic loquitur, quòd uiperei seminis noxios partus uenenati uteri aluus diu texerit, & concepti sceleris uda coagula in aspidũ mẽbra tardo se calore uaporarunt. Nónne de ipsis etiam in eodem concilio cõsequenter dictum est, quòd uenenum aspidum sub labijs eorũ, quorum os maledictione & amaritudine plenũ est, ueloces pedes eorũ ad effundendum sanguinẽ, cõtritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis nõ cognouerunt: & tamen & ipsos in honore integro, & ab

Cap. XX eis foris baptizatos intus nũc habent. Quapropter hæc omnia de progenie uiperarũ, & de uenено aspidum sub labijs eorũ, & alia quæ dicta sunt in eos qui uiam pacis non cognouerũt, si uere isti uellent dicere, ipsi potius sunt, quando eorum baptismum in quo per concilij sententiam ista dixerunt, propter pacẽ Donati receperũt, & baptismũ Ecclesiæ Christi toto orbe diffusę, unde in Aphricam ipsa pax uenit, ad sacrilegã iniuriã pacis Christi repudiãt. Qui ergo sunt potius pseudoprophetæ, q̃ ueniunt in uestimentis ouiũ, intus aũt sunt lupi rapaces: utrũ ij qui uel nesciũt in catholica malos, & eis innocẽter cõmunicant: uel eos quos de area dominica priusq; uentilator aduenиat segregare nõ possunt, pro pace tolerãt unitatis? An ij qui ea quę in catholica reprehendũt, in schismate facIunt, & q̃ in uanitate toleranda ea quę incerta fugere se fingũt, in sua pręcisione manifesta & à seipsis

Cap. XXI damnata recipiunt? Denicq; ita dictũ est, & hoc etiã ipse cõmemorauit: Ex fructibus eorũ cognoscetis eos. Ergo fructus cõsideremus quos obijcis, traditionẽ hanc ipsam multo probabiliꝰ eis ipsis obijcimus. Et neꝑ multa curramus, in eadẽ Constantinensi ciuitate Syluanũ episcopum maiores uestri in ipso exordio sui schismatis ordinauerunt. Iste cũ adhuc esset subdiaconus, manifestissmꝰ traditor municipalib. gestis expressus est. Sed & uos aduersus maiores nostros aliqua documenta ꝓfertis: equa cõditio postulatur, ut aut utraq; uera, aut falsa esse credamus. Si utraq; uera sunt, uos estis sine dubio schismatis rei, q̃ crimina nos fugere in totius orbis cõmunione finxistis, quę in ipsa particula nostræ concisionis habebatis. Si aũt utraq; falsa sunt, uos estis sine dubio schismatis rei, q̃ propter falsa crimina traditorũ immani separatiõis crimine maculamini. Quòd si à nobis aliqua & à uobis nulla, uel à nobis uera & à uobis falsa proferunt, nõ est discutiendũ quin penitus uestra ora claudã

Cap. XXII tur. Quod si uos uera & sancta Christi ecclesia cõuinceret atq; superaret, etiã si nos nulla uel falsa uos aũt aliqua & uera traditiõis documẽta tenere

tis, quid iam uobis restet, nisi ut si uultis pacẽ diligatis: si aũt non uultis, saltem obmutescatis? Etenim quęcunq; modo proferetis, facillime & uerissime dicerẽ, tunc ecclesiæ plenarię & catholicę unitati, iam per tot gentes diffusæ atq; firmatæ uos eam firmare debuisse, ut uos intus essetis, illi aũt quos conuinceretis pellerent foras. Quod si conati estis facere, pro culdubio probare nõ potuistis, & uicti uel irati uos ab innocentibus qui damnare incerta non possent, immani sacrilegio separastis. Si autẽ nec conati estis id agere, nimis execrabili & impia cæcitate uos in frumentis Christi quæ per totum agrum, id est, totum mundum usq; ad finem crescunt, paucis in Aphrica zizanijs offensi concidistis. Cap. XXI

Postremo testamentũ à quibusdã persecutionis tẽpore flammis traditũ perhibetur, nunc undecunq; prolatũ est, reciteꝰ. Certe in exordio promissionum testatoris id inueniꝰ Abrahę dictum: In semine tuo benedicentꝰ omnes gentes: & hoc quid sit, uerax interpretaꝰ Apostolus: In semine, inquit, quod est Christus. Nullius traditio fidẽ dei euacuauit: Cõmunicate omnibus gẽtibus, & tunc uos testamentũ à pernicie flãmarũ cõseruasse gloriamini. Si aũt non uultis, quæ pars potius credẽda est quod testamento institerat exurendo, nisi quæ non uult cõsentire prolato? Quanto enim certius sine aliqua temeritate sacrilega, ille traditoris. successisse iudicaꝰ, qui nunc lingua testamentũ persequitur, quod illi flãma persecuti phibentur? Obijcitis persecutionẽ: respondent uobis frumenta dominica, aut iuste factum est, aut palea uestra fecit. Quid ad hęc dicitis? Obijcitis q̃ baptismũ non habeamus: respõdent uobis eadẽ frumẽta dominica, formã sacramẽti etiã intus quibusdã nihil prodesse, sicut Simoni Mago baptizato non proderat, multo magis nihil ꝓdesse ijs qui foris sunt: inesse illis decedentibus hinc probaꝰ, quod redeuntibus nõ resistiꝰ. Nunc̃q; igitur nisi impudẽtissime poteris aduersus ista frumẽta clamare & dicere pseudoprophetas uestitos pellibus ouiũ, intus autem lupos rapaces quandoquidẽ malos in unitate catholica uel non nouerũt, uel pro unitate tolerãt quos nouerunt. Uestros aũt fructus si consideremus, Cap. XII omitto tyrãnicas in ciuitatibus, & maxime in sundis alienis damnationes, mitto furorẽ Circumcellionum, & pręcipitatorũ ultro cadauerum cultus sacrilegos, & prophanas bacchationes ebrietatũ, & sub uno Optato Gildoniano decennalẽ totius Aphricę gemitum: omitto ista, quia sunt in uobis quidã qui hęc sibi displicere ac semper displicuisse proclamant, sed ea se dicunt quia cõprimere non possũt, pro pace tolerare: ubi se iudicio suo cõdemnant, quia si amarent pacẽ, non discinderẽt unitatem. Nam quæ tanta dementia est pacẽ in ipsa pace uelle relinquere, & eam in dissensione uelle retinere? Itaq; propter eos q̃ mala eiusdẽ partis Donati quæ omnes uident & reprehendunt, fingunt se non uidere, usqueadeo ut etiam de ipso Optato dicãt, Quid fecit? Quis eũ accusauit? Quis cõuicit? Ego nescio, nõ uidi, non audiui. Propter hos ergo q̃ se manifesta ignorare cõfingunt, exorti sunt Maximinianistæ

ximinianiſtæ, in q̃bus eis oculi pateãt & ora clau
dant̃, aperte ſe ſeparant, aperte altare cõtra altare
erigunt, aperte in concilio ſacrilegi & uiperæ, &
ueloces ad effundendũ ſanguinem, & Dathan &
Abiron & Chore cõparãdi appellant̃, & aſperis
uerbis deteſtati damnant̃, aperte recipiunt̃ rurſus
in honoribus ſuis cũ baptizatis ſuis. Hi ſunt fru
ctus eorũ pro Donati pace iſta facientiũ, ut pelle
Cap. XXV ouina ſe cõtegant, & Chriſti pacẽ in toto orbe ter
rarũ recuſantiũ, ut intus ſint lupi rapaces. Nihil
me prætermiſiſſe arbitror eorũ quæ iſte in Epiſto
la ſua poſuit, duntaxat quę in ea parte ad quã per
uenimus potui reperire: prodant etiã reliquã par
tẽ, ne forte ibi ſit aliquid quod refelli non poſſit.
Hæc aũt quæ domino adiuuante reſpõdimus, ad
moneo charitatẽ ueſtrã, ut non ſolũ petẽtibus de
tis, ſed etiã nõ petentibus ingeratis. Reſpondeant
ſi quid uolunt: & ſi nobis nolunt, ſaltẽ ad ſuos lite
ras mittant, quæ tamẽ nobis occultari nõ iubeãt.
Quod ſi faciunt, apertiſſime fructus ſuos prodũt,
quibus lupi rapaces induti pellibus ouiũ demon
ſtrentur, qui occulte inſidiant̃ ouibus noſtris, &
aperte paſtoribus reſpondere formidant. Nos eis
tantũmodo ſchiſmatis crimen obijcimus quo pe
nitus oẽs inuoluti ſunt, nõ quorundam eorũ cri
mina, quę ſibi quidam eorũ diſplicere repſondẽt.
Ipſi uero ſi nobis aliena crimina nõ obijciant, nõ
habẽt quod obijciant, & ideo ſe ab ſcelere ſchiſma
tis defendere omnino non poſſunt, quia ſiue pro
pter falſa & à ſe cõficta, ſiue etiã propter uera, ſed
tamẽ paleæ crimina, ſe ab area dominica & ab in
nocentia frumentorũ toto orbe creſcentiũ, nepha
Ca. XXVI ria diremptiõe ſeparárũt. Niſi forte expectatis
à me ut etiã de Manichęo quæ interpoſuit refellã
tur: Qua in re nobis nõ diſplicet, niſi quia peſtilẽ
tioſiſſimũ & pernicioſiſſimũ errorem, id eſt, Ma
nichæorũ hęreſim omnino leuiſſima & prope nul
la reprehenſione culpauit: quẽ ueritas fortiſſimis
documentis catholica expugnat. Hęreditas enim
Chriſti in omnibus gentibus cõſtituta, aduerſus
oẽs exhæredatas hæreſes tuta eſt: ſed ſicut ait do
Marc. 3 minus, Quomodo poteſt ſatanas ſatanã eijcere:
ita Manichęorũ errorẽ quomodo poteſt Donati
Caput ſtarum error euertere? Quapropter chariſſimi,
XXVII quanq̃ multis modis conuictus error iſte ſupere
tur, nec ulla qualicunq; ratione, ſed ſola impudẽ
tia pertinaci reſiſtere audeat ueritati, tamẽ ne me
moriã ueſtrã documentorum oneret multitudo,
hoc unũ Maximinianiſtarũ factum tenete, hoc in
eorũ frontẽ configite, hoc eis ad comprimendas
doloſas linguas & ora coarctate, hoc tanq̃ tridẽ
ti telo uelut tricipitẽ beſtiã eorũ calumniam truci
date: traditionẽ obijciunt, perſecutiõem obijciũt,
falſum baptiſma obijciunt, de ſolis Maximiniani
ſtis ad omnia reſpondete. Quòd emi maiores eorũ
tradiderũt ſanctos codices flãmis, occultũ eſſe ar
bitrãtur: ſed cũ ſacrilegio ſchiſmatis ingnatos in
ſuis honoribus receperũt, hoc certe occultare nõ
poſſunt. Itẽ perſecutiones uiolẽtiſſimas quas qui
buslibet ubi potuerint faciunt, occultas eſſe arbi
trantur: ſed cũ ſpiritalis perſecutio perſecutiõem

A ſuperet corporalẽ, Maximinianiſtas quos ipſi cor
poraliter perſecuti ſunt, & de quibus ipſi dixe- Pſal. 13
rũt, Veloces pedes eorũ ad effundendũ ſanguinẽ:
in ſuis honoribus receperunt: hoc certe occultare
non poſſunt. Poſtremo baptiſmi quæſtionem, Caput
qua miſeros fallunt, occultã eſſe arbitrant̃; ſed cũ XXVIII
dicant baptiſmũ non habere quotquot præter cõ
munionem unius Eccleſiæ baptizantur, Maximi
nianiſtas cũ eis quos extra iſtorũ communionem
in ſchiſmate baptizarunt, in ſuis honoribus rece
perũt: hoc certe occultare nõ poſſunt. At hæc, in
quiũt, pro pace nõ maculãt, & bonũ eſt rigorẽ ſe
ueritatis ad miſericordiã flectere, ut denuo rami
fracti inſerant̃. Ita ergo tota cauſa concludit̃ uicta
in illis, inuicta pro nobis: quia ſi nomen pacis ad
tolerandos in ſchiſmate malos in qualẽcunq; um
B brã defenſionis aſſumit̃, proculdubio cũ horrẽdo
ſcelere & ſine ulla defenſiõe per unitatẽ orbis ter
rarũ uera pax ipſa uiolat̃. Hæc fratres cũ impi Ca. XXIX
gra manſuetudine agenda & prædicãda retinete:
diligite homines, interficite errores: ſine ſuperbia
de ueritate præſumite, ſine ſęuitia pro ueritate cer
tate. Orate pro eis quos redarguitis atq; cõuinci
tis. Pro talibus em̃ Propheta deũ deprecat̃, dicẽs, Pſal. 82
Imple facies eorũ ignominia, & quærent nomen
tuũ domine. Quod quidem iam fecit dominus, ut
eorũ facies ignominia Maximinianiſtarũ apertiſ
ſime impleret, ſupereſt ut norint ſalubriter erube
ſcere. Ita em̃ nomen domini quærere poterunt, à
quo pernicioſiſſime auerſi ſunt, dum pro eo ſuum
nomen extollunt. Viuatis & perſeueretis in Chri
C ſto, & multiplicemini, atq; abundetis in charitate
dei & inuicem & in omnes dilectiſſimi fratres.

Diui Auguſtini Epiſcopi contra Petilianũ
& partem Epiſtolæ illius primam,
Liber primus finitus.

D. AVRELII AVGVSTÍ
NI HIPPONENSIS EPISCOPI, CON tra totam Epiſtolam ipſius Petiliani, Liber ſecundus.

RIMIS partibus Epiſtolæ Pe Cap. I
tiliani, quas tantũmodo inue
neramus, ſatis nos reſpondiſ
P ſe meminerunt, qui ea legere
uel audire potuerũt. Sed quia
poſtea tota eſt à fratribus inuẽ
ta atq; deſcripta, miſſaq; nobis
D ut uniuerſæ reſpondeamus, non erat defugiendũ
hoc officiũ ſtyli noſtri: non quia ille nouũ aliquid
dicit, cui non iam multis modis & ſæpe reſpon
ſum eſt: ſed propter tardiores fratres, q ea quę ali
cubi legerũt, ad omnia paria referre non poſſunt,
ita morem gerã eis qui me omnino ad ſingula re
ſpondere cõpellunt, ut quaſi alternis ſermonibus
in preſentia diſſeramus: uerba ex Epiſtola eius po
nã ſub eius nomine, & reſponſionem reddam ſub
meo nomine, tanq̃ cum ageremus, à notarijs ex
cepta ſint. Ita nemo erit qui me aliqd prętermiſiſ
ſe, aut propter indiſcretas perſonas ſe nõ potuiſſe
intelligere cõqueratur, ſimuletiã ut idem ipſi Do

natiſtæ, qui corã nobiſcũ diſſerere nolunt, per lite
ras quas ſuis ædiderunt, ita non effugiant reſpon
dentẽ ſibi ad ſingula ueritatem, tanq; nobiſcum
facie ad faciẽ colloquantur. Ab ipſo exordio Epi
ſtolę ſuæ PETILIANVS dixit, Petilianus Epi
ſcopus, dilectiſſimis fratribus, compresbyteris &
diaconibus miniſtris per diœceſim nobiſcũ cõſti
tutis in ſancto Euangelio: Gratia uobis & pax à
deo patre noſtro & domino Ieſu Chriſto. AVG.
reſpondit, Agnoſco Apoſtolicã ſalutationẽ, uide
ris quid dicas, unde tamẽ didiceris quod dicis ad
uerte. Sic ſalutat Paulus Romanos, ſic Corin
thios, ſic Galatas, ſic Epheſios, Coloſſenſes, Phi
lippenſes, Theſſalonicenſes. Quæ igitur demẽtia
eſt cũ his Eccleſijs nolle cõmunicare pacis ſalutẽ,
in quarũ Epiſtolis didiciſti pacificã ſalutatiõem?

Cap. II Petilianus dixit, Bis baptiſma nobis obijciunt B
hi qui ſub nomine baptiſmi animas ſuas reo laua
cro polluerũt, quibus equidem obſcœnis ſordes
cunctæ mundiores ſunt, quos peruerſa munditia
aqua ſua contigit inquinari. AVG. reſpondit,
Nec aqua noſtra inquinamur, nec ueſtra munda
mur: ſed aqua baptiſmi, In nomine patris & filij et
ſpirituſſancti, cũ dicatur alicui, nec noſtra nec ue
ſtra eſt, ſed illius de quo Ioanni dictum eſt, Super
Io. 1 quẽ uideris ſpiritũ ſicut columbã deſcendentẽ &
manentẽ ſuper eũ, hic eſt qui baptizat in ſpiritu
Cap. III ſancto. Petilianus dixit, Cõſcientia nanq; dan
tis attẽditur, qui abluat accipiẽtis. AVG. reſpõ
dit, De cõſcientia ergo Chriſti ſecuri ſumus: Nã
ſi quemlibet hominẽ ponas, incerta erit accipien
tis mũdatio, quia incerta conſciẽtia eſt abluentis.
Cap. IIII Petilianus dixit, Nã qui fidẽ à perfido ſumpſe
rit, non fidẽ percipit ſed reatũ. AVG. reſpondit,
Non eſt perfidus Chriſtus à quo fidelis homo fi
dẽ percipit non reatũ. Credit quippe in eũ qui iu
ſtificat impiũ, ut deputetur fides eius ad iuſtitiam.
Cap. V Petilianus dixit, Omnis eñ res origine & radi
ce cõſiſtit, & ſi caput non habet aliquid, nihil eſt:
nec quicq; bene regenerat niſi bono ſemine rege
neretur. AVG. reſpondit, Quid te pro Chriſto
uis opponere, ſub quo te non uis ponere? Ille eſt
origo & radix caputq; naſcentis, de quo nõ time
mus ſicut de homine quolibet, ne forte ſit fictus
& peſſimus, & de origine peſſima oriamur, de
peſſima radice ſurgamus, peſſimo capiti cõforme
mur. Quis eñ homo de homine ſecurus ſit, cũ ſcri D
Hier. 7 ptũ ſit, Maledictus omis qui ſpẽ ſuam ponit in ho
mine? Semẽ aũt quo regeneramur, uerbũ dei eſt,
id eſt, Euangeliũ. Vnde Apoſtolus dicit, In Chri
ſto eñ Ieſu per Euangeliũ ego uos genui. Qui ta
1. Cor. 4 men etiã nõ caſte annunciantes, Euangeliũ annũ
ciare permittit, & in hoc gaudet: quia & ſi non ca
ſte annunciabãt, ſua quærentes, nõ quæ Ieſu Chri
ſti, caſtũ tamen erat quod annunciabant. Et dixe
Mat. 23 rat dominus de quibuſdã talibus, Quæ dicũt, faci
te: quę aũt faciunt, facere nolite: Dicunt eñ & nõ
faciũt. Si ergo caſte annunciatur quod caſtũ eſt,
etiã ipſe annunciator quia uerbo cõſociatur, cre
dentẽ congenerat: ſi aũt ipſe nõ regeneretur, caſtũ
tamen ſit quod annunciat, naſcitur credens nõ ex
A miniſtri ſterilitate, ſed ex ueritatis fœcunditate.

Petilianus dixit, Quę cũ ita ſint fratres, quę po Cap. VI
teſt eſſe peruerſitas, ut q ſuis criminibus reus eſt,
aliũ faciat innocẽtem, dicente domino Ieſu Chri Mat. 7
ſto, Arbor bona, fructus bonos facit: arbor ma
la, malos fructus facit: nunquid colligũt de ſpinis
uuas? Et iterũ, Omnis homo bonus, de theſauro Mat. 12
cordis ſui profert bona: & omnis homo malus, de
theſauro cordis ſui profert mala. AVG. reſpon
dit, Omnis homo etiam ſi non ſit ſuis criminibus
reus, alterũ non facit innocentẽ, quia nõ eſt deus:
alioquin ſi ex innocentia baptizantis expectatur
ut fiat innocẽtia baptizati, tanto erit quiq; inno
centior, quanto innocentiorẽ à quo baptizet in
uenerit: & tanto ipſe minus erit innocens, quanto
& ille à quò baptizatur. Et ſi forte cõtra aliquem
tenet odiũ qui baptizat, hoc & illi qui baptizatur
imputabit. Vt q̃d ergo miſer currit ad baptiſmũ?
Vt ei dimittant peccata ſua, an ut imponãtur alie
na? An ſicut nauis mercatoris alia ponat, alia ſu
ſcipiat? Arborẽ aũt bonam & fructum eius bonũ,
& arborẽ malam & fructum eius malũ, homines
ſolemus intelligere & opera eorũ, ſicut cõſequen
ter oſtẽditur in uerbis quæ tu quoq; cõmemora
ſti, Bonus homo, de bono theſauro cordis ſui pro
fert bona: & malus homo, de malo theſauro cor
dis ſui profert mala. Cũ aũt dei uerbum prædicat,
dei ſacramentũ miniſtrat, non de ſuo ſi malus eſt
prędicat aut miniſtrat, ſed deputabit in eis, de qui
bus dictũ eſt, Quæ dicunt, facite: quæ aũt faciunt,
facere nolite: Dicunt eñ quæ dei ſunt, faciunt aũt
C quæ ſua ſunt. Nã ſi ita eſt, ut dicit, id eſt, fructus ba
ptizantiũ ipſi baptizato æſtimant, magnum ma
lũ Aphricæ denũciatis, ſi tot Optati pullulauerũt, Cap. VII
quotquot baptizauit Optatus. Petilianus di
xit, Et iterũ qui baptizat à mortuo, nõ ei prodeſt
lauatio eius: non mortuũ corpus exaníme, nec ho
minis funus porrectũ aſſeruit eſſe baptiſtam, ſed
dei non habentẽ ſpiritum qui mortuo comparat,
ſicut alio loco diſcipulo manifeſtat Euãgelio pro Mat. 8
teſtante. ait diſcipulis eius, Domine permitte mi
hi ſepelire patrem meum. Ait illi Ieſus, Sequa
re me, ſine mortuos ut mortuos ſuos ſepeliant. Pa
ter diſcipuli non erat baptizatus, paganum paga
nis addixit, niſi hoc de infidelibus dixerit, mor
tuus mortuũ non poteſt ſepelire. Mortuus igitur
quidẽ nõ aliqua morte, ſed uita ſua percuſſus: nã
qui ſic uiuit ut reus ſit, uita mortua cruciatur. A
mortuo igitur baptizari, hoc eſt mortẽ ſumpſiſſe,
non uitã: agendum nobis & dicendum eſt, quate
nus traditor uita mortuus habeatur: mortuus eſt
ille qui baptiſmo uero naſci nõ meruit, mortuus
eſt ille ſimiliter q iuxta baptiſmũ genitus mixtus
eſt traditori: ambo uitã baptiſmi nõ habẽt, & qui
nunq; penitus habuit, & qui habuit & amiſit. Di Matt. 12
cit eñ dominus Ieſus Chriſtus, Adueniẽt in eum
ſeptẽ ſpiritus nequiores, & erit homo ille deterior
priore. AVG. reſpõdit, Diligentius quære quo
modo dictũ & quomodo intelligendũ ſit teſtimo
niũ quod de ſcriptura poſuiſti. Nã quia mortui ſo
lent myſtice appellari oẽs iniqui, manifeſtum eſt:

ſed

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſed Chriſtus cuius eſt baptiſma uerũ, quod ꝓpter hominis uitia dicitis falſum, uiuit ſedẽs ad dexterã patris, & nec ipſa carnis infirmitate iã morietur, & mors ei ultrà nõ dominabitur: cuius baptiſmo qui baptizatur, nõ à mortuo baptizatur; & ſi forte miniſtri operarij diaboli ſua quærentes, non quæ Ieſu Chriſti, & Euãgeliũ nõ caſte annunciãtes, & Chriſtũ per contentionẽ & inuidiã prædicantes, propter iniquitates ſuas mortui ſunt appellandi, ſacramẽtum tamẽ dei uiui nec in mortuo moritur. Mortuus eñ erat Simon ille à Philippo in Samaria baptizatus, qui donũ dei uolebat pecunia cõparare, ſed uiuebat ad eius pœnã baptiſma quod habebat. Quàm ſit aũt falſum quod dicis, ambo uitam baptiſmi non habent, & qui nunc̃ꝫ penitus habuit, & qui habuit & amiſit, hinc licet aduertas: ꝙ qui baptizati apoſtatãt, & per pœnitentiã tedeũt, non eis reddit baptiſmus, quẽ ſi amitterẽt, redderet. Mortui ſanè ueſtri quomodo baptizãt ſecundũ ſenſum ueſtrũ? an mortui nõ ſunt ut cætera taceã, & dicã quod omnibus notũ atc̃ꝫ quotidianũ eſt, ebrioſi, cum de uidua dicat Apoſtolus,
1. Tim. 5 Quæ aũt in delicijs agit, uiuens mortua eſt? Dein de in illo concilio ueſtro quo Maximinianũ cum ſuis authoribus uel ſuis miniſtris damnaſtis, excidit tibi ꝙ eloquẽter dixeritis Aegyptiorũ admodũ exemplo pereuntiũ funeribus plena ſunt littora, q̃bus in ipſa morte maior eſt pœna, quod poſt extortã aquis ultricibus animã, nec ipſam inuenerũt ſepulturã: & tamẽ unus eorũ Felicianus utrũ reuixerit, uos uideritis. Secũ tamen apud uos intus habet, quos foris mortuus baptizauit. Sicut ergo à uiuo baptizatur qui uiui Chriſti baptiſmo induit: ſic à mortuo baptizatur qui mortui Saturni uel cuiuslibet alterius baptiſmo inuoluit, ut interim cito dicamus quomodo uerba quę poſuiſti ſine cuiuſc̃ꝫ noſtrũ anguſtia poſſint intelligi, Nã ſicut accipiunt à uobis, non uos explicare, ſed nos
Cap. VIII nobiſcũ implicare cõtenditis. Petilianus dixit, Agendũ, inquã, nobis dicẽdũc̃ꝫ eſt, quatenus perfidus traditor uita mortuus habeat. Iudas apoſtolus fuit cũ traderet Chriſtũ. Idẽc̃ꝫ honore apoſtoli pdito ſpiritaliter mortuus eſt, ſuo poſtea laqueo
Mat. 27 moriturus, ſicut ſcriptũ eſt, Pœnitet me, inquit, q̃a tradidi ſanguinẽ iuſtũ, & abijt & laqueo ſe ſuſpendit. Laqueo traditor perijt, laqueum talibus dereliquit: De quo dñs Chriſtus clamauit ad patrẽ, Pa-
Io. 17 ter quos dediſti mihi, oẽs ſeruaui, & ex illis nullus periit niſi filius perditiõis, ut impleretur ſcriptura. Olim nanc̃ꝫ Dauid ſic in eũ ſententiã dixerat qui
Pſal. 108 eſſet Chriſtũ perfidis traditurus, Epiſcopatũ eius accipiat alter: ſit uxor eius uidua, & filij eius orphani. Ecce quãtus eſt ſpiritus prophetarũ ut cuncta futura pro pręſentibus uiderit, ut ante plurima ſecula naſciturus traditor damnaret. Denic̃ꝫ ut dicta ſentẽtia cõpleret, Epiſcopatum eius Apoſtoli perditi ſanctus Matthias accepit: nemo hinc ſtolidus, nemo perfidus diſputet, triũphũ Matthias, non iniuriã retulit, qui de domini Chriſti uictoria ſpoliũ retulit proditoris. Hoc igit̃ facto Epiſcopatũ tibi quid uẽdicas hęres nequioris traditoris? Iudas Chriſtũ carnalẽ tradidit, tu ſpiritalẽ, furẽs Euangeliũ ſanctũ flãmis ſacrilegis tradidiſti. Iudas legislatorẽ tradidit perfidis, tu quaſi eius reliquias legẽ dei perdendã hominibus tradidiſti: q̃ ſi legẽ diligeres, ut iuuenes Maccabæi, pro dei legibus 2. Mac. 7
necareris. Si nec dici hominũ poteſt quos moriẽdo pro domino perficit immortales, quorũ unus ſcilicet fratrũ tyranno ſacrilego hac fidei uoce reſpõdit, Tu quidẽ ſcelerate & impie de præſenti uita nos perdis: rex aũt mundi qui regnat in æternũ, & regni eius non erit finis, mortuos nos pro ſuis ſanctis legibus, in æternæ uitæ conſeruationẽ reſuſcitabit. Si hominis mortui teſtamentũ flammis incẽderes, nónne falſarius punireris? Quid de te ergo futurũ eſt qui ſanctiſſimã legem dei iudicis incẽdiſti? Iudam facti uel in morte pœnituit: te nõ modo non pœnitet, uerumetiã nequiſſimus traditor nobis legẽ ſeruantibus perſecutor & carnifex exiſtis. AVG. reſpõdit, Vide quid interſit inter ueſtras maledicas uoces & noſtras ueridicas aſſertiones: Attẽde paululũ. Ecce exaggeraſti crimen traditionis, & inuidioſiſſimis uerbis uelut captioſus inuentor, Iudæ nos proditori comparaſti. Ad hoc tibi ego tamen breuiſſime reſpondeo: Nõ feci quod dicis, nõ tradidi, falſa obijcis, nunquã id probabis: Nónne omnis iſte uerborũ ingentiũ fumus repente dilabitur? An forte probare conaberis? Hoc ergo prius faceres, & deinde in nos tãc̃ꝫ in cõuictos quo uelles cumulo inuectiõis inſurgeres. Ecce una uanitas, audi alterã. Tuipſe cum de
prædicta Iudæ dãnatione loquereris, dixiſti, Ecce quantus eſt ſpiritus Prophetarũ ut cuncta futura pro præſentib. uiderit, ut ante plurima ſecula naſciturus traditor damnaret: & nõ uidiſti in eadem prophetia ſtabili & certa & inconcuſſa ueritate qua prædictũ eſt ꝙ unus diſcipulus traditurus eſſet Chriſtũ, prædictũ etiam ꝙ totus mundus eſſet crediturus in Chriſtũ. Cur attendiſti in prophetia hominem qui tradidit Chriſtũ, & non ibi attendiſti orbem pro quo eſt traditus Chriſtus? Quis tradidit Chriſtũ? Iudas. Quibus eũ tradidit? Iudæis.
Pſal. 21 Quid ei fecerunt Iudęi? Foderunt, inquit, manus meas & pedes, dinumerauerunt omnia oſſa mea: Ipſi uero cõſiderauerũt & cõſpexerũt me, diuiſerunt ſibi ueſtimẽta mea, & ſuper ueſtimentũ meũ miſerũt ſortẽ. Quantũ ſit ergo quod tanto precio emptũ eſt, in Pſalmo ipſo paulopoſt lege, Cõmemorabuntur & conuertẽtur ad dominũ uniuerſi fines terræ: Et adorabunt in cõſpectu eius uniuerſę patrię gentiũ: Quoniã domini eſt regnũ, & ipſe
πτερύγια dominabitur gentiũ. Quis aũt poteſt ad commemoranda cætera de orbe credituro innumerabilia prophetica documenta ſufficere? Sed tu laudas prophetiã, q̃a uides in ea hominẽ q̃ uẽdidit Chriſtum: nec in ea uides poſſeſſionẽ, quam emit uẽditus Chriſtus. Ecce altera uanitas, Audi tertiã. Inter multa tuę inuectiõis uerba dixiſti, Si hominis mortui teſtamẽtum flammis incẽderes, nónne falſarius punireris? Quid de te ergo futurum eſt qui ſanctiſſimã legem dei iudicis incendiſti? Hæc dicens nõ attendiſti, quod te utic̃ꝫ mouere deberet,

quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quomodo fieri posset ut nos testamentũ incende
remus, & in ea hęreditate cõsisteremus quæ illo te
stamẽto conscripta est: uos aũt mirum est testamẽ
tum seruasse, & hæreditatem perdidisse. Nónne
Psal. 2 in eo testamento scriptũ est, Postula à me & dabo
tibi gentes hæreditatẽ tuam, & possessiõem tuam
terminos terræ? Huic hęreditati cõmunica, & ob
ijce mihi de testamẽto quod uelis. Nã quę demẽ
tia est ideo testamentũ tradere te uoluisse flãmis,
ut cõtra uerba litiges testatoris? Nos aũt cum ha-
beamus in manibus gesta Ecclesiastica & munici
palia in qbus legamus eos qui cõtra Cæcilianũ al
terũ Episcopũ ordinauerũt, & potiꝰ fuisse diuino
rum codicũ traditores, non tamen insultamus, nõ
inuehimur in uos, nec sanctarum paginarum cine
res in uestris manibus plangimus, nec Maccha-
bæorũ flagrantia tormenta sacrilegio uestri tumo
ris opponimus, dicentes, uestra potius mẽbra &
dei eloquia ignibus traderetis. Nolumus em̃ esse
uani ut alienis cõmissis, quæ aut ignoratis aut im
probatis, uobis inanẽ strepitũ cõcitemus. Quòd
aũt uos à totius orbis cõmunione separatos uide-
mus, quod scelus & maximum & manifestum, &
omnium uestrũ est, si exaggerare uelim, tẽpus me
citius & uerba deficiẽt. Et hoc tu si defendere ue
lis, ea es obiecturus orbi terrarũ, quę si obijcienda
sunt, admones unde amplius accuseris: si obijcien
da nõ sunt, nõ defenderis. Vt quid ergo inflaris
aduersus me de traditione quæ nec mea est, nec
tua? Si manet illud pactũ, uobis obijcimus aliena:
si aũt non manet, tua potius est & mea: quanc̃ & C
manente illo pacto arbitror me iustissime dicere,
Gal. 3 ut ille iudicetur socius eius qui tradidit Christũ,
Rom. 8 qui cum toto orbe se nõ tradidit Christo. Ergo, in
quit Apostolus, Abrahæ semen estis, secundum
promissionem hæredes. Et iterũ dicit, Hæredes
quidem dei, cohæredes aũt Christi. Idemq; semen
Abrahæ ad oẽs gentes pertinere demonstrat ex
Gen. 22 illo quod Abrahæ dictũ est, In semine tuo benedi
centur omnes gentes. Quapropter puto iustũ esse
quod postulo, ut testamentũ dei quod iam olim
apertum est, aliquantũ aduertamus, & quẽ nõ in-
uenerimus traditi cohæredem, ipsius iudicemus
traditoris hæredem; Ille pertineat ad Christi uen-
ditorẽ, qui Christũ negat orbis redemptorẽ. Nem
pe quando se post resurrectionẽ discipulis demon
strauit, & palpanda mẽbra dubitantibus prębuit,
Luc. 24 hoc illis ait, Quoniã sic scriptum est, & sic oporte-
bat Christũ pati, & resurgere tertia die, & prędica
ri in nomine eius pœnitentiã & remissionẽ pecca
torũ per omnes gentes incipientibus ab Hieruſa-
lem. Ecce à qua hæreditate uos alienatis: Ecce cui
hęredi resistitis. Itáne uero parceret Christo in ter
ra ambulanti, qui contradicit in cœlo sedẽti? Ad-
huc nõ intelligitis, quoniam quicquid nobis obij
citis, sermoni eius obijcitis. Promittitur Christia-
nus orbis, & creditur: impletur, & contradicitur.
Cogitate obsecro quid pati pro tãta impietate de-
buistis, & tamen si quid passi estis nescio, non ui-
di, non feci: tu hodie qui non pateris uim persecu
tionis meæ, redde mihi rationẽ separationis tuæ.

A Sed iterũ ac sæpe dicturus es, quæ si non probas,
ad neminẽ pertinẽt: si aũt probas, ad me nõ perti-
nent. Petilianus dixit, His ergo criminibus se- Cap. IX
ptus, esse uerus Episcopus non potes. AVG. re
spondit, Quibus criminibus? Quid docuisti, quid
ostendisti? Et si ostendisses crimina nescio quorũ,
quid hoc ad semẽ Abrahæ, in quo benedicuntur Cap. X
oẽs gentes? Petilianus dixit, Si Apostoli perse-
cuti sunt aliquem, aut aliquem tradidit Christus?
AVG. respondit, Possem quidẽ dicere ipsum sa
tanã omnibus malis hominibus esse peiorẽ, cui ta
mẽ tradidit Apostolus hominẽ in interitũ carnis,
ut spiritus saluus sit in die domini Iesu. Itẽq; alios, 1. Tim. 1
de quibus dicit, Quos tradidit satanæ ut discant
non blasphemare. Et dominus Christus flagella-
tos expulit de templo improbos mercatores, ubi
B etiã connexũ est testimonium scripturæ dicentis,
Zelus domus tuę comedit me. Ecce inueniemus
Apostolũ traditorẽ, Christũ persecutorẽ. Possem
ista dicere, & te in nõ paruos æstus mittere, ut nõ
querelas eorũ qui patiuntur, sed animũ eorũ qui
faciũt quærere cogereris: Sed hinc noli laborare,
non ea dico, sed dico ad semen Abrahæ, quod est
in omnibus gentibus, nõ pertinere, si quid nõ re-
cte uobis factũ est, fortasse à palea dominicæ sege
tis, quæ nihilominus est in oẽmibus gẽtibus. Vos
ergo reddite rationẽ separationis uestrę: Sed prius
attẽdite quales habeatis quos uobis obijci nõ uul
tis, & uidete & inique faciatis, cũ aliena facta no-
bis obijcitis, & si ea quæ dicitis probaretis. Ita nul
la erit ratio separatiõis uestræ. Petilianus dixit, Cap. XI
At em̃ aliqui dicent, Filij non sumus traditoris:
Eius est aliquis filius cuius facta sectat. Hi em̃ cer
tissimi filij sunt, ijdẽq; parẽtibus similes, quos nõ
ista caro nec sanguis, sed mores & facta parẽtibus
cõsimiles genuerũt. AVG. respõdit, Paulo ante
nihil cõtra nos dicebas, nũc & iam cœpisti dicere
& pro nobis. Hæc em̃ ꝓpositio tua in eo te tenet,
ut si nos hodie cũ quibus agis, nõ cõuiceris tradi
tores & homicidas, etsi quid aliud crimineris &
quicqd tale ostẽderis in eis q nos tẽpore præcesse
rũt, omnino nobis obesse nõ possit. Quorũ enim
dissimilia facta habemus, eorũ filij esse non possu-
mus. Et uide quò te cõmiseris: si aliquẽ forte etiã
nostræ ætatis hominẽ, & nobiscũ uiuentẽ, de ali-
quo tali reatu forte cõuiceris, nullo modo præiu
dicat omnibus gẽtibus quæ in semine Abrahę be
nedicunt, à quibus tu te sepũrãdo sacrilegus inue
D niris: ita quod fieri nõ potest, nisi oẽs q ubicũq; sunt
noueris, omniũq; mores & facta nõ solũ didiceris,
sed etiam demonstraueris, & tã mala esse c̃; dicis,
non habes cur obijcias orbi terrarũ, qui est in san
ctis, nescio quos parentes quibus eos probas esse
cõsimiles. Nec te aliquid adiuuabit, si etiã demõ-
strare potueris eos qui tales nõ sunt, cũ eis qui ta-
les sunt sumere sacramenta cõmunia. Primo quia
uosipsos respicere debetis, cũ qbus ea celebretis,
quibus detis, à qbus sumatis, & uobis eos obijci
nolitis. Deinde si filij sunt Iudæ, q diabolus inter
Apostolos fuit, quicũq; facta eius imitãt: cur non
filios Apostolorũ dicamus, qui nõ facta sua cũ tali

bus

Universidad de Deusto

bus, sed domini sacramẽta cõmunicant sicut Apo
stoli dominicã cœnam cum illo traditore sumpse
rũt: ideo nobis lõgè dissimiles, ꝙ hominibus uni
tatẽ seruãtibus hoc obijcitis, quod conscissa uni
Cap. XII tate uos facitis? Petilianus dixit, De seipso lu
Io. 10 dæis dicit dominus Christus, Si nõ facio facta pa
tris mei, nolite mihi credere. AVG. respondit,
lã supra respõdi hoc, & uerũ est, & pro nobis cõ
C4. XIII tra uos est. Petilianus dixit, Falsidicos & men
Io. 8 daces, sic identidẽ obiurgat, Filij diaboli estis, &
ab initio em̃ ille accusator fuit, & in ueritate non
stetit. AVG. respondit, Nõ solemus legere, ille
accusator fuit: sed ille homicida fuit. Quærimus
aũt unde fuerit diabolus homicida ab initio, & in
uenimus, ꝙ primũ hominẽ occiderit, non gladiũ
stringẽdo, aut aliquã uim corporaliter infligẽdo,
sed persuadendo peccatũ, & à paradisi fœlicitate
deijciendo. Quod tunc paradisus, hoc nũc Eccle
sia. Diaboli ergo filij sunt, qui homines ab Eccle
sia seducẽdo interficiunt. Sicut aũt per uerba dei
Luc. 24 nouimus ubi sit plantatus paradisus, sic per uer
ba Christi ubi sit Ecclesia, didicimus, Per oẽs, in
quit, gẽtes incipiens ab Hierusalẽ. Ab isto uniuer
so ad partẽ quãlibet quisquis separat hominẽ, ille
diaboli filius & homicida conuincit̃. Sed & uer
bũ quod ipse posuisti, ut de diabolo diceres, Ille
accusator fuit, & in ueritate nõ stetit: uide in quos
cõueniat: Accusatis em̃ orbẽ terrarũ crimínibus
aliorũ, quos etiã ipsos accusare potius ꝙ conuin
cere potuistis, & in ueritate Christi nõ stetistis. Il
Cap. XIIII le em̃ dicit, Ecclesiã per oẽs gentes incipientẽ ab
Mat. 23 Hierusalẽ: uos aũt in parte Donati. Petilianus
dixit, Tertio quoꝙ similiter persecutorũ demen
tiã hoc nomine appellat, Progenies uiperarũ, quo
modo fugietis iudiciũ gehennæ? Ideoꝙ mitto ad
uos prophetas, & sapientes, & scribas, & ex illis
occidetis & crucifigetis & flagellabitis in synago
gis uestris, donec ueniat super uos omnis sanguis
iustus, quẽ effudistis in terrã à sanguine Abel iu
sti, usqꝙ ad sanguinẽ Zachariæ filij Barachiæ, quẽ
occidistis inter tẽplũ & altare. Nũquid uere carna
les sunt filij uiperarũ, ac nõ magis mente serpẽtes
& linguæ malitia, tactuꝙ mortifero & spiritu ue
neni flagellãtes? Vere uiperæ facti sunt, qui inson
tibus populis mortes morsib. uomuerũt. AVG.
respõdit, Hæc si dicã de talibus esse dicta, quales
uos estis, respõdetis, proba: Quid em̃ tu probasti?
Aut si eo putas probari quo dicunt̃, non opus est
eadem repetere. Recita illa ipsa tibi, & à uobis in
uos. Ecce & ego probaui, si hoc est probare, & ta
men disce quid sit probare: Neꝙ em̃ extrinsecus
quæro documenta, ut uos uiperas probem. Ecce
idipsum uipereũ est, nõ habere in ore firmamentũ
ueritatis, sed uenenũ maledictionis, sicut scriptũ
Psal. 138 est, Venenũ aspidũ sub labijs eorũ. Et hoc qa pas
sim à quolibet in quẽlibet dici potest, quasi quere
ret̃, quorũ, cõtinuo subiecit, Quorũ os maledictio
ne & amaritudine plenũ est. Cũ ergo talia dicitis
in homines per totũ mundũ dispersos, & quos o
mnino ignoratis, quorũ etiã multi nec Cæciliani,
nec Donati nomẽ audierũt, nec auditis, in silẽtio

A respõdentes: Nõ ad nos pertinet quicquid dicitis
nõ uidimus, nõ fecimus, quid loquamini penitus
ignoramus. Vos qui nihil aliud uultis ꝙ dicere
quod probare omnino nõ potestis, quid aliud ꝙ
os uestrũ maledictione & amaritudine plenũ est?
Iã uidete utrũ uos possitis ostẽdere non esse uipe
ras, nisi ostẽderitis oẽs Christianos omniũ gentiũ
traditores esse, & homicidas, & non esse Christia
nos. Imò uero etiã si potestis singulorũ hominum
per totũ orbẽ diffusorũ uitas & facta nosse & ostẽ
dere: tamen anteꝙ id faciatis, & temere ista iacta
tis, os uestrũ uipereũ est, os uestrũ maledictiõe &
amaritudine plenũ est. Ostẽdite iã si potestis, quẽ
propheram, quẽ sapientem, quem scribam occide
rimus & crucifixerimus, & flagellauerimus in sy
nagogis nostris. Attẽdite quãto labore impenso,
B nullo modo probastis, ꝙ Donatus & Marculus
Prophetæ fuerũt, aut sapẽtes scribę, quia nõ fue
rũt. Quod etsi possetis, quid faciatis ut ostẽdatis à
nobis occisos, quos nec nosipsi nouimus, quanto
minus orbis terrarum, cui uenenoso ore maledici
tis? Aut unde potestis ostendere animũ nos habe
re cõsimilẽ interfectoribus eorũ, quos nec saltem
ab aliquibus interfectos potestis ostẽdere? Atten
dite hæc omnia, uidete utrũ aliquid horum uel de
orbe terrarũ probare possitis: cui tamen maledice
re nõ quiescitis: In uobis uera ostẽditis, quæ de il
lo falsa iactatis. Porrò si nos uelimus probare uos
esse interfectores prophetarũ, nimis longũ sit ut
per loca singula colligamus, quas furioli uestri
principes Circuncellionũ & ipsæ cateruæ uinolẽ
C torũ atqꝙ insanorũ iuuenũ ædiderint ab initio schi
smatis uestri, sed & omnino ædere non desistant
strages de proximo agro. Proferantur eloquia di
uina quæ uersant̃ in manibus & nostris & uestris:
eos teneamus interfectores prophetarũ, quos cõ
tradictores inuenerim⁹ linguis prophetarũ. Quid
doctius dici potest, quid citius ostendi potest? Mi
tius ageretis traijciẽdo ferrũ per uiscera propheta
rum, ꝙ ꝙ lingua interficere conamini uerba Pro
phetarũ. Dicit Propheta: Cõmemorabũtur & cõ Psal. 21
uertẽtur ad dominum uniuersi fines terræ. Ecce
agitur, ecce impletur. Vos aũt non solũ contra id
quod dicitur, aures incredulas clauditis, sed etiã
cõtra id quod iã geritur, linguas furiosas exeritis.
Audiuit Abrahã dictũ, In semine tuo benedicen Gen. 22
tur oẽs gentes: & credidit, & reputatũ est ad iusti Rom. 4
tiam. Vos uidetis factũ, & reclamatis: & non uul
tis deputari uobis ad iustitiã, quod recte deputare
tur, etiã si nondũ factum, sed tantummodo dictũ
non credere tis: Imò non solũ non uultis uobis de
putari ad iustitiã, sed etiã si quid pro hac impieta
te patimini, deputari uultis uobis ad iustitiã. Aut
si nõ sunt istę persecutiones prophetarũ, quia non
fiunt ferro, sed uerbo: quæ fuit causa, ut diuinitus
diceretur, Filij hominũ dentes eorũ arma & sagit Psal. 56
tæ, & lingua eorum gladius acutus? Sed quando
colligam ex prophetis oẽibus omnia testimonia
Ecclesiæ toto orbæ diffusæ, quæ oẽia cõtradicen
do interficere & extinguere conamini? Sed lega Psal. 18
ti estis, quia in oẽm terram exiuit sonus eorum, &

in

in fines orbis terrę uerba eorum. Verũtamen unũ illud cõmemorabo ex ore domini, qui teſtis eſt teſtiũ. Oportebat, inquit, impleri omnia quę ſcripta ſunt in lege & Prophetis & Pſalmis de me. Quæ ſint hæc, ipſe indicet. Tũc aperuit illis ſenſum, inquit, ut intelligerẽt ſcripturas, & dixit eis, Quoniam ſic ſcriptum eſt, & ſic oportebat Chriſtum pati, & reſurgere à mortuis, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remiſſionẽ peccatorum per oẽs gentes, incipiẽtibus ab Hieruſalẽ. Ecce quid ſcriptũ eſt in lege & Prophetis & Pſalmis de domino. Ecce qđ de ſe, & de Eccleſia ipſe dominus aperuit, ſe oſtẽdens, illã promittẽs. Vos aũt inſtanter, manifeſtis teſtimoniis reſiſtentes, & ea quia delere non poteſtis, deprauare conantes: quid faceretis, ſi inueniretis mẽbra Prophetarũ, qui ſic ſę uiſis in eloquia Prophetarũ, ut nec dominũ audiatis impletorẽ, manifeſtatorẽ, expoſitorẽ Prophetarũ? Nam quantum poteſtis, etiã ipſum cæditis, quando ipſi non creditis. Petilianus dixit, De uobis quoq; Dauid perſecutoribus hæc dicit, Sepulchrũ patẽs eſt guttur eorũ, linguis ſuis doloſe agebãt, uenenũ aſpidũ ſub labijs eorũ. Quorũ os maledictiõe & amaritudine plenũ eſt, ueloces pedes eorũ ad effundẽdũ ſanguinẽ. Cõntritio & infœlicitas in uijs eorũ, & uiã pacis non cognouerunt, nõ eſt timor dei ante oculos eorũ. Nonne cognoſcent omnes qui operãtur iniquitatẽ, qui deuorant plebem meã, ſicut cibũ panis? AVG. reſpondit, Sepulchrũ patens eſt guttur eorũ: unde mendaciorũ mortes exhalant. Os enim quod mẽtitur, occidit animã. Si autem nihil eſt uerius q̃ id quod dixit Chriſtus, Eccleſiam ſuã per omnes gẽtes incipientem ab Hieruſalem: nihil eſt mendacius q̃ id quod dicitis, in parte Donati. Linguæ aũt doloſę ſunt eorum, qui cũ facta ſua nouerint, non ſolũ iuſtos ſe dicũt eſſe homines, ſed etiam iuſtificatores hominũ, quod de uno dictum eſt, Qui iuſtificat impium: & q̃ ſit iuſtus & iuſtificans. Nã de ueneno aſpidum, & oris maledictione & amaritudine pleno, ſatis diximus. Veloces pedes autẽ ad effundendum ſanguinẽ, etiã Maximinianiſtas habere dixiſtis, teſtis eſt plenarij ueſtri concilij ſententia, totiens geſtis proconſularibus & municipalibus allegata. Illi aũt neminẽ quantũ audimus, corporaliter occiderunt. Intellexiſtis ergo etiam ſpiritali cæde animarum ſanguinem fundi gladio ſchiſmatis, quod in Maximinianо damnaſtis? Videte ergo ſi non ſint pedes ueſtri ueloces ad effundẽdum ſanguinem, cũ pręciditis homines ab unitate orbis terrarũ, ſi & hoc in Maximinianiſtis recte dixiſtis, qa præciderũt aliquos à parte Donati. Itáne nos uiã pacis non cognouimus, qui ſtudemus ſeruare unitatẽ ſpiritus in uinculo pacis? Et uos eã noſtis, qui ſermoni quem Chriſtus habuit poſt reſurrectionẽ cũ diſcipulis ſuis, tam pacifico, ut inde inciperet dicẽs, Pax uobis: tamẽ ita reſiſtitis, ut nihil aliud q̃ hoc ei dicere cõuincamini, tu quod dixiſti de unitate omniũ gentiũ falſum eſt: nos quod dicimus de crimine omniũ gentium, uerũ eſt. Qui dicerẽt iſta, ſi eſſet timor dei ante oculos eorũ? Videte itaq; ſi non iſta quotidie dicẽdo plebem dei diffuſam toto orbe terrarũ, tanquam cibum panis dentibus finire conamini. Petilianus dixit, Monet etiam dominus Chriſtus, Cauete à pſeudoprophetis, qui ueniunt ad uos in ueſtimentis ouium, intus aũt ſunt lupi rapaces. Ex fructibus eorũ cognoſcetis eos. AVG. reſpondit, Si abs te quærã, quibus nos fructibus lupos eſſe rapaces cognoſcatis, dicturus es crimina aliena, nec in eis quorũ eſſe dicunt unc̃q; probata. Si autẽ tu à me quæras, quibus fructibus uos potius eſſe lupos rapaces cognoſcamus; obijcio ſchiſmatis crimẽ, quod tu negabis, ego aũt ſtatim probabo: Neq; em̃ cõmunicas omnibus gẽtibus, & illis Eccleſijs Apoſtolico labore fundatis. Hic dicturus es, Nõ cõmunico traditoribus & homicidis. Reſpondet tibi ſemen Abrahæ, Hæc ſunt illa crimina, uel nõ uera, uel nõ mea. Sed hęc interim ſepono, tu oſtende Eccleſiã. Iam uox illa mihi ſonabit quã in pſeudoprophetis uitãdã dominus monuit oſtendentibus partes, & ab uniuerſo alienare conantibus: Ecce hic eſt Chriſtus, ecce illic: ſed uſq; adeo putas ueras oues Chriſti cor nõ habere, quibus dictũ eſt, Nolite credere: ut lupũ audiant dicẽtem, Ecce hic eſt Chriſtus: & paſtorẽ non audiant dicentẽ, Per oẽs gentes incipientibus ab Hieruſalẽ? Petilianus dixit, Sic ſic improbe perſecutor quocunq; te uelamine bonitatis obtexeris, quocunq; nomine pacis bellũ oſculis geras, quolibet unitatis uocabulo hominũ genus illicias: qui hactenus fallis ac decipis, uere diaboli filius es dum moribus indicas patrẽ. AVG. reſpondit, Hæc à nobis in uos dicta eſſe reputa, & ut noueris in q̃s potius cõueniant, quæ ſuperius dixi cõmemora.

Petilianus dixit, Nec adeo mirũ q̃ tibi nomen Epiſcopi illicite aſſumis: Hæc eſt uera diaboli cõſuetudo, ita demũ decipere ſi ſibimet uẽdicet uocabulũ ſanctitatis, Apoſtolo prędicãte, Nec mirũ eſt, inquit, quoniã ipſe ſatanas transfigurat ſe uelut angelum lucis, & magiſtros ſuos quaſi miniſtros iuſtitiæ. Nec mirum eſt ergo q̃ te falſo Epiſcopũ uocas: Nã & illi angeli prædiți, amatores uirginũ mũdanarũ, qui carnẽ corrũpendo corrupti ſunt, licet diuinis exuti uirtutibus angeli eſſe deſierint, nomẽ tamẽ retinent angelorũ, ſeſeq; ſemen per angelos putant, qui diuina ſoluti militia in exercitũ diaboli ſimiles tranſierũt, deo magno clamante, Nõ permanebit s̃piritus meus in hominibus iſtis in æternũ, quoniam caro ſunt. Quibus reis ac uobis dicet dominus Chriſtus, Ite in ignẽ æternũ, quẽ parauit pater meus diabolo & angelis eius. Si angeli mali non eſſent, diabolus angelos nõ haberet, quos & ſanctus Apoſtolus in illo iudicio reſurgẽdi à ſanctis hominibus dicit eſſe dãnãdos: Neſcitis quoniã angelos iudicabimus? Si ueri angeli eſſent, iudiciũ in angelos dei homines nõ haberent. Sic quoq; Apoſtoli ſexaginta qui cũ domino Chriſto duodecim derelictis à fide apoſtatę receſſerũt, intantũ hominibus miſeris adhuc putant Apoſtoli, ut ex his Manichæus & cæteri multis diabolicis ſectis multas animas implicent, quas

Cap. XV
Pſal. 13
Sap. 1
Rom. 4
Cap. XV
Luc. 24
Matt. 7
Matt. 24
Luc. 24
Cap. XV
Cap. XV
2. Cor. 11
Gene. 6
Matt. 25
1. Cor. 6

quas ut caperent perdiderunt. Nã profecto perditus Manichæus, si tamẽ nõ in illis sexaginta fuit, ponendus est, si nomẽ eius inter duodecim Apostolos cõtinetur, aut in locũ Iudæ traditoris subrogato Mathia, uoce Christi ordinatus est tertiusdecimus Paulus, qui sese Apostolũ nouissimũ memorat, ne, quisquis esset posterior, Apostolus crederetur. Sic em̃ dixit, Ego em̃ sum minimus Apostolorũ, qui nõ sum dignus uocari Apostolus, qa persecutus sum Ecclesiã dei. Nec hic uobis blandiamini, Iudæus hæc fecerat, licet & uos nobis perniciẽ ut Pagani faciatis, bellũ nanq; illicite gerimus, quibus nõ licet repugnare. Vos em̃ cupitis † uiuere nobis occisis, nobis uero uictoria est fugere uel occidi. AVG. respõdit, Videris quẽ admodũ testimonia scripturarũ posueris, uel quomodo intellexeris, nihil ad rẽ de qua nunc agitur, Ad hoc em̃ certe ista oñia dixisti, ut probares esse falsos Episcopos, sicut falsi sunt angeli & falsi apostoli. Nouimus & nos esse falsos angelos & falsos Apostolos & falsos Episcopos, & sicut dicit uerus Apostolus, falsos fratres. Sed cũ ab utrisq; aduersus inuicẽ possint ista iactari, probare aliqd opus est, nõ inaniter loqui, In quos tamen conueniat crimen fallaciæ, recole quę supra diximus, et inuenies, ne tædio simus legẽtibus eadẽ sæpius repetendo. Et tamẽ quid hoc ad Ecclesiã toto orbe terrarũ diffusam, siue quod de palea eius, quæ cũ illa per totũ mundũ est, potueris dicere, siue quod de Manichæo dixisti; uel de cæteris diabolicis sectis. Si em̃ ad triticũ nõ pertinet quicquid etiã de palea dicitur quæ adhuc cum illo est, quanto minus pertinent ad mẽbra Christi toto orbe diffusa tã olim & tã aperte separata portẽta. Petilian⁹ dixit, Iubet nobis dñs Christus, Cũ uos persecuti fuerint homines in ciuitate ista, fugite in alteram. Quòd si in ea uos persequent̃, fugite in aliã: Amẽ dico uobis: non cõsummabitis ciuitates Israel donec ueniat filius hominis. Si de Iudęis & paganis nobis præmonet, tu qui Christianũ te memoras, dira facta gentiliũ non debes imitari. An sic deo seruitis ut uestris manibus occidamur? Erratis erratis si hoc creditis miseri: Nã non habet deus carnifices sacerdotes. AVG. respondit, Fugere de ciuitate in ciuitatẽ à facie persecutiõis, non hæreticis uel schismaticis pręceptũ siue permissum est, quod estis uos, sed prędicatoribus Euãgelij cui resistitis uos. Quod & facile probamus: nũc certe in ciuitatibus nostris estis, & nemo uos persequit̃. Prodeundũ ergo uobis est & reddẽda ratio separatiõis uestrę. Nec; em̃ sicut excusatur infirmitas carnis quãdo cedit uiolẽtię persecutiõis, sic debet & ueritas cedere falsitati. Proinde si persecutionẽ patimini, quare non dimittitis ciuitates in quibus estis, ut impleatis quod de Euangelio cõmemoratis? Si aũt nõ patimini persecutionẽ, quare nobis respõdere nõ uultis? Aut si timetis forte ne cũ respõderitis pśecutionẽ patiamini, quomodo ergo imitamini eos prædicatores, quibus dictũ est, Ecce mitto uos sicut oues in medio luporũ? Quibus itẽ dictũ est, Nolite timere eos q̃ corpus occidũt, animã aũt nõ possunt occidere. Et quomodo non facitis cõtra præceptũ Petri Apostoli, qui ait, Parati semper ad responsionẽ omni poscenti uos de fide & spe uestra. Postremo quare per uiolentissimas turbas etiam ultro improbi estis Ecclesijs catholicis, ubi poteritis aduertere quod innumerabilibus exẽplis res ipsa indicat? Sed dicitis uos loca uestra defendere, & resistitis fustibus & cædib. quibuscũq; potueritis. Quare ibi nõ auditis uocem domini dicentis. Ego aũt dico uobis non resistere malo. Aut si fieri potest, ut aliquando recte per uim corporalẽ resistat̃ uiolentis, nec ideo præceptũ uioletur quod audimus à domino, Ego aũt dico uobis non resistere malo: cur nõ etiã hoc fieri potest ut per ordinatas & legitimas potestates de sedibus quæ illicite usurpãtur, uel ad iniuriam dei retinentur, pius expellat impiũ, & iustus iniustũ? Nec; enim eo modo persecutionẽ passi sunt pseudoprophetę ab Helia, quomodo ipse Helias à rege nequissimo. Aut quia flagellatus est dominus à persecutoribus, propterea passionibus eius cõparandi sunt quos ipse de tẽplo flagellatos eiecit. Restat ergo ut nihil aliud requirẽdũ esse fateamini, nisi utrũ iuste an impie uos separaueritis à cõmuniõe orbis terrarũ: Nã si hoc inuẽtũ fuerit q; impie feceritis, nõ miremini si nõ desunt ministri deo per quos flagellamini: quia persecutionẽ patimini, nõ à nobis, sed sicut scriptum est, ab ipsis factis uestris. Petilianus dixit, Clamat rursus de cœlo dñs Christus ad Paulũ, Saule Saule q̃d me persequeris: durũ est tibi cõtra stimulũ calcitrare. Saulus tũc dictus est, ut ei postmodũ baptisma cõponeret nomen. Vobis ergo nõ durũ est Christũ totiens persequi, qui in sacerdotibus suis domino ipso clamãte, Ne tetigeritis Christos meos, sancto rũ cõputate tot funera, & uiuacẽ Christũ totiens occidistis. Postremo si sacrilegus non sis, sanctus esse nõ potes homicida. AVG. respondit, Defendite uosipsos à persecutiõe quã passi sunt à uestris, qui cũ Maximiniano se à uobis separauerũt, & illic inuenietis defensionẽ nostrã. Si enim dicitis nõ uos fecisse, gesta procõsularia & municipalia recitamus. Si dicitis recte uos illis fecisse, cur ipsi talia pati nõ uultis? Si dicitis, sed nos schisma nõ fecimus: Hoc ergo quæratur, & anteq; cõstet an ita sit, nemo pśecutores accuset. Si etiã dicitis, schismaticos persecutionẽ pati nõ debuisse: quæro utrũ & de basilicis, in quibus insidiant̃ adsedu cendos infirmos, expelli per ordinatas potestates nõ debeãt? Si dicitis, nec hoc debere: reddite pri⁹ Maximinianistis basilicas, & sic nobiscũ agite, Si dicitis debere, quærite iã quid pati debeant à potestatibus ordinatis, qui eis resistendo dei ordinationi resistunt. Vnde aperte Apostolus dicit, Nõ em̃ sine causa gladium portat, uindex est em̃ in irã ei qui male agit. Quòd si omnino diligenter ueritate tractata hoc inuentum fuerit, ut nec per iudicia publica schismatici aliquid pati debeãt, nec de locis insidiarũ & fallaciarũ suarũ pelli, & dixeritis uobis displicere, quòd Maximinianistæ à quibusdã uestris ista perpessi sunt, cur nõ liberius de

1. Cor. 15 — cl. uincere — Cap. XIX — Mat. 10 — Mat. 10 — 1. Pet. 3 — 23. q. 4. c. qui peccat — Mat. 5 — Cap. XX Act. 9 — Rom. 13

toto agro domini,id est,de toto mūdo clamāt fru
menta dominica, nec ad nos pertinet q̄ zizania
uel quod palea nostra cōmittit,quia displicet no-
bis. Sed uobis sufficere ad purgationē fatemini,
quoniā quicquid mali fit à uestris displicet uobis:
quare uos ergo separastis? Hinc em̄ uos accusat
ipsa uestra defensio. Si em̄ ꝓpterea uos ab iniquis
partibus Donati nō separatis, qa unusquisq; sar-
cinā suā portat:cur ab iniquis orbis terrarū quos
putatis aut fingitis,uos separastis? An ut sarcinā
schismatis oēs pariter portaretis? Et cū querimus
à uobis,quos uestrū à nostris ꝓbetis occisos,nul-
lam quidē legē ab imperatoribus datā ut occide-
remini recolo. Illi aūt de quibus maximā inuidiā
facere soletis, Marculus & Donatus, ut moderā-
tius dixerim,incertū est utrū se ipsi præcipitaue-
rint,sicut uestra doctrina nō cessat quotidianis ex
emplis:an uero alicuius potestatis iussu præcipita
ti sint. Si em̄ incredibile est magistros Circūcellio
nū solitas mortes sibimet intulisse,quāto incredi-
bilius potestates Romanas insolita supplicia iube
re potuisse? Itaq; de hac re quā nimis inuidiosam
putatis,si uerū est quod dicitis,quid hoc pertinet
ad dominicū triticū? Palea quæ foras uolauit, pa-
leā quæ intus remansit accusat:Nō em̄ tota pote-
rit nisi uentilabro ultimo separari. Si autē falsum
est, quid mirū si palea tanq; leui flatu dissensiōis
ablata, etiam dominicū triticū falsis insectetur cri
minibus? Quapropter de oīmibus talibus inuidio
sis criminibus hoc uobis frumentū Christi, quod
per agrū,id est,per totū mundū cū zizanijs cresce
re iussum est,libera & secura uoce respōdet, Si nō
probatis quod dicitis,ad neminē pertinet: si autē
probatis,ad me nō pertinet. Ex quo fit ut quicūq;
se ab ista unitate frumenti propter zizaniorū uel
paleæ crimina separauit, propter ipsum dissensio
nis & schismatis malū,nec ab ipso crimine homi-
1.Io.3 cidij se possit defendere,dicēte scriptura, Qui odit
Cap.XXI fratrē suum homicida est. Petilianus dixit, Er-
go,ut diximus,dñs Christus clamauit ad Paulū,
Act.9 Saule Saule,quid me persequeris:durū est tibi cō
tra stimulum calcitrare. Dixit aūt Paulus, Quis es
domine? Eiq; responsum est, Ego Christus Naza
renus quē tu persequeris. Et ille tremēs ac stupēs
dixit, Domine quid me uis facere? Et dominus ad
illū, Surge & intra in ciuitatē, & dicetur tibi quid
te oporteat facere. Et interpositis, Surrexit autē
Saulus de terra,apertisq; oculis nihil uidebat. O
ultrix furoris cæcitas,oculorū persequentis lumē
obnubilas,solo baptismo recessura. Videamus er-
go in ciuitate quid gessit. Introijt,inquit, Ananias
ad Saulū,& cū imposuisset ei manus,ait, Saule fra
ter, dominus misit me Iesus q uisus est tibi in uia
qua ueniebas, ut uideas & implearis spiritusan-
cto. Cōfestim ceciderūt ab oculis eius tanq; squa
mæ,& uisum recepit,& surgēs baptizatus est. Cū
igit Paulus à crimine persequēdi baptismo libera
tus,oculos sumpserit innocētes,cur non uis perse
cutor & traditor cęc⁹ falso baptismate ab ijs quos
insequeris baptizari? AVG. respōdit, Nec per-
secutorē nec traditorē probas,quē uis denuo ba-
ptizare. Et si probas aliquē,nō est tm̄ denuo bapti
zandus persecutor & traditor,si iā Christi bapti-
smo baptizatus est. Paulū quippe propterea bapti
zari oportuit, qa nunq; tali baptismo tinctus fuit.
Itaq; nihil habet simile ad causam quā nobiscum
agitis,quod de Paulo interponere uoluisti. Sed si
hoc non interposuisses,puerili declamationi locū
non inuenisses,ubi diceres,O ultrix furoris cæci-
tas,solo baptismo recessura. Quāto em̄ fortius in
uos exclamandū est, O ultrix furoris cęcitas, quę
nō Paulo cōparata sed Simoni, nec accepto ba-
ptismo recedit à uobis. Nā si persecutores ab eis
quos psequunt baptizādi sunt, Primianus à Ma-
ximinianistis baptizet, quos instantissime perse-
cutus est. Petilianus dixit, At em̄ cōstanter op- Cap. XII
ponitis, dixit Apostolis Christus, Qui semel lot⁹ Io.13
est,nō habet causam nisi pedes lauādi,sed est mun
dus totus. Si uerba ista plene discutias, subsequē-
tibus obtineris: Sic nanq; locutus est, dicēs, Qui
semel lotus est,nō habet causam nisi pedes lauādi,
sed est mūdus totus: Et uos mūdi estis,sed nō oēs.
Hoc aūt dixit propter Iudā qui eū fuerat traditu-
rus. Quisquis ergo traditor factus es, baptismum
perdidisti. Denicq; postq; ipse damnatus est tradi
tor Christi, Apostolos undecim sic plenius cōfir- Io.15
mauit, Iam uos mundi estis,propter sermonē quē
locutus sum uobis,manete in me & ego in uobis. Io.14
Et iterū his undecim dixit, Pacē meam do uobis,
pacē meā dimitto uobis. Cū hæc ergo damnato,
ut diximus, traditore, Apostolis undecim dicta
sunt, uos quoq; traditores similiter pacē & bapti
smū nō habetis. AVG. respōdit, Si ergo perdi-
dit baptismum traditor, quisquis à uobis baptiza
tus postea traditor factus fuerit, si ad uos redire
uoluerit,denuo baptizet: quod si nō facitis, satis
uosipsi iudicatis falsum esse quod dictū est, Si quis
ergo traditor factus es,baptismū perdidisti: Si em̄
perdidit redeat & recipiat: si aūt redit & non reci
pit,nō perdiderat. Deinde si propterea dictum est
Apostolis,Iā uos mundi estis:&, Pacē meā do uo
bis:quia iā inde discesserat traditor: nō erat ergo
mūda & pacifica cœna illa tāti sacramēti, quoniā
priusq; ille exiret omnibus dedit. Quod si clausis
oculis dicere audetis,qd faciamus nisi potius nūc
exclamemus, O ultrix furoris cęcitas eorū qui uo
lūt esse legis doctores,sicut dicit Apostolus, non 1. Tim.1
intelligentes neq; quæ loquuntur, neq; de quibus
affirmāt? Nisi tamē pertinaciæ cæcitas impediret,
nō erat difficilis intellectus, ut uideres nō dixisse
dominū præsente Iuda, nondū mundi estis:sed,iā
mūdi estis uos:addidit aūt,non oēs: quia ibi erat
qui mūdus non erat, qui tamen si præsentia sua cę
teros pollueret,non eis diceret,Iā uos mudi estis:
sed diceretur ut dixi, nondū mūdi estis. Postq; ue-
ro ille discessit, dixit eis,Iā uos mundi estis: nec ad
didit,sed nō omnes:quia iā discesserat,quo etiam
præsente,sicut eis dictū est,mundi erant, sed non 1.q.1.c.de
omnes,quia erat illic unus immundus. Quapro- minus
pter his uerbis magis dominus declarauit in uno
cœtu hominū eadem sacramenta sumentium, ali-
quorum immūditiā mundis obesse nō posse. Cer
te si

te si putatis apud nos esse similes Iudę, hæc uerba nobis dicite, Mūdi estis, sed non oēs. Non autem hoc dicitis, sed dicitis propter quosdā immundos, immundi estis oēs. Hoc discipulis dominus Iuda
Ca. XXIII præsente nō dixit: & ideo qui hoc dicit, nō dicit à bono magistro quod dicit. Petilianus dixit, Quòd si nos bis baptismū facere dicitis, imò uos facitis qui occiditis baptizatos, nō quia baptizatis hoc dicimus, sed quia unūquęq; dū occiditis, sanguine suo facitis baptizari. Etem̄ baptismum aquę uel spiritus extorto sanguine martyris quasi factū est geminū. Si aūt ipse quoq; saluator baptizat⁹ primitus à Ioāne, baptizandū sese professus
Marc. 10 est iterū, non iā aqua nec spiritu, sed sanguinis baptismo, cruce passiōis: sicut scriptū est, Accesserūt ad eū duo discipuli filij Zebedæi dicētes, Dñe cū ueneris in regnū tuū, fac nos sedere unū ad dexteram tuam, & alterum ad sinistrā tuam. Respondit eis Iesus, Difficilē rem petitis, Nunquid calicem quem ego bibiturus sum, potestis bibere: & baptismo quo ego baptizor baptizari? Dixerunt illi, Possumus. Et ait illis, Calicē quidē quē ego bibiturus sum bibere potestis, & baptismo quo ego baptizor baptizabimini: & cætera. Si hæc duo sunt baptismata, uestra nos laudatis inuidia, profitemur: Cū em̄ nostra corpora occiditis, bis baptismū facimus, sed baptismo nostro & sanguine baptizamur, ut Christus. Erubescite erubescite persecutores, similes Christo martyres facitis, quos post aquā ueri baptismi sanguis baptista perfundit. AVG. respōdit, Primo cito respōdemus, qa nō uos occidimus, sed ipsi uosmetipsos uera morte occiditis, cū uos ab unitatis uiua radice pręcidi tis. Deinde si oēs qui occidunt sanguine suo baptizantur, oēs latrones, iniqui, impij, scelerati qui dānati feriunt, martyres habēdi sunt, quia suo sanguine baptizant. Si aūt non baptizātur sanguine suo nisi qui occidunt propter iustitiā, quia ipsorū est regnū cœlorū: uidistis prius esse quęrendū propter qd patimini, & postea quid patimini. Quid ergo buccæ inflant antecq; facta defendant? Quid perstrepit lingua antecq; probetur uita? Si schisma feci sti, impius es: si impius es, ut sacrilegus morieris cū pro impietate puniris: si ut sacrilegus morieris, qūo tuo sanguine baptizaris? An dicis, Nō feci schisma? Hoc ergo quæramus, Quid ante clamas q̄ probas? An dicis, & si sacrilegus sum, à te occidi nō debeo? Alia quæstio est de atrocitate facti mei quod nunq; ueraciter demonstras, alia de baptismo sanguinis tui unde te mēdaciter iactas. Nā neq; occidi te, nec probas te ab aliquo occidi: nec si probes, ad me pertinet. Quicunq; te occiderit, siue secundū potestatē legitime à domino datā iuste fecerit, siue sicut messis dominicæ palea cupiditate aliqua mala scelus admiserit, sicut ad te nō pertinet, qui recētibus tēporibus cū intolerabili potētatu etiā militibus ibi comitantibus, non quia timebat aliquē, sed ut ab omnibus timereī, uiduas oppressit, pupillos euertit, aliena patrimonia prodidit, aliena matrimonia seperauit, res uēdendas innocentū procurauit, uenditarū precia cū dominis plaudētibus diuisit. Ex me ista dicere uidear, si nō tacito nomine agnoscit de quo dicā. Quæ si uera sunt, sicut ad uos ista nō pertinēt: ita nec qcqd dicis, ad nos, etiā si uera diceres. Si aūt falsa fama de illo collega uero, iusto & innocēte mētita est, nullo modo etiā famę credendū est, quę de innocentibus tanq; de traditoribus codicū, uel tanq; de interfectoribus hominum seminata est. Huc accedit, qa ego illū cōmemoro qui uobiscū uixit, cuius natalitia tāta celebratiōe frequentabatis, cui pacis oscula inter sacramēta copulabatis, in cuius manibus eucharistiā ponebatis, cui uicissim dāti manus porrigebatis, cuius aures inter tātos Aphricę gemitus surdas libera uoce offendere timebatis, quē nescio quis uestrū, qa uel ex obliquo urbanissime tetigit, ut ei diceret q̄ Comitē
B haberet deū, ingenti laude ferebatur: Tu aūt illos nobis obijcis cū quibus nō uiximus, quorū faciē nō uidimus, quorū ętate uel pueri uel fortasse nōdum nati eramus. Quæ est ista tanta iniquitas aut peruersitas, uelle nobis imponere sarcinas ignotorū, cū uos portare nolitis amicorum? Clamat scriptura diuina, Videbas furē & currebas cū eo. Si
Psal. 49 te nō cōtaminauit quē uidisti, cur mihi obijcis uidere quē non potui? An dicis nō cū eo concurri, quia facta eius displicebāt mihi. Sed nēpe ad altare accedebas cū eo. Age iā ut te defendas, discerne ista, & dic aliud esse concurrere in peccatū, sicut cōcurrerunt duo seniores castitati Susannę insidiātes, aliud cū fure accipere domini sacramen-
C tū, sicut Apostoli cū Iuda etiam primā illā cœnā acceperūt. Faueo defensioni, Sed cur nō attēditis quanto facilius in hac tua defensiōe absolueris gētes & terminos terræ, qua hæreditas Christi diffundit? Si em̄ potuistis furē uidere, & cū fure uiso sacramēto cōmunicare, tamen peccatū non cōmunicare, quāto minus potuerūt remotissimæ nationes cū Aphris traditoribus uel persecutoribus, etiā si uera diceretis & ostēderetis, malefacta habere cōmunia, quāuis cū eis tenerēt sacramēta cōmunia. An dicis, ego uidi illū Episcopum, furē uero illū non uidi. Dic quod uis, etiā huic faueo defensiōi, & in hac absolutus est à uestris criminationibus orbis terrarū. Si em̄ uobis licuit cogniti hominis ignorare uitā, cur toti mūdo ignotos ignoD rare nō licit? nisi forte Donatistis licet nescire q̄d scire nolūt, gētibus nō licet nescire quod scire nō possunt. An dicis, aliud est furtū, aliud traditio uel persecutio. Cōcedo aliud esse, nec modo laborandū est quid interfit ostēdere. Attēde cōpendium. Si te ille non fecit furē, quia tibi non placet furtū: quis potest facere traditores aut homicidas eos quib. displicet siue traditio siue homicidiū? Prius igit confitere te esse quicquid mali fuit Optatus quē noueras: & uel sic mihi obijce quicquid mali fuerūt quos ego nō nouerā. Nolo mihi dicas, illa magna sunt, ista parua. Prius em̄ oportet fatearis ipsa parua de te, non ut ego quoq; fatear, sed ut uel sinā te dicere nescio quæ magna de me. Optatus quē noueras, fecit te furem, quia collega tuus fuit, an nō fecit? Respōde unū de duobus. Si di-

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis non fecit: quæro cur nõ fecit, quia nec ipse fur A
fuit? an quia nescis? an quia tibi displicuit? Si quia
nec ipse fuit, multo magis illos de qbus nos argu-
istis tales fuisse, quales dicis, credere nõ debem⁹.
Si eñ de Optato non est credendũ quod & Chri-
stiani & Pagani & Iudæi, postremo & nostri & ue
stri dicũt, quãto minus credendũ est quod uos de
aliquo dicitis. Si quia nescis, respondent tibi oẽs
gentes, multo magis nos nescimus quicquid de il
lis obijcis nobis. Si qa tibi displicuit, eadẽ tibi uo-
ce respõdẽt, quãuis nunq; probaueris, talia tamẽ
displicent nobis. Si aũt dicis, ecce me furem fecit
Optatus ille quẽ nouerã, qa & collega meus fuit,
& cũ illo ad altare accedere solebã cũ ista cõmit-
teret, sed nõ curo, quia leue est peccatũ: te aũt illi
traditorẽ homicidãq; fecerunt. Respõdeo, nõ me B
concedere ut ego quoq; traditor & homicida fa-
ctus sim peccatis alienis, quia tu te alieno peccato
furẽ factũ esse cõfessus es: neq; eñ iudicio nostro,
sed ore tuo fur factus es. Nos enim dicimus unũ
quemq; sarcinã suã portare, sicut Apostolus testis
est: tu uero nõ quia furtũ fecisti, uel furto consen
sisti, sed quia id quod alius fecit ad te pertinere ex
istimasti, sub sarcina Optati ultro tuos humeros
subdidisti. Nã sicut Apostolus ait cũ de cibis lo-
Rom.14 queret, Scio & cõfido in domino Iesu, quia nihil
cõmune per ipsum, sed ei q existimat aliqd cõmu
ne esse illi cõmune est. Eadem regula dici potest,
aliena peccata ad eos nõ pertinere quibus displi-
cẽt: sed si quis existimat ad se pertinere, pertinent
ad eũ. Quapropter tu nos nõ tenes traditores nec C
homicidas, etiã si aliquid tale probes de ijs qui no
biscũ sacramẽta cõmunicant: te aũt etiã si tibi dis-
pliceat quicquid fecit Optatus, furẽ tamen tene-
mus, nõ per calumniã nostrã, sed per sentẽtiã tuã.
Et ne putes hoc leue esse, Apostolũ lege dicentẽ,
1.Cor.6 Neq; fures regnũ dei possidebunt. Qui aũt regnũ
dei nõ possidebũt, nõ erunt utiq; ad dexterã inter
Mat.25 illos, quibus dicetur, Venite benedicti patris mei,
percipite regnũ quod uobis paratũ est ab origine
mũdi. Si ibi nõ erũt, ubi erũt nisi ad siniſtrã? Inter
illos ergo quibus dicetur, Ite in ignẽ æternũ, qui
paratus est diabolo & angelis eius. Frustra ergo
te securũ facis, leue putãdo peccatũ quod à regno
Gal.6 dei separat, & in ignẽ mittit æternũ. Quanto me- D
lius ad uerã cõfessionẽ cõfugies, & dices, Vnus-
quisq; nostrũ propriũ onus portabit, & à tritico
paleã uẽtilabrũ ultimũ separabit. Sed uidelicet ti
mes ne statim tibi dicat, Cur ergo dũ alijs aliena
onera conamini imponere, ausi uos estis ante ulti
mũ uẽtilabrũ à totius mundi dominica segete se-
parare? Itaq; uos quibus displicẽt facta uestrorũ,
dũ cauetis ne uobis obijciat schisma quod oẽs fe
cistis, etiã peccatis uos implicatis quæ uos non fe
cistis: & dum timet disertus Petilianus, ne mihi li-
ceat dicere, nõ me esse talẽ qualẽ fuisse putant Cę
cilianũ, ipse cogitur dicere esse se talẽ qualẽ fuisse
nouit Optatũ. An tu non es talis qualẽ illũ fuisse
Aphrica tota cõclamat? Nec nos ergo tales sum⁹
quales illos quos nobis obijcitis, uel error uester
suspicatur, uel furor infamat, uel ueritas probat:

multo minus talia sunt per oẽs gẽtes frumẽta do-
minica, quæ istorũ nec nomen audierunt. Nulla
igitur causa est cur tãto scelere separatiõis & sacri
legio schismatis pereatis, & tamen si quid pro hac
tãta impietate diuino iudicio patiamini, etiã bapti
zari uos uestro sanguine dicitis: ut parũ sit q; di-
missi non cõpungimini, nisi etiã puniti gloriemi- Ca. XXIII
ni. Petilianus dixit, At eñ in eodẽ perduratis. Io.13
Qui semel lotus est nõ habet causam nisi pedes la
uandi. Semel est quod habet authorem, semel est
quod ueritas firmat. AVG. respõdit, Baptismus
in nomine patris & filij & spiritussancti Christum
habet authorẽ, non quẽlibet hominẽ: & Christus Cap. XXV
est ueritas, nõ quilibet homo. Petilianus dixit,
Nam cũ reus falsa cõmittas, bis baptisma ego nõ
facio, quod semel ipse nõ facis. AVG. respõdit,
Nec reos nos probas, & si reus baptismo falso ba
ptizat, nõ habent uerũ baptismũ quotquot ab eis
baptizantẽ, qui apud uos nõ solũ manifesti sed etiã
occulti iã rei sunt. Si eñ rẽ dei dat qui baptismũ
dat, cum iã deo reus est, quomodo rem dei dat si
reus uerũ baptismum non dat? Sed enim expecta
tis ut & uobis reus sit, quasi quod daturus est ue- Ca. XXVI
strum sit. Petilianus dixit, Nã si ueris falsa per-
misceas, ijsdem sæpe uestigijs uerũ falsitas imita-
tur. Sic sic hominem simulat naturę pictura uerũ,
quę coloribus exprimit falsas facies ueritatis: Sic
sic speculi nitor uultũ rapit, ut reuocet oculos in-
tuentis: Sic sic profert propríos uenientibus uul-
tus, ut ipsa sibimet inuicẽ facies uenientis occur-
rat: tantumq; ualet immunda fallacia, ut ipsi se, qui
præuident oculi, quasi in altero sese cognoscant:
Ipsa quoq; umbra cum steterit, imagines geminat
magna ex parte, mẽdacio diuidens unitatẽ. Nun
quid ideo uerũ est, quia figura mẽtitur? Sed aliud
est hominẽ pingere, aliud generare. Nã quis patri
filios exoptanti falsos fingit infantes, aut quis pi-
cturæ mendacio ueros hæredes expectet? Profe-
cto dementis est animi, dimisso eo quod uerum est
amare picturã. AVG. respondit, Itáne nõ erube
scis etiã si in homine fallacissimo fuerit baptismũ
Christi falsitatem uocare? Absit quidem ut do-
minicũ frumentũ quod per totũ agrũ, id est, hunc
mũdum, usq; ad messem, id est, in finẽ seculi inter
zizania crescere iussum est, uestris maledictis in-
terijsse credatur. Veruntamen & in ipsis zizanijs
quæ usq; in finẽ non colligi sed tolerari præcepta
sunt: & in ipsa palea quæ nõ nisi ultimo uẽtilabro
tota separabit: audet quisq; dicere falsum esse ba-
ptisma quod in nomine patris & filij & spiritus
sancti dat & sumit? Quos testimonio grauidarũ
fœminarũ cõuictos uel collegas uel presbyteros
uestros ab honore deponitis, qñquidem ista exẽ-
pla ubiq; non desunt, quæro anteq; conuincerem-
tur, utrũ fallaces fuerint an ueraces? Respõdebis
utiq; fallaces. Cur ergo uerũ baptismum & habe-
bant & dabant? Cur in eis diuinã ueritatẽ nõ cor-
rumpebat humana fallacia? Nónne uerissime scri
ptũ est, Sanctus enim spiritus disciplinæ effugiet Sup.1
fictum? Fictos ergo istos cũ spiritussanctus fuge-
ret, cur apud eos baptismi ueritas erat, nisi qa spi-
rituſſanctus

ritusanctus hominis fallaciã nõ ueritatẽ sacramẽ ti fugiebat? Porro si & fallaces habẽt baptismum uerũ, qui hoc habẽt quod ueraces habẽt. Vnde te oportet aduertere sermonẽ tuũ potius esse pigmẽ tis puerilibus coloratũ: & ideo qui neglecto uer/bo uero fucis talibus delectatur, ipse amat pro ue/

Caput XXVII
ritate picturã. Petilianus dixit, At eñ dicit apo/stolus Paulus, Vnꝰ deus, una fides, unũ baptisma,

Ephe. 4
unum nos profitemur: Nam certum est eos qui duo existimant insanire. AVG. respõdit, Ih nos ista dicitis, sed insaniendo nescitis. Illi enim dicũt duo baptismata, qui aliud existimant habere iu/stos, aliud iniquos, cũ neq; istorũ neq; illorum sit, sed sit Christi, in utrisq; unũ: quãuis ipsi non sint unũ, sed id quod est unũ, isti habeant ad salutẽ, illi

Caput XXVIII
ad pernicieẽ. Petilianus dixit, Verũ ut aliquid cõ parem, solẽ geminũ uideri furiosis, licet nubes ce rulea sæpe cõcurrat, eiusq; de color facies splẽdo/re repercussa, dũ radij solis ab eadẽ redeũt, quasi proprios radios emittere uideat: Sic sic in fide ba ptismatis aliud est quærere imagines, aliud agno/scere ueritatẽ. AVG. respondit, Quid loqueris quæso, quãdo nubes cerulea radios solis percussa repercutit, nunquid furiosis quasi duo soles appa/rent, ac non omnibus qui intuentur? Cũ aũt furio sis ita uideã, solis ipsis uidetur. Sed si molestũ non est quod admoneo, uide potius ne forte talia dice re & sic loqui furiosum sit. Nẽpe cũ hoc dicere uo luisti, iustos habere ueritatẽ baptismi, iniustos aũt imaginẽ; si ita est, audeo dicere imaginẽ fuisse in illo uestro, cui non deus, sed quidam Comes erat deus: ueritatẽ aũt uel in te uel in illo qui hoc in eũ eleganter emisit, quando ei dixit, cui Comes est deus. Et discernite illos quos uterq; baptizauit,

Caput XXIX
& in alijs approbate baptismũ uerũ, ab alijs aũt ex cludite imaginẽ, & introducite ueritatẽ. Petilia nus dixit, Sed ut hæc minora discurrã: Nunquid ius dicit, q̃ non est curiæ magistratus, aut id quod dixerat ius est, cũ priuati persona iura publica per turbet: an non magis reus nõ modo non prodest, sed cũ eo quod cõficit falsarius obtinet? AVG. respondit, Quid si iste priuatus atq; falsarius legẽ imperatoris alicui det, nónne ille cũ cõtulerit cũ his qui hanc habẽt, & ipsam esse inuenerit, nõ at/tendit à quo acceperit, sed quid acceperit? Falsa/rius quippe quãdo ex sua falsitate dat aliquid, fal/sum est: quando aũt alienũ uerũ ab aliquo datur, etiã si à falsario deẽ; quãuis ille uerax nõ sit, uerũ

Caput XXX
est tamen quod datur. Petilianus dixit, Aut si quisq; carmina sacerdotis memoriter teneat, nun quid inde sacerdos est q̃ ore sacrilego carmẽ pub/

1.q.1.cap. dominus
licat sacerdotis? AVG. respondit. Ita istud dicis, quasi modo quæramus quis sit uerus sacerdos, & nõ quid sit uerũ baptisma. Vt eñ sit quisq; uerus sacerdos, oportet ut nõ solo sacramento, sed iusti/tia quoq; induat, sicut scriptũ est, Sacerdotes tui

Psal. 131
induant iustitia. Qui aũt solo sacramẽto sacerdos est, sicut fuit pontifex Caiphas, persecutor unius & uerissimi sacerdotis, quãuis ipse non sit uerax, quod dat tamẽ uerũ est, si nõ det suũ sed dei: sicut

Io. 11. & 18
de ipso Caipha dictum est, Hoc aũt non à se dixit, sed cũ esset pontifex, prophetauit, Et tamẽ, ut eo quoq; simili utar quod ipse posuisti, si audias ab aliquo uel prophano precem sacerdotis uerbis & mysterijs euangelicis confirmatã, nunquid ei po/tes dicere, nõ est uera, quamuis ipse nõ solũ uerus nõ sit, sed etiã nullus sacerdos sit, cum apostolus Paulus quoddã testimoniũ uerũ esse dixerit Cre/tensis cuiusdã Prophetæ, qui inter prophetas dei nõ cõputabatur: ait eñ, Dixit quidã ex ipsis pro/prius eorũ Propheta, Cretẽses semper mẽdaces, malæ bestiæ, uentres prigri: testimoniũ hoc uerũ est. Si ergo Apostolus, nescio cuius alienigenę te stimonio, quia uerũ cõperit, etiam ipse attestatus est: cur nos apud quẽlibet inuenerimꝰ quod Chri sti est, & uerũ est, etiã si ille apud quẽ inueniẽ per/uersus & fallax est, nõ discernimus uitium quod homo habet, & ueritatẽ quã non suam sed dei ha bet, & dicimus, sacramentũ hoc uerũ est: sicut ille ait, testimoniũ hoc uerũ est? Nunquid ideo dici/mus etiã, ipse homo uerax est, quia dicimus, sacra mentũ hoc uerũ est? Sicut & Apostolus, nunquid ideo prophetã illũ inter prophetas dei cõputauit, quia quod in eo uerũ inuenit, uerũ esse firmauit? Similiter idẽ Apostolus cum apud Athenas esset inter aras dæmonũ animaduertit aram quãdam, in qua scriptũ erat, Ignoto deo. Et hoc testimoniũ ad illos in Christo ędificãdos assumpsit, ita ut hoc cõmemoraret in sermõe suo atq; subiũgeret, Quẽ uos ignorantes colitis, hunc uobis nos annuncia/mus. Nunquid quia uel inter idolorũ aras uel à sa crilegis erectã aram illã reperit, propterea quod in ea uerũ erat dãnauit aut respuit: aut propter ue rũ quod in ea legeret, etiã sacrilegia paganorum sectanda esse persuasit? Consequenter etiam cum ipsum etiam dominum illis ignotum, sibi aũt no/tum, etiam illorũ notitiæ, sicut congruere iudica bat, insinuare uellet, ait inter cętera, Et quidẽ non longè positũ ab uno quoq; nostrum: In illo enim uiuimus & mouemur & sumus, sicut & quidã se/cundũ uos dixerunt. Nunquid etiã hic, quia inue nit apud sacrilegos testimonia ueritatis, aut pro/pter ista illos adprobauit, aut propter illos ista dã/nauit? Vos aũt necesse est ut semper erretis quam diu propter hominũ uitia dei sacramẽta uiolatis, aut nos propter dei sacramẽta quæ in nobis uiola re nolumus, etiã uestri schismatis sacrilegiũ assu/mere putatis. Petilianus dixit, Omnis enim po

Caput XXXI
testas ex deo est, non in homine potestatis: sicut Pontio Pilato respondit dñs Iesus Christus, Nõ haberes in me potestatẽ, nisi esset tibi desuper da/ta. Et iterũ dicẽte Ioanne, Nõ potest homo facere quicq̃, nisi ei fuerit datũ de cœlo. Doce igitur tra ditor simulãdi mysteria quãdo acceperis potesta/tem. AVG. respondit, Tu doce potius uniuer/sus orbis terrarũ quò diffusa est hæreditas Christi & illa tot gentium multitudo, ubi Apostoli Eccle sias fundauerũt, quãdo baptizãdi amiserit potesta tẽ: Nunc̃q; docebis. Nõ solũ quia eos calumniaris, nõ doces traditores: sed quia etiã si docueris, non potest quorũlibet malorũ scelus, siue ignotorum, siue fallaciũ, siue ut zizania uel palea tolerandorũ

Ad Titum 1

Act. 17

Io. 19

Io. 3

Universidad de Deusto
Biblioteca

euertere promissa dei, ut non in semine Abrahæ benedicant oēs gētes, à quibus promissis uos alie
nos facitis, qui cum omnibus gentibus cōmunio
Caput nem unitatis habere non uultis. Petilianus di-
XXXII xit, Licet enim unū sit baptismum, tribus est tamē
gradibus consecratū, Dedit aquam Ioannes sine
nomine trinitatis, sicut ipse professus est dicens,
Matt.13 Ego uos baptizo in aqua pœnitētiæ, alius ueniet
qui fortior me est, cuius nō sum dignus calciamē
ta portare, ipse uos baptizat in spiritusancto &
igne. Dedit spiritumsanctū Christus, sicut scriptū
Io.10 est, Sibilauit in faciē eorū, & dixit, Accipite spiri
tūsanctū. Quorū remiseritis peccata, remittentur
eis &c. Ipsecq; ignis paracletus crepitantibus flam
Act.2 mis ardescēs in Apostolos superuenit. O uera di-
uinitas, quæ accēdere uisa est, nō ardere, sicut scri
ptū est, Factus est subito de cœlo sonus tancq; ui
magna spiritus ferret, & repleuit totā domū ubi
erant Apostoli sedētes: Et uisæ sunt distributæ lin
guæ tancq; ignis, sedit autem super unumquemcq;
eorū, & repleti sunt oēs spiritusancto, & cœperūt
loqui uarijs linguis: sicut spiritussanctus dabat e-
loquiū eis. Tu uero persecutor uel aquā pœniten
tiæ nō habes, qui nō Ioannis occisi sed occisoris
Herodis retines potestatē. Tu igitur traditor spiri
tūsanctū Christi nō habes, etenim morti Christus
est traditus, nō ad mortē tradidit Christus. Tibi
ignis in spiritu apud inferos uiuax est, qui ieiunis
apicibus æstuans, mēbra tua per seculū afflare ua
leat, nō finire, sicut scriptū est de eorū in inferno
Esa.66 supplicio, Ignis eorū nō extinguet. AVG. respō
dit, Tu es ille maledicus cōuiciator, nō ueridicus
disputator. Nónne aliquādo desines talia dicere,
quæ si nō probas, ad neminē pertinent: si aūt pro-
bas, ad unitatē orbis terrarū quæ in sanctis tancq;
in frumētis est, omnino nō pertinēt? Si placeat &
nobis pro maledictis maledicta respōdere, possu-
mus & nos diserte forte conuiciari, possumus &
nos dicere, crepitātibus flammis: sed nullo modo
mihi sonat diserte quod dicit inepte. Possumus et
nos dicere, ieiunis apicibus æstuans, sed scriptorū
nostrorū apices nolumus cū ab aliquo sano legun
tur, à succo grauitatis ieiunos iudicari, & spiritu
in eis dū nullis sentētijs utilibus pascit, superuaca
neo laborare ieiunio. Ecce dico Circūcelliōes ue
stros, nō crepitātibus sed præcipitantibus flāmis
furoris ardere. Si respōderis, quid ad nos: cur &
tu cū obieceris quos uolueris, nō uicissim audies,
& nos nescimus? Si respōderis, nō probatis: cur
nō tibi orbis terrarū respondeat uicissim, nec uos
probatis? Paciscamur ergo si placet, ut nec tu no-
bis malos obijcias quos putas nostros, nec uobis
ego uestros: Ita uidebis hoc pacto tā iusto placito
atq; firmato, nihil te habere quod obijcias semini
Abrahæ in omnibus gētibus. Atq; tibi ego plane
inuenio magnū quod obijciā, cur uos ergo impie
separastis à semine Abrahæ, quod est in omnibus
gētibus? Hoc certe quēadmodū defendas nō ha-
bes. Purgamus em̄ nos utriq; à crimínib. alienis.
Hoc aūt quod omnibus gentibus quæ in semine
Abrahæ benedicunt nō cōmunicatis, & magnū
crimē est, nō quorūdā uestrū sed omniū. Et cū no-
sti & cōmemoras spiritūsanctū ita uenisse, ut illi
quos tūc impleuerat, linguis oīnibus loquerētur,
qd sibi uolebat illud signū atq; prodigiū? Cur nō
ita dat̄ spiritussanctus, ut nemo cui datur linguis
oīnibus loqui possit, nisi quia oēs gentes creditu-
ras, ac sic in omnibus linguis futurū Euangeliū, il Psal. 11
lud tūc miraculū portendebat? quod & in Psalmo
tāto ante prædictū est, Nō sunt loquelæ neq; ser-
mones, quorū uō audiant̄ uoces eorū. Hoc, ppter
eos dictū est q̄ spiritusancto accepto linguis erāt
oīnibus locuturi. Sed quia idipsum in oīnibus gē-
tibus & linguis futurū Euangeliū & corpus Chri
sti per totū orbē terrarū linguis omnibus persona
turū significabat, secutus ait, In oēm terrā exiuit
sonus eorū, & in fines orbis terræ uerba eorum.
B Hinc fit, ut Ecclesia uera neminē lateat. Vnde est Matt.5
illud quod in Euāgelio ipse dicit, Nō potest ciui-
tas abscōdi super montē cōstituta. Ideoq; in eodē
Psalmo cōnectit̄, In sole posuit tabernaculū suū: 2.Reg.12
id est, in manifestatiōe: sicut in Regnorū libris le-
gimus dictū, Quod tu in occulto feciſti patieris in
sole. Et ipse tancq; sponsus procedens de thalamo
suo, exultauit ut gigas ad currendā uiā, à summo
cœlo egressio eius: ecce habes aduentū dñi in car
ne. Et occursus eius usq; ad summū eius: ecce ha-
bes resurrectionē & ascensionē. Nec est qui se ab
scondat à calore eius: ecce habes aduentū spiritus
sancti quē in linguis igneis misit, ut furorē chari-
tatis ostēderet, quā, pfecto nō habet, qui cū Eccle
sia quæ in omnibus linguis est, non seruat unita-
C tē spiritus in uinculo pacis. Iā uero quod unū qui
dē baptismū esse dixisti, sed tamē tribus gradibus
consecratū, ipsaq; tria sic personis singulis disper-
titus es, ut aquā Ioanni, spiritūsanctū domino Iesu
Christo, & ignē tertiū paracleto desuper misso tri
bueris, quātus error sit, parūper aduerte. Eò q̄ppe
ductus es ut ita sentires, quia Ioānes ait, Ego qui- Matt.3
dē baptizo in aqua, qui aūt post me uenit maior
me est, ipse uos baptizabit inspiritusancto et igni.
Nec cōsiderare uoluisti, nō tria tribus singillatim
esse coaptata, aquā Ioāni, spiritū Christo, ignē pa-
racleto, sed tria hæc ad duos potiꝰ ptinere, unū ad
Ioannē, & duo cætera ad dñm. Neq; em̄ dictū est,
Ego quidē uos baptizo in aqua, qui aūt post me
D uenit maior me est, cuius nō sum dignus calciamē
ta portare, ipse uos baptizat in spiritusancto, qui
aūt post illū uēturus est paracletus, ipse uos bapti
zat in igne: sed, ego quidē, inqt, in aqua, qui autē
post me uenit, in spiritusancto & igni: unū sibi tri-
buit, illi duo. Vides ergo quēadmodū te fefellit nu
merꝰ. adhuc attēde, unū dixisti baptismū trib. gra
dibus consecratū, aqua, spiritusancto, igni, & tres
personas p̄ singula posuisti, Ioannē ad aquā, Chri
stū ad spiritū, paracletū ad ignē. Si ergo aqua Ioā-
nis ad eundē pertinet, cuius unitas commēdatur,
nō debuerunt baptizari iubente Paulo apostolo
quos cōpererat baptizaros à Ioāne, Iam enim ha
bebant aquā ad eundē, sicut dicis, baptismū perti
nentē: restabat ut spiritū & ignē acciperent, quia
defuerāt Ioanni, ut cōpleretur baptismus tribus,

ut

ut asseris, gradibus consecratus. Cū uero authoritate Apostolica iussi sunt baptizari, satis declaratū est aquā illam Ioannis non pertinere ad baptismū Christi, sed pro necessario tempore alterius dispēsationis fuisse. Postremo quid tibi uisum est cum probare uoluisses spiritū sanctum à Christo datū, & adhibuisses ex Euangelio testimonium, quòd resurgens à mortuis, insufflauit in faciem discipu-
Ioan.20 lorum dicens: Accipite spiritum sanctū: ad illum ultimū ignē qui cū baptismo nominatus est in linguis igneis, quæ paracleto uiuente demonstratæ sunt, uelles ostendere? Dixisti enim: Ipseq; ignis paracletus crepitantibus flāmis ardens in apostolos superuenit: quasi alius sit spiritus sanctus quem dixit insufflando in faciem discipulorū, & alius qui post eius ascensum in apostolos superuenit. Nunquid ergo duo sunt spiritus sancti? Quis hoc nisi dementissimus dixerit? Ipse itaq; Christus eundē spiritum sanctū dedit, siue inflando in facies discipulorum, siue desuper eum die pentecostes citra sacramenti cōmendationem mittēdo. Proinde nō Christus spiritū sanctum dedit & ignē paracletus, ut quasi cōpleretur quod dictū erat in spiritu sancto & igni, sed idem ipse Christus spiritū sanctum dedit, quem in terra positus suo flatu, in cœlo aūt positus linguis igneis demonstrauit. Nanq; ut noueris non tunc impletū esse quod dictum est: Ipse uos baptizat in spiritu sancto: quādo eis sufflauit in faciem, ut iam nō in spiritu, sed in igne baptizandi uenturo paracleto uiderentur: Reminiscere apertissimā scripturā, & uide quid eis dixerit quan-
Actо. 1 do ipse dominus ascendit in cœlum: Ioannes quidem baptizauit aqua, uos aūt baptizabimini spiritu sancto, quē recepturi estis non post multos hos dies ad pentecosten. Quid hoc testimonio clarius? Secundum aūt sensum tuū dicere debuit Christus: Ioannes quidem baptizauit aqua, uos aūt baptizati estis spiritu sancto quando uobis in faciem sufflaui, & deinde baptizabimini in igne, quē accepturi estis nō post multos hos dies: ut uidelicet cōplerētur illi tres gradus, quibus dicis unum baptismum consecratū. Ita fit, ut adhuc nescias quid sibi uelit quod dictum est: Ipse uos baptizat in spiritu sancto & igni, & temere uelis docere quod ne
Caput scis. Petilianus dixit: Sed ut plene discutiam baXXXIII ptismum Trinitatis, dixit apostolis suis dominus
Matt.28 Christus: Ite baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti, docentes eas seruare omnia quæcunq; mando uobis. Quē doces traditor, quē cōdemnas? Quē doces traditor, quē occidis? Postremo quē doces? An quem feceris homicidam? Quomodo igit̄ baptizas in nomine trinitatis? Patrem deū dicere non potes. nam cū dixerit domi-
Matt. 5 nus Christus: Beati pacifici, quia ipsi filij dei uocabuntur: tu qui pacē animi non habes, deū non habem patrē. Quomodo aūt in nomine filij baptizas qui tradis ipsum, quē filium dei non ullis passionibus nec crucibus imitaris? Quomodo autē baptizas in nomine spiritus sancti, cū spiritus sanctus in illos Apostolos uenerit qui non fuerāt traditores? Cum igitur uobis deus genitor non sit, nec aqua

A baptismatis uere nascimini, nemo uestrū penitus natus est, nec patrē habetis impij, nec matrē. Vos ergo huiusmodi dico nō baptizare, etsi ut carnem Iudæi quasi baptizant milies uos lauetis. AVG. respōdit: Certe ꝓposueras plene discutere baptismum Trinitatis, & intentos nos multum feceras, sed scilicet, qđ uobis facillimū est, & cito te ad solita maledicta uertisti. Hoc reuera copiose facis: Proponis em̄ tibi quos uis, in quos inueharis quā tum uis, in qua magna sermōis latitudine uno breuissimo uerbo quod dicit̄, proba, in arctissimas coarctaris angustias: Hoc enim tibi dicit semē Abrahæ, in quo cum omnes gentes benedicunt̄, non curant cum à te maledicunt̄. Sed tamen quia de baptismo agis, quem tunc putas esse ūerū cum in homine iusto est, falsum autē cum in homine iniquo
B est: ecce et ego secundū tuam regulā si discutiā baptismū Trinitatis, copiosius ut arbitror potero dicere, & nō habeat deū patrem cui comes est deus, nec Christum suū credat, nisi pro quo passus est, nec spiritū sanctum habeat, qui longe uario modo linguis igneis miserabilē Aphricam incendit: quo modo ergo habent baptismū, aut quomodo dant in nomine patris & filij & spiritus sancti? Certe iā aduertis posse in homine iniquo esse, uel ab homine iniquo dari baptismū, non iniquū sed iustum et uerum, nō quia illius est, sed quia dei est. Et ego tibi de isto nihil calūnior, quod tu de nescio qbus orbis terrarū facere nō cessas, & quod est intolerabilius, nec de ipsis aliquid probas. Illud uero nescio
C quomodo tolerari possit, ꝙ non solū hominibus sanctis de hominibus iniquis calūniamini, sed etiā ipsi sancto baptismati, quod in quolibet iniquo necesse est ut sanctū sit, crimen ex cōtagione peccatorum hominum cōparatis, ut tale dicatis esse baptisma, qualis est ille à quo habet̄ uel datur uel sumitur. Porrò si talis sit homo qualis fuerat ille cū quo accedit ad sancta, & talia fiūt ipsa sacramenta quales fuerint hoīes in qbus sunt, sufficit sanctis hominibus ad solatiū cum sancto baptismo cōmuniter à uobis falsum crimē audire: uos tantū uidete quēadmodum uestro ore dānemini, si & sobrij uestri ex cōtagione ebriosorū uestrorū ebriosi sunt, & misericordes uestri ex raptorū cōtagione raptores sunt, & quicquid apud uos in malis hominib. inuenitur, hoc cognoscunt̄ esse qui nō sunt, et ipse
D baptismus in omnibus immūdis uestris immūdus est, & pro ipsius immunditiæ diuersitate diuersus est, si talis esse cogitur qualis est ille à quo habetur & datur. Hæc utiq; falsa sunt, & ideo nobis nihil obsunt, cū ea dicitis in nos, nec respicitis uos: uobis aūt obsunt, quia cum ea falsa dicitis, in nos non cadunt, sed quia ea uera putatis, in uos recidunt.

Petilianus dixit: Nā si illos apostolis licuit baCaput ptizare, quos penitētię baptismo Ioānes abluerat, XXXIIII in his uos baptizare sacrilegos nō licebit. AVG. respōdit: Vbi est ergo qđ supra dixeras, nō alium baptismū fuisse Ioānis, alium Christi, sed unū baptismum tribus gradibus consecratū, quorū trium graduum aquam Ioannes, spiritū Christus, ignem paracletus dedit? Cur ergo aquam repetiuerunt

Universidad de Deusto
Biblioteca

Apostoli in eis quibus iam Ioannes aquam dederat pertinentē ad unum baptismum tribus gradibus consecratum? Cernis certe q̄ sit necessarium, ut sciat quisq; quod loquitur. Petilianus dixit,

Caput XXXV

Nec̄ ēm spiritus sanctus in quenq̄ manus impositione pontificis poterit inseri, nisi aqua pure cōscientiæ præcesserit generatrix. AVG. respondit: In his paucis uerbis tuis duo sunt errores: Et unus quidē ad quæstionē quæ inter nos discutit̄, nō ualde pertinet, sed te imperitiæ coarguit: Nam in centum uiginti homines sine cuiusq̄ manus impositione, in Cornelīū uero Centurionē & eos q̄ cum illo erant, etiam priusq̄ baptizarentur spiritus sanctus aduenit. Alter aūt error in his uerbis tuis totā causam uestrā penitus perimit: Dicis enim aquam puræ cōscientię præcedere oportere genitricē, ut spiritus sanctus cōsequatur. Proinde aut omnis aqua in nomine patris & filij & spiritus sancti cōsecrata puræ conscientię est, non propter eos à quibus ministratur, uel à quibus accipit̄, sed propter illum qui hūc baptismū immaculatus instituit, aut si aquam puræ cōscientiæ non facit nisi pura conscientia, & ministrantis hominis, et sumentis: quid agitis de ijs quos inuenitis ab eis baptizatos, qui nondum proditi cōscientiā maculosam gerebant: præsertim si inter istos baptizatos aliquis existat q̄ se fateatur malam cū baptizaretur habuisse conscientiam, q̄ per illam forte occasionē ad aliquod flagitium peruenire uoluisset? Cum ergo uobis fuerit manifestatū, nec illum qui ministrauit, nec illū qui accepit baptismū purā habuisse cōscientiam, denuo baptizandū esse censebitis? Nequaq̄ hoc dicturus, nequaq̄ facturus es. Baptismi ergo puritas à puritate uel immunditia cōscientiæ, siue dantis siue accipiētis omnino distincta est. Aude ergo iam dicere puræ cōscientiæ fuisse fraudatorē, raptorem, pupillorum & uiduarū oppressorem, coniugiorum separatorē, patrimoniorum alienorum proditorem, uenditorem, diuisorem. Aude etiam dicere puræ conscientiæ fuisse illos quos talibus temporibus defuisse difficile est: si qui forte nō propter Christum, nec propter uitā æternam, sed propter amicitias terrenas conciliandas, & cupiditates terrenas saciandas ab illo ut baptizarentur ambierunt. Porrò si hos puræ cōscientiæ fuisse nō audes dicere, si quos ex eo numero repereris baptizatos, da eis quā non acceperunt aquā pure conscientiæ: quod si non facis, desine aduersus nos iactare quod nō nosti, ne cogaris aduersus nos respōdere quod nosti.

Caput XXXVI

Petilianus dixit. Qui utiq̄ spiritus sanctus in uos uenire nō potuit, quos nō uel pœnitentię baptismus abluit, sed pœnitenda, quod uerū est, aqua polluit traditoris. AVG. respōdit: Traditores quidē non solum nos nō probatis, sed nec patres uestri patres nostros probare potuerunt: q̄ nisi probati essent, non utiq̄ patres nostri essent secundum tuam superiorē assertionem, quorū non essemus facta sectati: nec tamen propter eos à cōsortio diuelleremur unitatis, & à semine Abrahę in quo benedicunt̄ omnes gentes. Veruntamē si alia est aqua Christi, & alia est aqua traditoris, quia non fuit traditor Christus: cur nō alia sit aqua Christi, et alia sit aqua raptoris, quia nec raptor utique fuit Christus? Baptiza ergo tu post raptorē tuū, & baptizabo ego post traditorē nec meū nec tuum: aut si chartis prolatis credendū est, & meum & tuū: si aūt cōmunioni orbis terrarum magis q̄ parti Donati, non meū sed tuum. Meliore uero & saniore sententia, quia secundū Apostolicā uocem, unusquisq; nostrū proprium onus portabit: nec illeraptor uester est quotquot non estis raptores, nec quisq̄ traditor aut noster aut uester est quotquot nō sumus traditores. & ideo nos sumus catholici, qui secundū istam sententiā non deserimus unitatem: uos uero hæretici q̄ propter quorundā hominum crimina seu uera seu falsa, nō uultis tenere cū Abrahę semine charitatē.

Caput XXXVI Acto. 19

Petilianus dixit: Sed ut hæc ab Apostolis facta prę luceāt, eorū actibus edocemur, sicut scriptū est: Factum est aūt dum Apollo esset Corinthi, Paulus perambulatis superioribus partibus uenit Ephesum. Et cum inuenisset quosdā discipulos, dixit illis: Si spiritū sanctum accepistis credentes? At illi dixerūt: Sed nec̄ si est spiritus sanctus audiuimus. Dixitq̄ Paulus: In quo ergo baptizati estis? Et responderūt dicentes: Ioannis baptismo. Ait aūt Paulus: Ioannes baptizauit baptismo pœnitentię, plebi dicens in eum qui uenturus esset post ipsum ut crederēt, hoc est in Iesum Christum dominū nostrum. Quo audito, baptizati sunt in nomine domini Iesu Christi. Et cū imposuisset illis manus Paulus, uenit spiritus sanctus super illos, loquebātur aūt uarijs linguis & prophetabant: Et erant omnes uiri ferè duodecim. Si igit̄ illi sunt baptizati ut spiritū sanctum reciperēt, cur nō uos, si sanctū uultis spiritū sumere, post uestra mendacia uerā percipitis nouitatem? Qui si male hoc facimus, quare nos quęritis? aut certe si crimē est, Paulum primitus condemnate. Qui utiq̄ Paulus quod iam fuerat abluit, nos aūt in uobis quod nondū est baptizamus: Non enim uos ut sępe iam diximus uero baptismate tingitis, sed inani uocabulo falsi baptismatis infamatis. AVG. respondit: Paulum non accusamus qui dedit hominibus baptismum Christi, quia non habebant baptismum Christi, sed baptismum Ioannis, secundum ipsorū responsionem. Qui interrogati, in quo baptizati essent, responderunt, baptismo Ioannis: qui ad baptismū Christi non pertinet, nec eius pars ulla uel gradus est: alioquin aut tūc iterabatur aqua baptismi Christi, aut si baptismus Christi tunc per duas aquas perficiebat̄, minus perfectus est modo, quia nō datur illa quæ per Ioannē dabatur. Quodlibet autem horum impium & sacrilegū est opinari. Dedit ergo Paulus baptisma Christi eis qui non baptismū Christi habebant, sed Ioannis. Cur aūt illo tempore necessarius fuit baptismus Ioannis, qui nunc iam necessarius non est, & alibi diximus, & nunc ad rem quę inter nos agitur nō pertinet, nisi tantūmodo ut uideatur q̄ Ioannis baptismus alius fuit, Christi autem alius: sicut alius fuit ille baptismus, in quo patres nostros dicit Apostolus baptizatos in nube & in mari, quando per Moysen

1. Cor. 10

rubrum

rubrũ mare transierunt. Lex em̃ & Prophetæ usq; ad Ioannẽ baptistã sacramenta habebant prænun ciantia rem futurã, nostri uero temporis sacramen ta uenisse contestantur, quod illa uenturũ esse prę dicabant. Ioannes itaq; omniũ præcedentiũ proxi mus Christi annũciator fuit. Et quia omnes supe riorũ temporũ iusti & Prophetę cupiebant uidere cõpletum, quod reuelante spiritu futurũ esse cerne
Matt.13 bant, unde & ipse dominus dicit, Quoniam multi iusti & prophetæ cupierunt uidere quę uidetis & non uiderunt, & audire quæ auditis & non audie runt: propterea Ioannes amplius q̃ Propheta di ctus est, et in natis mulierũ non habuisse maiorem: quia prioribus iustis prænunciare tantũ Christum concessum est, huic aũt prænunciare absentem & uidere præsentem, ut huic inueniat̃ patuisse quod illi cupierunt. Et ideo sacramentum baptismi eius adhuc ad prænunciationẽ Christi pertinet, sed pla nè nouissimam: quoniam usq; ad illum fuerũt præ nunciationes primi aduẽtus domini, cuius aduen tus modo annũciationes sunt, iam nõ prænuncia tiones. Sed dominus humilitatis uiam docens, sa cramenta quæ hic inuenit, prænunciationis suæ su scipere dignatus est, nõ ad suæ purgationis adiuto rium, sed ad nostræ pietatis exemplũ: ut scilicet o stenderet nobis quanta deuotione susc̃ipere debe mus ea quæ illũ iam uenisse testantur, quando ipse susc̃ipere non dedignatus est, quæ illũ uenturum figurabant. Et Ioannes ergo quãuis proximus, & infra unum annum, coætaneus tamẽ cum baptiza ret uenienti præibat Christo, propter hoc de illo di
Mat. 13 ctum est: Ecce mitto angelum meum ante faciẽ tu am, qui præparabit uiam tuã. Et ipse prędicabat di
Malac. 3 cens: Venit fortior me post me. Sic ergo circunci sio octauę diei quæ patribus data est, prenũciabat iustificationẽ nostram, ut expoliationem carnaliũ cõcupiscentiarum per resurrectionẽ domini, quæ post septimũ, id est, sabbati diem, octauo die, id est, dominico facta est, qui dies tertius post sepulturã eius occurrit; eandem tamen prenunciantẽ circũ cisionem carnis infans Christus accepit. Et quem admodum pascha quod à Iudęis celebrabat̃ in oc cisione agni, prænũciabat domini passionẽ & tran situm de hoc mundo ad patrẽ, & ipsum tamen pa scha quod erat in eadẽ prenunciatiõe, idem domi nus cũ discipulis suis celebrauit quãdo ei suggesse
Matt.26 runt dicentes: Vbi uis paremus tibi pascha? Sic & baptismũ Ioãnis qui erat in proxima eius prænun ciatione, etiã ipse susc̃epit. Sed sicut aliud est carnis circũcisio Iudæorũ, aliud aũt quod octauo die ba ptizatorũ nos celebramus: & aliud est pascha qd̃ adhuc illi de oue celebrant, aliud aũt quod nos in corpore & sanguine domini accipimus: sic alius fuit baptismus Ioãnis, alius est baptismus Christi. Illis em̃ uentura ista prenunciabant̃: istis cõpleta il la prædicant̃. Et q̃uis illa Christus acceperit, no bis tamẽ necessaria nõ sunt, qa ipsum qui p hęc an nunciabatur accepimus. Recenti aũt aduentu do mini qsquis illa accepisset, opus ei erat ut etiã his imbueret̃; quisquis uero his imbut⁹ esset nõ opus erat ut retrorsus in illa cogeret̃. Quapropter noli te de Ioannis baptismo caliginẽ facere, cuius cau sa & ratio siue ista sit quam exposui, siue alia meli or certiorq; reddatur, illud tamen manifestum est, alium fuisse baptismũ Ioannis, alium Christi: & il lum Ioannis baptismum appellatum, quod & isto rum quos cõmemorasti responsio declarat, & ser mo ipsius domini, ubi ait Iudæis: Baptismus Ioan Matt. 21 nis de cœlo est an ex hominibus? Iste autẽ baptis mus non dicit̃ Cæciliani nec Donati nec Augusti ni nec Petiliani, sed baptismus Christi. Nã si impu dentes nos putas, quia post nos neminẽ uolumus baptizari, cum uideamus post Ioannẽ fuisse homi nes baptizatos, qui utiq; incõparabiliter maior est nobis, nunquid forte Ioannes et Optatus ęquales sunt? Ridiculum uidet̃, & tamen puto q̃ non eos æquales, sed maiorẽ credatis Optatũ. Post Ioannẽ quippe Apostolus baptizauit, uos baptizare post Optatum neminẽ audetis. An quia Optatus in u nitate uestra fuit? Iam hoc quibus præcordijs fusti neri possit ignoro: si amicus comitis cui comes e rat deus in unitate dicit̃ fuisse, & amicus spõsi præ ter unitatẽ. Quòd si Ioãnes maxime in unitate fuit, & nõ solũ Optato, sed omnibus nobis & oĩbus uobis lõge excellentior & maior fuit: & tamẽ post eum Paulus Apostolus baptizauit, quare uos post Optatũ non baptizatis, nisi forte in has angustias uos coarctat cęcitas uestra, ut dicatis Optatũ dare potuisse spiritum sanctum, Ioannẽ non potuisse? Quod si non dicitis, ne ab ipsis etiã insanis uestra rideat̃ insania, quid responsuri estis, cur post Ioan nem baptizandi fuerint homines, post Optatũ aũt nemo baptizandus sit, nisi quia illi baptismo Ioan nis fuerãt baptizati: quicunq; aũt Christi baptismo baptizantur, siue per Paulũ baptizentur, siue per Optatũ, nihil distare inter istorũ & illorum baptis mum, cum tantũ distet inter Paulum et Optatum. Redite ergo prętuaricatores ad cor, & nolite ex ho Esaiæ 46 minũ moribus & factis diuina sacramẽta pensare. Illa em̃ per eum facta sunt cuius sunt: sed digne tra ctata afferunt præmium, indigne aũt tractata iudi cium. Et q̃uis unum non sint qui dat sacramentũ digne & qui indigne tractauit: unũ est tamen illud siue digne siue indigne tractet̃, non ut ipsum me lius uel deterius fiat, sed ad uitã mortẽ ue tractan tium. Illud sanè quod dixisti, quia in illis quos ba ptizauit post Ioannẽ Paulus, quod iam fuerat ab luit, profecto nõ diceres si aliquantum consideres Act. 19 quid diceres. Si em̃ abluẽdus fuit baptismus Ioan nis, proculdubio sordidus fuit. Quid ergo iã te ur geã, recole aut lege, & uide unde hoc Ioãnes acce perit, reperies in quẽ effuderis istã blasphemiã: qd̃ cum repereris, saltẽ pectus tundat̃, si lingua nõ fre natur. Iã uero quod elegãter uobis dicere uidemi ni, si male hoc facimus quare nos quęritis? nõne aliquando recordamini, quia nõ quærunt̃ nisi qui perierũt? An & hoc uidere, ad ipsam perditionem pertinet? Posset em̃ & illa ouis tã absurde pastori dicere, si male facio q̃ à grege aberro, quare me quęris? nõ intelligẽs quare se putat nõ esse quęren dam, hãc esse unã causam quare quęrat̃. Quis aũt nos quęrit, siue per scripturas suas, siue p linguas

catholicas

catholicas & pacificas, siue per flagella temporalium tribulationū, nisi ille qui istam misericordiam nobis dispensat in omnibus? Quærimus ergo uos ut inueniamus: tantū enim uos diligimus ut uiuatis, quantū uestrum errorē odimus ut intereat qui uos perdit. Atq; utinā sic uos quæramus ut etiam inueniamus & de unoquoq; uestrum gaudēter dicamus: Mortuus erat & reuixit, perierat & inuentus est. Petilianus dixit: Si uos tenere catholicā unicum siue totum. Ecce in toto non estis, quia in partem cessistis. AVG. respondit: Et ego quidem Græce linguæ perparum assecutus sum, & prope nihil: non tamen impudenter me dico nosse ὅλον, non esse unum sed totum, & καθόλου secundū totum, unde catholica nomē accepit, dicente ipso domino: Non est uestrū scire tempora, quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis uirtutē spiritus sancti superuenientem in uos, & eritis mihi testes in Hierusalem & totam Iudæam & Samariam, & usq; in totam terrā. Ecce unde catholica uocatur. Sed ita clausis oculis offenditis in montem qui ex paruo lapide, secundū prophetiā Danielis, creuit & impleuit uniuersam terrā, ut nobis dicatis, ꝙ in partem cesserimus & in toto non simus, quorū cōmunio uniuerso orbi diffunditur: Sed quemadmodum si mihi diceres ꝙ ego sim Petilianus, non inuenirem quemadmodū te refellerem, nisi ut aut iocantem riderē, aut insanientem dolerem: hoc mihi nunc faciendum esse uideo: sed quia iocari te non credo, uides qd restet. Petilianus dixit: Sed non est pars tenebrarum contra lucem, nec pars amaritudinis cum melle: non est pars uitæ cum morte, nō est pars innocentię cū reatu: non est pars aquæ cum sanguine, nec amurcæ cū oleo pars, licet sit feculenta cognatio, sed cuncta reproba defluēt. Ipsa est sentina uitiorū, dicente Ioanne: Ex nobis exierunt, sed nō sunt de nobis. Nam si essent de nobis, permansissent utiq; nobiscū. Non est aurū cum fordibus suis, omnia preciosa purgant. Scriptum est nanq;: Sicut aurum probat fornax, ita & iustos uexatio tribulationis. Nō est pars crudelitas mansuetudinis, nec religio sacrilegij, nec pars Macarij penitus potest esse nostra, quia ritus nostri similitudinem maculat. Acies nanq; inimica nō pars est quę implet nomē hostile, quę si uere pars dicit, sententiam cōgruā Salomonis incurret. Pereat pars eorum de terra. AVG. respōdit: Hęc uerba iactare et nihil probare, quid est nisi delirare? Attēdis zizania per mundū, & triticū non attēdis, cum per totū utraq; iussa sint crescere. Attendis semen maligni quod tēpore messis separabit, & nō attendis semē Abrahę in quo benedicunt omnes gentes. Quasi uero uos iam sitis massa purgata, et mel syncerū et eliquatū oleum, & aurū purum, nec ipsa species dealbati parietis. Vt em̄ de uitijs cęteris taceā, numquid ebriosi partē faciunt sobriorū, aut deputant auari in parte sapientū? Si mansueti homines lucis uocabulū tenent, furor circūcellionum ubi nisi in tenebris deputabit? Cur ergo per tales baptismus datus apud uos ualet, & per quoslibet in orbe terrarum idem Christi baptismus nō ualet? Cernis nē pe ad illud uos esse ab orbis terrarū cōmunione separatos, ut non quidē sitis omnes ebriosi, nec omnes auari, nec oēs uiolenti, sed omnes hęretici, ac per hoc omnes impij, et omnes sacrilegi. Quod autem uniuersum orbē terrarū Christiana societate gaudentē Macarij partē uocatis, quis hoc sano cerebro diceret? Sed quia uos de parte Donati esse dicimus, quæritis hominē de cuius parte nos esse dicatis: & in magnis angustijs nominatis nescio quē si forte in Aphrica cognitū, in alijs autē orbis partibus ignotū. Quapropter ecce respōdet uobis uniuersum semen Abrahę de uniuersa terra. Macarium istū de cuius parte nos dicitis, omnino nō nouimus. Respondete uicissim nō uos nosse Donatum: sed & si partē Optati uos esse dicamus, qa uestrū potest dicere, nescire se Optatū, nisi forte facie, sicut nec Donatum? Sed gaudetis uidelicet de nomine Donati, nunquid & de nomine Optati? Quid ergo uobis prodest Donatus, cū uos omnes coinquinauerit Optatus? Quid uobis prodest sobrietas Donati, cum Circūcellionū ebrietate polluamini? Quid uobis prodest secundū uestram opinionē innocentia Donati, cum Optati rapacitate maculemini? Hic em̄ est error uester, ut amplius putetis ualere iniquitatē hominis ad alium contaminandum, q̄ iustitiam hominis ad alium purificandum. Itaq; si duo pariter diuina sacramenta cōmunicent, unus iustus, alius iniquus, sed ita ut nec iste illius iniquitatem, nec ille huius imitetur iustitiam: non dicitis ex hoc fieri ambos iustos, sed ambos iniquos, ita ut & illud sanctū quod pariter sumunt, immundum fiat, & amittat propriam sanctitatem. Vbi sibi inuenit tales aduocatos iniquitas, quibus delirantibus ita uictrix putetur? Vt quid ergo uobis plauditis de nomine Donati in tanto peruersitatis errore, ubi non Petilianus quidem esse meretur quod Donatus, sed ipse Donatus esse cogitur quod Optatus? Dicat autem domus Israel: Pars mea dominus: dicat semē Abrahæ in omnibus gētibus: Dominus pars hæreditatis meę. Nouit enim quomodo dicat in Euangelio gloriæ beati dei. Nam & uos per sacramentum quod in uobis est, sicut Caiphas domini persecutor, nescientes prophetatis. Quod enim Græce μακάριος, Latine beatus est: Ita planè de parte Macarij sumus. Quid enim est Christo beatius, cuius sumus, ad quem cōmemorantur & conuertuntur uniuersi fines terræ, & in cuius cōspectu adorant uniuersæ patriæ gentium? Itaq; maledictionem tuam ultimam in peruersum de Salomone usurpatam, nō timet pars huius Macarij, id est, huius beati, ne pereat de terra. Quod enim dictū est de impijs, hoc uos ad Christi hæreditatem conuertere conamini, & hoc esse factum nephanda impietate contenditis. Cum enim de impijs ille loqueretur, ait: Pereat pars eorum de terra. Cum autem uos dicitis illud quod scriptum est: Dabo tibi gentes hęreditatem tuam, & cōmemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ: iam istam promissionem perijsse de terra, in Christi hæreditatem

Luc. 15
Caput XXXVIII
Acto. 1
Daniel. 2
Caput XXXIX
1. Ioan. 2
Eccle. 27
Psal. 11
πάσχα

tatem retorquere uultis, quod de sorte prędictum est impiorum: sed manente atq; crescente Christi hæreditate, cum ista dicitis uos peritis. Non enim ubiq; per sacramẽtum dei prophetatis, quãdoquidem his per uestram insaniam male optatis. Sed plus ualet prædictio Prophetarum quàm maledictio pseudoprophetarũ. Petilianus dixit: Paulus quoq; Apostolus clamat: Nolite iugum ducere cum infidelibus. Quæ enim participatio iustitię cum iniquitate, aut quę societas luminis cum tenebris? Quę autẽ cõuentio Christi ad Belial, aut quę pars fideli cum infideli? AVG. respondit: Verba Apostoli agnosco, sed quid te adiuuent omnino non uideo: Quis enim nostrum dicit esse participationem iustitiæ cum iniquitate, etiam si iustus & iniquus, sicut Iudas & Petrus, pariter sacramenta communicent? Ex una quippe re sancta Iudas sibi sumebat iudicium: Petrus salutem: sicut tu si dissimilis eras cum Optato sacramẽtum sumebas, & raptor sicut ille nõ eras. An rapina iniquitas nõ est? Quis ita insaniat ut hoc dicat? Quæ ergo participatio iustitiæ tuæ cum illius iniquitate, quando ad unum accedebatis altare? Petilianus dixit: Et iterum docuit ne schismata nascerẽtur: Dico autem uobis, quod unusquisque uestrum dicit: Ego quidem sum Pauli, ego autẽ Apollo, ego uero Cephæ, ego autẽ Christi: Nunquid diuisus est Christus? Nunquid Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine Pauli baptizati estis? AVG. respondit: Memẽtote qui hęc legitis, Petilianus ex Apostolo ista cõmemorat. Quando enim credere tis sic eum pro nobis contra se dicere? Petilianus dixit: Si rudibus, si iustis Paulus hæc dixit, ego uobis iniustis hæc dico: Nunquid diuisus est Christus ut uos ab ecclesia scinderetis? AVG. respondit: Vereor ne quisq; in hoc opere nostro scriptorem arbitrer errasse & illic fecisse, Petilianus dixit, ubi debuit facere, Aug. respondit: sed uideo quid egeris, quasi prę occupare uoluisti ne nos ista diceremus. Sed quid fecisti nisi ut bis dicant? Si ergo sic te delectat audire quæ sunt aduersus uos ut ea dicuntur, audi illa peto à me Petiliane: Nunquid diuisus est Christus ut uos ab ecclesia scinderetis? Petilianus dixit: Nunquid pro uobis Iudas traditor laqueo suo mortuus est, aut eius uos moribus tingitis, cuius facta sectãtes raptis thesauris ecclesię nos Christi hęredes potestatibus seculi uenũdatis? AVG. respõdit: Non pro nobis Iudas, sed Christus mortuus est. Cui dicit ecclesia toto orbe diffusa: Respondeã exprobrantibus mihi uerbum, quoniã in uerba tua supsperaui. Cum ergo audiam uerba domini dicẽtis: Eritis mihi testes in Hierusalem, & in totã Iudęam & Samariã, & usq; in totam terrã. Et per Prophetam: In omnẽ terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum: malorum commixtio corporalis me nulla perturbat, sed noui dicere: Suscipe seruum tuum in bonum, non calumnientur me superbi. Non ergo curo uanũ calumniatorẽ, quia idoneum teneo promissorem. Si autem de rebus uel locis ecclesiasticis quos tenebatis & nõ tenetis querimini, possunt & Iudæi se iustos dicere, et iniquitatem nobis obijcere, quia locum in quo impie regnauerunt, modo Christiani possident. Quid ergo indignũ si ea quæ tenebant hæretici, secundum parem domini uoluntatẽ catholici tenent? Ad omnes em̃ similes, id est, ad oms impios et iniquos illa uox domini ualet: Auferetur à uobis regnum dei, & dabitur genti faciẽti iustitiam. An frustra scriptum est: Labores impiorum iusti edent? Quapropter magis mirari debetis quòd adhuc tenetis aliquid, quàm quod aliquid amisistis. Sed neque hoc miremini, paulatim em̃ cadit paries dealbatus. Respicite tamen Maximinianistas quę loca tenebant, & quib. inde agẽtibus & expugnãtibus pulsi sint. Et si hoc pati iustitia est, & facere iniquitas, aude loqui si potes. Primò quia uos fecistis, illi passi sunt: deinde quia secundũ regulam iustitiæ huius tu inferior inueniris: Illi enim per iudices à catholicis imperatoribus expulsi sunt ex locis antiquis, tu autem nec per ipsorum Imperatorum iussa de basilicis expelleris unitatis. Vnde? nisi quia minoris meriti es, non solum cęteris collegis tuis, sed etiam istis ipsis quos certe ut sacrilegos plenarij cõcilij uestri ore dãnastis. Petilianus dixit: Nos enim, ut scriptũ est, baptismo nostro Christum induimus traditũ, uos uestro contagio Iudam induitis traditorem. AVG. respondit: Possem & ego dicere, uos uestro contagio Optatum induitis proditorem, raptorem, oppressorem, separatorem: sed absit ut cupiditas reddendi maledicti me prouocet ad aliquã falsitatem: nec uos enim illũ induitis, nec nos istũ. Itaque si quis ad nos ueniens in nomine Optati se baptizatum esse respondeat, & baptizetur in nomine Christi, & uos quotquot à nobis ueniẽtes baptizastis, si in nomine traditoris se baptizatos dixerant, nõ reprehendimus quod fecistis: si autem in Christi nomine baptizati erãt, nõ uidetis quanto errore arbitremini uarietate humanorum uitiorum diuina sacramẽta uariari, aut in te cuiusquam sordibus polluí. Petilianus dixit: Sed si istę sunt partes, nihil nobis præiudicant nomina cum paucis. Duæ nanque uiæ sunt, una angusta qua pergimus: alia est impijs qua peribunt, & tamen longe discernitur uocabuli æqualitas, ne uia iustitiæ consortio nominis maculetur. AVG respõdit: Timui sti comparatam multitudini uestræ multitudinem orbis terrarũ, & ad paucitatis laudem per angustã uiam gradientem te conferre uoluisti. Vtinam non ad eius laudem, sed ad ipsam uiam te contulisses, profecto conspiceres eandem paucitatem in Ecclesia esse omnium gentium, sed paucos dici iustos in comparatione multorum iniquorum: sicut in cõparatione paleæ possunt pauca grana dici uberrimæ segetis, quæ tamen per seipsa in massam redacta implent horreum. Nam sicut in tribulationibus amissorum locorũ, sic etiam in paucitate, si in his putas esse iustitiam, te ipsi Maximinianistę superabunt. Petilianus dixit: Primo psalmo Dauid beatos & impios separat, nõ pares scilicet faciens, sed ab omnibus impijs separans sanctitatem. Beatus uir qui non abijt in concilio impiorũ, & in

Cap. XL 2. Cor. 6
Cap. XLI 1. Cor. 1
Cap. XLII
Cap. XLIII
Psal. 118
Act. 1
Psal. 18
Psal. 118
Mat. 21
Psal. 104
Cap. XLIIII Gal. 3
Cap. XLV
Cap. XLVI
Psal. 1

& in uia peccatorum non ſtetit. Ad uiam iuſtitiæ redeat qui errauerat ut periret. Et ſuper cathedrã peſtilentiæ non ſedit. Cum ita cõmoneat, ò miſeri quid ſedetis? Sed in lege domini uoluntas eius, & in lege domini meditabitur die ac nocte. Et erit ue lut lignum quod plantatũ eſt circa decurſus aquarum, quod fructum ſuum dabit in tempore ſuo. Et folium eius non decidet, & omnia quæcunque fecerit, proſpera procedent. Non ſic impij non ſic, ſed tanquam puluis quem proijcit uentus à facie terræ, implet oculos ut excęcet. Propterea nõ exurgent impij in iudicio, neq; peccatores in concilio iuſtorum. Quoniam ſcit dominus uias iuſtorum, & iter impiorum peribit. AVG. reſpondit: Quis non in ſcripturis diſcernat hæc duo genera hominum? Sed uos maledicti paleæ crimina etiã frumentis obijcitis: & cum ſola palea ſitis, ſolum frumentum uos eſſe iactatis. Prophetæ aũt uerũ etiã utrunq; hoc genus ante uentilationem quæ in die iudicij futura eſt, permixtum eſſe dicunt per totum mundum, id eſt, per totum agrũ domini. Veruntamen admoneo ut iſtum primum pſalmũ Gręce legas, ita non audebis pro crimine obijcere orbi terrarũ partem Macarij, quia ſorte intelligeres cuius Macarij ſit pars in omnibus ſanctis, quę per omnes gẽtes benedicunt in ſemine Abrahę. Quod enim ſcriptum eſt Latine: Beatus uir, Græce habet μακάριος ἀνὴρ. Ille autem Macarius qui uobis diſplicet, ſi malus fuit, nec in hac ſorte eſt, nec huic ſorti obeſt. Si autem bonus, opus ſuum probet, ut in ſeipſo habeat gloriam & non in altero. Petilianus dixit: Noſtri aũt baptiſmatis laudes idem Pſalmographus decantauit: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit, in loco paſcuæ ibi me collocauit. Super aquam refectiõis educauit me, animam meam conuertit. Deduxit me ſuper ſemitas iuſtitiæ propter nomen ſuum: Nam & ſi ambulauero in medio umbræ mortis, ſi me, inquit, perſecutor occidat, nõ timebo mala, quoniam tu mecum es. Virga tua & baculus tuus, ipſa me conſolata ſunt. Inde uicit Goliam oleo chriſmatis loricata: Paraſti in conſpectu meo menſam, aduerſus eos qui tribulant me. Impinguaſti oleo caput meum, & calix tuus inebrians perquam optimus: Et miſericordia tua ſubſequetur me omnes dies uitæ meæ. Vt inhabitem in domo domini, in longitudine dierũ. AVG. reſpondit: Iſte pſalmus de his loquitur qui bene ſuſcipiunt baptiſmum, & ſancto ſancte utuntur. Non enim hæc uerba iſta etiam ad Simonem magum pertinent, qui tamen eundem ſanctum baptiſmum accepit: & quia eo ſancte uti noluit, non ideo illum inquinauit, aut repetendum talibus docuit. Sed quia Goliæ commemorationem feciſti, attende illum de ipſo Golia Pſalmũ, & uide quia in cantico nouo depictus eſt: ibi enim dicitur: De us canticũ nouũ cantabo tibi, in pſalterio decem chordarum pſallam tibi. Et uide utrũ ad hoc canticum pertineat q orbi terrarũ cõmunicat. Alibi enim dicit: Cantate domino canticũ nouũ, cantate domino oẽis terra. Omnis ergo terra in cuius unitate nõ eſtis, cantat canticũ nouum, & omnis terrę ſunt quoq; uerba iſta: Dominus paſcit me, & nihil mihi deerit &c. Non ſunt hæc uerba zizaniorum, quãuis uſq; ad meſſem in una ſegete tolerentur. Nõ ſunt uerba paleæ ſed tritici, cuius eadem pluuia ſimulq; nutriantur, eadem area ſimulq; triturentur, donec ultimo uentilabro abinuicem ſegregentur. Quæ duo utiq; communiter unum habent baptiſmum, cuius non ſint unum. Sed & ſi pars ueſtra eſſet Eccleſia dei, certe fatereris iſtum Pſalmũ non ibi pertinere ad furioſas cateruas Circũcellionũ. Aut ſi & ipſi per ſemitas iuſtitiæ deducuntur, quare negatis eos comites ueſtros eſſe cum uobis obijciuntur, quamuis plerunq; paucitatẽ conciſionis ueſtræ, non uirga & baculus dei, ſed fuſtes eorum conſolentur, quibus uos & aduerſus leges Romanas tutos eſſe arbitramini: in quas incurrere quid eſt aliud q; ambulare in medio umbrę mortis? Sed non timet mala cũ quo dominus eſt. Certe tamen non audebis dicere etiã iſtorum furioſorũ eſſe uerba quę in hoc Pſalmo cantant, & tamen habere eos baptiſmũ, non ſolum confitemini, ſed etiã profitemini. Non dicunt ergo iſta niſi qui aqua ſancta reficiuntur, ſicut omnes iuſti dei, non qui ea male utendo ſubuertuntur, ſicut magus ille à Philippo baptizatus, & tamen ipſa in utriſq; una & ſancta eſt. Non dicunt iſta niſi qui ad dextrã pertinebũt, ſed tamẽ eadem paſcua ſub uno paſtore & oues & hirci paſcunt, donec ut debita recipiant, ſegregentur. Non dicunt iſta niſi qui de menſa domini uitã ſumunt ſicut Petrus, non iudicium ſicut Iudas: & tamen ipſa utriq; fuit una, ſed non utriq; ualuit ad unum, quia ipſi non erant unum. Non dicunt iſta niſi qui oleo ſancto etiam in ſpiritu beatificantur, ſicut Dauid, non qui in ſolo corpore conſecrantur, ſicut Saul: & tamen cum ambo unũ ſumpſiſſent, non eis impar ſacramentum, ſed impar meritum fuit. Non dicunt iſta niſi qui calicem domini in uitam æternam mutata mente ſuſcipiunt, non qui iudicium ſibi manducant & bibunt, ſicut Apoſtolus ait, & tamen utriſq; non unis calix ille unus eſt, inebriãs ad capeſſenda cœleſtia martyres, non ad funeſtanda præcipitia Circũcelliones. Memento ergo ſacramentis dei nihil obeſſe mores malorum hominum, quò illa uel omnino non ſint, uel minus ſancta ſint, ſed ipſis malis hominibus ut hæc habeant ad teſtimonium damnationis, nõ ad adiutorium ſanitatis. Saltẽ quippe ipſa uerba ultima Pſalmi huius conſiderare debuiſti, & propter eos qui baptiſmo accepto apoſtatant intelligere, non ab omnibus qui ſanctum baptiſma accipiunt poſſe dici: Vt inhabitem in domo domini in longitudine dierum: & tamen ſiue permanentibus ſiue lapſis, cum ipſi non ſint unum, baptiſmus unus eſt: & cum ipſi non utriq; ſancti ſint, baptiſmus in utriſq; ſanctus eſt: quia & apoſtatæ ſi redeant, non quaſi eum amiſerint baptizantur, ſed quòd in ſe permanenti iniuriam fecerint humiliantur. Petilianus dixit: At ne uos ſanctos eſſe dicatis, primum id aſſero, quia qui non fuerit innocens non habet ſanctitatem. AVG. reſpondit: Oſtende nobis tribunal ubi ſediſti, ut ante te ſtaret orbis terrarum

Cap. XLVII

Pſal. 22

Pſal. 32

Pſal. 95

1. q. 1. mimi

Pſal. 22

rum, & quibus oculis, non dico conscientias om-
nium, sed uel actus inspexisti & discussisti, ut eum
perdidisse innocentiam iudicares. Ille qui raptus
1.Cor.4 est usq; in tertium cœlum, dicit, Sed neq; ego me-
ipsum dijudico: & tu de uniuersa terra qua hæredi-
tas Christi dilatatur audes ferre sententiam. Dein-
de si satis absolutum tibi uidetur quod dixisti, Qui
non fuerit innocens non habet sanctitatem: Quę-
ro si non habebat Saul sacramenti sanctitatẽ, quid
1.Reg.10 in eo Dauid uenerabatur? Si autem habebat innо-
centiam, quare innocentem persequebatur? Nam
eum propter sacrosanctam unctionem & honora-
uit uiuũ & uindicauit occisum. Et quia uel panni-
culum ex eius ueste pręscidit, percusso corde trepi-
dauit. Ecce Saul non habebat innocentiã, & tamẽ
habebat sanctitatẽ, non uitæ suæ, sed unctionis: nã
hoc sine innocẽtia nemo potest, sed sacramẽti dei B
Ca. XLIX quod & in malis hominibus sanctum est. Peti-
lianus dixit, Nam si legem perfidi nostis, sine iniu-
ria ipsius legis hæc dixerim, hanc & diabolus no-
uit. Namq; domino deo in causa Iob iusti, quasi iu-
stus ita de lege respondit, sicut scriptum est, Dixit
Iob.2 dominus diabolo, Respexisti in puerum Iob, quia
nõ est similis illi in terra, homo sine malitia, uerus
dei cultor, abstinens se ab omni malo, perseuerans
in simplicitate, tu autem petisti ut omnem rem il-
lius perderes sine causa. Et respondit diabolus &
dixit domino, Corium pro corio, & omne quod-
cunq; habuerit homo pro anima sua dabit. Ecce le-
galiter loquitur qui nititur cõtra legem. Et iterum
dominum Christum sermonibus suis sic ausus est
Matt.4 attentare, sicut scriptũ est, Assumpsit diabolus Ie- C
sum in sanctam ciuitatem, & statuit eũ super pin-
nam tẽpli, & dixit ei, Mitte te deorsum: Scriptũ est
Psal.90 enim, Quia angelis suis mandauit de te, ut manibus
tollãt te, ne forte offendas ad lapidem pedem tuũ.
Deut.6 Ait Iesus, Iterum scriptum est, Non tentabis domi-
num deum tuum. Nostis, inquam, sicut diabolus
legem, qui in suis conatibus uincitur & in actibus
erubescit. AVG. respõdit, Possem quidem quæ-
rere abs te, in qua lege scripta sunt uerba quæ dia-
bolus dixit, cum sanctum uirũ Iob apud deum cri-
minaretur, si hoc mihi esset propositũ, demõstrare
legẽ quã dicis diabolum nosse, teipsum nõ nosse:
sed quia non inde inter nos quęstio est, hoc prę-ter
mitto. Si autem conatus es ostendere diabolũ le-
gisperitum, quasi nos dicamus omnes qui uerba le- D
gis nouerunt iustos esse. Quid ergo te adiuuet qđ
de diabolo commemorare uoluisti, non uideo, nisi
forte ut nobis ueniret in mẽtem, quomodo ipsum
diabolum uos imitamini. Sicut enim ille cõtra la-
torẽ legis proferebat uerba legis, sic & uos ex ue-
bis legis accusatis homines quos ignoratis, ut dei
promissis quæ in ipsa lege scripta sunt resistatis.
Deinde uellem mihi diceres, Confessores illi ue-
stri quando seipsos præcipitant, cui dicant marty-
rium, utrum Christo qui talia suggerentem diabo-
lum repulit, an potius ipsi diabolo qui talia Chri-
sto facienda suggessit? Duæ sunt maxime uiles at-
23.q.5.ca.tu que usitatæ mortes eorum qui seipsos interimunt,
dixisti laqueus & præcipitium. Tu certe dixisti in primis

A partibus huius epistolæ, Laqueo traditor perijt, la-
queum talibus dereliquit: hoc ad nos omnino nõ
pertinet, Neq; enim ueneramur nomine martyrũ
eos q̃i sibi collum ligauerunt. Quãto autem nos
probabili⁹ in uos dicimus, magister traditoris dia-
bolus præcipitiũ Christo suadere uoluit, & repul-
sus est. Quid ergo dicendi sunt quibus hoc suasit
& auditus est? Quid em̃, nisi inimici Christi, ami-
ci autem diaboli, discipuli seductoris, condiscipu-
li traditoris: Spontaneas enim mortes ab uno ma-
gistro utriq; didicerunt, ille laqueum, isti præcipi-
tium. Petilianus dixit, Sed ut uestra singula de- Cap.L
struamus, si sacerdotes uos dicitis, sic à domino
deo dictum est per prophetã, Vltio domini super
falsos sacerdotes. AVG. respondit, Quære po-
tius quid uerũ dicas, non unde male dicas, & quid
B doceas, non quid obijcias. Petilianus dixit, Si Cap.L I
cathedram uobis miseri uendicatis, ut superius di-
ximus, habetis illam profecto quã Dauid prophe-
ta psalmographus pestilentiæ cathedram pronun-
ciauit, uobis enim iuste relicta est, quia in ea sancti
sedere non possunt. AVG. respondit, Et hæc nõ
uides non aliqua esse documenta, sed uana conui-
tia, Hoc enim est illud quod pauloante dixi, Ver-
ba legis dicitis, sed in quos dicatis non attenditis:
sicut diabolus uerba legis dicebat, sed cui diceret
non agnoscebat. Ille caput nostrum sursum ascen-
surum, deorsum uolebat deijcere: uos autem cor-
pus eiusdem capitis quod per totam terram diffu-
sum est, ad exiguam partem uultis redigere. Certe
ipse paulo ante dixisti, nos legem nosse & legali-
C ter loqui, sed in actibus erubescere. Dicis quidem
ista nihil probans, sed & si de aliquibus probares,
de his cæteris non præscriberes. Veruntamẽ si o-
mnes per totum orbem tales essent quales uanissi-
me criminaris, cathedra tibi quid fecit ecclesię Ro- Petrus ponti-
manæ in qua Petrus sedit, & in qua hodie Anasta- fex Romanus
sius sedet: uel ecclesiæ Hierosolymitanæ, in qua la-
cobus sedit, & in qua hodie Ioannes sedet, quibus
nos in catholica unitate connectimur, & à quibus
uos nephario furore separastis? Quare appellas
cathedram pestilentię cathedram apostolicam? Si
propter homines quos putas legem loqui & nõ fa-
cere, nũquid dominus Iesus Christus propter pha-
risæos de quibus ait, Dicunt enim & non faciunt,
cathedræ in qua sedebãt ullam fecit iniuriã? Nón-
D ne illam cathedram Moysi commendauit, & illos
seruato cathedræ honore redarguit? Ait enim, Ca- Matth.23
thedram Moysi sedent, quæ dicunt facite, quæ au-
tem faciunt facere nolite: dicunt em̃ & non faciũt.
Hæc si cogitaretis, non propter homines quos in-
famatis blasphemaretis cathedram apostolicã cui
non communicatis. Sed quid est aliud quàm nesci-
re quid dicere, & tamen nõ posse nisi maledicere.
Petilianus dixit, Si sacrificia uos facere iudica- Cap.L II
tis, de uobis quippe nequissimis deus ipse sic dicit,
Facinorosus, inquit, qui sacrificat mihi uitulum, Esaiæ 66
quasi canem occidat, & qui ponit similaginẽ, qua-
si sanguinem porcinum fundat, Scitote uestrum
sacrificiũ qui sanguinem humanum iam fudistis.
Et iterum, Sacrificia eorũ quasi panis luctus, omnis Osee 9

qui manducabit ex illo inquinabitur. AVG.re A
1.q.1.c.dominus spondit, Nos dicimus tale cuiq; sacrificium fieri, qualis accedit ut offerat, & qualis accedit ut sumat, & eos de sacrificijs talium māducare, qui ad illa tales accedūt quales & illi sunt. Itaq; si offerat deo malus & accipiat inde bonus, tale cuique esse
Tit.1 qualis quisq; fuerit, quia & illud scriptum est, Omnia munda mundis. Per hanc sententiam ueridicam & catholicam etiam uos Optati sacrificio nō estis polluti, si facta eius displicebant uobis, Nam utiq; panis illius panis luctus erat, sub cuius iniquitatibus Aphrica tota lugebat: sed panē luctus omnibus uobis communem esse, omnium uestrū malum schismaticis facit. Nam secundum concilij uestri sententiam Felicianus Mustícanus humanum sanguinem fudit, Dixistis enim cum eos da-
Psal.13 mnaretis, Veloces pedes eorum ad effundendum B sanguinem. Vide ergo quale sacrificiū offerat, quē sacerdotem habetis cum eum sacrilegum damnaueritis, & si hoc uobis nihil obesse arbitramini, rogo uos, uanitas calumniarum uestrarum quid obe-
Cap.LIII rit orbi terrarū? Petilianus dixit, Si precem domino facitis aut funditis orationē, nihil uobis penitus prodest, Vestras enim debiles preces cruenta uestra cōscientia uacuat, quia dominus deus puram magis cōscientiam quàm preces exaudit, do-
Matt.7 mino Christo dicente, Non omnis qui dicit mihi domine domine, intrabit in regnum cœlorū, sed is qui facit uoluntatē patris mei qui in cœlis est. Voluntas dei utiq; bona est, nam ideo in sacra oratio-
Matth.6 ne sic petimus, Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: ut quia bona eius uoluntas est, nobis quæ C bona sunt largiatur. Vos ergo uoluntatem dei nō facitis, quia mala quotidie perpetratis. AVG.re spondit, Ista omnia si & nos in uos dicamus, nónne qui nos audierit, insanos potius litigatores q̄; Christianos disputatores, si ipse sanus est, iudicabit? Non ergo reddimus maledictum pro maledi-
2.Tim.2 cto, Seruum enim domini nō oportet litigare, sed esse mitem ad omnes, docibilem, in molestia corripientem diuersa sentientes. Si ergo uobis obijcimus eos qui mala apud uos quotidie perpetrant, inepte litigamus, alios ex alijs accusantes. Si autē uos admonemus, ut sicut illa uobis nō uultis obijci, sic nobis nō obijciatis aliena, in modestia uos
Cā.LIIII corripimus, si qui aliquando resipiscatis. Petilianus dixit, Si uero forte, quod nescio, dæmonia pel D litis, nec id uobis proderit: quia nec fidei uestræ, nec meritis cedunt ipsa dæmonia, sed in nomine domini Iesu Christi pelluntur. AVG. respōdit, Gratias deo, quia tandem confessus es posse ualere inuocatum nomen Christi ad aliorum salutem, etiam si à peccatoribus inuocet. Hinc ergo intelli ge cum Christi nomen inuocatur, non obesse aliorum saluti aliena peccata. Nos autē quomodo inuocemus nomen Christi, nō tuo iudicio nobis opus est, sed ipsius qui inuocat à nobis. Solus enim potest nosse quo corde inuocetur. Ex eius tamen uerbis certi sumus ab omnibus gētibus eum saluCap.LV briter inuocari quæ benedicūtur in semine Abrahæ. Petilianus dixit, Et si prorsus uirtutes & mirabilia faciatis, propter uestram nequitiam nec sic uos dominus nouit, domino ipso dicēte, Multi dicent mihi in die illo, Domine domine, in nomine tuo Matth.7 pphetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in tuo nomine uirtutes multas fecimus. Tunc dicam illis, quoniam non noui uos, Discedite à me operarij iniquitatis. AVG. respondit, Agnoscimus uerba domini. Hinc & Apostolus 1.Cor.13 ait, Si fidem habeam ita ut mōtes transferam, charitatem autē non habeā, nihil sum. Hic ergo quærendum est quis habeat charitatem: inuenies non esse nisi eos qui diligunt unitatem. Nam de exclusione dæmonum, & de potentia miraculorū, quoniam plerisq; talia non faciunt, & tamen ad regnū dei pertinent: plerisq; autem faciunt, & non pertinent: nec nostri nec uestri debēt gloriari, si qui forte ista possunt: quandoquidem nec Apostolos qui uere ista salubriter atq; utiliter poterant, uoluit do-
Luce.11 minus gaudere de talibus quādo eis ait, Nolite in hoc gaudere qđ dæmonia uobis subiecta sint: gaudete autem quod nomina uestra scripta sunt in cœlo. Quapropter ista quæ ex euangelio posuisti, & ego tibi possem dicere, si te uiderem signorū uirtutes operantem: & tu mihi, si me talia facientem uideres. Nō ergo uobis dicamus quæ possunt & ex alia parte dici: & remotis ambagibus, quoniā ubi sit ecclesia Christi quærimus, ipsum qui eā suo sanguine redemit, audiamus dicentem, Eritis mihi te-
Actu.1 stes in Hierusalem & in totam Iudæam & Samariam, & usq; in totam terram. Huic ecclesiæ quæ per totam terram diffunditur, quisquis non cōmunicat cui nō communicet uides, si cuius uerba ista sint audis. Quid est autem dementius q̄; sacramētis domini communicare, & uerbis domini nō cō-
Luce.1 municare? Hi utique dicturi sunt, In nomine tuo manducauimus & bibimus: & audituri, Non noui uos: qui corpus eius & sanguinem in sacramento manducant & bibunt, & membra eius toto orbe diffusa in euangelio non agnoscunt, & ideo cū eis in iudicio non computantur. Petilianus di-
Cap.IV xit, Quoniam & si ut ipsi putatis, domini legē pure seqmini, de ipsa lege sanctissima legaliter disputemus. Dicit Apostolus Paulus, Bona est lex si 1.Tim.1 quis ea legitime utatur. Lex ergo quid dicit? Non Exod.20 occides. Quod semel fecit Cain parricida, uos fratres sæpius occidistis. AVG. respondit, Similes uobis esse nolumus, nā non desunt quæ dicantur, sicut & tu ista dicis: & quæ sciantur, nam ista tu nescis: & quæ ostendantur, nam tu ista non ostendis.

Petilianus dixit. Dictū est, Non mœchaberis: Cap.V unusquisq; uestrum si carnaliter castus sit, spiritaliter mœchus est, quia adulterat sanctitatē. AVG. respondit, Possunt hęc in quosdam ueraciter dici, & nostros & uestros: qui si utrisq; nostrum displicent, nec nostri nec uestri sunt. Sed tu qđ in quosdam dicis, & nec in ipsis probas, pro eo uis accipi ac si probaueris, non in aliquibus qui degenerant à semine Abrahæ, sed in omnibus gētibus quę benedicuntur in semine Abrahæ. Petilianus dixit, Cā.LV Dictum est, Falsum testimonium non reddes: Cū regibus seculi uos uestra tenere mētimini, nónne falsa

falsa conflatis? AVG. respondit, Si non sunt ue A
stra quæ tenetis, nec illa erant uestra quæ à Maximinianistis recepistis. Quod si propterea illa uestra erant, quia illi sacrilegum schisma fecerunt, nō communicādo parti Donati: attende quæ loca teneatis, & cuius hæreditati non communicetis, & cogitate non regibus seculi, sed regi Christo quid
Psal. 71 respondere possitis. De illo dictum est, Dominabitur à mare usq; ad mare, et à flumine usq; ad terminos orbis terrarum. Quo utiq; flumine, nisi ubi baptizatus est, & ubi super eum columba descendit, magnū charitatis & unitatis indiciū. Vos autem huic unitati non cōmunicatis, & adhuc loca unitatis tenetis, & inuidiā nobis de regibus seculi facitis, cum per iussa proconsulū de locis partis Donati schismaticos uestros expuleritis. Nō sunt hęc uerba per inane uolantia, homines uiuunt, ciuita- B
tes testantur, gesta procōsularia & municipalia recitantur. Sileat aliquādo uox calumniosa obijciēs reges seculi uniuersæ terræ, per quorum procōsules non potuit parcere cōcisa concisæ. Cum ergo dicimus quòd nostra teneatis, non ostendimur falsum testimonium dicere, nisi nos ostendatis in ecclesia Christi non esse, quod quidem dicere nō cessatis, sed ostendere nunquam ualebitis: Immo uero cū hoc dicitis, nō iam nobis, sed ipsi Christo falsi testimonij crimen obijcitis. Nos quippe in ecclesia sumus quæ ipsius testimonio prænunciata est,
Actio. 1 & ubi suis testibus attestatus est dicens, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudæam & Samariam, & usq; in totam terram. Vos autem falsos testes non solum hinc ostendimus, quia huic ueri- C
tati resistitis, sed etiam in ipso iudicio quo cū Maximiniani schismate conflixistis. Si enim secundū legem Christi agebatis, quanto congruentius secundum eā cōstituunt aliqui Christiani Imperatores, si possunt secūdum eam iudicare Pagani pro-
Dist. 10. ca. in adiutorium cōsules. Si autem in adiutorium etiam terreni imperij leges assumendas putastis, non reprehendimus. Fecit hoc Paulus cum aduersus iniurioso ci
Actio. 22 uem Romanum se esse testatus est. Sed quęro quibus terrenis legibus sit statutum, ut Maximiniani stæ locis pellantur: nullas omnino reperies, sed uidelicet legibus quæ aduersus hæreticos, atq; inter eos etiam aduersus uosipsos latę sunt, illos expellere uoluistis, aduersus infirmos tanquam potentiores præualuistis, Vnde illi quia nihil potuerūt, D
innocentes se dicunt tāquam sub leone lupus, tamen legibus aduersus uos latis profecto aduersus alios nisi per falsum testimonium nō utemini. Si enim ueraces sunt illæ leges, cedite etiam uos locis quos tenetis: si autem fallaces sunt, cur per eas alios exclusistis? quid quod & ueraces sunt, et uos per illas alios nisi fallaciter non possetis expellere? Vt enim eis seruirent iudices, hæreticos expellere uoluerunt, unde uos priores expellere debuerūt: sed uos catholicos esse dixistis, ut uobis parcerēt leges per quas alios premebatis, uideritis qd uobis apud uosmetipsos uideamini, illis tamen legibus non estis catholici. Cur ergo aut eas ueraces falso testimonio fefellistis, aut eas fallaces adoprimendos alios usurpatis? Petilianus dixit, Ca. LIX
Dictum est, Non concupisces rē proximi tui: uos Exodi 20
nostra diripitis ut pro uestris habeatis. AVG. rē spondit, Et quæcunq; unitas possidebat, non nisi nostra sunt, qui non secundū calumnias hominū, sed secundum uerba Christi, in quo benedicūtur omnes gentes uniuersæ terræ, in unitate consistimus, nec propter malos quos à frumentis dominicis ante iudicij uentilationem separare non possumus, uos à societate tritici separamus. Et si qua iā 23. q. 7. ca. ß
cōcisi possidere cœpistis, quia uobis ablata nobis de reb.
dominus dedit, nō ideo cōcupiscimus aliena, quia illius imperio cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & iuste nostra sunt: uos enim his utebamini ad prę cisionem, nos ad unitatē. Alioquin & primo populo dei possent illi obijcere alienæ rei cōcupiscentiam, qui diuina potestate ab eorum facie, quia ea terra male utebantur expulsi sunt, & ipsi Iudæi à quibus ablatum est regnum, secundum uerba domini, & datum est genti facienti iustitiam, possunt Matth. 21
obijcere alienę rei concupiscentiam, quia ecclesia Christi possidet ubi persecutores Christi regnabāt. Et post omnia, cum uobisipsis dictum fuerit, res alienas cōcupiscitis, quia Maximinianistas de basilicis eiecistis, quid respondeatis nō inuenitis.

Petilianus dixit, Qua igitur lege uos Christia- Cap. LX
nos ostenditis, cū legi contraria faciatis? AVG. respondit, Litigare uis, non disputare. Petilia- Cap. LXI
nus dixit, Dicit autem dominus Christus, Qui fe- Matt. 5
cerit & sic docuerit, maximus uocabitur in regno cœlorum: sic autem uos miseros damnat, Qui solu-
C uerit unum ex his mandatis, minimus uocabitur in regno cœlorum. AVG. respondit, Vbi forte aliter dicis testimonia scripturarum quàm sese habent, & ad rem quę inter nos agitur non pertinet, non nimis curo: ubi autē impediunt quod tractamus, nisi ueraciter proferantur, nō te arbitror succensere debere, si quemadmodum scriptū sit commemoro. Ecce hoc qd' modo posuisti, non ita scriptum est, sed ita potius, Qui soluerit unū de mandatis istis minimis & docuerit sic, minimus uocabitur in regno cœlorum: Qui autem fecerit & sic docuerit, magnus uocabitur in regno cœlorum. Et continuo secutus ait, Dico enim uobis, quia nisi abūdauerit iustitia uestra plusquam Scribarum & pharisæorum, non intrabitis in regnum cœlorum. Alibi enim pharisæos ostendit & arguit, quoniam dicunt & non faciunt: Hos ergo & hic significauit, cum diceret, Qui soluerit & sic docuerit: id Matth. 22
est docuerit uerbis qd' soluerit factis. Super quos abundare præcepit iustitiam nostram, ut faciamus & sic doceamus, & tamen nec propter illos pharisæos quibus nos non per prudentiam sed per maleuolentiam comparatis, præcepit dominus deseri cathedram Moysi, in qua utiq; figurabat suam: dicens quippe illos super cathedram Moysi sedentes, dicere & non facere, monet tamen populos facere quæ dicunt, & non facere quæ faciunt, ne cathedræ sanctitas deseratur, & propter pastores malos gregis unitas diuidatur. Petilianus dixit, Et Ca. LXII
iterum, Omne peccatum quod peccauerit homo,

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.6 extra corpus est: Qui autem peccauerit in spiritu sancto, non ei remittetur nec in hoc seculo nec in futuro. AVG. respondit, Et hoc nō ita scriptum est, & uide quātum te fefellerit. Apostolus ad Corinthios scribens, ait, Omne peccatum quodcūq; fecerit homo extra corpus est, qui autem fornicatur, in corpus suum peccat: hoc autem aliud est, &
Matth.12 aliud illud quod dominus in euangelio dixit, Omne peccatum & blasphemia dimittetur hominibus, qui autem peccauerit in spiritū sanctum, non remittetur ei nec in hoc seculo neq; in futuro. Tu autem cœpisti ex Apostolo sententiam, & eā tanquam una sit ex euangelio terminasti, quod te nō credo fraude sed errore feciſſe. Neutra enim ad rē pertinet, & cur hæc dixeris, & quoquo modo dixeris omnino non uideo: nisi forte quia cum superius dixisses, damnatos esse à domino qui resoluerint unum ex mandatis, considerasti quàm multos habeatis, non unum sed multa mādata soluentes: & ne tibi obiiceretur, uoluisti per trāsitum subinducere differentiam peccatorum, aliud esse soluere aliquod mandatum, unde uenia facilis possit accipi: aliud autem peccare in spiritum sanctum, quod nō remittetur neq; in hoc seculo neq; in futuro. Timens itaq; contagia peccatorum hoc tacere uoluisti, & rursus timens profunditatē quæstionis excedentem uires tuas, hoc rursum perstringere uoluisti, tanta trepidatione, ut quemadmodum solent aliqua perturbatione festinantes peruerse se uestire aut calceare, nolueris attendere uel quid ad quod pertineat, uel ubi & quemadmodum scriptū sit. Quale sit autem illud peccatum quod non di- C
mittetur neq; in hoc seculo neq; in futuro: usque adeo nescitis, ut cum in ipso nos esse credatis, remissionem tamen eius per uestrum nobis baptismū promittatis. Quod unde fieri potest, si tale peccatum est ut non dimittatur, neq; in hoc seculo neC.LXIII que in futuro? Petilianus dixit, Diuina ergo mādata quibus rebus impletis? Dicit dominus Iesus, Beati pauperes spiritu, quoniam ipsorum est
Matth.5 regnum cœlorum: uos persequendi malitia furoris diuitias exhalatis. AVG. respondit, Dicite ista potius Circumcellionibus uestris. Peti-
C.LXIIII lianus dixit, Beati mansueti, quoniam ipsi possidebunt terram: Vos igitur immansueti cœlum & terram pariter perdidistis. AVG. respōdit, Iterum
Acto.1 atq; iterum audite dominum dicentem, Eritis mihi testes in Hierusalem & in totam Iudæam & Samariam & usque in totam terram. Cur ergo illi non perdiderunt terram & cœlum, qui ut non cō municent uniuersæ terræ, contemnunt uerba sedentis in cœlo? Nam de uestra mansuetudine non tuæ uoces sed Circumcellionū fustes interrogentur. Dicturus es, Quid ad nos pertinet, quasi nos ista dicamus, nisi ut hoc respondeatis: Ideo enim ad uos pertinet schisma uestrū, quia pertinere ad uos peccatum non uultis alienum: nec tamen ob aliud uos à nobis separastis, nisi dum nobis obiiCa.LXV cis crimen alienum. Petilianus dixit, Beati qui lugent, quoniā ipsi consolabuntur: uos nostri carnifices lugentes facitis, non lugetis. AVG. respondit, Considerate paululum quàm multum & quantum luctum dederint deo laudes amatorum uestrorum. Dicite iterum, quid ad nos: & ego iterum dicam, & tu quod dicis quid ad nos, quid ad orbem terrarum, quid ad eos qui laudant nomen domini à solis ortu usq; ad occasum: quid ad omnem terram quæ cantat canticum nouum, quid ad semen Abrahæ, in quo benedicuntur omnes gentes? Ergo ideo ad uos pertinet sacrilegiū schismatis, quia ad nos non pertinent facta mala uestrorum: & hinc intelligitis nec ad orbem terrarū pertinere, etiam si ea probaretis facta eorum propter
quos inde uos separastis. Petilianus dixit, Bea C.LXVI
ti qui esuriunt & sitiunt iustitiam, quoniam ipsi saturabuntur: uobis hæc iustitia est ut nostrum sanguinem sitiatis. AVG. respondit, Quid tibi di-
B cam tu homo, nisi quia calumniosus es? Esurit quidem uos & sitit unitas Christi: quæ utinā uos absorbeat, hæretici nō eritis. Petilianus dixit, Bea C.LXV
ti misericordes, quoniam ipsi misericordiam consequentur: Vos quando misericordes appellamini, cū pœnas iustis ingeritis: ad communionē nequissimā, dum animas inquinatis. AVG. respondit, Nec uos iustos probatis, nec nos pœnas ingere uel iniustis: Et tamē sicut est plerunq; crudelis fallax adulatio, sic semper misericors iusta correPſal.140 ptio. Nam unde est illud quod non intelligitis, Emendabit me iustus in misericordia & arguet me? Hoc enim cum de asperitate misericordis correptionis dixisset, continuo subiūxit de lenitate perniciosæ adulationis, & ait, Oleum autem peccatoris non impinguet caput meum. Tu ergo atten
de quò uoceris & unde reuoceris: Nam unde nosti quo in te animo sit quem sæuū putas? sed quomodolibet sit, unusquisq; sarcinā suam portat, & apud nos & apud uos: sed sarcinā schismatis quā omnes portatis, abijcite, ut sarcinas uestras bonas in unitate portetis, & eos qui malas portant, si possitis misericorditer emendetis: si non possitis, paC.LXVII
cifice toleretis. Petilianus dixit, Beati qui puro sunt corde, quoniam ipsi deum uidebunt: Quando deum uidebitis qui immūda malitia cordis geritis cæcitatem. AVG. respondit, Quare hoc dicis? An forte nos ignorata quę homines dicūt obijcimus omnibus gentibus, & manifesta intelligere nolumus quæ deus prædixit de omnib. gentibus?
D Hæc est magna cæcitas cordis, & si nec ipsam in uobis agnoscitis, hæc est maior cæcitas cordis.

Petilianus dixit, Beati pacifici, quoniam filij dei uocabūtur: Vos pacem scelere fingitis, & bello quæritis unitatem. AVG. respondit, Non pacem scelere fingimus: sed pacem ex euangelio prædicamus, cum quo si pacem habueritis, & nobiscum habebitis. Dominus resurgens, & se nō solum oculis intuendum, sed etiam contrectandum manibus discipulorum præbens, inde cœpit, Pax uobiscum, inquit. Et quomodo esset tenenda pax ista, sequentibus uerbis aperuit. Ibi enim, Aperuit eis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit eis, Quoniā sic scriptum est, & sic oportebat pati Christū, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine

eius

eius pœnitẽtiam & remissionem peccatorum per omnes gẽtes, incipientibus ab Hierusalem. Cum his uerbis pacẽ habete, & à nobis non dissentietis: Nam si bello quærimus unitatem, non potuit laudari præclarius bellum nostrum, quandoquidem
Matth.5 scriptum est, Diliges proximum tuum sicut te-
Ephe.5 ipsum. Et iterum scriptum est, Nemo unquam carnem suam odio habuit: & tamen caro concupiscit
IV aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ. Quòd si nemo carnem suam odio habet, & tamen aduersus carnẽ suam concupiscit: ecce bello unitas quæritur, ut corpus castigatum seruituti subijciatur. Quod autem spiritus facit aduersus carnem, non odio sed dilectione belligerans, hoc spiritales faciunt aduersus carnales, ut quod agunt erga se, agant & erga illos, quia diligunt proximos tanquã proximos, sed bellum spiritalium est illa in charitate correptio, gladius eorum sermo dei est. Ad tale bellum tuba Apostolica concitantur cũ magno
2.Tim.4 impetu personante, Prædica uerbum, insta opportune importune, argue, hortare, increpa in omni longanimitate & doctrina. Ecce non agimus ferro sed uerbo, uos autẽ nec respondetis uera, & accusatis falsa, non corrigitis uestra, obijcitis aliena. Dicit Christus uerum testimonium de orbe terrarum, dicitis uos aduersus Christũ falsum testimonium contra orbem terrarum. Nos autem si uobis potius q̃ Christo crederemus, pacifici essemus: quia Christo potius quàm uobis credimus, pacem scelere fingimus. Et hæc cum dicatis atq; faciatis,
Matth.5 audetis insuper cõmemorare, Beati pacifici, quo-
C.LXIX niam filij dei uocabũtur. Petilianus dixit, Cum dicat apostolus Paulus, Obsecro uos fratres ego
Ephe.4 uinctus in domino, ut digne ambuletis inuocatione qua uocati estis, cũ omni humilitate & mãsuetudine, cum patientia sustinentes inuicem in charitate, solicite agentes seruare unitatem spiritus in coniunctione pacis. AVG. respondit, Hæc si non tantum diceretis, sed & audiretis, etiam cognita mala propter pacem sustineretis, nõ propter dissensionem incognita fingeretis, uel quia postea didicistis propter unitatem Donati sustinere mala notissima & famosissima Optati. Quæ ista dementia est? Tolerantur cogniti ne concisio iterũ concidatur, & infamantur incogniti, ne in ipsa integritate maneatur. Petilianus dixit, Vobis
C.LXX dicit Propheta, Pax pax, & ubi est pax? AVG. D
Hierc.8 respondit, Tu nobis hoc dicis non propheta: Tibi ergo respondemus, Si quæris ubi sit pax, aperi
Psal.45 oculos & uide de quo dictum sit, Auferens bella usque ad finem terræ. Si quæris ubi sit pax, aperi oculos ad illam ciuitatẽ, quæ non potest abscondi super montẽ constituta: Aperi oculos & ad ipsum montem, & eum tibi Daniel demonstrat ex paruo lapide crescẽtem & implentem uniuersam terram. Tibi autem cum dixit Propheta, Pax pax, & non est pax: quid demonstrabis, an partem Donati ignotam innumerabilibus gentibus quibus notus est Christus? Non est ipsa quæ non potest abscondi, & unde nisi quia non est super illum montem constituta? Ipse est enim pax nostra qui fecit utraq; unum, non Donatus, qui fecit de uno duo.

Petilianus dixit, Beati qui persecutionem pa- C.LXXI
tiuntur propter iustitiam, quoniam ipsorum est re- Matt.5
gnum cœlorum: Vos beati non estis, sed beatos martyres facitis, quorum scilicet animabus cœli repleti sunt, corporumq; memoria terræ floruerunt. Vos ergo non colitis, sed facitis quos colamus. AVG. respondit, Planè si non dictum esset, Beati qui persecutionem patiuntur propter iustitiam, sed dictum esset, Beati qui seipsos præcipitant, implerent cœlum martyres uestri: sanè de corporibus eorum multos terrarum flores uidemus, C.LXXII
sed sicut solet dici, flos cinis. Petilianus dixit, Matth.23
Cum ergo falsando mandata beati non sitis, uos diuinis sententijs Christus dominus condemnat, Væ autem uobis scribæ & pharisæi hypocritæ,
B quia clauditis regnum cœlorũ ante homines, uos enim non intratis, neq; introeuntes finitis. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritę, quia circuitis mare & aridam, ut faciatis unum proselytum, & cum factus fuerit, facitis eũ filium gehennæ duplicius quàm uos. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, qui decimatis mentham & anethum & cyminum, & relinquitis quæ grauiora sunt legis, iudicium & misericordiam & fidem. Hęc autem oportebat facere, & illa non omittere: Duces cæci liquantes culicem, camelum autem glutientes. Væ uobis scribæ & pharisæi hypocritæ, quia similes estis monumentis dealbatis, quæ à foris apparent hominibus speciosa, intus autem plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: Sic & uos à foris quidem apparetis hominibus iusti, intus au-
C tem pleni estis hypocrisi & iniquitate. AVGVSTINVS respondit, Dic mihi utrum aliquid dixeris qd̃ in uos uicissim ore maledico & cõtumelioso similiter dici nõ possit? Sed ex superioribus quæ à me dicta sunt inueniet qui uoluerit hæc in uos non per uana conuitia sed per uera testimonia posse dici. Veruntamen quia ex occasione prætermittendum non est: certe antiquus populus dei, circũcisionem pro baptismo habebat? Quæro ergo si quem fecissent isti in quos tanta dicuntur, pharisæi proselytum, qui si eos imitaretur, sicut dictum est, filius gehennæ fuisset duplo quàm illi: utrum si corrigeretur, & uellet imitari Simeonem, Zachariam, Nathanaelem, iterum ab eis circumcidendus iudicaretur? Quod si ridiculum est dicere, quamuis more atq; ore uaniloquo talibus nos comparetis, quare post nos baptizatis? Quòd si uos tales estis, quanto nos uerius & melius post uos non baptizamus: sicut nec illi quos nominaui, post pessimos pharisæos circumcidi debebant. Deinde cum tales sederint super cathedram Moysi, cui dominus honorem seruauit, quare uos propter eos quos istis siue iuste siue iniuste comparatis, cathedram apostolicam blasphematis?

Petilianus dixit, Sed nos Christianos ista non Caput
terrent: quod enim estis malefacturi, à Christo do- LXXIII
mino habemus antè mãdatum. Mitto, inquit, uos Matth.10
sicut oues in medio luporum. Lupinam rabiem uos impletis, qui nõ aliter ecclesijs insidias facitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

aut paratis, quàm lupi ouilibus inhiãtes, pernicie semper atq; impetu, suffectis sanguine faucib. irã anhelantẽ supirant. AVG. respondit, Vellem in uos dicere istam sententiã, sed nollem istis uerbis: nimis inepta uel potius insana sunt. Illud aũt opus erat, ut certis aliquibus documentis, non uanissimis maledictis nos lupos esse ostenderetis, uos autem oues. Nam cum & ego dixero, nos sumus oues, uos autẽ lupi, ideóne putes interesse aliquid, quia tu illa uerbis turgidis dicis? sed attẽde ut ego probem quod dico: Nempe dominus, quod uelis
Ioan.10 nolis nosti, ait in Euangelio, Quæ sunt oues meæ, uocem meam audiunt, & sequuntur me. Multæ sunt de diuersis rebus uoces domini: uerum exempli gratia, si quispiam dubitaret utrum in corpore idẽ dominus resurrexerit, & recitarentur eius uer-
Luce 24 ba dicentis: Palpate et uidete, quia spiritus carnem & ossa non habet, sicut me uidetis habere: si & his auditis ad credendum resuscitatũ corpus eius nollet acquiescere, non uticq; inter oues domini deputaretur, quia uocem eius auditam nõ sequebatur: Sic & nunc quoniam quæstio est inter nos, ubi sit Ecclesia, cum ex ipso Euangelij loco ubi post resurrectionem suum corpus etiam palpandum dubitantibus præbuit, disputantibus consequentia uerba recitamus, ubi futuram ecclesiæ latitudinẽ demonstrauit, dicens, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipiẽtibus ab Hierusalẽ: & uos omnibus gentibus ubi hæc completa sunt communicare nõ uultis. Quomodo estis oues huius pastoris cuius auditis uocibus non solum non obsequimini, uerumetiam repugnatis? Et oues quidem uos non esse hinc dicemus: esse autem lupos audite unde doceamus. Iam enim ubi sit Ecclesia uerbis ipsius apparet, manifestum est ubi sit ouile Christi. Ab hoc igitur ouili certissimis uerbis domini demonstrato & expresso, quicunq;, non dico per falsa, sed quod manifestum est, per incerta hominum crimina oues segregant, & ab unitatis atq; charitatis uita ereptas & alienatas necant, nónne ipsi sunt lupi rapaces? At enim & ipsi dominum Christum laudant & præ-
Matt.7 dicant. Hi sunt ergo de quibus ipse ait, Induti pellibus ouiũ, intus autem sunt lupi rapaces: Ex fructibus eorum cognoscetis eos. Ouina pellis est in Christi laudibus, lupinus fructus in maledicis dẽ-
Caput tibus. Petilianus dixit, O miseri traditores, im-
LXXIIII pleri quidem scripturã sic decuit, sed in uobis hoc doleo, quòd partes malitiæ uos implere meruistis.

AVG. respõdit, Possem ego magis dicere, O miseri traditores, si mihi placeret, imò si iustitia suaderet, omnibus uobis obijcere quorundam facta uestrorũ. Quod ergo ad omnes uos pertinet, ò miseri hæretici, cętera iam uerba tua ego dixerim,
2.Cor.11 scriptum est enim, Oportet & hæreses esse, ut probati manifesti fiant inter uos. Impleri ergo scripturam sic oportuit: sed in uobis hoc doleo, quòd par-
Cd. LXXV tes malitiæ implere uos meruistis. Petilianus dixit, Nobis autem dominus Christus contra uestra feralia patientiam simplicem innocentiamq; mandauit. Quid enim dicit? Mandatum nouũ do uobis, ut diligatis inuicem sicut dilexi uos: In hoc enim scient omnes quia mei discipuli estis, si dilectionem inuicem habueritis. AVG. respondit, Nisi hæc uerba longè à uestris moribus aliena in sermonis uestri superficiem trãsferretis, quomodo uos ouina pelle tegeretis? Petilianus dixit, Caput
Paulus quoq; Apostolus cum persecutiones im- LXXVI
mensas ab omnibus gẽtibus pateretur, à falsis fratribus pertulit grauiores, sicut de se ipse testatur frequenter afflictus: Periculis ex gentibus, pericu- 2.Cor.11
lis ex genere, periculis à falsis fratribus. Quicq; iterum dicit, Imitatores mei estote, sicut & ego Chri- 1.Cor.4
sti. Cum igitur nos falsos fratres appellatis. Pauli magistri patientiã sub nostris periculis imitamur.

AVG. respondit, Certe isti sunt falsi fratres de quibus alio loco idem Apostolus ita conqueritur Timotheo prędicãs germanam syncerítatem, Ne Philip.2
minem, inquit, habeo unanimem qui germane de uobis solicitus sit: omnes enim sua quærunt, non quæ Iesu Christi. utiq; de his loquebatur qui tunc quando illam scribebat epistolam cum illo erant. Non enim omnes qui erant ubicunq; Christiani sua quærebant, non quæ Iesu Christi. De his ergo, ut dixi, hęc ingemuit, quos eo tempore cũ ista scriberet secum habebat. Quos enim uel alios tangit, cum alibi dicit, Foris pugnæ, intus timores: nisi 2.Cor.7
eos quos tanto uehementius, quanto interius metuebat? Si ergo uelles imitari Paulum, intus esses falsorum fratrum tolerator, non foris innocẽtium calumniator. Petilianus dixit, Nam qualis fi- Caput
des in uobis est, quæ non habet charitatem? Pau- LXXVII
lo ipso dicente, Si linguis hominum loquar, & an- 1.Cor.13
gelorum scientiam habeam, charitatem autem nõ habeam, ita sum tanquam æramentum tinniens, aut cymbalum cõcrepans. Aut si habuero prophetiam & nouerim omnia sacramẽta & omnẽ scientiam, & si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Et si distribuero omnem substantiam meam pauperibus, & si tradidero corpus meũ ut ardeã, charitatem autem nõ habeam, nihil mihi prodest.

AVG. respõdit, Hoc est quod pauloante dixi, pelle te ouina contegi uelle, ut si fieri potest prius te ouis mordentẽ sentiat quàm præsentiat uenientem. Nónne ista est charitatis laus quæ uestram calumniam solet lucidissima ueritate cõuincere? An ideo arma ista nostra non erunt, quia uos ea præoccupare conamini? Prorsus hęc iacula uiua sunt, undecũq; iactentur agnoscũtur quos perimant. Si à nobis missa fuerint, in uobis hærebũt: si à uobis mittuntur, in uos retorquentur. His enim nos Apostolicis uerbis commendantibus eminentiam charitatis uobis solemus ostendere, quomodo nõ prosit hominibus, quãuis in eis sint uel sacramenta uel fides ubi charitas non est, ut cum ad catholicam unitatem uenitis intelligatis quid uobis conferatur, & quantum sit quod minus habebatis. Charitas enim Christiana nisi in unitate ecclesiæ non potest custodiri: atq; ita uideatis sine illa nihil uos esse

uos esse, & si baptismũ & si fidem teneatis, & per illam etiam montes trãsferre possitis. Quòd si hęc & uestra sententia est, non in nobis detestemur & exufflemus uel dei sacramenta, quæ nouimus uel ipsam fidem, sed teneamus charitatem sine qua & cum sacramentis & cum fide nihil sumus. Tenemus autem charitatem si amplectimur unitatem: Amplectimur autem unitatem si eam non per uerba nostra in parte cõfingimus, sed per uerba Christi in unitate cognoscimus. Petilianus dixit, Cap. LXXVIII

Et iterum, Charitas enim magnanima est & benigna, charitas non emulatur, non agit perperam, non inflatur, non est ambitiosa, non quærit quæ sua sunt: uos autem quæritis aliena: Non irritatur, non cogitat malum, non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati: Omnia tolerat, omnia sustinet: Charitas nunquam excidit. Hoc est breuiter dicere, non persequitur Charitas, non aduersum cæteras animas Imperatores inflammat, non aliena diripit, non etiam homines quos spoliabat occidit. AVGV. respõdit, Quoties tibi dicturus sum, hæc si non probatis, ad neminem pertinent: si autem probatis, ad nos non pertinent, sicut nec ad uos, quæ uestri quotidie committunt per scelera furiosorũ, per luxurias uinolentorũ, per cæcitatem præcipitatorum, per tyrannidem raptorum: quis nõ uideat uerum esse quod clamo? Sed nunc si esset in te charitas, congauderet ueritati. Quàm enim elegãter sub pelle ouina dicitur, charitas omnia tolerat, omnia sustinet: ubi autem uentum fuerit ad examen, lupini dentes operiri non possunt. Cum enim charitas te propter id quod dictum est, Sustinẽtes inuicem in dilectione, studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis: etiam si qua mala intus nosses, cogeret non eis quidẽ consentire, sed tamen ea si prohibere non poteras sustinere, ne propter malos uentilabro ultimo separandos, nunc à bonorum societate pacis uinculum abrumperes: foras uento leuitatis excussus, paleę crimen obijcis tritico, et quę fingis de malis, per contagionem ualere et in bonis affirmas. Et cũ dominus dixerit, Ager est hic mundus, messis autem est finis seculi, cum de frumentis & zizanijs dixisset, Sinite utraq; crescere usq; ad messem: tu laboras uerbis tuis, ut frumenta iam per totum agrum defecisse, & ad exiguã particulam uestram remansisse credantur, dum uis ut habeatur Christus mendax, tu autem uerax: & loqueris quidem contra conscientiam tuam. Neq; enim uere quisquam quoquo modo intuens Euangelium, audet in animo suo dicere, per tot gẽtes in quibus penè respondetur una uoce amen, & cãtatur hallelu ia, non esse Christianos: & tamẽ ne pars Donati, quę orbi terrarum non communicat, errare uideatur, si quis tibi angelus de cœlo qui posset intueri uniuersum orbem terrarum, diceret extra communionem uestram nusquam esse innocentes & bonos, proculdubio gauderes super iniquitate generis humani, & uera te dixisse antequã cognosceres gloriareris. Quomodo est ergo in te charitas, quæ nõ gaudet super iniquitate? Sed noli falli; Sunt per agrum, id est, per mundum usq; ad finem seculi crescẽtia frumẽta dominica. Christus hoc dixit, Christus est ueritas: Sit in te charitas, & congaudeat ueritati. Contra Euangelium & si angelus de cœlo euangelizauerit, anathema sit. Petilianus dixit, Postremo quæ est ratio persequendi uos misericordi interrogo, si putatis forsitan uos aliqua legis authoritate peccare? AVG. respondit, Qui peccat, non peccat legis authoritate, sed cõtra legis authoritatẽ. Quia uero interrogas quę sit ratio persequẽdi, uicissim te interrogo, cuius sit uox in Psalmo dicentis, detrahentem secreto proximo suo, hunc persequebar. Quere itaq; persecutiõis uel causam uel modum, & noli tanta imperitia generaliter malorum persecutores reprehendere. Petilianus dixit, Ego uero econtra respondeo, Iesum Christum neminem persecutum, & cum aliquæ sectæ Apostolis eidem suggerentibus displicerent: Ita enim fidem uenerat facere ut non cogeret homines sed potius inuitaret, dicunt illi Apostoli, Multi in nomine tuo manus imponunt, & nobiscum non sunt. Dixit Iesus, Dimittite illos, si contra uos non sunt, pro uobis sunt. AVG. respondit, Verum dicis, multo uberius te prolaturum de tuo quæ in scripturis non inueniuntur. Si enim de scripturis sanctis uelis testimonia proferre, nũquid ea quæ non inueneris profers? uestra autem mendacia quàm multa sint, in uestra potestate est. Vbi enim scriptum est quod posuisti, uel quando aut à domino illud suggestum est, aut à domino illud respõsum est, Multi in nomine tuo manus imponũt & nobiscum nõ sunt? Nunquã filio dei quisquam discipulorum dixit. unde nec illud ab eo responderi potuit, Dimittite illos, si contra uos nõ sunt, pro uobis sunt: sed est quoddam simile quod reuera in Euãgelio legimus, de quodam suggestum esse domino qui dæmonia in eius nomine eijciebat, & cũ discipulis eũ non sequebatur, ubi domins ait, Nolite prohibere, Qui cõtra uos nõ est, pro uobis est. Hoc autem ad sectas demõstrandas quibus peperciisse dominus uideatur omnino nõ pertinet, sed si te nõnulla fefellit similitudo sentẽtiæ, non est mendacium, error humanus est. Si autẽ imperitis scripturarum sanctarum nebulas falsitatis inijcere uoluisti, cõpungaris & confundaris & corrigaris. Est tamen quod de hoc ipso de quo domino suggestũ est nos agamus. Quomodo eñ tunc præter cõmunionem discipulorũ ualebat tamen plurimũ sanctitas nominis Christi: sic præter ecclesiæ cõmunionem ualet sanctitas sacramenti. Neq; enim baptismus consecrat nisi in nomine patris & filij & spiritus sancti: Quis autẽ insanissimus dixerit, etiã præter ecclesiæ cõmunionem nomẽ filij ualere? Quid enim potest ualere in homine sanando, non autem ualere in baptismo cõsecrando? Sed planè præter ecclesię cõmunionẽ & unitatis sanctissimum uinculum, & charitatis supereminentissimũ donum, nec ille à quo dæmoniũ eijcitur, nec ille qui baptizatur, æternam uitam cõsequitur: sicut nec illi qui per communionem sacramẽtorum intus uidẽtur, & per iniquitatem morũ foris intelligũtur. Quòd autem

Cap. LXXVIII

Matt. 13

Cap. LXXIX

Mar. 9

Psal. 100

Caput LXXX

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem Christus etiam corporaliter fuerit persecu-
tus eos quos de templo expulit flagellando, iam
Caput LXXXI supra diximus. Petilianus dixit, Sanctus uero Apostolus Paulus hæc dicit, Quoquo autem modo, inquit, Christus annuncietur.

AVG. respõdit, Contra te loqueris, sed tamen quia pro ueritate loqueris, si eam dilexeris, pro te sit quod loqueris. Quæro enim abs te, de quibus hoc dixerit Apostolus Paulus? Recolamus hoc paululum si placet. Quidam, inquit, per
Philip.1 inuidiam & contentionem, quidam uero per bonam uoluntatem Christum annunciant, quidam ex charitate, scientes quia in defensione Euangelij positus sum, quidam uero & per contumaciam Christum annunciant non caste, existimantes tribulationem suscitari uinculis meis. Quid enim? Dum omni modo siue occasiõe siue ueritate Christus annuncietur, & in hoc gaudeo, sed & gaudebo. Videmus istos rem quidem sanctam & castam & ueram, non tamen caste annunciasse, sed per inuidiam & contentionem, sine charitate, sine castitate. Certe pauloante laudes charitatis aduersus nos dicere uidebaris ex Apostoli testimonio, qa, Vbi charitas nõ est, quicquid fuerit nihil prodest: Ecce in istis charitas non est, & tamen erat Christi
1.Cor.13 prædicatio, de qua se gaudere sic dicit Apostolus. Neque enim malo istorum gaudet, sed bono nominis Christi. In ipso quippe charitas erat, quæ non gaudet super iniquitate, congaudet autem ueritati. Inuidia porrò, quæ in illis erat, diabolicum malum est: hæc enim & cecidit & deiecit. Hi ergo tam mali quos sic arguit Apostolus, in quibus erat tantum bonum, de quo gaudet Apostolus, ubi erant, intus an foris? Elige quod uolueris. Si intus, ecce nouerat eos Paulus, & eum tamen non polluebant: sic uos non polluerent in unitate orbis terrarũ, de quibus nescio quę seu uera dicitis, seu falsa confingitis. Quare ergo uos separastis? quare sacrilegio scelerati schismatis peremistis? Si autẽ foris erant, ecce & in eis qui foris sunt utique ad uitam æternam, quia charitatem non habent, & unitatem non tenent, pertinere nõ possunt: inest tamen sanctitas nominis Christi, quorum prędicationem Apostolus propter ipsam nominis sanctitatẽ, quãuis illos detestetur, gaudendo confirmat. Recte ergo ipsi nomini non facimus iniuriam cum ad nos D ueniunt qui foris erant, sed ipsos corrigimus, illud honoramus. Vos itaque uidete quàm nefarie in eis quorum facta sicut uidetur arguitis, etiam sacramentum nominis Christi, quod in eis sanctum est, exufflatis. Et tu quidem istos quos cõmemorauit Apostolus, sicut uerba tua indicant, foris ab Ecclesia fuisse arbitraris: Ita cum times à catholicis pati persecutionem, de qua nobis loquendo facis inuidiam, confirmasti in hæreticis Christi nomen,
Caput. LXXXII cui baptizando facis iniuriam. Petilianus dixit, Si igitur tanta potentia fidei non est aliquibus aduersata, qua tu ratione persequeris, ut cogas homines inquinari? AVG. respondit, Nec persequi-
23.q.4.ca. qui peccat mur uos nisi quemadmodum persequitur ueritas fallitatẽ. Nec ad nos pertinet si quis uos aliter per-

A secutus est, sicut nec ad uos quicquid nostri similiter faciũt: nec uos cogimus inquinari si suademus sanari. Petilianus dixit, Quòd si cogi per legem Cap. LXXXIII aliquem uel ad bona licuisset, uosipsi miseri à nobis ad fidem purissimam cogi debuistis. Sed absit absit à nostra conscientia, ut ad nostram fidem aliquem compellamus. AVG. respondit, Ad fidem 23.q.5. ad fidẽ quidem nullus est cogendus inuitus, sed per seueritatem, imò et per misericordiam dei tribulationũ flagellis solet perfidia castigari. Nunquid quia mores optimi libertate uoluntatis eliguntur, ideo mores pessimi nõ legis integritate puniuntur? Sed tamen male uiuendi ultrix disciplina præpostera est, nisi cum præcedens bene uiuendi doctrina cõtemnitur. Si quæ igitur aduersus uos leges constitutæ
B sunt, non eis benefacere cogimini sed male facere prohibemini. Nam bene facere nemo potest nisi elegerit, nisi amauerit, quod est in libera uoluntate: Timor autem pœnarum & si nondum habet delectationem bonæ conscientiæ, saltem intra claustra cogitationis coercet malam cupiditatem. Qui tamen aduersas leges constituerunt quibus uestra cõprimatur audacia, nónne hi de quibus dicit Apostolus, Quia non sine causa gladium portãt, mi- Rom.13 nistri enim dei sunt, uindices in iram ei qui male agit. Tota igitur quæstio est, utrum uos non male agatis, quibus tanti schismatis sacrilegium obiecit orbis terrarum; cuius quæstionis discussione neglecta, superflua loquimini, & cum uiuatis ut latrones, mori uos iactatis ut martyres. Et quia uel
C ipsas leges uel inuidiam formidatis, uel ad resistendum impares estis, nõ dico aduersus tot homines, sed aduersus tot gentes catholicas, etiam de mãsuetudine gloriamini, quòd ad uestram partem neminem cogitis. Isto modo & miluus cum pullos rapere territus non potuerit, columbũ se nominat. Vbi enim potuistis & non feciſtis? Vnde ostenditis q plura faceretis si posſetis. Quando Iulianus uobis, Christi inuidens paci, basilicas reddidit unitatis, quæ strages à uobis factæ sunt, quando uobiscum apertis templis suis etiam dæmones exultabant? Quis commemorare sufficiat, bello Firmiano quę à uobis Rogatus Maurus pertulerit? Ipsa Mauritania Cæsariensis interrogetur, & tempora Gildoniana, quia unus collega uester familiarissimus amicus eius fuit. Viderint Maximinianistæ quæ senserint. nam Felicianum ipsum qui modo uobiscum est, si ad iusiurandum liceret prouocare, utrum ad communionem uestram non inuitum Optatus redire compulerit: mouere labia non auderet, præsertim si eius faciem populus Mustitanus intueretur, quo teste illa tunc facta sunt. Sed isti, ut dixi, uiderint quæ passi fuerint ab eis cum quibus Rogato talia fecerant: Ipsa catholica Ecclesia solidata principibus catholicis imperantibus terra marique armatis turbis ab Optato atrociter & hostiliter oppugnata est. Quæ res coegit tunc primo aduersus uos allegari apud uicarium Seranum legem illam de decem libris auri, quas uestrum adhuc nullus pendit, & nos crudelitatis arguitis. Quid autem mansuetius sit quàm ut coer-

tione

tione damnorum tanta uestra scelera mulctarentur? Quis autem possit enarrare omnia illa quæ nulla amicitia iudicum aut aliquarũ potestatum, quisque ubi potuerit, in locis uestris propria dominatione committatis? Quis uestrum in plebibus uestris non aliquid tale uel à prioribus comperit, uel ipse expertus est? Nonne apud Hipponem ubi ego sum, non desunt qui meminerint Faustinum uestrum regni sui tempore præcepisse, quoniam catholicorum ibi paucitas erat, ut nullus eis panem coqueret, ita ut cuiusdam diaconi nostri furnarius inquilinus domini sui panem incoctum abiecerit, eiq; nulla exilij lege damnato, communicationem non solum in ciuitate Romana, sed etiam in patria sua, nec solum in patria sua, sed etiam in domo sua negauerit? Quid nuper, quod ipse adhuc lugeo, nõne Crispinus uester Chalamensis cum emisset possessionem, & hoc emphyteuticam, non dubitauit in fundo catholicorum imperatorum, quorum legibus nec in ciuitatibus esse iussi estis, uno terroris impetu octoginta fermè animas miserabili gemitu musitantes rebaptizando submergere? Quibus autem nisi talibus factis etiam ipsas de quibus conquerimini leges, longe quidem infra meritum sceleris uestri, sed tamen qualescunque ferri coegistis? An uero uiolentis incursibus Circumcellionum uestrorum, qui sub uestro principatu furiosis agminibus militãt, non ex agris undiq; pelleremur, nisi uos obsides in ciuitatibus teneremus, qui quoquo modo ipsam faciem publicam & honestorum reprehensionem, & si non timore uel pudore ferre nolitis: Noli ergo dicere, absit absit à nostra conscientia, ut ad nostram fidem aliquem compellamus: Facitis enim ubi potestis, ubi autem nõ facitis, non potestis, siue legum siue inuidię timore, siue resistentiũ multitudine. Petilianus dixit, Dicit enim dominus Christus, Nemo uenit ad me nisi quem pater attraxerit: Cur autem uos non liberum arbitrium unicuique sequi permittitis, cum ipse dominus deus liberum arbitrium dederit hominibus, uiam tamen iustitiæ ostendens, ne quis forsitan nescius deperiret. Dixit enim, Posui ante te bonũ & malum, posui ante te ignem & aquam, quod uolueris elige. Ex quo uos arbitrio miseri, uobis non aquam sed ignẽ potius elegistis: sed tamen, inquit, bonum elige ut uiuas: qui non uis bonum eligere, uiuere te nolle damnasti. AVG. respondit, Si tibi proponam quęstionem quomodo deus pater attrahat ad filium homines quos in libero dimisit arbitrio, fortassis eam difficile soluturus es. Quomodo eñ attrahit, si dimittit ut quis quod uoluerit eligat: & tamen utrunq; uerum est, sed intellectu hoc penetrare pauci ualent. Sicut ergo fieri potest ut quos in libero dimisit arbitrio, attrahat tamen ad filium pater: sic fieri potest ut ea quę legum coertionibus admonentur, non auferant liberum arbitriũ. Quicquid enim homo durum & molestum patitur, admonetur ut cogitet quare patiatur, ut si pro iustitia se pati perspexerit, idipsum bonum eligat pro iustitia talia sustinere. Si autem uiderit iniquitatẽ esse pro qua patitur, se infructuosissime laborare atq; cruciari considerans, mutet in melius uoluntatem, simulq; careat & molestia sterili & ipsa iniquitate. Multo itaq; grauius & pernicios ius nocitura, & uos cum aliquid aduersus uos reges constituũt admoneri uos credite, ut cogitetis quare ista patiamini. Si propter iustitiã, reuera illi persecutores uestri sunt, uos autem beati qui persecutionẽ passi propter iustitiam, possidebitis regnum cœlorũ. Si autem propter iniquitatẽ schismatis uestri, quid illi nisi correctores uestri sunt, uos autem sicut cæci diuersorũ scelerum rei, qui pœnas legibus pendunt, profecto infœlices & in hoc seculo & in futuro? Nemo ergo uobis aufert liberum arbitrium: sed uos diligenter attendite quid potius eligatis, utrum correcti uiuere in pace, an in malitia perseuerantes, falsi martyrij nomine uera supplicia sustinere. Sic uos autẽ alloquor, quasi uero aliquid dignum uestra iniquitate patiamini, cum tanta indigna faciatis, & in tanta impunitate regnetis: ita furiosi, ut per dei laudes amplius quàm buccina bellica terreatis: ita calamitosi, ut etiam spontanea uestrorũ præcipitia nostris persecutionib. imputetis. Dicit etiam quasi præceptor benignissimus, qui non uis bonum eligere, uiuere te nolle damnasti. Ita uero si criminationib. uestris crederemus, benigne uiueremus: quia dei promissionibus credimus, uiuere nos nolle damnamus: Bene, ut arbitror, meministi qd Apostoli dixerint Iudęis quando Christum prædicare prohibebantur: hoc ergo & nos dicimus ut respondeatis nobis, utrum deo magis obediẽdum sit an hominibus? Traditores, thurificatores, persecutores, uerba sunt hominum contra homines. In sola dilectione Donati remansit Christus: uerba sunt hominum extollentium gloriam hominis sub nomine Christi, ut gloria minuatur ipsius Christi. Scriptũ est enim, In lata gente gloria regis, in diminutione autem populi contritio principis: hæc ergo uerba sunt hominũ. At illa in Euãgelio, Quia oportebat Christũ pati, & resurgere tertia die, & prædicare in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem: uerba sunt Christi commendantis gloriam quam accepit à patre in latitudine regni sui. Vtrisq; auditis, hanc Ecclesię communionem potius eligimus, & hominũ uerbis Christi uerba præponimus. Rogo quis est qui nos dicat mala elegisse, nisi qui Christum dicit mala docuisse? Petilianus dixit, Nunquid igitur cædem uel schismaticis deus iussit inferri? Qui si omnino præciperet, uos debere tis occidi ab aliquibus Scythis ac Barbaris, non tamen à Christianis. AVG. respondit, Vestri Circumcelliones quiescant, & nolo nos de Barbaris terreas. Vtrum autem schismatici nos simus an uos, nec ego nec tu, sed Christus interrogetur ut iudicet Ecclesiam suam. Lege ergo Euangelium, & respondet tibi, In Hierusalem & in totam Iudæam & Samariam usq; in totam terram. Quisquis igitur in Ecclesia non inuenitur, iam non interrogetur, sed aut correctus conuertatur, aut corre-

ptus

Caput. LXXXIIII

Ioan. 6

Eccl. 15

23. q. 5. cũ ad fidem

Prouerb. 14

Luc. 14

Caput LXXXV

Luc. 24

Cap. LXXVI ptus non conqueratur. Petilianus dixit, Neq; enim dominus deus humano sanguine aliquando lætatus est, cum occisorem fratris Cain in uita carnificem uoluerit permanere. AVG. respondit, Si occisori fratris deus noluit inferri mortem, sed relinqui carnifici uitam: uide ne forte hoc sit, quòd cum regis cor in manu dei sit, unde multas ad uos cõmonendos & corripiendos leges ipse cõstituit: nulla tamẽ lex regia uos iussit occidi, fortasse propterea, ut quicunq; uestrum in pertinaci sacrilegi furoris aura persistunt, Cain parricidæ supplicio & uita carnifice crucientur. Legimus enim multos à famulo dei Moyse misericorditer interfectos: nam in eo quòd pro eorum nefario sacrilegio sic
Exod.32 est dominum deprecatus, ut diceret, Domine si dimittis illis peccatum, dimitte: sin autem, dele me de libro tuo: ineffabilis eius charitas & misericordia satis apparet. Numquid ergo subito crudelis effectus est, cum de monte descendens tot milia iuberet occidi? Considerate itaq; ne forte maiore iracundia dei per tot leges aduersus uos latas à nullo Imperatore iussi fueritis occidi. An illi fratricidæ non uos comparandos putatis? Audite do
Malac.1 minum per Prophetam dicentem, Ab ortu solis usq; ad occasum glorificatum est nomen meum in nationibus, & in omni loco incensum admouebitur nomini meo & hostia pura: Magnum nomen meum in nationibus, dicit dominus omnipotens. Huic fraterno sacrificio super quod respicit dominus inuidere uos per calumnias uestras ostẽditis:
Psal.112 & si quando audieritis, A solis ortu usque ad occasum laudari nomen domini: quod est uiuum sacri-
Psal.49 ficium, de quo dictum est, Immola deo sacrificium laudis: ita concidit uultus uester ut illius homici-
1.Ioan.3 dæ. Sed quia uniuersum orbem interimere nõ potestis, odio ipso rei tenemini, dicente Ioanne, Qui odit fratrem suum homicida est. Et utinam innocẽs frater in uestrorum potius Circumcellionum tela trucidandus, quàm in uestram aquam rebaptizandus incurrat. Petilianus dixit, Monemus
Cap. LXXVII uos ergo si libenter audiatis, & si non libenter accipitis admonemus, quia dominus Christus non occidendi formam, sed moriendi Christianis instituit: Nam si ita repugnantes diligeret, nollet pro nobis occidi. AVG. respondit, Vtinam formam eius sequerentur martyres uestri, non se præcipitarent, quod ille diabolo suggerente nõ fecit. Vos autem cum maiores nostros etiam defunctos falso testimonio persequmini, ubi accepistis hãc formã? quòd nos ignotorum criminibus maculare conamini, cum uestrorum malefacta notissima uobis obesse nolitis: ubi accepistis hanc formam? Sed nimium superbimus si de nobis succẽsemus, cum aduersus ipsum dominum uos falsum testimonium dicere uideamus: quandoquidem ipse Ecclesiam suam per omnes gẽtes & promisit & exhibuit, & uos contradicitis. Hanc uero formam nec ab ipsis Iudæis persecutorib. accepistis: Illi enim persecuti sunt carnem ambulantis in terra, uos Euangelium sedentis in cœlo. Quod Euangelium mitius pertulit sæuientium regum flammas, quàm uestras patitur linguas: nam illis incendentibus unitas mansit, uobis loquentibus manere non potuit. Qui uerba domini exusta cupiebant aboleri, non credebant posse lecta contemni. Non ergo illi in Euangelio exercerent flammas suas, si eis cõtra Euãgelium permitteretis linguas uestras. In illa persecutione Euangeliũ Christi ab alijs sæuientibus quærebatur, ab alijs metuentibus prodebatur, ab alijs sæuientibus incẽdebatur, ab alijs diligentibus abscondebatur, nullis contradicentibus oppugnabat, sceleratiores uobis persecutionis partes transacta gentium persecutione seruastis. Qui Christi nomen persequebantur, Christo crediderunt, qui propter Christi nomen honorantur, Christo contradicunt. Petilianus dixit, Ecce uobis plenissimum documentum, quòd Christiano non liceat in pernicie aliena uersari: disciplinę aũt huius initium Petro cõstitutũ, sicut scriptum est: Percussit Petrus auriculam serui principis Iudęorũ, & abscidit eam. Dixitq; illi Iesus, Petre reconde gladiũ tuum in theca: Qui enim gladio utitur gladio morietur. AVG. respondit. Cur ergo non tali uoce compescitis arma Circumcellionum? An præter Euãgelium uos loqui arbitremini, si dixeritis, Qui fuste usus fuerit, fuste morietur? Date ergo ueniam quia nec illos à quibus Marculũ præcipitatum esse queremini, potuerint prohibere maiores nostri. neq; enim scriptum est in Euangelio, Qui aliquem præcipitauerit præcipitio morietur. Atq; utinam sicut illa uel falsa uel transacta sunt, sic istorum lingua cessaret. Quanquam fortasse irascimini quòd legionibus uestris, & non legibus, saltem uerbis subtrahimus armaturã, quia eas solis sæuire fustibus dicimus. Vetus quippe ista eorum malitia fuit, nunc aũt nimium profecerunt: Nam inter uinolenta conuiuia, & cum fœminis maritos non habentibus, liberam comitandi, uagandi, iocandi, bibendi, pernoctandi licentiam, non solum fustes tornare, sed etiam ferrum uibrare & fundas circũagere didicerunt. Sed cur eis non dicam, quo animo dico, & quo illi accipiant nouerit deus: Insani, gladius Petri quanuis adhuc carnali motu animi, tamen pro Christi corpore in corpus persecutoris exertus est: uestra uero arma aduersus Christũ diuisa sunt. Corpus uero cui ille caput est, id est, Ecclesia eius, per omnes gentes est. Ipse hoc dixit, & ascendit in cœlum, quo eum furor Iudæorũ sequi nõ potuit, & membra eius in corpore quod ascendens cõmendauit, furor uester oppugnat. Pro istis membris aduersus uos sæuiunt & uobis resistunt quicunq; in catholica paruę adhuc fidei, eo animo sunt, quo tunc Petrus fuit cum ferrum pro Christi nomine strinxit. Sed multum interest inter uestrã persecutionem & istorum. Vos similes estis seruo sacerdotis Iudæorum, quia seruientes principibus uestris aduersus Ecclesiam catholicam, id est, aduersus Christi corpus armamini: Isti autem tales sunt qualis tunc Petrus fuit: qui pro Christi corpore, id est, pro Ecclesia, etiã corporaliter pugnauit. Sed si ipsis dicitur ꝙ quiescãt, sicut Petro tunc dictum est: quãto magis uobis dicendũ est, ut hæretico

Universidad de Deusto

retico errore depoſito ad ea membra pertineatis pro quibus illi ſic dimicant. Sed læſi à talibus etiam nos odiſtis, & tanquam aures dexteras perdideritis, Chriſtum ſedentem ad patris dexterã non auditis. Sed quibus loquar, aut quãdo eis loquar, quibus nec horam inuenio, uinum etiam mane ructuantibus, ſiue iam ebrijs, ſiue adhuc potantibus. Quinimo & minantur, nõ ſolum illi, ſed de illis etiam Epiſcopi ipſorũ, parati negare ad ſe pertinere quod fecerint. Donet nobis dominus canti-
Pſal.119 cum graduum, quo dicere poſsimus, Cum his qui oderunt pacem eram pacificus, cum loquebar illis debellabant me gratis. Dicit enim hoc corpus Chriſti quod per totam terram, ab alijs hic, ab alijs alibi, & ab omnibus alijs atq; alijs ubicunque ſunt
Caput. LXXXIX hæreticis oppugnatur. Petilianus dixit, Ergo, B inquam, mortem pro fide ſubeundam conſtituit, quæ cuiq; pro communione facienda. Chriſtianitas enim mortibus proficit: Nam nemo fideliſsimus uiueret, ſi mors à fidelibus timeretur. Dicit
Ioan.12 enim dominus Chriſtus, Si granum tritici cadens in terram non moriatur, ſolum manet: ſi autẽ moriatur, multum fructum facit. AVG. reſpõdit, Vellem ſcire quis primo de parte ueſtra ſe præcipitauerit. Valde quippe illud granum fertile fuit, unde tanta ſeges præcipitatorum cadauerum pullulauit. Sanè cum uerborum domini memineritis, quia ſe dixit granũ moriturum, & multum fructũ facturum: quare ipſi fructui quod per totum mundum ueraciſsime prouenerit inuidetis, & ei zizaniorũ uel paleæ crimina, uel quæ audiſtis uel quæ C
Ca. XC finxiſtis obijcitis? Petilianus dixit, Sed uos ſpinas atq; zizania, non ſemina ſpargitis, cum quib. uos in ſummo iudicio deceat cõcremari. Non maledicimus, ſed omnis ſpinoſa cõſcientia, dei ſententia ſic tenetur. AVG. reſpondit, Saltem cõmemoratione zizaniorum ſimul tibi & triticum ueniret in mentẽ, quia utraq; per agrum iuſſa ſunt creſcere uſq; ad meſſem: uos aũt oculum maleuolentiæ in zizanijs acriter figitis, & contra ſententiam Chriſti ea ſola per orbem terrarũ, excepta Aphri-
Cap. XCI ca, creuiſſe contenditis. Petilianus dixit, Vbi eſt
Matth.5 quod dicit dominus Chriſtus, Si acceperis alapã, præpara & aliã maxillam? Vbi eſt illud q̃ ſputa à facie paſſus eſt, qui ſputo ſuo ſanctiſſimo cæci oculos patefecit? Vbi eſt quod dicit Apoſtol⁹ Paulus, D
2.Cor.11 Si quis uos in faciẽ cædit? Vbi eſt quod iterum dicit, In plagis ſupra modũ, in mortibus frequenter, in carceribus abũdantius? Quę pertulit memorat, non quæ fecit: ſuffecerat fidei Chriſtianę à Iudæis hæc fieri. Cur hæc miſeri perpetratis? AVG. reſpondit, Itáne uero uos accepta alapa prębetis alteram maxillã? Non iſtam uobis famã furioſa ueſtra agmina per totam Aphricã cum terribili turpitudine paſsim uagantia compararunt. Vtinam uobiſcum paciſcerentur homines, ut ſaltem ſecundum ueterẽ legem, oculũ pro oculo, dentem pro dente peteretis, non pro auditis uerbis fuſtes erigeretis.
Cap. XCII Petilianus dixit, Quid aũt uobis eſt cũ regib. ſeculi quos nunc̃q; Chriſtianitas niſi inuidos ſenſit? Quod ut breuiter doceã Machabæos fratres rex perſecutus eſt. Rex quoq; tres pueros, cũ ipſe ſacrilegus eſſet, flãmis neſcius religioſis addixit. Rex quęſiuit animã pueri Saluatoris. Rex iuſtiſſimum Danielem ferinis morſibus, ut putabat, obiecit. Ipſumq; dominũ Chriſtum iudex nequiſsimus regis occidit. Inde eſt quod Apoſtolus clamat, Sapienti 1.Cor.2
am loquimur inter perfectos: ſapientiã non huius ſeculi, neq; principum huius mundi quæ euacuat, ſed loquimur dei ſapientiam in ſacramento, quæ fuit abſcondita, quam conſtituit deus ante ſecula in gloriam noſtram, quam nemo principum huius ſeculi cognouit: Si enim cognouiſſent, nõ utiq; dominum maieſtatis crucifixiſſent. Sed de priſtinis regibus paganis hoc dictum ſit. Vos autem huius ſeculi imperatores quia Chriſtiani eſſe deſiderant, non permittitis eſſe Chriſtianos, cum fuco & nebula ueſtri mendacij eoſdem bona mente credentes, ad iniquitatẽ ueſtram prorſus adducitis, ut armis ſuis cõtra hoſtes reipublicę prępariatis in Chriſtianos incurrant, putentq; ſe ſuaſionibus ueſtris deo officium facere, ſi nos quos odiſtis occidant, dicente domino Chriſto, Veniet, inquit, tempus Ioan.16
ut qui uos occiderit, putet ſe deo officium facere. Nihil igitur intereſt uobis male docẽtibus, utrum reges orbis terrarum, Pagani quod abſit, an Chriſtiani eſſe deſiderent, cum eoſdem contra Chriſti familiam non ceſſatis armare. Neſcitis autem, aut potius non legiſtis, q̃ crimine hominẽ occidentis, maius crimen eſt ſuaſoris. Iezabel in mortem hominis iuſti uel pauperis, maritum ſuum excitauerat regem, pari tamen ſupplicio uir & uxor ambo perierũt. Neq; enim uos aliter reges impellitis, q̃ ut ſæpe ſubtilis ſuadela fœminea reges impulit in reatum. Etenim per filiã uxor Herodis impetrauit ac meruit in diſco ad menſam caput Ioãnis afferri. Pontium Pilatum Iudæi ſic coegerunt, ut Chriſtũ dominũ cruci ſuffigeret, cuius ſanguinẽ uindicem ſuper ſe ſemper ac ſuos manere uoluerunt. Ita uos igitur ſanguine noſtro peccãtes obruitis: Non eñ & ſi iudex percutiat, non ueſtrę nos potius calumniæ ferierunt. Dicit enim Propheta Dauid ex do-
mini Chriſti perſona, Quare fremuerũt gentes, & Pſal.2
populi meditati ſunt inania? Adſtiterunt reges terræ, & principes conuenerunt in unũ, aduerſus dominum, & aduerſus Chriſtum eius: Dirumpamus uincula eorum, & proijciamus à nobis iugũ ipſorũ. Qui habitat in cœlis irridebit eos, & dominus ſubſanabit eos. Tũc loquet̃ ad eos in ira ſua, & in furore ſuo conturbabit eos. Ego autẽ conſtitutus ſum rex ab eo ſuper Sion montem ſanctum eius, prædicans præceptũ eius. Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te. Pete à me & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & poſſeſsionem tuam terminos terræ. Reges eos in uirga ferrea, & tanquam uas figuli eos comminues. Ipſosq;, id eſt reges, ne quaſi ignari uel neſcij perſequi cuperent Chriſtianos, his præceptis admonuit ne perirent, quæ illos præcepta quia neſciunt, utinam nos doceremus: aut certe uos illis ſine dubio oſtenderetis ſi uelletis ut uiuerent: uel certe quod tertium eſt, ipſos ſibimet legere ueſtra mã-

litia

Universidad de Deusto
Biblioteca

litia permisisset, primus Dauidicus Psalmus illis omnino suaderet, ut Christiani uiuerent & regnarent, quos quidem male decepistis, dum uobis se committunt. Vos namq; illis quæ mala sunt fingitis, & quæ bona sunt occultatis. Hoc tandem legant uel serius quod olim legere debuerunt. Quid enim dicit? Et nunc reges intelligite, erudimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite disciplinam nequando irascatur dominus, & pereatis de uia iusta, Cum exarserit quàm cito ira ipsius super uos: beati omnes qui confidunt in eo. Imperatores, inquam, suasionibus premitis ut Pilatū, quem ut diximus, Iudæi presserunt, licet ipse clamauerit lauans publice manus, Liber sum à sanguine huius iusti: tamen quomodo potuit à crimine mundus esse qui fecit? Sed ut uetera taceam, in uestris exemplis aduertite imperatores quàm plures ac iudices uestros persecutionem nobis faciendo periisse, ut relinquam Neronem, qui primus est persecutus Christianos. Domitianum similiter Neronis maximam partem, Traianum, Varium, Decium, Valerianum, Diocletianū: perijt etiam Maximianus, qui dum thura prædicarent, incensis codicibus dominicis primus Marcellinus Episcopus Romanorum qui fuit, sed & Carthaginis Mē surius, & Cæcilianus ex ipsis sacrilegis flammis, ut fauillæ uel cineres remanserunt: thuris enim cō scientia omnes implicuit qui Mensurio consensistis. Perijt Macarius, perijt Vrsacius, cūctiq; comites uestri dei pariter uindicta perierunt. Vrsacium namq; Barbarica pugna prostratum, seuis unguib. alites, canūq; auidi dentes morsibus discerpserūt. Nonne idem uestro impulsu percussor est, qui ut rex Achab, quem diximus à muliere persuasum, iustū pauperē occidit? Ita uos quosq; iustos & pauperes (circa opem dixerim mūdanam, nam gratia dei in nobis non est pauper) non desinitis iugulare. Non enim si cum manu non facitis, nō lingua carnifice hominem iugulatis. Scriptum est enim, Mors & uita in manibus linguę, Omnes ergo qui occisi sunt, tu qui suasor es occidisti. Neq; em̄ manus carnificis nisi lingua tua seruescit, & ille dirus pectoris calor in alienū sanguinē uerbis tuis accēditur sanguinē iustū sui uindicē diffusoris. AVG. respondit, Huic loco tam copiose à te exaggerato atq; digesto ubi de regib. seculi aduersus nos inuidiose loquimini, si debite digneq; respondeam, uereor ne me quoq; crimineris regum iracūdiam in uos concitare uoluisse: Quanquam cum more uestro uniuersaliter in omnes catholicos huius inuectiōis impetu feraris, nec me utiq; præmittitis: Curabo tamen ostendere, si potuero, te potius hoc fecisse talia dicēdo, quàm me talibus respondendo. Ac primum uide quemadmodum tibi tuipse aduerseris: Ecce istum locum sic exorsus es, Quid autem uobis est cum regibus seculi, quos nunquā Christianitas nisi inuidos sensit? His uerbis prohibes utiq; nos ad reges seculi accedere. Et paulo post dicis, Ipsosq;, id est reges, ne quasi ignari uel nescij persequi cuperent Christianos, his præceptis admonuit ne perirēt, quæ illos præcepta quia nesciunt, utinam nos doceremus: aut certe uos illis sine dubio ostenderetis si uelletis ut uiuerent. Quomodo igitur nos regum uis esse doctores? Et nostri quidem si qua eis amicitia est cum regibus Christianis, si ea bene utuntur nihil peccant; si qui uero inde extolluntur, multo leuius quàm uos peccant. Vobis enim qui sic nos arguitis, quid fuit cum rege pagano, & quod est grauius, apostata & Christiani nominis hoste Iuliano, à quo uobis basilicas quasi uestras reddi deprecantes, hoc in eius laude posuistis, quòd apud eum sola iustitia locū haberet? Quibus uerbis, credo enim uos Latine intelligere, & idololatria Iuliani, & apostasia iustitia est appellata. Tenetur petitio quam uestri maiores dederunt Constantio, quam impetrauerunt gesta, ubi allegauerunt, Euigilate & attendite inimico Christi, apostatę, aduersario Christianorum, seruo dæmoniorum; talibus uerbis ille ille uester ille Pontius supplicauit. Ite nunc & nobis dicite, quid uobis est cum regibus seculi, ut surdi surdis populis legatis quod cum ipsis audire non uultis. Stipulam in oculo fratris tui uides, trabem in oculo tuo non uides. Quid inquies uobis est cum regibus seculi quos nunquam Christianitas nisi inuidos sensit? Hoc cum dixisses, enumerare conatus es, quos reges iusti senserint inimicos, nec considerasti quòd plures enumerari possint quos habuerint amicos. Pater Abraham à rege diuinitus admonito ne attaminaret eius uxorem, & amicissime habitus est & munus accepit. Isaac filius eius regem similiter amicissimum expertus est. Iacob in Aegyptum à rege honorabiliter exceptus, eum etiam benedicit. Quid loquar de filio eius Ioseph, qui post carceris tribulationem, quo uelut igne sicut aurum castitas eius probata est, magnis ab eo sublimatus honoribus, iurabat etiā per Pharaonis salutem, non tanquam typho elatus, sed benenolentiæ nō ingratus. Regis filia Moysen adoptauit. Dauid ad alienigenam regis Israel compulsus iniquitate cōfugit. Helias ante currum pessimi regis, non illius imperio sed suo cucurrit obsequio. Helisæus hospitæ mulieri si quid sibi forte à rege per eius intercessionem præstari uellet, etiam ultrò offerendum putauit. Sed ad ipsa iam tempora ueniam, quando captiuus dei populus habebatur: ubi ut mitius loquar, mira tibi irrepsit oblitio. Volens enim probare quòd reges nunquam Christianitas nisi inuidos senserit, commemorasti tres pueros & Danielem, quæ passi sunt à persequentibus regibus, nec rebus modo uicinis, sed planè ipsis admoneri potuisti, qualis ipse rex post innocentium flammarum miraculum, siue in deo laudando atq; prædicando, siue in ipsis pueris honorandis extiterit, qualem rex habuerit Danielem, & non recusantem quibus muneribus exornauerit, cum ille honorem debitum reddens regiæ potestati, quod satis in uerbis eius apparet, donū dei quo præditus erat indicando, interpretando eius somniū non subtraxit. Vnde cum ab inuidis sancto uiro sacrilega uæsania calūniantib. inuitus eum

Matt. 27

Prouerb. 18

Matt. 7

Gen. 12

Gen. 21

Gen. 27

Dan. 1 Dan. 3 Dan. 4

Dan. 6

Dan.6 cum lex in lacum leonum mittere cogeretur, quã-
quam tristis id fecerit, præsumpsit eum tamen per
auxilium domini sui saluum futurum. Itaq; cum il
le refrenata diuinitus leonũ rabie uixisset illæsus,
solicita & amica uoce regis ipsius sibi præmissa, &
ipse cum benedictione de lacu respondit, Rex in
seculum uiue. Cur istas regum cum sanctis amici-
tias, cum sermo tuus ibidem uersaretur, cum isto-
rum famulorum dei in quibus hæc acta sunt, tu ip-
se commemorares exempla, uel non uidisti uel ui-
dere noluisti, uel quod nescio quemadmodum ex-
cuses, uisa notaq; tacuisti? Quod si te sicut causæ
pessimæ defensorem studium falsitatis astruere nõ
impediret, & te nolentem uel nescientem à luce ue
ritatis auerteret, profecto reges quosdam bonos,
quosdam autẽ malos, & alios sanctorum amicos,
alios inimicos, sine ulla difficultate recoleres. Et
miramur quòd se Circumcelliones uestri sic præci
pitant. Quis post te currebat obsecro? te quis Ma-
carius, quis miles insequebatur? Nempe in abru-
ptum falsitatis huius nullus nostrũ te impulit. Cur
ergo clausis oculis sic isti præceps, ut cum dixis-
ses, quid autẽ uobis est cum regibus seculi? nõ ad
iungeres, quos sæpe Christianitas inuidos sensit:
sed nõ dubitares dicere, quos nunq; Christianitas
nisi inuidos sensit? Itáne uero nec ipse cogitasti,
nec eos qui scripta tua legerent, cogitaturos puta-
sti tot regũ exempla tibi reclamantia, nescit quid
loquatur. An quia illi quos commemorauí, uete-
rum temporum fuerunt, ideo tibi eos nihil aduer-
sari arbitraris, qui non dixisti, quos nunquam iu-
stitia nisi inuidos sensit: sed dixisti, quos nunquam
Christianitas nisi inuidos sensit: ex illo fortassis tẽ-
pore uolens eos intelligi iustis inuidere, ex quo
Christiani appellari cœperunt. Quid ergo sibi uo
lunt exempla ueterum temporũ quibus quod im-
prudenter dixisti, imprudentius docere uoluisti?
Nunquid enim Machabæi uel tres pueri uel Dani
el, non antequam Christus in terra nasceretur, uel
egerunt illa uel pertulerunt? Deinde cur, ut pau-
loante commemorauí, Iuliano Christianitatis inu-
ido supplicastis? cur ab eo basilicas petistis? cur
apud eum solam iustitiam locum habere dixistis?
Si Christianitatis inuidus hæc audit, quid sunt à
qu bus hæc audit? At uero Constantinus nequa-
quã Christiani nominis inuidus, sed plane Chri-
stiano nomine glorioſus, memor spei quam gere-
bat in Christo, pro eius unitate iustissime iudicãs,
acceptari à uobis nec ad se appellantibus meruit,
ambo iam Christianis temporibus, sed non fuerũt
ambo Christiani. Quod si ambo Christianitatis
inuidi, cur ad unum eorũ sic appellastis, alteri eo-
rum sic supplicastis? Si autem quod uerum est pe
tentibus tum maioribus uestris episcopale iudiciũ
dederat Constantinus, & apud Romã & aqud A-
relatum, quorũ primum apud eum accusastis, ab
altero ad eum appellastis. Si ergo quod uerum est,
unus eorum in Christum crediderat, alter à Chri-
sto apostatauerat, cur Christianus consulens unita
ti contemnitur, & apostata fauens diuisioni lauda
tur? Constantinus uobis basilicas iussit auferri, Iu
lianus restitui. Quid horum Christianæ paci cõue
niat uultis nosse? Illud fecit qui crediderat in Chri
stum, hoc fecit qui dimiserat Christum. O quàm
uellet dicere, male factum est ut Iuliano ita suppli
caretur, sed hoc quid ad nos pertinet? Quod si di-
ceres, & in his quidẽ uerbis tuis catholica uince-
ret fides, ad cuius sanctos toto orbe diffusos mul-
to minus pertinet quicquid dicitis de quibus uul-
tis sicut uultis. Sed nõ potes dicere male factũ ut
Iuliano ita supplicaret, oppilat fauces, premit lin-
guã domestica authoritas, Pontius fecit, Pontius
supplicauit, Pontius apostatam iustissimũ dixit,
Pontius apud apostatã solam iustitiam locũ habe
re prędicauit. His uerbis sibi Pontium supplicasse
in eodem rescripto suo nominatim sine ambage
ipse Iulianus expressit. Extant allegationes uestrę,
non hæc incerta fama, sed publica monimenta te-
stantur. An forte quia contra unitatem Christi, pe
titioni uestræ aliquid cõcessit apostata, uerum pu-
tas esse quod dictum est, apud cum solum locum
habere iustitiam? Quia uero imperatores Christia
ni quod ualere arbitrantur ad Christi unitatem, cõ
tra uestram statuunt uoluntatem, Christianitatis
inuidi appellantur? Sic desipiant hæretici omnes,
& resipiant ut non sint hæretici. Et ubi, inquies,
impletum est quod dominus ait, Veniet tempus Ioan.16
ut qui uos occiderit, putet se deo officium facere?
Neque enim hoc de Paganis dici potuit, qui non
propter deum, sed propter idola Christianos per-
sequebantur. Non uidetis si hoc de his imperato-
ribus dictum esset qui gaudent de nomine Chri-
stiano, hoc eos utiq; præcipue esse iussuros ut oc-
cideremini, quod nunquam omnino iusserũt. Sed
uestri hostili more legibus repugnando pœnas de
bitas luunt, & uoluntarias mortes suas dum no-
bis inuidiosas putant, sibi pernicioſas non putant.
Quod si de regibus nomen Christi honorantibus
illud à domino dictum esse arbitrantur, quærant
quid catholica in Oriente perpessa sit, quando Va
lens imperabat Arrianus. Ecce haberem quod in
telligerem impletum esse, quod dominus ait, Ve-
niet tempus ut qui uos occiderit, putet se officium
deo facere: ne sibi ad famæ gloriam assumerent
hæretici, si quid aduersus eorum errorem impera-
tores catholici præcepissent. Veruntamen tempus
illud post ascensionem domini completum esse re
minisci mur: sancta scriptura huius rei testis omni
bus nota est, Iudæi putabant se officium deo face-
re, cum Apostolos occidebant. Inter hos qui offi-
cium deo arbitrabantur se exhibere, etiam Saulus
noster, nondum noster, fuit: ita ut hoc inter lau-
des suas præteritas & obliuiscendas enumeret. He Philip.3
bræus, inquit, ex Hebræis, secundum legem Pha-
risæus, secundum æmulationem persequens Ec-
clesiam. Ecce qui putabat officium se deo facere,
cum faciebat quod mox ipse perpessus est: Nam
quadraginta Iudæi coniurauerant ut interficerent
eum, quando fecit hoc tribuno innotescere, ut eo-
rum insidias armato milite septus euaderet, sed nõ
dum erat qui ei diceret, Quid tibi est, non cũ regi-
bus, sed cum tribunis armisq; regalibus? Non erat

qui ei diceret, Audes per milites quęrere tuitionẽ, cum dominus tuus per eos ductus sit ad passionem? Nondum erant ista deliramenta, sed contra hæc futura iam tunc illa parabãtur exempla? Quin etiã terribiliter proponere ausus est & dicere, Sed ut cætera taceam, in uestris exemplis aduertite Imperatores quàm plures ac iudices uestros persecutionem nobis faciẽdo perijsse. Hoc in epistola tua cum legissem intentissime expectabam quid dicturus & quos enumeraturus esses, cũ ecce mihi quasi relinquendo cœpisti commemorare Neronem, Domitianum, Traianum, Varium, Decium, Valerianum, Diocletianum, Maximianum. Fateor plures esse, sed tu prorsus contra quos loquaris oblitus es. Nonne isti omnes Pagani erant, et uniuersaliter Christianum nomen pro suis idolis persecuti sunt? Euigila ergo, nam isti communionis nostræ non fuerunt, unitatem ipsam uel unde nos sicut uos putatis, uel unde uos sicut Christus docet existis, totam persequebantur. Tu autem proposueras ostendere nostros Imperatores ac iudices persecutionem uobis faciendo perijsse, ac nos tu exigis ut istos cõputemus, quia relinquens eos commemorasti dicẽs, Vt relinquam Neronem: & sub ista relictione per cæteros cucurristi. Quid opus fuit ergo ut commemorarentur ad rem non pertinentes? Sed quid ad me? Iam istos tecum relinquo: nunc saltem procedant illi quos promisisti quàm plures. Nisi forte propterea non inueniuntur, quia eos perijsse dixisti. Sequeris enim iam, & Episcopos nominas, quos de traditione codicum soletis arguere. De quibus & nos solemus respondere, aut non probatis, & ad neminem pertinet: aut probatis, & ad nos non pertinet. Suam enim sarcinam portauerunt, uel bonam uel malam. Et bonam quidem credimus, sed qualemlibet, tamen suam: sicut uestri mali, nec ipsi uestram, nec uos ipsorum, sed uestrorum omnium communis pessima sarcina schisma est. Hoc sæpe iam diximus. Exhibe igitur non Episcoporum nomina, sed Imperatorum ac iudicum nostrorum, qui uos persequendo perierũt. Hoc enim proposueras, hoc promiseras, ad hoc nos intentissimos feceras. Audi, inquit. Perijt Macarius, perijt Vrsacius, cunctiq; comites uestri, dei pariter uindicta perierunt. Duos solos commemorasti, quorum neuter imperator fuit. Cui hoc placeat quæso te, tibijpsi nonne displices? Promittis quàm plures imperatores ac iudices nostros te cõmemoraturũ, qui uos persequendo perierũt, & tacitis imperatorib. nominas duos uel iudices uel comites. Illud enim quod adiungis, Cunctiq; comites uestri, dei pariter uindicta perierunt: ad rem non pertinet. Hoc quippe modo iamdudum locum istum finire potuisti, ut omnino neminẽ nominares. Cur ergo imperatores nostros, id est nostræ cõmunionis, non cõmemorasti? An timuisti ne reus maiestatis accusareris? Vbi est Circumcellionica fortitudo? Deinde quid ais de illis quos tot superius nominasti, qui rectius tibi possunt dicere? quid nos quærebas? Causam enim tuam nihil adiuuerũt, & tamen nominati sunt. Dein-

A de qualis es qui eos quos perijsse cõmemoras nominare formidas? Saltẽ ipsos iudices uel comites quos uideris non timuisse, plures nominares. Remansisti aũt ad Macariũ & Vrsacium. Itáne quàm plures illi, duo isti sunt? an quod pueri didicimus sapis? Si enim quæras ex me, duo quis numerus sit, singularis an pluralis: quid esse respõdeam nisi pluralem: sed adhuc etiam non desit quod dicam, è duobus uideo Macariũ, Neq; enim dixisti, quomodo perierit. An forte quisquis uos persequitur, nisi in hac terra fuerit immortalis, quando mortuus fuerit, propter uos mortuus existimabit? Quid si non in tam longo imperio Constantinus, & tam longa fœlicitate uixisset, qui primus aduersus uestrum errorem multa constituit: & quid si non Iulianus tam cito abreptus esset è uita, qui uobis basilicas dedit, quando ista garriendi finẽ faceretis, cũ & modo tacere nolitis? Nec tamen dicimus nos ideo cito mortuũ Iulianum quia uobis basilicas dedit. Possumus enim esse in his pariter copiosi, sed nolumus esse pariter uani. Proinde ut dicere cœperam, ex illis duobus cerno Macariũ, cum enim duos proposuisses, ipsum & Vrsaciũ, repetisti nomen Vrsacij, ut nobis ostenderes quam mortẽ meruerit, & dixisti: Vrsacium nanq; barbarica pugna prostratũ, sæuis unguibus alites canũq; auidi dentes morsibus discerpserũt. Vnde satis apparet cum de Macario maiorem inuidiam facere soleatis, ita ut nos Macarianos, nõ Vrsacianos appelletis, multò maxime te de illo fuisse dicturum, si de morte

B

C eius aliquid tale dicere potuisses. Ex his itaq; duobus ubi pluralem numerum posuisti, seiuncto Macario, remanet Vrsacius nomẽ proprium numeri singularis. Vbi est igitur quàm pluriũ illorum tam minax & tremenda promissio? Iam illud cũ ridiculum sit, qui quoquo modo loqui nouerũt, quantũ opinor intelligunt, quod cum dixisses, Perijt Macarius, perijt Vrsacius, cunctiq; comites uestri dei pariter uindicta perierunt: tanquã exigentibus ut probares, quia reuera nihil aliud uel auditor uel lector exigeret, statim connexuisti magnũ documentũ, quo probares cunctos comites nostros dei uindicta pariter corruisse. Vrsacium nanq; Barbarica, inquis, pugna prostratum, sæuis unguibus alites, canumq; auidi dẽtes morsibus discerpserunt. Hoc modo potest alius similiter nescies quid loquatur dicere, omnes Episcopos uestros dei uindicta in carcere defecisse. Et cum ab eo fuerit flagitatũ unde hoc probet, adiũget statim: Optatus namq; de satellitio Gildonis accusatus, tali genere mortis extinctus est. Has nugas audire & discutere & refellere cogimur: tantum timemus infirmis ne tardiore intellectu in uestros laqueos celeriter currãt. Istum autem Vrsacium si forte bene uixit, & uere ita mortuus est, consolabitur promissio dei dicentis, Sanguinem animarum uestrarum exquiram de manibus omnium bestiarum. Quod autem nobis calumniamini, dicentes, à nobis in uos adiracundiam reges seculi concitari, dum eos non docemus diuinam scripturam, sed potius malitiam nostram suggerimus: non puto uos usqueadeo sur-

Gen. 9

dos

dos esse aduersus ipsa sanctorũ codicum eloquia, ut non potius timeatis ne nouerint ea, sed uelitis nolitis, intrant Ecclesiam, & si nos tacemus, lectoribus admouent aurẽ: atq; ut de cæteris taceã, istũ ipsum plerunq; Psalmum quem tu commemorasti, intentissime accipiunt. Dixisti enim quòd eos non doceamus: nec eos uolentes sinamus ut nouerint quod scriptũ est, Et nunc reges intelligite, eru
Psal.2 dimini qui iudicatis terram: Seruite domino in timore, & exultate ei cum tremore: Apprehendite disciplinam ne quãdo irascatur dominus &c. Credite & ista cantari, & illos audire: sed utique audiunt & illud superius in eodem Psalmo, quod tu, nisi fallor, propterea præterire uoluisti ne timuisse intelligereris. Audiunt ergo illud, Dominus dixit ad me, filius meus es tu, ego hodie genui te: Pe B te à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam terminos terræ. Quo audito utiq; mirant esse aliquos qui huic hæreditati Christi contradicunt, & eam ad exiguam partem terræ redigere conantur: mirantesq; fortasse quærũt propter id quod in sequentibus audiunt, Seruite domino in timore: in quo illi seruire possint inquãtum reges sunt. Omnes eñ homines seruire deo debent, aliter communi conditione qua homines sunt: aliter diuersis donis, quod ille aliud agit in rebus humanis, ille aliud. Non enim auferenda idola de terra, quod tanto antè futurũ prædictum est, posset quisquam iubere priuatus. Habent ergo reges excepta generis humani societate eoipso quo reges sunt, unde sic domino seruiãt, quomodo nõ possunt qui reges non sunt. Ista ergo cũ cogitãt, au C diunt & illud quod de tribus pueris ipse cõmemorasti, & audiunt solennitate mirabili, Tunc eñ eadem scriptura maxime in Ecclesia cantat, quando ipsa festiuitas feruẽtiores facit, etiã eos qui cætero anno pigriores sunt. Quid ergo putatis animi habere Christianos imperatores cũ audiunt tres pueros missos in caminum ignis ardentis, quia regi ad iniquitatem adorandi simulachra consentire noluerunt: nisi ut cogitent piam libertatem sanctorum nec regia potestate, nec pœnæ immanitate posse superari, gaudeantq; se non esse ex numero talium regum, qui contemptores idolorum quasi sacrilegos puniebant? Porrò autem cum in sequẽtibus audiunt eundem regem, non solum puerorum, sed & flammarum deo seruiẽtium tanto miraculo ter D ritum, etiam ipsum cœpisse deo seruire in timore, & exultare cum tremore, & apprehẽdisse disciplinam: nonne intelligunt ideo ista esse conscripta, & tanta celebritate recitari, ut & seruis dei ne ad sacrilegium regibus cedant, & ipsis regibus ut ad religionem deo credant, proponantur exempla? Volentes ergo & isti ex ipsius admonitione Psalmi quem tu quoq; inseruisti scripturis tuis, intelligere & erudiri, & seruire domino in timore, & exultare cum tremore, & apprehendere disciplinam, quàm intente audiunt, quid ille rex postea dixerit.
Daniel.3 Dixit enim propositurũ se decretum omnibus populis quib. imperabat, ut quicũq; dixissent blasphemiã in deum Sidrac, Misac & Abdenago, interirent, & domus eorũ dispergerent. Et si hoc eum decreuisse cognoscũt, ne blasphemaretur deus tẽperator ignium, et liberator triũ puerorũ, profecto cogitant quid decernere debeant in regno suo, ne in suis fidelibus idem ipse deus exuffletur remissor peccatorum, & liberator iam totius orbis terrarum. Vide itaq; cum aduersus uos aliquid pro unitate catholica reges Christiani constituunt, ne forte in labijs uestris tanquam scripturarum diuinarum imperitos eos arguatis, in corde autem uestro satis doctos esse doleatis. Quis enim ferat istã uestram sacrilegam odiosamq; fallaciam in ipso uno Daniele regem accusare, quia in lacum leo- Dan.6
num missus est: & regem non laudare, quia sublimiter honoratus est, cum etiam quãdo missus est, magis eum saluum futurum, quàm moriturum ipse rex crederet, & de illo sollicitus non cœnaret? Deinde audetis dicere Christianis, quid uobis est cum regibus seculi, quia Daniel à rege persecutio- Danie.2
nem passus est: & non respicere ipsum Danielem somnia regibus fideliter interpretãtem, dominum regem appellantem, munera & honores accipientem? Itemq; & eisdem tribus pueris, quòd recusan- Dan.3
tes adorare statuam in flammas missi sunt, inuidiæ flammas de regibus excitare: quod autem à rege sic prædicati & sic honorati sunt tacere & abscondere? Ecce rex fuerat persecutor, cum obiecit leo- Dan.6
nibus Danielem: quid cum eo saluo recepto gaudens & gratulans inimicos eius dilaniandos & consumendos eisdem leonibus misit, fuit persecutor an non fuit? Volo respondeas, Si enim fuit, cur ei Daniel ipse non restitit, cum præsertim tanta familiaritate facillime potuisset: & nobis dicitis ut reges ab hominum persecutione reuocemus? Si autem propterea persecutor non fuit, quia scelus in sanctum uirum commissum iustissime uindicauit, quomodo uindicandum est à regibus, quòd Christi sacramenta exufflantur, si Prophetæ membra, quia in periculum missa sunt, sic uindicari meruerunt? Item concedo & manifestum est persecutorem fuisse regem, cum tres pueros quòd simulachrum adorare noluerunt, misit in flammam: sed quæro utrum fuerit persecutor, cũ illud decretum proposuit ut interirent & domus eorum uastarentur, qui blasphemarent unum deum uerum? Si enim persecutor fuit, cur ad uerba persecutoris respondetis, amen? Si aũt non fuit, cur eos persecutores dicitis qui uos à blasphemiæ furore deterrent? Si eñ cogũt uos supplicare idolo, illi sunt similes impio regi, uos tribus pueris: Si aũt prohibẽt repugnare Christo, uos estis impij, si hoc facitis. Quid sint aũt illi si terribiliter hoc uetãt, ego nõ dico: tu inueni aliud quod dicas, si pios imperatores non uis dicere. Si hæc exẽpla de Daniele & tribus pueris ego commemorassem, fortasse resisteres, & in hæc nostra tempora ex illis temporibus sumi non debuisse clamares: Deo gratias, quia ea ipse posuisti ad id quidem quod uolebas, sed uides ea potius ualuisse ad id quod nolebas. An non est ista uestra fallacia, sed error humanus est? Vtinam ita sit: emenda ergo, ne timeas, non inde eris minor: imò

uero maioris ingenij est animositatis flãmas con-
Caput XCIII fitendo extinguere, quàm falsitatis nebulas intel-
ligendo uitare. Petilianus dixit, Vbi lex dei,
ubi Christianitas uestra est, si cædes & mortes fa-
citis ac iubetis? AVG. respondit, Ad hoc uide
quid dicant cohæredes Christi per totum orbem
terrarum, Cædes & mortes nec facimus nec iube
mus, & ista facientibus multò sceleratius sæuitis,
Caput qui hæc in hominum mentibus contra uitam æter
XCIIII nam committitis. Petilianus dixit, Si amicos
nos uultis, quare inuitos attrahitis? Si autem ini-
micos fingitis, cur occiditis inimicos? AVG. re
spõdit, Nec inuitos attrahimus, nec occidimus ini
micos, sed quęcunq; uobiscum agimus, quanquã
uobis agamus inuitis, ex charitate tamẽ agimus,
ut uolentes uos corrigatis, correctiq; uiuatis, nam
nemo uiuit inuitus: & tamen puer ut hoc uolens
discat, inuitus uapulat, & hoc plerunq; ab homi-
ne charissimo. Et hæc quidem uobis reges dicerẽt
si ferirent, Ad hoc enim eorum potestas diuinitus
ordinata est: sed cum & isti non feriunt, uos cla-
Cap. XCV matis. Petilianus dixit, Quæ autem ratio
est, quæue inconstantia uanitatis, quòd cum nos
falso uocabulo dicatis hæreticos, communionem
nostram magnopere cupiatis? AVG. respon-
dit, Si hæreticorum communionem magnope-
re cuperemus, corrigi uos ab hæretico errore nol
lemus: cum autem hoc uobiscum agamus ne si-
tis hæretici, quomodo hæreticorum communio-
nem magnopere cupimus? Dissensio quippe uos
& diuisio facit hæreticos: pax uero & unitas facit
catholicos. Cum ergo inde huc uenitis, desinitis
Caput esse quod odimus, & incipitis esse quod amamus.
XCVI Petilianus dixit, Eligite tandem de duobus
alterum, quid dicatis? Si innocentia uobis est, cur
nos ferro sectamini? aut si reos nos dicitis, quid
nos quæritis innocentes? AVG. respondit, O
acutissimam complexionem, an potius ineptissi-
mam loquacitatem. Nonne ibi proponi solet ut e-
ligatur alterum de duobus quid respõdeatur, ubi
utrunq; non potest eligi? Nam si mihi proponeres
ut eligerem alterũ de duobus, quid dicerem, utrũ
innocentes an nocentes simus, uel rursus ex alijs
duobus, siue ex istis, non possem nisi unum elige-
re quod dicerem. nunc proponis hæc duo, utrum
nos innocẽtes simus, an uos rei sitis, & uis ut unũ
ex his duobus eligam ut respondeam. At ego no-
lo unum dicere, quia utrunq; dico, & nos innocen
tes, et uos reos. Nos esse innocentes dicimus à fal-
sis & calumniosis criminationibus uestris, quicun
que in catholica possumus salua conscientia dice-
re, nec sanctos codices nos tradidisse, nec idolorũ
supplicationibus consensisse, nec quẽquam occi-
disse, uel si quid aliud mali soletis obijcere: nec eos
qui forte, quod quidem nec de ipsis probastis, ista
fecerũt, contra nos regnum cœlorum, sed contra
seipsos clausisse: quia unusquisq; nostrũ sarcinam
suam portat. Ecce habes unum. Et uos oẽs nocen
tes & sceleratos esse, nõ alios aliorũ criminib. quæ
apud uos à quibusdã committunt, & à quibusdam
reprehendunt, sed crimine schismatis, à quo imma

A nissimo sacrilegio nemo uestrũ se potest dicere im
munem, quãdiu nõ cõmunicat unitati omniũ gen
tium, nisi cogatur dicere de ecclesia quæ per oẽs
gentes diffundit, incipiens ab Hierusalem, Chri-
stum fuisse mentitum. Ecce habes alterum. Ecce
reddidi tibi duo, quorum tu uolebas ut unum dice
remus tibi. Vtiq; attendere debuisti utrunq; à no-
bis posse dici, saltem si hoc uolebas rogare nos, ut
unum diceremus, cum uideres quia utrunq; pos-
semus. Sed si innocentia uobis est, inquis, cur nos
ferro sectamini? Aut si reos nos, inquis, dicitis, qd
nos quæritis innocentes? Respicite paululum ca-
teruas uestras, quæ non antiquo more parentum
suorum solis fustib. armãtur, sed & secures & lan-
ceas & gladios addiderunt: & agnoscite quorum
B potius uox esse debeat, quid nos ferro sectamini,
aut si reos nos, inquis, dicitis, quid nos quæritis in
nocentes? Hic breuiter respõdeo, Ideo quærimini
rei ab innocẽtibus, ut desinatis esse rei, & incipia-
tis esse innocẽtes. Ecce utrunq; elegi nostrum, &
ad uestrum utrunq; respondi: modo tu elige unum
de duobus, Innocentes estis an nocentes? Neque
potes utrunq; dicere, sed dic utrunq; si hoc placet.
Certe enim non potestis in eadem causa esse inno-
centes in qua estis nocentes. Si ergo innocentes
estis, nolite mirari quòd ad pacẽ quærimini à fratri
bus: si autẽ nocentes, nolite mirari quòd ad pœnã
quærimini à regibus. Sed quia horum duorum al
terum uobis usurpatis, alterũ à nobis auditis: usur
patis enim uobis innocentiam, à nobis autem au-
C ditis quòd impie uiuatis, accipe iterum de utroq;
quid dicam, Si innocentes estis, quare Christi te-
stimonio contradicitis? Si autem nocentes, quare
ad eius misericordiam non confugitis? Nam & te
stimonium eius est de orbis unitate, & eius mise- Caput
ricordia in fraterna charitate. Petilianus di- XCVI
xit, Postremo ut sæpe iam diximus, qualis est ue- Psal.117
stra præsumptio ut de regibus præsumatis dicente
Dauid, Bonũ est sapere in domino, quàm sperare
in homine: Bonum est sperare in domino, quàm
sperare in principibus? AVG. respõdit, Nos nõ
speramus in homine, sed quãtum possumus homi
nes admonemus ut in domino sperent: nec spera-
mus in principibus, sed quantũ possumus princi-
pes admonemus ut in domino sperẽt, & si aliquid
D à principibus pro utilitate Ecclesiæ petimus, non Act.24
in eis tamen speramus. Nec; enim & Apostolus
in illo tribuno sperauit tãquam in principe, à quo
sibi egit ut deductores darẽtur armati: aut in ipsis
armatis tanquam in hominibus, quorũ multitudi-
ne septus euasit insidias perditorũ. Sed nec uosip-
sos quòd ab Imperatore basilicæ uobis ut redde-
rentur petistis, arguimus, tanquam in Iuliano prin
cipe speraueritis: sed arguimus, quòd de Christi te
stimonio desperaueritis, à cuius unitate ipsas basi-
licas separastis: eas emẽ iubente inimico Christi ac-
cepistis in quibus iussa Christi cõtemneritis, dum
ualidum & uerũ uobis uidetur quod Iulianus con
stituit, dicẽs hoc quoq; supplicãtibus Rogatiano
Pontio, Cassiano, & cęteris Episcopis, sed & cle-
ricis: accedit ad cumulũ, ut abolitis quæ aduersus

eos

eos sine rescripto perperam gesta sunt, in antiquũ A
statum cuncta reuocentur, inualidum autem &
falsum quod Christus constituit, dicens, Eritis mi
Luc.24 hi testes in Hierusalem & in totam Iudęam & Sa-
mariam, & usq; in totam terram. Obsecramus uos
corrigimini, redite ad hanc euidentissimam totius
orbis unitatem, ut non uerbis apostatę Iuliani, sed
uerbis saluatoris Christi, in antiquum statum cun-
cta reuocentur. Miseremini animæ uestræ, non
iam Constantinum & Iulianum comparamus, ut
quàm sint impares demonstremus: non dicimus,
si uos non speratis in homine & in principe, cum
homini imperatori Pagano & apostatæ dixistis,
quòd apud eum sola iustitia locum haberet, qui-
bus precibus & rescripto, sicut ibi scriptum est,
sicut allegationis gesta testantur, pars Donati uni-
uersaliter usa est: multo minus nos criminari à uo
bis debemus, tanquam speremus in homine & in B
principe, si quid à Constantino uel à cæteris Chri-
stianis imperatoribus nulla sacrilega adulatione
petiuimus. Aut si quid ipsi non petentibus nobis,
memores rationis quam domino reddituri sunt,
sub cuius uerbis tremunt cum audiunt quæ ipse
commemorasti, Et nunc reges intelligite, &c. &
alia multa ultro pro Ecclesiæ catholicæ unitate cõ
stituunt. Sed taceo de Constantino, Christum &
Iulianum uobis opponimus: parum dico deum &
hominem, filium dei & filium gehennæ, Saluato-
rem animarum nostrarum, & interfectorem ani-
mæ suæ. Cur in basilicis possidendis Iuliani rescri-
ptũ tenetis, & in Ecclesiæ pace amplectenda Chri
sti Euangeliũ non tenetis? Clamamus & nos, quę C
perperam gesta sunt, in antiquum statum cuncta
reuocentur. Antiquius est Euangelium Christi cȝ
rescriptum Iuliani. Antiquior est unitas Christi, cȝ
pars Donati. Antiquiores sunt Ecclesiæ preces
ad dominum pro unitate Christi, quàm Rogatia-
ni & Pontij et Cassiani ad Iulianum pro parte Do
nati. An perperam geritur cũ reges prohibent di-
uisionem, & non perperam geritur cum Episcopi
diuidunt unitatẽ? Perperam geritur cum ad defen
dendã Ecclesiã Christi testimonio reges seruiunt,
& non perperam geritur cum ad negãdam Eccle-
siam Christi testimonio Episcopi contradicunt?
Obsecramus ergo ut non contra Euangelium, sed
secundũ Euangeliũ etiam uerba ipsius Iuliani cui
Caput sic supplicastis audiant, & ea quæ perperam gesta D
XCVIII sunt, in antiquũ statũ cuncta reuocentur. Pe
tilianus dixit, Vos uos miseros appello, qui perse-
cutionũ metu perterriti, dum uestras diuitias non
animas quæritis, non tam fidem perfidam tradito
rum diligitis, quàm contra ipsorum malitiam quo
rum uobis patrocinia cõparastis: non aliter quàm
ut naufragi in fluctibus fluctus subeunt ruituros,
sicq; in magno uitæ periculo appetunt quod time
tur: uelut tyrannicus furor ut neminem metuat,
uult cum suo periculo uel timeri: sic sic ad arcem
malitiæ confugitis, innocentium damna uel pœ-
nas sine uestra formidine spectaturi. Si hoc est ui-
tare periculum fugere sub ruinam: nec non etiam
damnabilis fides est, fidem latroni seruare. Postre-

mo dementis lucri cõmercium est, uestras animas
perdere ne diuitias amittatis. Dicit enim dominus Matt.16
Christus, Si omnem mundum lucrifacias, & ani-
mam tuam perdas, quam dabis commutationem
pro anima tua? AVGV. respondit, Vtilis esset
ista exhortatio, fateor, si ea quisquam in bona cau-
sa uteretur: Omnino bene deterruisti homines di-
uitias præponere animæ suæ. Sed uos qui hæc au-
distis, & nos paululum audite: hoc enim & nos di-
cimus, sed attendite quemadmodum. Si uobis mi-
nantur reges auferre diuitias, quia Iudæi secundũ
carnem non estis, aut quia idola uel dęmonia non
colitis, aut quia in nullas hæreses transferemini,
sed in unitate catholica permanetis, eligite potius
perire diuitias uestras ne ipsi pereatis, sed nec ali-
ud quicquam, nec ipsam temporalem uitam saluti
æternæ quæ in Christo est præferatis. Si autem re
ges uobis propterea damna uel damnationem mi
nantur, quia estis hæretici, terrent uos illi non cru
deliter sed misericorditer: uos autem non fortiter
sed pertinaciter non timetis. Audite ergo Petrum 1.Pet.2
dicentem, Quæ autem gloria est si peccantes pœ-
nas patimini, ut neq; hic habeatis terrena solatia,
nec in futuro seculo uitam æternam, sed & hic an
gustias infœlicium, & ibi gehẽnas hæreticorum?
Vides ergo tu frater cum quo mihi nunc res est,
prius te debere ostẽdere utrum teneas ueritatem,
& tunc exhortari homines, ut pro ea tenenda pa-
rati sint carere omnibus quæ temporaliter tenent:
cum hoc non ostendas, quia non potes, non quia
ingeniũ deest, sed quia mala causa est, cur festinas
exhortationibus tuis facere homines & mẽdaces
& imperitos & egentes & errãtes & pannosos &
contentiosos & famelicos & hæreticos, & in hoc
seculo bona temporalia perdentes, & in Christi iu
dicio mala æterna inuenientes? Cautus autem fi-
lius qui timendo flagellum patris recedit à cubili
serpentis, nec uapulat nec perit, Qui autem dolo-
res disciplinæ pro sua pernicioſa uolũtate contem
nit, & uapulat & perit. Iam non intelligis uir diser
te, quoniam qui pro pace Christi omnibus terre-
nis caruerit, deum habet: qui autem pro parte Do
nati uel paucos nũmos perdiderit, cor non habet.

Caput XCIX
Petilianus dixit, Nos autem pauperes spiritu, Matth.5
non diuitias amamus, sed diuitias formidamus.
Nos nihil habentes & omnia possidẽtes, censum
animã credimus, nostrisq; pœnis & sanguine ęter
nas diuitias cœli mercamur, sicut idem dominus
dicit, Qui perdiderit substãtiam suam, centuplum Matt.19
recipiet eam. AVG. respondit, Et hoc ad rem
pertinet commonere quemadmodum scriptũ est,
Nam ubi nihil impedit intẽtionem meam, si quid
in scripturis fallis aut falleris nihil curo. Non ergo
ita scriptum est, Qui perdiderit substantiam suam:
sed, qui perdiderit animam suam propter me. De
substantia uero nõ scriptũ est, Qui perdiderit: sed,
qui dimiserit; nec solum substantiã pecunię, sed &
multa alia. Tu aũt interim nõ perdidisti substantiã
tuam: utrũ uero dimiseris quòd sic de paupertate
gloriaris, nescio: si forte scit hoc collega meus For
tunatus, quia in eadẽ ciuitate estis, nunquam mihi

Universidad de Deusto
Biblioteca

indicauit, quia nunquã quæsieram. Veruntamen etiã si hoc feceris, tuipse cõtra te in hac ipsa tua epi-
1. Cor. 13 stola cõmemorasti apostolicũ testimoniũ, Si distribuero oĩa mea pauperibus, & tradidero ☞ corpus meum ut ardeam, charitatẽ aũt non habeam, nihil mihi prodest. Si enim haberetis charitatẽ, nõ obiceretis ignaro & incognito uobis orbi terrarum, nec ipsa saltẽ probata crimina fratrũ. Si haberetis charitatẽ, non in uestris calũniis fingeretis, sed in uerbis domini manifestissime expressã usq; in totam terrã cognosceretis unitatẽ. Si aũt hoc non fecisti, quid gloriaris quasi feceris? Itáne uero diuitias formidatis, ut nihil habẽtes omnia possideatis? Dic ista collegę tuo Crispino, q modo iuxta Hipponẽ nostrã cõparauit fundũ, ubi mergeret homines in ꝑfundũ. Vnde hoc & ego nimirũ noui, tu forte neścis, & ideo securus clamas, diuitias formidamus. Vnde miror ꝙ ista uox tua ad nos perueniret, ipsum transilíit. Inter Constantinã quippe ubi tu es, & Hipponẽ ubi ego sum, Chalama ubi ille est, uicinior qdẽ nobis, sed tamẽ interposita est. Miror ergo quomodo ille nõ prior excepit hãc uocẽ, & repercussit ne trãsiret ad nos, et aduersus te diuitiarũ laudes multo copiosius recitauit. Nõ solum eĩ nõ formidat ille diuitias, sed & amat: & certe de cętero priusq; ædas, recita illi talia: si nõ emẽdauerit, respõdemus, tu aũt si uerum est ꝙ pauper sis, ibi habes fratrẽ meum Fortunatum, facilius inde placere poteris illi collegæ meo quàm huic tuo.

Caput C Petilianus dixit, Nos timore dei quo utuimus, pœnas et mortes quas gladio facitis, nõ timemus, sed id solum denicq; fugimus, quòd cõmunione ne
Matth. 18 quissima animas iugulatis, dño ipso dicente, Noli te timere eos qui occidũt corpus, animã enim occidere nõ possunt, sed timete potius eũ qui habet potestatẽ corpus & animã mittere in gehennam ignis. AVG. respondit, Quod dicitis uos facitis,
Psal. 56 nõ gladio uisibili, sed illo de quo dictũ est, Filij hominũ dentes eorũ arma & sagittæ, & lingua eorũ gladius acutus. Hoc eĩ gladio criminatore & calumniatore orbis incogniti, imperitorum animas trucidatis. Si aũt cõmunionẽ nequissimã accusas, ecce ore nõ meo sed tuo ascẽdas, descẽdas, intres, uerseris, tergiuerseris, talis es qualis Optatus. Si aũt redis ad cor, & inuenies te nõ esse talẽ, nõ quia tecum sacramenta non cõmunicauit, sed quia tibi displicuit: absolues orbem terrarũ criminibus alienis, et inuenies uos implicatos crimine schismatis.

Caput C I Petilianus dixit, Vos ergo qui falsissimo baptismo uultis lauari quàm nasci, non solum uestra delicta non ponitis, uerum animas uestras reorũ criminibus oneratis. Vt enim aqua nocentiũ à sancto spiritu uacuata est, ita planè referte est criminibus traditorum. Quicunq; igitur miser ab huiusmodi baptizaris, si mendacio carere uolueris, perfunderis falsitate. Si delicta carnis uolebas excludere, reorum accedente conscientia percipies & reatũ. Si auaritiæ flãmam uolebas extinguere, perfunderis fraude, perfunderis scelere, perfunderis & furore. Postremo si credis, qa accipientis & dantis est fides, ab eo q interficit hominẽ, sanguine ꝑfunderis fratris. Ita agit, ut q ad baptismũ innocẽs ueneras, à baptismo redeas parricida. AVG. respondit, Vellẽ cũ eis sermocinari, qui uerbis istis lectis uel auditis acclamauerunt, Tales eĩ non habent aures in corde, sed cor in auribus. Legãt tamẽ iterum & iterum, & cogitẽt, & sentiẽt ea, nõ quid sonent, sed qd sapiant. Primo ut hoc ultimum excutiã, Ita ergo fit, inquis, ut qui ad baptismum innocens ueneras à baptismo redeas parricida. Respõde prius, quis ad baptismũ innocens uenerat, excepto illo q nõ ideo uenit baptizari ut eius ablueret iniquitas, sed ut nobis humilitatis præberetur authoritas? Quid eĩ dimittet innocenti? Aut uero ita es eloquens ut ostendas nobis quandã innocẽtiã peccatricẽ. Nonne audis dicentẽ scripturã, Nemo mun- Iob 25
B dus à peccato in cõspectu tuo, nec infans cuius est diei unius uita super terrã? Nã unde ad remissionẽ peccatorũ & cũ infantib. currit? Nõne audis aliã, Ego in iniquitate cõceptus sum? Deinde si ꝓpter- Psal. 50
ea redit parricida qui sine parricidio uenerat, qa eũ parricida baptizat, quotquot ab Optato baptizati redierũt, Optati facti sunt. Itenũc & nobis obicite, ꝙ in uos regũ iracundiã cõcitemus. Non metuitis ne à uobis tot Gildonis satellites inquirant, quot homines ab Optato baptizari potuerũt? Vides ne tandem quẽadmodum ista tua, nõ sententia sed uesica, non solum inani sono, sed etiã in capite uestro crepuerit? Iam cætera superiora quæ nunc refellenda proposuimus, talia sunt ut omnino talis quisq; baptizatus redire dicat, qualis fuerit à quo
C baptizatur. Sed absit ut cq̃ delirans ista dicis, tam delirí à te redeant quos baptizas. Et cq̃ bene tibi sonuit quod dixisti, Perfunderis fraude, perfunderis scelere, perfũderis & furore. Tu uero nisi furore nõ perfusus, sed repletus esses, ista nõ effũderes. Itáne, ut alia taceam, quicunq; nõ auari ad auaros collegas tuos uel presbyteros uestros baptizandi ueniunt, auari redeunt: & quicunq; sobrij ad illas uini uoragines currũt ut baptizentẽ, ebrioli reuertuntẽ? Ista sentiẽtes & ista suadẽtes, auderis etiã tanquam aduersus nos cõmemorare, qd' pauloante posuisti superius, Bonũ est sperare in dño cq̃ sperare in homine, Bonum est sperare in domino cq̃ sperare in principibus. Quid aliud docetis quæso cq̃ non in domino sed in homine sperare, quando talẽ
D fieri dicitis baptizatũ, qualis fuerit baptizator? Et quia istum uobis baptizãdi assumitis principatũ, credant uobis homines: & qui erãt in domino speraturi, sperent in principibus. Immo uero nõ audiant uos, sed illa potius testimonia quæ posuisti contra nos, & aliquid etiã terribilius, quia non solum bonũ est sperare in domino cq̃ sperare in homine, sed etiam maledictus omnis qui spem suam ponit Hiere. 17
in homine *Caput* C II Petilianus dixit, Imitamini saltem Prophetas, q suas animas sacras falso baptismate decipi timuerunt. Dixit nanque Hieremias, apud impios homines aquam esse mẽdacem. Aqua, in- Hiere. 15
quit, mẽdax nõ habet fidem. AVG. respondit, Qui scripturarum ignarus hæc audit, nec te credit aut sic errantẽ ut neścias qd loquaris, aut sic fallentem ut quẽ fefelleris neściat quid loquatur, putat

Hieremiã

Hieremiam prophetã cum baptizari uellet prę-
uisse ne ab hominibus impijs baptizaretur, & sic
ista dixisse. Quo em̃ pertinet quòd antecp̃ hoc te-
stimonium poneres dixisti, Imitamini saltem pro-
phetas, qui suas animas sacras falso baptismate de-
cipi timuerunt, quasi Hieremię temporibus quis-
quam sacramento baptismi ablueretur, nisi quòd
seipsos illis lauacris quę dominus redarguit phari-
Matth. 23 sæi penè per omnia momẽta tingebãt, & lectos &
calices & paropsides, sicut in euangelio legitur.
Quomodo ergo potuit Hieremias tanc̃ baptismũ
desiderãs & ab impijs baptizari deuitãs ita dixis-
se? Hoc ergo dixit cũ de populo infideli quereret̃,
cuius pessimis moribus tribulabatur, nõ se cõmi-
scens factis eorũ, qui tamẽ corporaliter nõ se ab il-
lo populo segregauit, nec alia sacramẽta quæsiuit,
cp̃ ille populus secundũ legis ordinẽ illi tẽpori con-
grua sumebat. Hunc ergo populũ male uiuentem
dixit plagã, qua cor iusti grauiter cædebatur, siue
hoc de seipso diceret, siue in seipso figuraret quæ
Hier. 15 futura cernebat. Sic em̃ ait, Domine memor esto
mei & uisita me, & innocentẽ me fac ab insectanti-
bus me, nõ in longanimitate, scito quomodo acce-
perim de te improperiũ ab his qui spernũt sermo-
nes tuos, Consumma illos, & erit uerbũ tuũ mihi
in iocunditatẽ & gaudiũ cordis mei, quoniã uoca-
tũ est nomẽ tuũ in me, domine omnipotens, Non
sedi in concilio eorũ laudantiũ, sed timebã à facie
manus tuæ: singulariter sedebã, quoniã amaritudi-
ne repletus sum, Vt quid qui me contristant, præ-
ualẽt in me? Plaga mea ualida est, unde sanabor?
Facta est mihi ut aqua mẽdax, quę nõ habet fidẽ.
In his omnibus uidet̃ quid propheta intelligi uo-
luerit, sed uidet̃ ab eis qui nõ ad causam suam per-
uersam uolunt peruertere quod legunt. Plagã em̃
suam dixit Hieremias factam sibi aquã mẽdacem
quæ non habet fidem: eos autẽ uoluit intelligi pla-
gam suã, qui eũ contristabant male uiuẽdo. Vnde
dicit et Apostolus, Foris pugnę, intus timores. Et
2. Cor. 7 iterum, Quis infirmat̃ & ego nõ infirmor, & quis
1. Cor. 11 scandalizatur & ego nõ uror? Et quia desperabat
eos posse corrigi, propterea dixit, Vnde sanabor?
tanc̃ semper habiturus dolorẽ quamdiu illi tales
essent inter quos uiuere cogeretur. Populum autẽ
Apo. 17 nomine aquæ solere significari in Apocalypsi ma-
nifestatur, ubi aquas multas populos multos, non
coniectura uestra, sed illic enodata interpretatio-
ne cognoscimus. Noli ergo per prauum intelle-
ctum uel potius errorẽ blasphemare sacramẽtum
baptismi, etiãsi in homine perditissimo fuerit, quia
Acto. 8 nec in Simone mẽdace aqua mẽdax erat baptisma
quod acceperat, Nec tot mẽdaces uestri aquã mẽ
dacẽ dãt cũ baptizant in nomine Trinitatis, Nec-
enim tunc incipiũt esse mẽdaces, quando prodi-
ti atc̃ conuicti facinora sua confitentur, sed tunc po
tius erãt mẽdaces, quãdo cũ essent adulteri & sce-
Ca. C III lerati, castos & innocẽtes se esse fingebant. Peti
Psal. 140 lianus dixit, Dixit quoc̃ Dauid, Oleũ peccatoris
non unguet caput meum. Quem igitur asserit pec
catorem? Me qui tua scelera patior, an te qui per-
sequeris innocentẽ? AVG. respondit, Ex perso-

A na corporis Christi quæ est ecclesia dei uiui, colu-
mna & firmamẽtũ ueritatis, toto orbe terrarũ dif-
fusa propter euãgeliũ qd̃ prędicat̃, sicut dicit Apo
stolus, In omi creatura quę sub cœlo est: Ex perso- Col. 1
na orbis terræ, de quo idẽ Dauid cuius uerba non Psal. 92
intelligitis, dicit, Cõfirmauit orbẽ terræ qui nõ cõ
mouebit̃: quẽ tu peccatis alienis nõ cõmotũ esse,
sed omino perijsse cõtendis. Ex illius ergo persona
respõdeo ego, nõ persequor innocentẽ. Dauid au
tẽ oleũ peccatoris dixit, nõ dixit traditoris, nõ thu
rificatoris, nõ persecutoris, sed peccatoris. Quid
ergo facturus es secundũ intellectũ tuũ? Vide pri-
mũ, utrũ nõ sis ipse peccator. Nolo mihi dicas, nõ
sum traditor, nõ sum thurificator, nõ sum persecu
tor, Nec ego quidẽ, si domino placet, aliq̃d horũ
sum, nec orbis terræ qui nõ cõmouebit̃. Sed dic si
B audes, nõ sum peccator. Ille quippe ait, oleũ pecca
toris. Quicq̃d em̃ in te uel leuis peccati fuerit in-
uentũ, unde nõ ostẽdis pertinere ad id qd̃ dictum
est, oleũ peccatoris? Quæro enim, utrũ ores oratio
ne dominica? Si em̃ nõ oras ea oratiõe quã domi-
nus orare discipulos docuit, unde aliã didicisti pro
maioribus meritis tuis excedentẽ merita apostolo-
rũ? Si autẽ sic oras, ut ille magister docere digna-
tus est, quomodo dicis, Dimitte nobis debita no- Matth. 6
stra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris? Ne
que em̃ de his peccatis hoc petimus q̃ nobis in ba
ptismo iã dimissa sunt. Ergo ista uerba oratiõis aut
te nõ permittunt esse dei deprecatorẽ, aut aperiũt
peccatorẽ. Eant nũc & osculent̃ tibi caput qui abs
te baptizati sunt, quorũ capita oleo tuo perierunt:
C sed tu uide qd sis, uel quid de te sentias. Itáne uero
Optatus quẽ Pagani, Iudęi, Christiani, nostri, ue-
stri per Aphricã totã, furẽ, raptorẽ, proditorẽ, op-
pressorẽ, separatorẽ: & illius quem quidam uestrũ
eius dixit comitẽ deum, non amicũ, nõ clientem,
non satellitẽ clamant, non fuit uel qualiscunq̃ pec
cator? Quid ergo facient quibus unxit capita reus
criminis capitalis? Nónne & ipsi uobis capita os-
culantur, de quorũ capitibus per hũc intellectum
male iudicatis? Saltẽ prodite illos & admonete ut
sanentur. An uobis potius caput sanandum est ita
delirãtibus? Quid ergo, inges, dixit Dauid? Quid
me interrogas? Ipsum interroga, Superiori uersu
tibi respõdet, Emendabit, inquit, me iustus in mi- Psal. 140
sericordia, & arguet me, oleũ autẽ peccatoris non
D impinguabit caput meũ. Quid planius? Quid a-
pertius? Malim, inqt, me misericordi obiurgatio-
ne sanari, cp̃ blanda adulatione tanquam mihi ca-
put ungatur, decipi atc̃ peruerti. Sub alijs uerbis
ipsa sentẽtia est alibi scripturarũ, Meliora sunt uul Prouerb. 27
nera amici, cp̃ uoluntaria oscula inimici. Petilia- Ca. C IIII
nus dixit, Vnguentum uero concordiæ sic in fra- Psal. 132
tribus laudat, Ecce cp̃ bonum & cp̃ iocũdum habi-
tare fratres in unũ. Tanc̃ unguentum in capite,
quod descendit in barbã barbã Aaron, Quod de-
scẽdit in orã uestimẽti eius sicut ros Hermon, qui
descẽdit in montẽ Sion, Quoniã ibi mãdauit do-
minus benedictionẽ, & uitam usc̃ in seculũ. Sic,
inquit, ungitur unitas, sicut uncti sunt sacerdotes.
AVG. respõdit, Verũ dicis. Nã illud sacerdotiũ

Universidad de Deusto
Biblioteca

in figura corporis Christi habebat unctionẽ, quod unitatis cõpage fit saluum, Nam & ipse Christus à chrismate appellatur, id est ab unctiõe. Hunc He-
Punica lingua affinis Hebræa braei dicunt Messiam, quod uerbũ Punicę linguæ consonum est, sicut alia Hebręa permulta & penè omnia. Quid est ergo in illo sacerdotio caput, quid barba, quid ora uestimenti? Quantũ donat dominus ut intelligã, Caput est ipse saluator corporis,
Col. 1 de quo Apostolus ait, Et ipse est caput corporis ecclesiæ. Per barbam nõ incongrue fortitudo intelligit̃, Ergo ad eos qui sunt fortes in ecclesia eius, & adhærent orę eius, ut sine timore prædicent ueritatẽ, ab ipso Christo tanq; à capite sanctũ descendit unguentum, id est sanctificatio spiritalis. Ora uestimenti hæc datur intelligi quæ in capite uestimenti est, qua uestientis caput ingreditur: per hãc significãtur perfecti fideles in ecclesia. In ora nãq; perfectio est, & utiq; meministi esse dictum cuidã
Matth. 19 diuiti, Si uis esse perfectus, uade uẽde omnia quæ possides, & da pauperibus, & habebis thesaurũ in cœlis, & ueni sequere me. Tristis quidẽ ille discessit, neglector perfectionis, & elector defectionis. Sed nunquid ideo defuerunt in quos unitatis unguentum tali rerũ terrenarũ dimissione perfectos, tanq; in oram uestimenti à capite descenderet? Nã exceptis apostolis, & qui cũ eis erant præpositis atq; doctoribus, quos eminẽtiores & fortiores in
Acto. 4 barba intelligimus, lege in Actibus apostolorum, & uide qui rerũ suarum uenditarum precia ad pedes apostolorũ ponebãt, & nemo dicebat aliquid propriũ, sed erant eis omnia cõmunia, & distribuebat̃ unicuiq; sicut cuiq; opus erat, & erat illis anima una & cor unũ in deũ. Nẽpe ita scriptũ esse cognoscis, Agnosce ergo bonũ & iocundũ, fratres habitantes in unũ, Agnosce barbã Aaron, Agnosce oram uestimẽti spiritalis, Interroga ipsam scripturã ubi cœperũt ista fieri, inuenies in Hierusalẽ. De hac ora uestis per omnes gẽtes unitas tota contexitur. Hac intrauit caput in uestem, ut induerętur Christus uarietate orbis terrarũ, quia in hac ora uestimenti apparuit uarietas ipsa linguarũ. Cur ergo ipsi capiti unde illud unitatis descẽdit unguẽtum, id est amoris fragrãtia spiritalis, cur, inquam,
Luce. 24 ipsi capiti resistitis testanti & dicẽti, Prædicabitur in nomine eius pœnitentia & remissio peccatorũ per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem? Et in hoc unguẽto sacramentũ chrismatis uult interpretari, quod quidem in genere uisibiliũ signaculorum sacrosanctũ est sicut ipse baptismus, sed potest esse & in hominibus pessimis, in operibus carnis uitam consumentibus, & regnum cœlorũ non possessuris, & ideo nec ad barbã Aaron, nec ad orã uestimenti eius, nec ad ullam cõtextionẽ uestis sacerdotalis pertinẽtibus. Vbi enim posituros
Gal. 3 es quæ Apostolus enumerat manifesta opera carnis, quæ sunt, inquit, fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorũ seruitus, ueneficia, inimicitię, cõtentiones, æmulationes, animositates, dissensiões, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia: quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniã qui talia agunt, regnum dei nõ possidebũt? Sequestro fornicationes quæ latẽter admittũtur: immunditias interpretare ut uolueris, sequestro & ipsas: illic ponamus & ueneficia, qa nemo est palàm cõfector datorq; uenenorũ: sequestro & hæreses, qa & hoc uultis: idolorũ seruiturẽ nescio utrũ debeã sequestrare, quandoquidem Apostolus ibi ponit auaritiam, quæ publice insanit. His ergo sequestratis, nulli ne apud uos luxuriosi, nulli auari, nulli pertinaciter inimicitias exercẽtes, nulli cõtentiosi, æmuli, animosi, dissensionibus studẽtes, inuidi, ebriosi, comessationibus uacãtes? Nulli ne apud uos tales unguñt̃, & in his intus noti manifestiq; moriunt̃? Si nullos dicis, quoniã studio cõtentionis aperte mẽtiris, uide ne de talibus ipse sis. Si autẽ ab huiusmodi remotus es, non corporis separatiõe, sed uitæ dissimilitudine, & tales turbas circũ altaria uestra gemẽs cõspicis, quid dicemus quia oleo sancto uncti sunt, & sicut Apostolus liquida ueritate cõfirmat, regnũ dei nõ possidebũt: nunqd barbę Aaron & orę uestimenti eius sacrilega iniuria faciẽda est, ut ibi eos ponẽdos arbitremur? Absit. discerne ergo uisibile sanctũ sacramentũ, quod esse & in bonis & in malis potest. Illis ad præmiũ, illis ad iudiciũ ab inuisibili unctiõe charitatis, quę propria bonorũ est. Discerne ista, discerne, discerne te deus à parte Donati, & in catholicam reuocet, unde te illi cathecumenũ abreptum mortiferi honoris uinculo ligauerũt. Iam ros hermon super mõtes Siõ quomodolibet abs te accipiat̃, nõ estis in mõtib. Sion, quia nõ estis in ciuitate super mõtẽ cõstituta, quæ certũ signũ hoc habet, qd̃ abscõdi nõ potest. Nota est ergo omnibus gẽtibus, pars autẽ Donati ignota est pluribus gẽtibus, nõ est ergo ipsa. Petilian. dixit, Vę igitur uobis qui uolando qd̃ sanctum est rescinditis unitatẽ, Prophe-
Cap. 17 *1. Reg. 2* ta dicente, Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si aũt peccauerit sacerdos, quis orabit pro eo? AVG. respõdit, Et uidebar pauloante cũ de oleo peccatoris disputaremus ungere tibi frontẽ, ut diceres, si auderes, utrũ ipse peccator nõ esses. Ecce dixisti illud, ò scelus, ò monstrũ. Quia em̃ te sacerdotẽ asseris, quid aliud per hoc propheticum testimoniũ, nisi te oñino sine peccato esse dixisti? Nam si habes peccatũ, quis pro te orabit secundũ intellectũ tuũ? Ita enim uos miseris plebibus uẽditatis cõmemorãtes ex propheta, Si peccauerit populus, orabit pro eo sacerdos: si autẽ sacerdos peccauerit quis orabit pro eo? ut uos sine peccato esse credãt, & peccata sua uestris orationib. purganda cõmittant. Magni homines uos, excelsi, cœlestes, diuini, nõ iã homines sed angeli, q pro plebib. oratis, et ꝑ uobis plebes orare nõ uultis. Tu ne iustior Paulo, tu perfectior tanto apostolo, qui eorũ quos docebat oratiõibus se cõmendabat, Orationi, in-
Col. 4 quit, instate, uigilãtes in illa, in gratiarũactiõe orantes simul & pro nobis, ut deus aperiat nobis ostiũ uerbi ad loquendũ mysteriũ Christi, propter qd̃ & uinctus sum ut manifestẽ illud, ita ut oporteat me loqui. Ecce orat̃ pro Paulo apostolo, qd̃ fieri non uis ꝑ episcopo. Vides ne cẽ sit ista diabolica superbia? Oratur pro Apostolo ut manifestet mysteriũ Christi

Christi sicut oportet loqui. Proinde si pias plebes haberetis, hortari debuisti ut pro te orarent ne loquereris sicut nō oportet. Tu iustior Ioanne Euāgelista, qui ait, Si dixerimus quia peccatū non habemus, nosipsos seducimus, et ueritas in nobis nō est? Tu postremo iustior Daniele? quem tuipse in hac tua epistola ita cōmemorasti ut diceres, Rex iustissimū Danielē ferinis morsibus ut putabat obiecit: quod ille non putauerat, quandoquidē amicissimo animo, sicut lectionis circūstantia probat, dixit ipsi Danieli, Deus tuus cui deseruis assidue, ipse eripiet te. Sed hinc iā multa dixim⁹: nūc quod agitur, Nempe iustissimus erat Daniel: nō testimonio tuo, quāquā hoc mihi ad causam quā tecū ago sufficiat, sed testimonio spiritus dei loquentis etiā per Ezechielem, ubi tres eminentissimæ iustitiæ nominauit, Noe, Danielem & Iob, quos dixit solos à quadā uehementissima ira dei, quę cęteris impenderet posse liberari. Vir ergo iustissimus, unus ex tribus memorabilibus orat et dicit, Cum orarē & cōfiterer peccata mea & peccata populi mei in conspectu domini dei mei. Et tu te dicis esse sine peccato, quia uidelicet sacerdos es, & si peccauerit populus, oras pro eo: si aūt tu peccas, qs pro te orabit? Vere quia impietate tantę arrogantię indignū te præbes, ꝓ quo sacerdos ille interpellet, quē Propheta his uerbis quæ non intelligis uoluit intelligi. Iam enim ne quis inquirat cur hoc dictū sit, quantū dominus donat expediā. Prępărabat deus animas hominū per Prophetā, ut talē desiderarent sacerdotē pro quo nullus posset orare, Ipse figurabatur temporibus primi populi & primi tēpli, ubi omnia figuræ nostræ fuerunt. Ideo solus summus sacerdos intrabat in sancta sanctorū ut oraret ꝓ populo, qui cum sacerdote in ipsa interiora sancta nō introibat, sicut ille sacerdos intrauit in secreta cœlorum in illa ueriora sancta sanctorū, adhuc nobis hic positis ꝓ quibus interpellat. Ideo dixit Propheta, Si peccauerit populus, orabit ꝓ eo sacerdos: si aūt sacerdos peccauerit, quis orabit pro eo? Quasi diceret talē desiderate sacerdotē qui peccare non posit, ne indigeat orari pro se. Et ideo ꝓ Apostolis oratur à populis: pro illo aūt sacerdote Apostolorū magistro & domino nō oratur. Audi hoc Ioannem patentē & dicentem, Fratres, inquit, hæc scribo uobis ut nō peccetis: & si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrē Iesum Christū iustū, ipse exoratio est pro peccatis nostris. Habem⁹ dixit, peccatis nostris dixit, Disce humilitatem ne cadas, imò ut aliquando surgas, Neq; em̄ ista dixisses nisi cecidisses. Petilianus dixit, At ne se uindicet à delicto qui laicus est, hoc interdicto tenetur: Ne cōmunices peccatis alienis. AVG. respondit, Erras, ut dicitur, toto cœlo per superbiā, dum non uis cōmunicare orbi terræ per humilitatem. Nam neq; hoc laico dictum est, & nescis quē admodū dictū fit. Ad Timotheū Apostolus cum scriberet, hoc monebat eundē ipsum Timotheū, cui alio loco dicit, Noli cōtemnere gratiā quæ in te est, quæ tibi data est per impositionē manuum presbyteri. Et multis alijs documentis ostenditur

1.Ioan.1 Dan.6 Ezech.14 Dan.9 Cap.CVI 1.Tim.5 Prouerbium 1.Tim.4

A quòd nō erat laicus. Quod autē ait, Ne communices peccatis alienis: cōsensu & placito intelligi uoluit. Vnde statim subijciēs quomodo id agat, Te ipsum, inquit, castū custodi. Neq; enim et ipse Paulus cōmunicabat peccatis alienis, quia falsos fratres de quibus gemit, in unitate corporali tolerabat: aut cōmunicauerūt furto & sceleri Iudæ prædecessores eius apostoli, quia cū eo iā domino uenditore & à domino demōstrato, sacrosanctā cœnā communicauerunt? Petilianus dixit, Hac iterū sententia ipse Apostolus comparat cōscientię malæ consortes. Et qui faciunt ea, inquit, & qui consentiūt talia facientibus, digni sunt morte. AVG. respondit, Quomodolibet ea dixeris nō curo, uera sunt hęc: & hoc est quod catholica docet, multū interesse inter cōsentientes quibus hæc placēt, & B tolerātes qbus hæc displicēt. Illi enim palea fiunt dum paleæ sequūtur sterilitatē, illi triticū dum expectant ut segregentur per Christū uentilatorem.

1.Tim.5 Cā.CVII Rom.1

Petilianus dixit, Venite ergo ad ecclesiam populi, & aufugite traditores, si cū ijsdem perire non uultis. Nā ut facile cognoscatis, quòd cū ipsi sint rei, de fide nostra optime iudicent: ego illorū infectos baptizo, illi meos, qd' absit, recipiūt baptizatos, quę omnino nō facerent si in baptismo nostro culpas aliquas agnouissent. Videte ergo quod damus, q̄ sit sanctū, qd' destruere metuit sacrilegus inimicus. AVG. respondit, Contra istū quidem errorē multa iā diximus, & in hoc opere & alibi, Sed quia ita magnū firmamētū uanitatis uestrę in hac sententia esse arbitramini, ut ad hoc tibi terminandā putares epistolā, quo quasi recētius in animis legentiū remaneret, breuiter respōdeo, Sic approbamus in hæreticis baptismū, non hæreticorū sed Christi, sicut in fornicatorib. immundis, luxurioſis, idololatris, ueneficis, inimicitiarū retētoribus, cōtentiosis, æmulis, animosis, dissensionū studiosis, inuidis, ebriosis, comessatorib. & his similibus approbamus baptismū, nō eorū, sed Christi. Omnes em̄ isti inter quos & hæretici positi sunt, sicut dicit Apostolus, regnū dei nō possidebūt, & ideo ad sinistrā partē cū diabolo pertinebunt. Nec ideo putādi sunt esse in Christi corpore qd' est ecclesia, quia sacramentorū eius corporaliter participes fiunt. Illa em̄ & in talib. sancta sunt, & eis indigne tractantibus & sumētibus ad maius iudicium ualebūt. Ipsi autem nō sunt in illa ecclesiæ Christi C cōpage, quæ in mēbris Christi per connexum & cōtactum crescit in incrementū dei. Illa quippe ecclesia in petra est, sicut dominus dicit, Super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā. Illi autem in arena ædificāt, sicut idem dominus dicit, Qui audit uerba mea & non facit ea, similabo eū uiro stulto qui ædificat domū suā super arenam. Sed ne putes ecclesiam quę in petra est, in una parte esse terrarū, & nō diffundi usq; ad fines terræ, audi eius uocē de psalmo gementis inter mala peregrinationis suæ. Ait enim, A finibus terrę ad te clamaui, dū angere tur cor meum in petra exaltasti me, Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici. Videte quēadmodū à finibus terræ clamat.

Matth.16 Matt.7 Psal.60

Non

Nō est ergo in sola Aphrica, uel solis Aphris, epi A scopum Romā paucis Montensibus, & in Hispaniam domui unius mulieris ex Aphrica mittentibus. Videte quēadmodum in petra exaltetur, Nō ergo in ea deputandi sunt omnes qui ædificant in arena, id est qui audiūt uerba Christi & nō faciūt, qui tamen & apud nos & apud uos habent & tradunt baptismi sacramentum. Videte quemadmodum spes eius deus sit pater & filius & spiritus sanctus, nō Petrus, nō Paulus, quanto minus Donatus, aut Petilianus. Non ergo uestrū est quod destruere metuimus, sed Christi: qđ & in sacrilegis per se sanctum est. Nam uenientes à uobis recipere nō possumus, nisi quod uestrū est destruamus: destruimus enim perfidiam desertoris, nō destruimus characterem imperatoris. Proinde tuipse cōsidera & destrue qđ dixisti, Ego, inquis, infectos B illorū baptizo, illi meos, quod absit, recipiūt baptizatos. Tu enim nō infectos baptizas, sed ut tui erroris fraude inficias rebaptizas. Nos autē nō tuos recipimus baptizatos, sed destruimus errorē tuū unde sunt tui, & suscipimus Christi baptismū unde sunt baptizati. Itaq; oportune in medio abs te positū est, quod absit. Dixisti em̄, illi meos, qđ absit, recipiūt baptizatos. Nam cū tu uelles intelligi qđ absit recipiunt, timēs ne tuos recipiamus, ego nescientem dixisse accipio meos, quod absit. Reuera em̄ absit ut tui sint qui iā ad catholicam transeūt, nec sic trāseunt ut baptizati nostri sint, sed ut socij nostri sint: baptizati aūt Christi nobiscū sint.

Libri secundi finis.

C

D. AVRELII AVGVSTINI CONTRA CVNCTA IPSIVS Petiliani scripta peruersa, Liber Tertius.

EGI Petiliane literas tuas quā do legere potui, quibus te satis indicasti aduersus catholicā ec
L clesiam pro parte Donati, nec aliquid ualuisse dicere idoneū, nec tacere permissum. Quos æstus passus es, quanta cordis tempestate fluctuasti, cum legisses ea quibus parti epistolæ tuæ quæ in manus meas tunc uenerat, D quanta potui breuitate ac perspicuitate respondi. Vidisti enim tanta firmitate roboratam, tanta luce illustratam, quam tenemus & defendimus ueritatem, ut quid contra eam dicendum esset quo cōuicta refelleretur, inuenire non posses. Attēdisti etiā multorū qui ea legerant expectationem in te esse cōuersam, scire cupientiū quid diceres, qd ageres, quà euaderes, quò ex tātis angustijs quibus te dei uerbum circūuallarat, erūperes. Hic tu qui debueras contempta opinione uanorū pergere in ueram sanamq; sentētiam, fecisti quod de talibus scriptu-
Psal. 51 ra prædixit, Dilexisti malitiam super benignitatē, iniquitatem magis q̄ loqui æquitatem. Proinde si & ego tibi uellem pro maledictis maledicta repen dere, quid aliud q̄ duo maledici essemus, ut ij qui nos legerēt, alij detestatos abijcerēt sana grauitate, alij suauiter hauritrēt maleuola uoluntate? Ego quando cuiq; uel dicendo uel scribēdo respōdeo, etiā cōtumelioſis criminationibus lacessitus, quā tū mihi dominus donat, frenatis atq; coercitis uanæ indignationis aculeis, auditori lectoriue consulens, non ago ut efficiar homine conuicíando superior, sed errorem conuincendo salubrior. Si em̄ qualecunq; cor habent qui ea quæ scripsisti considerant, quid tibi profuit ad causam quæ inter nos de communione catholica, uel de parte Donati agitur, quòd relicto negocio quodammodo publico, priuata quadam simultate hominis unius uitā, maledicis opprobrijs insectatus es, quasi homo ille sit causa quæ inquiritur? Tam male existimasti, non dicam de Christianis, sed de ipso humano genere, ut non crederes posse tua scripta in manus aliquorū uenire prudentium, qui se à personis nostris tollerent, & quæstionem potius quæ inter nos uertit inquirerēt, nec qui uel quales essemus, sed quid pro ueritate uel contra errorē diceremus attenderent? Et horū iudiciū tibi reuerēdum fuit, quorum reprehensio præcauenda, ne te arbitrarentur nihil inuenisse qđ diceres, nisi tu proponeres cui quoquo modo malediceres: Sed uidelicet quorundā leuitate atq; uanitate qui libēter audiunt lites nugantium disertorū, ut cum attendunt q̄ eloquenter cōuicieris, simul non intueantur q̄ ueraciter conuincaris. Simul & illud opinor egisti, ut occupatus in ea defensiōe susceptā causam etiam C ipse desererē, atq; ita hominibus non ad disputantium, sed ad litigantiū uerba conuersis obscurare-tur ueritas quā diluceſcere atq; innoteſcere formidatis. Ego itaq; contra tale consiliū quid agam? ni si mea potius defensione neglecta rem teneam, de qua intentionē meam nullus meus criminator excutiat, domū dei mei, cuius decorem dilexi, pręconio seruiētis uocis extollā, me uero humiliabo & abijciam, Elegi em̄ abiectus esse in domo dei mei, Psal. 83 magis q̄ habitare in tabernaculis hæreticorum. A te ergo Petiliane sermonē parumper auertam, & ad eos conuertā quos à me maledictis tuis es conatus auertere, quasi hoc ego moliar ut homines ad me couertantur, & non potius mecum ad deū.

Audite ergo quicunq; maledicta legistis, quæ Ca. 11 in me iratior q̄ cōsideratior Petilianus euomuit: Prius uos apostolicis uerbis alloquor, quæ certe qualiscūq; ipse sim uera sunt: Sic nos existimet ho 1. Cor. 4 mo quasi ministros Christi, & dispēsatores mysteriorū dei. Hic iam quæritr inter dispensatores ut fidelis quis inueniatur. Mihi autē minimum est ut à uobis dijudicer aut ab humano die, sed neq; ego meipsum iudico. Iam qđ sequit, & si mihi non audeo coaptare, ut dicā, Nihil em̄ mihi cōscius sum: fideliter tamē in cōspectu dei dico, nihil eorū quibus Petilianus tēpus uitę meę posteaq; in Christo baptizatus sum criminatus est, mihi cōscius sum, nec tamē in hoc iustificatus sum. Qui autē dijudicat me, dominus est. Itaq; nolite ante tēpus quemquā iudicare, donec ueniat dominus, & illuminet abscondita

abscõdita tenebrarũ, & manifestabit cogitationes cordis, et tunc laus erit unicuiq; à deo. Hęc autem fratres transfiguraui in me, ne supra q̃; scriptũ est, unus pro altero infletur aduersus alterum. Itaq; ne
1.Cor.3 mo glorietur in homine. Omnia enim uestra sunt, uos aũt Christi, Christus uero dei. Iterum repeto, Nemo glorietur in homine: si quid in nobis lauda
Iacobi 1 bile aduertitis, ad illius laudẽ referte, à quo est omne datũ optimũ, & omne donũ perfectũ, desursum est enim descẽdens à patre luminũ, apud quem nõ est immutatio, nec momẽti obumbratio. Quid eñ habemus quod nõ accepimus? Si aũt accepimus, nõ gloriemur quasi nõ acceperimus. Et in his omnibus quæcunq; in nobis bona nostis, imitatores nostri estote, sicut nos Christi: si autẽ aliqua mala in nobis suspicamini uel creditis uel uidetis, retinete illud dominicũ, quo securi eius ecclesiam nõ
Matt.23 propter mala hominũ deseratis, Quę dicimus facite, quæ autẽ mala nos facere putatis aut nostis, nolite facere. Non eñ tẽpus est purgãdi me uobis, cũ mea causa neglecta rem uobis salubrem cõmenda
Hiere.17 re susceperim, ut nemo glorietur in homine. Male dictus eñ oñis qui spẽ suã ponit in homine. Hoc præcepto dominico & apostolico retẽto atq; seruato, etiã me in mea causa sicut inimicus existimari cupit, deficiẽte et oppresso, uictrix erat causa cui seruio. Si enim firmissime tenueritis qd̃ exhortor, & satago maledictum esse omnẽ qui spẽ suã ponit in homine, ut nemo glorieť in homine, areã dominicã propter paleã quæ nunc uel uento superbiæ percussa uolat, uel ultima uẽtilatione separabitur, nullo modo deseretis, nec domum magnam propter uasa facta in contumeliã refugietis, nec ꝓpter malos pisces in littore separãdos per dirupta retia exibitis, nec propter hædos pastore diuisuro ad sinistrã ponẽdos bona unitatis pascua relinquetis, nec propter cõmixta zizania uos à tritici societate, cui caput est granũ illud mortificatũ & multiplicatum, quæ per mundum simul usq; ad messem crescit, nefaria decisione separabitis. Ager est eñ mundus, nõ Aphrica: Messis finis seculi, nõ tẽpus
Cap.III Donati. Has certe similitudines euangelicas recognoscitis, ad quid aliud datas nisi ut nemo glorietur in homine, & ne quis pro altero inflatus ad-
1.Cor.1 uersus alterũ diuidatur, dicẽs, Ego sum Pauli: cũ utiq; nõ Paulus crucifixus sit pro uobis, nec in nomine Pauli, quãto minus in nomine Cęciliani uel cuiusq; nostrum baptizati sitis: ut discatis quãdiu palea cum frumento triturať, quamdiu pisces mali cũ bonis intra retia dominica natant, ante tempus uentilationis tolerare potius propter bonos cõmixtionẽ malorum, q̃; uiolare propter malos charitatem bonorũ. Hæc quippe commixtio non æterna sed temporalis, nec spiritalis sed corporalis est. In qua non errabunt angeli quãdo colligẽt malos de medio iustorũ, & mittent eos in caminum ignis ar
2.Tim.2 dentis. Nouit enim dominus qui sunt eius. Et si ab iniquis ad tẽpus corporaliter nõ potest, recedat tamen ab ipsa iniquitate omnis qui nominat nomen domini. Licet eñ à malis interim, uita, moribus, corde ac uoluntate separari atq; discedere, quæ separatio semper oportet custodiať. Corporalis autem separatio ad seculi finẽ, fidenter, patienter, fortiter expectẽt, propter quam expectationẽ dictum est, Sustine dominum, uiriliter age, cõfortetur cor Psal.26
tuũ, & sustine dominũ. Maxima quippe palma tolerãtiæ est inter subintroductos falsos fratres, sua quærẽtes non quæ Iesu Christi, dilectionẽ nõ sua quærentiũ, sed quę Iesu Christi, nulla turbulẽta & temeraria dissensione turbare, nec unitatẽ sagenę dominicę ex omni genere piscium cõgregantis, dum ad littus, id est ad finẽ seculi ducitur, superbe nefaria cõtentione dirũpere: cũ se putat quisq; aliquid esse cum nihil sit, atq; ita seipsum seducit, & sufficere uult ad populorum Christianorũ separationem, suum uel eorum iudiciũ, qui malos quosdam communione sacramentorum Christianę religionis indignos se apertissime nosse dicũt: de quibus tamen quicquid nosse se dicũt, uniuersę ecclesiæ quæ per omnes gẽtes sicut est prædicta diffunditur, persuadere non possunt. Et cum istorũ quasi quos nouerũt, refugiunt cõmunionem, illius deserunt unitatẽ: cum potius deberent si esset in eis charitas omnia sufferens, ne se à bonis diuiderẽt, quos in omnibus gẽtibus aliena mala docere non poterant, ipsi in una gente tolerare quod nouerãt. Vnde etiam non discussa causa in qua documẽtis grauissimis conuincunť calumniati innocẽtibus, probabilius creduntur traditiõis crimina falsa finxisse, qui non dubitauerunt longè sceleratius crimen nefariæ diuisionis admittere. Quia & si uerũ esset quicquid de traditione iactauerũt, tamẽ consortiũ Christianorũ quos usq; ad extrema terræ diuina scriptura commendat, propter hoc quod ipsi scierunt, illi autẽ nescierunt, relinquere nullo modo debuerunt. Neq; hoc ideo dixerim ut negli- Ca.IIII
gatur ecclesiastica disciplina, & permittatur quisque facere quod uelit sine ulla correptiõe, & quadã medicinali uindicta, & terribili lenitate, & charitatis seueritate. Nam ubi erit illud Apostoli, Cor 1.Thes.5
ripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes. Videte ne quis malum pro malo reddat alicui? Satis ostẽdit nõ esse mali pro malo redditionẽ corripere inquietos, quãuis pro culpa inquietudinis reddatur pœna correptiõis. Non ergo malum est correptionis pœna, cum sit malum culpa. Neq; enim ferrũ est inimici uulnerãtis, sed medici secãtis. Fiunt ista in ecclesia, & ille spiritus interioris lenitatis ardet zelo dei, ne uirgo casta uni uiro desponsata Christo, 2.Cor.11
in aliquibus membris, sicut Eua seducta serpentis astutia, corrũpatur à castitate quæ est in Christo. Veruntamẽ absit à seruis patrisfamiliâs, ut immemores sint pręcepti domini sui: & sic aduersus zizaniorũ multitudinẽ flagrãtia sanctę indignatiõis ignescant, ut cũ ea uolunt ante tẽpus colligere, simul eradicetur & triticũ. Cuius peccati isti rei te- Matth.13
nentur, etiã si uera crimina traditoribus quos insimulabant se obiecisse monstrarent: quoniã simul nõ solũ ab iniqs, quorũ societatẽ uelut euitabãt, sed etiam à bonis fidelibus in omnibus gentibus constitutis, quibus ea quæ se nosse dicebant, probare non

bare nō poterāt, impia prę sumptiōe separati sunt, secumq; multos apud quos aliqua authoritate prę ualebant, & qui minus intelligere poterant, unita tem eccleſiæ toto orbe diffuſæ, pro alienis peccatis nullo modo eſſe deſerendam, traxerunt in eandem perniciem: ut etiam ſi ipſi ſcirent uera crimina quibuſdā ſe obijcere, eo modo periret infirmus in eorum ſciētia, propter quem Chriſtus mortuus eſt, dū offenſus malis alienis, interimebat in ſe bonum pacis quod habebat cū fratribus bonis, qui partim talia non audierant, partim non diſcuſſa & non probata temere credere formidauerant, partim iudicibus eccleſiaſticis ad quos trans mare tota cauſa perducta eſt, quanta cunq; illa eſſent pacifica humilitate reliquerant. Vos ergo ſancta germina unicæ matris catholicæ, huiuſmodi ſceleris & erroris exemplum, ſubditi domino, quanta poteſtis uigilantia præcauete, quātalibet doctrinæ ac famæ luce præfulgeat, lapidemq; ſe eſſe iactet preciosum, quiſq; uos trahere uoluerit poſt ſeipſum, memētote quòd illa mulier fortis & una uni amabilis uiro ſuo, quam in ultimo Prouerbiorum ſancta ſcriptura deſcribit, precioſior eſt lapidibus preciosis. Nemo dicat, illum ſequar, quoniam ipſe me Chriſtianum fecit, aut illum ſequar, quoniam me baptizauit. Neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Et deus charitas eſt, & qui manet in charitate in deo manet, & deus in illo manet. Nullus etiam prædicans nomen Chriſti, & geſtans ac miniſtrans ſacramentū Chriſti, ſequēdus eſt contra unitatem Chriſti. Opus ſuum probet unuſquiſq;: & tunc in ſeipſo tantum gloriam habebit & non in altero. Vnuſquiſq; enim proprium onus portabit, onus uidelicet reddendæ rationis, quia unuſquiſq; noſtrum pro ſe rationem reddet. Non itaq; amplius inuicem iudicemus. Nam quantum attinet ad onera mutuæ charitatis, inuicē onera ueſtra portate, & ſic adimplebitis legē Chriſti. Qui em̄ putat ſe eſſe aliquid cū nihil ſit, ſeipſum ſeducit. Sufferamus ergo inuicē in dilectione, ſatagentes ſeruare unitatem ſpiritus in uinculo pacis, extra quam quiſquis colligit, nō cum Chriſto colligit, quiſquis autem non cū Chriſto colligit, ſpargit. Proinde ſiue de Chriſto, ſiue de eius eccleſia, ſiue de quacunq; alia re quæ pertinet ad fidem uitamq; noſtram, non dicam nos, nequaquam comparādi ei qui dixit, Licet ſi nos, ſed oīno quod ſecutus adiecit, ſi angelus de cœlo uobis annūciauerit præterquā quod in ſcripturis legalibus & euangelicis accepiſtis, anathema ſit. Hęc uobiſcū & cum omnibus quos Chriſto lucrari cupimus actitātes, atq; inter cætera ſanctam eccleſiam quam in dei literis promiſſam legimus, & ſicut promiſſa eſt in omnibus gētibus reddi cernimus, prædicantes, ab ijs quos ad eius pacificum gremium attrahi cupimus, pro actione gratiarum flammas meruimus odiorum: quaſi nos eos in ea parte ligauerimus, pro qua non inueniunt quid loquantur, aut nos mandauerimus tanto ante prophetis & apoſtolis, ut in libris ſuis nulla teſtimonia ponerent, quibus pars Donati eccleſia Chriſti eſſe doceatur. Et nos quidē chariſſimi, cū falſa crimina audimus ab eis quos offendimus, prędicādo eloquia ueritatis, & erroris uaniloquia cōuincendo, habemus ſicut noſtis abundantiſſimam cōſolationē. Nam ſi in eis quibus me criminantur, teſtimoniū conſcientiæ meæ non ſtat cōtra me in conſpectu dei, quo nullus oculus mortalis intēditur, nō ſolum contriſtari non debeo, uerumetiam gaudere & exultare, quia merces mea multa eſt in cœlis, Neq; enim intuendum eſt q̄ ſit amarum, ſed q̄ falſum quod audio, & q̄ uerax pro cuius nomine hæc audio, & cui dicitur, Vnguētum effuſum eſt nomen tuum. Et merito fragrat in omnibus gentibus, cuius odorē iſti qui nobis maledicunt, in una Aphricæ particula conantur includere. Cur itaq; ferамus indigne q̄ nos infamāt, qui gloriæ Chriſti ſic detrahunt, quorū parti contentioniq; inimicum eſt, quod de illius ad cœlos aſcenſione, & de nominis eius tanq̄ unguenti effuſione, tanto ante prædictū eſt, Exaltare ſuper cœlos deus, & ſuper omnem terram gloria tua. Hæc & talia teſtimonia diuina nos aduerſus humana uaniloquia proferentes ab inimicis gloriæ Chriſti acerba opprobria ſuſtinemus. Dicāt quod uolunt, dum ille nos exhortet̄ dicens, Beati qui perſecutionē patiūtur propter iuſtitiā, quia ipſorū eſt regnum cœlorum. Beati eritis cum uos perſecuti fuerint homines, & maledixerint uobis, & dixerint omne malū aduerſum uos mētientes propter me. Quod ait ſuperius propter iuſtitiā: hoc repetiuit, quod ait poſtea, propter me: quia factus eſt nobis ſapiētia & iuſtitia & ſanctificatio & redēptio, ut quēadmodum ſcriptū eſt, Qui gloriatur in domino glorietur. Qui cū dicat, Gaudete & exultate, merces em̄ ueſtra multa eſt in cœlis, ſi quod dictū eſt, propter iuſtitiam & propter me, in bona cōſcientia teneo, quiſquis uolens detrahit famę meæ, nolēs addit mercedi meę. Neq; enim me ille ſuo uerbo tātummodo docuit, non etiā ſuo firmauit exēplo. Sequere ſanctarum ſcripturarū fidem, inuenies Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, aſcendiſſe in cœlum, ſedere ad dexterā patris. Sequere criminationes inimicorū, iam putabis eū de ſepulchro furatū eſſe à diſcipulis. Quid ergo nos quantū ipſe donat, defendentes donum eius, ab inimicis eius aliud ſperare debemus? Si patremfamiliâs Beelzebub uocauerunt: quanto magis domeſticos eius? Si ergo toleramus, & conregnabimus. Si autē non aurem ſolam percutit iracundia criminantis, uerūetiam conſcientiam mordet ueritas criminis, quid mihi prodeſt ſi me continuis laudibus totus mundus attollat? Ita nec malam conſcientiā ſanat præconiū laudantis, nec bonā uulnerat conuiciātis opprobriū. Nec ſic tamen decipitur ſpes ueſtra quæ in domino eſt, etiā ſi forte in occulto tales ſimus, quales nos putari cupit inimicus, quia non eā poſuiſtis in nobis, nec unq̄ hoc audiſtis à nobis. Securi ergo eſtis qualeſcūq; nos ſimus, qui dicere didiciſtis, In domino ſperās non infirmabor: & In domino ſperabo non timebo quid faciat mihi homo. Et eis qui uos ad hominū ſuperborum terrenas altitudines ſeducere moliuntur

Cap. V

Gal. 6

Cap. VI

Gal. 1

1. Cor. 3

1. Ioan. 4

Gal. 6

Ephes. 4

Rom. 14

Gal. 6

1. Cor. 9

Matth. 5

Psal. 55

Psal. 117

Psal. 10 liuntur, respondere nostis, In domino cõfido, quo-
modo dicitis animæ meæ transmigra in montem
Cap. VIII sicut passer. Nec tantum uos quibus in nobis ip
sa Christi ueritas placet, quantumcunq; per nos et
ubicunq; prædicatur, & quia eam quantulocunq;
nostræ linguæ ministerio libẽter auditis, etiam de
nobis bene benigneq; sentitis, securi estis qualescũ
que nos simus, qa in illo spes uestra est, quẽ uobis
ex illius sup uos misericordia prædicamus: uerum
etiã quicunq; nostra dispensatione etiã sacramen-
tũ sancti baptismi percepistis, eadẽ securitate gau-
dete: quoniam nõ in nobis, sed in Christo baptiza
ti estis. Nõ itaq; nos, sed Christũ induistis, nec uos
interrogaui, utrũ ad me conuerteremini, sed ad de-
um uiuũ, nec utrũ in me credideritis, sed in patrem
& filium & spiritũ sanctũ. Quòd si ueraci animo
respondistis, saluos uos fecit, nõ carnis depositio
sordiũ, sed conscientiæ bonę interrogatio: nõ con
seruus, sed dominus: nõ preco, sed iudex. Neq; em
uero sicut Petilianus incõsiderate dixit: Conscien
tia dantis, uel quod addidit, cõscientia sancte dan-
tis attendit, quæ abluat accipiẽtis. Cum enim hoc
datur quod dei est sanctum, dat etiam non sancta
conscientia: Quę certe siue sit sancta siue non san-
cta, ab accipiente inspici nõ potest, sed plane illud
quod datur potest, quod cognitũ ei qui semper est
sanctus, per quemlibet ministrum accipiatur, secu
rissime accipitur. Nisi enim sancta uerba essent ex
cathedra Moysi, non diceret ueritas: Quæ dicunt
facite. Si aũt ipsi qui uera sancta dabant sancti es-
sent, non diceret: Quæ faciunt, facere nolite: dicũt
enim & non faciunt. Nullo quippe modo legitur
uua de spinis, quia nunquam de spinarũ radicibus
oritur, sed cum se spinosis sepibus palmes tritis im
plicuit, non ideo fructus qui illic pendet horretur,
Cap. IX sed spina cauetur, uua decerpitur. Itaq; ut sæpe
dixi, & uehementer inculco, qualescunque nos si-
mus, securi estis qui deum patrem & eius Ecclesiã
matrem habetis. Quamuis enim simul hædi cũ o-
uibus pascantur, non stabunt ad dextrã. Quãuis
simul palea cum tritico trituretur, non intrabit in
horreum: Quamuis simul pisces mali cum bonis
intra retia dominica natant, non mittuntur in uas-
cula. Nemo glorietur nec in homine bono, nemo
Cap. X bona dei fugiat nec in homine malo. Hæc
uobis Christiani catholici fratres mei charissimi
pro negocio præsenti, sufficerint: Quæ si catholi-
ca dilectione retinetis, cum sitis unus grex de uno
pastore securus, nõ nimis curo quòd mihi uel con
gregali uestro uel certe cani uestro cõuitiatur qui-
libet inimicus, dummodo me magis pro uestra cq;
pro mea defensione latrare cõpellat: qua tamen si
opus esset ad causam, breuissima facillimaq; ute-
rer, totum scilicet uitæ meę tempus antequam per
ciperem baptismum Christi, quantum ad meas cu
piditates errores q; attinet, cũ omnibus improbans
& detestans, ne in eius temporis defensiõe meam
gloriam quærere uiderer, nõ illius qui me per gra-
tiam suam & à meipso liberauit. Vnde illam uitam
meam cum uituperari audio, quolibet animo id fa
ciat qui hoc facit, non usqueadeo sum ingratus ut
A doleam: quantumcunq; ille accusat uitium meum,
tantum ego laudo medicũ meum. Quid ergo iam
de illis præteritis atq; abolitis malis meis defenden
dis laborem, de quibus Petilianus multa quidem
falsa dixit, sed plura uera non dixit. De tẽpore aũt
uitæ meæ quod est post baptismũ, uobis quicunq;
me nostis, superfluo loquor ex ijs quę nota esse ho
minibus possunt: Hi uero qui me nõ nouerũt, non
ita iniqui esse debent in me, ut magis de me credãt
Petiliano quàm uobis. Nam si laudãti amico cre-
dendum nõ est, nec inimico detrahenti, restant ea
quæ occulta sunt hominis, ubi sola conscientia ta-
lis est, quę testis esse apud homines non potest. In
his me Petilianus Manichęũ esse dicit, loquens de
B aliena cõscientia: hoc ego mẽ nõ esse dico, loquẽs
de mea cõscientia: Eligite cui credatis. Verũtamẽ
quoniã nec ista breui ac facili mea defensiõe opus
est, ubi quęstio non de qualiscunq; unius hominis
merito, sed de sanctæ Ecclesiæ unitate uersatur, ad
uos etiam mihi plura dicẽda sunt, quicũq; in parte
Donati, Petiliani quę in me scripsit maledicta le-
gistis, quæ ab illo non audirem, si uestram perditio
nem contemnerem, si charitatis Christianæ uisce
ra non haberem. Quid ergo mirum, si cum gra- Cap. XI
na de area dominica excussa, simul cum terra & pa
lea introrsum traho, iniuriam resilientis pulueris
suffero? Vel cũ domini mei oues perditas diligen
ter inquiro, spinosarũ linguarũ uepribus laceror?
Obsecro uos deponite paululum studia partiũ, at
que inter me & Petilianũ cum aliqua æquitate iudi
C cate. Ego Ecclesiæ causam uolo ut noueritis, ille
ut meã. Ad qd aliud, nisi quia testibus meis quos
in causa Ecclesię cõstanter adhibeo, nõ audet di-
cere ne credatis: Prophetę sunt em̃ & Apostoli, et
ipse Prophetarũ ac Apostolorum dominus Chri-
stus: de me aũt quicquid dicere libuerit homini ad
uersus hominẽ, & uestro aduersus alienum, facile
creditis? Et si quos uitę meæ testes adhibuero, qd
magnũ est ut dicat, non eis esse credendũ? Et hoc
uobis cito persuadeat, pręsertim quando quisquis
pro me ullum uerbũ fecerit, inimicus parti Dona-
ti, ac per hoc uester, cõtinuo deputabitur. Regnat
itaq; Petilianus, quando in me quęlibet cõuitia ia
culatur, ei omnes acclamatis & plauditis. Hãc igi-
tur sibi inuenit uincibilẽ causam, sed iudicibus uo
bis: nec testẽ nec argumentum requiret, cui hoc so
lum probare est quod dicit, quia ei quem maxime
odistis, copiosissime maledicit. Nam quoniã diui-
næ scripturæ testimonia, cum pro Ecclesia catho-
lica tam densa & tam clara recitantur uobis dolen
tibus, remanet mutus, elegit materiã ubi uobis fa-
uentibus loquat̃, & uictus uerum simulãs statum,
talia uel etiã sceleratiora dicat in me. Mihi sat est
ad rem quam nunc ago, q; qualiscunq; in ea sim, ta
men Ecclesia pro qua loquor inuicta est. Homo Cap. XII
sum em̃ de area Christi, palea si malus, granum si
bonus. Non est huius areę uentilabrũ lingua Peti-
liani, ac per hoc quicquid in eius paleã mali etiam
uere dixerit, nullo modo frumẽtis eius prejudicat.
Quicquid aũt in ipsa frumenta maledictorum ca-
lumniarũq; iacta uerit, fides eorũ exercetur in ter-

 ris, mer-

ris, merces augetur in cœlis. Sanctis enim dei ser-
uis sanctęq; deo militantibus, nō aduersus Petilia-
num, atq; huiusmodi carnē & sanguinem, sed ad-
uersus principatus & potestates rectores tāliū te-
nebrarum, quales sunt omnes aduersarij ueritatis,
Ephes. 5 quibus utinā dicamus: Fuistis aliquando tenebrę,
nunc aūt lux in domino. Hanc ergo militiam mili
tantibus seruis dei quæcunq; ab inimicis conuitia
criminosa dicuntur, quæ apud maleuolos & teme
re credulos famam malam faciant, arma siniſtra
sunt. Etiam diabolus his expugnatur. Cum enim
per bonam famā probamur utrum nos in superbiā
non extollamus, & per malam famam probamur
utrū inimicos eosipsos à quibus nobis cōfingitur,
diligamus, per arma iustitiæ à dextra & à siniſtra
diabolum uincimus. Quæ cum Apostolus cōme-
2. Cor. 6 moraſſet dicens: Per arma iustitię à dextra & à sini
stra: continuo tanquā exponens quid dixerit: Per
gloriam, inquit, & ignobilitatem, per infamiam &
bonam famam, & cætera talia: gloriam scilicet &
bonam famam numerans in armis dextris, in sini
ſtris autem ignobilitatem & infamiam. Si ergo
sum dei seruus & miles non reprobus, quamlibet
disertus conuitiator in me Petilianus exiſtat, num-
quid moleste ferre debeo, quòd mihi armorum si-
niſtrorum faber solertiſſimus paratus est? Opus
est ut his adiutorio domini mei peritiſſime dimi-
cem, & eis illum feriam contra quem inuiſibiliter
pugno, qui peruerſiſſima & antiquiſſima astutia
callide intendit & agit, ut propter hæc Petilianum
Luce 6 oderim, ac sic præceptum Christi quod ait: Diligi
te inimicos uestros, implere nō possim: quod à me
auertat eius misericordia q̄ me dilexit, & tradidit
semetipsum pro me, ut pendens in cruce, diceret:
Pater ignosce illis, quia nesciunt quid faciūt: meq;
de Petiliano & talibus inimicis meis dicere doce-
ret: Domine ignosce illis, quia nesciūt qd loquun
Cap. XIIII tur. Proinde si impetrauero à uobis sicut intēdi,
ut remoto ab animis uestris omni studio partiū in-
ter me & Petilianū equi iudices sitis, ostendā uo-
bis nō eum respondisse scriptis meis: ut intelliga-
tis qa ueritatis inopia coactus sit causam relinque-
re, & in hominē qui eam sic egit ut respondere ille
nō posset, quę potuit maledicta iactare. Quanq; tā
ta manifestatione clarent quę dicturus sum, ut etiā
si studio partiū & odio mei uestræ mētes à me alie
nent, tantūmodo si utraq; legatis, certe apud uos-
metipsos in cordibus uestris uerum me dixisse fa-
teamini. Ego em̄ respondēs primæ parti scriptorū
eius quæ tūc in manus meas uenerat, prętermisso
cōuitioso & sacrilego multiloquio, ubi ait: Bis ba
ptisma nobis obijciūt ij qui sub nomine baptismi
animas suas reo lauacro polluerūt, quibus equidē
obscenis sordes cuncte mūdiores sunt: quos puer-
sa mundicia aqua sua cōtigit inquinari: illud quod
sequitur tenui discutiendū, & refellendū quod ait:
Conscientia nanq; dantis attendit, quę abluat acci
pientis. Et quęsiui, unde abluendus sit q accipit ba
ptismum, cum dantis polluta cōscientia est, & hoc
Cap. XV ille qui est accepturus ignorat? Legite nūc eius
copiosiſſima maledicta quę in me inflatus et iratus
effudit, & uidete utrū quęrenti mihi respōderit, un
de sit abluendus qui accipit baptismū, cum dantis
polluta cōscientia est, & hoc ignorat accipiēs. Ob
secro uos quærite attente, omēs excutite paginas,
omnes dinumerate uersiculos, omnia uerba uersa
te, omnes syllabas enucleate, et dicite mihi si inue
neritis, ubi responderit, cum dantis cōscientia pol
luta est, unde sit eius abluenda qui hoc accepturus
ignorat? Quid enim ad rem pertinet, quia uerbum
addidit quod à me diceret fuisse subtractū, atq; ita
se scripsisse cōtendit? Conscientia nanq; sancte dan-
tis attenditur, quæ abluat accipientis. Nam ut no-
ueritis à me nō fuisse subtractum, nihil inquisitio-
nem meam impedit additū, nihil eius subleuat de-
fectionem. Ad ipsa enim uerba rursus interrogo,
& utrū respōderit quęro: Si cōscientia sancte dan
tis attenditur, quæ abluat accipientis: unde abluit
accipientis cōscientia, quādo dantis maculosa con
scientia est, & hoc acceptur⁹ ignorat? Ad hoc re-
spondere flagitate, neminē relicta causa cōuitiose
alienari permittite, si cōscientia sancte dantis atten
ditur: uidete quia nō dixi, cōscientia dantis, sed ad
didi, sancte dantis. Si cōscientia inquā, sancte dan
tis attendit, quę abluat accipiētis, unde igitur ablu
endus est qui accipit baptismū cum dantis polluta
cōscientia est, & hoc ille q est accepturus ignorat?

Eat nunc & anhelis pulmonib. ac turgidis fau- Cap. XI
cibus me tanq; dialecticum crimineť, immo non
me, sed ipsam dialecticā uelut mentiendi artificem
in populare iudiciū ream deuocet, et in eam quam
libet fragosiſſimo strepitu aduocati forensis ora di
stendat. Dicat quicquid uult apud imperitos, un-
de stomachenť docti, illudantur indocti, me pro-
pter rhetoricam Tertulli oratoris, à quo accusatus
est Paulus, uocabulo denotet, sibi propter aduoca
tionem in qua potentiā quondam suam iactat, pa-
racleti nomē imponat, atq; ob hoc se cognomina-
lem spiritus sancti non esse sed fuisse deliret. Mani
chęorum immūditias libētiſſime exaggeret, easq;
in me latrando detorquere conet. Ignotorū mihi
& notorū gesta recitet damnatorū, & quod ibi ami
cus quondā meus magis ad defensionē suam me
nominauit, absentem in calumniā præiudicati cri
minis, nescio quo nouo et suo iure cōuertit, titulos
epistolarum mearū à se uel à suis sicut eis placuit
D inscriptos legat, & tanq; me in eis cōprehendisse
se gestiat, confitentē eulogias panis simpliciter &
hilariter datas, ridiculo nomine & uenenosæ turpi
tudinis ac furoris infamet, et de nostro corde tam
male sētiat, ut amatoria maleficia data mulieri, ma
rito nō solū cōscio, uerūetiā fauēte credi sibi posse
pręsumat, qd' de me adhuc presbytero scripsit ira-
tus, ordinator futurus episcopatus mei uelit uale-
re aduersus me: quod aūt à sancto concilio de hoc
quod in nos ita peccauit, uenią petiuit & meruit,
nolit ualere pro me: ita Christianę manſuetudinis,
& pręcepti euāgelici uel nescius uel oblitus, ut eti
am quod fratri ut sibi ignoscerēt humiliter posti-
lanti clementer ignotū est crimineť. Pergat etiā Cap. X
sermōe multiloquo, sed planè uaniloquo in ea quę
prorsus ignorat, uel in quibus potius abutit ignō-
rantia

rantia plurimorũ: & ex confessione cuiusdam fœ-
minæ, q catechumenam se dixerit Manichęorum
quę sanctimonialis & catholica fuerit, quod ei pla
cet de illorũ baptismo dicat: & scribat nescies, aut
nescire se fingens, nõ illicite appellari catechume-
nos tanq eis baptismus quandoq debeat, sed eos
hoc uocari qui etiã auditores uocãtur, q uidelicet
tanq melíora & maiora præcepta obseruare non
possint, quę obseruantur ab eis quos electorũ no-
mine discernendos & honorandos putant. Me eti
am presbyterum fuisse Manichęorũ, uel falsus uel
fallens mirabili temeritate contendat, uerba ter-
tij libri Confessionum mearũ, quę per seipsa & de
multis ante & postea dictis manifestissima sunt le-
gentibus, sub quo ei uidetur intellectu proponat
atq arguat: Furem me deniq uerborum suorum
quod duo subtraxerim tanq eis repositis uictor ex
Ca. XVIII ultet. In his certe omnibus, sicut legẽdo cogno
scere poteritis, impetum quidem linguę suę quo li
buit ambitu iactatiõis exercuit. Nusquam tamen
dixit, unde abluatur accipientis conscientia, cum
maculosam dantis ignorat. At ego inter strepitum
eius grandẽ uel post strepitũ & nimis ut putat ipse
terribilem, lente ut dicitur & bene, hoc ipsum repe
to, & ut respõdeatis exposco. Si conscientia sancte
dantis attenditr, quę abluat accipiẽtis, unde est ab-
luendus q maculosam conscientiã dantis ignorat,
& per totã eius epistolam ad hoc nõ inuenio aliqd
Cap. XIX dictum. Nam fortasse dicet mihi aliquis uestrũ:
Hęc omnia quę dixit in te, ad hoc ualere uoluit ut
te deformaret, ac per te illos quibus cõmunicas, ne
ulterius alicuius momẽti esse te existimẽt, uel ipsi,
uel ĩ quos ad uestram cõmunionem traducere ni-
teris: Cæterũ ex loco quo proposuit uerba episto-
læ tuæ, ex illo cõsiderandum est, utrũ nihil ad illa
responderis. Ita ergo faciamus: Ex ipso prorsus lo
co scripta eius cõsideremus: Excepto ergo prooe-
mio quo uolui animũ præparare lectoris, & pauca
eius uerba præuia contumeliosa magis q ad rem
pertinentia pręterire, ait inquã: Conscientia nanq
dantis attenditr, quæ abluat accipientis. Quid si la-
teat dantis cõscientia, & fortasse maculosa sit, quo
modo poterit accipientis abluere conscientiam, si
quemadmodum dicit, cõscientia dantis attẽditur,
quæ abluat accipientis? Si enim dixerit ad accipi-
entem non pertinere quicquid male latuerit in cõ
scientia dantis, ad hoc ualebit fortasse illa ignoran
tia, ut de conscientia baptizatoris sui nõ possit ne-
sciens maculari. Sufficiat ergo, ut alterius cõscien
tia maculosa cum ignoratr non maculet. Nunquid
aũt etiam abluere potest? Vnde igitr abluendus est
qui accipit baptismũ, cum dantis polluta conscien
tia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat, præser
tim cum addat & dicat: Nam qui fidem à perfido
Cap. XX sumpserit, non fidem percipit sed reatum. Hæc
omnia uerba Petilianus ex literis meis refellenda
proposuit: Videamus ergo utrũ refellerit, utrum
omnino responderit: Addo enim uerba quæ me
subtraxisse calumniatur, & eadem ipsa sic repeto,
ut etiam breuius. Addendo enim hæc duo uerba
etiam ad breuitatem propositiõis huius me pluri-

A mum adiuuit. Si cõscientia sancte dantis attenditr,
quæ abluat accipientis, & qui fidem sciens à perfi
do sumpserit, non fidem percipit sed reatum: unde
abluitr accipientis conscientia cum maculosam
dantis ignorat, & cum fidem nesciens sumit à per-
fido, rogo unde abluitr? Dicat nobis, nõ eat in a-
liud, non obtẽdat nebulas imperitis. Postremo sal
tem multis & anfractuosis circuitibus interpositis
& peractis, tandẽ aliquando dicat nobis, unde ab-
luitur accipientis cõscientia quãdo maculosa per-
fidi baptizãtis occulta est, si cõscientia sancte dan
tis attenditr, quę abluat accipientis: & qui fidr sci-
ens à perfido sumpserit, non fidem percipit sed rea
tum? Nesciens emi sumit à perfido nõ habente cõ-
scientiã sancte dantis, sed maculosam & occultã:
B unde ergo abluitr, unde ergo percipit fidem? Si emi
nec tunc abluitur, nec tunc percipit fidem, cum ba
ptizator perfidus et maculosus & occultus est: cur
eo postea prodito atq damnato, non denuo bapti
zatur, ut abluatur fidemq percipiat? Si aũt illo per
fido, maculoso & occulto iste abluitur & percipit
fidem: unde abluitur, unde percipit ubi nõ est con
scientia sancte dantis, quę abluat accipientis? Hoc
dicat, ad hoc respondeat, unde abluitur, unde per-
cipit si conscientia sancte dantis attenditur, quę ab
luat accipientis? Et hoc ibi non est quando bapti-
zator maculosus et perfidus latuit: Nihil ad hoc re
spõdendum est omnino. Sed ecce angustiatus Cap. XXI
in causa, rursum in me impetum facit nebulosum
atq uentosum, ut ueritatis serenitas ob scureti, &
C fit summa inopia copiosus, non uera dicendo, sed
maledicta inania non emendando. Tenete sanè in
tentissime atq fortissime quid habeatis respondere: id est, unde abluatur accipientis cõscientia, cũ
macusosa dantis occulta est: ne forte hoc uobis è
manibus eius flatus excutiat, uosq ipsi sermonis
turbidi caliginosa tẽpestate rapiamini, ut uel dis-
cessum uel quà redeundũ sit omnino nesciatis. Et
uidete hominẽ uagari quà potest, dũ pro negocio
quod suscepit, stare nõ potest. Videte q multa di-
cat nõ habendo quod dicat. Dicit me labi lubricũ,
sed teneri: nec destruere, nec cõfirmare quod obij
cio, incerta pro certis excogitare, nõ permittere le
gẽtes quę uera sunt credere, sed facere ut altius du
bia suspicentur: dicit me Academici damnabile in
D genitũ habere Carneadis: conatr etiã insinuare qd
Academici sentiant de falsitate uel fallacia sensus
humani, etiam in his omnino quid loquatr igno-
rans. Dici ab eis asserit nigras niues esse cum albæ
sint, nigrum argentũ, turrem rotũdam uel teretem
uideri cum angulosa sit, remum in aqua fractum
cũ sit integer. Et hoc totũ propterea, quoniã cum
dixisset, cõscientia dantis uel sancte dãtis attendi-
tur, quę abluat accipientis: contrà ego dixi, quid si
lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit?
Istæ sunt niues nigræ, & argentum nigrum, & tur-
ris rotũda p angulosa, & remus in aqua fractus:
perinde quasi ego rem dixerim quæ putari possit
& esse non possit, ut lateat dantis cõscientia, & for
tasse maculosa sit. Et sequitr se & clamat: Quid est,
quid si; quid est, fortassis? nisi incerta & inconstãs

hæsitatio dubitantis, de qua ille tunc ait: Quid si nunc redeo ad illos qui aiunt: Quid si nũc cœlum ruat? hoccine est quod dixi, Quid si lateat dantis cõscientia, & fortassis maculosa sit: tale est ac si dixerim: Quid si nunc cœlum ruat? dictum est utiq; quid si, quia fieri potest ut lateat, fieri potest ut non lateat. Nam quãdo ignorat quid cogitet, aut quid admiserit, latet utiq; accipiẽtem dantis cõscientia: quando aũt peccatum eius manifestatur, nõ latet. Dictum est, & fortasse maculosa sit, quia fieri potest ut lateat et munda sit, et rursus fieri potest ut lateat ac maculosa sit. Ideo quid si, ideo fortasse, nunquid huic simile est: Quid si nunc cœlum ruat? O quotiens & cõuicti & confessi sunt homines se maculosas & adulterinas habuisse conscientias, cũ ab eis baptizarentur ignari, posteaq; manifestato sce lere degradati sunt, & tamen cœlum nõ ruit. Quid facit Pilus & Furius, qui contra iustitiam iniustitiam defenderunt? Quid hic facit Atheus Diagoras, qui esse deum negauit, ut de illo uideatur prædixisse Propheta: Dixit stultus in corde suo, nõ est deus? Quid hic isti faciunt? ut quid nominati sunt, nisi ut interuenirent pro homine non habente qd dicat, ut dum de his saltem aliquid sine causa dicitur, agi causa uideatur, & ad quod non responsum est, responsum esse credatur. Postremo si duo uel tria uerba ista, qd si & fortasse, usqueadeo sunt intolerabilia, ut propter illa excitarentur olim dormientes Academici, et Carneades, & Pilus, & Furius, & Diagoras, & niues nigræ, & ruina cœli, & cætera similiter insana & absurda, remoueãtur de medio: Neq; enim reuera sine his non potest dici quod uolumus. Ecce sufficit quod paulo post ita positum est, & ab ipso ex meis literis interpositũ: Vnde igitur abluendus est qui accipit baptismum cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat? Nempe hic non est, quid si & fortasse. Respondeatur ergo, attendite ne forte in eo quod sequitur ad hoc respondeat. Sed ego te, inquit, cauillantẽ ad fidem credendi constringo ne ulterius euageris: Quid argumentis stultitiæ auertis erroribus uitam? Quid fidei rationẽ de rebus irrationabilibus turbas? Hoc uno uerbo te teneo & conuinco. Hæc Petilianus dixit, non ego. Ista ex Epistola Petiliani sunt, sed tantum uerba iam duo illa quę me abstulisse insimulat addidi, & nihilominus ostendi inquisitionis meę, cui non respondet, multo breuius & enodatius fixam stare sententiam. Certe hæc illa duo sunt sancte & sciens, ut non sit uidelicet conscientia dantis, sed conscientia sancte dantis: & nõ sit, qui fidem à perfido sumpserit: sed qui fidem sciẽs à perfido sumpserit. Quæ quidem uerba non subtraxeram, sed in codice qui mihi datus erat nõ inueneram: Fieri autem potest ut mendosus fuerit. Neq; enim & hoc incredibile est, ut etiam hinc mihi Academica excitet inuidia, & tale asseratur esse quod dixi, codicem fuisse mendosum, quale si dicerem niues nigras. Vt quid enim ei rependo temerariam suspitionem, ut dicam quòd ipse post addiderat qui me subtraxisse cõuinxit, cum possit istam mẽdositatis notã sine mea maledicta temeritate codex qui non inscitur sustinere? Et illud quidem primum, id est, sancte dantis, omnino nõ impedit inquisitionem meam, qua ille uehementer urget, utrum ita dicam, si conscientia dantis attenditur: an uero ita, si cõscientia sancte dantis attenditur quæ abluat accipientis. Vnde igitur abluendus est qui accipit baptismũ si dantis polluta est cõscientia, & hoc ille q acceptu rus est ignorat? Illud aũt alterũ quod addit, sciẽs, ut nõ dicatur, qui fidẽ à perfido sumpserit: sed qui fidem sciens à perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum: fateor tanc; deesset me nonnulla dixisse, quoniam iacturam facile patior, quoniã magis moram meæ facilitati afferebant quam adiutorium facultati. Quanto enim expeditius, quanto planius & breuius sic interrogo: Si cõscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipiẽtis: & qui fidem sciens à perfido sumpserit, non fidẽ percipit sed reatũ: unde abluitur quem latet nõ sancte dantis maculosa conscientia, & unde ueram percipit fidem qui nescius baptizat à perfido? Dicatur unde, & ibi omis causa baptismi patebit, ibi totũ qd quęritur elucebit, sed si dicatur, nõ si tempus male dicendo finiatur. Quicquid ergo de de duobus istis uerbis uel detractis calũniatur, uel additis gloriatur, nihil interrogationẽ meam impedire perspicitis, cui quid respondeat ille non inueniens, ne tamen taceat irruit identidem in personam meam, dicerem recedens à causa, si omnino accessisset ad causam. Quippe quasi de me agat, & nõ de Ecclesia uel baptismi ueritate, ideo me dicit subtractis illis duobus uerbis argumentatũ, ut quasi conscientiæ meæ non obsit q̃ inquinatoris, ut dicit, mei sacrilegam ignoraui conscientiam. Quod si ita esset, uerbum illud quod positum est, sciens, additum mihi potius prodesset, & obesset ablatum. Si enim me ita defẽdi potius uoluissẽ ut baptizatoris mei putarer ignorasse conscientiã, pro me locutũ acciperem Petilianũ: quando nõ ut cunc; ait: Qui fidem à perfido sumpserit: sed, qui fidem sciẽs à perfido sumpserit, nõ fidem percipit sed reatũ: ut hinc ego nõ me reatum sed fidem percepisse iactarem, quando dicerem, non ego sciens à perfido accepi, sed homo cõscientiã dantis hominis ignoraui. Videte itaq; & numerate si potestis, quãta superflua loquatur ad unum. Ignorauit quod me proponit dixisse, cum hoc omnino non dixerim, quia nec de me agebatur ut dicerem, nec aliquid criminis in eo q me baptizauit apparuit, ut eius me ignorasse conscientiam, pro mea defensione cogerer dicere.

Et tamen iste ne respondeat ad ea quæ dixi, proponit sibi quod non dixi, & auocat homines ab intentione debiti sui, ne id quod respõsum est exigatur, interponit sæpe, ignoraui, inquam: & respondet, sed si eum ignorares, & quasi conuincit: ne mihi liceat dicere, ignoraui. Cõmemorat Mensuriũ, Cæcilianum, Macarium, Taurinum, Romanum, & eos contra Ecclesiam dei fecisse affirmat, quæ ignorare non possem, eo quòd Apher sim, & ætate penè iam senex, cum sicut audio, Mensurius in communionis unitate defunctus sit, antequam se

scinderet

scinderet pars Donati: causam uero Cæciliani legerim, quòd ad Constantinum ipsi detulerint, & ab Episcopis quos ille imperator iudices dederat, & semel & iterum ab ipso rege illic ad eum appellantibus, etiam tertio fuit absolutus. Macarius uero & Taurinus & Romanus, quicquid uel iudiciaria uel executoria potestate aduersus eorũ obstinatum furorem pro unitate fecerunt, secũdum leges eos fecisse constat: quas ijdem ipsi causam Cęciliani ad imperatoris iudiciũ deferendo, contra se ferri exerciꝫ coegerunt. Inter multa etiam prorsus ad rem nõ pertinentia dicit, Messiani procõsulis sententia me fuisse percussum ut ex Aphrica fugerẽ, & propter hoc falsum, (quod si non ipse cõfinxit, certe maleuolis fingentibus maleuole credidit,) quàm multa alia falsa cõsequenter non utcunque dicere, sed etiam scribere mira temeritate non timuit: cum ego Mediolanum ante Bautonẽ Consulem uenerim, eiq; consuli calendis Ianuarijs audem in tanto conuentu conspectu que hominum pro mea tunc rhetorica professione recitauerim, & ex illa peregrinatione iam post Maximi tyranni mortem Aphricam repetiuerim: Manichæos autem Messianus proconsul audierit, post consulatum Bautonis, sicut dies gestorum ab eodem Petiliano insertus ostenditur. Quæ si dubitantib. uel cõtradicentibus probare necesse esset, multos possẽ claros in seculo uiros testes locupletissimos adhibere, totius illius temporis uitæ meæ. Sed quid ista requirimus? quid & patimur superfluas moras & facimus? Nunquid hinc inuenturi sumus unde sit accipientis abluenda conscientia, qui maculosam dantis ignorat: fidemq; unde percipiat, qui nesciens baptizatur à perfido, quod Petilianus cum ex Epistola mea tanꝫ ad respondendum proposuisset quicquid uoluit, aliud locutus est quàm id quod causa poscebat. Quotiens dixit, si ignorares: quasi ego dixerim quod nunquam dixi, mei baptizatoris me ignorasse cõscientiam. Et aliud nihil egisse uisus est ore maledico, quàm ut malitiã eorum apud quos baptizatus, & quorum communioni sociatus sum, non ignorasse, conuincere uideretur, satis utique intelligens quia ignorantia me non faceret reum. Ecce ergo si ignorarẽ, sicut totiens repetiuit, proculdubio ab eis omnibus malis innocẽs essem: Vnde ergo abluerer, qui conscientiam non sancte dantis ignorans criminib. eius impediri ininime possem? Vnde perciperem fidem qui nesciens à perfido baptizarer? Non enim frustra, si ignorares, toties repetiuit, ni si ut me putari sineret innocentem, proculdubio iudicans quòd nullius innocentia uiolatur si nesciens fidem sumat à perfido, & maculosam conscientiam non sancte dantis ignorat. Dicat ergo unde tales abluantur, unde fidem percipiant non reatum? Sed non nos fallat, Dicat, non multa dicendo nil dicat, aut nil dicendo potius multa dicat. Deinde, quod in mentem uenit & prætereũdum non est, si ego propterea reus sum, quia non ignoraui, ut secundum ipsum loquar, ideo autem non ignoraui, quia & Apher sum, et ætate penè iam senex, saltem pueri cæterarum toto orbe terrarum non sunt rei, qui nec gente nec ętate ista nostra, obiecta seu uera seu falsa nosse potuerunt, qui tamen si in ucꝛ inciderint, sine ullo respectu rebaptizantur. Sed nunc ista non quærimus, illud potius respondeat quod ne respondere cogatur copiosissime altercatur, Vnde abluatur accipientis conscientia, qui maculosam dantis ignorat, si cõscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis? Et unde percipit fidem qui nesciens baptizat à perfido, si quisquis fidem sciens à perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum? Omissis ergo eius maledictis quæ in me sine ulla sana consideratione iactauit, adhuc attendamus ne forte hoc quod exposcimus in consequentibus dicat. Libet autem intueri quàm garrulus ea proposuerit, qua si facillime conuulsurus & euersurus. Sed ad illud inquit, tui phãtasmatis argumentum, quo quemcunque baptizas uerbis tibi pingere uisus es, redeamus: Imaginari enim te ueri similia decuit, qui nõ uides ueritatem. Hæc uerba sua prælocutus est Petilianus, uerba mea propositurus. Deinde subiunxit: Ecce, inquis, stat perfidus baptizaturus, at ille qui baptizandus est perfidiã eius ignorat. Non totam dixit propositionem atq; interrogationem meam, & mox ipse interrogare me cœpit, dicens: Quis est iste, aut unde prosiliuit quem proponis? Cur tibi uideris uidere quem simulas, ne uideas eum quem uidere ac discutere diligentissime debeas & probare? Sed quia intelligo te ignorare ordinem sacramenti, hoc tibi breuiter dico, & tu baptistam discutere, & ab eo discuti debuisti.

AVG. Quid est quod expectabamus? ut diceret, unde abluatur accipientis conscientia, qui maculosam non sancte dantis ignorat: & unde fidẽ non reatum percipiat, qui baptismum nesciens à perfido sumpserit. Ecce audiuimus baptistam debere diligentissime discuti ab eo qui uult fidem percipere non reatum, ut inueniat cõscientiam sancte dantis qui abluat accipientis: Nam qui non discusserit, & nesciens à perfido acceperit, eoipso quòd nõ discussit, maculosamq; dantis ignorauit conscientiam, non fuit unde fidem perciperet sed reatum. Quid ergo adiuuit quod pro magno addidit, sciens, quod me subtraxisse calumniatus est? Cum enim uoluit ita dici: Qui fidem à perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatũ: uidetur aliquã spem reliquisse nescienti. Nunc uero cum interrogatur unde percipiat fidem qui nesciens baptizatur à perfido, respondit eum discutere debuisse baptistam: proculdubio miserum, nec ignorare permittit, non inueniendo unde fidem posset accipere, nisi spem suam in homine baptizando posuerit.

Hoc est quod exhorremus in uobis, hoc est, quod diuina damnat sententia, ueracissime & manifestissime clamans: Maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Hoc est quod apertissime prohibet sancta humilitas & charitas Apostolica clamante Paulo: Nemo glorietur in homine: hoc est quòd in nos inanium calumniarum & acerrimorum maledictorum crebrescit impetus, ut quasi euer-

Lib. 6. conf. cap. 6

Ca. XXVI

Caput XXVII

Caput XXVIII

Hiere. 17

1. Cor. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

si euerso homine nulla spes remaneat eorum qui- A
bus uerbum dei & sacramentū pro dispensatione
nobis credita ministramus. Respondemus eis:
Quouscp hoc apponitis super hominem? Respon
Psal. 61 det eis catholica ueneranda societas. Nónne deo
subijcietur anima mea, ab ipso enim salutare meum.
Etenim ipse est deus meus, susceptor meus, nō e-
migrabo. Nam quæ alia causa fuit istis emigrandi
de domo dei, nisi quia uasa facta in contumeliā, si
ne quibus illa usq; ad diem iudicij non erit, finxe-
runt se ferre nō posse, cum tamē hoc magis ipsi fu
isse & alijs calūniose obiecisse gestis atq; conscri-
ptis tunc rebus appareāt: de quibus in cōtumeliā
factis ne propter illa de domo dei magna quæ ma
gno patrisamilias una est, pturbatus emigret: dicit
dei seruus & bonus fidelis, uel fidem in baptismo B
pcepturus, quod Paulo ante cōmemorauí: Nōne
deo subijcietur anima mea? Deo utiq; non homini,
ab ipso enim salutare meū non ab homine. Iste aūt
non saltem tunc deo daret abluendum mundan-
dumq; hominē, quando maculosa cōscientia non
sancte dantis occulta est, & fidē nesciens quisquis
sumit à perfido. Hoc, inquit, tibi breuiter dico, &
tu baptistam discutere, & ab eo discuti debuisti.

Ca. XIX Obsecro uos hic aduertite, ego quæro, unde ab
luatur accipiētis cōscientia, cum maculosam non
sancte dantis ignorat, si cōscientia sancte dantis at-
tenditur quę abluat accipiētis: & unde accipiat fidē
qui nesciēs à perfido baptizatur, si quisquis fidem
sciens à perfido sumpserit, non fidē percipit sed re-
atum: & ille mihi respondet, discutiendū esse & ba C
ptizatorem & baptizandū. Et ad hoc ꝓbandum,
unde quęstio nulla est, adhibet exemplū Ioannis,
quòd cum discusserint qui ab eo quæsierūt quē se
esse diceret, q; ipse quoq; discusserit eos quibus ait:
Matt. 3 Generatio uiperarū quis uobis ostendit fugere ab
ira uentura? Quid hoc ad rem, & quid hoc ad cau
sam? Deus Ioanni ꝓhibuerat testimoniū excellen
tissimę sanctitatis prophetia pręclarissima prędē
te, & quando cōceptus & quando natus est. Quæ
rebant aūt illi iam credētes esse sanctū, quem nam
se diceret esse sanctorum, uel utrum ipse esset san-
ctus sanctorū, quod est Christus Iesus. Tāta quip-
pe gratia illi habebat, ut continuo crederetur quic
quid de se ipse dixisset. Si aūt hoc exemplo asserit
quilibet nūc discutiendus esse baptista, qdquid de D
Sapien. 1 se quisq; dixerit credendus erit. Quis est aūt fictus
quem fugit utiq;, sicut scriptū est, spiritus sanctus,
qui de se optime credi uelit, atque id agat quibus
uerbis potuerit? Iam ergo cum fuerit interrogatus
quisnam sit, & responderit se esse dei fidelem di-
spensatorem, nec cuiusquam criminis macula pol-
lutam habere conscientiam, hęc erit tota discussio,
an etiā mores eius & uita diligentius intuenda est:
Ita sane. Non hoc scriptū est fecisse illos qui Ioan-
nem in deserto Iordanis interrogauerunt quis es-
Ca. XXX set. Vnde hoc exemplū ad rem de qua agit om-
nino nō pertinet, magis Apostolica illa sententia
1. Tim. 3 satis hanc incutit curā ubi ait: Probetur primum,
& sic ministrent nullū crimen habentes. Quod cū
sollicite ac de more utrobiq; pene ab omnibus fiat,
unde tam multi reprobi post tempus gestæ dispen A
sationis huius inuenti sunt, nisi quia & humana di
ligentia plerunq; fallitur, & nonnulli primum bo-
ni in deterius commutantur? Quæ cum tam cre-
bro accidant, ut dissimulare ac obliuisci neminem
sinant, quid est quod contumeliose nos docet Peti
lianus breuiter à baptizando discutiēdum esse ba-
ptistam, quoniā quærimus, unde sit accipiētis ab-
luenda conscientia, cum maculosa non sancte dan
tis occulta est, si conscientia sancte dantis attendi-
tur, quę abluat accipiētis? Quia intelligo te, inqt,
ignorare ordinem sacramenti, hoc tibi breuiter di
co, & tu baptistā discutere, & ab eo discuti debui-
sti. O mihi respondе, circūstat enim in tam multis
locis tāta hominū multitudo quę baptizata est ab
eis, qui cū prius iusti & casti uiderent, postea nuda B
tis criminibus cōuicti atq; deiecti sunt: & se putat
euadere huius interrogatiōis uiolentiam, qua quę
rimus, unde abluatur accipientis cōscientia, quan-
do maculosam non sancte dantis ignorat, si consci
entia sancte dantis attenditur, quę abluat accipiē-
tis, quia breuiter discutiendus esset baptista. Ni-
hil infelicius quàm non consentire ueritati, qua
ita quisque concluditur, ut exitum inuenire non
possit. Quærimus à quo accipiat fidem qui nesci-
ens à perfido baptizatur? Respondetur, discute-
re debuit baptizatorem suum. Ergo quia non di-
scutit eum & fidem nesciens sumit à perfido, nō fi
dem percipit sed reatum? Cur itaq; non denuo ba-
ptizantur, quos à proditis atq; conuictis, cum ad-
huc laterent, baptizatos esse constiterit? Et ubi C
est, inquit, quod addidi sciens, ut non dicerē, qui fi
dem à perfido sumpserit: sed, qui fidem sciēs à per-
fido sumpserit, nō fidem percipit sed reatū? Perci-
pit ergo fidem non reatum, qui nesciens sumpsit à
perfido, & ideo quæro unde perceperit. Vbi coar
ctatus respōdet: Discutere debuit. Esto, debuit, nō
fecit aut nō ualuit: Quid de illo censetis? Ablutus
est an non? Si ablutus est, quęro unde? Non enim
eum maculosa non sancte dantis cōscientia, quam
nesciuit, abluere potuit. Si autē non est ablutus, iu
bete ut abluatur. Non iubetis, ergo ablutus est. Di
cite unde? dicite saltem uos quod ille nō dixit. Ea-
dem quippe uerba propono, quibus respōdere nō
potuit. Ecce stat perfidus baptizaturus, at ille q ba
ptizādus est perfidiam eius ignorat, quid eum ac-
cepturum esse arbitramini, utrū fidem an reatum?
Sufficiunt adhuc proposita, respondete aut quæri
te diligenter quid ille responderit: Inuenietis eti-
am conuicta conuitia: Culpat enim me quasi deri
dens quòd uerisimilia proponam, qui nō uideam
ueritatem. Repetitis etiam uerbis meis & dimidia
ta sententia, dicit, inquit: Ecce stat perfidus bapti-
zaturus, at ille qui baptizandus est perfidiam eius
ignorat. Deinde subiungit: Quis est iste aut unde
prosiliuit? Quasi unus sit aut duo, & nō talibus u-
trobiq; plena sint omnia. Quid ex me quęrit quis-
nam sit iste, aut unde prosiliat, ac nō potius circū-
spicit & uidet raras esse Ecclesias uel in urbib. uel
in ruribus, quę nō habeāt in criminib. detectos, &
à clericatu deiectos homines cū laterēt, bonosq; se
uiderī

uid eri uellent cum mali essent, & castos putari cũ essent adulteri. Nempe ficti erãt, nẽpe spiritusſanctus eos, sicut scriptũ est, fugiebat. Ex istorũ ergo adhuc latitantiũ turba prosiliuit ille perfidus quẽ proposui, qd ex me quærit unde prosiliuerit, claudens oculos aduersus tantam turbam, unde si soli considerentur qui conuinci deiscicq; potuerunt, so
Caput XXXII nitus eorum sufficit cæcis. Quid quod etiã ipse posuit in Epistola sua, Quoduultdeũ de duobus adulterijs apud nos conuictũ & abiectũ à nostris esse susceptũ? Quid ergo (sine huius præiudicio dixerim, qui causam suam bonã uel probauit uel persuasit) tales apud uos nondum detecti cum baptizant, quid ab eis accipitur, fides an reatus? Non uticq; fides, quia non habent conscientiam sancte dantis, quæ abluat accipiẽtis. Sed nec reatus propter illud additum uerbũ: Nam qui fidem sciens à perfido sumpserit, non fidem percipit sed reatum. Ab istis aũt cum baptizarẽtur homines, quales fuissent uticq; nescierũt. Proinde non ab eis accipiendo fidẽ, quia non habebant cõscientiam sancte dantis, non accipiendo etiam reatum, quia non scientes sed nescientes eorum crimina baptizati sunt, sine fide & sine reatu remãserunt. Nõ sunt ergo in numero talium flagitiosorum, sed nec in numero possunt esse fidelium: Quia sicut nec reatum, ita nec fidem ab eis accipere potuerunt. At eos in numero fidelium à uobis cernimus deputari, nec censere quemquam uestrum ut baptizentur, sed reatũ habere q; baptizati sunt. Acceperũt itaq; fidẽ, nec tamen ab eis acceperũt qui non habent conscientiã sancte dantis quæ ablueret accipiẽtis: Vnde ergo acceperũt?
Caput XXXIII Hinc satago, hoc urgenter interrogo, hoc ut respondeat uehementissime flagito. Inspicite nunc Petilianũ ne hoc respondeat, uel ne hoc respondere non potuisse deprehensus appareat, per nostras cõtumelias inaniter euagari criminantem & nihil probantẽ, & ubi forte conatur pro causa quasi pugnaciter resistere, ubicq; facillime superari: ad hoc tamẽ unũ omnino nihil respondere quod quærimus, si conscientia sancte dãtis attẽditur quæ abluat accipientis, unde abluendus sit qui accipiebat baptismũ, cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat. His eñ uerbis ex Epistola mea cõmemoratis, proposuit me interrogantem, & se ostendit nihil respondentem. Cum enim dixissem ea quæ iam recolui, & in quibus eũ ostendi ad id quod interrogaui nõ respondisse: cũq; magnis angustijs coarctatus, coactus esset dicere discutiendum esse baptistã à baptizando, baptizandũ à baptista: cumq; id exẽplo Ioannis si forte inueniret negligentissimos uel imperitissimos auditores astruere tentauisset: adhibuit testimonia de scriptu
Act.8 ris ad rẽ non pertinentia, q; Philippo dixerit Eunuchus, Ecce aqua, quis prohibet me baptizari? quia sciebat, inquit, perditos prohiberi. & q; ideo Philippus eũ baptizari nõ uetuit, quia eũ legentẽ probauerat quomodo crederet Christũ: Quasi prohibuerit Simonem Magũ. & q; Prophetæ falso baptismate decipi timuerũt: & ideo dixerit Esaias, Aqua mẽdax nõ habet fidẽ: uelut ostendẽs apud perfidos homines aquã esse mẽdacẽ, cũ hoc nõ Esaias sed Hieremias de hominibus mendacibus dixerit, figurate aquã populũ appellãs, quod in Apocalypsi manifestissime demonstrat. Et q̃d Dauid dixerit, Oleum peccatoris nõ ungat caput meũ: cũ ille hoc dixerit de adulatione assentatoris fallaci laude decipientis, unde laudati caput in superbiã crescat. Quẽ intellectũ aperiũt uerba in eodem Psalmo præmissa superius: Sic eñ ait, Emendabit me iustus in misericordia & arguet me, oleũ aũt peccatoris non impinguet caput meũ. Quid hac sentẽtia clarius, quid euidẽtius? Mauult enim se aspera emẽdatione iusti argui misericorditer ut sanet, q̃s lenibus blanditijs ungi ut inflet. Com
Caput XXXIIII memorat Petilianus & Apostolum Ioannem monuisse, ne omni spiritui credat, sed probẽtur spiritus si ex deo sunt: quasi ad hoc adhibeat ista diligẽtia, ut nũc ante tẽpus frumentũ à palea separetur, ac nõ potius ne frumentum à palea decipiat. Aut uero etiã spiritus mẽdax si aliq̃d uere dixerit, ideo negandum est, quia hoc detestãdus spiritus dixit.
Matt.16 Quod quisquis arbitrat tam demens est, ut forte cõtendat Petrum nõ debuisse dicere, Tu es Christus filius dei uiui: quia tale iã aliquid dæmones dixerãt. Cũ ergo baptismus Christi siue per iniquũ siue per iustũ ministratus, nihil aliud sit, q̃ baptismus Christi, ab homine cauto bono fideli iniquitas hominis est uitanda, non dei sacramẽta dãnanda. In his certe omnibus nõ respondet Petilianus, si cõscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipiẽtis, unde sit abluẽdus q accipit baptismũ, cum dantis polluta conscientia est, & hoc ille qui est accepturus ignorat? Collega eius à Thubur si cubure quidã Cyprianus cũ turpissima fœmina in lupanari deprehẽsus, & Primiano Carthagine oblatus atq; dãnatus est: Iste quanq; baptizabat, anteq; detectus & abiectus esset, non uticq; habebat conscientiã sancte dantis, quæ ablueret accipiẽtis, unde igit̃ abluti sunt qui hodie illo dãnato non uticq; rursus abluũtur? Nõ erat necesse ut hominem nominarẽ, nisi Petilianus iterum diceret, Quis est iste aut unde prosiliuit? Cur istum baptismam uestri non discusserunt, sicut Ioannes Petiliano ita sentiente discussus est? An & discusserunt quantũ homines hominem potuerũt, sed astuta fictione latitantẽ diu non inuenerunt. Huius ne
Caput XXXV aqua nõ erat mẽdax, aut oleũ fornicatoris nõ est oleũ peccatoris: an quod catholica dicit & uerũ est, & illa aqua & illud oleũ nõ eius erat à quo ministrabat̃, sed cuius ibi nomẽ inuocabat̃? Cur illi qui ab isto ficto & occulto baptizabant̃, non probabãt spiritũ quia ex deo nõ erat? Spiritus eñ sanctus disciplinæ fictũ fugiebat. An & illũ fugiebat
Sap.1 & sua sacramẽta, quãuis per eũ ministrata nõ deserebat? Postremo quoniã illos nõ negatis ablutos, q̃s illo dãnato nõ curatis abluendos, uidete si tot nebulis multipliciter offusis, ullo loco Petilianus respõdet, unde isti abluti sint, si cõscientia sancte dãtis attendit̃, quæ abluat accipiẽtis, quã latens immũd⁹ habere nõ potuit? Nihil ergo ad hoc respõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens quod ab eo tã instanter inquiritur: deinceps etiam sibi loquẽdi latitudinẽ cõparans, cũ hęc, inquit, & Prophetæ & Apostolus caute timuerint, qua fronte tu dicis ꝙ bene credentibus sanctum est baptisma peccatoris: quasi ego uel quisq; catholicus, peccatorũ baptisma esse dicat, quod peccatore ministrãte tradit uel accipitur, & nõ illius in cuius credẽs nomine baptizat. Inde etiã excurrit in Iudam traditorẽ, & dicit in eũ quicquid potest, adhibẽs testimonia prohetica quæ de illo tanto ante præmissa sunt: tanq; Ecclesiã Christi toto orbe diffusam, cuius causa in hac quæstione uersatur, Iudæ traditoris impietate perfundat, nõ cõsiderans ꝙ uel hinc debuit admoneri, tam non esse dubitandum illam esse Ecclesiã Christi quæ in omnibus gẽtibus dilatat, quoniã hoc tãto ante ueraciter prophetatũ est, q̃ nõ est dubitandũ ab uno ex discipulis tradi oportuisse Christũ, qm̃ & hoc similiter ꝓphetatũ est. Caput XXXVI Sed plane post hęc Petiliani Maximianistarũ baptismũ quos dãnauerat susceperũt, q̃uis in huius quęstiõe propositiõis suis uerbis q̃ meis uti maluerit. Necq; eim nos dicim⁹ ꝓdesse nobis debere baptismũ peccatorũ, quẽ non solũ peccatorũ, sed nullorum omnino hominũ dicimus, q eum Christi esse cognoscimus. Ita quippe proposuit, At enim pertinaciter asseueras, inquit, quia debet uobis prodesse baptismum peccatorũ, propterea quia & nos, ut dixisti, reorũ quos iuste damnauimus baptismum conseruamus. Vbi ad hanc quæstionẽ uenit, ut dixi, omnis etiã simulata pugna defecit: Quo iret, quà exiret, quo aditu perscrutato aut molito uel clanculo euaderet uel uiderumperet non inuenit, licet hoc, inquit, secundo libro demonstrẽ quantũ inter nostros interfit & uestros quos dicis innocentes, tamẽ interim uos prius à collegarũ uestrorum criminibus quæ nostis eripite, & sic de ijs quos obijcimus exquirite rationẽ. AVG. Respondeat quisq; hominum, sic respondeat, nisi qui ueritati aduersatur, contra quẽ non inuenit quid respondeat: Si ergo nos eadẽ uerba dicamus, interim uos prius à collegarũ uestrorũ criminibus quæ nostis eripite, & sic nobis de his quos putatis apud nos malos ullũ crimen obijcite, utriq; uicimus, an uicti sumus? Imò uero ille uicit pro Ecclesia sua & in Ecclesia sua, q nos docuit in scriptura sua, ut nemo glorietur in homine, & ut qui gloriatur in domino glorietur. 1.Cor.4 Ecce eim nos qui cũ ueritatis eloquio dicimus, nõ iustificari credentẽ ab homine à quo baptizat, sed ab illo de quo scriptum est, Credenti in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iustitiam, non gloriamur in homine, nitimurq; donante ipso cum gloriamur in domino gloriari, quoniã securi sumus quicquid de quibusdã nostræ communionis hominis erroris aut criminis probare potuerit. Rom.4 Apud nos enim quicunq; mali uel penitus latent, uel quibusdam noti propter bonos quibus ignoti sunt, & apud quos conuinci non possunt, propter unitatis & pacis uinculũ tolerant, ne cũ zizanijs eradicetur & triticũ, ita malitiæ suæ sarcinam portant, ut eã cũ eis nemo communicet, nisi quibus eorũ iniquitas placet. Necq; enim metuimus ne quos baptizant iustificari non possint, cũ illi in eum credant qui iustificat impios, ut deputet fides eorum ad iustitiam. Caput XXXVII Proinde apud nos nec ille quem dixit à uobis propter Sodomitarũ crimẽ abiectum, & in locũ eius constitutũ alterũ, & rursus ipsi nostro collegio redditũ, nesciens qd loquatur: nec ille quẽ apud nos pœnitẽtem fuisse commemorat, quocunq; modo eorum causæ defendi siue possint siue nõ possint, aliquid præiudicant Ecclesiæ dei quæ per omnes gentes diffundi tur, & crescit in mundo usq; ad messem, in quà si uere mali sunt quos accusatis, non iam in illa, sed in paleis eius sunt. Si uero boni sunt, cum eos iniquis criminationibus infamatis, ipsi uelut aurum probantur uobis in paleæ similitudinem ardenti bus: alienis tamen peccatis non maculatur Ecclesia, quæ secũdum fidelissimas prophetias toto terrarũ orbe dilatata finẽ seculi tanq; littus expectat, quò perducta careat piscibus malis, cũ quibus intra eadem dominica retia, quãdiu separari ab eis impatienter nõ debuit, naturæ incõmmoditas ferri potuit innocenter. Nec proterea tamen Ecclesiastica disciplina negligitur à cõstantibus & diligentibus & prudẽtibus dispensatoribus Christi, ubi crimina ita manifestãtur, ut nulla possint probabili ratione defendi. Extant innumerabilia documẽta in eis qui uel Episcopi uel alteri⁹ huiusce modi gradus clerici fuerunt, & tũc degradati uel pudore in alias terras abierũt, uel ad uosipsos aut ad alias hæreses transierunt, uel in suis regiõibus noti sunt: quorum tãta est multitudo dispersa per terras, ut si eã Petilianus refrenata paululũ maledicendi temeritate cogitaret, nequaq; caderet in tam aperte falsam uanãq; sententiã qua dicẽdum nobis putaret: Nemo uestrũ est innocens, ubi re⁹ nemo dãnatur. Caput XXXVIII Vt enim alios omittam in diuersis terris habitãtes, uix enim alicubi deest hoc genus hominum, quo appareat iniquos præpositos ac ministros, & in catholica Ecclesia solere damnari, Mileuitanum Honorium de proximo potuit intueri. De Splẽdonio uero quem diaconum in catholica damnatũ, & à se rebaptizatũ presbyterum fecit, cuius in Gallia damnationem ad nos à fratribus missam collega noster Fortunatus ibidem apud Constantinã publice legendam proposuit, & quem postea idẽ Petiiianus horrẽdas eius insidias expertus abiecit. De hoc ergo Splendonio quando non potuit cõmoueri quẽadmodum mali & in catholica degradent, miror in quo temeritatis præcipitio cor habebat cũ ista dictaret, ubi ausus est dicere, Nemo uestrũ est innocẽs, ubi reus nemo dãnat. Quãobrẽ pmixti corporaliter, separati spiritaliter in catholica mali, & quãdo humana cõditione ignorant, & qm̃ disciplinæ consideratiõe dãnant, suas sarcinas portãt: Ac per hoc illi securi sunt, si eorũ peccatis imitatiõe & cõsensiõe nõ cõmunicãt, quicũq; per eos Christi baptismo baptizãt: qa & si per optimos baptizarent, nõ nisi ab illo q iustificat impiũ iustificarent. Credentibus

dētibus quippe in eum qui iustificat impium, de- A
Caput putatur fides ad iustitiam. Vos autem cum obij
XXXIX ciuntur uobis Maximinianistæ trecentorum &
decem concilij sententia damnati, eodem conci-
lio tot proconsulibus & tot gestis municipalibus
allegato oppugnati de basilicis quas tenebant per
iussa iudicum & ciuitatum auxilia perturbati, rur
sus à uobis cū eis quos extra communionem ue-
strum baptizauerant, sine ulla baptismi quæstio-
ne susceptí & honorati, quid respondeatis nō in-
uenitis. Sententia quippe uincimini, non uera sed
uestra, qua contēditis in eadem communione sa-
cramentorum, alios aliorum perire criminibus,
& talem quemq; esse, qualis est homo à quo fuerit
baptizatus, si nocens nocentem, si innocēs inno-
centem. Quæ si uera sunt, ut alios innumerabiles
omittam, Maximinianistarum certe quorum sce- B
lus usq; ad illorum similitudinem quos uiuos ter-
ra sorbuit, in tam numeroso concilio uestri exag-
gerarunt, uos crimina perdiderunt. Si autem Ma
ximinianistarum crimina uos non perdiderunt,
falsa sunt quæ ita sentis, & multo minus nescio
quæ non probata crimina Aphrorum, orbem ter
rarum perdere potuerunt. Ac per hoc sicut scri-
Gal. 6 bit Apostolus, Vnusquisque sarcinam suam por-
tat: & nullius est baptismus Christi nisi Christi, et
frustra promittit Petilianus ex hoc quod de Ma-
ximinianistis intendimus, in secundo libro esse di
cturum, nimis male sentiens de cordibus huma-
nis, quasi non intelligant eum nō habere quid di-
Cap. XL cat. Nam si baptismus quem Prætexatus & Fe
licianus in Maximiniani communione ministra- C
uerunt, illorum fuit, cur à uobis in eis quos bapti-
zauerunt, tanq; Christi susceptus est? Si aūt uere
Christi est, sicuti est, nec eis prodesse posset, qui eū
cum scelere schismatis habuissent, qd uos potuis-
se dicitis prestitisse illis quos cum eodē baptismo
suscepistis, nisi ut per uinculū pacis deleto crimi-
ne sceleratæ diuisionis, non cogerent sancti laua-
cri sacramentū accipere quasi nō haberent, sed si-
cut erat antea pernicioſum, ita illis iā utile esse in-
ciperet quod haberent? Aut si hoc eis in uestra cō
munione præstitū nō est, quia nec præstari schisma
ticis apud schismaticos posset, hoc tamē uobis in
catholica cōmunione prestatur, non ut baptismū
accipiatis quasi desit uobis, sed ut ipse quem acce
pistis prosit uobis. Oīa quippe sacramēta Chri D
sti non ad salutē sed ad iudiciū habentur sine cha-
ritate unitatis Christi. Sed quia nō uera sed uestra
sententia est, nescio per quorum baptismū tradito
rū periisse Christi baptismū de orbe terrarū, meri
to non inuenitis quid respondeatis de recepto ba
ptismo Maximinianistarū. Videte itaq; & uigilan
tissime mementote quemadmodū Petilianus nec
ad ea ipsa re sponderit quę sibi ita proponit, unde
aliquid loqui uideatur. Illud aūt olim dimisit oīno,
nec uobis dicere uoluit, quia utiq; non potuit,
nec usq; ad finem uoluminis sui aliquando dictu-
rus est quod ex primis artibus Epistolę meæ, qua-
si refellendum commemorauit, Additis quippe
etiā duobus uerbis quæ me subtraxisse quasi for-
tissima sua munimenta iactauit, nihilominus im-
munitus iacens, non inueniens quid respondeat
cū quæritur, si cōscientia sancte dantis attēditur,
quæ abluat accipientis, unde sit eius abluenda cō
scientia, qui pollutā conscientiam non sancte dan
tis ignorat: & si quis fidē sciens à perfido sumpse
rit, non fidem percipit sed reatum, unde fidem ac
cepturus sit non reatum, qui nesciens baptizatur
à perfido? Ad hoc enim iā diu ex quo loquitur, ni
hil respondisse manifestum est. Deinceps perrexit
ore maledico in uituperationē monasteriorum &
monachorum, arguens etiā me q̄ hoc genus uitæ
à me fuerit institutum: Quod genus uitę omnino
quale sit nescit, uel potius toto orbe notissimū, ne
scire se fingit, inde asserens me dixisse Christū esse
baptistam. Subiecit etiā quædam uerba ex Episto
la mea quasi hoc ex mea sententia dixerim, quod
ex uestra & ipsius dixi, & copiosissima atrocitate
inuect9 est, quasi in me qui hoc dixerim: cum illa
quā reprehendit nō sit mea sed ipsius & uestra sen
tētia, quod paulopost dilucide quantū ualuero de
mōstrabo. Deinde conatus est nos docere multis
& superfluis uerbis, q̄ non Christus baptizet, sed
in eius nomine baptizet, simul & patris & filij &
spiritussancti, de qua ipsa trinitate dixit uel quod
uoluit uel quod potuit, Christū esse mediū trini-
tatis. Inde de nomine Simonis & Variæ magorū
ingessit nobis quas ei libuit cōtumelias. Inde Op
tati Tamigadensis causam pedetētim suspendēs,
ne illius perfunderet inuidia, nō se nec suos de il-
lo iudicare potuisse, & in eoipso nos insimulās, q̄
ille meis suggestionibus pressus sit. Postremo cō-
clusit Epistolā suos exhortans & monēs ne decí-
piant à nobis, & nostros dolēs q̄ eos peiores q̄m
fuerāt fecerimus. His igit diligēter cōsideratis Cap. XLI
atq; discussis, q̄ ex ea ipsa Epistola quā scripsit, sa
tis dilucide apparet: Petilianus nō respōdit omni
no ad hoc quod in Epistola mea primitus posui, si
quemadmodū dicit, cōscientia dantis, uel potius
ut addam quod magnum firmamentū putat, si cō
scientia sancte dantis attendit, quę abluat accipiē
tis, unde abluēdus sit qui accipit baptismū, cum
si dantis cōscientia polluta est, accepturus ignō-
rat. Vnde non miranduū est hominē pro sallitate
resistentē pressum, cōtra uenientis ueritatis angu
stias insana potius anhelasse cōuitia, q̄m cū illa quę
uinci non potest ambulare uoluisse. Nunc iā obse
cro paucis animū intendite, ut uobis quid timue-
rit ut ad hoc nō respōderet euidenter ostendā, &
quod obscurare conatus est, in lucē proferā. Pote
rat utiq; nobis quærētibus unde abluēdus sit qui
accepit baptismū cū dantis polluta cōscientia est,
& hoc ille qui est accepturus ignorat, facillime re
spōdere, à domino deo, & omnino fidētissime di-
cere, prorsus deus abluit accipientis conscientiam,
quādo maculosam nō sancte dātis ignorat: sed ho
mo qui iā sectæ uestræ intentione coactus fuerat
mundationē accipientis in cōscientia dātis pone-
re, quippe qui dixerat, Conscientia nanq; dantis
uel sancte dantis attēditur quæ abluat accipiētis,
timuit ne melius homo baptizari uideretur ab oc

culto

culto homine malo ꝙ̃ à manifesto homine bono: Tunc em̄ non à cōscientia sancte dātis hominis, sed ab ipsa excellentissima dei sanctitate esset abluendus. Hoc ergo metuens, ne tanta eum sequeretur absurditas uel potius demētia, ut qua fugeret nesciret, noluit dicere unde sit accipientis abluenda cōscientia, quando maculosam conscientiam non sancte dantis ignorat, & litigioso strepitu cuncta perturbans occultare maluit quid ab eo quæreretur, ꝙ̃ hoc respondere quærenti unde sta tim suffocaretur, nunꝙ̃ tamen putans ab homini bus bene cordatis legi posse literas nostras, aut ab eis legi suas qui legissent & meas, quibus respon-

Cap. XLII dere se finxit. Nam hoc quod modo dixi in illa ipsa Epistola mea contra quam scribendo nihil dixit, euidentissime positum est, & quid ibi egerit quæso parūper aduertite, & quamuis illi faueatis noscꝙ̃ oderitis, si potestis æquo animo tolerate. Quia enim prior Epistola sua cuius primis partibus quæ solæ in manus nostras tūc uenerant primo responderā, ita spem baptizandi hominis in homine baptizāte posuerat, ut diceret, Oīnis res

Supra lib. 1 cap. 4. & li. 2. cap. 5 enim origine & radice cōsistit: & si caput non habet aliquid, nihil est. Quia ergo hoc Petilianus dixerat, nō aliud uolēs intelligi originē & radicē & caput baptizandi hominis, nisi hominem à quo baptizaretur, subieci ego & dixi. Quærimus itaqꝙ̃

Supra lib. 1 cap. 5 nos cū ille baptizator perfidus latet, si tūc ille quē baptizat fidem percipit non reatū, si tunc ei non est baptizator eius origo & radix & caput, quis est à quo accipit fidē? ubi est origo de qua oritur, ubi radix unde germinat, ubi caput unde incipit? An forte cū baptizantē perfidū ille qui baptizat̄ ignorat, tunc Christus dat fidem, tūc Christus est origo & radix & caput? Hoc ergo & nūc dico & exclamo, sicut etiā illic exclamaui, O humana temeritas & superbia, cur nō finis potius ut semper Christus det fidē, Christianum dando facturus? Cur non finis ut semper sit Christus origo Christiani, in Christo radicē Christianus infigat, Christus Christiani sit caput? Neꝙ̃ em̄ etiam cum per sanctū & fidelem dispēsatorē gratia spiritalis credentibus impartit̄, dispēsator ipse iustificat, ac nō ille unus de quo dictū est, ꝙ̃ iustificat impiū. Aut uero apostolus Paulus erat caput & origo eorum quos plantauerat, aut Apollo radix eorū quos rigauerat, ac nō ille qui eis incrementū dederat, cū

1. Cor. 3 idem dicat, Ego plātaui, Apollo rigauit, sed deus incrementū dedit, Itaqꝙ̃ neꝙ̃ qui plantat est aliqd, neꝙ̃ qui rigat, sed qui incrementū dat deus? Nec

Io. 15 radix eorū erat ipse, sed ille potius ꝙ̃ait, Ego sum uitis, uos estis sarmenta. Caput etiā eorū quomodo esse poterat, cū dicat nos multos unū esse corpus in Christo, ipsumꝙ̃ Christū caput esse uniuersi corporis, pluribusꝙ̃ locis apertissime prædicet?

Cap. XLIII Quapropter siue à fideli siue à perfido dispen-

Supra lib. 1 cap. 6 satore sacramentum baptismi quisꝙ̃ percipiat, spes ei omnis in Christo sit, ne sit maledictus omnis qui spem suam ponit in homine. Hoc ego in Epistola priore cū Petiliano responderem, puto quia & dilucide & ueraciter posui. Hoc etiā nūc commemorauí, illud insinuans atꝙ̃ cōmendans, ut omnino spes nostra non sit in homine, deumꝙ̃ Christū mundatorem, iustificatorem hominum esse credamus, credētium in eum qui iustificat impium, ut deputetur fides eorum ad iustitiam, siue ille homo sit sanctus qui ministrat baptismū, siue impius & fictus quem fugiat spiritussanctus. Tūc deinde subdidi, si aliter esset, quanta consequeret absurditas, & dixi quod & nūc dico. Alioquin si talis quisꝙ̃ in gratia spiritali renascitur, qualis est ille à quo baptizatur, & cū manifestus est qui baptizat homo bonus, ipse dat fidem, ipse origo & radix caputꝙ̃ nascentis est: cum autem latet perfidus baptizator, tunc quisꝙ̃ à Christo percipit fidem, tunc à Christo ducit originem, tunc in Christo radicatur, tunc Christo capite gloriatur: optandum est ab omnibus qui baptizantur, ut baptizatores perfidos habeant & ignorent eos. Quamlibet em̄ bonos habuerint, Christus est utiqꝙ̃ incōparabiliter melior, qui tunc erit baptizati caput si perfidus lateat baptizator. Quod si demētissimū est credere, semper em̄ Christus iustificat impiū, faciendo ex impio Christianū, semper à Christo percipitur fides, semper Christus est origo regeneratorum & caput Ecclesiæ, quid habent ponderis illa uerba quæ uani lectores non attendunt quid intus habeant, sed tantum quemadmodū sonent? Hæc tunc dixi, hæc in illa mea Epistola scripta sunt. Deinde paulopost quoniam ille dixerat, Quæ cum ita sint fratres quæ potest esse perCa. XL Sup. li. cap. 7. uersitas, ut qui suis criminibus reus est, alium faciat innocentem, dicente domino Iesu Christo, Matt. 7 Arbor bona, bonos fructus facit: arbor mala, malus fructus facit: Nunquid colligunt de spinis uuas? Et iterum, Omnis homo bonus de bono thesauro cordis sui profert bona, & omnis homo malus, de thesauro cordis sui profert mala. Quibus uerbis Petilianus satis apertissime ostendit tanquam arborem accipiendum eum hominē qui baptizat, & tanquam fructum eum qui baptizatur. Ad hæc ego responderam, Si arbor bona bonus baptizator est, ut fructus eius bonus sit ille quem baptizauerit, quisquis ab homine malo etiam non manifesto fuerit baptizatus, bonus esse non poterit, de mala quippe arbore exortus est. Aliud est em̄ arbor bona, aliud arbor occulta, sed tamen mala. Quid aliud his uerbis intelligi uolui, nisi quod paulò superius posuerā arborem & fructū eius, non eum qui baptizat & eum qui baptizatur, sed hominem arborem, fructum uero eius opus & uitā eius accipi debere, quam semper habet bonā bonus, & malā malus, ne illa sequat̄ absurditas, ut malus sit homo etiam ab occulto malo homine baptizatus, tanꝙ̃ fructus arboris quāuis occultæ, sed tamē malę: Cōtra quod ille nihil omnino respondit. Sed ne diceret, siue ille siue Cap. XL aliquis uestrū, cū quis occultus malus est qui baptizat, tunc non esse fructū eius illū quem baptizat, sed fructū Christi: cōtinuo subieci, quāuis uesanus error etiā istā sententiā cōsequatur, & repetiui illud, licet alijs uerbis, ꝙd pauloante dixerā,

Si

Supra lib. 1. cap. 8. in fine

Si cum occulta est arbor mala, quicūq; ab illa fue rit baptizatus, nō de illa sed de Christo nascitur, sanctius iustificantur qui baptizantur ab occultis malis, q̄ qui baptizant̄ à manifestis bonis. Petilianus ergo his tam uehementibus coarctatus angustijs, tacuit superiora ex quibus ista pendebant, et hæc absurda quæ illius consequuntur errorē, ita cōmemorauit in respōsione sua, quasi hæc ego ex mea sententia dixerim, quæ ideo dicta sunt ut attenderet quantū mali sequeretur eius sententiā, et eā mutare cogeretur. Hanc ergo fraudē audientibus uel legentibus faciēs, & omnino desperans legi posse quæ scripsimus, cœpit in me grauiter & petulāter inuehi, tanq̄ ego sensissem optandū esse omnibus qui baptizantur, baptizatores perfidos habeant & ignorent eos: quoniā quālibet bonos habuerint, Christus est incōparabiliter melior, q tunc erit baptizati caput, si perfidus lateat baptizator. Itē tanq̄ ego sensissem, sanctius iustificari eos qui baptizant̄ ab occultis malis, q̄ qui baptizantur à manifestis bonis, cū hæc mirabilis insania ideo à me commemorata sit, quia illos necessario sequit̄ qui cū Petiliano sentiunt, sic esse hominē baptizatum ad baptizatorē suū, quemadmodū est fructus ad arborē de qua nascit̄, bonus de bona, malus de mala: quibus cū dixerimus ut respondeant cuius arbitretur fructum esse hominē baptizatū quando ab occulto malo baptizatur, quoniā non audent eū rebaptizare, coguntur respōdere, tunc eū non esse fructū occulti illius mali, sed esse fructū Christi: ac per hoc sequitur eos quod uolunt, & quod sentire dementis est, quia si homo tunc est fructus hominis baptizatoris sui, quando à manifesto bono baptizat̄, cū uero baptizatur ab occulto homine malo, tūc non ipsius fructus sed Christi est, sanctius iustificātur qui baptizantur ab occultis malis, q̄ qui baptizantur à manifestis bonis.

Cap. XLVI

Quod cū mihi Petilianus tribuēs tanq̄ hoc ego senserim, satis in me grauiter ac uehementer inuehitur, ipse utiq; demonstrat eaipsa grauissima inuectione sua, quantū nephas sit ista sentire: ac per hoc quicquid propter istam sententiā in me dixisse uideri uoluit, in seipsum dixisse inuenitur, quia talia sentire conuincitur. Ibi em̄ ostēdit quanta ui ueritatis superatus sit, ubi alium extū non inuenit, nisi ut me sensisse fingeret, quod ipse sentit: quemadmodū si illi quos Apostolus arguit, quia dicebant nō esse resurrectionem mortuorū, eundē Apostolū accusare uellent, quoniā dixit, Neq; Christus resurrexit, & inanem esse prędicationē Apostolorum, inanem etiā fidē credentium, falsosq; inueniri testes aduersus deū, qui dixissent q̄ suscitauerit Christū. Hoc mihi Petilianus facere uoluit, desperās legi posse quæ scripsi, quibus respondere non potuit, & putari se respōdisse magnopere cōcupiuit. Sed quemadmodum si quisq̄ illud fecisset Apostolo, recitato uniuerso ipso loco ex eius Epistola, redditisq; superioribus uerbis ex quibus ista pendere quisquis legit intelligit, omnis illa calumniosa reprehensio in frontē reprehendentium relideretur: Sic redditis ex Epistola mea superioribus, dū me Petilianus accusat, in eius faciē, unde illa conatus est remouere, maiore impetu retorquent̄. Apostolus em̄ redarguens eos qui negabant resurrectionē mortuorum, ista absurditate corrigit quę inuitos sequitur talia sentientes, ut dū exhorrent quod nephas est dicere, corrigant &̄d ausi sunt credere. Proinde ita dicit, Si resurrectio mortuorum non est, neq; Christus resurrexit: si aūt Christus nō resurrexit, inanis est prædicatio nostra, uana est & fides uestra: Inuenimur aūt & falsi testes dei, quoniam testimonium diximus aduersus deū, quia suscitauit Christū quē non suscitauit: ut dum timeant dicere Christū nō resurrexisse, & cætera mala ac nepharia quæ sequuntur, corrigant quod stulte infideliterq; dixerunt non esse resurrectiōem mortuorum. Si ergo tollas quod in capite ratiocinationis huius est positū: Si resurrectio mortuorū non est: male cætera dicta sunt & Apostolo tribuēda, Si aūt reddas unde pendent & in exordio constituas, Resurrectio mortuorū non est: recte consequenter, Neq; Christus resurrexit, & inanis est prædicatio nostra, inanis est & fides uestra, & cætera quæ cōnexa sunt. Et hæc omnino ab Apostolo bene & prudenter dicta sunt, quoniam quicquid mali habēt illis imputandū est qui negabant resurrectionē mortuorum. Sic etiā in Epistola mea, tolle quod positum est: Si talis quisq; in gratia spirituali renascitur, qualis est ille à quo baptizatur, & cū manifestus est q baptizat homo bonus, ipse dat fidem, ipse origo & radix caputq; nascentis est: Cum aūt latet perfidus baptizator, tūc quisq; à Christo percipit fidē, tunc à Christo ducit originē, tunc in Christo radicatur, tunc Christo capite gloriatur: tolle ista unde pendet quod sequitur, & ualde pessime dictum mihiq; tribuendum est: Optandū est oīnibus qui baptizant̄ ut baptizatores p̄fidos habeāt & ignorēt eos: Quamlibet enim bonos habuerint, Christus est utiq; incomparabiliter melior, qui tūc erit baptizati caput, si perfid⁹ lateat baptizator. Reddantur aūt illa quæ uos dicitis, tūc iam hoc quod inde pendet & relīgatū sequitur, non à me sentiri inuenitur, & quicquid mali habet in uestram sententiā retorquetur. Itē tolle quod positum est, Si arbor bona bonus baptizator est, ut fructus eius bonus sit ille quem baptizauerit, & si cū occulta est arbor mala, quicunq; ab illa fuerit baptizatus, non de illa sed de Christo nascitur, tolle ista quæ cogimini, & ex uestra secta & ex Petiliani Epistola confiteri, & meum erit ac mihi imputandum illud insanum quod sequitur, Sanctius iustificantur qui baptizantur ab occultis malis, quàm qui baptizātur à manifestis bonis. Redde autem illa ex q̄bus hoc p̄deat, cōtinuo uidebis & me hoc ad eos corrigendos recte posuisse, & totū quod uobis in hac sententia merito displicet, in uestram faciem recidisse.

Supra li. 1. cap. 6

1. Cor. 15

Supra li. 1. cap. 8

Ca. XLVII

Proinde quemadmodū illi qui resurrectionē mortuorū negabant, nullo modo se defenderent à tantis malis quæ ad eos redarguēdos connexuit Apostolus dicens, Neq; Christus resurrexit, & nephāda similiter cætera, nisi mutarēt sententiam

1. Cor. 15

Universidad de Deusto
Biblioteca

sententiam,& faterent̃ esse resurrectionẽ mortuo
rũ:sic etiam uos si nõ uultis uobis imputari quod
ad uos cõuincendos & corrigẽdos dicimus: San
ctius iustificari eos qui baptizãtur ab occultis ma
lis, q̃ qui baptizantur à manifeste bonis, mutate
sententiam, & eorum spem qui baptizantur noli
te in hominem ponere. Nã si ponitis, uidete quid
dicam,ne hoc aliquis iterũ supprimat,& dicat me
sensisse quod ad uos redarguendos corrigẽdosq̃
cõmemoro. Videte quid dicã,unde pẽdeat quod
dicturus sum:Si eorum spem q̃ baptizandi sunt,
in homine à quo baptizant̃ ponitis: Si baptizato
rem hominem sicut scripsit Petilianus, originẽ &
radicẽ & caput eius qui baptizatur cõstituitis:Si
arborem bonã bonum hominẽ baptizantem,fru
ctũ aũt eius bonum eũ qui fuerit ab ipso baptiza-
tus accipitis,admonetis ut quæram⁹ à uobis,qua
origine oriatur,qua radice pullulet,cui capiti sub
nectatur,de qua arbore nascatur quem malus ba
ptizat occultus. Ad hanc quippe inquisitionem
pertinet etiam illud, cui non respõdisse Petilianũ
sæpissime commendaui: Vnde abluatur qui acci
pit baptismũ cum maculosam conscientiam non
sancte dantis ignorat,hanc etiã conscientiam dan
tis uel sancte dantis uult esse originem, radicẽ,ca
put,semen,arborem:unde existat,unde propage
tur,unde incipiat,unde germinet, unde nascatur
Caput sanctificatio baptizati. Cum ergo quærimus un
XLVIII de ablutus sit quem in uestra communione nõ re
baptizatis, etiã cum eum constiterit ab aliquo ba
ptizatum qui propter occultã nequitiam iam san
cte dantis conscientiam non habebat, quid respõ
suri estis nisi à Christo aut à deo, quãuis & Chri
stus deus super omnia sit benedictus in secula, aut
à spiritusancto, cum & ipse sit deus,quia hæc Tri
Act.5 nitas unus deus. Vnde Petrus cum dixisset homi
ni, Ausus es mentiri spirituisancto: cõtinuo secu
tus adiunxit quid esset spiritussanctus, & ait, Nõ
es mentitus hominibus,sed deo. Postremo etiam
si dicatis eum ab angelo ablui atq; mũdari, quan
do pollutam conscientiam non sancte dãtis igno
rat, uidete quia sancti homines cum in æternã ui
tam resurrexerint,tunc de illis dictum est, q̃ erũt
æquales angelis dei. Quisquis ergo & ab angelo
abluitur,sanctius abluitur q̃ si abluatur ab homi
nis qualicunq; conscientia: Cur ergo non uultis
ut dicat̃ uobis, si tũc abluit homo quando mani
festus bonus est, cum autẽ occultus homo malus
est, quoniã non habet conscientiã sancte dãtis,nõ
iam ipse,sed deus aut angelus abluit,sanctius iusti
ficantur qui baptizantur ab occultis malis,q̃ qui
baptizantur à manifestis bonis. Quæ sententia si
uobis displicet,quoniam reuera omnibus displice-
re debet,illa tollite unde nascitur,illa corrigite un
de religatur:Illa em̃ non præcedant,& ista non se
Cap.XLIX quitur. Nolite itaq; dicere,cõscientia sancte dã
tis attenditur,quæ abluat accipientis, ne dicatur
uobis,quando latet dantis conscientia polluta,qs
abluit accipientis conscientiam? Et cum respon-
deritis, uel deus uel angelus,quoniã quid respon
deatis aliud non habetis,sequatur uos unde con-

A fundamini:Sanctius iustificantur qui baptizãtur
ab occultis malis,ut uel à deo uel ab angelo ablu
antur,q̃ qui baptizantur à manifestis bonis, qui
deo uel angelis non cõparantur. Sed dicite quod
dicit ueritas & catholica Ecclesia, quia nõ solum
cum malus est minister baptismi,uerumetiam cũ
sanctus & bonus est, non est in homine spes po-
nenda,sed in illo qui iustificat impiũ,in quem cre-
dentibus fides ad iustitiam deputatur. Cum enim Rom.4
dicimus, Christus baptizat,nõ uisibili ministerio
dicimus, sicut putat uel putari cupit nos dicere
Petilianus,sed occulta gratia,occulta potentia in
spirituisancto:sicut dictum est de illo à Ioanne Ba
ptista,Hic est qui baptizat in spirituisancto. Nec Ioa.1
sicut Petilianus dicit,iam baptizare cessauit, sed
adhuc id agit,non ministerio corporis,sed inuisi-
B bili opere maiestatis. Quòd enim dicimus,ipse ba
ptizat,non dicimus ipse tenet, & in aqua corpus
credentis tingit:sed ipse inuisibiliter mundat, &
hoc uniuersam prorsus Ecclesiam. Neq; em̃ apo
stolo Paulo non est credendũ,qui de illo dixit,Vi Eph.5
ri diligite uxores uestras sicut Christus Ecclesiã,
& seipsum tradidit pro ea,ut eã sanctificaret, mũ-
dans eam lauacro aquæ in uerbo uitæ. Ecce quia
Christus sanctificat,ecce quia Christus ipso laua
cro aquæ in uerbo ubi minister uidetur corpora-
liter operari,ipse abluit,ipse mundat. Nemo ergo
sibi arroget quod dei est, si certa spes hominũ cũ
illo figitur qui fallere non potest: quoniam male- Hier.
dictus omnis qui spem suam ponit in homine:&, Psal.
Beatus cuius est dominus deus spes ipsius. Nã di
C spensator fidelis mercedem accipiet uitam æter-
nã, dispẽsator aũt fidelis cum cibaria dominica di
stribuit conseruis,absit ut per suam infidelitatem
cibaria inutilia faciat: Quoniã quę dicunt, inquit,
facite, quæ aũt faciunt facere nolite. Quod ideo
contra malos dispensatores præceptum est,ut bo
na dei per ipsos accipiantur,mala aũt ipsorum ui
ta ex dissimilitudine caueatur. Si autem ad ista Cap.
prima uerba Epistolæ meæ Petilianum nõ respõ-
disse manifestum est, & ubi respondere conatus
est,magis ostendit q̃ non potuerit respõdere: qd
de illis partibus meorum scriptorum loquar, qui-
bus nec respondere tentauit, quę omnino non at-
tigit: quæ tamen qualia sunt si recensere quisq; uo
luerit, qui & mea & ipsius habet scripta, puto q̃
intelligat quãta firmitate roborata sint. Quod ut
D uobis breuiter ostẽdam,ipsa testimonia de scriptu
ris sanctis prolata recolite,uel legendo recensete,
quæ posuit uelut aduersus nos,& in mea respon-
sione quæ posui etiam ego aduersus uos:& uide
te quemadmodũ ego illa quæ ipse posuit, ostendi
non nobis,sed potius uobis esse contraria:ipse au
tem illa quæ posui maxime necessaria, omnino nõ
attigit, & in illo uno Apostoli quod tanq̃ pro se
pertractare conatus est,uidebitis q̃ nullum exitũ
inuenerit. Pars quippe Epistolæ quam scripsit ad
suos à capite usq; ad eum locũ ubi dicit, Hoc no- Mat.10
bis dominus imperat, Cum uos persecuti fuerint
homines in ciuitate ista,fugite in aliam, q̃ si & in
ea uos persequũtur, fugite in aliam: primũ uenit

in

in manus noſtras, huic reſpondimus: quæ noſtra reſponſio cũ etiã in illius ueniſſet manus, ſcripſit hanc contra, quã nunc refellimus, & eum noſtræ non reſpondiſſe monſtramus. In illa ergo prima parte ſcriptorũ eius quibus primũ reſpondimus, hæc ſunt teſtimonia ſcripturarũ quæ nobis putauit aduerſa. Arbor bona bonos fructus facit, & arbor mala malos fructus facit: Nunquid colligunt de ſpinis uuas? Et iterũ, Omnis homo bonus de bono theſauro cordis ſui profert bona, & omnis homo malus de theſauro cordis ſui profert mala. Et iterũ, Qui baptizatur à mortuo, nõ ei prodeſt lauatio eius. His teſtimonijs uolens oſtẽdere talẽ fieri eũ qui baptizatur, qualis fuerit à quo baptizatur. Ego contra quemadmodũ accipiẽda eſſent hæc teſtimonia, & q̃ eius intentionẽ nihil adiuuarent oſtẽdi. Cætera uero quæ poſui dicta, in malos & ſceleratos homines, non eſſe aduerſus frumenta dominica, ſicut prædicta & promiſſa ſunt toto orbe diffuſa, & potius à nobis cõtra uos poſſe dici ſatis edocui: Recẽſete & inuenietis. Atuero ego quæ poſui pro Eccleſiæ catholicę aſſertiõe iſta ſunt, quod ad baptiſmũ attinet, ne id q̃d gratia dei regeneramur, mundamur, iuſtificamur, dãti homini tribuat. Bonũ eſt cõfidere in domino, q̃ confidere in homine. Et, Maledictus omis qui ſpem ſuã ponit in homine: Et quia Domini eſt ſalus, Et, Vana ſalus hominis: Et quia neq; qui plãtat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incremẽtum dat deus: Et quia ille in quẽ creditur iuſtificat impium, ut deputetur fides eius ad iuſtitiã. Propter ipſius uero Eccleſiæ unitatẽ quæ in omnibus gẽtibus dilatatur, cui uos non cõmunicatis, hæc teſtimonia poſui de Chriſto eſſe prædicta, Qui dominabitur à mari uſq; ad mare, & à flumine uſque ad terminos orbis terrarũ: Et, Dabo tibi gẽtes hæreditatẽ tuam, & poſſeſſionem tuam terminos terrę. Et q̃ teſtamentũ dei factũ ad Abraham pro noſtra, hoc eſt, catholica communione recitetur, ubi ſcriptũ eſt, In ſemine tuo benedicentur omnes gẽtes. Quod ſemẽ interpretatur Apoſtolus dicens, Et ſemini tuo quod eſt Chriſtus. Vnde apparet in Chriſto, non ſolũ Aphros aut Aphricam, ſed oẽs gentes habituras benedictionẽ per quas catholica dilatatur Eccleſia tanto ante promiſſa: & q̃ palea cũ frumentis ſit uſq; ad ultimã uentilationem, ne quiſq; per calumnias criminũ alienorũ ſacrilegium ſuæ ſeparationis excuſet, q̃ reliquerit uel deſeruerit omnium gentium communionem. Et ne propter malos diſpenſatores, hoc eſt præpoſitos, ſocietas Chriſtiana diuidatur, etiam illud teſtimonium poſui, Quæ dicunt facite, quæ autẽ faciunt facere nolite: dicunt enim & nõ faciunt. Hæc ille teſtimonia de ſcripturis ſanctis à me poſita, nec oſtendit quemadmodum aliter accipi deberent, ut non ea pro nobis neq; contra nos eſſe oſtenderet, nec omnino attingere uoluit: imò id egit tumultu conuitiorum, ut ſi fieri poſſet, hæc à me dicta nulli omnino ueniret in mentẽ, qui poſt epiſtolã meã lectam etiam ipſius legere uoluiſſet. Quod uero ex Apoſtoli Pauli ſcriptis à me poſitum pro ſe

Matt. 7
Mat. 12
Eccle. 34
Pſal. 117
Hier. 17
Pſal. 3. & 59
Rom. 4
Pſal. 71
Pſal. 2
Gene. 22
Gal. 3
Mat. 23
Cap. LI

A tractare conatus eſt, quale ſit parumper attendite. Dixiſti enim, inquit, apoſtolus Paulus eos qui dicebant ſe apoſtoli eſſe Pauli, obiurgat & dicit, Nunquid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Quapropter ſi errabant illi, & niſi corrigerẽtur perirent, qui uolebãt eſſe Pauli, quæ tandem ſpes eorũ eſt qui uoluerũt eſſe Donati? Id enim agunt iſti ut origo & caput & radix baptizati, non niſi ille ſit à quo baptizatur. Hæc uerba & hoc Apoſtoli teſtimonium, ex epiſtola mea commemorauit, & ſibi propoſuit refellẽdum. Proinde uidete ſi ad propoſitum reſpõdit. Ait enim, Inane hoc dictum eſt, inflatũ & puerile & inſipiens, & quod longe ſit penitus à fidei noſtræ ratione: Tunc eñ recte hoc diceres, ſi nos B diceremus, in nomine Donati baptizati ſumus: aut, Donatus crucifixus eſt pro nobis: aut, in noſtro nomine baptizati ſumus. At cum hæc à nobis nec dicta ſint nec dicantur, quia formam diuinæ ſequimur trinitatis, & qui nobis talia obijcis, certum eſt te inſanire. Aut ſi putas quia in Donati uel in noſtro nomine baptizati ſumus, falleris perdite, ſimulq; de nobis ſacrilege cõfiteris, quia nos in nomine Cæciliani miſeros inquinatis. Hæc Petilianus contra illa mea reſpondit, non intendens, uel potius ne ab aliquo intendatur, obſtrepens omnino nihil ſe reſpondiſſe, quod ad rẽ de qua agitur pertineret. Quis enim non uideat ideo magis à nobis recte poſitum hoc Apoſtoli teſtimoniũ, quia non uos dicitis in Donati nomine baptizatos, neq; Donatum crucifixum eſſe pro uobis, & C tamen propter partem Donati uos ab Eccleſię catholicæ communiõe ſeparatis: ſicut etiã illi quos Paulus arguebat, non utiq; dicebant in nomine Pauli ſe fuiſſe baptizatos, aut Paulum pro ſe eſſe crucifixum, & tamen de Pauli nomine ſchiſma faciebant. Sicut ergo illis pro quibus Chriſtus non Paulus crucifixus eſt, & qui in nomine Chriſti, non in nomine Pauli fuerunt baptizati, & tamen dicebãt, Ego ſum Pauli, propter hoc rectius dicitur, Nũquid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis, ut hæreant ei qui pro ipſis crucifixus eſt, & in cuius nomine baptizati ſunt, & non ad nomen Pauli diuidantur: Sic & uobis multo magis, quia non dicitis, in nomine Donati baptizati ſumus, & tamẽ uultis eſſe D de parte Donati, cõgruẽter dicitur, Nunquid Donatus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomine Donati baptizati eſtis? Scitis enim Chriſtum pro uobis eſſe crucifixum, & in nomine Chriſti uos baptizatos, & tamen propter nomen & partem Donati unitati Chriſti qui pro uobis crucifixus eſt, & in cuius nomine baptizati eſtis, tanta pertinacia repugnatis. Quia uero id egit Petilianus ſcri Cap. LII ptis ſuis, ut origo & radix & caput baptizati non niſi ille ſit à quo baptizatur, & hoc à me non iniuriter nec puerſiliter nec inſipienter dictum eſt, primordia epiſtolæ ipſius quibus tunc reſpondi, recenſete & uidebitis, imò uero me commemorante diligenter aduertite. Conſcientia, inquit, ſancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis: Nã qui

1. Cor. 1

fidem ſciens à perfido ſumpſerit, non fidem percipit ſed reatum. Et tanquam diceretur ei, unde hoc prob'as? Omnis res enim origine, inquit, & radice cõſiſtit: & ſi caput nõ habet aliquid, nihil eſt: nec quicquam bene regenerat niſi bono ſemine regeneretur. Quæ cum ita ſint fratres, quæ poteſt eſſe peruerſitas ut qui ſuis criminibus reus eſt, alium faciat innocentem, dicente domino Ieſu Chriſto, Arbor bona bonos fructus facit: Nunquid colligunt de ſpinis uuas? *Mat.7* Et iterum: Omnis homo bonus de theſauro cordis ſui profert bona, & omnis homo malus de theſauro cordis ſui profert mala. *Matt.12* Et iterum, Qui baptizatur à mortuo, non ei prodeſt lauatio eius. *Eccl.34* Hęc omnia quò pertineant uidetis, ut ſcilicet ſancte dantis cõſcientia, ne quiſquã fidem ſumens à perfido, non fidem percipiat, ſed reatum, ipſa ſit origo & radix & caput & ſemẽ baptizati. Volens enim probare conſcientiam ſancte dantis attendi quæ abluat accipientis, & non fidem percipere ſed reatum, qui fidem ſciens ſumit à perfido, continuo ſubiecit, Omnis res enim origine & radice conſiſtit: & ſi caput non habet aliquid, nihil eſt: nec quicquam bene regenerat niſi bono ſemine regeneretur. Et ne quiſquam tam tardus eſſet, ut adhuc non intelligeret de illo eum dicere à quo quiſq; baptizatur, explanat hoc ſubſequenter & dicit, Quæ cum ita ſint fratres, quæ poteſt eſſe peruerſitas, ut qui ſuis criminibus eſt reus, alium faciat innocentem, dicente domino Ieſu Chriſto, Arbor bona bonos fructus facit: Nunquid colligunt de ſpinis uuas? Et ne adhuc increbili obtuſitate cordis cæcus auditor uel lector non uideat de homine baptizante dicere: adiungit aliud, ubi & hominem nominat. Et iterum, inquit, Omnis homo bonus de theſauro cordis ſui profert bona, & omnis homo malus de theſauro cordis ſui profert mala. Et iterũ, Qui baptizatur à mortuo, nõ ei prodeſt lauatio eius. Certe iam manifeſtũ eſt, certe iam non indiget interprete nec diſputatore aut demõſtratore, id agere iſtos, ut origo & radix & caput baptizati nõ niſi ille ſit à quo baptizatur: & tamẽ ui ueritatis oppreſſus, & quaſi quæ dixit oblitus, concedit mihi poſtea Petilianus, ut Chriſtus ſit origo & radix regeneratorum & caput Eccleſiæ, non quiſquam homo diſpenſator miniſterq; baptiſmatis. Cũ enim dixiſſet, quia in nomine Chriſti baptizabant Apoſtoli, ut Chriſtum fundamentum ponebant ut facerent Chriſtianos, & hoc ſcripturarum ſanctarum teſtimonijs & exemplis, tanquã nos hoc negaremus probaret: Vbi eſt nunc, inquit, illa uox qua minutis & crebris quęſtiunculis crepitãs, multa inuoluta de Chriſto & pro Chriſto & in Chriſto, cõtra humanam temeritatem & ſuperbiã inuidioſe & elate dixiſtis? Ecce Chriſtus eſt origo Chriſtiani, Chriſtus eſt radix, Chriſtus eſt caput. His ergo auditis quid niſi Chriſto gratias agam, qui coegit hominem confiteri? Falſa ergo ſunt illa quæ in epiſtolę ſuæ dixit exordio, cum uellet perſuadere conſciẽtiam ſancte dantis attendi quę abluat accipientis: & cũ quis ſciens fidem à perfido ſumpſerit, non fidem percipiat, ſed reatum. Hoc enim uolens uelut oſtendere, quantum ſit in homine baptizante, tanquam magna documenta ſubiecerat dicens, Omnis enim res origine & radice conſiſtit: & ſi caput non habet aliquid, nihil eſt. Poſtea uero cũ dicit quod & nos dicimus, Ecce Chriſtus eſt origo Chriſtiani, Chriſtus eſt caput, Chriſtus eſt radix: dolet quod antea dixerat, quia cõſcientia ſancte dantis eſt origo & radix & caput accipientis. Vicit ergo ueritas, ut homo qui baptiſmum Chriſti deſiderat, nõ in homine miniſtro ſpẽ ponat, ſed ad ipſum Chriſtũ tanq; ad originem quę non mutatur, ad radicem quæ non euellit, ad caput quod nõ deijcitur ſecurus accedat. *Cap. LIII* Iam illud quis nõ aduertat, de qua inflata uena ueniat, quòd cum Apoſtoli ſententiam uelut exponeret, ait, qui di- *1.Cor.3* xit, Ego plantaui, Apollo rigauit, ſed deus incrementum dedit: quid aliud dixit, niſi ego hominẽ in Chriſto catechumenum feci, Apollo baptizauit, deus quod fecimus confirmauit? Quare ergo non addidit Petilianus quod Apoſtolus addidit, & ego maxime commendaui, ut etiam hoc nobis exponeret, Neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Quòd ſi uelit exponere ſecundum ea quæ ſupra poſuit, ſine dubio ſequitur, ut neq; qui baptizat aliquid ſit, ſed deus qui incremẽtum dat. Quid enim ad rem nunc pertinet quomodo dictum ſit, Ego plantaui, Apollo rigauit: utrum reuera ita accipiendum ſit tanquam dixerit, Ego catechumenũ feci, Apollo baptizauit: an ſit alius uerior & congruentior intellectus? Ecce interim ſecundum ipſius expoſitionem, neq; qui catechumenum facit, neq; qui baptizat eſt aliquid, ſed qui incrementũ dat deus. Multum autem intereſt inter confirmare quod alius facit, & facere. Qui enim dat incrementum, non arborem uel uitem confirmat, ſed creat. Illo quippe incremento fit, ut etiam lignum plantatũ radicem producat & figat. Illo incremento fit ut ſemen iactum germen emittat. Sed quid hinc diutius diſſeramus? Sufficit quòd ſecundum ipſum nec qui catechumenum facit, neq; qui baptizat aliquid eſt, ſed qui incrementum dat deus. Quando autem hoc diceret Petilianus ut eum dicere intelligeremus, neq; Donatus Carthagine eſt aliquid, neq; Ianuarius, neq; Petilianus, quando hoc tumor ille pateretur, quo ſe putat homo aliquid *Cap.LIII* eſſe cum nihil ſit, & ſeipſum ſeducit. Denicq; etiã paulopoſt cum inſtitueret & intẽderet tanquam ea uerba Apoſtoli, quæ nos obieceramus iterum retractare, noluit hæc ponere quæ dixeram ego, ſed alia in quibus poſſet utcunq; humana inflatio reſpirare. Nam ut eius, inquit, Apoſtoli dicta quę nobis obieceras, iterum replicemus, dixit, Quid *Ibidem* eſt enim Apollo, quidúe Paulus? Miniſtri eius cui credidiſtis. Quid aliud, uerbi gratia, dicit omnibus noſtris, niſi quid eſt Donatus Carthaginis, quid Ianuarius, quid Petilianus niſi miniſtri eius cui credidiſtis? Hoc ego Apoſtoli teſtimonium nõ poſui, ſed illud quod commemorare noluit, poſui, Neq; qui plantat eſt aliquid, neq; qui rigat

rigat, sed qui incrementum dat deus: Iste autem A ea uerba Apostoli inferere uoluit, ubi interrogat quid sit Paulus, uel quid sit Apollo. Et respondet, Ministri eius cui credidistis. hoc aliquo modo ferre potuit torus ceruicis hæreticæ: illud autem ubi non interrogauit, & respondit quid esset, sed dixit non esse aliquid, ferre omnino non potuit. Sed iam nolo quærere, utrum non sit aliquid minister Christi? Quis hoc dixerit? Quomodo ergo uerum est, Neq; qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incremẽtum dat deus: nisi quia ad aliud aliquid est, ad aliud non est aliquid? Ad ministrandum & dispensandum uerbum ac sacramentum aliquid est: ad mundandum autem & iustificandum non est aliquid: quia hoc non operatur in interiore homine nisi per quem creatus est B totus homo, & qui deus manẽs factus est homo, Act. 15 ille scilicet de quo dictum est, Fide mundans cor Rom. 4 da eorum, & credenti in eum qui iustificat impium. Quod testimonium in uerbis meis Petilianus ponere uoluit, in suis autem nec tractauit, nec Cap. LV attigit. Minister ergo, id est, dispensator uerbi & sacramenti Euangelici, si bonus est consocius fit Euangelij: si autem malus est, non ideo dispensator non est Euangelij. Si enim bonus est, uolẽs hoc facit: si autem malus, hoc est sua quærens nõ quæ Iesu Christi, inuitus hoc facit propter alia 1. Cor. 9 quæ requirit. Vide tamen quid idem Apostolus dixerit, Si ergo uolens hoc facio, inquit, mercedẽ habeo: si autem inuitus, dispensatio mihi credita est. Tanquam diceret, Si bonus bonum annun- C cio, etiam ipse peruenio: si autem malus bonũ annuncio. Nunquid enim dixit, si inuitus facio, dispensator non ero? Annunciauit Petrus & cęteri boni, inuitus Iudas, tamen cum ipsis missus annũciauit. Illi mercedem habent, huic dispensatio credita est: Qui autem omnibus illis annuncianti-bus Euangelium perceperunt, non à plantatore uel rigatore, sed ab eo qui incrementum dat, mũ dari & iustificari potuerunt. Neq; enim dicturi sumus Iudam non baptizasse, cum adhuc inter discipulos fuerit, quando fiebat quod scriptum est, 1. Io. 4 Ipse nõ baptizabat sed discipuli eius. An quia nõdum Christum tradiderat qui loculos habebat, & ea quæ mittebantur auferebat, qui pecuniæ custos innocens esse non potuit, dispensator tamen D gratiæ sine accipientium damno fuit? Aut si non baptizauit, certe fatemini quia euangelizauit. Quod si hoc minimũ & leue dicitis, uidete quid 1. Cor. 1 de ipso Paulo apostolo sentiatis, qui dixit, Nõ emĩ misit me Christus baptizare sed euangelizare. Huc accedit, quia incipit esse potior Apollo, qui baptizando rigauit, quàm Paulus qui euangelizando plãtauit, cum sibi officium patris erga Corinthios ob hoc uendicet, nec eis qui post illum ad eos uenerant, hoc nomen concedat. Ait enim, 1. Cor. 4 Si decem milia pædagogos habeatis in Christo, sed non multos patres: in Christo enim Iesu per Euangelium ego uos genui. Eis dicit, Ego uos 1. Cor. 1 genui: quibus alio loco dicit, Gratias deo quòd neminem uestrũ baptizaui nisi Crispum & Caiũ & Stephanę domum. Genuerat itaq; illos, nõ per se sed per Euangelium. Qui etiam si sua quæreret non quæ Iesu Christi, & inuitus hoc faceret, sine sua mercede tamen pecuniam dominicam dispensaret, quamlibet malus non malam, nec inutilem bene accipientibus faceret. Et si hoc de Euan Cap. LVI gelio recte dicitur, quanto magis de baptismo dicendum est, quod ita pertinet ad Euangelium, ut sine illo quidem ad regnum cœlorum nemo perueniat, sed si accedat sacramento iustitia. Qui emĩ dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, Io. 3 nõ intrabit in regnum cœlorum: Idem ipse dixit, Nisi abundauerit iustitia uestra plus quàm scribarum & Pharisæorum, non intrabitis in regnum Mat. 5 cœlorum. Forma sacramenti datur per baptismũ, forma iustitiæ per Euangelium. Alterum sine altero non perducit ad regnum cœlorum, Verumtamen perfecte baptizare etiam minus docti possunt, perfecte etiam euangelizare multo difficilioris & rarioris est operis. Ideo doctior gentium plurimis excellentior euangelizare missus est, nõ baptizare: quoniam hoc per multos fieri poterat, illud per paucos, inter quos eminebat. Et cum legimus eum aliquibus locis dixisse, Euangeliũ meũ, 2. Tim. 2 baptismum autem meum nũquam dixit, sed nec cuiusquam per quem ministratus est. Nam solus ille baptismus quem dedit Ioannes, dictus est baptismus Ioannis. Hoc præcipuum uir ille dispen- Act. 19 sationis suæ munus accepit, ut lauacri præcursorium sacramentum etiam illius diceretur per quẽ dispensabatur: baptismus autem quem ministra- C uerunt discipuli Christi, nullius eorum dictus est, ut illius esse intelligeretur de quo dictũ est: Chri- Ephe. 5 stus dilexit Ecclesiam, & seipsum tradidit pro ea ut eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Si ergo Euangelium quod ita Christi est, ut possit & minister propter munus dispensationis dicere suum, potest homo etiam per malũ dispensatorẽ sine periculo accipere faciens quod dicit, quod autem facit non faciens: quanto magis baptismum Christi quem nemo Apostolorũ ita ministrauit ut auderet dicere suũ, potest quisque sine contagione mali ministri percipere, qui bona fide accedit ad Christum. Proinde si Pe- Cap. LVII tilianus, cum ego quę posui de scripturis testimonia quàm contra nos non essent, non prætermiserim demonstrare, ipse quæ posui, partim omnino non attigerit, partim quæ tractare uoluit, nihil aliud se quàm exire inde non potuisse monstrauit: non diu hortandi estis uel admonendi, ut uideatis quid tenere quid cauere debeatis. Sed forte in sanctarum scripturarum testimonijs talis apparuit, in his uero documentis quæ inter homines de ipso schismate gesta sunt aliquid ualuit. imò uero & in his quamquam post diuina testimonia superfluo requirantur, quid commemorauit aut quid probauit? Qui cum fuisset grauiter in traditores inuectus, & multa in eos etiam de sanctis libris testimonia proclamasset, nihil tamẽ dixit unde eos ostenderet traditores. Ego autem commemorauí Siluanũ Cirtẽsem, cui quibusdam inter-

positis etiam ipse succedis, cum adhuc esset subdiaconus, gestis municipalibus expressum esse traditorem. Contra hoc ille mutire nil ausus est. Et profecto uidetis, quanta eum necessitudo compellebat ad respondendum, ut uidelicet prædecessorem suum, & nō solum cōsocium suum, sed ut ita dicam, etiam concathedraneum innocentem à crimine traditionis ostenderet, præsertim cū totam causam uestram ibi constituatis, ut tradito res appelletis eos quos traditoribus communionis tramite successisse uel fingitis uel putatis. Qui ergo ipsius causæ uestræ necessitate etiā si Rusadiensem uel Calamensem, uel cuiuslibet alterius ciuitatis aliquem de parte uestra gestis municipalibus demonstratum, dicerem traditorem, omnimode cum defendere cogeretur, de suo prædecessore conticuit. Vnde nisi quia hic non inuenit quam caliginem offunderet, unde saltem hominum mente tardissimos & somnolentissimos falleret. Quid enim diceret nisi falsa de Siluano ista iactari? Sed recitamus gesta, & quando factum sit, & quando etiam Zenophilo cōsulari allegatum sit. Quibus quomodo ille resisteret septus undiq; optima causa catholicæ, uestra autem pessima? Vnde ista uerba cōmemoro ex illa epistola mea, cui per hanc quam nunc refello, uideri uoluit respōdisse: utiq; ut uideatis quàm inuicte positum sit, contra quod ille nihil tutius inuenire potuit quàm silentium. Cum enim ex Euangelio ue-

Cap. LVIII

Matt. 7

lut cōtra nos testimonium posuisset ubi dominus ait: Venient ad uos in uestitu ouium, intrinsecus autem sunt lupi rapaces, Ex fructibus eorum cognoscetis eos: ego respondi & dixi, Ergo fructus consideremus: tamen continuo subieci & adiunxi, Obijcitis traditiōem, hanc ipsam multo probabilius nos uobis obijcimus. Et ne per multa curramus, in eadem Constantinensi ciuitate Siluanum Episcopum maiores uestri in ipso exordio schismatis sui ordinauerunt. Iste cum adhuc esset subdiaconus, manifestissimus traditor municipalibus gestis expressus est. Sed & uos aduersus maiores nostros aliqua documenta profertis, æqua conditio postulatur, ut utraq; uera uel utraq; falsa credamus. Si utraq; uera sunt, uos estis sine dubio schismatis rei, qui crimina uos fugere in totius orbis communiōe finxistis, quæ in ipsa particula uestræ concisionis habebatis. Sin autem utraq; falsa sunt, uos estis sine dubio schismatis rei, qui propter falsa crimina traditorum immani separationis crimine maculamini. Quòd si à nobis aliqua & à uobis nulla, uel à nobis uera & à uobis falsa proferuntur, non est discutiendum quoniam penitus uestra ora clauduntur. Quid si uos uera & sancta Ecclesia Christi cōuinceret atq; superaret: etiam si nos nulla uel falsa, uos autem aliqua & uera traditionis documenta teneretis: quid iam uobis restet, nisi ut si uultis pacem diligatis, si autem non uultis, saltem obmutescatis? Etenim quæcunque modo proferetis, facillime & uerissime dicerem tunc Ecclesiæ plenariæ & catholicæ unitati iam per tot gentes diffusæ atq; firmatæ uos ea probare debuisse, ut uos intus effetis: illi autem quos conuinceretis, pellerentur foras. Quod si conati estis facere, proculdubio probare non potuistis, & uicti uel irati, uos ab innocentibus qui damnare incerta non possent, immani sacrilegio separastis, Si autem nec conati estis id agere, nimis execrabili & impia cæcitate uos à frumentis Christi, quæ per totum agrum, id est, mundum usq; ad finem crescunt, paucis in Aphrica zizanijs offensi præcidistis. Ad hæc quæ ex illa mea priore epistola commemoraui, Petilianus nihil respondit omnino. Et utiq; uidetis his paucis uerbis totam causam quæ inter nos agitur contineri. Quid em̄ dicere conaretur, ubi quicquid eligeret uinceretur? Cum enim de traditoribus & à nobis contra uestros, & à uobis contra nostros documēta proferuntur: si tamen & à uobis aliqua proferuntur, quæ usq; ad hunc diem omnino nescimus: neque enim ea Petilianus suis literis inserere prætermitteret, qui tam diligenter contra me partes gestorum, quæ ad causam pertinent commemorandas inserendasq; curauit. Veruntamen ut iam dicere cœperam, si & à nobis & à uobis talia proferuntur, quæ usq; ad hūc diem omnino nescimus: profecto aut utraq; uera sunt, aut utraq; falsa, aut nostra uera & uestra falsa, aut nostra falsa & uestra uera: plus quid dicatur, non inuenitur. At in

Cap. LIX

omnibus his quatuor sententijs ueritas pro communiōe catholicæ est: quia si utraq; uera sunt, propter homines, quales & uos habebatis, communionem orbis terrarum deserere minime debebatis. Si utraq; falsa sunt, propter nulla crimina traditionis cauendum erat crimen atrocissimum diuisionis. Si nostra uera & uestra falsa sunt, olim quid diceretis non habetis. Si uestra uera & nostra falsa sunt, falli potuimus cum orbe terrarum de hominum iniquitate, non fidei ueritate. Non enim debuit attendere semen Abrahæ in omni gēte diffusum, quid uos nosse diceretis, sed quid iudicibus probaretis. Vnde scimus quid egerint, quos uestri maiores accusauerunt, etiam si uera obijciebantur, cū uel cognitoribus causæ uel certe Ecclesiæ ubiq; diffusæ, quæ non nisi cognitorum sententijs debebat attendere, non illa uera sed falsa putarentur? Non ideo deus absoluit si qd hominum sceleris ut homines nosse non possint. Neminem tamen recte iudicari puto nocentem, qui hominem non cōuictum̄ crediderit innocentem. Vnde ergo nocens orbis terrarum si nosse non potuit, etiam uerum fortasse crimen Aphrorum: & hoc aut ideo nosse non potuit, quia nemo ad eum detulit, aut ideo quia in eo quod delatum est cognitoribus potius iudicantibus, quàm uictis murmurantibus credidit. Hinc ergo laudandus est Petilianus, q̄ cum hoc omnino inuictissimū cerneret, silētio prætermisit. Nō planè laudā dus quòd cætera similiter inuicta, quæ tamen putauit posse obscurari, uerborum nebulis operire conatus est, & quòd me facit causam, cum deesset in causa: de me quoq; ipso nihil dicens, nisi quòd aut omnino falsum esset, aut culpandū non esset

esset, aut ad me iam non pertineret. Sed interea A uos, quos inter me & illum iudices posui, sapitis ne aliquid inter uerum falsumúe discernere? inter inflatum & solidum, inter turbidum & tranquillum, inter tumidum & sanũ, inter diuina prædicta & humana præsumpta, inter probationes & criminationes, inter documenta, & figmenta, inter causæ actionem & causæ auersionẽ? Si sapitis, bene & recte: si autem non sapitis, nos uestri curã gessisse non pœnitebit: quia & si cor uestrũ ad pacem non conuertitur, pax nostra tamen ad nos reuertetur.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI CONTRA Cresconium Grammaticum, Liber primus.

Eloquẽtiæ quatenus utilis Cap. I

VANDO ad te Cresconi mea scripta peruenire possent ignorans, peruẽtura tamen minime desperaui, quia ad me tua quamuis longe postea q̃ scripsisti, tamen quandoque peruenire potuerũt, quæ tibi uisum est aduersus ea scribere debere, quæ Petiliano Cirtensi Episcopo uestro iterationem baptismi astruere molienti, & communionem nostram non documentorum pondere urgenti, sed maledictorum leuitate criminanti, ut potui breuiter pro parte respondi. Non eĩ tota eius epistola in manus meas tũc uenerat, sed parua pars prior. Quod cur acciderit, quid opus est quærere, quandoquidem cum ad nos postea uniuersa peruenit, uniuersæ respondere non piguit. His ergo literis tuis quas ad me dedisti, si non rescriberem, fortasse contumeliosum putares. Quod autem rescribo, rursus uereor ne cõtumeliosum putes. Sed si tu inuentis literis meis, non ad te datis tantum quæ Episcopum partis Donati, uel ipsam partem Donati redarguere uidebantur, ad officium tuum pertinere arbitratus es, cum tibi esses alicuius conscius facultatis, suscipere atq; exerere contradictionem, quia eius communionis es, quamuis nulla functione clericatui astrictus: quanto minus mihi licuit pro munere sarcinæ meæ, uel contra Petilianum uel contra teipsum tacere, cum ille oppugnaret Ecclesiã pro qua milito: tu autem in simili opere etiam nominatim ad me instituueres, promeres, conscriberesq; sermonem, in cuius primis partibus laborasti, ut suspecta hominibus eloquentia uideretur. Nam uelut laudans genus dicendi meum, & rursus uelut timens ne hoc genere te uel quemquam falsa persuadendo deciperem, in accusationem totius ipsius eloquentiæ perrexisti, adhibens etiam testimonium aduersus eam de scripturis sanctis, ubi dictum putas, Ex multa eloquentia non effugies peccatum: cum dictum non sit, ex multa eloquentia: sed ex multiloquio. Multiloquium autẽ est superflua locutio, uitium scilicet loquendi amore contractum. Plerunq; autem loqui amant, etiam qui nesciunt quid loquantur uel quomodo loquantur, siue ad sanitatem sentẽtiarum, siue ad ipsum qui arte Grammatica discitur, integrum sonum ordinemq; uerborum. Eloquentia uero facultas dicendi est, congruenter explicans quę sentimus: qua tunc utendum est, cum recta sentimus. Hoc modo ea non usi sunt hæretici. Nam utiq; si recta sensissent, nõ solum nihil mali, uerum & boni aliquid esset, quod eloquenter explicare potuissent. Frustra igitur istorum exemplorum com- B memoratione accusasti eloquentiam. Neq; enim propterea pro patria non est miles armandus, qa contra partiam nonnulli arma sumpserunt. Aut ideo uti non debent boni docticq; medici serramẽtis medicinalibus ad salutem, quia his ad perniciem etiam indocti pessimiq; abutuntur. Quis eĩ nescit, sicuti utilia uel inutilia fuerint ea quę quærũtur: ita eloquentiã, hoc est, peritiam facultatẽq; dicendi sic esse utilem uel inutilem, ut fuerint utilia uel non utilia quæ dicuntur? quod nec te arbi- Cap. II tror ignorare. Sed credo cum me uideres à nonnullis putari eloquentem, ut à me lectoris auditorisúe studium deterreres, accusandam existimasti eloquentiam: ut iam quid dicerem non attenderet, quisquis abs te perterritus tanquam elo- C quenter me dicentem eoipso iam cauendum fugiendumq; censeret. Vide ergo ne hoc quod fecisti sit artis illius malæ, quam sicut de Platone cõmemorasti, nonnulli recte iudicauerunt de ciuitate ac de humani generis societate pellẽdam. Hæc non est eloquentia, quæ utinam mihi ad explicanda ea quæ sentio pro desiderio prouenisset, sed sophistica & maligna professio, quæ sibi proponit, non ex animo, sed ex contentione uel commodo pro omnibus, & contra omnia dicere. De hac Eccl. 37 ait sancta scriptura, Qui sophistice loquitur, odibilis est. Ab hac mihi uidetur Paulus Apostolus iuuẽtutem Timothei prohibere, ubi ait, Noli uer- 2. Tim. 2 bis contendere: ad nihil enim utile nisi ad subuersionem audientium. Et ne à facultate recte dicendi eum prohibuisse putaretur, continuo subiecit. D Satis age teipsum probabilem operarium exhibendo, non erubescentem, uerbum ueritatis recte tractantem. Nimirum itaq; tibi hæc animi subrepsit affectio, quòd contradicendi studio, nõ quò ita sentires, sed quò à nobis intentionem discere uolentium auerteres, perhibuisti nos eloquentes, & uituperasti eloquentiam. Nam quomodo te hoc ex animo fecisse credam, cum sciam quemadmodum prædicare soleatis eloquentiam Donati, Parmeniani, aliorumq; uestrorum, qua quid esset utilius si tam largo flumine pro pace Christi, pro unitate, ueritate, charitate proflueret? Sed qd de alijs loquar? Tu de teipso nónne comperisti, quàm non ex animo sed ex contentione uituperator

Universidad de Deusto
Biblioteca

tor fueris eloquentiæ: cum & cætera quæ ſcripſiſti per eloquentiam, eloquenter accuſare conatus
Cap. III es. Nam quod te dicis & arte dicendi imparē nobis, & exemplis legis Chriſtianæ penitus non inſtructum, quo pertinet obſecro? Nunquid nam te compuli contra mea ſcripta reſcribere: & ideo recuſantis & excuſantis hæc uox eſt? Si ergo penitus non inſtructus es, cur non potius taces, aut ita loqueris ut inſtitui te deſideres? Inſtare me dicis & prouocare ſemper, ut ad dignoſcendam ueri quæſtionem mecum ueſtri diſceptent: ſed ueſtros prudentius ac patientius facere, qui in Eccleſia tantum quæ in lege mandata ſunt populos docent, nec nobis reſpondere curant, ſcientes qa ſi lex diuina, & tot documenta legalium ſcripturarum nobis quid ſit melius, quid uerius, ſuadere non poſſunt, nunquam humana queat authoritas non diſcuſſis erroribus ad ueritatis regulam reuocare. Quid tibi ergo uiſum eſt, ut aduerſus nos illis tacentibus tu loquaris? Nam ſi bene faciunt, cur non imitaris? ſi male, cur laudas? Dicis quòd intolleranda arrogantia credam me ſolum terminare poſſe, quod alijs uelut inexplicabile uiſum, atq; ideo iudici deo dimiſſum eſt: cum paulo ſuperius dixeris, hoc me uelle finiri poſt tot annos, poſt tot iudices atq; arbitros, quod apud principes tot diſceptantibus literatis ab utriuſq; partis Epiſcopis finiri non potuit. Certe ſolus hinc ſatago, certe ſolus quæſtionem iſtam finiri diſceptando deſidero? Puto enim ſi ſolos noſtros id conatos culpare uoluiſſes, non etiam ueſtros in eo conatos fuiſſe fatereris. Quia ergo illum conatum, illam uoluntatem & inſtantiam ſaltem propter ueſtros reprehendere iam non potes, nolo eſſe à tam bono opere alienus. Quid arguis? quid reprehendis? An inuides? Non hoc de te temere credendū eſt.
Cap. IIII Reſtat ergo ut ſtudio contētionis hoc in me culpes, quod etiam in ueſtris laudare compelleris. At enim quod inter tot ac tales finitum non eſt, intollerabilis arrogantia eſt per ſe ſolum finiri poſſe præſumere. Ne quæſo mihi ſoli hoc tribuendum putes, plurimi ſumus, qui hoc ut finiatur, imò iam ut finitum eſſe innoteſcat, inſtamus. Illi enim dixerunt non eſſe finitum qui eidē fini conſentire noluerunt, eumq; uobis occultauerunt, ut etiam uos eorum authoritate decepti finitum non eſſe credatis. Noſtri autem ex quo finitum eſt, nullo prorſus tempore ut ipſe finis innoteſceret ceſſauerunt, quomodo id publice priuatimq; agere potuerunt, ne quiſquam in pernicioſiſſimo errore perſiſtens de ſegnitia circa ſeminiſtrorum dei in ultimo iudicio quereretur. Non ergo nos olim finitam cauſam de integro uoluimus retractare, ſed quemadmodum finita ſit demonſtrare, propter eos maxime qui hoc neſciunt: ut cum defenſores conuincuntur erroris, aut etiam ipſi correcti liberentur, aut certe ipſis confutatis, & in aperta pertinacia remanentibus, hi qui cupidiores ſunt ueritatis quàm contentionis, uideant quid ſequantur. Nec; hoc fit ſine fructu, ut exiſtimas. Nam ſi poſſes uidere quàm longe lateq;

Semper prædicanda ueritas

Cap. V

A Aphricā error iſte peruaſerit, & quàm pauca eius remanſerint quæ nondum in pacem catholicam correcta tranſierūt, nullo modo aſſertorum Chriſtianæ pacis & unitatis infructuoſam & inanem arbitrareris inſtantiam: quamuis etiam ſi cui diligentia medicinæ huius impenſa non prodeſt, ſufficit ad rationem deo reddendam quod non ceſſauit impendi. Sicut enim malignus ſuaſor peccati, etiam ſi non perſuaſerit, merito pœnam decepto ris incurrit: ita fidelis iuſtitiæ prædicator, etiam ſi ab hominibus reſpuatur, abſit ut apud deum ſui officij mercede fraudetur. Res enim certa fit ad incertum. Incertum autem dico, non præmium facientis, ſed animum audientis. Incertum eſt enim nobis utrum aſſenſurus ſit cui ueritas prędicatur, ſed certum eſt etiam talibus ueritatem prædicari
B oportere, & certū eſt fideliter eā prædicātes retributionem manere, ſiue ſuſcipiantur, ſiue ſpernantur, ſiue etiam propterea quælibet temporaliter aduerſa patiantur. Dominus dicit in Euangelio, *Matt. 10* Cum ingreſſi fueritis dicite, Pax huic domui: ſi digni fuerint qui ibi ſunt, requieſcet ſuper eos pax ueſtra: ſi quo minus, ad uos reuertetur. Nunquid eos certos fecit quod eſſent eorum pacem ſuſcepturi quibus eam prædicarent? certos tamen fecit ut eam ſine cunctatione prædicarent. Apoſtolus etiam Paulus, Seruum, inquit, domini litigare non oportet, ſed eſſe mitem ad omnes, docibilem, patientem, in modeſtia corripientem diuerſa ſentientes, ne forte det illis deus pœnitentiam ad cognoſcendam ueritatem, & reſipiſcant de dia
C boli loqueis captiuati ab ipſo in ipſius uoluntate. Intende quomodo quem noluit litigare, uoluit tamen in modeſtia corripere diuerſa ſentientes, ne dei ſeruus prohibitionem petulantiæ, occaſionem putaret eſſe pigritiæ. Verum quia multi & ipſam correptionem quæ modeſte fit uel peccatis ſuis fauentes, uel quid reſpondeant non inuenientes, nec tamen ueritati acquieſcentes, one roſe ac moleſte ferunt, eos qui ſecum ſedulo agunt, nec ab eorum conuincēdo errore diſſimulant, litigioſos & contentioſos uocant. Falſitas enim quæ nudari, & redargui metuit, eorum uitiorum nomine quæ ueritas damnat, diligentiam ueritatis accuſat. Nunquid ideo tamen ab hac inſtantia deſiſtendum eſt? Vide quemadmodum Timotheum idem aſtringat Apoſtolus, ne propter
D homines quibus inſuauis eſt prędicatio ueritatis, aliqua ei ſegnitia prædicandi ſubreperet. Teſtificor, inquit, coram deo & Chriſto Ieſu, qui iudicaturus eſt uiuos & mortuos, & per manifeſtationem & regnum eius, prædica uerbum, inſta opportune importune, argue, hortare, increpa, in omni longanimitate & doctrina. Quis hæc audiens ſi deo fideliter ſeruit, ſi doloſus operarius nō eſt, ab hac diligentia & inſtantia conquieſcat? Quis ſub tāta teſtificatiōe ſegnis eſſe audeat? Nō itaq; nobis obſtrepat in hac cauſa facundia tua: prædicamus omnino in adiutorio domini dei noſtri Chriſtianæ unitatis utilitatem, ſanctitatem, pietatem: prædicamus uolentibus opportune, renitentibus

Cap. VI 2. Tim. 2

nitentibus importune, & quantis ualemus uiribus iſtam inter nos partem'que Donati quæſtionem, & quod poſſumus, olim finitam eſſe monſtramus. Agnoſcant in ſe contentioſæ animoſitatis nomen & crimen, qui uel peruicaci aſtutia præbent patrocinium fallitati, uel inuida iactantia miniſtrant præconium ueritati. Vtrunque hoc contentioſorum genus Apoſtolus Paulus expreſſit. Illud primum in Alexandro de quo ait: Alexander ærarius multa mala mihi oſtẽdit, reddet illi dominus ſecundum opera eius, quem & tu deuita, ualde enim reſiſtit noſtris ſermonibus. Hoc uero alterum in eis de quibus ait: Quidam quidem ex inuidia & contentione Chriſtum annunciant, non caſte, exiſtimantes tribulationem ſuſcitari uinculis meis. Nam illi proculdubio idipſum annunciabant quod Paulus, non tamen eo animo, non ea uoluntate, non ex charitate, ſed ex inuidia, ſicut dixit, & ex contentione, uolentes ſuperbo ſenſu in eadem ipſa annuntiatione præcellere, & Apoſtolo Paulo anteponi. Quod ille non moleſte ferens, immo etiam gaudens quòd ab eis illud uidebat prædicari, quod latius innoteſcere cupiebat, quid enim, inquit, dum omni modo, ſiue occaſione, ſiue ueritate Chriſtus annuncietur? Nec enim cordis ſui ueritate, quia non ſyncera intentione, ſed æmula contentione, ueritatem tamen annunciabant. Tu igitur cum iudex interiorum cordis noſtri eſſe non poſſis, tantummodo utrum ueritati reſiſtamus, an eos qui ueritati reſiſtunt reuincere cupiamus, aduerte. Nam proculdubio ſi ueritatem ſuademus, erroremq; refellimus, etiam ſi non ueritate propriæ intentionis, ſed emolumentum ſeculi huius humanam'que gloriam quærentes id agamus, gaudere debent dilectores ueritatis, quia & hac occaſione ueritas annuntiatur, ſicut Apoſtolus qui dicit, & in hoc gaudebo. Si autem (quod deo maxime notum eſt, & quod tibi etiam ipſi quantum eſt facultatis humanæ ſi nobiſcum uiueres, notum eſſe potuiſſet) pia ſolicitudine charitatis in huius diſcuſſiõis labore uerſamur: puto nequaquam iuſte reprehẽdi miniſterium noſtrum, ſi contra quoslibet aduerſarios ueritatis ferenti ſpiritu pro ueritate certemus. Nam ſi contentioſus habetur à uobis uel animoſus paratorq; rixarum, quiſq; cuiquam ſermonis altercationem uel inferre, uel referre curauerit, uidete quid de ipſo domino Ieſu Chriſto eiusq; ſeruis Prophetis & Apoſtolis ſentiatis. Nempe enim dominus ipſe filius dei, nunquid cum ſolis diſcipulis uel turbis qui in eum crediderunt, an non etiam cum inimicis tentantibus, obtrectantibus, maledicentibus habuit de ueritate ſermonem? Nunquid eum etiam cum una muliere de quæſtione orationis contra opinionem uel hæreſim Samaritanorum piguit diſputare? Sed illam, inquis, credituram eſſe præſciebat. Quid toties aduerſus Iudæos, Phariſæos, Sadducæos, nõ ſolum minime credituros, uerum etiam maxime contradicturos & perſecuturos in os eorum quàm multa locutus eſt? Nónne ab eis ultro cum uoluit quod uoluit inquiſiuit, ut eorum illos reſponſione conuinceret? Nónne illis doloſe tentando quærentibus, cum redarguti obmutescerent, ſine ulla ambiguitate reſpondit? Quod cum faceret, nullus ex his legitur ad eum ſequendum fuiſſe conuerſus. Et utique nouerat, quia præſcius erat, nihil ad eorum ſalutem cum hæc ad eos uel in eos, uel aduerſus eos diceret profuturũ. Sed nos fortaſſe ſuo firmauit exemplo, qui futuram fidem perfidiam'ue hominum prænoſcere nõ ualemus: ne ſi quando nimium nimium'que peruerſis ſine fructu ſalutis eorum locuti fuerimus, deficiamus & deſiſtamus ab inſtãtia prædicandi, cũ inaniter piguerit laborare. Quid quòd etiã ipſum diabolum, quem iam nõ ſolum deus, ſed ne homines quidẽ dubitare poſſunt, nullo modo ad inſtantiam conuerſum iri, filius dei tamen inſidioſe tentantem, & de ſcripturis ſanctis quæſtionum laqueos opponẽtẽ, de ſcripturis ſanctis reſpondendo cõuicit, nec iudicauit indignũ cum Satana Chriſtus de diuinis eloquijs habere colloquium: quid utique præuidens, niſi quod Iudæis & diabolo nihil proderat, crediturís gentibus profuturum? Prophetas etiam legimus miſſos ad homines tam inobedientes, ut deus ipſe qui Prophetas mittebat de his ad quos mittebat prædiceret, quod uerbis eorum obtemperaturi non eſſent. Omitto quod Prophetico ſpiritu quo futura cernebant, etiã hoc utique noſſe potuiſſent, quòd eorum uerba contempturi fuerant, quibus ea tamen uehementi inſtantia non tacebant. Aperuiſſime dominus ad Ezechielem Prophetã dicit: Vade & intra in domũ Iſrael, & loquere uerba mea ad ipſos, quia non ad populum ignotæ linguæ tu mitteris ad domũ Iſrael, nec ad multos diuerſis aut grauibus linguis loquentes, quorũ uerba non poſſis audire: & ſi ad tales miſiſſem te, forſitan audiſſent: domus aũt Iſrael non audient te, quia nolunt audire me. Omnis enim domus Iſrael inquieto & duro corde eſt. Ego autem dedi faciem tuam fortem aduerſus faciem eorum, & certamen tuum cõfortabo aduerſus certamẽ eorum. Ecce mittitur dei ſeruus, & eis loqui iubetur, qui eum non erant audituri, eoipſo domino q̃ mittebat & loqui iubebat prædicente q̃ non erant audituri. Qua cauſa, cui bono, quo fructu quóue effectu mittit ad certamen prædicandæ ueritatis aduerſus certaturos & nõ obeditúros? Nũ quiſq; dicere audebit ſanctos dei Prophetas inciſſe in opprobrium abs te mihi obiectum, cum diceres: Si tu ſcis rem de qua agitur à te finiri non poſſe, cur incaſſum laborem ſumis? cur inanem impendis operam? cur ſuperuacue ac ſine fructu contendis? An nõ magnus error eſt, uelle quod nõ ualeas explicare, cum & lex moneat dicens: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris? Et iterũ: Homo animoſus parat lites, & uir iracũdus exaggerat peccatũ. Ezechieli certe iſta non diceres, qui cum uerbo dei mittit inferre certamẽ hominibus non obeditúris, cõtraſenſúris, cõtradictúris. Nam ſi diceres, reſponderet tibi fortaſſe, quod

Qui recta docent inſyncere Cap. VII

2. Tim. 2

Philip. 1

Et non audituris prædicandum Cap. VIII

Ezech. 3

Eccl. 3

Prouer. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

Act. 5 eisdem Iudæis Apostoli respondérũt: Cui obedie-
re oportet, deo magis quàm hominibus? Hoc tibi
Episcopi officium etiam ipse responderim. Hic si tu flagitaueris, ut
ostendam ubi etiam mihi deus præceperit id agere
Cap. IX quod tu prohibes, memento apostolicas epistolas
non eis tantum scriptas qui tempore illo quo scri-
bebantur audiebant, sed etiam nobis: nõ enim ob
aliud in Ecclesia recitantur. Attende etiam illud
1. Cor. 13 quod Apostolus ait: Vultis experimentũ eius ac-
cipere qui in me loquitur Christus? & recole iam
non quid Paulus, sed quid per eum Christus locu-
2. Tim. 4 tus sit, quod pauloante cõmemoraui, prædica uer-
bum, insta opportune importune: &c. Attende e-
Tit. 1 tiam quod quemadmodum ad Titum cum expli-
caret qualis esse episcopus debeat, etiã perseueran-
tem dixit esse oportere iuxta doctrinam fidelis uer-
bi, ut potens sit, inquit, & exhortari in doctrina sa-
na, & contradicentes redarguere. Sunt enim mul-
ti, non subditi, uaniloqui, & mentis seductores, ma-
xime qui ex circumcisione sunt, quos oportet re-
felli. Non ergo solos qui ex circumcisione sunt,
sed eos maxime tales esse ait, oportere tamẽ in do-
ctrina sana redargui refelliq; ab Episcopo uanilo-
quos & mentis seductores indubitata præceptio-
ne firmauit. Vnde hoc etiam mihi iussum esse co-
gnosco; hoc pro uiribus ago, huic operi quantum
ipse qui iussit adiuuat, perseueranter insisto. Quid
obstas, quid obstrepis, cur prohibes, cur reprehen-
Obiectio dis? Tibi ne obedire oportet an deo? Nisi for-
Cap. X te ista quę à me de scripturis sanctis documẽta pro-
lata sunt, sic accipienda arbitraris, ut quod uestros
factitare laudasti, in Ecclesia tantum quæ in le-
ge mandata sunt populi doceantur: Ibi enim for-
sitan putas corripiendos & conuincendos esse di-
uersa sentientes, ut unusquisque doctor suorum
tantummodo disputando & prædicãdo emendet
errorem. Si quid autem tale cum eis qui foris sunt
agere instituerit, tunc animosus, tunc contentio-
sus uel litigiosus habendus sit, quia & ipse Ezechi-
el, inquis, & alij prophetæ cum uerbis dei ad suum
populum mittebantur, Israelitæ scilicet ad Israeli-
Solutio tas. Ad hæc quoq; tibi respondeo. Iam quidem
Cap. XI supra commemorauí, dominum ipsum Iesum qui
se imitandum discipulis præbuit, non solum Iu-
dæis, uerumetiam Pharisæis, & Sadducæis, & Sa-
maritanis, & ipsi diabolo principi omnium falla-
ciarum & errorum asserere ueritatem & de lege
respondere non dedignatum. Sed ne hoc domino
licuisse, seruis autem eius existimes non licere, ac-
Act. 18 cipe quid in Actibus Apostolorum legatur: Iudæ-
us autem quidã Apollo nomine, Alexandrinus
genere, deuenit Ephesum potens in scripturis. hic
catechizatus erat uiam domini, & feruens spiritu
loquebatur & docebat ueriſſime quę iuxta Iesum,
sciens solum baptismum Ioannis. Hic etiam cœ-
pit fiducialiter agere in synagoga. Quem cum au-
dissent Aquila & Priscilla, assumpserunt eum, &
certius illi exposuerunt uiam domini. Volente au-
tem illo ire in Achaiam, exhortati fratres scripse-
runt discipulis ut eum reciperent. Qui cum uenis-
set, multum contulit his qui ei crediderunt, uehe-

A menter enim Iudæos reuincebat publice ostendẽs
per scripturas esse Iesum Christũ. Quid de isto di-
cis, quid sentis? Nonne fortasse contentiosum &
animosum concitatoremq; rixarum criminaremi-
ni, nisi tanta libri sancti authoritate premeremini.

An quia Iudæus in Christum crediderat, pro- Etiam dicta
pterea Iudæos Christianæ fidei resistentes, & Ie- ingentium
sum negantes esse Christum, publice reuincere de- ritas
bebat: nos autem quia partis Donati nunquam fu- Cap. XII
imus, propterea partem Donati resistentem Chri-
stianæ unitati reuincere non debemus? Nunquid
Paulus Apostolus aliquando fuit cultor idolorũ,
aut aliquando fuit in hæresi Epicureorum & Stoi-
corum, cum quibus tamen eum nec puduit nec pi-
guit de quęstione dei uiui et ueri habere sermonẽ?
Accipe quid de hac re in eodem libro scriptum sit: Act. 17
B Paulus autem cum illos Athenis expectaret, irrita-
batur spiritu sancto intra se, uidens circa idola esse
ciuitatem. Disputabat igitur cum Iudæis in syna-
goga, & gentibus & colentibus, & in foro per om-
nem diem ad eos qui aderant. Quidam uero Epi-
cureorum & Stoicorum philosophorum confere-
bant cum illo, & quidam dixerunt: Quidnam ue-
lit seminator uerborum hic dicere? Alij uero, pere-
grinorum dæmoniorum uidetur annũciator esse.
Ecce Apostolus Paulus Stoicos & Epicureos di-
uersos, non solum ab illo uerumetiam inter se, ad-
uersasq; hæreses secum conferre non respuit, non
tantum extra Ecclesiam, sed extra synagogam di-
sputans cum eis, nec eorum conuitijs exterritus ue-
C lut lites contentionesq; declinans à prædicanda
Christiana ueritate cessauit. Nam uide quid con-
sequenter sancta scriptura testat: Apprehensumq;
eum, inquit, in Areopagum duxerunt dicentes:
Possumus scire quæ sint hæc quæ à te dicuntur: In
sueta enim quædam affers in aures nostras, uolu-
mus ergo scire quid nam uelint hæc esse. Atheni-
enses autem & aduenæ hospites ad nihil aliud ua-
cabant, quàm dicere noui aliquid & audire. Stans
uero Paulus in medio Areopago dixit: Viri Athe-
nienses, per omnia superstitiosos uos uideo: per-
ambulans enim & considerans simulachra uestra,
inueni etiam aram in qua erat scriptũ, Ignoto deo.
Quem ergo ignorantes colitis, hunc ego annun-
cio uobis: & cætera quæ commemorare omnia
D longum est. quod tamen ad quęstionem quã nunc
discutimus sufficit, attende obsecro te, Hebræum
ex Hebræis Apostolum Christi stantem ac ser-
mocinantem, non in synagoga Iudæorum, neque
in Ecclesia Christianorũ, sed in Areopago Athe-
niensium, hoc est, contentiosorum maxime, impio
rumq; Græcorum. Ibi enim loquaciſſimæ philoso-
phorum hæreses extiterunt, quarum nonnullæ, si-
cut ipsi qui hic cõmemorati sunt Stoici, magis de
uerborum quàm de rerum aduersitate confligunt,
quod Apostolus prohibuit Timotheum, dicẽs ad 2. Tim. 2
nihil esse utile nisi ad subuersionẽ audientiũ. Nam
de his, ut nosti, Tullius ait: Verbi enim controuer-
sia iam diu torquet homines Græculos, cõtentiõis
cupidiores quàm ueritatis. Hos autem Paulus no-
ster alloquẽdos corrigendosq; suscepit, nec ipsius

loci

æqꝫ loci nomine exterritus quod ex Marte inditum re
sonat, quem deum dicunt esse bellorum, ibi pacifi
ca crediturus intrepidus loquebatur, ibi spiritalib.
accinctus armis, pernicioſos expurgabat errores,
nec contentioſos tanquam mitiſſimus, nec diale-
Dialectica & eloquentia Cap. XIII lecticos tanquã ſimpliciſſimus formidabat. No-
ſti enim quàm maxime apud Stoicos uiguiſſe dia-
lecticam, quamuis & ipſi Epicurei quos imperitia
liberalium diſciplinarum nõ ſolum non pudebat,
uerumetiã delectabat, quaſdam diſputandi regu-
las q̃bus quiſq; uſus minime falleret, ſepotius &
tenere & docere iactabãt. Quid eſt enim aliud dia
lectica quàm peritia diſputandi? quod ideo aperi-
endum putaui, quia etiam ipſam mihi obijcere uo
luiſti, quaſi Chriſtianæ non congruat ueritati, &
ideo me doctores ueſtri uelut hominem dialecticũ
merito fugiendum potius & cauendum quàm re-
fellendum, reuincẽdumq; cenſuerunt. Quod cum
tibi non perſuaſerint, nam te aduerſus nos etiam
ſcribendo diſputare nõ piguit, tu tamen in me dia
lecticam criminatus es, quo falleres imperitos, il-
losq; laudares qui diſputando mecum cõgredi no
luerant. Sed tu uidelicet nõ dialectica uteris cum
contra nos ſcribis. Vt quid te ergo in tantum di-
ſputandi periculum proieciſti, cum diſputare non
noueris? Aut ſi noſti, cur dialecticus dialecticam
criminaris, ita uel temerarius uel ingratus, ut aut
imperitiam qua uinceris non refrenes, aut doctri-
nam qua iuuaris accuſes? Inſpicio ſermonem tu-
um, iſtum ipſum quẽ ad me ſcripſiſti, uideo te quę
dam copioſe ornateq; explicare, hoc eſt eloquen-
ter, quædam uero ſubtiliter arguteq; differere, hoc
eſt dialectice, & tamen eloquẽtiam dialecticamq;
reprehendere. Si noxia ſunt, quare hoc facis? ſi
non ſunt, cur arguis? Sed ne etiam nos uerbi con
trouerſia torqueat, cum res ipſa intelligatur, mi-
nus laborandum eſt quid hominibus eam uocare
placuerit. Proinde ſi eloquens ille appellandus eſt
qui non ſolum copioſe & ornate, ſed etiam ueraci
ter dicit: Itemq; ſi dialecticus ille appellandus eſt,
qui non ſolum ſubtiliter ſed ueraciter etiam diſſe-
rit, nec eloquens es nec dialecticus: non quia ieiu
na & inordinata eſt dictio tua, nec quia obtuſa &
craſſa eſt diſputatio tua, ſed quia ipſa facundia atq;
ſolertia ad defenſionem aboteris falſitatis. Si aũt
non in ſola ueritate, ſed etiam cum mala cauſa diſ-
feritur uel uerboſe agitur, recte poteſt eloquentia
uel dialectica nominari, & eloquens es & dialecti
cus, quia & facunde dicis uana, & acute diſputas
Paulus dialecticus Cap. XIII falſa. ſed de te uidero. Stoici certe maxime dia-
lectici fuerunt: Cur Apoſtolus Paulus ne confer-
rent cum illo, non eos cautiſſime deuitauit, & ue-
ſtros Epiſcopos laudas quòd nobiſcum uelut cum
dialecticis nolint habere ſermonem? Aut ſi Pau-
lus dialecticus erat, & ideo conferre cum Stoicis
non timebat, quia non ſolum acute diſputabat ſi-
cut & illi, ſed etiam ueraciter, quod nõ illi, iam ca-
ue ne cuiquam dialectică pro crimine obieceris,
qua uſos Apoſtolos confiteris. Neq; enim cũ hoc
mihi obijcis, imperitia te falli puto, ſed fallere aſtu
tia. Nomen quippe Græcum eſt dialectica, quæ ſi
A uſus admitteret, fortaſſe Latine diſputatoria uoca
retur, ſicut grammaticam Græce, literaturam La-
tine, uiri doctiſſimi appellauerunt. Sicut enim à li-
teris denominata eſt grammatica, quoniam Græ-
ce grammata literæ dicũtur: ſic à diſputatione dia-
lectica nomẽ accepit, quoniam diſputatio Græce
dialoge uel dialexis appellatur. Sicut aũt gramma-
ticus à ueterib. Latine dictus eſt literator: ita Græ
ce dialecticus multo uſitatius & tolerabilius Lati-
ne dicitur diſputator. Puto iam quòd Apoſtolum
diſputatorem non neges, etiam ſi dialecticum ne-
ges. Improbare ergo in uocabulo Græco quod ap
probare cogeris in Latino, quid eſt aliud q̃ indo-
ctis prætentare fallaciam, doctis facere iniuriam?
Aut ſi & diſputatorẽ Apoſtolum negas, qui tam
B aſſidue, tam egregie diſputabat, nec Græce noſti
nec Latine, uel q̃ eſt credibilius, & in uerbo Græ-
co fallis eos qui Græce neſciunt, & in Latino qui
nec Latine ſciunt. Quid enim eſt, nõ dico imperi-
tius, neq; enim tu iſta nõ noſti, ſed omnino falla-
cius, quàm cum audias & legas tam multos mul-
tiplicesq; ſermones Apoſtoli aſſerẽtes ueritatem,
conuincentes falſitatẽ, negare quod ſoleat diſpu-
tare, cũ hoc fieri niſi diſputando nõ poſſit? Quòd
ſi hoc ab illo factitatum fateris, quia fateri eius li-
teris cogeris, non tamen has diſputationes, ſed ſer
mones uel epiſtolas appellandas eſſe contendis.
Quid ergo tecũ ſic diutius agam, ut qui hæc igno
rant, quem uolunt ueſtrum approbent uel impro-
bent, de ipſis diuinis literis quibus neceſſe eſt ce-
C das, hoc doceo, ipſa prorſus uerba, ipſa rerum uo
cabula, profero. Habes in hoc eodem teſtimonio,
quod de Actibus Apoſtolorum cõmunicaui, de
ipſo Paulo ita poſitum: Diſputabat igitur cum lu Acto. 17
dæis in ſynagoga & gentibus & colentibus in fo-
ro. Habes in alio loco, quamuis cum populo Chri
ſtiano ageret cõgregatis in Eccleſia fratribus, ita
ſcriptum: Sedens uero quidam adoleſcens nomi Acto. 20
ne Eutychus in feneſtra deductus ſomno graui di
ſputante Paulo. Habes etiam in libro pſalmorũ,
Suauis ſit ei diſputatio mea. Habes & apud Eſai-
am Prophetam: Venite diſputemus, dicit domi-
nus. Et multis alijs diuinarum ſcripturarum locis
lege ubi inueneris hoc uerbum, & inſpice codi-
ces Græcos in eiſdem teſtimonijs ſanctarum ſcri-
pturarum, & uidebis unde ſit appellata dialecti-
ca: ne quod omnes iuſti etiam cum deo faciunt,
quibus dictum eſt, Venite diſputemus, dicit do-
minus, non imiteris ſapienti pietate, ſed inſulſa
temeritate crimineris. Qui enim di- Diſputare quid
D ſputat, uerum diſcernit à falſo. Quod qui non poſ Cap. XV
ſunt, & tamen dialectici uideri uolunt, per inſi-
dioſas interrogationes captant incautorum aſſen-
ſiones, ut ex eorum reſponſionibus concludant
unde illos uel in aperta falſitate deceptos rideant,
uel occultam falſitatem deceptis perſuadeant,
quam plerunque etiam ipſi exiſtimant ueritatem.
Qui autem uerus diſputator eſt, id eſt, ueritatis à
falſitate diſcretor, primo id apud ſeipſum agit,
ne non recte diſcernens ipſe fallatur, quod niſi
diuinitus adiutus peragere non poteſt; deinde

cum

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum id quod apud se egit ad alios docendos pro-
fert, intuetur primitus quid iam certi nouerint, ut
ex his eos adducat ad ea quæ nō nouerant uel cre-
dere nolebant, ostendens ea consequentia his quę
uel scientia uel fide retinebant: ut per ea uera de
quibus se perspiciunt consentire, cogantur, alia ue
ra quæ negauerunt approbare, & sic uerum quod
falsum antea putabatur discernatur à falso, cum in
uenitur cōsentaneum illi uero quod iam antea te-
Rhetor et dialecticus quid differunt Cap. XVI nebatur falsum. Hoc ille uerus disputator si la-
te diffuseq; faciat, eloquenter facit, alioq; censetur
augeturq; uocabulo, ut dictor potius q̄ disputa-
tor uocetur: sicut illum locum Apostolus copiose
2. Cor. 6 dilatat atque diffundit: In omnibus, inquit, com-
mendantes nosmetipsos ut dei ministros, in multa
patientia, in tribulationibus, in angustijs, in pla-
gis, in carceribus, in seditionibus, in laboribus, in
uigilijs, in ieiunijs, in castitate, in scientia, in lon-
ganimitate, in bonitate, in benignitate, in spiritu
sancto, in charitate non ficta, in uerbo ueritatis,
in uirtute dei per arma iustitiæ dextra & sinistra,
per gloriam & ignobilitatem, per infamiam & bo
nam famam, ut seductores & ueraces, ut qui igno
ramur & cognoscimur, quasi morientes & ecce ui
uimus, ut coerciti & non mortificati, ut tristes sem
per aūt gaudentes, sicut egeni multos aūt ditantes,
tanquam nihil habentes & omnia possidentes.
Quid em̄ hoc stilo Apostolico uberius & ornati-
us, id est, eloquentius inueneris? Si autem præcise
atque constricte, magis eum disputatorem quàm
dictorem appellare consueuerunt, qualiter ait i-
dem Apostolus de circumcisione & præputio pa-
Rom. 3 tris Abrahā, uel distinctione legis & gratię. Quod
quidam non intelligentes, immo uero calumnian
tes, criminati sunt eum dicere: Faciamus mala ut
eueniant bona. Sue autem sit dictor siue disputa-
tor, nec dictio sine disputatione est, cum & in ipsa
eloquentiæ latitudine ueritas à falsitate discerni-
tur: nec disputatio potest esse sine dictione, quan-
do utique uerbis & lingua ipsa constrictio sermo-
nis exprimitur: siue illo utatur perpetuo siue in-
terrogando eum cum quo agit, cogat respondere
quod uerum est, & ex hoc ad aliud uerum quod
quærebatur adducat, ubi maxime regnare diale-
Christus dialecticus Cap. XVII ctica dicitur. Cum enim quisque suis respon-
sionibus uincitur, & si male respondit, non habet
quod imputet disputatori, sed sibi: & si bene respō
dit, erubescit ulterius resistere, non iam disputa-
tori sed sibi. In quo genere dominus cum aduer-
sus Iudæos crebro ageret, eosq; illorum responsio
ne captos conclusosq; conuinceret, non uos au-
dierant, nec à uobis conuitiari didicerant. Nam li-
bentius & inuidiosius eum fortasse dialecticum q̄
Samaritanum appellarēt. Quomodo enim putas
eos contortos atq; confusos, cum uolentes eum ca
pere in uerbo, priores interrogauerunt, utrum lice
ret tributum reddere Cęsari, bicipiti uidelicet cō-
plexione insidiantes, ut quodlibet eligens capere-
tur? Si licere responderet, tanquam reus esset ad-
uersus populum dei: si autem diceret non licere,
tanquam Cæsaris aduersarius perimeretur. Vbi

ille nummum sibi popposcit ostendi, & interroga-
uit cuius haberet imaginem & inscriptionem: At
illi cum respondissent Cæsaris, aperta enim ueri-
tas hoc eos respondere cogebat, continuo domi-
nus eorum responsione colligatos ac captos tra-
hens: Reddite, inquit, Cæsari quæ Cæsaris sunt,
& deo quæ dei sunt. Obsecro te, illi ne fuerunt dia
lectici qui prætensis interrogationis insidijs deci-
piendo superare moliti sunt? An ille potius qui ex
hoc ipso quod interrogauerunt ueram eorum re-
sponsionem prudentia interrogationis eliciens, il-
lud uerum quod ab eo putabant periculose dici,
ipsos compulit confiteri? Si illos dixeris fuisse *Dolosa dialectica Cap. XVII*
dialecticos, quia dolose, quia calumniose, quia ma
litiose interrogando in uerbo capere cupiebant: ta
les enim etiam nos uultis uideri: cur eis tamen do
minus respondit, cur eos usque ad ueritatis con-
fessionem reddita ratione perduxit? Cur eis dixit:
Quid me tentatis hypocritæ: & non addidit, dia-
lectici? Cur sibi nummum demonstrari flagita-
uit, ut sententiam suam ueracem exprimeret etiam
de ore fallacium, ac non potius ait: Abscedite, ne
que enim loquendum est uobiscum qui captiosas
interrogationes proponitis, qui dialectice mecum
agere uultis? Nihil tale dixit, nec aduersus captio
sos interrogatores, & uerborum nostrorum calli-
dos captatores exemplum tale nobis proposuit,
sed ut eos potius etiam ueritatis inimicos uigilan-
ti interrogatione & inuicta ratione testimonium
ueritati perhibere cogamus. Hoc nobis faciant
uestri, si nos malitioli & dialectici sumus. An se
timere indicant, ne hoc eis nos potius faciamus?
Si autem Christum dixeris dialecticum, lauda-
bis dialecticam quam mihi pro crimine obiece-
ras. Quod ne facias, uideo quòd fortasse dictu- *Dialectus quis Cap. XII*
rus sis, nec illos nec illum in ea sermocinatione ali
quid egisse dialectice. Si ergo nec illi qui captiose
atque insidiose sermocinantur ut in uerbo decipi-
ant eos cum quibus agūt, nec illi qui tales eorum
responsione conuincunt, dialectice agunt: dic no-
bis tandem quid sit dialectica, & quantū mali ha-
beat, quātum noceat, quàm fugienda sit doce. Cu-
ius nomen inuidiose subijcis ignorantibus, cri-
men ostende quærentibus. Non uis fateri quòd
dialectice agat, qui homines auersos à uero peri-
te rectèque interrogans, responsionibus eorum
adducit ad uerum, ne dialectice cum Iudæis eti-
am Christum egisse fatearis. Item non uis illos a-
gere dialectice qui captiosis interrogationibus in-
sidiantes respondentem decipere moliuntur, ne &
ibi ostēdatur ita cum Christo egisse Iudæos, quos
tamen ille non declinauit tacendo, sed potius lo-
quendo superauit: ac sic cogaris fateri non recte
Episcopos uestros, quos doctos atque sapientes
putas, etiam cum dialecticis nolle habere sermo-
nem, quo inuictam doceant ueritatem. Video,
magnos æstus pateris quomodo definias dialecti-
cum, ut nec peritus disputator sit, ne quod uitu-
peraſti laudare cogaris: nec insidiosus uerborum
captator, ne tibi dicatur, sicut egit cum talibus
Christus, sic agat cum Christianis. Proinde si pla-
cet ista

cet iſta cura liberari, eum diſſini eſſe dialecticū cum quo legiſperiti de parte Donati nolunt habere colloquium. Quid enim tibi aliud ſuggerendum eſt homini obijcienti nobis dialecticam, & ideo prædicanti Epiſcopos ſuos q̄ nobiſcum nolint habere ſermonem. Sed de Iudæis fortaſſe inuenis quid dicas, quamuis callide atq; uerſute dolos interrogationum prætenderunt, nō eos fuiſſe dialecticos. De Stoicis certe dici poteſt nihil, qui non ſolum dialectici fuerunt, ſed etiam cæteras philoſophorū ſectas in hac uel arte uel facultate uicerūt. Stoicus quippe, ut mecum recolis, fuit ille Chryſippus, de quo Academicus Carneades hāc habebat ſententiam, ut quando cum illo ſibi eſſet diſputandum, elleboro purgandum cor eſſe cenſeret: cæteros autem uel pranſus facile ſuperaret. Si ergo nos libri Stoicorum dialectice diſputare docuerunt, doctri nam Pauli contra nos proferant Epiſcopi ueſtri, ſecū tamen nos conferre patiantur, ſicut ipſos tūc Stoicos ſcilicet Paulus ille non repulit. Hanc enim artem quam dialecticam uocant, quæ nihil aliud docet quàm conſequentia demonſtrare, ſeu uera ueris, uel falſa falſis, nunquam doctrina Chriſtiana formidat, ſicut eam in Stoicis non formidabat Apoſtolus, quos ſecum uolentes cōferre non reſpuit. Et ipſa enim fatetur & uerū eſt, neminem diſputando ad concluſionem falſam conſequenter impelli, niſi prius conſenſerit falſis, quibus eadem concluſio uelit nolit efficitur: ac per hoc qui cauet ne ſe loquente conſequantur falſa quæ non uult, uolens falſa caueat quæ precedunt. Si autem præcedentibus ueris inhæſerit, quæcunque conſequentia perſpexerit quę falſa exiſtimabat, uel de quibus dubitabat, admonitus amplectatur, ſi ueritati eſt pacatiſſimæ amicior, quàm contentioſiſſimę uanitati. Parum egerim, niſi hoc quod dico in hac eadem quæ inter nos uertitur noſtra ſermocinatione mōſtrauero. Ecce in ea ipſa quæſtione de baptiſmo tu propoſuiſti à me requirens, ubi te baptizari conueniat, utrum apud nos an in parte Donati. Et quia intentio tua eſt in parte Donati hominem potius baptizari oportere, hanc intentionem hinc probare conatus es, quod etiam nos eſſe illic baptiſmum non negamus. Vides certe id te agere uoluiſſe, ut ex eo quod cōcedimus, ad id quod non concedebamus attrahamur, id eſt, ut quia concedimus eſſe hic baptiſmū, etiam illic eſſe hominem baptizandum cōcedere compellamur.

Conſidera diligenter ſi eſt hoc conſequens, & tibi ipſe reſponde. Puto enim iam hoc ante oculos conſtituto, cernis pro ingenij tui uiuacitate, quàm non conſequentia pro conſequentibus colligas. Nam reuera dicimus baptiſmum & illic eſſe, ſed non dicimus & prodeſſe, immo uero dicimus & obeſſe. Cum autem quæritur ubi quiſque debeat baptizari, credo propter illud quæri quod dominus ait: Niſi quis renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Quia ergo propter hanc utilitatē accipiendus eſt baptiſmus, cum quæritur ubi accipiendus ſit, non quęritur ubi ſit, ſed ubi ad regnum cœlorum adipiſcendum utilis ſit. Sequeretur autem etiam illic accipiendum eſſe ubicunque eum conſtat eſſe, ſi omnes qui habent aliquid boni, etiam bono ſuo habere docerentur. cum uero tam multi tam multa bona habeant malo ſuo, quis non uideat cum quæritur ubi aliquid accipiendum ſit, non quæri ubi ſit, ſed ubi proſit? Quomodo enim ſi mihi concederes bonum eſſe aurum, concederes etiam latrones quoque habere aurum, non opinor uelles ut ex his duobus conceſſis concluderem, eum qui habere aurum uelit in latronum ſocietate eſſe oportere: ita cum & ego concedo bonum eſſe baptiſmum, concedo etiam Donatiſtas quoq; habere baptiſmū, non debet ex his duobus conceſſis quaſi ſequatur concludere, eum qui habere baptiſmum uelit, in ſocietate Donatiſtarum eſſe debere. Iam ex hoc etiam tibi ipſi occurrere multa non dubito, quę quamuis bona ſint & ad utile aliquid inſtituta, non omnibus tamen habentibus ſint utilia, ſed tantummodo bene utentibus. Nam cum eadem luce & ſani oculi perfunduntur & ſaucij, iſtis adiumentum eſt, illis tormentum. Idem cibus alias ualitudines alit, alias lædit. Idem medicamentum hos curat, illos debilitat. Eadem arma alios muniunt, alios impediunt. Eadem ueſtis alijs tegumento eſt, alijs implicamento. Sic & baptiſmus alijs ualet ad regnū, alijs ad iudicium. Hic uideo quid te poſſit mouere. Fortaſſe enim dicis, quòd in his omnibus nihil ſacramenti commemorauerim: baptiſmus autem ſanctum ſacramentū eſt, & ideo non eſſe conſequens, ut ſi de auro, de luce, de alimentis, armamentis, indumentis probari potuit, quòd alijs habentibus apta ſint, alijs inconuenientia, quāuis ſint bona & ad utile aliquid inſtituta, continuo etiam baptiſmus alijs proſit, alijs obſit habentibus. Reſtat ergo adhuc requirere utrum etiam illa bona quæ ad legem dei pertinent, omnia omnibus habentibus proſint. Hac quæſtione propoſita, intentio noſtra eſt, quòd nec ipſa omnia omnibus habentibus proſint. Hanc intentionem noſtram uide quemadmodum probemus ex conceſſionibus ueſtris. Conceditis enim in omnibus credendum eſſe Apoſtolo Paulo. Teneo unum. Conceditis etiam eundem Apoſtolum dixiſſe: Bona eſt lex. His duobus conficitur, bonam eſſe legem, ſed legitime utentibus. Si ergo nō legitime uſus quis fuerit, non ipſa erit mala, ſed certe oberit malis.

Fortaſſis dices, neminem poſſe & in lege eſſe, & lege male uti. Hoc ipſo enim quòd contra legem uiuit, non eſſe in lege monſtratur. Contra ego dico, fieri poſſe ut quis & in lege ſit, & non legitime utatur. Quod item ueſtris conceſſionibus probo. Conceditis enim memoratum Apoſtolum teſtimonium poſuiſſe de Pſalmis aduerſus eos qui gloriabantur in lege, & uiuebant contra legem: Sicut ſcriptum eſt, inquit, quia nō eſt iuſtus quiſquam, non eſt intelligens, nō eſt requirens deum: omnes declinauerūt ſimul inutiles facti ſunt, non eſt qui faciat bonum, non eſt uſque ad unum: ſepulchrum patens eſt guttur eorum, linguis ſuis doloſe agebant, uenenum aſpidum ſub labijs eorum

Exemplum Cap. XXI

Collectio uitioſa Cap. XXII

Vſus dialectice Cap. XX

Nō eadem omnib. proſunt Cap. XXIII

Euchariſtia lædit Cap. XXV

Nec ſacramenta proſunt ſemper habentib. Ca. XXIIII

Ioan. 3

Rom. 3

Pſal. 13

1. Tim. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorũ ad effundendum sanguinem, cõtritio & infelicitas in uijs eorum, & uiam pacis nõ cognouerunt, non est timor dei ante oculos eorum. Et ne putaret hæc in eos dicta q non erant in lege, continuo subiecit: Scimus autem, quoniam quæcunq; lex dicit, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & reus fiat
Rom. 7 omnis mundus deo. Item alio loco dicit: Quid ergo dicemus? Lex peccatum est? Absit, sed peccatũ non cognoui nisi per legem: Nam concupiscentiã
Exod. 20 nesciebam, nisi lex diceret: Non concupisces: Occasione autem accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem cõcupiscentiam. Item paulopost: Peccatum, inquit, accepta occasione per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaque lex quidem sancta, & mandatum sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est mihi factum est mors? Absit: Sed peccatum ut appareat peccatum per bonum mihi operatum est mortem. Attendis quemadmodum lege laudata, eos qui in lege sunt arguit, quòd ea male utendo per bonum habebat malum. Item ipse Apostolus scientiam quandam ex lege quam & se habere dicebat & alios, sine charitate tamẽ inutilem dicit & noxiam.
1. Cor. 8 De sacrificijs, inquit, idolorum scimus quia omnes scientiam habemus: Scientia inflat, charitas uero ædificat. Proinde & ista scientia quamuis ad legem dei pertineat, si in aliquo sine charitate fuerit, inflat & nocet. Quid de ipso conpore & sanguine domini unico sacrificio pro salute nostra,
Ioan. 6 quamuis ipse dominus dicat: Nisi quis manducauerit carnem meam, & biberit sanguinem meum, non habebit in se uitam? Nónne idem Apostolus docet etiam hoc pernicioſum male utentibus fieri, ait enim:
1. Cor. 11 Quicunque manducauerit panem, & biberit calicem domini indigne, reus erit corporis & sanguinis domini? Ecce quemadmodum ob
Baptismũ non omnibus prodesse sunt diuina & sancta male utentibus, cur non hoc modo & baptismus? Cur non ita in bono baptis-
Ca. XXVI mo non sunt boni hæretici, quomodo in bona lege non sunt boni Iudæi? Iam certe probaui concedentibus uobis, quandoquidem Paulo uos credere, & testimonia quæ de scripturis posui Paulum dixisse conceditis. Iam ergo probaui concessionibus uestris quædam etiam bona legitima obesse tamen nõ legitime habentibus & utentibus. Cur nõ ita & baptismus quamuis bonus & legitimus, non tamen omnibus habentibus prodest? Tu tanquam certissimum & consequentissimum conclu debas, in parte Donati esse hominẽ baptizandum, quia nos etiam ibi esse concedimus baptismum: nec attẽdebas posse nos dicere, esse ibi quidem baptismum Christi iustum, sanctum & bonum, sed pœnalem contrarium, pernicioſum inimicis corporis Christi quod est ecclesia, quę secundum promissa diuina in omnibus gentibus dilatatur.
Falsitas falsitatem trahit Caput XXVII Nunquid hic quid dicas inuenies, nisi nõ in eis bonis ad legem dei pertinentibus deputandũ esse baptismũ, quæ possunt homines & habere & mali esse & boni non esse; sed ipsam quidem legem & scientiam & sacrificiũ corporis & sanguinis Christi talia bona esse quæ possunt homines & habere & mali esse: baptismum uero tale bonum esse, qd quisquis habuerit necessario bonus sit? Quod si dicere uolueritis, falsum dicetis, et ideo quid aliud falsum consequatur attende. Quod non ideo commemorabo ut ex illo tuo falso ad alia falsa te adducam, sed ut hoc cõsequens cum falsum esse cognoueris, ab hoc te liberes, illud quod præcedit emendes. Quid ergo præcedit? ex uobis omnes qui habent bonum baptismum bonos esse, quod est falsum euidens. Quid consequitur? bonos fuisse scilicet illos qui schismata faciebant dicentes: Ego
2. Cor. 1 quidem sum Pauli, ego autem Cephæ, ego autem Christi. Quos arguens Apostolus ait: Diuisus est Christus? Nunquid Paulus pro uobis crucifixus est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Sed falsum est quòd isti boni erant, exceptis eis qui dicebant, ego autem Christi: & tamen baptizati erant baptismo Christi. Hoc itaque falsum quare secutum est? Quia falsum præcessit, omnes habentes bonum baptismum bonos esse. Vtrunque ergo respuatur, utraque sententia corrigatur, ut quoniam manifestum est istos qui schismata faciebãt bonos non fuisse, & tamen bono baptismo baptizatos fuisse, illud etiam manifestum sit, non omnes qui bonum habẽt baptismum bonos esse: ac per hoc non ideo tenemus ut in parte Donati baptizandũ esse aliquem concedamus, quia & partẽ Donati quam malam dicimus, bonum baptismum habere cõcedamus. Rursus ut ex ea consensione me ad id quod cõsentio detineres, posuisti scriptũ esse: Vnus deus, una fides, unũ baptisma, una incorrupta & uera catholica ecclesia. Quę omnia concedo, & si aliquanto aliter scripta sunt Sed quid ad rem, cũ omnia sicut dixisti ista cõcedam? Verum quod ex his conaris efficere non efficitur, uidelicet ut qui non sunt in una Ecclesia, nõ possint habere unum baptismũ, quod omnino falsissimũ est, & melius, quia & ipse posuisti unde te possum cõmemorare quod uolo. Certe enim ista proposuisti in cõcessionibus meis, ex quibus me adducas ad intentiõem tuam, unũ deum esse, unã fidem, unum baptismũ, unam incorruptã & catholicam Ecclesiam: Quæ cum inter nos cõueniant, putas ex his illud quod non conuenit posse monstrari, apud eos qui non sunt in hac una Ecclesia, hoc unum baptisma esse non posse. Ego autem dico posse si non mutatur, si hoc idem obseruatur: nec ideo fieri ut non sit unum baptisma, quia est apud illos qui in una non sunt Ecclesia. Hoc autem probo ex his quæ in eadem sentẽtia posuisti de uno deo & una fide: inuenimus enim eundem deum extra Ecclesiam ab ignorãtibus coli, & nec ideo fieri ut non ipse sit deus: & fidem qua creditur Christum esse filium dei uiui, inuenimus etiam eos qui non pertinent ad membra Ecclesiæ confiteri, nec ideo fieri ut non sit una fides. Sic etiam cum inuenimus eundem baptismum ab eis qui sunt contra Ecclesiam in baptizandis hominibus obseruari, non ideo non esse ipsum baptismum existimare debemus.

Ioan. 5 Capit XXVIII Ephes. 4

Fortasse

Universidad de Deusto
Biblioteca

Non alius baptismus sed idem huic utilis illi inutilis

Fortasse ad hoc dicas, fieri nō posse ut extra ecclesiā idē ipse unus deus colatur, aut eadem fides qua confitemur Christum filium dei, unde Petrus beatus est appellatus, etiā in eis qui nō sunt in ecclesia, reperiatur. Hoc ergo restat ut probē. Habes in hoc ipso beati Pauli sermone quē supra ex Actibus apostolorū cōmemorauī, cū de deo loqueretur, quia inscriptum in ara inuenerat, Ignoto deo. quē uos, inquit, ignorātes colitis, hūc ego annuncio uobis. Quid eis prædicare cupiebat, nisi eundē deū quē præter ecclesiam ignorāter atq; inutiliter colebant, in ecclesia sapienter & salubriter colerent? Ita uobis & nos dicimus, quē baptismum uos ignorātes obseruatis, eius potestatē uobis nos annunciamus, nō ut cū ad nos ueneretis alterū accipiatis, sed ut eū qui iā apud uos erat utiliter habeatis. De fide etiā Iacobus apostolus cū loquere-
Iaco. 2 tur aduersus eos qui sibi quod crediderant sufficere arbitrabantur, & bene operari nolebāt. Tu credis, inquit, quoniā unus deus est, bene facis, & dæmones credunt & contremiscunt, Nempe in unitate ecclesiæ dæmones non sunt, nec ideo tamen possumus dicere aliud esse quod credunt, cū & do-
Marci 1 mino Iesu Christo dixerint, quid nobis & tibi est
1. Cor. 13 fili dei? Vnde Paulus apostolus, Si habeā, inquit, omnem fidem ita ut mōtes transferam, charitatem nō habeā, nihil sum. Non autem existimo quenq; ita desipere ut credat ad ecclesiæ pertinere unitatē eum, qui nō habet charitatem. Sicut ergo deus unus colitur ignoranter etiam extra ecclesiam, nec
Ephe. 4 ideo non est ipse, & fides una habetur sine charitate etiā extra ecclesiam, nec ideo non est ipsa. Vnus enim deus, una fides, unum baptisma, una incorrupta catholica ecclesia, nō in qua sola unus deus colitur, sed in qua sola unus deus pie colitur: nec in qua sola una fides retinetur, sed in qua sola una fides cū charitate retinetur. Nec in qua sola unus baptismus habeē, sed in qua sola unus baptismus salubriter habetur. Proinde unum deū, unam fidem, unum baptisma, unam incorruptam & catholicam ecclesiam nobis consentientibus tu proposuisti, sed non solum ex his id quod uolebas nō effecisti, uerumetiam ut ex his quod uolebamus te admoneremus, nos multum adiuuisti. Vide ergo nos q̄q; probabilem rationē sequamur, qui ea quæ schismatici uel hæretici corruperunt, cum ad nos inde ueniunt corrigimus: quæ uero sicut accepe-
Character runt tenuerunt, agnoscimus & probamus, ne cōmoti humanis uitijs ultra iustitiam faciamus ullā diuinis rebus iniuriam, cum Apostolū uideamus etiam in ara gentilium à quibus idola colebantur, dei nomen inuentum cōfirmasse potius q̄q; negasse. Nec enim propterea immutandus uel improbādus est regius character in homine, si erroris sui ueniam & militādi ordinem à rege impetrauerit, quia eundem characterem quo sibi satellites congregaret, desertor infixit: aut propterea signa mutanda sunt ouibus cum dominico gregi sociātur,
Ex aliorum exemplis quia eis dominicum signum fugitiuus seruus impressit. Quod si hæc tanquam decipientia formidatis, quia non sunt ecclesiastica exempla, quan-

Argumentū retortū in aduersarium

Ca. XXX

Ca. XXXI

A quā & de ouibus & de militibus datas esse in scripturis similitudines noueritis propheticarum scripturarum, quæ dicuntur ueteris Testamēti libris, nec à nobis nec à uobis rei huius inuenitur exemplum: circumcisionem certe præputij in figura futuri baptismi Christi ab antiquis obseruatam esse negare, ut arbitror, non audetis. Nunquid apud Samaritanos circumcisus, si fieri tunc uellet Iudeus, posset iterū circumcidi? Nónne illius hominis error corrigeretur, signaculum autem fidei agnitum probaretur? Et nunc sunt quidam hæretici qui se Nazarenos uocant, à nōnullis autē Symmachiani appellantur, & circumcisionem habent Iudæorum & baptismum Christianorum: ac per hoc quemadmodum si quis eorum ad Iudæos ue-
B nerit, nō potest iterum circumcidi, sic cum ad nos uenerit, non debet iterum baptizari. Adhuc dicturi estis, aliud est circumcisio Iudæorum, aliud baptismus Christianorum: sed cum illa umbra fuerint huius ueritatis, cur illa circumcisio & apud hęreticos Iudæorum esse potuit, iste autē baptismus apud hæreticos Christianorū non potest esse? Profer certe aliquem de scripturis canonicis, quarum nobis est communis authoritas, ab hæreticis uenientem denuo baptizatum: Nam quòd iusserunt apostoli quosdam post Ioannis baptismū in Christo baptizari, longe alia causa est. Nec enim Ioannes hæreticus fuit, amicus ille sponsi, quo nemo surrexit maior in natis mulierum. Longe ergo alia causa est, alioquin si Paulus post Ioannem baptizauit, cum ambo in unitate Christi fuerint, quan-
C to magis debent episcopi uestri, qui se in unitate Christi esse dicūt, baptizare post collegas suos, in quibus collegis mores aliquos recte reprehendūt, cum hoc fecerit Paulus, qui nihil potuit in Ioanne reprehendere. Ergo illa alia causa est, alia ratio, de qua nunc differere longum est, & in alijs opusculis nostris hinc multa iam diximus. Ab hæreticis ergo uenientem probate in scripturis canonicis denuo baptizatum. Nam & nos proferimus Petro dictum: Qui lotus est semel, nō opus habet iterum lauari. Sed etiam uos dicitis, Petrus non fuerat apud hæreticos baptizatus. Proinde quia nec uos potestis proferre de scripturis, quarum nobis cōmunis est authoritas, ab hæreticis uenientem denuo baptizatum, nec nos ita susceptum: quātum
D ad hanc rem attinet, par nobis causa est. Verum nos multa ostendimus etiam ad legē dei pertinentia esse apud eos qui nō sunt in ecclesia, quæ nemo uestrum audet negare: sed cur tale aliquid nolitis esse & baptismum, omnino non uideo, nec posse demonstrari confido. Sequimur sanè nos in hac re etiam canonicarum authoritatem certissimam scripturarū. Nec enim parui momēti quod cū inter episcopos anterioris ætatis q̄q; esse incipe ret pars Donati, ista quæstio fluctuaret, & uarias haberet inter se collegarum salua unitate sententias, hoc per uniuersam catholicam quæ toto orbi diffunditur obseruari placuit quod tenemus. Nam & uos profertis concilium Cypriani, quod aut non est factum, aut à cæteris unitatis membris

Ca. XXXII

Universidad de Deusto
Biblioteca

à quibus ille non diuisus est, merito superatum. Neq; enim propterea sumus episcopo Cypriano meliores, si tum censuit hæreticos denuo baptizari, quia nos hoc recte nõ facimus: sicut nec Petro apostolo meliores sumus, quia non cogimus gentes Iudaizare, quod ille fecisse Paulo apostolo attestante & corrigente mõstratur, cum similiter inter apostolos de circumcisione quæstio, sicut postea de baptismo inter episcopos non parua difficultate nutaret. Proinde quãuis huius rei certe de scripturis canonicis non proferatur exemplum, earundem tamẽ scripturarum etiam in hac re à nobis tenetur ueritas, cum hoc facimus quod uniuersæ iam placuit ecclesiæ, quam ipsarum scripturarum commendat authoritas, ut quoniam sancta scriptura fallere non potest, quisquis falli metuit, huius obscuritate quæstionis, eandem ecclesiam de illa consulat, quam sine ulla ambiguitate sancta scriptura demonstrat. Si autẽ dubitas quòd ecclesiam quæ per omnes gẽtes numerositate copiosissima dilatatur hæc sancta scriptura commendat, neq; enim si non dubitares, adhuc esses in parte Donati, multis & manifestissimis testimonijs ex eadem authoritate prolatis onerabo, ut ex tuis concessionibus si nimium peruicax esse nolueris, ad hoc etiam perducaris, cum prius ostendero etiam epistolæ meæ, cui respondere à contrario uoluisti, nihil te quod ad ueritatem pertineat respondere potuisse. Hoc interim satis sit quod propter nimiam obstinationem hominũ multa dicenda arbitratus sum, aduersus eos qui cum habeant principalem cuusam malam, ab ea præscriptione uolunt auertere iudices, cum dicunt nullo modo sibi loquendum esse nobiscũ. Probaui enim & de scripturis sanctis, & qua potui ratione perspicua, nec eloquentiam quantamlibet, nec dialecticam qualemlibet metuendam esse assertoribus ueritatis, quo minus assertores falsitatis disputãdo cum eis, & eos refellendo conuincãt. Vbi etiam demõstraui & illud quo te præter epistolam meam dixi permotum, quam non sit consequens, ut si concedimus esse baptismum in parte Donati, simul etiã concedamus in eadem societate quenquam baptizare oportere: quia sicut bonam legem potuit habere reprobus populus Iudæorum, sic bonum sacramentum potest habere reproba societas hæreticorum. Quid autem proprie detur in ecclesia quod præter illam omnino nõ datur, suo loco sine difficultate monstrabitur. Neq; enim recte ageremus cum hæreticis quos habere baptismum cõfitemur, ut omni modo ad ecclesiam catholicam ueniant, nisi ueniendo acciperent aliquid quod nec alibi possint accipere: & quod nisi acceperint, frustra & perniciose habeant quęcunq; alia, quamuis bona & ad legem dei pertinentia ubilibet accipere potuerunt. Hoc enim quicquid est quod secundum scripturas certissimamq; rationẽ inueniri potuerit, non nisi in sancta ecclesia uel dari uel accipi posse, hoc pertinebit ad fontem signatũ, puteum aquæ uiuæ, paradisum cum fructu pomorum, cuius ut potuisti mẽtionem fecisti. Sed quid illud sit non te intellexisse ostendisti, quandoquidem hoc de uisibili baptismo dictum esse arbitraris: quod licet sanctum sit, neq; ullo modo prætermittẽdum, quoniam sacratissima significatione præpollet, cũ multi eum tamen accipiant, non solum boni qui secundum propositum uocati sunt cõformes imaginis filij dei: sed etiam hi qui regnum dei nõ possidebunt, in quibus sicut dicit Apostolus, & ebriosi & auari numerantur: puto quòd si pertinacia deposita cogitaueris, uerum me dicere, tibi ipse facile respondebis, ut nõ quæras fontem signatum & puteum aquæ uiuæ, nisi quo hi qui displicent deo diuinitus nõ permittũtur accedere. Contuli, lege.

Ecclesiæ authoritas *Caput* XXXIII

Epilogus *Caput* XXXIIII

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA Cresconium Grammaticum, Liber secundus.

VPERIORIS uoluminis tã prolixo sermõe puto quòd tandem aliquando persuasimus, non esse in hoc laudandos uestros episcopos neq; approbandos, quod de causa dissensionis quæ nostram communionem dirimit, nolũt nobiscum habere colloquium. Hac enim quasi præscriptione se in causa pessima putant acutissimos, quam, nisi fallor, & ueris cetisq; rationibus, & maxime diuinarum scripturarum exẽplis penitus amputaui, quibus dilucidissime docui, à sanctis prædicatoribus atq; assertoribus ueritatis, etiam contra præsentes eius aduersarios, nec tantum qui ex eodem populo quo & illi fuerunt, uerumetiam contra alienigenas & extraneos, & unde præcipue uanas formidines iniicitis imperitis, contra eos qui dialecticam maxime profiterentur, habitum fuisse sermonẽ, ne contentiosissimus habeatur diligentissimus prædicator: & ne litigator putetur impiger disputator, instans secundum præceptum Apostoli opportune importune, ut doctrina sana cõtradicentes redarguãtur, uaniloqui refellantur, inquieti corripiantur, pusillanimes consolentur, infirmi suscipiantur, dũ aduersus omnes resistentes, uerbum salutis euangelicæ cum patientia defenditur, sine diffidentia prædicatur. Ostendi etiam quàm non debeatis ideo putare apud uos esse hominem baptizãdum, quia & nos consentimus, quòd & haberi à uobis baptismus possit & dari, cum & illud dicamus perniciose haberi & perniciose dari, quoniã illa sancta quibus utiq; mali uti possint, quãto sanctiora sunt, tanto ab eis inutilius pœnaliusq; tractantur. Vnde cum ad ecclesiam sanctam ueniunt, ipsi corrigendi sunt: nõ à nobis illa uiolanda, quę nec à malis mutata sunt. Audi ergo Cresconi, dũ breuiter & hoc demonstro, nihil te dixisse per totam epistolam tuam quo refelleres meam, nisi forte quòd

Repetit & differt. Cap. I

1.Cor.6

1.Tim.4 1.Thes.5

mẽ nomina

me nomina deriuare uel declinare docuisti, ut à Donato Donatianos potius quàm Donatistas dicere, quam tamen Græcam saltem declinationem esse concedis, uidelicet quòd ita Donatistæ à Donato, ut euangelistæ ab euangelio nominẽtur, quo te delectari dicis, ut uestris euangelium prædicantibus, à simili mutata sit uocabuli declinatio. Vide ergo ne forte ipsi priores hoc uoluerint appellari, quia Donatum habent pro euangelio: nam sic isti à Donato, quomodo sancti omnes nolunt ab euangelij societate discedere, & ideo delectantur uocari Donatistæ, sicut euãgelistæ: tuq; potius eis facias iniuriam, cum scribis in Latino sermone, nõ nisi Latinam regulam probãs, Donatianos à Donato, sicut ab Arrio & Nouato, Arrianos & Nouatianos uelles uocari. Namq; ego cum scriberem, iam à nescio quibus propagatũ sonabat hoc nomen, neq; id mutare curaui, cũ & hoc ad distinctionem quam uolebam satis sufficere existimarẽ.

Demosthenes Si enim Demosthenes clarissimus oratorum, cui uerborum tanta fuit cura, quanta rerum authoribus nostris, cũ tamen *ei* nonnullam locutionis insolentiam obiecisset Aeschines, negauit ille in eo positas esse fortunas Græciæ, illo ne an illo uerbo usus fuerit, & an huc an illuc manum porrexerit: quanto minus nos laborare debemus de regulis deriuandorum nominum, quando siue hoc siue illud dicamus, intelligit̃ sine ambiguitate quod dicimus, quorum nõ in expolitione sermonis, sed in demonstratione ueritatis est maior intentio. Si autem quisquam nostrorum primus flexit hoc nomen, nullo modo mihi uidetur illud simile intuitus, quòd euangelistæ ab euangelio nuncupantur: sed quia per Donatum non tantum Carthaginis, qui hanc hæresim maxime roborasse perhibetur: sed etiam maiorem Donatũ à Casis nigris, qui altare contra altare in eadem ciuitate primus erexit, magnum scandalum factum est: ita fortassis à Donato Donatistas, ut ab scandalo scãdalistas uoluit

Irridet Crescõnium Cap. 11 appellare. Sed ego ea in re in qua nihil causę nostræ minuitur, me facillimum præbeo, & quando tecum ago, iam Donatianos uoco: quando autem cum alijs, cõsuetudinem potius sequor quæ his sonis iure dominatur: Tu tantum memento me, cui tantam tribuisti eloquentiam, nondum nosse nomina declinare, & nuncia uestris securitatem, ne iam timeant tãquam dialecticum, cui uides adhuc necessarium esse grammaticum. Quòd si disciplinam disputandi siue dialecticam uelis appellare, si ue quid aliud: satis tamen sobrie docet cum de re constat, non esse de nomine laborandũ. Sicut non curo utrum ea ipsa dialectica uocetur, curo tamen quãtum ualeo nosse ac posse disputare, hoc est, ueritatem à falsitate in loquẽdo discernere: quia hoc nisi curauero, perniciose errabo: ita non curo utrũ Donatistæ an Donatiani peritius & literatius declinemini, utrum postremo à Donato, uel qui primus extra ecclesiam sacrificauit, uel qui hanc dissensionem maxime roborauit: an à Maiorino qui primus contra Cæcilianum uestræ partis episcopus ordinatus est, dicatis uobis, quãdo loquimur distinctionis causa indi uocabulum. Quòd autem hæretici sitis, quòd ideo ne decipiatis, cautissime deuitandi: nisi diligenter demõstrare curauero, nõ paruam negligentiæ culpam pro mei officij sarcina incurram. Quanquam id quod inter nos accidit, schisma potius quàm hæresim censes appellari oportere, & quod raro audere dialectici solẽt, etiam definitionibus ista discernis, ubi quantum nos adiuues, satis demonstrare non potero, nisi ex epistola tua inferam uerba tua, Quid sibi uult, inquis, quòd ais hæreticorum sacrilegum errorem? Nam hæreses non nisi inter diuersa sequentes fieri solent: nec hæreticus nisi contrariæ uel aliter interpretatę religionis est cultor, ut sunt Manichæi, Arriani, Marcionitæ, Nouatiani, cęteriq; quorum inter se contra fidem Christianam diuersa sententia stat. Inter nos quibus idẽ Christus natus, mortuus & resurgens, una religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum, schisma factum, non hæresis dicitur. Siquidem hæresis est diuersa sequentium secta: schisma uero eadem sequentium separatio. Quare & in hoc studio criminandi quem tu incurris nõ uides errorem, cum quod schisma est hæresim uocas. Hæc nempe uerba tua sunt quę exposui ex epistola tua. Iam nũc attende si pertinax non sis, quàm facili compendio id quod inter nos agebatur, ipse finieris. Si enim & nobis & uobis idem Christus natus, mortuus ac resurgens, una religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatiõe diuersum est, nónne rebaptizare peruersum est? Tria namq; posuisti, quorum si unum posuisses, satis superq; sufficeret. Sed quasi contra Donatianos fideliter agere-s, ne quisquam uel nimis acutus, id quod semel breuiterq; dixisses interpretari aliter conaretur, etiam obtusis auribus & cordibus tuam curasti immergere atq; inculcare sententiam. Vna, inquis, religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum, & adhuc aduersus inuicem laboramus. Iam tandem aliquando cohibete dissensionem, finite lites, amate pacem. Quid reprobatis? Quid exufflatis? Quare rebaptizatis? Vna religio est, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. Nam si uobis & nobis nõ est unus baptismus, quomodo est una religio? Ergo & unus baptismus, quomodo sunt eadẽ sacramenta. Sed tu dixisti eadem sacramenta, idem ergo & baptismus. Item si nobis & uobis diuersus est baptismus, quomodo nihil est in Christiana obseruatione diuersum? Sed tu dixisti nihil in Christiana obseruatione diuersum, non ergo diuersus est baptismus: Quod cũ ita fuerit, nos recte quod unum atq; idem neq; diuersum est, nec improbamus, nec exufflamus, suscipimus & acceptamus. Vos uero impie quod unum atq; idem neq; diuersum est, dissimulatis agnoscere, suscipere recusatis, acceptare nõ uultis, sed eligitis improbare, audetis exufflare, nõ metuitis iterare. Et cum in hoc ipso q̃ ea quæ inter nos mutata nõ sunt, nos suscipimus, uos refellitis: nos si à uobis data sunt, data iudicamus: uos si à nobis data sunt, tanq̃ non data

Donatianos probat & hæreticos & schismaticos Cap. 1111

repetitis. Cum diuersa sequamini, appellari uos hę reticos dedignamini. Attende diligenter quid dicas, & quid dicā. Tu certe definisti & dixisti, Hæresis est diuersa sequentium secta: schisma uero eadem sequētium separatio, Item tu dixisti, nobis & uobis unam esse religionem, eadem sacramēta, nihil in Christiana obseruatiōe diuersum. Quare ergo rebaptizas Christianum, ego autem non rebaptizo? Diuersa utiq; sequimur. Quare te dici non uis hæreticum? puto quòd non paruo signo agnoscamus hæreticos, qui cum sibi & nobis unam religionē, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatiōe diuersum esse fateātur, nolunt nos agnoscere baptizatos. An tanta obstinatione contenditis, tanta dissensione ueritati resistitis, ut à religione, à sacramentis, à Christiana obseruatione baptismum separetis? Quod si facitis, in eo estis hæretici quod ad religionem, ad sacramēta, ad obseruationem Christianam baptismum pertinere non uultis. Si autē nō facitis, in eo estis hæretici, quòd eos qui nobiscum habent unam religionem, eadē sacramēta, nihil in Christiana obseruatione diuersum, cū & baptismum ad religionē, ad sacramenta, ad Christianam obseruationem pertinere fateamini, tamen rebaptizatis. Attende enim diligēter definitionē tuam in qua dixisti, Hæresis est diuersa sequentium secta: & uide utrum non diuersum sequamini, aut separando baptismum à religiosa obseruatione Christianorum sacramētorum, quibus eum nos inter magna coniungimus: aut eos cū quibus in una religiosa obseruatione Christianorum sacramētorum etiam baptismus unus est, tamen rebaptizando, quod nos detestamur.

Vrget uerba Cresconij Cap. V

Quàm uellem si possem, cum aliquē deceptum ex nostris fidelibus, uestri nefandis interimēdum insidijs excipiūt, cum apud nos iam baptizatum, nec cœpisse dicūt esse Christianum, cum tāquam paganum exufflant, cum catechumenum faciunt ut præparent, deinde retingendum uel potius extinguendum, repente alicūde existere, cum hac epistola tua, & hunc ipsum eius locū in medijs eorū ausibus recitādo porrigere & exclamare, Quid facitis? Ecce audite, uidete, legite, una est nobis uobiscq; religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum, in cuius nomine iste baptizatus sit prius interrogate: & tunc si alium meliorem in uestro baptismo nominatis, date. Tunc illi fortasse si non ipsa rerum euidentia contremiscerent, continuo consilium suum magnum uidelicet atq; acutum proferrent & dicerent, Quis iste è nobis est cuius epistolā geris? Laicus noster est, nobis uinceret, uincitur sibi. Tamen ego si adessem, conuersus ad te dicerem. Tu saltem obsecro dic nobis quid isti faciunt? Ecce apud nos baptizatum rebaptizare disponunt: Certe ergo nobis & uobis una religio, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. An responderes, sed Christi baptismus non est religio, non est sacramentum, non est obseruatio Christiana? Auerterit deus hanc à tua mente dementiam. Quid igitur mihi responderes urgēti ac dicenti, Vna nobis uobiscq; religio est: quibus autem baptismus unus non est, nō est una religio: Ergo nobis uobiscq; unus est baptismus, eadem nobis & uobis sacramēta sunt. Quibus autem baptismus idem nō est, non sunt eadem sacramenta, Ergo idem nobis & uobis est baptismus, nihil est nobis & uobis in Christiana diuersum obseruatiōe. Quibus autem diuersus est baptismus, non utiq; nihil est in Christiana obseruatione diuersum. Non ergo nobis & uobis diuersus est baptismus, Cur quod unum est improbatur, cur quod idē est exufflatur, cur quod diuersum non est iteratur? Me sic agente in *Cap. VI* præsentia, sic instante, ad quas tergiuersationes confugeretis? Videlicet contemnerent in epistola tua illi Grammaticos, tu accusares in nostra dialecticos, sed ueritas ex utraq; superaret hæreticos, hoc solum in eis ostendens à nobis esse diuersum, quod constat esse peruersum: quia nos sacramenta nostra cognoscimus, errorem alienum emendamus: uos autem eadem sacramenta fatemini, quæ tanquam nulla sint iteratis, magna diuersitate reprobantes quod diuersum non esse conceditis.

Proinde quamuis inter schisma & hæresim ma *Quid pro* gis eam distinctionem approbē, qua dicitur schis *prie schisma* ma esse recens congregationis ex aliqua sententia *Cap. VII* rū diuersitate dissensio, Neq; enim scillio uel schisma fieri potest nisi diuersum aliquid sequātur qui faciunt: hæresis autem schisma inueteratum: tamē quid hinc opus est adlaborem, cum me tantum adiuuent definitiones tuæ, ut si mihi & per alios uestros concederetur, schismaticos uos libentius quàm hæreticos dicerem. Si enim schisma faciunt quibus cum eis à quibus se diuidunt una religio est, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatiōe diuersum: hinc est uestra rebaptizatio damnabilior, quia in una religione, eisdem sacramētis, nihilo in Christiana obseruatione diuerso alius est, diuersus esse nō potest baptismus. Sed quoniā nec nullum est nec aliquid paruū, quod diuersum sequimini cū ab unitatis uinculo separati, etiam de repetitiōe baptismi dissentitis à nobis: fit ut secundum istam ipsam definitionem tuam qua dixisti, Hæresis est autem diuersa sequentium secta, & hę retici sitis & uicti appareatis. Hæretici quidem quòd non tantum diuisi, uerum & in rebaptizando diuersum sequimini. Victi autem, quia datum per nos baptismum tanquaq; non ipsum, sed tanquam nullum sit iteratis, quod unum atq; idem, nec diuersum esse fatemini. Tua quippe uerba sūt quòd nobis uobiscq; sit una religio, eadē sacramēta, nihil in Christiana obseruatione diuersum.

Quapropter si literis tuis pars Donati subscri *Donatistæ uana* beret, ac inde ista quæ à me atq; à te dicta sunt, si *Cap. VIII* ne insana pertinacia uel impudentia cogitaret, nihil ulterius aduersus nos sentiret & diceret. Sed quoniam tu es cui respondeo, iam puto quòd & ipse uideas, q; non studio criminandi, sed perniciosam redarguendi fallaciam dixerim Donatistarum hæreticorum sacrilegum errorem. In quibus quatuor uerbis siue nominibus, quia hoc uel tibi uel arti Grammaticæ placet, primū quod positum est Dona

Universidad de Deusto
Biblioteca

est Donatistarum corrigo & muto & Donatiano rum dico, cætera uero tria quoniam uerissima dicta esse, iam ut puto sentis, uos corrigite, uos mutate. Mutate inquam & corrigite Donatianorū uel quodlibet aliud uocandi sitis, tamen hæretico rum sacrilegum errorē: nam & hæretici estis, uel quòd in schismate inueterato remānsistis, uel ex tua definitione quòd de ecclesia, quæ corpus est Christi, uel de iteratione Christiani baptismi diuersum sequimini. Et sacrilegus error est nō solum à Christiana unitate separatio, uerumetiam sacramentorum, quæ secundum tuam confessionem uel concessionem una atq; eadem sunt, uiolatio atq; rescissio. Quod si corrigitis & mutatis, quomodo tales uos suscipimus quales eratis? Vnde inaniter tam multa locutus es, & cum sis ingenio tam acuto, consuetudine audiendæ uanitatis obtunderis, ut uideatur tibi quòd cum ad nos à uobis transeunt, tales eos quales erant suscipimus, quia in eis traditionem Christianorum, quam nec alienati alienauerant, nec peruersi peruerterant approbamus, quæ sacramenta etiam tu, quamuis non talis quales nos sumus, nō potuisti tamen nisi talia, nec sic talia, quasi alia similia, sed omnino eadem confiteri. Obsecro te dic mihi, quomodo talis est qualis fuit qui ueneratur ecclesiam quam blasphemabat, qui tenet unitatem quam non tenebat, qui habet charitatem quam non habebat, qui accipit pacem quā respuebat, qui approbat sacramentum quod exsufflabat? An uero ita sunt omnia falsis uera præposterata, ut non dicantur mutati, in quibus ea quæ diuersa fuerant ueritate corrigun- tur, & mutati dicantur, in quibus ea quæ similia una eademq; fuerant, uanitate iterantur? Noli ergo ulterius in hac re, non tantum carnaliter, uerū etiam pueriliter sapere, ut tales quales erāt uestros à nobis suscipi existimes, qui conuersione uoluntatis ab errore ad ueritatem, à diuisione ad unitatem, à dissensione ad pacem, ab inimicitijs ad charitatem, ab humana præsumptione ad diuinarum scripturarum authoritatem, non ante incipiunt esse nostri quàm esse destiterint uestri. Hæc conuersio uoluntatis repente mutauit, non solum in latroneo peccatorem, uerumetiam in cruce latronem. Nisi putas quòd Christus in paradiso secum esse uoluisset cruentum sceleratumq; hominem, si non cordis illa conuersio continuo faceret innocentē, ut eo die, ex eo loco, ex eo ligno transiret ad immortale fidei præmium, in quo exceperat mortis pro iniquitate supplicium. Siue enim ad malum siue ad bonum paruo momento animus commutatur, sed nō ideo paruum est quod meretur. In ipsis corporalibus & temporalibus pœnis & beneficijs diu nutritam quamlibet ætatem unus ictus interimit, & decem & octo annorum ægritudinē mox ut dominus dignatus est iubere, sanauit. Crede certe rebus, non uerbis inanibus. Mutati ad nos uestri transeunt, absit ut ipsi sint qui fuerūt. Quod utinam & tu facias, & quàm uerū sit in te tibi credas. Magnum aliquid tibi dicere uisus es nominando Candidum Villaregiensem, & Donatum Macomadiensem, qui ex uestris episcopis etiam apud nos episcopi fuerūt, & probata uita ad honorabilis senilis ætatis meritum peruenerunt: quasi sacramenta & inuocatio nominis dei quæ fit apud uos ipsa inimica sit nobis, cū & in eis qui extra ecclesiam sunt, non sit omnino nisi ecclesiæ. In qua quæstione si meis uerbis laborarem, tuis adiuuarer. Nam si extra ecclesiam nihil ecclesiasti cum posse esse sentires, non ipse dixisses, nobis & uobis unam esse religionem, eadem sacramenta, nihil in Christiana obseruatione diuersum. Quibus uerbis tuis non in totum consentio. Christiana quippe ecclesia caretis, Christianam charitatē non habetis: Christiana sanè in uobis sacramenta cognosco, & in his illud quoq; diuersum improbo ac respuo, quod cum eadem etiam in schismate habeatis, eadē in catholicis exufflatis. Prorsus agnoscit in uobis ecclesia cuncta quę sua sunt, nec ideo non sunt eius quia & apud uos inueniuntur. Apud uos quippe aliena sunt, sed cū uos correctos recipit, cuius sunt, fiunt etiā salubriter uestra quæ perniciose habebatis aliena. Discordia uos possidet sub titulo pacis. Ergo discordia pellatur, pax introducatur. Quid causæ est ut titulus deponatur? Episcopus est, inquis, episcopum recipis: presbyter, presbyterum. Posses & mihi hoc dicere, homo est, hominem recipis. Tam quippe in illo sacramenta Christiana quàm membra humana cognosco, nec curo per quem fuerint seminata sed à quo creata. Quibus si male uti uoluerit, eoipso malus sit quòd creatorem de bonis eius offendit. Si autem bene uti uoluerit, se corriget, non illa mutabit. Et de episcopis quidē uel clericis recipiendis alia quæstio est. Quamuis enim cum apud uos ordinantur, non super eos inuocetur nomen Donati sed dei: tamen ita suscipiuntur ut uidetur paci & utilitati ecclesiæ conuenire. Neq; enim episcopi propter nos sumus, sed propter eos quibus uerbum & sacramentum dominicum ministramus: ac per hoc ut eorū sine scandalo gubernandorum sese necessitas tulerit, ita uel esse uel non esse debemus, quod non propter nos sed propter alios sumus. Deniq; nonnulli sancta humilitate prediti uiri, propter quædam in se offendicula, quibus pie religioseq; mouebantur, Episcopatus officium nō solum sine culpa, uerumetiam cum laude posuerunt. Nunquid sic etiam Christianum nomen & fidem laudabiliter, ac non potius damnabiliter ponerent? Sicut in accipiendis his rebus possunt esse iustæ causæ cur excuset quisq; fieri episcopus: nec tamen similiter potest ulla causa esse iusta cur quis excuset fieri Christianus. Quid ita, nisi quia sine episcopatu uel clericatu salui esse possumus, sine Christiana uero religione non possumus?

Proinde uestri episcopi seu quilibet clerici, quantum ad ipsa ecclesiastica officia pertinet, sic in catholicam suscepti sunt unitatem, quemadmodum expedire uidebatur ijs quorum saluti per eorum consulebatur officium uel exercendum uel omittēdum. Veruntamen etiā de ipsis qui & apud nos eosdem administrauerunt honores: nunquid

De eodem Cap. IX

Matth. 9 Luc. 23

Sacramēta cōmunia orthodoxis & hæreticis Ca. X

Recipiuntur episcopi Cap. XI

Quomodo purgantur hæretici resipiscentes Cap. XII

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſicut dicere potuiſti: Epiſcopus eſt, epiſcopum re-
cipis: ita poteris dicere: hæreticus eſt, hæreticum
recipis: aut ſchiſmaticus eſt, ſchiſmaticum recipis:
aut Donatianus eſt, Donatianum recipis? His e-
nim nominibus non gradus honoris à plebeia di-
gnitate, ſed crimen erroris à catholica ueritate di-
ſtinguitur. Proinde illa tanquam eccleſiaſtica mu-
nera etiam in alienis inuenta, qui uos relinquẽdo
ad nos tranſeundo noſtri fiunt, pro utilitate popu
lorũ, quibus hac diſpenſatione ſeruimus ſuſcipiun
tur: illa uero uitioſa & proprie ueſtra, ſanãtur, cor-
riguntur, mutantur: dum tamen ea ſacramenta ſi-
ne quibus homo non poteſt fieri Chriſtianus, etiã
in hæreticis ſic tractentur, ut cum ad eccleſiam ue
niunt, quod defuerit addatur, quod agnitum fue-
rit approbetur: ne dum nimis offendimur eis ma-
lis quæ cõtra eccleſiam pepererunt, perſequamur
etiam bona quæ de eccleſia diſcedendo traxerũt.
Nam etiã ſic ramus fractus, ſi rurſus, ſicut ait Apo
Rom.11 ſtolus, inſerendus ſit, radix ei redditur, non forma
mutatur. At enim noſtros, inquis, hæreticos & ſa-
crilegos uocas, quod nefariũ & inexpiabile crimẽ
eſt: nunquid talibus ſine aliqua expiatione ignoſci
debet aut poteſt: Cur ergo, inquis, non emaculas
uenientem: cur non primo abluis & emundas, &
ſic tibi cõmunicet? Quid quòd ex his uerbis tuis
multo conuenientius alius dixerit, talibus tamen
ignoſci nec debere nec poſſe: teq; tibijpſi cõtraria
locutum eſſe mõſtrauerit, ut ideo diceres cum ali-
qua expiatione talibus ignoſcẽdum, quia id quod
obijcitur inexpiabile. Quomodo ergo expiatur
quod inexpiabile eſt? Quomodo ſperem te audi-
turum eſſe quod dico, qui tam in proximo non au
dis ipſe quod dicis, cum tibi continuo contradicis
cẽſendo expiandũ quod inexpiabile dixeris? Nos
autem ita ueſtrum dicimus hæreticum & ſacrile-
gum errorẽ, ut tamẽ inexpiabilem non dicamus,
Alioquin fruſtra uobiſcũ ut eo relicto correcti ad
eccleſiam catholicã tranſeatis, quibus modis poſ-
ſimus agẽdũ eſſe cenſuimus. Nec noſtro ſicut ſcri
bis uerbo te uti arbitreris, quaſi hoc malũ ſine ue-
nia, & ſine medico eſſe dicamus, quod omino nõ
dicimus, quia & ueniam merentur quos huius ma
li pœnituerit, & omnipotens eſt medicus qui per
Ezech.18 Prophetam dicit, Si conuerſus fueris & ingemue
ris, tunc ſaluus eris. Quapropter ſi in aliquem for-
te incidiſti, uel minus in his rebus inſtructum, uel
minus quid loqueretur intuentem, quamuis eſſe
communionis catholicæ uideretur qui hoc tibi di
ceret, ipſe potius huius incõſiderati uerbi ueniam
mereatur: ſicut tu qui cum ſis tam liberaliter erudi
tus, & in arte uerborum non mediocriter doctus,
minus tamen quid loquaris attendens, expiãdum
cenſes quod inexpiabile dixeris: & quod eſt mon-
ſtroſius, ideo expiandum quia inexpiabile. Nõ eſt
catholicũ eos hortari, ut errore correcto ſalui fiãt,
quos inexpiabiliter atq; inſanabiliter aſſerimus er
rare. Sed ideo uobis non uidentur mundari, cũ ad
nos à uobis tranſeunt, quia non denuo baptizan-
tur: quaſi ſolo baptiſmo quem repeti non oportet,
cum idem atq; unus eſt, homines ab errore mun-

dentur. Mundantur & uerbo ueritatis ab illo qui Ioan.15
ait, Iam uos mundi eſtis, propter uerbum quod lo
cutus ſum uobis. Mundantur & ſacrificio contriti
cordis ab illo de quo dictum eſt: Sacrificium deo Pſal.50
ſpiritus contribulatus, cor contritum & humilia-
tum deus nõ ſpernit. Mundantur & eleemoſynis
ab illo qui ait: Date eleemoſynam, & ecce omnia Luce 11
munda ſunt uobis. Mundantur ipſa quę ſuperemi
net omnibus charitate ab illo qui per apoſtolũ Pe
trum dixit, Charitas cooperit multitudinem pec- 1.Petri 4
catorum: quæ una ſi aſſit, omnia illa recte fiunt: ſi
autem deſit illa, oĩa fruſtra fiunt. Hæc uero un- Rom.5
de ſit, audi docentẽ Apoſtolum: Charitas, inqt, dei
diffuſa eſt in cordibus noſtris per ſpiritum ſanctũ
qui datus eſt nobis. Vnde merito credũtur qui ex-
tra eccleſiam baptiſmum eccleſię perceperunt, nõ
habere ſpiritum ſanctum, niſi cũ ipſi eccleſiæ uin-
culo pacis per connexionem charitatis adhære-
ſcunt. Iam enim locus eſt ut oſtendam quod in Quid in
primo libro diſtuleramus, quid in eccleſia quę ſan eccleſia
ctũ corpus eſt Chriſti proprie poſſit accipi, quod beri nõp
præter illam non poteſt accipi. De his enim qui Cap. X
ſchiſmata faciebãt, idem Apoſtolus dicit: Anima
lis autem homo non percipit ea quæ ſunt ſpiritus
dei: primam ad Corinthios epiſtolam lege, & inue
nies. Baptiſmus igitur ſacramẽtum eſt nouæ uitæ
ac ſalutis æternæ: quem multi habent nõ ad uitam
æternam, ſed ad pœnam æternam, non bene uten-
tes tanto bono. Charitatem uero ſanctam quę eſt
uinculum perfectionis, nemo poteſt habere nõ bo
nus, nemo qui habet poteſt eſſe uel ſchiſmaticus
uel hæreticus. Cum ergo quiſq; ad eccleſię ueniẽs
unitatem, cum eius membris ueraciter copulatur,
accipiat ſpiritum ſanctum, per quem diffunditur
charitas in cordibus noſtris, eademq; charitas co-
operiat multitudinem peccatorum, ut baptiſmum
quem primum habebat ad iudicium, habere iam
mereatur ad præmium: quomodo eum mũdari ne
gas, niſi quia omnino quæ ſit mundatio ſpiritalis
ignoras? Non igitur ſicut conuiciaris, tanquam in
aſylum Romuli ueſtros nocẽtes recipimus, quos
ciuitas dei recipiendo efficit innocentes, cum ad
eandem ueraci corde tranſierunt, de qua eius cõ-
ditor dicit, Non poteſt ciuitas abſcondi ſuper mõ- Matth.5
tem conſtituta. non enim eam cõdidit qui fratrem
ſuperbe occidit iratus, ſed qui fratres humiliter re-
demit occiſus. Hanc ſpiritu ſancto mundante læ- D
tificat de quo clamabat dicens, Si quis ſitit, ueniat Ioan.7
& bibat: non aquam uiſibilem commendans quæ
datur in baptiſmatis ſacramento, quam & boni &
mali habere poſſunt, quamuis ſine illa boni ſalui
fieri non poſſint. Quæ quamuis eccleſiæ ſit, tamẽ
etiam foras profluit, cum & apud illos inuenitur
qui ex nobis exierunt, ſed nõ erant ex nobis: ſicut
aqua in aliquo ex illis memorabilibus quatuor flu
minibus negari non poteſt quòd ſit aqua paradi-
ſi, quamuis non ſit in ſolo paradiſo, quæ etiam ex-
tra inde manauit. Non ergo hanc aquam, ſed Spiritus
aquæ nomine inuiſibile dei donum ſanctum ſpiri- ſanctus
tum commendabat dicens: Si quis ſitit, ueniat & Ca. X
bibat: ſicut euidenter euangeliſta teſtatur adiun-

gens

gens: Hoc autem dicebat de spiritu quẽ accepturi erant credentes in eum. Spiritus enim nondum erat datus, quia Iesus nõdum fuerat clarificatus. Et utiq; quantum ad sacramentum attinet lauacri uisibilis, antequam esset resurgẽdo clarificatus, iam baptizauerat plures quàm Ioannes, sicut ipsum
Ioan. 4 loquitur Euangelium. Vnde dicit discipulis suis: Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autẽ bapti-
Acto. 4 zabimini spiritu sancto, quem et accepturi estis nõ post multos dies hos usq; ad Pentecosten. Hic spiritus sanctus ueniens in eos, tale signum primitus dedit, ut qui eum acceperant, linguis omnium gẽtium loquerentur: quia portendebat ecclesiam per omnes gentes futuram, nec quenquam accepturũ spiritumsanctum, nisi qui eius unitati copularetur. Huius fontis largo atq; inuisibili flumine lætificat deus ciuitatem suam, de qua Propheta prædixit,
Psal. 45 Fluminis impetus lętificat ciuitatem dei. Ad hunc enim fontem nullus extraneus, quia nullus nisi uita ęterna dignus, accedit. Hic est proprius ecclesię
Prou. 3 Christi, cui tanto ante prophetatũ est, Fons aquæ tuę sit tibi proprius, & nemo alienus communicet
Cant. 4 tibi. De hac enim Ecclesia & de isto fonte dicitur & in Cantico Canticorum, Ortus cõclusus, fons signatus, puteus aquæ uiuæ. Hoc uestri de
De eodem Caput. XV uisibilis baptismatis sacramento accipientes, tantum errant ut res absurdissimas fateri cogantur inuiti: quod ad illum scilicet fontem uiuum, qui pro-
Prouerb. 5 prius est unicæ columbæ, de quo dictum est, Nemo alienus communicet tibi; ad ortum cõclusum
Mat. 8 puteumq; signatum, potuerit accedere Simon magus, quem legimus à Philippo baptizatum: potuerint accedere tot ficti, de quibus gemens loquitur
Cyprianus in epistola de lapsis Cyprianus, Seculo uerbis solis & non factis renũciantes: tot etiam Episcopi auari de quibus idẽ ipse testatur, Fundos insidiosis fraudibus rapientes, usuris multiplicantibus fœnus augentes. Ista quippe in baptizatis & baptizantibus uisibili baptismo reperiuntur. Ad illum tamen fontem proprium cui nemo communicat alienus: ad illum fontem signatum, hoc est, ad spiritus sancti donũ, quo charitas dei diffunditur in cordibus nostris, nullus istorum nisi mutatus accedit, ita omnino mundandus, non ut non sit, sed sit cœlestis particeps pacis, sanctę socius unitatis, plenus indiuiduę charitatis, ciuis angelicæ ciuitatis. Ad hanc itaque ciuitatem quisq; hæresis uel schismatis depositio errore, correctis moribus, pia mente conuertitur, si iam sacramenta gestabat, quæ foras etiam ad indignos profluere potuerunt, hæc honorantur in eo, quia & in alienis non uidentur aliena, sed iam illo proprio cui nemo communicat alienus, illo signato spiritus sancti fonte mũdatur, à quo apud uos etiã quisquis cæteris moribus laudabilis fuerit, solo schismatis uel hæresis crimine separatur. Cum ergo
Aliter hereti ei diter pagani recipiũtur Cap. XVI ueniunt ad nos uestri, desistentes esse uestri, incipientes esse nostri, accipiunt quod non habebant, & salubriter habere incipiunt, quod tanto pernitiosius, quanto indignius habebant. Accipiunt enim primitus ipsam Ecclesiam, & in ea pacem, charitatem & unitatem per fontem eius proprium atque

A inuisibilem spiritum sanctum, sine quibus utique nullo dubitante interijssent, quicquid aliud apud uos quod de ecclesia foras trahi potuit habuissent: facilioręautẽ uenia quod nondum habuerunt accipiunt, quàm si habuissent & tamen deseruissent. Et hoc discernitur apud nos, ut aliter recipiantur qui catholicam reliquerunt, aliter qui ad illam primitus ueniunt. Illos enim amplius grauat crimen desertionis: hos autem non à se diruptum, sed cognitum & retẽtum uinculum releuat unitatis. Vnde fieri potest ut quos seductos rebaptizauerunt, ipsi pro eis pœnitentibus dominum deprecentur, si prius isti conciliati quàm illi reconciliati ecclesię fuerint. Sicut fieri potest, ut etiam cultores idolorũ si quos forte Christianos ad idola seductos apostatas fecerint: si priores seductores facti fuerint
B Christiani, & magnum aliquod meritum in Ecclesia consecuti, per ipsos illi quos deceperant redeant, per ipsos commendentur et reconcilientur domino per quos dimiserant dominum. Quod enim ualet ad mundanda sacrilegia gentilium, recte perceptum sacramentum baptismatis: hoc ualet ad mundanda sacrilegia schismaticorum & hæreticorum, ueraciter apprehẽsa charitas unitatis. Quam obrem sicut seductores fidelium Christianorum uenientes ad Christum seductis redeuntibus præponuntur, unde isti & Episcopi fieri possunt: ita mirari non debent decepti ab hæreticis quando ad catholicam ueniunt. Isti nanque excusabilius petunt, quæ sibi defuerunt, illi humilius repetunt quod fuerunt. Istos honorabilius ubi nondum steterant aduocamus, illos suspectius unde lapsi fue-
C rant reuocamus. Proinde iam peruides ut opinor, nõ frustra me dixisse Donatistarum, uel ut tu mauis Donatianorum, hæreticorum sacrilegum errorẽ, si & ab ecclesia catholica dissentitis, & quæ una atque eadem fatemini sacramenta rescinditis: nec tamen sine uenia uel insanabiles estis misericordię dei, quia discordioso errore deposito, ad catholicam ueritatem pacemq; conuersi, per donum eius proprium, hoc est sanctum eius spiritum, per quẽ diffunditur charitas in cordibus nostris, mundari sanariq; poteritis: non ut destruantur in uobis Ecclesiæ sacramenta, quæ aliena perniciose foris habebatis, sed ut eaipsa intus iam uestra salubriter ha-
Conscientia dantis Cap. XVII beatis. Nunc uideamus quemadmodũ ostendas recte dixisse Petilianum, uel quemlibet alium,
D Conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis: ubi ego dixi, Quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit, quomodo poterit accipientis abluere conscientiam? Tu contra, non quid à te homine acuto, sed quid à uestris dicatur diu locutus es, quod totũ breuiter ita dici potest: Conscientia dantis attenditur, nõ secundum eius syncęritatem, quæ in illa uideri non potest, sed secundum famã quę de illa seu uera seu falsa est: quia uidelicet eius est hominis, qui & si sceleratus occultus sit, sufficit accipienti, quòd bonæ sit existimationis, nondum cognitus, nondum iudicatus, nondum ab Ecclesia separatus. Vide, obsecro te, in quod præcipitium compulerit homines angustia

Universidad de Deusto
Biblioteca

non inueniendi quà exirẽt, Itáne dantis maculosa conscientia, conscientiam potest accipientis abluere, si habeat famam bonam, et tantum ad abluendũ poterit, quantum bona, si bonam famam fallendo contraxerit? Attendis quid dicatur, & uis iam prætereamus hũc locum, an hoc idem adhuc uersabo, ut diligentius cogaris attendere? Petilianus dixit, Conscientiæ sanctè dantis attenditur, quæ abluat accipientis. Ego dixi, Quid si lateat dantis conscientia, & fortasse maculosa sit, quomodo poterit accipientis abluere conscientiam? Tu uel potius uestri dixerunt, Nam tu uir talis quando ista dixisses, quamuis habeat cõscientiam maculosam: mihi tamen qui ab eo baptizor, quia latet & nescio, sufficit quòd ab eo accipio, cuius innocentem, quia in Ecclesia est conscientiam puto. Nam ideo, inquis, conscientiam dantis attendo, non ut quod fieri nõ potest de latentibus iudicem, sed ut si quid de illo in publica fama uel conscientia est, non ignorem. Propter hoc enim ab omnipotẽte deo dictum est, Quæ nota sunt, uobis: quæ occulta, mihi. Semper igitur attendo conscientiam dantis, & quia ipsam nõ uideo, quid de ea in publico notum est quæro: nec ad rem pertinet si aliud sit in secreta conscientia, aliud in publica fama. Sufficit enim scisse, quia necdum eius à quo accipio damnata conscientia est. Ecce ipsa uerba tua posui quibus te dicere ostenderem, quod meis uerbis breuiter aperteq; cõplexus sum, quòd ad hoc attendatur abluentis conscientia, ut quæ de illo fama sit cognoscatur. Non ergo ipsa attenditur homo bone, non ipsa attenditur quæ uideri non potest, sed fama attẽditur, quæ etiam falsa esse potest, quod ipse confiteris atq; cõcedis. Nam & tu uidisti maculosam conscientiam non ualere ad abluendum. Non ergo conscientia sancte dantis attenditur, quę abluat accipientis, sed fama, qua putatur sancte dare, etiam qui sancte nõ dat, & putatur abluere qui nõ abluit. Abluit ergo accipientem mali hominis fama bona, non ipsius dantis polluta conscientia. Cur ergo dictũ est, Cõscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis: nisi quia non abluit accipientis, si non est conscientia sancte dantis? Si maculosa & immunda est, quid ergo tunc attenditur? Ipsa, inquis, attẽditur, cum fama eius attẽditur. Et si bona est fama, nihil interest ad abluendum accipientem, etiã cum est mala cõscientia, sed abluit bona eius fama. Dic rogo te, cum mala conscientia est, uera est bona fama eius an falsa? Proculdubio utiq; falsa. Proinde cũ bona non est & occulta dantis conscientia, quomodolibet eam tibi uidearis attendere, secundum hanc sententiam, non abluit accipientem, nisi dantis aut fama falsa aut polluta cõscientia est. Vtrunque insanum est, si te talia delectant, tu elige quid sit insanius. Porrò quia ueritas non admittit ut accipientis cõscientiam uel falsa fama dantis abluat uel polluta conscientia: restat ut abs te etiam unde abluatur accipiens, quando latet dantis maculosa conscientia, requiramus, quod & ibi quæsiuimus: quoniam sicut dicit Petilianus uel quilibet alius, cõsentientibus uobis, cum sancte dantis conscien-

De eodem Ca. XVIII.

A tia est, id est, cum bona & munda conscientia est, abluit accipientis conscientiã. Puto enim iam non te repetiturum atque dicturum, quòd impleat in abluendo uicem conscientię bonæ eius falsa bona fama: sufficit quòd hoc uestros non te dicere asseruisti. Illorum te pudeat, non etiam tui. Restat ergo ut tunc uel deus uel quisquam sanctus angelus abluat. Quod si dixeritis, illa horrenda consequetur absurditas, quam in illa epistola mea commemoratam, non dico uidere noluisti, quia prorsus non attigisti, sed tanto attentius acutiusq; uidisti, quanto magis attingere timuisti. Si enim hoc dicitis, quòd cum sanctus homo baptizat, sancta eius conscientia diluit accipientis conscientiam, cũ uero conscientia dantis latenter immunda est, tunc
B deus angelúsue abluit: cauete ne qui uobis hæc dicentibus credunt, occultos malos optent inuenire à qbus baptizentur, ut multo sanctius ab ipso deo uel angelo eius abluantur. Hanc absurditatem uel deridendam uel detestandam cum in uerbis precedentibus Petiliani perspiceres, consequenter & à me in Epistola mea commemoratam, caute tu quidem quasi nihil horum dixerim, rem tantam silendam putasti: sed confugisti ad nescio quid absurdius, ut cum maculosa cõscientia dantis occulta est, & ideo nõ potest accipientis abluere, tunc falsa fama eius accipientis abluatur, et in eo ueritatẽ falsitas operetur. Nunci & accusa calumniose dialecticos quod fugienda uersutia sermonis efficiant, ut si falsum est uerum sit, si uerũ est falsum sit. Ecce ta-
C le aliquid ipse in sacramenta Christianæ regenerationis immittis, imò peius magisq; fugiendum. Illi enim non in sua fraude nec in rerum ueritate, sed in perplexitate locutionis humanæ quædam uerba dicunt, tunc uideri uera cum falsa sunt, tunc falsa cum uera sunt, quæ cum in disputationem inciderint animo discerni, etiam si dissolui sermone nõ possunt. Tu uero non uerbo quolibet, nec rem quamlibet, sed ipsam qua in æternam uitam renascamur mundationem cõscientiæ ueram fieri posse dicis in homine per famam falsam alienæ cõscientiæ. Et ne tibi hoc tribuatur quia dialecticam didicisti, uestrorum dicis hanc esse sententiam, quibus non ut dialecticus, sed plane ut hæreticus consensisti. Per te igitur aut per uestros hæc est magni
D fica inuenta uel demonstrata doctrina, si sancte dãtis bona conscientia est, tunc ab ea fit bonus q baptizatur, tunc arbor bona bonũ fructum parit: cũ uero cõscientia dantis mala & occulta est, tũc eius quæ falsa est bona fama consulitur: ut tunc à fallẽte accipiat homo baptismũ uerum, cum de illo crediderit falsum: atq; ita ne desit quæ fructum pariat hæretici erroris, fit mater falsitas ueritatis. Hoc ideo totũ tam execrabile, tã mirabiliter peruersum & insanum, †ne quod dei est dei esse dicatur, ut qđ à deo sumitur, hominibus tribuatur: ne qui dixit, Conscientia sancte dantis attenditur, quæ abluat accipiẽtis, errasse uideatur. Nostri hoc, inquies, de scripturis probant, quoniam Iudas traditor antequã damnaretur omnia sicut Apostolus gessit. quid hoc ad Petiliani sententiam fixam atque definitam

† Dicit autem dominus Cap. 2

Universidad de Deusto
Biblioteca

finitã, Cõscientia sancte dantis attenditur, quę abluat accipientis: nisi q & Iudas iste nimiũ cõtra uos est, cui uerbis alienis incõsiderate, platis patrocinium prębere conamini. Cum em̃ Iudas sicut Apostolus baptizaret, quandoquidẽ malus erat, ga fur erat, & ea quæ mittebant̃ in cõmissos sibi loculos auferebat, nõ utiq; cõscientia eius attendebat̃, sed deus & Christus in quẽ credebatur. Neq; em̃ & ipsius mali hominis falsò bona fama credentes & accipiẽtes abluebat, nec generabat in homine gratiã diuinę ueritatis falsitas humanę opinionis. Et illud testimoniũ quod de scripturis posuisti, Quę manifesta sunt, uobis: quę occulta sunt, dño deo nostro: ista uerba redarguit atq; conuincit. Si enim quę occulta sunt dño deo relinquenda sunt, qũo conscięntia dantis non solum mala, uerũetiam bona, cum occulta est attenditur, ut abluat accipientis? Aut si ipsa cum occulta est non attenditur: *quid tunc accipiens iubetis attendat, unde conscientia eius abluatur?* Expergiscimini *aliquando*, nũc saltem dicite, attendat deũ, qui *timetis ne humiliemini*, si non in homine sed *in dño gloriemini*. Est, ings, qd' timeã. si enim cũ *latet dantis* cõscientia dixero, ut accipiens *attendat* deũ, & ab illo tũc eius abluí cõscientiam confessus fuero, illa me horrenda consequit̃ absurditas, sanctius ablui homines cum baptizatores habent occultos malos q̃ cum manifestos bonos, si hõ abluit quando dantis conscientia bona est & manifesta, deus aũt quãdo mala & occulta. dic ergo quod dicimus, quia hoc est uerũ, hoc est sanũ, hoc est catholicum, q̃ Christus mundat accipientiũ conscientias, siue per bonos ministros baptismi sui siue p malos, qm̃ de illo scriptũ est, Christus dilexit ecclesiam & seipsum tradidit pro ea, ut eam sanctificaret, mundans eam lauacro aquæ in uerbo. Tu, inquis, responde quomodo baptizent quos damnauit ecclesia? Iam ergo recedit̃ à uerbis Petiliani, quoniam illo dicente, Cõscientia sancte dantis attenditur, quę abluat accipientis: cum quę rerem, quis abluat accipientis conscientiã, quando polluta dantis occulta est, non mihi poterat respõdere. tam enim contra ueritatẽ dicitur q̃ falsa eius fama posśit abluere, q̃ si hoc ipsa mala conscientia posse diceretur. Si aũt quæras, quomodo baptizant quos damnauit Ecclesia? Respondeo sic eos baptizare, quomodo baptizãt quos damnauit deus, antequã de illis quic̃q; iudicaret ecclesia. Qui enim mẽte peruersa uideretur intus esse cum foris sit, ab ipso Christo iam iudicatus est. Ipse q̃ppe ait, Qui non credit iam iudicatus est. Paulus aũt Apostolus dicit, Ecclesia subdita est Christo: Non igit̃ debet ecclesia se Christo pręponere, ut putet baptizare posse ab illo iudicatos, a se autẽ iudicatos baptizare non posse, cum ille semper ueraciter iudicet, Ecclesiastici aũt iudices sicut homines plerũq; fallantur. Baptizant ergo quantũ attinet ad uisibile ministeriũ & boni & mali, inuisibiliter aũt p eos baptizat, cuius est & uisibile baptisma & inuisibilis gratia. Tingere ergo possunt & boni & mali, abluere aũt conscientiam nõ nisi ille qui semper est bonus. Ac per hoc etiam nesciente Ecclesia ꝓpter

Deus abluit non homo Caput XX

Ephe. 5

Contra Petiliani ũ li. 1. Ca. 1

Sacramenta dantur & à malis. Cap. XXI Ioan. 3

Ephe. 5

malam pollutamq; conscientiam damnati à Christo, iam in corpore Christi nõ sunt quod est Ecclesia, quoniam non potest Christus habere membra damnata: proinde & ipsi extra Ecclesiã baptizant. Omnia quippe ista monstra absit omnino ut in mẽbris illius columbæ unicæ cõputentur: absit ut intrare possint limites orti conclusi, cuius ille custos est qui non potest falli. Qui tamen si confitentur et corrigũtur, tunc intrant, tunc mundantur, tunc in arboribus orti conclusi, tunc in membris unicę columbæ numerantur, nec tamen denuo baptizant̃. Ita & cum ab hæreticis ueniunt cum ipso baptismate, quod & foris habuerũt, sed non & cum ipsa mundatione quã intus accipiunt, ut qd' defuit prę stetur, quod aũt non mutatũ est approbetur. Vestra, inquis, per uestros maiores traditionis & thurificationis & ꝓuos persecutionis crimine damnata conscientia est. De traditorib. quidẽ & thurificatoribus qui fuerint qui hoc nefas admiserunt, non scripturis sanctis sed famæ hominum credidistis. Quæ si potest esse falsa bona de malis, cur nõ possit etiam mala de bonis? De persecutione aũt hoc tibi breuiter iterumq; responderim, quod cum respõdissem Petiliano, refellere minime ualuistis. In scriptura quippe sancta, quę neminẽ fallit, area dicta est Ecclesia dei: dominũq; ipsum cum uentilabro esse uenturũ & mundaturũ aream suam, ut frumenta recondat in horreo, paleam uero cõburat igni inextinguibili. Aut ergo recte passi estis ꝑsecutionẽ, aut si modus Christianus excessus est, palea uestra fecit, ꝓpter quam non fuerit area dominica deserenda, ne quisquis ante tẽpus uentilationis ab area, paleam refugeret, à frumẽto separatus palea fieret. Tu aũt cum hoc non meum, sed sanctæ scripturę testimonium refellere conareris, nullam persecutionẽ iustã esse posse dixisti: ubi ignoscendum tibi est nescienti scripturas, uñ tibi uenire posset in mentem q̃ iusta uoce sit dictum, Detrahentem ꝓximo suo occulte, hunc persequebar. Et ab ipso dño Iesu Christo in excellẽtissima prophetia, Persequar inimicos meos et cõprehendam illos, & non cõuertar donec deficiant: Et alia multa diuina testimonia quæ ꝑsequi longũ est, si tamẽ mihi ꝓpter hoc uerbũ calumniaris, ut quoniã dixi, persequi longũ est, persecutorẽ me diuinorũ testimoniorũ esse crimineris. Opponis mihi uerba scripturarũ totiens demõstrata quãuis nihil adiuuent, Oleũ peccatoris nõ impinguet caput meum: cũ & apud uos esse saltẽ occultos peccatores, negare nõ possis, qui tñ ne baptizent in his uerbis exceptí nõ sunt. Non em̃ ait, Oleũ manifesti peccatoris: sed absolute, oleũ peccatoris. Et facti sunt mihi uelut aqua mẽdax simulatoris occulti, cuius & falsa fama nõ habet finẽ. Vbi miror prudẽtiã tuã qũo tibi non uideat̃ aqua mendax simulatoris occulti, cuius & falsam famã mundandæ alienæ conscientiæ ꝓdesse aliq̃d credidisti, nisi quia illud nõ dialecticũ, sed planè sophisticũ quod in me frustra quasi in dialectico reprehendisti, subuenire tibi arbitrat̃ es: si mentiris, uerum dicis. Quid em̃ aliud conaris asserere, cũ homini tribuens baptismũ, quẽ dei esse

Perſequutiõ iusta. Caput XXII

Aqua mẽdax. Ca. XXIII

Psal. 100

Psal. 17

Psal. 140

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non uis agnoscere, ideo dicis adulterum dare posse uerum baptismũ, quia seipsum occultãdo castũ esse mentitur. Itaq; tunc uerum dicit in baptismo cum mentit in flagitio, & nõ est aqua eius mẽdax quam esse uultis in Ecclesia secundũ promissionẽ tot prophetiarum toto terrarum orbe diffusam, cũ aquam mendacem non baptismum dixerit Hieremias, sed mẽdaces homines secundũ intellectũ qui manifestatus est in Apocalypsi, ubi interrogãte lo anne qd essent aquæ illæ in uisione monstratæ, pulos esse respõsum est. De illo uero testimonio qd' scriptũ est, Qui baptizat à mortuo, quid proficit lauatio eius: q̃s nõ intellexeris quod ego in illa Epistola posui, quantũq; me uerbis tuis adiueris, paululum attende, Cum eñ putasses à me mortuũ hoc loco intelligi cultorẽ idolorũ, quasi eos solos exceperim, q baptizare non possint, elegisti quantũ potuisti, repetito illo de oleo testimonio q̃ nullũ peccatorẽ baptizare uoluerit, qui dixit, Oleum peccatoris non impinguabit caput meum: non excipiendo aliquem peccatorem, unde magis uos urgemini, sicut pauloante mõstraui. Si enim nullus peccator exceptus est, ꝓinde baptizatos ab occultis malis cũ conuicti fuerint denuo baptizate. Hic iam conaberis occultũ excipere peccatorẽ, quem sancta scriptura non excepit. Totus igitur iste uester intellectus falsus à ueritate cõuincitur, cum & uestræ intẽtioni similiter repugnare mõstret. Neq; enim hoc reuera de baptismo in Psalmo positũ est, ac non de assentatoris adulatione, quod superiora uerba satis indicãt: Nam tota sententia ita cõnectitur, Emendabit me iustus in misericordia, & arguet me, oleũ aũt peccatoris non impinguabit caput meũ. Maluit ergo cõtundi caput suũ ab arguente ueraciter, q̃s ungi à blandiente fallaciter, translatis uerbis, oleo & unctione lenitudinẽ significans adulantis. Quid aũt ego in illa Epistola de hoc testimonio senserim, ubi dictũ est, Qui baptizat à mortuo, ipsis ex repetitis uerbis satis quantũ opinor ostendã. Cum enim dissererem quid respondere deberet ad ista catholicus Christianus, cum audierit, inquã, Qui baptizatur à mortuo, nõ ei prodest lauatio eius: Respondebit, Viuit Christus, & iam nõ moritur, & mors ei ultra nõ dominabitur: de quo dictum est, Ipse est qui baptizat in spiritusãcto. Baptizantur aũt à mortuis qui baptizant in idolorũ templis. Non enim & ipsi à sacerdotib. suis se accipere arbitrantur sanctificationẽ quam putant, sed à dijs suis. Qui quoniã homines fuerũt, & ita mortui sunt ut neq; super terras neq; in requie sanctorũ uiuant, uere ipsi à mortuis baptizantur. Hucusque ex Epistola mea uerba ipsa transscripsi, in quibus iam perspicis, ut opinor, si nunc saltẽ diligẽter attendis, nõ meipsos cultores mortuos appellasse, quãuis alio modo etiã ipsi mortui sint, sed deos falsos quos colunt, quia homines fuerũt, & sicut homines de corpore exierunt, nec resurrexerunt, nec uitæ ullum meritũ quæ post hanc uitã promittitur habuerũt. Ab ipsis ergo dijs qui baptizantur, sicut dixi, uere à mortuis baptizant, id est, qui in eorum nomine baptizantur, quia & ipsi nõ in nomine sacerdotũ suorũ, sed deorũ de quibus uana opinant, se sanctificari putant: Christus aũt resurrexit & uiuit: Proinde qui ab illo baptizatur, nõ solũ per bonũ, uerumetiã per malũ ministrum perditis morib. mortuũ, nõ à mortuo baptizatur. Ab illo enim baptizatur qui uiuit in æternũ, & de quo dictũ est in Euangelio, quod etiã ibi cõmemorauí, Ipse est qui baptizat in spiritusãcto. Hoc tu in Epistola mea, quantũ indicant uerba tua, non intellexisti: nolo enim dicere, parũ intelligens fraudare uoluisti. Miror aũt q̃ uerba illic mea cõsequentia nõ aduerteris, aut ab eis dissimulandũ putaueris. Paulopost qppe subieci & dixi, Nã si hoc loco mortuũ intellexero peccatorẽ baptizatorem, eadẽ illa cõsequetur absurditas, ut quisq; etiã à latente impio fuerit baptizatus, tanq̃ à mortuo baptizatus inaniter lotus sit: Non eñ ait, Qui baptizat à mortuo manifesto: sed absolute dicit, à mortuo. Hęc manifestatio uerborũ illic meorũ quẽ de somno uel potius de ipsa morte non excitaret? Et tamen te nõ excitauit: & insuper quod ego cõtra Petilianũ dixerã, quasi contra me dicens uehementius etiã cõfirmasti: sicut solent homines, iniectam sagittã nesciẽdo excludere, altius etiã penitusq; defigere. Asseruisti enim mortuum non intelligendũ nisi peccatorem baptistam, & nullũ peccatorem excipiendum: & ideo quod ego dicebam, contra te cõcluditur, nec occultum excipi posse, ubi nullus excipitur. Rebaptizate igitur eos quos ab occultis peccatorib. baptizatos esse cõstiterit, quibus potest uiuentibus et scientibus subueniri, ut eis solis nõ obsint, qui uel ignoranter uel ante defuncti sunt, ut manifestatis postea malis baptizatoribus suis iam baptizari nõ possint. Baptizate, inquam, prodito adultero atq; damnato, quos ab eo cum lateret, baptizatos esse constiterit: à mortuo q̃ppe baptizati sunt, omnẽq; peccatorẽ sine ulla exceptione intelligendũ esse dixisti, qui baptizare nõ possit, adiungendo testimonium de oleo peccatoris. Tu dixisti, tu scripsisti, te ipsum audi, lege teipsum. Si omnis peccator tanq̃ mortuus nõ potest baptizare, nec occultus potest. Non enim quia occultus ideo uiuus est, cum multo profundius etiam mendacio simulationis absorptus sit. Minus enim mortuus diceretur si saltẽ cõfiteretur. Sed fit in illo quod alio loco scriptũ est, A mortuo uelut q nõ sit perit cõfessio. Ab isto mortuo in tanta mortis profunditate demerso quos baptizatos esse claruerit, non rebaptizatis: & ab eis baptizatos qui in ultimis terris nec Cæciliani, nec Maiorini, nec Donati nomẽ audierunt, rebaptizare si possitis minime dubitatis, obijcientes eis, Qui baptizatur à mortuo, qd prodest lauatio eius? mortuos dicentes ad quos Aphrorum cadauerũ, quorumlibet illa fuerunt, nec aura potuit peruenire, & mortuum non putantes qui propriũ potest occultare flagitiũ, cum scriptura clamet, A mortuo uelut qui non sit perit confessio. Itáne quia fictus est, mortuus non est? cum magis propter ipsam fictionem carendo spiritu uitæ penitus expirauerit, iterũ dicente scriptura, Sanctus enim spiritus disciplinæ fugiet fictũ. Adhuc defendite istos mortuos & uiuere

Hiere. 15
Apoca. 17
Oleum peccatoris.
Cap. XX. IIII
Eccl. 34
Psal. 140
Psal. 140
Et pagani dijs suis tribuunt purificationẽ. Ca. XXV
Eccles. 34
Rom. 6
Ioan. 1
Baptizatus mortuo. Ca. XXVI
Eccl. 31
Eccl. 34
Sapien. 1

uiuere dicite, ut & uos peius ipsa falsa defensione mori amini. Mortui sunt, inqs, Sed qd faceret qui baptizādus ad eos ignarus accessit? Nūc ergo faci at quādo illo prodito se agnouit à mortuo baptiza tum. Si enim cōscientia ꝓpterea lædi non potuit, quia nesciuit, nunc incipit lædi quia sciuit: uelut si tunica de latrocinio nesciēs uestiret, ex illo fit iniqtatis uestis illa ex quo cognouerit, et ipse iniquus nisi abiecerit: & qui nesciēs uxorē duxerit alienā, ex illo fit adulter ex quo didicerit, nisi discesserit. Abijciat ergo & ipse baptismū quem se à mortuo percepisse cognouit. Habet enim qd faciat adhuc, baptizari iterū potest. Postremo scierit nescierit à mortuo baptizatus, quid ei ꝓdest lauatio eius, stricta sentētia est, sicut & tu ipse clamas, neminē excepit, A mortuo, inquā, baptizatus est, nihil ei prodest lauatio eius. Mundate hominē baptizādo qui uiuitis, aut uosipsos potius ab hoc errore mundate, ne talia sentiēdo pereatis. Contēdis enim uelut aduersus ut nullum exceptū dicas in eo quod scriptum est, Oleum peccatoris: & qui baptizantur à mortuo: nec te sentis nodū quo ligatus es reniten do cōstringere. hoc enim ago, hoc instō, hinc uos ad mutandam uanam peruersamq; sententiam urgēter impingo, ut in oleo peccatoris & mortui baptismo, nullus mortuus, nullus peccator acceptus sit, sicut tu pro me uelut contra me loqueris: Ita em nec occultus excipitur, quo euertitur omne quod loqueris, ac sic rebaptizare cogūtur qui te talia docuerunt, omnes quosquos ab occultis malis baptizatos in hac uita reperire potuerint. Quid agis, quò te conuertis, uerba tua tibi recitantur: Non solum enim ea cum dicerem non refellisti, sed nesciens quid meum elegeris alijs uerbis tanquā tuum, hoc idem ipse dixisti, & ut diligentius audiri & cō siderari posset, scripsisti ut tibi quotiens libuerit re citetur. Audi ergo uerba tua, nēpe ista sunt, Quod si idoli cultorem, inquis, tantum tibi placet excipere, quid illud de quo dicitur, Nolo oleum peccatoris unguat caput meū: utrūmne & hic peccator ille solus est, qui id oleū colit, an quisquis quod non licet committit? Quod si & peccatorem tantū cultorem idoli putas, Christianus ergo si quid contra legem gesserit, peccasse non dicitur: Quòd si nihil dici stultius nec absurdius potest, aperte prædictū est, ut nō solus idoli cultor, sed quisquis peccator inter oēs homines fuerit, ius sibi baptismatis non usurpet. Hęc certe quæ inserui uerba tua sunt, Ego cultorem idoli nō excepi, sed ipsos deos eorū mortuos esse dixi, quorū à nullo baptizari aliquid prodest: ab ipsis enim dijs sibi baptizari uident, in quorum nomine se mundari arbitrantur, tu aūt nullū peccatorem excepisti. Quod si hoc loco peccator & mortalis homo qui baptizat intelligendus est, nullum peccatorem excipiēs, proculdubio nec occultū excepisti. Aperte, inquis, prædictū est, ut nō solus idoli cultor, sed quisquis peccator inter oēs homines fuerit, ius sibi baptismatis non usurpet. Audi ergo teipsum, quisquis peccator dixisti, nec manifestū nec occultū excepisti. Proinde qua fronte cogūt baptizari post manifestū, qui nolūt post occultū, ubi asserunt neminē exceptum? Fuge ergo frater ab insano intellectu ad sanum, ut in hoc testimonio de oleo peccatoris, sicut superiora eiusdem Psalmi uerba præscribunt, blandā lenitudinē fallaciam adulatoris intelligas. Ita enim & nullus erit exceptus, & non impinget in angustias insuperabiles malus baptizator occultus. Sic et in alio testimonio, ubi dictū est, Qui baptizat à mortuo, quid ei prodest lauatio eius: aut inspice diligenter codices antiquos, & maxime grecos, ne forte ipsa uerba aliter cōscripta, ex præcedenti & cōsequēti contextione sermonis alium sensum intimēt: Aut certe mortuos intelligamus, sicut dixi, in quorum nomine baptizantur idolorum cultores, ut ab illo quēq; intelligas baptizatū, in cuius nomine se credidit esse mundatū. Ita enim & illic nullus excipitur, nullus quippe mortuus deus paganorū mundare potest credētes in se. Si aūt hoc loco omnē hominē peccatorē intellexeris mortuū, tāta quæ nō uiste sequēt, ut ipse quēadmodū uiuas inuenire nō possis, dicēte Ioāne, Si dixerimus qa peccatū non habemus, nosipsos decipimus & ueritas in nobis nō est: ut omnino nō inuenias hominē à quo baptizeris, si omnē peccatorē deuitare uoluerīs. Quāq; si prorsus mortuū nō intelligeres nisi hæreticū uel schismaticū, ut quisqs apud eos baptizatur à mortuo qd ei ꝓdest lauatio eius: quod uides, cū præcipiti pręsumptiōe sic accipiat, ac si dictū sit, qui baptizat ab hæretico uel schismatico: nec sic contra nos esset, q fatemur nihil ꝓdesse homini baptismū Christi si apud hęreticos uel schismaticos baptizetur, eis ipsis tribuēs baptismum quo baptizat, sed tunc ei ꝓdesse incipere cū transit ad corpus Christi, quod est ecclesia dei uiui. Tūc enim sub eodem baptismo qd & foris Christi erat, sed foris posito nihil proderat, mūdato ꝓderit ab eo cuius mēbris insertus est. Nec illā tuam nimium seuerā sentētiā formidabo, qua dixisti, Quisqs peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non usurpet, nisi quia nō inuenis quis ueraciter dicat in oratione dominica, Dimitte nobis debita nostra sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: nisi peccatorē se esse fateatur. Vellem singulos interrogare qui baptizant apud uos, utrū peccatores omnino nō sint: Potest enim quilibet eorū mihi respōdere, Non sum traditor, non sum thurificator, non sum adulter, non homicida, nō idolorū cultor, nō postremo hæreticus, non schismaticus: non autē peccator, nescio utrum quisquam uel hæretica superbia reperiri possit qui audeat dicere, audeat cogitare: nescio utrū quisquam tanto arrogantię tumore cæcetur, ut nō dicā uoce profiteatur, sed uel apud seipsum tacitus arbitretur, non sibi esse necessariā deprecationem, in qua dicimus deo, Dimitte nobis debita nostra. Neq; enim de eis debitis dimittēdis rogamus, quę semel in baptismo dimissa esse cōfidimus, sed pro eis utiq; sine quibus humana fragilitas nō est, quantūcūq; in obseruādis preceptis dominicis uigilemus. Postremo suscipiat q uoluerit huius impudētię frontē & dicat, Non sum peccator, ex quo mihi in baptismo cūcta dimissa sunt, nullum

1. Ioan. 1

Peccator hæreticus, Caput XXVIII

Nullus homo non est peccator. Caput XXVII

Matth. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

nullum in me peccatum poterit inueniri. Magis ego Ioanni credo, & multo fidentius respondeo: Teipsum decipis, & ueritas in te non est. Neq; hoc agit præceps & fallax ista professio, ut in te peccata non inueniantur, sed ut quæ inueniuntur nō dimittantur. Si ergo iam baptizatus es, uellem scire quem repereris qui contra Ioannem Apostolū diceret, peccatū non habeo. Si enim talem quenq; reperire potuisti, quomodo baptizat⁹ es ab eo qui seipsum decipiebat, & in quo ueritas non erat? Si autem qualiscunq; non immemor peccatorem se esse dicebat, quomodo sibi secundū tuam sententiam ius baptismatis usurpabat? Tu enim dixisti, tu etiā minime scribere timuisti, ut quisquis peccator inter oēs homines fuerit, ius sibi baptismatis nō usurpet. Si autem nondū baptizatus es, aut hanc uanissimam sententiā corrige, aut à quibus baptizeris angelos quære. Sed subarbitremur te conuictum correxisse: quisquis eo crimine quod nostri obiiciūt, peccator inter omnes homines fuerit, ius sibi baptismatis non usurpet. Neq; hoc contra nos est, quia si etiam talis usurpauerit & dederit, non eum sibi usurpare debuisse dico, nō autem dedisse nō dico. Ille uero qui accipit, si homo bonus ab homine malo, si fidelis à perfido, si pius ab impio, pernicioſum erit dāti, nō accipienti. Illud quippe sanctum male utentē iudicat, bene accipientem sanctificat. Si aūt & ille qui accipit inique acceperit, nec sic rescissum sed agnitum, quod per se oberat, correcto proderit sacramentum. Sic enim te putabo dixisse, non iam quisquis peccator, quia nisi fallor, iam cernis quàm temere dictū sit, sed peccator qualem nostri describunt, quisquis inter oēs homines fuerit, ius sibi baptismatis non usurpet, quēadmodum scriptū est, Peccatori aūt dicit deus, ut qd tu enarras iustificationes meas, & assumis testamētum meum per os tuū? Et ut ostēderet quali peccatori hoc diceret, ne omnes homines à prædicādo uerbo eius sese abstinerent, qui nec sentire audēt, nec dicere se peccatores nō esse, sequitur, eūq; describit, Tu uero odisti disciplinā, & abiecisti sermones meos post te: Os tuum abundauit malitia, & lingua tua amplexa est dolositatē: Si uidebas furē concurrebas ei: & cum adulteris portionē tuā ponebas: Sedēs aduersus fratrē tuum detrahebas, & aduersus filium matris tuæ ponebas scandalum. Tali ergo peccatori dicit, Vt quid tu enarras iustificatiōes meas, & assumis testamētū meum per os tuum? Tanq; diceret, Frustra hoc facis quantū ad te attinet, nō tibi ꝓdest, hoc tibi ad iudiciū damnationis, nō ad meritū salutis ualebit. Verūtamen si etiā tali peccatore narrante iustificationes dei, assumente testamentū eius per os suum, illi qui ex eius ore audiunt, credant, faciant, proficiāt, nonne illo reꝓbato laudabunt, illo culpato iustificabunt, illo damnato coronabūtur, quoniā curauerunt obedire domino dicēti, Quæ dicunt facite, quæ aūt faciunt, facere nolite: dicunt enim & nō faciunt. Sicut ergo iste peccator, si ius sibi prædicādi testamēti diuini usurpauerit, sibi nihil ꝓdest, audientib. autem & facientibus, nō ipse sed qd' prædicat prodest: ita

Sacramentum danti nocet, accipienti prodest. Caput XXIX

Psal. 49

Matt. 23

A & ille qui ius baptismatis sibi usurpare nō debuit, sibi nocet qui bonum male usurpauit, nō ei qui bonum bene percepit. Vides non solum te nō potuisse refellere quod ego contra Petilianum dixi, sed quanta luce ueritatis modis omnib. refellatur quod contra me ipse dixisti, & adhuc pergis & dicis, ꝙ causam nostram non probam faciamus, & quodāmodo peccatores nos esse fateamur, quoniam dū nobis obiicit ius baptismatis, qua nobis licētia uendicemus, nō de merito actuū, nō de innocentia uitę tractamus, sed cuicunq; licere dicimus. Attende certe ex his quæ dicta sunt, non cuicunq; licere nos dicere, sed ei pœnā esse qui sanctum tractat illicite, & eū esse corrigendū, non sanctū quod illicite tractat illicite rescindēdū: sicut homines nō B legitime lege utentes corrigi uolumus, non ipsam legem irritā ducimus: sicut dei testamentū illicite per os suum assumentē reprehendimus, nō ipsum testamentū negamus aut scindimus: nec ideo nos peccauisse cōfitemur, ꝙa & in peccatore quod est ipsius improbamus, quod aūt dei est honoramus: quia in deum credentē non ex occultis hominum pendere uolumus, sed in domino gloriari de quo certus est, admonemus. Neq; enim & Apostolus malæ suæ cōsciētiæ diffidebat, sed spē credētis poni nolebat in homine, & in deo stabiliter collocabat, cū diceret, Neq; qui plātat est aliquid neq; qui rigat, sed qui incrementū dat deus. Non itaq; nos dicentes, quod scriptū est, Non nobis domine nō nobis, sed nomini tuo da gloriā: accusamus nostrā C conscientiā, sed uos in hominum moribus eorum spem qui baptizantur poni uolentes, non agnoscitis uestram superbiam. Quid ꝙ etiam beati Cypriani mentionem facere audetis, uelut ille author sit uestræ diuisionis, tantus defensor catholicę unitatis & pacis? Primo esto in Ecclesia, quam cōstat tenuisse ac prędicasse Cyprianum, & tunc aude uelut authorem sentētię tuæ nominare Cyprianum. Primo imitare pietatem humilitatēq; Cypriani, & tunc profer consilium Cypriani. Nos enim nullā Cypriano facimus iniuriam, cum eius quaslibet literas, à canonica diuinarum scripturarum authoritate distinguimus. Neq; enim sine causa tam salubri uigilantia canon ecclesiasticus cōstitutus est, ad quem certi Prophetarū & Apostolorū libri pertineāt, quos omnino iudicare non audeamus, & secundū quos de cæteris literis uel fidelium uel infidelium libere iudicemus. Proinde cū dicat Apostolus, cui⁹ epistolę in authoritate canonica uigēt, Quot quot ergo perfecti hoc sapiamus, & si qd aliter sapitis, id quoq; uobis deus reuelauit: quādiu aliter sapuit Cyprianus, si scripta eius esse cōstat quę pro uobis ꝓferenda arbritramini, quādiu ergo de hac re aliter sapuit ꝙ ueritas diligētius cōsiderata patefecit, donec ei deus id quoq; reuelaret, ineffabili laude charitatis unitatē pacemq; catholicam etiā cum collegis suis à quib. aliter sapuit nō reliquit.

Verba eius ex Epistola ad Iubaianū inseruisti literis tuis, quibus ei placuisse mōstrares baptizādos esse in Ecclesia catholica qui fuerint in hæresi uel schismate baptizati. Ego huius epistolæ authoritate

Sacramentum non rescindi. Caput XXX

Cyprianum legendum esse. Caput XXXI

Philip. 3

Quomodo sancti Cypriani dicta accipienda sint. Caput XXXII

ritate nō teneor, quia literas Cypriani nō ut cano-
nicas habeo, sed eas ex canonicis cōsidero, & qđ
in eis diuinarum scripturarū authoritati congruit,
cum laude eius accipio, quod autē non congruit,
cum pace eius respuo. Ac per hoc si ea quæ com-
memoraſti ab illo ad Iubaianum scripta de aliquo
Apostolorū uel Prophetarū canonico recitares,
quod omnino contradicerē non haberem: Nunc
uero quoniā canonicū nō est quod recitas, ea liber
tate ad quam nos uocauit dominus, eius uiri cuius
laudē consequi nō ualeo, cuius multis literis mea
scripta non cōparo, cuius ingenium diligo, cuius
ore delector, cuius charitatē miror, cuius martyri-
um ueneror, hoc qđ aliter sapuit non accipio. Nō
accipio, inq̄, quod de baptizādis hęreticis & schi-
smaticis beatus Cyprianus sensit, quia hoc ecclesia
non accipit, pro qua beatus Cyprianus sanguinē
fudit. Sed quia dicitis eum pro hac sententia legalia
documenta firmasse, quanquā non ille documēta
legalia firmare potuit, sed eius potius quęcunq; re
cte sēsit ille firmauit: relinque ergo scripta Cypri-
ani, & ea ipsa legalia documēta quibus eum dicis
usum esse cōmemora: Si ea non demonstrauero
nostrā causam adiuuare, uicisti. Quapter ita hoc
Cypriani non accipio, cuius inferior incōparabili-
ter Cypriano, sicut illud Apostoli Petri q̄ gētes Iu
daizare cogebat, nec accipio nec facio, quāuis in-
ferior incomparabiliter Petro. Vos aūt qui scripta
Cypriani nobis tanq̄ firmamēta canonicæ autho
ritatis opponitis, quicqd de Cypriano contra uos
pferre potuerimus, necesse est credatis, & iustū est
ut uicti taceatis, ac uos aliquando ab errore perni-
ciosissimę dissensiōis ad unitatē catholicā conuer-
tatis. Vnde ne longū faciam, ex hac ipsa epistola
ad Iubaianū, attēde quid ingerā, quod uestrū euer
tat et absumat errorē. Cū enim persuadere conarēt
uel sanctus Cyprianus, uel quicunq; illam scripsit
epistolam, hęreticos ad Ecclesiā uenientes baptiza
ri oportere, q̄ uidelicet baptismus nullus deputan
dus esset quē foris apud hæreticos accepissent, op-
posuit sibi quęstionē et ait, Sed dicet aliqs, quid er
go fiet de his qui in pręteritū de hęresi ad Ecclesiā
uenientes sine baptismo admissi sunt? Potest domi
nus misericordia sua indulgētiā dare, & eos qui ad
Ecclesiam simpliciter admissi in Ecclesia dormie-
runt, ab Ecclesiæ suę muneribus nō separare. Ista no
bis simplicitas sufficit, cui testimoniū phibet ipse
Cyprianus, tantum bonum intelligēs esse unitatē
corporis Christi, ut in eam simpliciter admissos e-
tiam illos quos esse sine baptismo arbitrabat, de di
uina misericordia mereri indulgentiā, & ab Eccle-
siæ muneribus non separari, pia cogitatione præ-
sumeret. Hæc consuetudo Ecclesiæ fuit ante con-
silium Cypriani, hæc superari & auferri nō potuit
nec cōsilio Cypriani: ut ex hæresi uenientes nō qui-
dem sine baptismo sicut dicit, quia idē baptismus
etiā foris eis inerat, sed non proderat, ueruntamen
simpliciter sicut idē dicit admissi de dei misericor
dia indulgentiam mererent, & à muneribus non se-
pararent Ecclesiæ. Hæc simplicitas, magis q̄ du-
plicitas, Ecclesię placuit uniuersæ toto terrarū or-

A be diffusæ. Cui Cyprianus ipse quale testimonium
perhibeat, audi ex Epistola quam de unitate con-
scripsit, Auelle, inquit, radiū solis à corpore, diui-
sionem lucis unitas nō capit: Ab arbore frange ra
mum, fractus germinare nō poterit: A fonte prę-
cisum, præcisus arescit. In his Cypriani uerbis
non intelligimus lucē non capere diuisionem nisi
in sanctis regno dei prędestinatis, qui diuidi ab Ec
clesia nullo modo possunt: & nō germinare ramū
fractū salutis æternæ germine accipimus: ariditatē
uero riui à fonte præcisi, in eo q̄ sancto spiritu ua-
cuantur qui ab unitate separantur agnoscimus, nō
in sacramento baptismi qđ & boni & mali habere
possunt, ita foris aperte quēadmodū intus occulte
ab Ecclesiæ sanctitate separati. Sed inde nemo du
bitat. Quid uero de ipsius Ecclesię fœcūditate to-
to terrarū orbe diffusę cēserit Cyprianus, attēde in
his quæ subiungit, Sic, inquit, & Ecclesia domini
luce perfusa, per orbē totum radios suos porrigit,
unū tamē lumē est quod ubiq; diffūdit, nec unitas
corporis separat. Ramos suos in uniuersam terrā
copia ubertatis extendit, profluētes largiter riuos
latius expandit, unū tamen caput est et origo una,
& una mater fœcūditatis successib. copiosa. Hanc
Ecclesiā Cyprianus in scripturis sanctis, pmissam,
in uniuerso mundo reddītā, dilexit, tenuit, cōmen
dauit: quā perditi schismatici uel hæretici uelut à
malis se discernere ac separare cupiētes, seditiōib.
impijs reliquerunt. Qui ne suos exitus impios ua-
nis excusationibus abluere conarētur, sancta scri-
ptura prædixit, Filius malus ipse se iustū dicit, exi-
tum aūt suum nō abluit: qa nec propter malos qui
uidētur esse intus, deserēdi sunt boni qui uere sunt
intus. Hinc beatus Cyprianus quid senserit acci
pe ex Epistola quā scripsit ad presbyterum Maxi-
mum & cæteros, quib. de schismatico & hæretico
errore ad Ecclesiā redeuntibus gratulat. Nā etsi
uidentur, inquit, in Ecclesia esse zizania, nō tamē
impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut
quoniā zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de
Ecclesia recedamus. Nobis tantūmodo laborādū
est, ut frumentū esse possimus: ut cū cœperit frumē
tum dominicis horreis condi, fructū pro opere no
stro & labore capiamus. Apostolus in Epistola sua
dicit, in domo aūt magna nō solū uasa sunt aurea
& argentea, sed & lignea & fictilia: & quædā qui-
dem honorata, quædā uero inhonorata. Nos ope-
ram demus, & quātū possumus laboremus, ut uas
aureū & argenteū simus. Cæterū fictilia uasa con-
fringere dño soli cōcessum est, cui & uirga ferrea
data est. Esse nō potest maior dño suo seruus. Nec
quisq̄ sibi quod soli filio pater tribuit uēdicarit: ut
se putet aut ad areā uentilandā & purgandā paleā
uentilabrū iam ferre posse, aut à frumento uniuer-
sam zizaniam humano iudicio separare. Superba
est ista obstinatio & sacrilega pręsumptio, quā sibi
furor prauus assumit. Et dū sibi semper quidā plus
quàm mitis iustitia deposcit assumūt, de Ecclesia
pereūt: & dum se insolēter extollūt, ipso suo tumo
re cæcati ueritatis lumē amittūt. Vides frater se-
cūdū scripturas diuinas hoc pręcepisse Cypriānū,

B

C

D

Cypriānū excusat Caput XXXIII

Ob paleas non recedendū ab Ecclesia Cap. XXXIIII

2. Tim. 2

Ioan. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiã propter malos. Qui cũ sint à bonis uita moribusq; spiritaliter separati, corporaliter tamẽ eis in Ecclesia uidentur esse permixti usq; in diem iudicij, quo etiam corporaliter debitas separabuntur ad pœnas. Non est Ecclesia deserenda tanquã frumenta ꝓpter paleã uel zizania, sicut nec domus magna ꝓpter uasa inhonorata. Vides, audis, sentis, capis, intelligis, quanto scelere ꝓpter eos qui uobis siue recte siue cũ fallimini displicent, separemini ab Ecclesia quæ toto orbe diffunditur, cui secundũ scripturas diuinas, tam magnũ, tam firmũ, tam clarũ atq; luculentũ testimoniũ perhibet Cyprianus. Quã obrem attende diligenter de tota quæstione breuẽ ratiocinationem meã. Si recte in Ecclesiam recipiuntur ex hæreticis uenientes, ut in eis error prius corrigatur, diuinũ aũt sacramentũ nõ rescindatur, bene illis uiuentibus tanquã frumentis dominicis gratulamur. Si aũt sicut putatis, et Cyprianũ uobis in hac sententia fauere iactatis, non habent baptismũ, certe admissi simpliciter ad Ecclesiam, secundũ eundem Cyprianũ, propter meritũ tamẽ ipsius unitatis indulgentiã dei merentur, ne ab Ecclesiæ muneribus separentur. Et quicunq; illos secundum morẽ anteriorẽ, de quo non tacuit Cyprianus, simpliciter admittunt, & recte ac pacifici uiuunt, inter eadem frumenta horreo destinata deputantur. Qui aũt uel scientes cõtra ueritatẽ in eis recipiendis cõtentiose dimicãt, uel prauis atq; peruersis moribus uiuũt, in zizaniis & palea flãmis debita tolerãtur, propter eos tamẽ Ecclesiam quæ per totũ orbẽ terrarum copiosis successibus dilatatur, hoc est, frumẽta dominica, quæ usq; ad messem pariter crescunt, uel usq; ad uentilationẽ pariter triturantur, nõ esse deserendã, imperat deus, testis est Cyprianus. Ac per hoc si in cõmunione sacramentorũ mali maculant bonos, quãdo temporibus Cypriani uel ante Cyprianum sine baptismo, sicut putatis hæretici suscipiebantur, Ecclesiam perijsse dicite, & uos unde nati fueritis ostẽdite. Si aũt quod ueritas etiam per Cyprianum docet, cum ꝓ Ecclesiç pace etiam cognita zizania tolerãtur, frumenta non maculãt, filius malus & ipse seipsum iustũ dicit, exitum aũt suũ non abluit, quia de Ecclesia propter malos exire nõ debuit. Iterum dico, Ecce ab hac inuictissima ratione dissimulare non sino. Si non cõmunicantes peccatis malorũ, propter ipsam tantum cõmunionẽ sacramentorũ mali perdunt bonos: quãdo in præteritum ex hæresi ad Ecclesiam ueniẽtes sine baptismo admissi sunt, contagione sua bonos utiq; perdiderunt: Iam tunc ergo nõ erat Ecclesia quam Cyprianus teneret, prædicaret, nec unde postea Donatus exiret. Si autem bonos contagio illa non perdidit, nec eorũ quos accusatis cõtagio, Christianum orbem perdere potuit, nolite calumniari separati, & ad Ecclesiam redite correcti. Cęcilianum & socios eius contra quos tunc Secundus Tigisitanus contraxit cõdiditq; cõcilium, necesse est tibi accusare, mihi non est necesse defendere. Accusa eos quantis uiribus potes. Si innocentes fuerunt, nihil eis tanquam frumẽtis oberit uentositas tua. Si nocentes fuerunt, non debuerũt propter illam zizaniam frumenta deseri, quibus nihil obfuerunt, Accusa quantũ potes, uince si nõ probas, uince si probas: uince, inquam, si non probas iudice teipso, uince si probas teste Cypriano. Quid eos uis fuisse? Si innocentes, cur frumentis dominicis cũ sitis zizania calũniamini? Si nocentes, cur à frumẽtis dominicis propter zizania separamini? Extat Ecclesia cunctis clara atq; cõspicua, quippe ciuitas quæ abscondi nõ potest super mõtem cõstituta, per quam dominatur Christus à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ, tanquam semen Abrahæ multiplicatum sicut stellæ cœli & sicut arena maris, in quo benedicuntur omnes gentes. Hanc etiam beatus Cyprianus ita cõmendat, ut eam dicat domini luce perfusam, radios suos per orbem terrarum porrigere, ramos suos per uniuersam terrã copia ubertatis extendere. Hęc ut in frumentis suis non accusaretur, aut propter zizania non desereretur, unũ horũ uobis etiã uosipsi respõdete, alterũ Cypriani monitis dicite. Ipsius enim uerba sunt attestãtis & dicẽtis: Nam etsi uidentur in Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Vos cõtagione malorũ Aphrorum perijsse dicitis de orbe terrarum, & in parte Donati eius reliquias remansisse tanq; in frumentis à zizanijs & palea separatis, contra Cyprianum apertissime sentientes, qui dicit nec malorum permixtione bonos perire in Ecclesia, nec eosdẽ malos posse ante tẽpus iudicij diuini à bonorum permixtione separari. Vos itaq; secundum uestrum errorẽ, uel potius furorẽ accusare cogimini non solum Cæcilianum & ordinatores eius uerũetiã illas Ecclesias quas in scripturis Apostolicis & Canonicis pariter legimus, nõ solum Romanorum, quò ex Aphrica ordinare paucis uestris solet is Episcopum, uerũetiã Corinthiorũ, Galatarũ, Ephesiorũ, Thessalonicẽsium, Colossensium, Philippensium, ad quas apertissime scribit Apostolus Paulus, Hierosolymitanam quam primus Apostolus Iacobus Episcopatu suo rexit: Antiochensem, ubi primo appellati sũt discipuli Christiani, Smyrnensem, Thiatirensem, Sardẽsem, Pergamensem, Philadelphensem, Laodicensem, ad quas est Apocalypsis Apostoli Ioãnis: Tot alias Ecclesias Ponti, Cappadociæ, Asiæ, Bithyniæ, ad quas scribit Apostolus Petrus, & quicquid aliãs se Paulus ab Hierusalem usq; Illyricum Euangelio repleuisse testatur: ut taceam de alijs tam latis atq; uniuersis terrarũ partibus, in quas ex his Apostolicis laboribus & plantationibus porrecta creuit et crescit Ecclesia. Istas certe Ecclesias quas ex literis diuinis atq; canonicis nominaui, tam lõge ab Aphrica cõstitutas, tanq; perierint ex peccatis Aphricorum, accusare cogimini, nec corrigitis errorẽ qui uos adtãtum scelus nefaria dissensione cõpellit. Nos aũt ut istum errorẽ uestrũ facilius cõuincamus, nec ipsos Aphros quorũ falso crimẽ in cæteras etiã gentes perfundere audetis, nec ipsos, inquam, defendere cogimur. Habent etiam cum illis transmarinis Eccle-

Ex palea frumentũ Caput XXXV

De eodem Caput XXXVI

probat ma non obsce nis Cap XXXV

Ecclesiis societatem regni si innocentes fuerint: si aũt nocentes, tanq̃ zizania frumento, nec in Aphrica obesse potuerũt eis qui se ꝓpter illos etiam cognitos ab unitate Ecclesiæ separare noluerunt. Vt enim omittã q̃ multi eos crediderunt innocentes, q̃bus facinus eorũ etiam si aliquod fuit, tamen demonstrari nõ potuit, & utiq̃ istos nec uos potestis dicere peccatis alienis incognitis potuisse maculari. Sed ut hos, inq̃t, omittã, ipsi q eos nocentes uel nouerãt uel putabant, q̃uis in Aphricanis Ecclesiis cõstituti, cũ uiderẽt eos apud Ecclesias trãs marinas nõ potuisse cõuinci, nec crimina eorũ longe lateq̃ diffusis membris Ecclesię demõstrari, si se uellent ꝓpter illos quos malos nouerant à cõmunione tot gentiũ quibus eos ostendere nõ ualebãt, uelut pestiferæ cõtagionis timore separare: teneret eos, non ego, nõ tu, non Donatus, nõ Cęcilianus, sed ipse quẽ nominare ausus es Cyprianus, & dicere ea uerba quę scripsit ad Maximũ. Et si uidentur, inq̃t, in Ecclesia esse zizania, nõ tamẽ impediri debet aut fides aut charitas nostra, ut quoniã zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Nobis tantũmodo laborandũ est, ut frumentum esse possimus, ut cum cœperit frumentũ dominicis horreis cõdi, fructũ pro opere nostro & labore capiamus. Apostolus in Epistola sua dicit, In domo aũt magna, non solũ uasa sunt aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: et quædã quidẽ honorata, quædam inhonorata. Nos operã demus, et quantũ possumus laboremus, ut uas aureũ & argẽteum simus. Cæterum fictilia uasa cõfringere domino soli concessum est, cui uirga ferrea data est. Esse nõ potest maior domino suo seruus. Nec q̃s q̃ sibi quod soli filio pater tribuit, uendicarit: ut se putet aut ad aream uentilandã et purgandã paleam uentilabrũ iam ferre posse, aut à frumento uniuersam zizaniam humano iudicio separare. Superba est ista obstinatio et sacrilega præsumptio, quã sibi furor prauus assumit: Et dum sibi semper quidam plus q̃ mitis iustitia deposcit, assumũt, de Ecclesia pereunt: & dum se insolenter extollũt, ipso suo tumore cæcati, ueritatis lumẽ amittunt. His Cypriani uerbis deũ timentes in Ecclesia tenerẽtur, q uellent ab ea separari ꝓpter cognitos malos, q̃bus uerbis uos dãnamini qui separati accusatis & bonos. His uerbis Cyprianus & nos tenet in domo dei, cuius decorẽ dilexit: etiã si quod nunquã facere potuistis, à uobis accusãtos & demonstratos traditores, & quoslibet alios malos nosse possemus, ne illam ꝓpter uasa facta in contumeliã deseramus. His uerbis etiã uos in catholicam pacem correctos pacificus introducat, ne quibuslibet peccatis alienis, seu ueris seu falsis offensi, contra Ecclesiam Christi in toto mundo scripturis fructificantem atq̃ crescentẽ mala tanta iactetis, ne propter zizania triticum accusetis, ne ꝓpter paleã frumenta deseratis, ne propter uasa inhonorata extra domum magnã remaneatis. Ecce quantum nos abs te cõmemoratus Beatus Cyprianus adiuuit, cui de baptismo repetendo si aliquid aliter sapuit, pro tantis meritis flagrantissimæ charitatis corrigendum proculdubio dominus reuelauit: quia in ea uite permansit tanquam sarmentum tanto fructu pacis & dilectionis opulentum, ut etiam si quid in eo purgandũ reperiretur, si nulla re alia, certe falce martyrij purgaretur. Quanq̃ itaq̃ ad errorem uestrum cõuincendum, & si uolueritis corrigendum, satis superq̃ potuerint ista sufficere, tamen ne quisq̃ arbitretur aliquid te in Epistola posuisse quod refellere nõ ualerem, aut in quo te nostris contra Petilianum literis nihil idoneum respondisse, demonstrare non possem, sequenti uolumine cætera uideamus.

Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI CONTRA CRESCONIVM grammaticum, Liber Tertius.

ITARDORVM mihi ingenia curanda non essent, qui intelligere nequeunt, me duobus uoluminib. superiorib. ad causam totam, quæ tua frater Cresconi Epistola continetur, multis modis ita respondisse, ut etiã illa quę ibi restant, iam soluta atq̃ frustrata sint, iam debuit à me huic operi finis apponi. Sed quia multi sunt quibus seruire nos conuenit, qui omnia depulsa esse non putant, nisi locis suis etiam singula pertractentur, residua sermonis tui breuiter ex ordine refellẽda percurram. Quicquid de Cypriani uenerabilis martyris, & de quorundam Orientalium literis inferendum putasti, quod eis placuerit apud hæreticos & schismaticos datum improbare baptismi sacramentum, nihil impedit causam nostram, si eam Ecclesiam retineamus quam non deseruit Cyprianus, etiam cum multi eius collegæ in hanc sententiam consentire noluissent: Nam & in ipso concilio dixit: Neminem iudicantes, nec à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Et eandem Epistolam ad Iubaianũ ita concluſit. Hæc tibi charissime pro nostra mediocritate respondimus, nemini præscribentes aut præiudicantes, quo minus unusquisq̃ Episcoporũ quod putat faciat, habẽs arbitrij sui liberã potestatem &c. In his ergo nos interim deputato, quibus illud non potuit persuadere Cyprianus, à q̃bus tamen etiam in hac re diuersa sentientibus, communionẽ suam minime separauit. Maiores aũt uestri, quibus tale testimonium perhibuistis, q̃ ab Orientalium propterea cõmunione discreti sunt, quia illi suum iudiciũ rescinderunt, quo eis placuerat de ista baptismi quæstione Cypriano atq̃ illi Aphricano cõcilio consentire oportere, cõtra Cyprianũ fecerunt: Debuerunt em̃ cum collegis suis etiã in hac quęstione diuersa sentientibus tenere cõmunionis unitatẽ, quod in suis literis fecisse legimus Cyprianum. Respondetis ideo eum sic loqui uoluisse, ne fortasse excõmunicationis timore deterriti, nõ auderent libere dicere quod sentirent, non quia cum eis

Cap. 1

Cyprianus in concilio Aphricano apud Carthaginem

Cypriani de baptismo sententia. Ca. 11

Cypriani sententia Ca. XXXVIII

1. Tim. 2

Ioan. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

eis esset in cõmunione mansurus si diuersa sensis-
sent, ubi aperte dicitis Cyprianũ esse mẽtitũ. Si. n.
dicebat, Neminẽ iudicantes, nec à iure cõmunio-
nis aliquẽ si diuersa senserit amouẽtes, quod cũ di-
xisse cõscripta indicant gesta cõcilij, & tamẽ si qs
quã eorum qbus ea dicebat diuersum sentire se o-
stenderet, qũo cum eo fuerat sacramẽta Christi cõ
municaturus? Proculdubio mentiebat q talia do-
lose, nõ ueraciter ꝓmittebat. & quod est in eodem
mendacio deterius, simplicitatẽ fratrũ duplici cor-
de fallebat, cum præsertim & scriberent quæ dice-
bant. Nam quicunq; ab illo cõcilio diuersum sen-
sisset, qũo posset ab eius ore damnari uel excõmu-
nicari, cum eiusdem concilij principiũ recitaret?
Quis ergo de Cypriano tolerabilius sentit, utrum
nos qui eum dicimus in obscura de baptismo quę-
stiõe hominẽ falli potuisse, an uos qui eum dicitis
in promittenda Christiana cõmunione episcopum
fallere uoluisse, non unũ aliquem fratrũ, sed uniuer
sam episcopalẽ societatem. Quod si & uobis de il-
lo credere nefas est, uestri maiores contra eius sen-
tentiã fecerunt, qui se ab Orientalium cõmunio-
ne, quod de hac re diuersa senserint, diuiserunt.

Sententia Orientalium. Caput. III

Proinde si omnino iã credendũ sit quinquagin-
ta Episcopis Orientaliũ id esse uisum quod septua
ginta Aphris uel aliquanto etiã pluribus cõtra tot
milia episcoporum qbus hic error in toto orbe di-
splicuit, cur non potius etiã ipsos paucos Orienta
les suũ iudiciũ correxisse dicamus, nõ ut tu loque-
ris rescidisse? Sicut enim laudabile est à uera sentẽ-
tia non moueri, ita culpabile persistere in falsa, quã
nunquã tenere prima laus est, secunda mutare: ut
aut ex initio uera permaneat, aut mutata falsa, uera
succedat. Neq; nunc ad nostrã pertinet quęstionẽ,
quale sit quod pars Christiani orbis maxima cum
Orientalibus sensit. Si enim hoc uerũ, si hoc tenen
dũ atq; seruandum est quod de baptismo tenemus
atq; seruamus, duo mala uestra uobis obiicimus.
Vnum q erratis in baptismi quęstione. Alterum q
uos ab eis qui de hac re uerum sentiunt separatis.
Si aũt ut secundũ uos loquar, hoc est in ea quæsti-
one uerũ, qd' ipsi sentitis, illo certe crimine macu-
lamini q ab Ecclesia recessistis, ꝓpter cuius pacem
sicut Cyprianus & fecit & monuit, etiam diuersa
sentientes ferre debuistis. Nunc exclama quod

Sacramentum commune Caput. IIII

ego dixerim, nihil inter fideles ꝓfidosq; discernas,
idem tibi pius atq; impius uideatur, quod ego non
dixi. Sed planè illud dixi, unde tu quasi doc dicerẽ,
exclamare uoluisti, & dicere quod nõ dixi. Siue, in
quam, à fideli siue à perfido dispensatore sacramen
tum quisq; percipiat. In qua sententia nõnihil inter
fidelẽ perfidũq; discreui, nec iussi ut idem cuiquã
pius atq; impius uideat, sed idem sacramentũ piũ
& impium posse habere, quod nec tu negas, q sal-
tem post impios occultos baptizandũ non esse cõ
cedis. Proinde sine causa coniungis & dicis, Nihil
prodest bonis moribus uiuere, quia qcquid iusto li
cet, potest & iniustus implere. Quia & falsum est,
à me dictũ non est, Boni qppe mores uitã bonorũ
malorũq; discernunt, & ad diuersa perducũt. Nec
quicqd iusto licet, potest & iniustus implere, qa iu
stus implet legẽ Christi ꝓ dilectionẽ Christi, unde
iniustus alienus est, põst tñ aliqd qd' & iustus im-
plere, ut et ipse baptizet, si nihil aliud certe cũ latet:
sicut etiã illi possunt dei mãdata prædicare sicut iu
sti, sed non secundũ ea uiuere sicut iusti, de qualib.
dictũ est, Quę dicũt facite, quę aũt faciũt facere no
lite. Sed hac iniustũ nõ latentẽ & nõnullis cogni
tũ bonis per aliquã seditiosam factionẽ de Eccle-
sia nõ posse separari. Audi Cyprianũ, Tolera zizā
nia, esto frumentũ. Quàm tibi bene sonare uisa sũt,
quæ in una re uarie repetisti. Quid hoc præcepto,
ings, dici iniqus põst, ut purificet alitũ maculosus,
abluat sordidus, emũdet inmundus, det infidelis fi
dẽ, criminosus faciat innocentẽ? Breuiter respon-
deo, Nec maculosus nec sordidus, nec immũdus,
nec infidelis, nec criminosus est Christus, q dilexit
Ecclesiã, & seipsum tradidit ꝓ ea, mũdans eã lauā-
cro aquæ in uerbo, faciẽs nos certos de bonis suis,
ne malis uiciaremur alienis. Nam ecce cũ minister
iniquus occultus est, à quo tñ datũ baptismũ nõ re
scindis, nónne omnia tibi uerba tua ista replicari
possunt, qa & purificat maculosus, & abluit sordi
dus, & emundat immũdus, & dat infidelis fidẽ, &
criminosus efficit innocentẽ? Non, ings, ipse sed fa
ma eius bona, quãuis inanis et falsa. Hinc nõ uis ut
ego exclamẽ, Oscelus, ò portentũ, nõ ut ait qdam,
in ultimas terras deportandũ, sed potius extra om-
ne cœlũ & oẽs terras si fieri possit abigendũ. Non
teipsum dico quẽ correctũ uolo, sed hunc errorẽ à
quo te corrigi cupio. Itáne ad mundandũ hominẽ
quãdo boni ministri falsa sufficit fama, quę hoc ef-
ficiat qd' efficeret bona uita, ut ad hominẽ sanctifi-
candũ quãdo ministri latet iniqtas, deo militet fal-
sitas? Hoc totũ ideo ne dicatis qd' dicimus, Siue à
fideli siue à perfido dispẽsatore sacramentũ quisq;
percipiat, nõ sanctificat nisi deus. Deinde comme-
moras uerba mea q dixerim, semper Christus det
fidẽ, Christus sit origo Christiani, in Christo radi-
cem Christianus infigat, Christus Christiani sit ca
put. Dixi plane & dico, nec tu omnino respondere
potuisti. uideris enim quasi succubuisse tãto põde
re ueritatis, cũ subiecisti, hoc & nos suadem?, hoc
uolumus. Deinde rursus supponis hominẽ in q
spẽ cõstituat accepturus: Sed quærimus, ings, per
quẽ hoc melius fiat? Et quia sine ministro nec nos
dicimus posse hominem baptizari, quæris à me, u-
trúmne melius iniustus sit minister an iust⁹? Vbire
spõdeo ad hoc esse melius, ũt sit iustus minister, qd'
infirmitas hominis, cui sine exẽplo laborioſũ est
& difficile qd' imperat deus, imitatione boni mini-
stri ad uitã bonã facilius erigat. Vnde dicit Apo-
stolus Paulus, Imitatores mei estote, sicut & ego
Christi. Ad hominẽ uero baptizandũ et sanctificã
dum, si tãto est melius qd' accipit, quãto est melior
per quẽ tradit: tanta est in accipientib. baptismorũ
uarietas, quãta in ministris diuersitas meritorũ. Si
eñ qd' sine cõtrouersia credit, melior erat Paulus
q; Apollo, meliorẽ baptismũ ꝓfecto dedit, secun-
dum istã uestram uanã peruersamq; sententiã. Et si
meliorẽ baptismũ dedit, profecto eis quos à se non
baptizatos gratulat inuidit. Porrò si inter bonos
mini-

Matt. 23 Christus mendator. Ca. I

Contra Petil. lib. I

Per mãũ ministrorum ꝓpinatur eq; deus. Caput. VI

1. Cor. 4

Universidad de Deusto Biblioteca

miniſtros, cum ſit alius alio melior, non eſt melior baptiſmus qui per meliorem datur, nullomodo eſt malus qui etiam per malum datur, quando idē baptiſmus dat̄. Et ideo per miniſtros diſpares dei munus æquale eſt, quia non illorū ſed eius eſt. Non ergo ſicut inaniter inueneris, nihil inter fidelē perfidumq; diſcernimus, ſed diſcernimus humana merita, non ſacramenta diuina: quæ tu quoq; ui ueritatis adductus & hæreticæ intentionis oblitus, nobis & uobis non alia, ſed una eademq; eſſe dixiſti. Quomodo dicis, hoc & nos ſuademus & uolum⁹ ut ſemp Chriſtus det fidē, Chriſtus ſit origo Chriſtiani, in Chriſto radicē Chriſtianus infigat, Chriſtus Chriſtiani ſit caput: cum defendas literas Petiliani, ubi apertiſſime cum baptizantis meritum cōmendaret, quantumq; ad dandum baptiſmū ualeret humana iuſtitia: ꝓ ſuſcepta cauſa conaretur oſtendere, Conſcientia, inquit, ſancte dantis attēditur, quæ abluat accipientis, Nam qui fidem ſciēs à perfido ſumpſerit, non fidem percipit ſed reatū. Et tāquam ei diceretur, unde hoc probas? ſecutus adiunxit, Omnis enim res origine & radice conſiſtit: & ſi caput non habeat aliquid, nihil eſt. Quid obſecro quia incidiſti in defenſionem temerarię falſitatis, nebulas manifeſtis rebus moliris offundere. Aperte dicit homo, originē, radicē, caputq; hominis regenerandi per baptiſmum non eſſe poſſe, niſi cuius miniſterio baptizat̄: & tu dicis, hoc & nos uolumus, ꝙ Chriſtus ſit origo & radix caputq; Chriſtiani, Sed quærimus per quē hoc melius fiat. hoc aliud eſt qd̄ dicis, aliud quod dixit Petilianus: hoc quod dicis etiam ſi uerum ſit, nō hoc eſt quod ille dixit. Proinde ſi hoc & tu uis, ut Chriſtus ſit origo & radix & caput Chriſtiani, Petiliano reſiſte, non mihi, quoniā neq; qui plantat eſt aliquid neq; qui rigat, ſed qui incrementū dat deus. Quod ego ex Apoſtolo cum in eis literis poſuiſſem, ita tu reſpondere uoluiſti ut diceres, Dei quidē dare eſt incrementum, ſed ſicut qui plantat & rigat, nō niſi colonus fidelis & diligens quærit̄: ſic etiam in ſacramento baptiſmatis nō niſi fidelis & iuſtiſſimus operarius adhibetur. Quaſi uero quod infidelis colonus plantauerit, propter eius infidelitatem non germinet uis ſeminis, et fœcunditas terrę cœliq; tē peries hanc efficaciam diuinitus nō acceperint, ut ad propagandos fructus plantatorem uel rigatorē operarium tantummodo expectent, qua mente operetur, qua laboret intentione non curent, utrum dominum agri fideliter diligat, an ſua non illius lucra conquirat. Adiungis etiam teſtimonium propheticum dicens, Dabo uobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent uos, paſcentes cū diſciplina. Scio completum eſt, Tales Apoſtoli fuerūt, tales etiam nunc, etſi ꝓ eccleſiæ latitudine perpauci, nō tamē deſunt. Sed quid etiam per Ezechielem prophetam dicatur aduerſus paſtores malos, debuiſti quærere, legere, cogitare, Ibi enim dicit, Ego paſcam, non paſtores. Proinde & per paſtores bonos & paſtores malos cum uerbum ſuum ſacramētum q; diſpēſat, ipſe paſcit, quia de ipſo ait, ut ſit unus grex & unus paſtor. Bonum eſt enim confide

Contra Petiliani anum Ca. VII

Contra Petiliani ũ li. 1. Ca. 1 & 2

Contra Petiliani ũ li. 1. ca. 4

Caput VIII

1. Cor. 3

De bona fama Caput IX

Pſal. 117

re in dominū quàm confidere in hominē. Et male dictus q ſpem ſuā ponit in homine. Quod à me in illa Epiſtola cōmemoratū, ſic te intelligere oſtendis, ut ideo magis te dicas iuſtum & fidelē, per quē hoc ſacramentum celebretur inquirere, quia ſpē & fiduciam dei non hominis habes: dei eſſe aūt fidem atq; iuſtitiam, quam ſemper in miniſtris eius attendis. Hoc uerum dicis, quia bonorū omniū nihil habemus qd̄ non accepimus, & ideo fides & iuſtitia nobis à deo eſt. Sed cum dicis hanc tibi deum dare non poſſe niſi habeat eam per quē baptizaris: ſpē ꝓfecto in homine ponis, qui utrum ſit iuſtitiæ particeps neſcis. Et ſi non eſt, tunc famam eius attendis, & cum famam bonā de malo latēte repereris, ad ſanctificationē tibi ſufficere credis. Obſecro te ſi fiduciā dei nō hominis habes, & ideo magis ut iuſtus & bonus & fidelis ſit, per quem hoc ſacramentum celebratur inquiris, quia dei eſt fides atq; iuſtitia: nunquid dei eſt etiā falſitas famæ, quā ſi habeat bonā miniſter malus, hāc tibi dicis in tua ſanctificatione ſufficere? Iam mallē in hominē confideres, uñ te uehemētiſſime ꝓhibebam, q; in famæ ipſius falſitatē. Homo em̄ qualiſcunq; ſit, quātumcūq; ad id qd̄ homo eſt attinet, dei creatura eſt: nulla uero falſitas dei creatura eſt. Porrò ſi maledict⁹ qui ſpē ſuam ponit in homine, quanto magis q ſpē ſuam ponit in falſitate opinionis humanæ, ut in illud aliud incidat qd̄ ſcriptū eſt, Qui fidit in falſis, hic paſcit uentos: id eſt, ſit eſca ſpiritibus malis.

Hiere. 17

1. Corin. 4

Prouer. 10

De baptiſmo Ioannis Caput X Act. 2

Si datum, inqs, à quocunq; & quomodocunq; baptiſma reſcindi nō debet, cur poſt Ioannē Apoſtoli baptizauerunt. Quanto uehemētius ita ꝓponitur, ſi poſt Ioannem Apoſtoli baptizauerūt, cur non etiam poſt quemlibet ſanctū baptizat uel melior uel æqualis: ut uel hinc intelligere cogaris, ad iſtam quæſtionem nō pertinere baptiſmū Ioannis. Et Iudęis, inquis, à Moyſe baptizatis Petrus dixit, Pœnitemini & baptizetur unuſquiſq; ueſtrum in nomine Ieſu Chriſti. Si ꝓpterea iā baptizati erant Iudæi, quia Moyſes per mare rubrum ante tam lōgum tempus parentes eorū baptizauerat, qui de Chriſtianis baptizatis naſcuntur, ſine cauſa hodie baptizantur: & tamen dicis iſta & ſcribis iſta, audiris & legeris & putaris reſpōdere literis noſtris: quaſi hoc ſit reſpondere potuiſſe, qd̄ eſt tacere noluiſſe. Nec illud quod prætereundum putaſti, refelliſti principio huius Epiſtolæ, ſicut tibi uideris, quod à me dictum eſt. Si errabant illi qui uolebant eſſe Pauli, quæ tandem ſpes eorum eſt qui uolunt eſſe Donati? Quis enim non uideat hinc eſſe iſtam diuiſionem factam, hinc hodieq; in hac peſte perſiſtere, dum in hominis iuſtitia ſpes ponitur, ut tunc ſit acceptabilior baptiſmus Chriſti, ſi ab homine iuſto quis tingatur? Contra quem errorem aduerſus eos qui iam ſchiſmata ꝓpter diuerſa merita hominū facere cœperāt, clamat ipſe Paulus, Gratias ago deo meo qd̄ neminem ueſtrū baptizaui, ne q; dicat ꝙ in nomine meo baptizaui: Quid aliud inſinuans niſi baptiſma Chriſti non eſſe niſi eius cuius nomine datur, & ideo nō fieri melius cum per meliorē datur, nec deterius per deteriorem. Fruſtra

chriſti eſt baptiſmus Caput XL

1. Cor. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtra itaq; deinceps exultas et dicis, Sequitur ut om nia illa quę à ſancto Petiliano ſeu cuiuslibet ſermo ne ſcripta ſunt, recte dicta concludam. Ipſa em̄ uer ba quæ uelut recte dicta concludis, non ſe recte di cta conuincunt, quia nec conſcientia ſancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis, cum maculoſa dantis occulta eſt. Ibi uictus cū ueritati acquieſce re debuiſſes, ad falſam eius famam, tanq; ad decep tum mēdacio infœlicem iudicē, prouocaſti: quia neq; attenditur conſcientia quādo fama eius atten ditur: & tam non poteſt falſa cuiuſquam fama, q; nec mala uita quiſq; mundari: & nemo fidem Chri ſtianā ſumit ab homine, nec perfido nec fideli, ſed
Acto. 15 ab illo de quo ſcriptū eſt, Fide mundans corda eo rum. Qui ſi per fidelem audit quid credēdum ſit, eum quidem imitatur, non tamen ab eo iuſtificat. Nam ſi miniſter iuſtificat impium, conſequens eſt ut etiam in miniſtrum recte credatur. Apoſtolica
Rom. 4 quippe clara & certa ſentētia eſt, Credenti in eum qui iuſtificat impium, deputatur fides eius ad iuſti tiam. Proinde ſi miniſter non audet dicere, Crede in me: non audeat dicere, iuſtificaris à me. Iam ue
Contra Petili. ro quod ſequitur, Omnis res origine & radice cō
anū li. 1. Ca. 4 ſiſtit: & ſi caput non habeat aliquid, nihil eſt; ſi ori go & radix & caput baptizati, baptizans miniſter eſt, Chriſtus non eſt: ſi Chriſtus eſt, ille non eſt. De niq; cum miniſter occultus eſt malus, quæ origo, quæ radix, quod caput eſt baptizati? an falſa eius fama? Hoc quidē Creſconius dicit, ſed ueritas con tradicit. Ergo et tunc origo et radix & caput Chri ſtus eſt. Ipſe eſt em̄ quando miniſter eſt bonus, ne quod abſurdiſſimum eſt, melior ſit conditio bapti zati per occultum malū quādo Chriſtus eſt caput, q; baptizati per manifeſtum bonum, ſi huic mini ſter eſt caput. Hoc & de bono ſemine dixerim. Se
Contra Petili quit em̄, Nec quicq; bene regenerat niſi bono ſe
anū li. 1. Ca. 7 mine regeneretur. Quæ uero ſequunt ex Epiſtola Petiliani abs te poſita ubi ait, Quæ cum ita ſint fra tres, quæ poteſt eſſe peruerſitas ut qui ſuis crimini bus reus eſt, alium faciat innocentē, cum ſcriptum
Matth. 7 ſit, Arbor bona bonos fructus facit, & arbor mala malos fructus facit: Nunquid colligunt de ſpinis
Matt. 12 uuas? Et iterum, Omnis homo bonus de theſauro cordis ſui, pducit bona, & malus homo de theſau ro cordis ſui, pfert mala: ſatis aperteq; conuincunt Petilianum hæc omnia non retuliſſe niſi ad homi nem per quē baptiſmus miniſtratur, ut ipſe intelli gatur ſi innocens eſt facere innocentem quē bapti zat, ipſe ſit bona arbor, cuius fructus ſit qui bapti zatur, ipſe bonus homo de cuius cordis theſauro pcedit ſanctificatio baptizati. Ac per hoc cum iſte occultus eſt malus, dic mihi à quo fit ille innocēs, dic mihi cuius erit arboris fructus, dic mihi de cu ius cordis theſauro ſanctificabit baptizatus? aut ſi tunc effectorē innocentię ſuæ, tunc arborē de qua fructus bonus naſcit, non hominem miniſtrū ba ptiſmi meret habere, ſed Chriſtum: felicius incidit in miniſtrū latentem malum q; ſi incidiſſet in ma niſeſtū bonum. Quod ſi abſurdiſſime atq; inſaniſ ſime dicit, Chriſti fructus eſt q eius baptiſmo ſan ctificatur, cuiuslibet miniſtri opere baptizet. Niſi

A forte ad conſiliū tuū recurſurus eſt, quādo incurrit in miniſtri conſcientiā maculoſam & occultā, ut ei de qua naſcatur arborē oſtendas falſo bonam mali hominis fa: mācuius radicem ſi quęſieris, inuenies fallētis aſtutiā: de qua ſi poteſt naſci fructus bon⁹, qđ abſit, mentitus eſt Chriſtus q dixit, Nō poteſt arbor mala fructus bonos facere. Sed quia uerū di xit Chriſtus, habeat hō bonus tanquā bona arbor bonū fructum, opus bonū: ſicut homo malus tan quā mala arbor malum fructū, opus malū. Qui au tem baptizat̄, non de cuiuſquā hominis, ſed de ſpi ritu Chriſti naſcat̄, ſi uult eſſe fructus q uento non corrūpatur, & arbor quæ nō eradicetur. Quę cū De Optato
ita ſint, cum tu dixeris, Ergo ſequit̄ ut omnia quæ Caput. XII
à ſancto Petiliano ſeu cuiuslibet ſermone ſcripta
B ſunt, recte dicta concludā. Puto q̄a ego potius illa omnia non recte dicta cōcludo. Iamnūc uideamus qđ deinde in epiſtola tua cōtexuiſti, qūo re Opta ti cauſam & Maximinianiſtarū, quinimmo ut abs te doctior fiam, Maximinianenſium, ueſtri docue runt. Et de Optato quidem de q̄ nihil inſcriptū ua leo recitare, quidlibet ſentias facile cedo. Vnum il lud ſcio, ſi uera ſunt, quæ de illo, ut non dicā oſten debant̄, certe tamē dicebant̄, nec ipſe erat bonus, nec famam habebat bonā: unde quicunq; per eum baptizati ſunt, nec cōſcientia eius ſecundū Petilia num, nec fama eius ſecundū te, ablui potuerūt. Si aūt falſa mala ei⁹, ſicut ſæpe aſſolet, inuida fama ſa ctauit, uide q̄; recte non facile credamus, qđ nun quam nobis de traditoribus quos accuſatis, pbare
C potuiſtis. quia ſolet etiam de bonis mala fama mē tiri. Si ergo non illorū innocentia, non denicq; qđ uerum atq; firmū eſt dei gratia & non noſtra con ſcientia ratū nobis baptiſmū facit, faciat ſaltem ſen tentia tua. Tu em̄ cum de Optato loquereris di Cap. XIII
xiſti. Ego quidem Optatum nec abſoluo nec dam no. Si hoc ego, imò non tm̄ ego, ſed omnis Aphri cana catholica Eccleſia, quanto magis etiam trās marina tam longe lateq; diffuſa, Cæciliano & eius ordinatoribus dicat, Ego illos nec abſoluo nec dā no: parū ne putas eſſe illis q̄s ij baptizauerūt, quo rum nemo unquā Cæcilianum uidit, quod de O ptato ſufficere credis eſſe, quos ille etiam ſuis ma nibus baptizauit? An q̄a de Cæciliano parentum ueſtrorum concilīū recitatis, de Optato aūt nullū
D recitatur à nobis: ideo putas nulli noſtrū licere di cere, Ego Cæcilianū nec abſoluo nec damno: qđ tibi licuit de Optato? Sed factum eſt pro Cæcilia no poſterius iudiciū tranſmarinū ueſtris apud Cō ſtantinū imperatorē ut fieret inſtātibus, Aut ſi ec cleſiaſtica iudicia quæ prius ſacra fuerint iam con uelli nō poſſunt, quid de Primiano facturi eſtis ue ſtro Epiſcopo Carthaginenſi, contra quem primo centum plures utiq; q̄; de Cæciliano iudicauerūt, eiq; abrogato epiſcopatu Maximinianum pro illo conſtituerunt? Nónne Primianus poſteriore iudi cio nititur, quod pro illo factum eſt in oppido Ba gaienſi, ſecundū q; iudicium non uult de ſe dubita ri, ſed ab omnib. uobis ſe extorquet abſolui? Vnde & nos ſecundum de Cæciliano iudicium prorſus eū incunctanter abſoluimus. Sufficit tamē ad cau

ſam

sam si hoc de illo dicamus, qđ tu de Optato dixisti, nos Cæcilianum nec absoluimus nec damnamus. Viderint illi seu uestri seu nostri, quemadmodum de illo iudicauerint. Ipsi suarum sententiarū rationem reddant, ipsi portēt seu mali seu boni sui operis farcinā, nobis de alienis saltem factis dubitare permittite, ne cogamur in nobis ea sacramenta damnare, de quibus nō licet dubitare. Sed iam dixi, senti de Optato quod uis, Necꝙ enim est unde conuincamus eū qui non apud acta commisit. Quæ tamen ita cōmisit, ut inter Gildonis satellites præcipuus haberetur, tenereť, morereť. Nunquid etiā de Feliciano & Prętextato socijs Maximiniani, quos trecēti & decē episcopi uestri cū cæteris similiter nominatim expressis, una eademꝙ sententia Bagaitani cōcilij damnauerūt, eosdemꝙ non post paruū tempus cum omnibus quos dānati baptizauerunt, sicut fuerunt episcopos suscepe-
Donatistarum mendacia rūt, quod libet uobis garrire permittitur? Quo-
Cap. XIIII circa quæcunꝙ in nos siue in nostros quasi parcē do & prætereūdo dixistis, sine nominibus, sine testibus, sine ullis omnino documentis, partim culpando quæ culpanda non sunt, nō probando, superuacaneū est uelle purgare. Istos iterū attende, Felicianū Mustícanū & Prætexatū Assuritanum aliquanto diligentius intuere, quorū totā causam suo loco ita si dominus permiserit, explicabo, ut etiam si nimius hostis ueritatis esse uolueris, uestrorū mendacium defendere uel negare nō possis: sed nūc interim secundū hoc mihi placet agere quod tibi dixerunt, nōdum discutio cꝙ uerum dixerint, nondū ostendo cꝙ mira impudentiæ cæcitate mentiti sint. Certe cū de ijs quos Maximinianistas appellatis, & damnatis uestrorū concilio & receptis, in epistola mea perlegeres, sicut scribis ualde permotus es: quippe cū adhuc, uerbis enim tuis utor, qđ haberet ueritas ignorares. Deniꝙ statim, sicut narras, ex uestris episcopis diligentius inquisisti, atꝙ ipsis docentibus & decretū concilij & sententiā in eos qui damnati sunt dictā, & rei totius ordinē cognouisti. Et quia & me quid gestū sit ignorare credebas, quid ueritas haberet hortatus ut discerē, ita deinceps cūcta narrasti. uide quia in hac causa uerba ipsa tua pono ex epistola tua. sunt eñ mi-
Ex epistola Cresconij Cap. XV hi perneccessaria. Cum quam plurimos, inquis, episcopos error sibi Maximiniani sociare cōtenderet, cōtracto à nostrijs concilio in eos omnes qui in eius schismate perstitissent, prolata sententia est, quam tu quoꝙ te legisse testaris. Quæ sententia cū consensu omniū firmaretur, placuit tamē, inquis, decreto concilij dilationē temporis dari, intra qđ si quis corrigi uoluisset, innocēs haberetur. Sic factum est, inquis, ut nō solum duo illi quos memorauí, sed etiam multi alij purgati atꝙ innocentes se ecclesiæ reddidissent. Quorum ideo baptisma rescindi nō debuit, quia intra diem præstitutū restituti peremptoria sententia non tenerentur, nec cū baptizarent fuerunt ab ecclesia separati, quippe nec dū transacti tēporis definita meta disiuncti. Hi autē qui etiam post prædictum diē cū Maximiniano pertinaciter perstiterunt, sententia damnationis retēti, simul & baptisma & ecclesiam perdiderunt. Hæc uerba tua certe mi Cresconi cognoscis ex epistolæ tuæ contextione expressa. Proinde *Refutat Cap. XVI* quæro abs te, Si nondum fuerāt ab ecclesia separati, quomodo in eos oñes q in Maximiniani schismate perstitissent, prolata sentētia est, quæ cū consensu omniū firmaretur, placuit tamen decreto cō cilij dilationem tēporis dari, intra quod si corrigi uoluisset, innocēs haberetur? Quibus uerbis ostendis eorū q in Maximiniani schismate perstitissent, si quis intra dilationē temporis corrigi uoluisset, innocēs haberetur, corrigeretur. Ergo si quis corrigi uoluisset ab illo schismate in quo cū Maximiniano perstiterat, proinde anteꝙ corrigeretur, in schismate erat in quo perstiterat, quāuis in eo quia intra placitum tempus correctius est, nō pertinaciter perstitisset. Nam & posterioribus uerbis paulo post ita distinguis, Hi autē qui etiā post prædictū diem cū Maximiniano pertinaciter perstiterūt, sententia damnationis retēti, simul & baptisma & ecclesiam perdiderunt: dicens uticꝙ pertinaciter perstiterunt, ostendis etiam illos qui correcti sunt perstitisse, sed non pertinaciter. In quos simul ab oñibus prolata est sententia illa quæ consensu omniū confirmata est, placuisse tamen dicis decreto concilij dilationē illam tēporis dari. Quomodo igitur in ecclesia erant, q anteꝙ corrigerētur in schismate cum Maximiniano perstabāt. Quòd si in ecclesia nō erant, quia in schismate erant, quomodo baptizabant? Deinde quomodo factum est, sicut dicis, ut non solum illi quos memorauí, sed etiā multi alij purgati atꝙ innocentes se ecclesiæ reddidissent, si ab ecclesia nō erāt separati? Cui se reddiderunt, unde non recesserunt? Aut si recesserunt, dic quæso anteꝙ se ecclesiæ reddidissent, quo iure baptizauerunt? Quorū ideo, inquis, baptisma rescindi nō debuit, quia intra diem præstitutū restituti, perēptoria sententia nō tenerētur. Restituti, quó? Euigila obsecro dic nobis quó restituti? Profecto dicturus es in ecclesiā, cui se illos reddidisse dixisti. Quisꝙ ne restituat in ecclesiā, qui nō fuerit ab ecclesia separatus? Quisꝙ ne ab ecclesia nō separatur, quālibet paucos dies persistit in schismate? Quisꝙ ne ab ecclesia nō separatur, si post tempus quālibet paruum redditur ecclesiæ? Arbitror te *Cap. XVII* charissime, non solum uerba tua non considerasse conscribenda, sed nec legisse conscripta. Verunta men quid faceres cui necessitas in hoc opere ingerebatur in Maximinianum ac socios eius, nō propriā dicere, sed ab alijs dictā quoquo modo posses defensare sententiā. Nā & si tu nō utereris his uerbis, idē ipsum decretū concilij Bagaiensis recitarē ubi scriptū est: Eos autē quos sacrilegi furculi non polluere plantaria, hoc est qui à Maximiniani capite proprias manus uerecūdo fidei pudore retraxerunt, ad matrem ecclesiam redire permisimus.

Proinde & si uerba tua alia nō reperirē, hic cer- *Cap. XVIII* te dicerē, hic pro ueritate clamarē, Quomodo ad matrē ecclesiam redire permittunť, qui ab ecclesia matre nō recesserūt? Aut si recesserūt, quo iure anteꝙ redirēt baptizare potuerūt, nisi quia in causa

Universidad de Deusto
Biblioteca

resartiendi huius schismatis obliti estis proprię uanitatis, qua post episcopos ab ipsis apostolorū sedibus inconcussam seriem usq; in hæc tēpora producentes, non unum hominem, non unam domū, non unam ciuitatem, non unam gentē, sed orbem terrarum baptizandum esse cēsetis: aut certe quia huius facti horror semper etiam facientium corda concussit, tot populis ad uestram communionem à Maximiniani cōmunione redeuntibus tam multos quidem libuit separare, sed puduit tam multos rebaptizare: quod tamen quibuslibet detestantibus & exhorrentibus propter salutem hominum faceretis, quæ quanto plurium fuerat, tāto minus utiq; contēnenda erat, si hoc unquam contuitu ueritatis, & non præiudicio faceretis erroris. Vides certe in hoc Maximinianēsium ad uestram cōmunionē reditu patefactū, uera esse quæ de baptismo dicūtur à nobis, Nam si ullus est in hominibus intellectus, uel dicēdi aliquid uel audiēdi, qui antequ redeat ad ecclesiam baptizat, profecto extra ecclesiam baptizat: & tamē rescindēdus baptismus nō est, sicut nec in illis rescissus à uobis est. Quo non mutato, nec in suo, nec in cuiusq; alterius, sed in patris & filij & spiritus sancti nomine quisq; baptizat. Deinde prēter baptismi sacramentū quod uel ad pœnā peruersi uel ad salutē recti siue correcti integrū perseuerat, de ipsa correctorū expiatione uel mūdatione uolo aliquid dicere. Meministi em quę aduersus nos dixeris, q uenientes ad nos à uobis ex hæreticorū sacrilego errore, sine ulla expiatione susceptos habeamus, Tu nobis dic modo de schismate Maximiniani redeūtes ad uos, cum in suis etiā susciperentur honoribus, qua tandē quæso expiatiōe mundati sunt? In illo tāto scelere participato, nō erant tā nepharia societate maculati?

Cap. XIX Attende quid insonet, qd increpet, quid in illo prēclaro cōcilio fateat ueriloquū os illud episcoporū tuorū. Maximinianū, inquit, fidei æmulū, ueritatis adulterū, ecclesiæ matris inimicū, Dathan, Num. 16 Chore, & Abiron ministrū, de pacis gremio sentētiæ fulmē excussit: & qd' adhuc eū debiscens terra nō sorbuit, ad maius suppliciū superis reseruauit. Raptus em pœnā cōpendio lucrauerat funeris: usuras nūc grauiores colligit fœnoris, cū mortuus interest uiuis. Ita ne tandē in huius schismate, sicut ipse dixisti persistentes, antequ intra tēpus dilationis, sicut tu idē dixisti, si se uestrę ecclesię reddidissent, nullā uel parū de huius societate traxerāt maculā? Sed audi deinde qd sequat, Audi, inquā, dictator uel dictor illius sententiæ qd connectat, Nec hunc solū, inquit, sceleris sui mors iusta condēnat, trahit etiā ad consortiū criminis plurimos catena Psal. 13 sacrilegij, de quibus scriptū est, Venenū aspidum sub labijs eorū, quorū os maledictione & amaritudine plenū est, ueloces pedes eorū ad effundendū sanguinē, Contritio & infœlicitas in uijs eorū, & uiā pacis nō cognouerūt. Nollemus quidē tanq; è propriį corporis iunctura præscindi, sed quoniam tabescentis uulneris putredo pestifera plus habet in absciſiōe solaminis, q; in remissione medicaminis, inuēta est causa salubrior, ne per cūcta mēbra pestilens irrepat uirus, ut cōpendioso dolore natū decidat uulnus. Famosi ergo criminis reos Victorianū Carchabinēsem, Martianū Sullectinū, Beianū Beianensem, Saluiū Ausaphensem, Theodorū Vsulensem, Donatū Sabratensem, Migginū Elephantariēsem, Prætextatū Assuritanum, Saluium Membresitanū, Valerium Melzitanū, Felicianū Mustitanum, & Martialem Pertusensem, qui funesto opere perditionis uas sordidum collecta fæculentia glutinarūt: sed & clericos aliquādo ecclesiæ Carthaginis, qui dū facinori interfuerunt, illicito incestui lenocinium præbuerunt, dei præsidentis arbitrio uniuersalis concilij ore ueridico damnatos esse cognoscite. Quæ grauiora in illos dicere potuistis? Quæ grauiora in uosipsos dicere soletis? Sed ab hoc, inquis, tā magno malo intra dilatiōis tēpus correcti sunt. uidero utrū correcti sint, quia reuera correcti essent, si ad uerā ecclesiā remeassent. Sed si uestra uera est, quomodo expiati sint à tam immani scelere dicite. Si em nō sunt expiati, omnes uos estis secundum uestram sententiā eorū scelere maculati. Si autē expiati sunt, solo ipso reditu propter charitatem quę cooperit multitudinē peccatorū expiari potuisse cōceditis: & nos de uestris cū correcti ad nos ueniunt, inanibus calūnijs accusatis: nisi forte iam quidā sicut concilij uerba indicant schismatis sacrilegium perpetrauerāt, sed ante diē cōcessæ dilationis eodē sacrilegio nondū fuerāt inquinati, & ideo nō putati sunt expiandi.

Cap. XX Hoc si ita est, quis uos nō audiat, qui tam mirabilem potestatem in homines accepistis, peccant quando uolunt, & inquinantur quando uultis, nō obscurū aliquid recitamus, minus ue notū atq; uulgatū. Illa sententia est quæ tantæ facundiæ merito in manibus omniū, in omniū ore uersat, qui legendorū taliū studiosi sunt, de qua nūc saltē cernis q; uere dixerint, qd' nō eā deberent gaudere differtā, ne postea plangerent diffamatā. Attende quid habeat, audi qd perstrepat. Maximinianū, inquit, Cap. XXI fidei æmulum, ueritatis adulterū, ecclesiæ matris inimicū, Dathan, Chore & Abiron ministrū, de pacis gremio sentētiæ fulmen excussit. Cū hoc igitur si quis sacramentū altaris uno die sciēs cōmunicasset, secundū iactantissimā illā seueritatē uestrā, nō de tanto malo sic pollueretur, ut par eius fieret? Quid ergo fuerūt, uel quid ex illo facti sunt qui nō solum ad altaria cū eo accesserūt, uerūetiam ipsi eū ordinatū episcopū cōtra Primianū uestrum erectis altaribus admouerūt? Sed quid ego de istis interrogem, Ipsa sententia loquatur cuius uerba sic fulgēt, ut si eā uolueritis abscondere, quarūlibet latebrarū tenebras suo nimio splēdore perrūpat. Videamus in socios Maximiniani, quanto sonitu damnationis insurgat. Nec solum hunc, inquit, Ca. XX sceleris sui mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortiū criminis plurimos catena sacrilegij, de quibus scriptū est, Venenū aspidum sub labijs eorū, quorū os maledictiōe & amaritudine plenum est, ueloces pedes eorū ad effundendum sanguinē. Contritio & infœlicitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt. Deinde paulopost cū omes ordinatores

ordinatores Maximinianí nominatim enumeraſ-
ſet, inter quos etiam iſti de quibus ago, Felicianus
& Prætexatus leguntur, quid fecerunt ut tanta in
eos digne dicenda eſſent, ita ſubiungit, Qui fune-
ſto, inquit, opere perditionis uas ſordidū collecta
facultatis glutinarūt: ſic intelligi uolēs quod ipſi
aſſuerint, ipſi Maximinianū impoſitis manibus or
dinauerint. Addens etiā de Carthaginis clericis,
Sed & clericos, inquit, Carthaginis eccleſiæ, qui
dum facinori interſunt, illicito inceſtui lenocinio
De Feliciano Ca. XXIII præbuerunt. Rogo te Creſconi, nunquid ullis
meis uerbis hoc crimē exaggero? Quod ſi uoluiſ-
ſem, fortaſſe mihi & ſi non talia, tamē qualitercun
que ſufficientia non defuiſſent. Quęro igit abs te,
anteq; iſti duo de quibus interim ago ad ueſtrę cō
munionis concordiā remeaſſent, in illa catena ſa-
crilegij conſtituti ſub quorum labijs erat uenenū
aſpidū, cū ore pleno maledictiōis & amaritudine,
cū pedibus uelocibus ad effundendū ſanguinem,
quomodo baptizabāt? Nunqd *in his* erat cōſciē-
tia ſancte dantiū, quæ ablueret accipientiū? Nun-
quid eos ſaltē fama bona *uel falſiſſima* commenda
bat, quæ tibi *in illis anguſtijs* nō quà euaderes, ſed
quà te præcipitares exitū præbuit, cū eos tam inſi-
gne concilīū clamet famoſi criminis reos? Redeū-
tes deinde ſicut falſa narrantibus ueſtris epiſcopis
credidiſti, ante dilationis diē quomodo ſuſcipiun-
tur *in* honoribus ſuis, cū eis quos extra eccleſiā cū
Maximiniano conſtituti *in* catena ſacrilegi ſchiſ-
matis baptizauerāt, unde à ſacrilegio tāto expian-
tur, à catena illa unde ſoluūtur, labia eorū, os eorū
uenenū aſpidū, à maledictiōe et amaritudine unde
mūdant, unde pedes ab effuſiōe ſpiritalis ſangui
nis abluuntur quo uelociter cucurrerūt, unde ma
nus funeſto opere perditionis emaculantur, unde
ab *illicito inceſtu* nō mēbra corporis, ſed animæ
C. XXIIII purgantur affectus? Nempe iſtam cauſam ut de
fendatis, uelitis nolitis ad patrociniū ueritatis ue-
nire cogemini, quæ dicit baptiſmū Chriſti, non ſo
lum per occultos, ſed etiā per manifeſtos malos:
nec ſolum à conuerſis, uerūetiam à peruerſis datū,
habere inconcuſſam ſui roboris firmitatem, & eis
poſſe quidē ineſſe, ſed niſi correctis non poſſe pro
deſſe, Correctos autē etiā fraternis orationib. ex-
piari per charitatē cooperientē multitudinē pecca
torū. Ecce anteq; oſtendā q; impudēter tibi ueſtri
epiſcopi de Maximinianenſiū ſuſceptiōe mentiti
ſint, ſecundū ipſum mendaciū & narrationē tuā,
q; tota cauſa ueſtra ſubuerſa ſit, puto quod nō iam
quęrere debeas ſed agnoſcere, nec parare cōtradi-
ctionē, ſed correctionē potius cogitare. Vides em
nunc ſaltē q; ueraciter à me illa dicta ſint, quibus
fruſtra mēdaciter reſpondere conatus es: q; recte
dixerim, Si pro unitate partis Donati *in* nefario
ſchiſmate baptizatos nemo rebaptizat, cur nō ,p
unitate Chriſti uera & plenaria pax illius hęredita
tis agnoſcit: cū *ipſe* fatearis eos qui in Maximinia
ni ſchiſmate perſtitiſſent meruiſſe ſententiā, qua
nō tenerent ſi intra diē dilationis ſe eccleſiæ reddi
diſſent: Vnde cōſtat anteq; ſe reddidiſſent, eos in
ſchiſmate in quo perſtiterant baptizaſſe, cum qui
bus in ueſtram communionē recepti ſunt. Vides
quēadmodum *mortui* baptizauerūt, quia de illis
qui in Maximiniani ſchiſmate perſtitiſſent, antecq;
aduos rediret, dictū erat ſententia cōcilij Bagaien
ſis, Aegyptiorū admodum exemplo pereuntiū fu
neribus plena ſunt littora. Quod uero dixi, quan *Quod multa*
do apud eos decernenda recitata eſt, ore latiſſimo *ſint pro pace*
acclamauerūt, Nunc aūt cum à nobis recitata fue *tolerandā*
rit, obmuteſcāt, quibus pœnis ecce *iam* multo me *Cap. XXV*
lius obmuteſcerēt, q; cum talia loquūtur, implica
rentur. Vides q; uerum ſit quod à me dictum eſt,
iam tandem ſentire debent, quāta ſint pro pace to
leranda, & pro pace Chriſti redire ad eccleſiā, quæ
non damnauit incognita, ſi pro pace Donati pla-
cuit reuocare damnata: multo magis eī hoc ſecū-
dum tuā narrationē uerū eſt, qui dixiſti etiā illos
dilatiōe cōceſſa reuocatos, de quibus nominatim
expreſſis dictū fuerat, dei præſidentis arbitrio uni-
uerſalis cōcilij ore ueridico dānatos eſſe cognoſci
te. Cū enim poſt hęc uerba illa eſt dilatio conſtitu-
ta, quomodo nō placuit reuocare dānata. aut quo
modo nobis tanto poſt natis, uel ipſi etiā Chriſtia-
no orbi terrarū incognita eſſe nō poſſint, quę pro-
bari nō potuerunt de Cæciliano, in eo q; poſtea fa
ctum eſt iudicio tranſmarino, quādo quæ de Ma-
ximinianēſib. geſta ſunt, & in Aphrica & tēporī-
bus noſtris, tu cū ſis Apher, ſicut dicis, poſt tot an
nos adhuc uſq; nō noueras? Sicut autē nos doce-
re poterimus, adhuc uſq; nō noſti, quia epiſcopis
ueſtris mentientibus credidiſti. Quod autem *Ca. XXVI*
me me de traditiōe in ueſtros maiores dicis, quaſi
per anticathegoriā, quod à noſtris maioriб. factū
eſt, retorquere uoluiſſe, culpās quod hoc fecerim,
quaſi in ſchola de cauſę generibus uel quęſtionib.
ageret, nō in eccleſia ueritas quæreretur: Nunqd
hoc Heliæ prophetæ diceres, qui cū ſibi à rege ini
quiſſimo eſſet obiectū, qd' ipſe euerteret Iſrael: re-
ſpōdit, Ego nō euerto, ſed euertis tu & domus pa 3. Reg. 18
tris tui. Quid em ad nos pertinet hoc retortę rheto
ricæ obiectionis genus, quo nomine à Græcis ap
pellat in arte rhetorica, cū hoc inueniamus in au-
thoritate prophetica? Cum ergo quiſq; dicit, Nō
ego feci, ſed tu feciſti, uerū dicere opus eſt, nō dice
re metuendū eſt. Et tu quomodo oſtēdas nō feciſ-
ſe maiores ueſtros, qd' ſuis cōfeſſionibus lectis fe-
ciſſe mōſtrantur, debes ſi quid uales uigilātiſſime
cogitare, nō uerbo Greco imperitos ne nos audiāt
deterrere. Et maiores quidem noſtros fuiſſe tradi-
tores non docuiſti: Neq; em quia dixiſti eſſe mul-
tas literas quibus hoc poſſet oſtendi, ideo iā oſten
diſſe putandus es. De ueſtris autem maioribus ex
tat Secundi Tigiſitani cōcilium cum pauciſſimis
quidem factum apud Cirtam poſt perſecutionem
codicū tradendorum, ut illic in locū defuncti ordi
naretur epiſcopus. Ibi quę geſta ſint accipe, Nā *Caput*
quę neceſſaria fuerunt, infra ſcribere curaui. Dio- XXVII
cletiano octies, & Maximiano ſepties conſulib.
quarto nonas Martij Cirtę, cū Secūdus epiſcopus
Tigiſitanꝰ primę cathedrę cōſedīſſet, in domo Vr
bani Donatiq;, idē dixit, Probemus nos primo, &
ſic poterimus hic ordinare epiſcopum. Secundus
Donato

Universidad de Deusto
Biblioteca

Donato Masculitano dixit, Dicitur te tradidisse. A
Donatus respondit, Scis quantū me quæsiuit Florus ut thurificarem, & non tradidit me deus in manus eius frater: sed quia deus mihi dimisit, ergo & tu serua me deo. Secundus dixit, Quid ergo facturi sumus de martyribus? Quia nō tradiderūt, ideo & coronati sunt. Donatus dixit, Mitte me ad deū, ibi reddā rationē. Secūdus dixit, Accede una parte. Secundus Marino ab aquis Tibilitanis dixit, Dicitur & te tradidisse. Marinus respondit, Dedi Pollo chartulas, nam codices mei salui sunt. Secūdus dixit, Transi una parte. Secūdus Donato Calamēsi dixit, Dicitur te tradidisse. Donatus respōdit, Dedi codices medicinales. Secundus dixit, Transi una parte. Et alio loco Secūdus Victori à Rusicade dixit, Dicit̄ te tradidisse quatuor euāgelia. Victor respōdit, Valentianus curator fuit, ipse B me coegit ut mitterē illa in ignē. Sciebā illa delectitia fuisse. Hoc delictū indulge mihi, & indulgebit mihi deus. Secūdus dixit, Transi una parte. Et alio loco Secūdus Purpurio à Limata dixit, Dicit̄ te necasse filios sororis tuę duos Milei. Purpurius respondit, Putas me terreri à te sicut & alteri? Tu quid egisti qui tētus es à curatore & ordine ut scripturas dares: quomodo te liberasti ab ipsis, nisi qa dedisti aut iussisti dari quodcunq; ? Nam nō te dimittebāt passim. Nā ego occidi & occido eos qui cōtra me faciūt. Ideo noli me prouocare ut plus dicā, Scis me de nemine tractare. Secūdus minor patruo suo Secūdo dixit, Audis quid dicat in te? Paratus est recedere & schisma facere, non tantū ipse C sed & omnes quos arguis: quos scio quia dimittere te habent, & dare in te sententiā, & remanebis solus hæreticus. Ideo q̄d ad te pertinet, quis quid egit? deo habet reddere rationē. Secundus Felici à Rotaria Cēturiōi, & Victori à Garbe dixit, Quid uobis uidetur? Respōderūt. Habent deum cui reddant rationē. Secundus dixit, Vos scitis & deus, Sedete. Et omnes respōderunt, Deo gratias. Hos tu traditores qui cū alijs apud Carthaginē in Cæcilianum & socios eius dixerunt sententias, inter quos & Siluanus Cirtensis fuit, de cuius traditione gesta mox inserā, præclara uidelicet ratione defendis: hoc em̄ de his iam pluribus utiq; dicturus es, quod de uno Siluano tanq̄ magnum aliquid dictandum putasti, hinc te arbitratus manifeste falsum crimen quod ei traditiōis obijcitur, demōstrare, quia interposuisti sententiam eius quam in concilio inter cæteros episcopos contra Cæcilianum & alios communionis eius participes dixit, tanquam fieri non posset ut traditores traditor cōdemnaret. Prudentius enim tu uides ista q̄; Paulus apostolus, Nam ille quibusdam res obijciebat absurdas, nec considerabat nō posse fieri quod di
Rom. 2 cebat, Qui prædicas non furandum, furaris, qui dicis non adulterandum, adulteras, qui abominaris idola, sacrilegium facis? Et illud præcipue, In quo enim alterum iudicas, teipsum condemnas, Eadem enim agis quæ iudicas. Hos ergo traditores quibus cōfessis territus Secūdus ignouit, secum abluit in Carthaginensi cōcilio, & in absentes nō confessos dixerūt sententias, qui præsentes de sua non sunt confessione damnati. Hoc concilium nō maneret, nec in posteritatis memoria perduraret, nisi describeretur ab alijs, cū seruaretur ab eis qui eo se defendere præparabant, si quis eis eadem crimina postea quæ illic relaxata sunt obiecisset.

Intererat etiam Secundi ipsius, ut appareret eū, Caput ne schisma fieret, quod solent præ cæteris pacifici prǽcauere, illa omnia diuino iudicio dimisisse: XXVI quod multo magis facere deberet in concilio Carthaginensi, ubi contra absentes nulli constiterant, nisi Lucilla tunc præpotens & pernicioſissima fœmina odijs accensa furialibus uehemēter instaret, ut contra Cæcilianū ueluti damnatū alter ordinaretur episcopus. Quod in Zenophili cōsularis iudicio postea cōmemoratum est per quēdam Nun D dinariū Siluani Cirtensis tunc uestri episcopi diaconū, qui cū cōmemorato episcopo suo quem perpessus fuerat inimicum, sicut uolebat concordare nō potuit. Egerat sanè hoc apud collegas eius magis terribiliter, ne omnia proderet, quàm supplicīter ut ueniā mereretē. Ex illius iudicij gestis hæc Caput pauca interposui: Constantio Maximo Augusto XXII & Constantino iuniore nobilissimo Cæsare cōsulibus, idus Decembris ex tota Mociacensi inducto & applicito Victore grāmatico, astante etiam Nundinario diacono, Zenophilus consularis dixit, Quis uocaris? Respōdit Victor. Et paulopost alio loco respondit Nundinarius, Legantur acta. Zenophilus consularis dixit, Legantur. Et legit Nundinarius exceptor, Diocletiano octies & Maximiniano septies consulibus, quarto decimo calendas Iunij, ex actis Munatij Felicis flaminis perpetui curatoris Coloniæ Cirtensis: cum uentum esset ad domum in qua Christiani conueniebant, Felix flamen perpetuus curator Paulo episcopo dixit, Proferte scripturas legis, & si quid aliud hic habetis, ut & præcepto & iussioni parere possitis. Paulus episcopus dixit, Scripturas lectores habent, sed nos quod hic habemus, damus. Felix flamen perpetuus curator dixit Paulo, Ostende lectores aut mitte ad illos. Paulus episcopus dixit, Omnes cognoscitis. Felix flamen perpetuus curator dixit, Non eos nouimus. Paulus episcopus, Nouit officium publicū, id est Edesius & Iunius exceptores. Felix flamen perpetuus curator dixit, Manente ratione de lectoribus quos mōstrauit officium, & uos quod hic habetis date. Sedente Paulo episcopo & Montano & Victore de Castello, memor presbyter astāte Marte cū Aelio, & Marte diacono proferente Marcuclio Catulino, & Syluano & Carioso subdiaconis, & Ianuario Marcuclio Fructuoso Miggene Saturnio Victore Sansurico, & cæteris fossoribus, cōtrascribēte Victore Ausidij in breue sic, Calices duo aurei, Itē calices sex argentei, &c. Et alio loco, Postea q̄; apertum est in bibliotheca, inuenta sunt ibi armaria inania, ibi protulit Siluanus capitulatam argēteā & lucernam argēteam, quod diceret se post arcā inuenisse. Victor Ausidius Siluano dixit, Mortuus fueras, si nō illas inuenisses. Felix flamen perpetuus

Universidad de Deusto
Biblioteca

petuus curator pro Siluano dixit, Ingre diligẽtius ne quid hic remãserit. Siluanus dixit, Nihil hic remãsit, totũ hoc eiecimus, & cętera. Et alio loco exemi libelli traditi episcopis à Nũdinario diacono, Testis est Christus & angeli eius, quoniã traditoribus cõmunicastis, id est Siluanus à Cirta traditor est & fur rerũ pauperũ, quod oñes uos episcopi, presbyteri & diaconi & seniores scitis, & de quadringẽtis follibus Lucillę clarissimę fœminæ, pro quo uobis cõiurastis ut fieret Maiorinus episcopus, & inde factũ est schisma. Nã & Victor follo uestri præsentia & populi dedit folles uiginti, ut factus esset presbyter, qđ scit Christus & angeli eius: &c. Et alio loco, Quib⁹ lectis Zenophilus cõsularis dixit, Et actis et literis quæ recitatę sunt, traditorẽ constat esse Siluanũ. Itẽ alio loco Zenophilus cõsularis dixit, Quis administrabat? Tunc Siluanus in clericatu respõdit, Sub Paulo episcopo orta persecutio est, & Siluanus subdiaconus fuit. Habes ne frater Cresconi ad ista qđ dicas? Puto nõ usq; adeo frontẽ perijsse de rebus humanis, ut ad purgationẽ Siluani adhuc putes sententiã recitandã quã dixit in ecclesia. Nũ & collegas eius quasi traditores, ne magis nos admoneas dicere ex epistola Apostoli simile aliquid, ut paulo ante cõmemorauí, Qui prædicas nõ tradendũ, tradis, & in quo aliũ iudicas, temetipsum condẽnas, eadẽ enim agis quę iudicas. Sed postea q; Vrsacio & Zenophilo persequẽtibus cõmunicare noluisset, actus est in exiliũ. Imo qui iã traditor fuit, permanere etiã hæreticus uoluit, ut falsum honorem in ipsa parte Donati haberet, qui habere in catholica nullũ posset, tã manifestis traditiõis suæ gestis publico iudicio reseratis. Hæc tu profecto falsa esse dicturus es, et pro uestris maioribus, ut plurimũ possis, cõtra nostros alia prolaturus. Quod quidẽ forsitan nõ ualebis, non inueniẽdo quid proferas, sed fac te inuenisse, fac protulisse. Tãta ne furis impudẽtia ut abs te prolatis magis cõtendas credi oportere, q; eis quæ ꝓferunt à nobis? Aut enim & hic & illic fuerũt traditores, si & tu aliqua recitas de cõfessione nostrorũ: aut si aliqđ putas cõtra uestros à nostris esse conflictũ, cur nõ à uestris contra nostros hoc idẽ nobis putare cõceditis? Ergo pro humanis factis, aut & hinc & inde manifestis, aut ex utro q; latere incertis, ne qui in unũ deum credimus litigemus, qđ certũ & diuinum munus est, in Christi gratia cõcordemus. Cũ enim gesta maiorũ nostrorũ atq; uestrorũ hinc atq; inde contraria recitantẽ nobis tanto post natis, si nec saltẽ dubitare permittitẽ, quid iniquius? si autẽ permittitur, qđ sufficientius? Neq; enim sicut incertũ est à quibus extiterit traditionis malũ, sic incertũ est à quo iubeatur reddi turbatæ pacis bonum. Ac per hoc qui pro incerto alieno malo pacẽ Christi respuit, certissime malus est; quãdoquidẽ Cyprianus nec pro certa permixtorũ malitia zizaniorũ pacẽ deseruit frumentorũ, qui scribens ad Maximũ dixit, Et si uidentur in ecclesia esse zizania, nõ tamẽ impediri debet fides aut charitas nostra, ut quoniã zizania esse in ecclesia cernimus, de ecclesia receda-

Ex actis Cap. XXX

Rom. 2

Cypriani sententia Cap. XXXI

A

B

C

D

mus. Nõ dixit suspicamur, opinamur, arbitramur, cõijcimus, credimus: sed cernimus dixit. O uerbũ quo cuncta dubitatio tolleretur, ut corpus Christi nõ diuideretur. Si sola frumẽta desideras, geme in labore agri, gaude in spe horrei, tolera malos in cõmunione sacramentorũ Christi, ne ante littoris tẽpus retia dirũpendo, fias qđ tolerare noluisti. Ita dicerẽ si de traditoribus quos accusatis aliqd probassetis, Immo hoc uero tẽpore nec ista iam dicerẽ, nõ enim iubeor tolerare, cũ quibus iam nõ cogor uiuere. Quod si mihi etiã nũc traditor demonstraretur, qua cõscientia desero tot Christianas gẽtes quibus non demonstratur? Deinde ego ipse si nunc disco quod paulo ante nesciebã, cur in me rescinditis qđ sciebã? baptismũ quippe Christi me accepisse sciebã, uos etiã ipsi alienum scelus quod ignoratũ nemini obesse cõceditis. Cur ergo heri baptizatũ hodie rebaptizatis, cũ alienum scelus qđ heri nesciebã, hodie doceatis? Nesciens à quali acceperit, baptismi accepti non erat reus. Modo abs te hic didicit, baptismi rescissi quare fit reus? Nam siue cõsenserit documentis tuis, siue nõ consenserit qui Christi baptismũ ministerio traditoris accepit, nisi probaueris eũ scisse à quo acceperit, nec secundũ uos recte poteris baptizare. Iam nũc auerte ab studio partiũ mentẽ tuam, & cõsidera q; innumerabilis multitudo Christianorũ in Aphrica ipsa nesciat qui fuerint traditores: quãto magis in cætero orbe terrarũ, quantã multitudinẽ, nisi cũ baptizaretur scisse conuiceris, aut baptizandã dicere nõ audebis, aut iudicare de occultis cordis audebis. Et ubi est quod tibi placet, quæ abs te interposita est diuina sententia, quæ manifesta sunt uobis, quæ autem occulta sunt domino deo uestro? Crede orbi Christiano dicenti tibi, baptismũ Christi scio, qui fuerint traditores in Aphrica, uel ubilibet, ignoro. Quid in me occulta humana iudicas, ut manifesta in me diuina rescindas? Fac te scelus alienũ modo mihi probare, quod dicis: hoc cũ baptismũ acciperẽ, nesciebã, †Si ꝓpter eos quos modo mihi prodis, baptizare eos q; nesciẽtes ab adulteris acceperũt, quos nũc prodis. Quid ad hæc dicis, nisi nõ est sanctũ, non est mundũ, nisi quod uoluero? In hac re testis est, inquis, totius orbis penè cõsciẽtia. Respondeẽ tibi: In hac re totius orbis nulla est omnino cõscientia. Hoc, inquis, maiores nostri à suis parẽtibus acceperũt. Respondeẽ, Sed errãtes ab errantibus aut calumniãtibus, Nam & maiores Iudæorũ corpus Christi de sepulchro furatũ à suis maioribus acceperũt. Nam olim defuncti sunt, inquis, q traditiõis huius facinus per ꝙs & ꝙbus locis admissum sit cognouerũt. Respondeẽ, Hoc & nostri pro suis partib. dicũt. Extãt, inquis, etiã libri quibus ordo rerũ gestarũ fideliter ac diligẽter asscriptus est: sunt acta, sunt literæ, multorũ quoq; teneẽ manifesta cõfessio. Respondetur tibi, Hæc & nostris pro suis partibus nõ deesse. Aut ergo illis credamus q potuerũt causam suã illis ecclesijs persuadere, quas scriptas in libris diuinis & canonicis legimus: aut qđ tu dixisti de Optato, nec absoluamus dubia nec damnemus, & pacẽ Christi cuius

Vide num ita legendum, Si propter eos quos modo mihi prodis baptizatis eos qui nescientes ab adulteris acceperunt, quur nunc prodis?

XXXIII

C. XXXII

sti cuius bonum dubiũ non est, fraterna dilectione teneamus. Sed Orientales quos modo nostros esse concedis, non latuisse hoc facinus dicis. Atq; ut hoc probes, inseris principiũ epistolæ concilij Sardicensis, ubi Donati Carthaginis episcopi uestri nomẽ inuenitur ascriptũ. Quod ideo factũ putas & affirmas, quod uidelicet Orientalibus qui de concilio suo hæc scripta miserũt, facinus displicuerit traditorũ, & ab eorũ cõmunione retraxerint, & propterea Donato uestro cõmunicabãt. Discere ergo quod nescis, Sardicẽse cõciliũ Arrianorũ fuit, quod notũ iã diu est, ut habemus in manibus, maxime contra Athanasium episcopũ Alexandrinũ catholicũ, qui eorum errorẽ ex ipsa ciuitate ortũ, præ cæteris acriter arguebat & refellebat. Non igitur mirum si illi hæretici Donatũ sibi ascisce re tẽtauerũt, quos per totum orbem catholica damnabat ecclesia, quanq; nos sine ciuitatũ nominibus episcopos ad quos hæ literæ datę sunt habeamus. Aut ergo aliquis Donatus fuit nõ in Aphrica episcopus, cui nomini Carthago à uestris est addita, aut ut dixi, Aphricanam hæresim Orientalis hęresis sibi tentauit adiũgere. Quod hinc maxime credibile est, quod ad Carthaginis episcopũ Romano prætermisso, nunq; Orietalis catholica scriberet, ubi saltẽ uester scribi debuit, quẽ soletis Romam paucis uestris mittere ex Aphrica. Sed deo gratias, quod nec ualuit, si tamen cepta est illa cõspiratio hæreticorum Orientaliũ cũ Aphris hæreticis prævalere. Tu Arrianos iam inter hęreticos & nobis & uobis detestãdos in tua epistola posuisti, unde mihi tecũ nulla necessitas est, etiã de hac quæstione cõfligere. Nam quod tibi proposuisti quæstionem tanq; à nobis obiectã, si hæc ita sunt, à cõmunione uestrorum quemadmodum Orientales postea segregati sunt, & respondisti quod in recipiendis iterum nostris, damnatæ causæ non potuerint seruare conscientiã, nunquid mirãdum est de tam longinquis terris episcopos tuos tibi narrare impune quod uolũt? Quod si omnino ita esset, tot populi quid fecerunt, qui cũ ista nescirẽt, tamen à uobis rebaptizandi censentur? At nõ est credibile quod hæc populi ignorare potuerint, cũ tu harum rerum aliquantum studiosior, quid cum Maximianensibus egerint uestri Aphri in Aphrica, si literis meis uelles respondere non quęreres. Illud uero quod dixi, neq; si aliquorum in nostra cõmunione defunctorum traditio probaretur, quæ à nobis improbat, & displicet, nos ex aliqua parte macularet, q; ridiculose putasti ridiculũ & minus conueniens prudentiæ meæ. Proinde iam cupio nosse quomodo id refellerit prudentia tua, An quia dicis te non uidere quomodo à nobis improbetur, uel quatenus displiceat, quod nunquam cognito errore damnauimus, in eorum schismate positi? Vide potius quàm breuiter ad ista respondeam, Ego in Ecclesia sum cuius membra sunt illæ omnes Ecclesiæ, quas ex laboribus Apostolorũ natas atq; firmatas simul in literis canonicis nouimꝰ; earũ communionẽ, quantũ me adiuuat dominus, siue in Aphrica siue ubicunq; non deseram. In hac

Arriani cum Donato

Caput XXXIIII

Caput XXXV

cõmunione si fuerunt quos nescio traditores, cum eos demõstraueris, & carne & corde mortuos detestabor, nequaquã tamen à uiuis in eiusdem Ecclesiæ sancta unitate manentibus, propter mortuos alienabor. Neq; enim Episcopi hanc Ecclesiam condiderunt, sed in ea si boni frumẽtum, si autem mali palea fuerunt. Vos aũt quos tã manifeste Ecclesiæ *zizania* uel palea maculare non posset, quæ causa fuit uestræ diuisionis, nisi appetitus sacrilegi schismatis? Si tibi, inquis, displicet improba, fuge & relinque Ecclesiam traditorum, Noli errãtium maiorum tuorũ sequi uestigia. Ad hoc respondeo, Si nec illi fuerunt traditores, maiores mei sunt. Si fuerunt quod ego non sum, nõ sunt maiores mei: Ecclesiam teneo plenam tritico et palea. Non dico si alios qui suam sarcinam portant, sed si meipsum in ea mihi ostenderes traditorem, ubi mihi licet in melius commutari, non mihi opus est inde separari. Si quos tales sacramentorũ eius cõmunione cognouero, uerbo et disciplina domini emẽdo, quos possum, tolero quos emendare nõ possum. Fugio paleã, ne hoc sim, non areã, ne nihil sim. Proinde noli frustra in hanc sententiã uentilari, Magis enim me admonet, qũo id agam prẽceptũ Apostolicum, quod ipse posuisti, Ne cõmunices peccatis alienis, teipsum castum serua. Nam ut ostenderet quemadmodũ quisq; nõ cõmunicaret peccatis alienis, ad hoc addidit, teipsum castũ serua. Non enim qui se castum seruat, cõmunicat peccatis alienis: quamuis non eorum peccata, sed illa quæ ad iudiciũ sibi sumunt, dei sacramenta communicet cum eis, à quibus se castum seruãdo fecit alienum. Alioquin etiam Cyprianus, quod absit, peccatis raptorum & fœneratorum collegarum communicabat, cum quibus tamen in communione diuinorum sacramentorum manebat: de quibus dicũtur episcopi plurimi, quos & ornamento esse oportebat cæteris & exemplo, diuina procuratiõe neglecta, pcuratores rerũ secularium fieri, derelicta cathedra, plebe deserta per alienas prouincias oberrantes, negociatiõis quæstuosæ nũdinas aucupari? Esuriẽtibus in ecclesia fratribus habere argentũ largiter, uelle fundos insidiosis fraudibus parare, usuris multiplicãtibus fœnus augere. Nunq; d taliũ ille cõmunicabat peccatis? Nunquid eorũ sectã sequebat? Et tamẽ cũ eis in eorundẽ sacramentorũ cõmunione perstiebat, quia illa sacramẽta nõ ipsi instituerãt moribus suis, sed ad pœnã sibi ualere sciebãt moríb. malis. Quid est aũt quod dicis, ꝙ ex persona mea tibi proposuisses, qd' ego nunq; diuinũ tradiderim testamentũ? Adiungis eñ, Sed ille qui tradidit, te creauit. Deinde cõtexis quæ tibi bene sonare uidebant, Fõte deducit riuus, & caput mẽbra sequunt. Sano capite oñe sanũ est corpus, & si qd in hoc morbi uel uitij est, oñia mẽbra debilitat. Originẽ suam respicit quicquid in stirpe processit. Et post hæc quasi in extremo cõcludis. Non potest innocẽs esse qui sectã nõ sequit innocẽtis. In his oñibus uerbis tuis creatorẽ meũ, caput meũ, nõ feciſti nisi traditorẽ, quẽ quidẽ accusare tantũ, nõ cõuincere potuisti. Ego autẽ nec eius

Caput XXX

1. Tim. 5

Cyprian epistola 1 lapsis

Caput XX

innocen

innocentiam mihi creatricem uel fontẽ caput ue
cõstituo: sed tu ad illud redis in quo Petilianus er-
rauit, cũ cuiuscq; in sanctificatiõe baptismatis Chri
stus sit origo caputq; nascentis: & nos uis uenire
Hiere. 17 in maledictum, de quo scriptũ est: Maledictus om-
nis qui spem suam ponit in homine: cũ te aliunde
Caput nõ inuoluis, ne cũ siluerís, in aliud recidas. Sed
XXX & testimonio me admones de scripturis, quid tibi
VIII adhuc ad ista respõdeam. Dicis enim propter hoc
scriptũ esse, in legalibus patrum uestrorũ ne ambu
lauerítis. Nec aduertis dictũ esse ludęis, ut mala fa
cta patrum suorũ non imitarentur, non ut ab illo dei
populo scinderentur. Si ergo licuit regi Dauid, Sa
muelí, Esaię, Hieremiæ, Zacharię, cęterisq; sanctis
ac prophetis dei inter cõtemptores legis dei man-
data seruare, atq; in illos ipsos mãdati trãsgressores
multa digna & uera uerba iaculari, patrũ quoq; il-
la peccata qbus sub Moyse ita offenderunt deũ, ut
nemo eorũ dignus esset terrã promissiõis intrare,
non imitari, nõ sectari, sed detestari ac fugere, & il-
los qui ea cõmitterent, similitudine taliũ patrum
increpare, nec tamẽ sibi alterũ populũ quasi pur-
gatum & liquatũ separatione sacrilega cõstituere:
quomodo nobis nõ liceat nec facta, nescio quorũ,
quę magis obiectis q̃ probatis, imitari: nec tamen
Col. 1 ab ea quę in uniuerso mundo, sicut Apostolus di-
cit, fructificat & crescit sancta Ecclesia separari?
Nunqd aliqua sacramẽta instituerũt traditores in
quibus baptizarer? Nunquid aliquos libros de fa-
cienda uel imitanda traditione posteris cõdiderũt,
& eorũ tenemus, persequimurq; doctrinã? Quod
si fecissent, nec sibi cõmunicare paterent, nisi eos
qui illa legerẽt, approbarent, ipsi ab ecclesię se uni
tate diuiderent. In quorũ diuisione me si uideres,
tunc me dicere deberes esse in ecclesia traditorũ.
Quod si sua pessima de faciẽda traditiõe præcepta
cõscriberent, nec tamen extra ecclesiã sua propria
congregatiõe colligerent, zizania propterea com
putarent, quorum causa frumenta nõ recte desere
Caput rent. Ecce dico iterũ quę meulteri⁹ uetas dicere.
XXXIX Arguis apud me eos quos iã olim defunctos mea
cognitio nõ iudicasset. Dicis tu cõtra: licet tibi &
hodie iudicare, et iudiciũ non tantum de uiuis, sed
etiã de mortuis haberi potest. Licet enim sit mor-
tuus q peccauit, nunq; illud morietur quod admisit.
Quid si cum uiueret se correxit, deumq; placauit?
Nónne mortuum & deletum est quod admisit? si
cut Felicianus & Prætextatus Maximiniani ordi
natores, data sicut dicis dilatione, se tanto scelere
correxerunt. Mirum est aũt si propria peccata nõ
obsunt hominibus qui & facta correxerint, & alijs
obsunt qui ea omnino nõ fecerint. Quod si de no-
bis agitur, adde qui nec facta cognouerunt. Sed di
cis licere mihi etiam hodie iudicare, quia iudicium
non tantum de uiuis, sed etiam de mortuis fieri po
test. Ecce uolo iudicare, sed uos causam ipsam nõ
uultis agere, immo uero tunc actã, tunc etiam sine
dubio terminatã, nobis demonstrantibus non uul
tis agnoscere. Sed faciamus uos potius habere qd̃
docere possitis, quos nondũ docuistis, quare iã re
baptizãdos esse cõtẽditis, quãdoquidẽ a traditori
bus quos ignorauerãt baptizatos, nec cũ docueri
tis baptizare debeatis, sicut eos q nescientes ab a-
dulteris baptizati sunt, & illis proditis atq; conui-
ctis nõ baptizatis? Hic forte dicas, sed de Cæci- Cap. XL
liano iam iudicatũ est. Respondeẽ tibi. Iam iudica-
tum erat & de Primiano à centũ Episcopis uestris
quibus eum iniquissimũ Maximinianus pſuaserat
anteq; Bagaiense cõcilium faceretis. Sed in primo
iudicio damnatus est absens, in secũdo absolutus
est prẽsens. Si post primũ quos baptizauit rebapti
zari nõ possunt, quãto potius post secundum? Ita
& Cæcilianus primo apud Carthaginem iudicio
Secundi Tigisitani damnatus est absens, secundo
iudicio Miltiadis Romani absolutus est præsens:
adhuc nos de illo certos esse nõ uultis, saltẽ dubita
re permittite. uincit eũ uos non solũ qui Cæcilia-
num scit innocentem, uerumetiã qui nescit nocen
tem. Vos aũt utroscq; rebaptizandos esse censetis,
& qui dicũt, nouimus, & qui dicũt non nouimus,
qualis fuerit Cęcilianus. Nõ sunt baptizãdi quos
baptizauit Primianus post primũ iudicium quo
damnatus est absens, & baptizandi sunt quos ba-
ptizauit Cęcilianus post secundũ iudiciũ quo ab-
solutus est prẽsens? Illũ damnatũ damnare non li-
cuit, de isto absoluto saltẽ liceat dubitare. Cuius
crimina etiã si certa nobis essent in Ecclesia consti
tutis, quã spiritus sanctus uelut areã cum palea prę
nunciauit, nequaquam nos aliena peccata nõ imi
tata macularẽt. Et tamen etiã si nobis incerta esse
dicunt, non solũ rei constituimur, uerumetiã ba-
ptizandi iudicamur. Itáne agitis? Siccine cuncta
peruertitis? Tantúmne reuera uobis licere arbitra
mini, ut qd̃ uultis sit sanctũ, quod uultis immun-
dum. Cohibete uos, nõ perficiatis in malis, ne pe-
reatis à bonis. Nam illud quod dixi, q; si de per- Cap. XLI
secutionibus agitis, cito respondeo, si aliqd inique
passi estis, nõ pertinere ad eos q talia q̃uis impro-
be faciẽtes, pro pace tamẽ unitatis laudabiliter to-
lerant: q̃ fallaciter resellere uoluisti, prorsus nõ co
gitans literas tuas sani capitis habituras esse lecto-
rem. Ita eñ respondes quasi dixerim, persecutionẽ
uobis pro pace unitatis fieri debere. Quod illo qui
dem loco non dixi, sed dixi, si aliquid inique passi
estis, nõ pertinere ad eos à qbus laudabiliter ꝓ uni
tatis pace tolerant, qui talia in uos q̃uis improbe
faciunt. Quod cum apertissime dictũ sit, saltem ex
positum attendant quos fallere uoluisti. Neq; eñ
te quod tam apertũ est, non intellexisse arbitror:
sed breuitatẽ sententiæ meæ facile putasti posse in
caliginem mitti, ubi quodlibet aliud diceres, ei re-
spondisse uidereris. Cur aũt dixerim malos cõmu
nionis nostræ, hoc est, areæ dominicæ paleã, cum
in uos inique agũt, à bonis nostris laudabiliter pro
pace tolerari, quid opus est ut ipse ostendã, ipse de
fendã, cum pro me beatus Cyprianus apertissime
et candidissime dicat, etiã cum cernunt in Ecclesia
mali, non propter eos Ecclesiam deserendam: hoc
est, quod dixi eos pro unitatis pace tolerandos.
Neq; enim uos amplius quàm nos persequuntur,
qui uos inique persequentes dant uobis ad decipi-
endos imperitos, licet falsam similitudinẽ gloriæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

Circũcellionũ scelera Ca. XLII

nobis autem uulnus grande tristitiæ. Deinde commemorans etiam nescio quos mortuos, quos à nostris dicis occisos, tanquam in campo facundiæ sepositus latissime exaggeras locũ in quo uobis uidemini similes martyrum, cum quotidie uestrorum incredibilia patiamur facta clericorum & circumcellionũ, multo peiora q̃ quorumlibet latronum atq; prædonum. Nanq; horrendis armati cuiusq; generis telis, terribiliter uagando, nõ dico ecclesiasticã, sed ipsam humanam quietẽ pacemq; perturbant, nocturnis aggressionibus clericorũ catholicorũ, inuasas domos nudas atq; inanes derelinquũt. Ipsos etiã raptos & fustibus tusos, ferroq; concisos, semiuiuos abijciunt. Insuper nouo & ante hac inaudito sceleris genere, oculis eorũ calcem aceto permixto infundentes & infertientes, quos euellere cõpendio poterãt, excruciare amplius elegunt q̃ citius exq̃care. Nam primo tantum calce ad hoc facinus utebantur, sed posteaquã illos quibus hoc fecerant cito salutẽ reparasse didicerãt, a-

De eodem Ca. XLIII

cetum addiderũt. Omitto ante quanta cõmiserunt, quibus easdem leges aduersus errorẽ uestrũ constitui coegerunt, magis Christiana mansuetudine tẽperatas, q̃ in tam magna scelera cõgruo uigore exertas. Episcopus catholicus à Thubursucubere Seruus nomine, cũ inuasum à uestris locũ repeteret, & utriusq; partis procuratores procõsula re præstolarentur examen, repente sibi in oppido memorato uestris armatis irruẽtibus uix uiuus au fugit. A quibus pater eius presbyter, ætate & moribus grauis, ea cæde qua uehementer afflictus est, post dies paucos excessit è uita. Maximinianus Episcopus catholicus Bagaiensis, dicta inter partes iudiciaria sentẽtia, basilicam fundi Calmanensis euicerat, quam uestri illicite aliquando usurpauerant. Hanc cũ iure perspicuo retineret, in eaipsa sub altari quo confugerat, eodem supra se fracto, eiusq; lignis alijsq; fustibus, ferro etiã crudeliter cæsus, totum illum locum sanguine oppleuit. Accesserat aũt & grande uulnus in inguine, unde cruore largius effluente, continuo morereꝰ, nisi maior eorum crudelitas per occultam dei misericordiam profuisset Nam cum membris ex ea parte nudatis semiuiuus insuper pronusq; traheretur, exundantes uenas latenter puluis obstruxit. Inde nostrorũ manibus cum ferretur, rursus illis irruentibus uiolenter extortus est, grauiusq; mulctatus, & de excelsa turri noctu præcipitatus, subter cinerem stercoris molliter iacebat, post sensum amissum, uix extremum spiritũ tenens. Ibi eum transiens quidam pauper inuenit, cum uentris exonerandi causa ad eum diuertisset locũ. Agnouit aũt, tum pauidus suam cõiugem accersijt, quã procul uerecũdia dimouerat lucernã ferentem. Tunc eũ ambo peruexerunt domũ, uel miserando uel aliquid etiã lucelli sperando, cum siue uiuus siue mortuus, collectus tamen nostris ostenderet. Quid plura? Mirabili curatione sanatus est, uiuit, plures in eius corpore cicatrices q̃ membra numerantur. Hunc ad transmarinas terras occisum à uestris fama nũciauerat, et eius facinoris immanitas, grauisq; indigni

A tas, quaqua uersum audiri potuit, dolore horrendo cuncta cõmouerat. Quo posteaq; ipse secutus est, recentissimę cicatrices eius famæ illud mendacium defenderũt. Nam quẽ tui inspiciẽtes uix crederent uiuũ, non temere illa iactasse uidebaꝫ occisum. Hic cũ illic inuenisset collegã Thubursuccensem, quẽ pauloante cõmemoraui, & alios nonnullos similia uel nõ multo inferiora perpessos, nec eis ad propria reuertẽdi ulla facultas patere uidere tur, & quia Circũcellionũ uestrorum furor nobis horrendũ prębens uestris clericis satellitiũ usquequaq; odiosissime innotuit, ingẽs in uos cõflagrauit inuidia, atq; inde factũ est, ut & præteritæ omnes contra uos leges excitarentꝰ, & istę conderentꝰ nouæ. Quarũ tamen uniuersarum seueritas, si ue-

B strorum inordinatę ac sine ulla lege grassanti sæuitiæ cõparetur, mira lenitas appellanda est. His eñ magis tanta potestate accepta mansuetudo catholica cõmendatur, q̃ hæretica immanitas plectitur: imò uero in uos, cędes, rapinas, incẽdia, cęcitates, excogitando, minando, exercẽdo, audacius, & insanius debacchatur. Hęc enim ego cõmemorare uolui, per quæ factum est ut his nostris temporibus aduersus uos ita imperialia statuta ferrentur, imò aduersus errorem uestrũ. Nam quid iam si sapiatis potest esse probabilius? Cæterũ omnia quæ uel anteriorum literis didici, uel ipse cognoui, sęue facta uestrorũ, qui ab initio diuisionis uestræ usq; ad hoc tempus Ecclesiã catholicã persecuti sunt, si uelim retexere, quę lingua, quis stylus, quantum

C tempus ociumq; sufficiat? De Optato cum agerem, tuq; hoc magis excusare uoluisses, quàm purgare, dixisti reos hinc uestros esse non posse, quòd eos ad iudicandum nemo perpulerit. Tot protestationes nostrorum de furiosissimis uestrorum uiolentijs, archiua publica citius impleuerunt, quàm ullam apud uos uindictam illa facta meruerunt. Sed forte & hic dicatur, protestationes quidem depositas, sed ad ipsos uindicandos nullã perlatam. Audi ergo quędã quæ ipse sum expertus. Cum receptorum à uestris Maximinianensiũ quos damnauerãt causam cognouissemus, eam quaqua uersum poteramus ferenti diffamauimus instantia: illi rebus tam recentibus & tanta manifestatione clarentibus, quid respondere possent non inuenientes, solito crebrius & audatius Circũcellionum

D uiolentijs, turbisq; furentibus nos à prędicanda catholica ueritate, suaq; fallacia cõuincenda, deterrere cœperũt. Et quia multi erroris eorũ laqueis implicati, cũ quibus ut inde liberarenꝰ agebamus, respondebant nobis, hoc nos cũ Episcopis suis agere debere, collationemq; nostrã se uehemẽter optare, ubi possent uidere q̃bus afferentibus superaret ueritas falsitatẽ, in Carthaginensi totius Aphricę cõcilio nobis placuit, ut adhibita etiã publicorũ testificatiõe gestorũ, quò possemus eis qui hoc flagitabant probare, desiderio eorum nos minime defuisse, uestri pacifice cõuenirenꝰ Episcopi, quisq; ab eo nostrum qui eodẽ loco in quo ille cõsisteret: ut per collationẽ nostrã errore sublato, Christiana & fraterna societate, unitate, charitate, pace fruemur

mur, id intuentes, quia si fieri uellet, adiuuante mi sericordia dei facillime poterat, quicqd in causa nostra esset agnosci. Si aũt recusarent, saltẽ diffidẽtia eorum non frustra illis qui hoc à nobis popoſcerãt appareret. Factũ est, conuenti sunt, recusarũt, quibus uerbis, quo dolo, maledictione, amaritudine plenis, nũc longũ est demõstrare. Interea Crispinus Calamensis uester Episcopus, à Possidio collega meo in eadẽ ciuitate, apud acta cõuentus, ad concilium uestrum primo distulerat, pollicẽs cum collegis suis ibi se uisurũ quid respondere deberet. Deinde post nõ paruum tempus repetita conuentione, rursus apud acta respondit: Verba uiri peccatoris ne timueris. Et iterum: In aures imprudentis caue ne quicq; dixeris: ne cum audierit, irrideat sensatos sermones tuos. Postremo hanc respõsionem meã Patriarchali sermõe definio: Recedãt à me impij, uias eorũ nosse nolo. Hanc eius respõsionem cũ docti indoctiq; riderent, quippe hominis dicentis uerba uiri peccatoris se non timere, cui respondere minime auderet: & in aures imprudẽtis nolle se aliquid dicere, quasi aliquod secretum fuerit imprudentis auribus temere cõmissurus, cum ea quæ diceret multi possent prudẽtes audire, qualium causa & dominus Christus tanta Pharisæis quãuis imprudentibus loquebatur: & nolle se nosse uias impiorum, quasi uias suas eum docere uellent quos impios putabat, ac nõ potius ipse si teneret uias dei, etiã impios docere deberet, sicut scriptum est: Doceã iniquos uias tuas, & impij ad te cõuertentur. Cum ergo ista respõsio à multis intelligeretur, multis etiã demonstraretur, quantũ inanis esset, quantũ attinebat ad causam, cq; uero amara & maledica, quod non pertinebat ad causam, atque ita eius sicut apud uos uidet doctissima anno sitas, hesterno contra stante tyrone nihil aduersum ueritatem posse uideretur, subito post paucos dies iter agẽti Possidio, alius Crispinus eius presbyter, & ut perhibetur propinquus, tetendit insidias armorum, in quas pene iam noster inciderat, nisi eis prospectis atq; nunciatis, ad quendam fundum fugiens diuertisset, ubi ille nihil auderet uel non præualeret, uel si quid etiã fecisset, negare non posset. Quo comperto, continuo consecutus est tanta cæcus insania, ut iam latere turpe arbitraretur. Tunc domum in qua cum suis se Possidius incluserat, sepire armatis, lapidibus circũtundere, ambire flammis, aditum ex omni parte moliri. Quæ uero aderat incolentium multitudo, memor periculi sui si in eo loco aggressum tantum facinus impleretur, partim illum deprecabatur ut parceret, quem resistendo non audebat offendere, partim uero ignes suppositos extinguebat. Cum ille nihilo segnius cœptis feruidus atq; inexoratus instaret, cessit aliquando ictibus ianua, ingressi sunt, sauciatisq; cæde iumentis quæ in inferiore domus parte compererant, de superioribus Episcopum deposuerunt, afficiẽtes plagis & cõtumelijs. Vbi ne grauius sæuirent, intercessit ipse Crispinus uelut alijs rogantibus flexus, quorũ non tam uidebat in ira sua curare deprecationẽ, quàm in facinore testimonium formidare. Hæc posteaquam nota facta sunt in oppido Calamensi, expectabatur Crispinus Episcopus uester, quemadmodũ in suum presbyterũ uindicaret. Accessit etiam protestatio in municipalibus gestis expressa, cuius uel timore uel pudore cogeretur exercere ecclesiasticã uindictam. Quod cum omnino cõtemneret, tantusq; fieret uestrorũ tumultus, ut quia ueritati prædicandę respondere non poterant, itinera clausuri putarẽtur, imò uero iam etiam cernerent, leges quę nõ deerãt, sed quas si deessent in nostris manibus quiescebant, aduersus Crispinum Episcopum uestrum cõmotæ sunt, magis ut nostra mansuetudo demõstraretur, q; ut illorum puniretur audacia. Neq; enim aliter innotesceret, quid adiutorio Christi Ecclesia catholica in suos inimicos posset & nollet, non secundũ hæreticam præsumptionem priuato furore Circumcellionibus sęuientibus, sed secundum propheticã ueritatem, iugo domini dei subditis regibus. Exhibitus igitur Crispinus, & quod se esse proconsuli quærenti negauerat, facillime conuictus hæreticus, decem tamen libras auri quam mulctam in omnes hæreticos Imperator maior Theodosius cõstituerat, intercedente Possidio nõ est cõpulsus exsoluere. Qua mitissima sententia nõ cõtentus, nescio quo consilio quod displicuisse uestris omnib. dicebatur, ad eiusdem Theodosij filios prouocandum putauit. Acceptum est, rescriptum est. Quid aliud nisi quòd pars Donati iam sciret se ad illam pœnam aurariam cum cæteris hæreticis pertineri? cum quibus propter cõmunionẽ talis persecutionis, aut communem se deputet habere iustitiã, aut si non deputat, non se ideo iactet iustam, quia ea pœna coercetur, qua coerceri & eas hæreses uidet quas concedit iniustas, & tandem intelligat, quòd Christi martyrem non facit pœna sed causa: Nos aũt usqueadeo sæuos pśecutores esse arguat, ut nec post imperiale rescriptum aurũ illud fisco Crispinus expẽderit, indulgentiã illi catholicis Episcopis impetrantibus, & nunc inter ipsas etiã recentissimas leges proscriptionẽ uestris Episcopis cõminantes iure proprio securus sedeat, & catholici clerici inter manus Circũcellionũ clercorũq; uestrorum, domos, uictum, salutẽ ac lumen corporis pendant. Hæc qui faciunt, quid ego dicã latronibus, piratis, truculento alicui generi Barbarorum, quando nec ipsi omniũ crudelitatũ magistro diabolo cõparandi sunt? Ille sanctũ uirum Iob omnibus eius rebus ablatis, grauissimo uulnere à capite usq; ad pedes percussit, & tamen fuit illic integris integer luminibus locus, nec oculos eius extinxit, cuius totũ in potestatem corpus acceperat. Verum hæc uidelicet non perferuntur ad uestros, cum Crispinus maluerit Carthaginẽ pergere, propria pertinacia superari, mansuetudinis Episcopalis intercessione mitissimam in se prolatam recusare sententiam, appellare ad eius filios cuius legese irretitum uidebat, ut excitaret uniuersę parti Donati, quod solus perpeti nec uolebat nec cogebatur, q; unius sui presbyteri audacissimũ & inuidiosissimũ facinus sola degradatiõe punire. Restitutus

Crispini immanitas Cap. XLVI

Hesternum dixit iuuenem

Theodosij lex Ca. XLVII

Crudelitas in presbyterũ Ca. XLVIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

tutus quidam in regione Hipponensi uester presbyter fuit, qui cum ad catholicā pacem antecꝑ istis imperialibus legibus iuberet, ueritatis ratiōe permotus, manifesta uolūtate transisset, de domo sua raptus est à clericis & Circūcellionibus uestris, luce palam in castellum proximū ductus, & multitudine spectante, nihilq; resistere audente, ad furentum arbitrium fustibus cæsus, in lacuna lutulenta uolutatus, amictu iunceo dehonestatus. Posteaꝗ satis excruciauit oculos dolentium, ridentiumq; satiauit, inde ductus ad alium locum quo nemo nostrorum audebat accedere, duodecimo die uix dimissus est. Hoc Episcopo uestro in Hipponensi Proculiano ipse sum questus, gestis sane municipalibus ne si quid agere esset necesse, hoc ad se negaret fuisse perlatum. Quid responderit, quemadmodum ab inquirenda causa dissimulauerit, nostrāq; intentionem dolosius eludendam, post etiam non respondendo putauerit, satis eadem gesta testantur. Nunc uero qui ad nos à uobis clerici transierunt, quanta patiantur à uestris quando narrare sufficimus? Denique non quicunque ad nos inde ueniunt, ueritatem persecutione derelinquunt, sed multi ad nos inde nō ueniunt, quia persecutionem à uestris pro ueritate perpeti metuunt. Au- *Mortes spontaneæ*
fer itaq; de medio superuacuas inuidias molestiarum, quas regalibus iussis pro uestro errore patimini, perparuas & prope nullas pro magno furore uestrorum, imputantes etiam nobis quæ ab ipsis terrenis potestatibus ut uestrorum impetus à sua salute depellant, necessitate fiunt non uoluntate. Neque si quadraginta illi qui Paulum Apostolum interficere cōiurauerant, in armatos à quibus deducebatur irruissent pœnasq; sumpsissent, Paulo ista fuerant imputanda. Omitto quòd etiam uoluntarias mortes quas ipsi sibi ingerunt, in nos mentiendo trāsfertis: Nam de Marculo quòd se ipse præcipitauerit audiui: Quod profecto est credibilius, ẽt hoc aliquam potestatē Romanam iubere potuisse, Romanis legibus nimis insolitū, cum hoc malum inter tot hæreses sub Christiano uocabulo errantes, proprium sit hæresis uestræ. Vnde quid prodest quòd concilijs suis hoc uestri Episcopi prohibuisse & damnasse se iactent, sicut ipse commemorasti, cum tot rupes & abrupta saxorum ex Marculiano illo magisterio quotidie funestentur? Dixi ergo quid de Marculo audiuerim, & unde hoc credibilius possit uideri, quid autem uerum sit deus nouerit. De alijs autem tribus quorum mortes pariter obiecisti, quid uel quomodo factū sit, ab eis quos nosse existimo, fateor non *Cap. L*
quæsiui. Nullis tamen bonis in catholica hoc placet, si usque ad mortem in quenquam, licet hæreticum, sæuiatur. Neque uero si longe à morte cuiuslibet molestijs libido ulciscendi malum pro malo retribuat, approbamus, multo amplius detestantes, si ex hac occasiōe uelut pro unitate conandi, concupita quis auferat aliena, non illa quæ sub nomine Ecclesiæ non debent ab hæreticis possideri, sed quorumcunque priuata. Hæc omnia displicent bonis, & ea prohibent & cohibent quantum possunt, quantum autem non possunt ferunt: & sicut dixi pro pace laudabiliter tolerant, non ea laudabilia sed damnabilia iudicantes: nec propter zizania segetem Christi, nec propter paleas aream Christi, nec propter uasa inhonorata domum magnam Christi, nec propter pisces malos retia Christi derelinquūt. Reges cum in errore sunt, *Principes gē Cap.*
pro ipso errore leges contra ueritatem ferunt, cum in ueritate sunt, similiter contra errorem pro ipsa ueritate decernunt: Ita & legibus malis probantur boni, & legibus bonis emendantur mali. Rex Nabuchodonosor peruersus legem sæuam dedit, ut simulachrum adoraretur: idem correctus ueram, ne deus uerus blasphemaretur. In hoc enim reges sicut eis diuinitus præcipitur deo seruiunt inquantum reges sunt, si in suo regno bona iubeant, mala prohibeant, non solum quę pertinent ad humanam societatem, uerumetiam quæ ad diuinam religionem. Frustra dicis, relinquar libero arbitrio. Cur enim non in homicidijs & in stupris, & in quibusque alijs facinoribus & flagitijs libero te arbitrio dimittēdum esse proclamas? Quæ tamen omnia iustis legibus comprimi, utilissimum ac saluberrimum est. Dedit quidem deus homini liberam uoluntatem, sed nec bonam infructuosam, nec malam esse uoluit impunitam. Quisquis Christianum, inquis, persequitur Christi est inimicus. *23. q. 4. quisquis*
Verum dicis, sed hoc in illo persequitur quod Christo est inimicum. Neque enim dominus in seruo, pater in filio, maritus in coniuge cum sint utrique Christiani, non debent persequi uitia Christianæ contraria ueritati. An uero si non persequātur, non rei negligentiæ merito tenebuntur? Sed in omnibus tenendus est modus aptus humanitati, congruus charitati, ut nec totum quod potestatis est exeratur, & in eo quod exeritur dilectio non amittatur, in eo autem quod non exeritur, mansuetudo monstretur. Vbi uero nulla ex diuinis humanisue legibus potestas conceditur, nihil improbe atque imprudenter audeatur. Audi iamde *Cap. LII*
Maximinianensibus quod pauloante distuleram, ut & tuos Episcopos noueris tibi esse mentitos, & non solum quod pertinet ad baptismi quęstionem uel ad aliorum peccatorum in Ecclesia sine propria contaminatione tolerantiam, uerum etiam quod ad persecutiōis inuidiam, in qua quidam uestri in nos omnia Romana iura & præsidia superarunt, in hac una Maximinianensium causa noueris terminari. Nam si concilij Bagaiensis Episcoporum uestrorum trecentorū & decem, memorabilem illam, de qua superius quod satis esse uidebatur inferui, non te piguit legere sententiam, cum illa uerba damnatos cum Maximiniano duodecim, quorum præsentium manibus ordinatus est, apertissime ostendant, dilationem autem redeundi ad communionem uestram illi esse concessam: qui cum essent in cōmunione Maximiniani: Primianúmque damnassent, tamen quando Maximinianus ordinatus est, non interfuerunt, neq; enim omnes interesse potuerunt, aut ex more debuerūt: plurimum miror quomodo te falli nescio

quo

quo mentiẽte permiſeris, cuius uerba ipſa quæ ob ſcura non ſunt, nec acutum ingenium quo diſcutiantur, ſed tantum animum quo aduertantur expoſcũt, ne ab eo fallereris recitare potuiſti. Sed quia fieri poteſt, ut non eam legeris, & ſimplici affectu tanquam Epiſcopo uel Epiſcopis aliud tibi inſinuantibus facile crediderís, accipe eã & lege, & quã tibi à me uerũ dicatur attende. Neq; enim poſſunt eam tegendi mendacij ſui cauſa ut libitum fuerit emendare, imò falſare, quã iudicio publico apud proconſulem allegauerunt, quam totiens geſtis municipalibus inſerendam, pro ſuæ cauſæ neceſſitate curarunt, quando agebant aduerſus eos ut de baſilicis pellerẽtur. Sic certe incipit ea ſententia, *Sententia concilij Bagaiẽſis Ca. LIII* Cum omnipotentis dei & Chriſti eius uoluntate in eccleſia Bagaienſi conciliũ gereremus, Gamalius, Primianus, Pontius, Secũdianus, Ianuarius, Saturninus, Felix, Pegaſius, Rufinus, Fortunius, Criſpinus, Florentius, Optatus, Donatus, Donatianus, & cæteri numero trecenti & decẽ, placuit ſpiritui ſancto qui in nobis eſt, pacem firmare perpetuã, & ſchiſmata reſecare ſacrilega. Denicq; cum multa in eos horrenda uomuiſſent, paulopoſt ait, *Supra eodem cap. 19* Maximinianum fidei æmulũ, ueritatis adulterum Eccleſiæ matris inimicũ, Dathã, Chore, et Abiron miniſtrũ, de pacis gremio ſententiæ fulmen excuſſit. Vides, ut arbitror, Maximinianũ ſine ulla dubitatione dãnatũ. Deinde poſt pauca, ſed plane grauiſſima quę in eũ libuit declamare, adiungens ordinatores eius, & cum eo ſine dilatione damnans: Nec ſolum hũc, inquit, ſceleris ſui mors iuſta condemnat, trahit etiam ad conſortium criminis plurimos catena ſacrilegij. Deinde cum etiam in ipſorum exaggerandum ſcelus quę putauit declamanda, fudiſſet, nominauit eos ita, concluſitq; damnatos. Famoſi ergo, inquit, criminis reos, Victorianum Carcabianenſem, Martianum Sullectinum, Beianum Beianenſem, Saluiũ Auaphẽſem, Theodorum Vſulenſem, Donatum Sabratenſem, Migginum Elephantarienſem, Prætexatum Aſſuritanum, Saluium Membreſitanum, Valerium Melzitanum, Felicianum Muſticanũ, & Martialem Pertuſenſem: qui funeſto opere perditionis uas fordidum collecta fæculentia glutinarunt: Sed & clericos aliquãdo eccleſię Carthaginis, q dum faciunt interſunt, illicito inceſtui lenocinium prębuerũt, de præſidẽtis arbitrio uniuerſalis cõcilij ore ue *Cap. LIIII* ridico damnatos eſſe cognoſcite. Quid planius, qd manifeſtius, quid expreſſius dici poteſt? Audiã quibus dilatio tẽporis impertita ſit, ut uideas eos eſſe qui nõ interfuerunt, quãdo Maximiniano cum ordinaretur manus impoſitę ſunt. Eos autem inquit, quos ſacrilegi ſurculi non polluere plantaria, id eſt, qui à Maximiniani capite proprias manus uerecũdo pudore fidei retraxerunt, ad matrem Eccleſiã redire permiſimus. Hos cernis quẽadmodum non dicant eſſe damnatos, ſed tunc eadem damnationis ſententia retinendos, ſi tranſacto die conſtituto redire noluerint. Quem diem ita conſtituunt: ac ne anguſtũ, inquit, redeuntibus tempus ſpẽ ſalutis arctatæ diei preſſura ſubducat agnoſcentibus quibus licet manentibus præceden tibus ſtatutis uniuerſis, uſq; in diem octauum calendarum Ianuariarum proxime futurarum agnitionis pandimus ianuam, ut integri honoris ac fidei regreſſi habeãt fundamẽta: quam ſi quiſquam ingredi nequiuerit pigra ſegnitia, ſciat ſibi ad omnes ueniales aditus ſua uoluntate uiam eſſe ſubductam. Manebit enim circa eos dicta ſententia, & poſt præſtitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia. Certe iam perſpicis uir diſertiſſime, in illos *Cap. LV* te potius à quibus mendacium audiſti, omnia retorquere debere, quæ in nos tanquam mentiti de hac re fuerimus, dicenda arbitratus es. Certe perſpicis illos duos de quibus agimus, ex eorum eſſe numero qui cũ Maximiniano duodecim ſine dilatione damnati ſunt, non ex eorum quibus redeundi tempus indultum eſt. Certe liquet claret & cernit, obſcurari, obtegi nullo modo poteſt, quanta eloquẽtia is à quo ſententia illa dicta eſt, diſcreuit, illuſtrauit, expreſſit. Cur uerba adhuc dantur? cur contra lucidiſſimam ueritatem pro manifeſto errore contenditur? cur homines ſeipſos decipiunt? Si laqueos diaboli quos reſoluere atq; abrumpere deberent, conſtrictius implicant & obuoluunt, adhuc accipe unde uehemẽtius, & utinã cũ aliquo fructu correctionis erubeſcãt. In memo- *Cap. LVI* rato concilio Bagaienſi dies & conſul aſſcriptus eſt, non ſolum quo decretũ concilij conditum eſt, uerumetiam ipſius dilationis. Ergo à die octauo calendarum Maiarum poſt conſulatum Theodoſij Auguſti ter, conſulatu Auguſtorum, Archadij ter, & Honorij iterum ter, qui dies eſt concilij Bagaienſis, uſq; ad octauum calendarum Ianuariarum, qui dies eſt dilationis, octo menſes fermè numerantur. Inuenitur autem poſtulatio apud Herodem proconſulem: Inde aliquanto poſt dicta aduerſus Felicianum & Prætexatũ de Muſticanis & Aſſuritanis locis excludendos, cuius pauca ſub iunxi, Poſt cõſulatum dominorum Archadij ter, & Honorij iterum ter, Auguſtorum, ſexto nonas Martias, Carthagine in ſecretario prætorij Thicianus dixit, Peregrinus presbyter & ſeniores eccleſiæ Muſticanæ regionis tale deſiderium proſequuntur: Cum eccleſię Catholicæ ſanctitatem uir memoriæ uenerabilis ab errore perfidiæ Donatus aſſereret, in eius nomen & cultum mundi penè totius obſeruantia nutrita coaluit: Sed cum eius religionis laudandũ mirandumq; propoſitum Maximiniani cuiuſdam uenena polluerent, multorum cœtus antiſtitum in unum deo conſpirante collectus, hominem uel potius peſtem, quæ ſupernæ diſplicuit maieſtati, etiam puræ mentis propria coertione damnauit. Eos quoq; quos alienæ præſumptionis error traxerat, portu primo propoſito pœnitendi, ſi reuerti cuperent intra tempus ad religionis tramitem deſtitutum, pari uigoris admonitione compeſcuit: Sed ſuis inſtitutis iniquitas delectatur, & ſemetipſam non deſerit, cum ſemel præcipitata corruerit. Idem nanque Maximinia-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nus cœptam nutrit audaciã, & alios ſibimet con-
ſociat ad furorem. Inter quos etiã Felicianus qui-
dam, qui primo recta ſectatus, depra uationis hu-
ius attaminatiõe fuſcatus, in Muſticana ꝓpoſitus ci
uitate, deo omnipotenti parietes conſecratos, &
eccleſiam uenerandam quaſi quadam obſidione
credidit retinendam. Hunc etiam Prætextatus in
Aſſuritanis partibus imitatur. Sed cum æquitatis
tuæ innoteſceret poteſtati conſortiũ ſacerdotum,
iuſſiſti ut geſta teſtantur, exploſo omni traditio-
nis affectu, ſacratiſſimis ſacerdotibus à prophanis
mentibus Eccleſias uendicatas oportere reſtitui.
Vides nempe uſque ad huius poſtulationis diem
ab illo præſtitutæ dilationis, quod trium ferè men
ſium tempus effluxerit. Producitur autem iſte cõ-
flictus, quantum ex geſtis proconſularibus & mu-
nicipalibus indagare potuimus, uſque ad Theo-
dorum proconſulem, hoc eſt, uſque ad anni alteri-
us diẽ, undecimo calendas Ianuarij. Quo die cle-
rici ſeniores agẽtes ſurrogato Epiſcopo, qui in lo-
cum damnati prætextati Aſſuritani fuerat ſurro-
gatus, allegauerunt memorati proconſulis iuſſio-
nem, cum à foris erant à communiõe ueſtra, & e-
iuſdem communionis ueſtræ inimici in iudicijs pu
blicis arguebantur, et expellendi de locis deo ſum
mo conſecratis tanquam ſacrilegi petebantur.

Cap. LVII Ex quolibet ergo numero fuerint, quãquam ſa-
tis appareat ex quo fuerint, qui intra conſtitutum
dilationis diem cõmunioni ſe ueſtræ non reddide
runt: quomodo cum ijs quos extra cõmunionem
ueſtram baptizauerunt, non expiatis alio baptiſ-
mate, redierunt? In quo facto nõ uos reprehendi-
mus, quod baptiſmum Chriſti nequaq; ſacrilegũ
etiã in ſchiſmate ſacrilego cognouiſtis, quod ho-
minum peruerſitate correcta illud quod etiã in per
uerſis rectũ fuerat approbaſtis, quod dona Eccle-
ſiæ quæ præter Eccleſiam quoq; haberi & dari ad
habentium & accipientiũ ſupplicium, potuerunt,
nec in damnatis damnanda, nec in receptis mutan
Cap. LVIII da cenſuiſtis. Nec illud reprehendimus q eoſdẽ
ipſos famoſi criminis reos & poſt ſententiam dam
nationis ipſorum & poſt dilationis diem alijs con-
ſtitutum, tamen propter populos infirmos qui eis
adhæſerunt, recordantes credo patris familias ſoli-
citudinem, ne ſimul cum zizanijs eradicaretur &
triticũ, ſine aliqua detractione colligendos, & ipſa
abundantia charitatis expiandos eſſe credidiſtis.
Nec illud reprehendimus, q eos cum adhuc fa-
moſi ſchiſmatis ſacrilegio tenerentur, etiã per ter-
renas poteſtates perſecuti eſtis. Fiebat enim hoc,
quantum res ipſa conſecuta indicauit, corrigendi
ſtudio non nocendi, ut illis moleſtijs agitati, ſuum
ſcelus cogitare cogerentur, & repreſſis animoſita
tis furijs emendare. Sed quia iſta non reprehendi-
mus, ideo ueſtri ſchiſmatis crimẽ iure culpamus,
merito deteſtamur, omni ratiõe cõuincimus, quo
uos à nobis, immo ab orbis terrarũ catholica com
muniõe ſeparatis, talia nobis obijciẽdo qualia uos
in cauſa Maximinianẽſium feciſſe negare, ut arbi
tror, non poteſtis. Si ẽm baptiſmus Chriſti eſt, &

A ideo nullo modo deſtruẽdus, qui datus eſt per Fe
licianum, & Prætextatũ cum ſeparati à uobis Ma-
ximiniano coniungerent, cum illo à uobis pro ne
fario ſchiſmatis crimine cõdemnati, quomodo nõ
eſt baptiſmus Chriſti, uel quomodo deſtruendus
eſt q datur in Eccleſia quæ ramos ſuos, ut uerbis
Cypriani utar, per uniuerſam terram copia ubertа
tis extendit, qui poſtremo datur in illis Eccleſijs,
quas nunquam in literis Apoſtolicis recitare cel-
ſaſtis, nunquam damnaſtis. Si damnatos in inte-
grum reſtituere placuit pro reſarcienda parte Do-
nati, qd uos offendit toto orbe diffuſa unitas Chri
ſti, quę uel damnare nõ potuit inauditos, uel omni
no nec dãnauit nec abſoluit incognitos, uel inno-
centes credidit quos didicit abſolutos? Si diſcif-
B ſos à uobis Maximinianenſes per iuſſa iudicũ per
ſequendo ſedibus expuliſtis, quid uos per Impera
tores qui eoſdem iudices mittũt, indigna pati que
rimini, qui uos ab eius Eccleſia de quo ſcriptum
eſt, quòd adorabunt eum omnes reges terræ, om- Pſal. 7
nes gentes ſeruiẽt illi, et quòd dominabitur à mari
uſq; ad mare, & à flumine uſq; ad terminos orbis
terræ, nefario ſchiſmate diſcidiſtis. Ecce iam nõ Præſcript.
dico, ſi perſecutionem facere non licet, fecit Op- Ca. LII
tatus, ne adhuc dicas non pertinere ad ueſtros,
quicquid Optatus eis ignorantibus fecit: cum ip-
ſi dicere non permittant terras ab Aphrica remo-
tiſſimas, q traditores in Aphrica fecerint, qd mali
Aphri Epiſcopi fecerint ignoramus: Sed planè di
co, ſi perſecutionem facere non licet, ueſtri Maxi-
C minianenſibus, ita ut non poſſitis negare, fecerũt.
Si perſecutionem patiuntur qui innocentes ſunt,
paſſi ſunt Maximinianenſes: Nunquid & nunc di
cturus es, baſilicã uel ſpeluncam Maximiniani po
pulus nullo noſtrorum authore deſtruxit? Quan-
quam ſi cuius communionis turba illa fuerit in-
quiratur, non à ueſtris credantur immiſſi, ipſi re-
perientur forſitan ueſtri, aut certe ueſtris adiuuan-
do permixti. Sed quid ad nos? Reſpondes enim:
Non fecimus, non immiſimus, qui nam illi fuerũt
ignoramus: perſecutionem tamen à quibuſcunq;
paſſum eum quem feceris iniuſtum, quoniam cla-
ra res eſt, ea quæ patimini uos iuſtos demonſtra-
re nõ poſſunt, ſed à quibus etiam Maximinianen-
ſes perſecutionem paſſi ſunt, proconſularia geſta
D teſtantur. Inſtructi ſunt aduocati ad iſta iudicia, &
tanquam in hæreticos excitata, illi ſibi tuitionem
poſſidentibus poſtulabant. Allegabant ueſtri Ba-
gaienſe concilium & damnatos flagitabant, in Ba
gaienſi ſacris ædibus pelli inſtabatur, dicta cauſa
eſt. Cum eo præſente Saluium Membreſitanũ he
reticum oſtendiſtis, uiciſtis expuliſtis: perſecutio-
nem igitur illos paſſos eſſe, uos feciſſe uideo: Iu-
ſtos quæro, uos eſſe perhibetis, ego cõcludo: Non
ergo qui eam patitur cõſequenter iuſtus, nec qui
eam facit conſequenter iniuſtus eſt. Tu rurſus Cap. L
artes dialecticas accuſabis, me tamen uerum dice-
re ſaltem tacitus approbabis, & eliges tuã ſenten-
tiam potius corrigere, qua nullam iuſtam perſecu
tionem eſſe dixiſti, quàm Maximinianenſiũ per-

ſecutores

secutores dicere iniustos, quos uestros esse tandem gestis proconsularibus agnouisti. Non sanè sine fructu schismaticorum uestrorum persecuti estis errorem: Nam Felicianum & Prætextatum eodem conflictu & molestijs correxistis. & Optatum quidem Gildonianũ grauiora exitia comminantem, Musticani & Assuritani, sicut ab eis quoque præsens audiui, timuisse dicuntur, & suos Episcopos coegisse, ut ad Primiani communionem reuerterentur, Sed cum hoc Optatus nullis gestis publicis exegerit, quid agam talibus aduersus uos paratos negare quicquid negare poteritis? Acta extant proconsularia & municipalia, quibus recitatis ostendimus, quanta ui memorati à uestris ut locis cederent gerebatur. Non culpamus, non inuidemus, non frustra laborastis, non incassum terruistis, non inaniter agitastis, displicuit eis afflictis animositas sua: Fracti sunt, emendati sunt, correcti ac recepti sunt, post suam damnationem, post aliorum dilationem, post uestram persecutionem. Recepti sunt autem sicut fuerant honorati, nulla pœnitentia grauiore, sed humiliatiõe uel expiati uel degradati, nec ipsi nec illi cum quibus recepti sunt quos secum separauerunt. Contra uos baptizauerant extra uos, quos
Ca. LXI rebaptizauerant fortasse post uos. Nihil habetis iam unde caliginosa mẽdacia hominibus ignaris de rebus longe præteritis ingeratis. Quòd uestri apud Constantinum tunc Imperatorem accusauerunt Cæcilianum, publica monimenta proclamant, dictam esse causam, & ad debitum finẽ esse perductam usq; ad purgationem Felicis Aptugnensis ordinatoris Cæciliani, quem in concilio Carthaginensi malorum omnium fontem dixerunt, & apud eundem Constantinum, sicut scriptis suis ipse indicat, assiduis interpellationibus accusarunt, proconsularia testantur archiua. Resistitis, reclamatis, repugnatis apertissimę ueritati. Dicitis etiam transmarinos iudices à Cæciliano esse corruptos, ipsum Imperatorẽ nescio qua gratia deprauatum. Eo quippe est impudentior uictus accusator, quo fit etiam iudicis calumniator. Veruntamẽ inter omnia illa uestra mendacia, quibus trãsmarinis iudicibus calumniamini, saltem hoc obtinemus, quòd primi maiores nostri ad Imperatorẽ causam istã detulerũt, primi apud Imperatorẽ Cæcilianum & eius socios persecuti sunt: D
Vnde nobis sicut uobis uidetur, grauissimam cõcitatis inuidiã, quia uicti patimini quod uictores utiq; faceretis: uelut si Danielem criminari uellẽt, qui illo innocente liberato, ipsos ab eis leonibus eum calumniantes consumi noluerunt. Obtinemus etiam quod libet de iudicibus, præsens iudicio transmarino absolutus est Cæcilianus quodlibet de ipso apud quem maiores uestri Cæcilianũ accusauerunt, cuius postremo iudicium episcopali prælatum iudicio delegerunt, Constantino Imperatore tanquam corrupto gratia, siue sententia siue fingatis: omnes tamen qui tunc erant uel in propinquis uel in remotis terris tam longe lateq; diffusi catholici Christiani, ad quos fama de

A Cæciliano & collegis eius potuit peruenire, non debuisse accusatoribus uictis, sed ecclesiasticis iudicibus credere. ubi enim iudices omnes esse non possumus, melius his qui esse potuerũt iudicibus credimus, quàm credendo litigatoribus uictis, quorũ esse iudices nõ potuimus, de ipsis iudicare iudicibus audeamus. Proinde quoniã illi qui- Cap. LXII
bus accusantib. præsens absolut⁹ est, nõ solũ nos, uerumetiã omnes Christianos in quibuslibet gentibus cõstitutos, qui uel illam dissensionẽ Aphrorum penitus nescierunt, uel in ea iudicibus sicut eis uisum est, suo periculo pronunciantibus, quàm uictis accusatoribus credere maluerũt, Cæciliani criminibus uel fictis uel certe non probatis, perfundere audacissima improbitate conati sunt, & omnes negare esse Christianos. Missa est
B uobis tandem aliquando Maximinianẽsium causa, in qua ipsi damnarẽt, ipsi damnatos persequerẽtur, ipsi persecutos in eodem honore reciperẽt, ipsi baptismum damnatorum acceptarent: ut qui innocentes ausi sunt accusare, innocentes cogerentur absoluere, non quos innocentes esse crederant, sed quos, ut dicunt, dei præsidentis arbitrio ueridico plenarij cõcilij sui ore damnauerãt. Quis cuiquam dixit aliquando, quoniam iudici absoluẽti potius quàm mihi accusanti credidisti, reus es cum ipsis quos accusaui. Et hoc tamen ori bi Christiano dicitur, quod si uni homini diceretur, non dico iniquissimum, sed insanissimum uideretur. O rem mirabiliter indignam. Accusarũt
C Aphri Aphros crimine traditiõis, accusatos trãsmarini iudices absoluerũt, & traditores facti sunt populi gẽtium, quia iudicibus absoluentibus potius quam accusatoribus criminantibus credide- Cap. LXIII
runt. Merito tibi est pars Donati, Maximinianensium causa propinata: Bibe calicem de manu domini corripientis & admonentis. Si intelligis & acquiescis, misericordia est ista emendantis, ne incidas in iudicium punientis. Tibi dicitur, Superba & dura ceruice, recõciliare Christianis usquequaq; populis à te inique accusatis, saltem iã tuis recõciliare damnatis. Quid rescindis baptisma Christi in illis uel ex illis Ecclesijs quas Apostoli fundauerunt? Iam baptisma recepisti, quod tui damnati antequam tibi reconciliarentur dederunt. Quid de persecutione quam pateris gloriaris? Si iustitiæ signum est, iustior est pars Maximiniani: Nam & à te passa est & patitur, & cum eo audite Psalmum diuinũ, Nolite esse sicut equus Psal. 31
& mulus nõ habentes intellectum. Persecutores eĩm uestros nos dicitis, cum uos saluos fieri cupiẽtes, uestraq; sanari nolẽtes uulnera, medicinaliter persequamur: unde à clericis & circũcellionibus tanquã dẽtibus & calcibus uestris grauiter dum uos curamus, affligimur. Nolite esse ingrati tali medicinæ quã estis imitati. Et uos Felicianum & Prætexatum persecutiõibus correxistis, atq; utinam totũ corrigeretis, & sicut illi ad uos, ita illi & uos ad matrem catholicam rediretis. Contra quã frater Cresconi tantae elatus audacia, ut à me cõ memorata etiã illa diuina testimonia refellere co-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nareris & obstrepere dei uocibus. Hoc enim posui in illa epistola cõtra quã loqueris, quod in sancto libro est de semine Abrahæ, ad illũ patrem nostrũ
Gen. 22 deo dicente, In semine tuo benedicentur omnes gentes. Quod testamentum appellat Apostolus
Gal. 3 dicens, Fratres, secundum hominem dico, tamen hominis cõfirmatum testamẽtum nemo irritum facit aut superordinat. Abrahę dictę sunt promissiones & semini eius. Nõ dicit, & seminibus tanquam in multis, sed tanquã in uno, & semini tuo quod est Christus. Huius seminis fœcũditas tam copiosa promissa est, ut dicerẽ ei, Sic erit semen tuũ sicut stellæ cœli, & sicut arena maris quæ non potest dinumerari. Huic tu multiplicationi atque libertati Ecclesiæ quæ toto orbe dilatat̃, quæ prophetata sic creditur, sic omnium etiam infidelium oculis exhibetur, ut claudat etiã ora Paganorũ, qui aduersus eam paucissimi remanserunt, partẽ Donati audes præponere, dicens, ꝙ & præter Aphricam nescio quos habeatis, quibus tamen nõ apparentibus, ex Aphrica uos soli remittere Episcopos non negatis, unum aut duos, aut ut multũ tres, & argumentaris inaniter contra euidentissimam ueritatem, quod ideo nobis non totus orbis communicet, quia uel adhuc multi sunt gentium Barbararum qui in Christũ nondum crediderũt, uel sub nomine Christi hæreses multæ, à communi
Ca. LXIII one nostræ societatis alienæ. Nec attendis, nec saltem ab scientibus quæris, quàm multi ipsarum Barbararum gentium quas commemorasti, Christi iam nomini mãcipati sint, & quemadmodum in cęteras Euangelium crescendo fructificare non cesset, donec in omnibus cum fuerit prædi-
Mat. 24 catum ueniat finis. Sic enim dominus ait, Et prædicabitur hoc Euangelium in uniuerso orbe, in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Nisi forte etiam intantum uos præcipitat insana superbia, ut hoc quod prædictum est de parte Donati putetis incipiendum, non ex illis Ecclesijs quas Apostoli plantauerunt, quibus non communicat pars Donati. An & ipsas ut mundũ impleat rebaptizare conabit̃, cũ catholica per cũcta crescente, illa & in ipsa Aphrica quotidie minuatur? O uesana peruersitas hominũ, laudari te credis de Christo credendo quod non uides, & damnari te nõ credis de Ecclesia negãdo quod uides, cum illud caput in cœlo sit, hoc corpus in terra.
Psal. 107 Agnoscis Christum in eo quod scriptum est, Exaltare super cœlos deus: & non agnoscis Ecclesiã in eo quod sequitur, Et super omnem terram gloria tua. Agnoscis Christũ in eo quod scriptũ est,
Psal. 21 Foderunt manus meas & pedes meos, dinumerauerunt omnia ossa mea: Ipsi uero considerauerũt & conspexerũt me, diuiserũt sibi uestimenta mea, & super uestem meã miserũt sortem: & non agnoscis Ecclesiam in eo quod paulopost sequitur, Cõmemorabuntur & conuertentur ad dominum, uniuersi fines terræ: Et adorabunt in conspectu
πατριαὶ eius, uniuersæ patriæ gentiũ. Agnoscis Christum
Psal. 71 in eo quod scriptum est, Deus iudicium tuum regi da, & iustitiam tuam filio regis: & nõ agnoscis

A ecclesiam in eo quod Psalmus ipse testatur, Dominabitur à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ. Coram illo decidẽt Aethiopes, & inimici eius terrã lingẽt. Reges Tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducẽt. Et adorabũt eum omnes reges terræ, oẽs gentes seruient ei. Agnoscis Chri-
Mal. 1 stum, ubi dicitur ad Iudæos, Non est mihi uoluntas in uobis dicit dominus omnipotens, nec accipiã sacrificia de manibus uestris: quia utiq; Christi aduentus abstulit illa omnia sacrificia Iudæorum: & non agnoscis Ecclesiam in eo quod sequitur, Quoniam ab ortu solis usq; ad occasum, glorificatum est nomen meum in gentibus, dicit dominus omnipotẽs. Agnoscis Christũ in eo quod
Esa. 53 dicit Propheta, Sicut ouis ad immolandum ductus est, & cætera quæ ibi de illo tanquam in Eu-
B angelio leguntur: & non agnoscis Ecclesiã in eo
Esa. 5 quod paulopost dicit, Lætare sterilis quæ non paris, erumpe & clama quæ non parturis, quoniam multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Dixit enim dominus, Dilata locum tabernaculi tui & aulas tuas confige, nõ est quod parcas, porrige longius funiculos, palos ualidos confirma, etiã atq; etiã in dexterã atq; sinistram extendens: Semen enim tuum hæreditabit gentes, & ciuitates quæ dissertę erãt inhabitabis. Nõ est quod metuas, prçualebis eĩ nec erubescas quod detestabilis fueris: Confusionẽ enim in perpetuũ obliuiscẽris, ignominiæ & uiduitatis tuæ non eris memor: quoniã ego sum dominus qui facio te, domi-
C nus nomen ei: & qui eruit te, ipse deus Israel uni-
Cap. 12 uersæ terrę uocabitur. In his certe literis sanctis Ecclesiam didicit Cyprianus ut diceret sic, Ecclesia domini luce perfusa, per orbem totum radios porrexit, ramos suos per uniuersam terram copia ubertatis extendit. Huic Cresconi tãtæ manifestationi diuinorũ eloquiorum calumniaris, intuẽdo residua gentium quæ nondũ occupauit Ecclesia: quanta occupauerit, unde ad residua tenẽda quotidie diffunditur, non attendis. Quomodo enim prophetiarũ istarũ futuram perfectionem non negas, qui tantũ prouectũ cui debeẽ ipsa perfectio, negare non dubitas: nõ dico aduersus uoces diuinas, sed iã & aduersus tuas? Nã & de te ui magna ipsius ueritatis expressum est ut diceres nesciens, uel nõ attendens quid dixeris, ꝙ in Christianum nomen totus quotidie uertitur mũdus. Cur ergo huic ecclesiæ quę toto mundo crescendo dilatat̃, non cõmunicat pars Donati? Videlicet ne à pec-
D catoribus polluat̃. Et ubi est ꝙ non istã uestrã quę in Aphrica remanens orbi terrarũ calũniatur, aut ex Aphrica in paucis latẽtibus peregrinatur, sed illam quæ ramos suos per uniuersam terrã copia ubertatis extẽdit, noluit deseri Cyprianus, etiã si in eius communione non tantũ sint, uerum appareant peccatores, dicens. Nã & si uidentur in Ecclesia esse zizania, nõ tamen impediri debet uel fides uel charitas nostra, ut quoniam zizania esse in ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus.

Hic & tu responde si tibi placet ueri aliquid Ca. II
respondere

Universidad de Deusto
Biblioteca

respõdere,& quomodo implebitur quod scriptũ est, Filius malus ipse se iustum dicit, exitum autẽ suum non abluit: Da ergo filium malum, Maximinianenses damnet & persequatur, damnatis et persecutis reconcilietur, uel si communicetur uel si confundatur uel si corrigatur. Quomodo, inquis, totus orbis communione nostra plenus est, ubi tam multæ sunt hæreses, quarum uobis nulla communicat? Imò nõ tantũ hæreticis, uerumetiã cæteris hominibus malis plenus est orbis, quia et sanctis ac fidelibus dei seruis plenus est orbis, qa & mare plenum est amaris fluctibus, plenũ est & dulcibus piscibus. In paucis, inquis, frequẽter est ueritas: errare multorum est. Et ne uerbis tuis tantæ illius sterilis fœcunditati contradicere uidearis cui dictum est, Multi filij desertæ magis q̃ eius quæ habet uirum: adhibuisti ex Euãgelio testimonium, Quoniam pauci sunt qui saluantur. Solue ergo quæstionem quomodo ipse dominus dicat, Quàm arcta & angusta est uia quæ ducit ad uitã, & pauci sunt qui inueniunt eam. Et idem ipse alibi dicat, Multi ab *Oriente & Occidente* uenient & recumbent cum Abraham & Isaac & Iacob in regno cœlorum. Quomodo etiam in Apocalypsi demonstretur eorum multitudo quã numerare nemo poterat ex omni gente & tribu & lingua, habentiũ stolas albas palmasq; ferentium, qui pressuras propter fidem Christi sustinuerant, quomodo ijdẽ sunt pauci qui multi? Neq; enim alterũ horum est uerum, alterum falsum, cum sit utrunq; diuina ueritate prolatum, nisi quia ijdẽ ipsi boni uerique Christiani qui per seipsos multi sunt, in comparatiõe malorum falsorumq; itidem pauci sunt. Sic multa grana quibus horrea magna complentur, pauca dicimus in cõparatione palearum. Sic etiam ut de ipso dei testamẽto dicã, quod factum est ab Abrahã de semine eius quod est Christus, multæ sunt stellæ quas numerare non possumus, quibus tam grande cœlum undiq; circũfulget, & paucas dicimus in cõparatione arenæ maris. Forte stellæ signauerunt spiritales Christianos, maris autem arena carnales, per quos & ex quibus etiã hæreses & schismata fiunt: utroq; tamen genere plenus est mundus, quia idem dominus dicit, Ager hic mundus: & tu ipse tibi ueritate extorquẽte dixisti, In nomen Christianum totus quotidie uertitur mũdus. Per totum igitur agrum, hoc est per totum mundũ frumenta, per totum zizania, qa de utroq; dixit, qui falli non potest, Sinite utraque crescere usq; ad messem. Cohibeant itaq; se frumentorum per totum mundum tanta uberitate crescentium impij desertores, & non audeant de quorundam zizaniorum separatorũ paucitate gloriari. Quòd si gloriantur, etiam in hoc ipso procedent aduersus eos ijdem illi Maximinianenses in iudicio diuino, ad eos in omnibus confundendos, & si sapiant, corrigendos apposita: quos multo pauciores præfidentia multitudinis suæ persecuti sunt, & persequendo ad suam communionẽ aliquos eorum denuo conuerterunt, ac sic cæteros iustissimos quos paucissimos reliquerũt. Nõ, inquis, communicat Oriens Aphricę, nec Aphrica Orienti. nõ sanè, sed in paleis hæreticis ab area dominica separatis, in frumentis autem catholicis & interioribus paleis omnino cõmunicat Oriẽs Aphricæ, & Aphrica Oriẽti. Alij quippe hic, alij uero alibi, atq; alibi hæretici, diffusa ubiq; catholica unitate confligunt; Vbiq; est enim illa de qua exierunt, qui esse ubiq; minime potuerunt, dicentes secundum id quod de illis prædictum est, Ecce hic est Christus, ecce illic, alij hoc loco, alij alias uariarum præsumptionum, uel potius amputationum proprias particulas ostendentes, atq; impia superbia radicẽ unde fracti sunt abnegãtes. Huic ergo Ecclesiæ quæ copiosis successibus, cum dilatatur toto orbe terrarum ex omni gente tribu & lingua, parit multitudinem candidatorum & palmatorum, sicut in Apocalypsi scriptum est, quã nemo numerare potest. Huic, inquam, Ecclesiæ cui parteꝝ Donati non communicare manifestũ est, maiores uestri probare debuerunt, quæ cunq; uera documenta de traditoribus habuerũt. Quod si fecissent, ipsi in illa essent, extra illam uero illi quos accusassent: Nunc autem cum accusatos in illa permansisse uideamus, quid boni de accusatoribus sentire debemus quos extra illã uidemus? Ac per hoc in illa quadripertita distributione, ubi dixi cum de traditoribus proferuntur ex utraque parte documenta, aut utraq; uera esse, aut utraq; falsa, aut nostra uera & uestra falsa, aut nostra falsa & uestra uera, cum uideres in superioribus tribus uos facillime superari, frustra tibi hoc extremum quasi quà euaderes elegisti. Quamuis enim quàm impudenter dicatur aduertas, tamen ea ipsa uera uestra si qua essent humana documenta, illi ecclesiæ probari debuerunt, quam probant documenta diuina. Dic ergo obsecro te, sed noli offundere nebulas imperitis, ut quoniam traditores accusatos non uales cõuincere, identidem uelis artes dialecticas accusare. Dic ergo rogo, causa ista uestra cum ueris documẽtis uestris perducta est ad iudicium trãsmarinum Ecclesiarum labore Apostolico fundatarum, an non est perducta? Si perducta est, uicistis in eo iudicio, an uicti estis? Si uicisse uos dicitis, cur eis Ecclesijs in quarum iudicio uicistis nõ communicatis? Si autem, quod satis ipsa indicat ab eis alienata uestra communio, uicti estis, quid nobiscũ uel mala uel bona causa perdita litigatis, id habentes maximũ crimẽ, quòd crimine traditorum quod in iudicio transmarinarum Ecclesiarum etiã uera documenta proferentes conuincere minime potuistis, orbẽ Christianum perfunditis, quia in ea causa in qua interesse non potuit, elegit iudicibus credere, nõ accusatoribus uictis? Nõ itaq; ideo rei estis, quia bonam causam, ut secundum uos loquar, in transmarino iudicio perdidistis, sed quia crimẽ reorũ, atq; ut nimium uobis cedatur, & iudicum, tot innocẽtibus populis Christianis per tot gentes longe lateq; diffusis, obijcere minime dubitatis. Quorum communioni tanquam frumẽtis dominicis cohærẽdo, & illos uiros, sicut dicitis, traditores, et illos

Infra lib. 4 cap. 73
Esa. 54
Mat. 22
Mat. 7
Mat. 8
Apoc. 7
Cap. LXVII
Mat. 24
Apoc. 7
Contra Petilianum lib. 1. ca. 21. & li. 3 contra Petilianum cap. 58. & cõtra Cresconium li. 4 cap. 57
Ca. LXVIII
ἐφορία

Universidad de Deusto
Biblioteca

illos malos ſicut arbitramini iudices, ſecundum Euangelicas literas, etiam monente Cypriano ad tempus uentilationis, tanquã paleam tolerare debuiſtis, ne aream deſerẽdo periretis. Si autem cauſa illa ueſtra cum ueris, quod tibi elegiſti, documẽtis ſuis ad iudicium trãſmarinarum Eccleſiarum non eſt perducta, quomodo ab eis potuerunt tot Epiſcopi in ſuis plebibus cõſtituti cauſa incognita & ad ſe omnino non delata iure damnari? Aut quomodo debuerunt Aphri Chriſtiani, non dico illi qui eos putauerant innocentes, uerumetiã illi qui eos nouerant traditores, propter zizaniã quam in eccleſia eſſe cernebãt, à frumentorũ tam longe lateq; creſcentium & hos ignorãtium, tam manifeſta innocentia ſeparari, ut propter crimen alienum quo pro unitate tolerato non macularẽtur, uiolato ipſius unitatis crimine damnarẽtur.

Ca. LXIX Quid tibi ergo ad cauſam prodeſt, hoc ex illis quatuor propoſitis elegiſſe, ut ueſtra documenta ſint uera, contra ueſtros autem quæ proferimus, falſa eſſe deputentur. Ecce & hinc uinceris, quoniam ueris quæ putas documentis tuis, nõ potuerunt ubi debuerunt conuinci traditores, ſiue à ueſtris eadem documenta occulta ſint, ſiue ipſi traditores qualibet aſtutia ſe iudicibus occultarint, ſiue ab ipſis prauis iudicibus occultati nõ ſint: ſemen Abrahæ reſpice quod in teſtamento dei per omnes gentes creſcit ſicut ſtellæ cæli, & ſicut arena maris, & utrũ propter occulta quibuslibet cauſis neſcio qua Aphricana zizania tam copioſa meſſis per agrum mundum perire potuerit: aude dicere, aude credere, aut ſi ullus in te dei timor eſt, cogitare. Exaggeras perſecutiones quas uos pati dicitis, quibus in tam ſacrilega & manifeſta obſtinatione aduerſus pacẽ ſanctæ eccleſiæ rebellantibus mirabili manſuetudine parcitur: & dicis in primis partibus eipſtolę tuę, ꝙ imperatore Cõſtantino Cæciliani crimen cum fieret manifeſtũ, ipſe quoq; eũ ut Brixæ in exilio degeret, ſua ſententia cõdemnauit. In quo te quis dubitet uel falli uel fallere, quando & Felicem Aptugnenſem commemoraſti in iudicio proconſulis à Vincentio neſcio quo, de traditione conuictum.

Cap. LXX Ecce ego inſero ſententiã Aeliani proconſulis, qua purgatus atq; abſolutus eſt Felix. Si tota geſta uis legere, ex archiuo procõſulis accipe: Aelianus procõſul dixit, Ex profeſſione Cæciliani qui acta falſa eſſe dicit, atq; epiſtolæ plurimæ additæ, manifeſtum eſt qua uoluntate hæc geſſerit Ingentius, & ideo recipietur in carcerem. Eſt enim arctiori interrogationi neceſſarius. Felicem autem religioſum Epiſcopum liberum eſſe ab exuſtione inſtrumẽtorum deificorum manifeſtum eſt, cum nemo in eum aliquid probare potuerit, ꝙ religioſas ſcripturas tradiderit uel exuſſerit. Omnium enim interrogatio ſupra ſcripta manifeſta eſt, nullas ſcripturas deificas uel inuentas uel corruptas uel incenſas fuiſſe: hoc actis continetur ꝙ Felix Epiſcopus religioſus illis tẽporibus nec præſens fuerit, nec conſcientiam commodauerit, neq; tale aliquid fieri iuſſerit. Inſero etiã reſcriptum imperatoris Conſtantini ad Probeianum idipſum atteſtãtis, & quàm moleſti apud eum maiores ueſtri accuſatores innocentium fuerint, oſtendentis. Imperatores cæſares, Flauius Conſtantinus, & Maximianus, & Valerius Licinianus ad Probeianum proconſulem Aphricæ. Aelianus prædeceſſor tuus merito cum de perfectiſſimis uiris uicarius perfectorum tunc per Aphricã noſtrã incommoda ualetudine teneretur, eiſdem partibus functus inter cætera etiam id negotium uel inuidiam quæ de Cæciliano Epiſcopo & eccleſia catholica uidetur eſſe cõmota ad examen ſuum atq; iuſſionem credidit eſſe reuocandam. Etenim cũ iam Superium centurionem & Cæcilianũ magiſtratum Aptugnitanorũ, & Saturninum excuratorem & Calibium iuniorẽ eiuſdem ciuitatis curatorem, atq; Solum ſeruum publicum ſupraſcriptæ ciuitatis præſentes eſſe feciſſet, audientiã præbuit competentem: adeo ut cum Cæciliano fuiſſet obiectum quod clare liquet, & idem Epiſcopus uideretur eſſe delatus, cum diuinarũ ſcripturarum proditio atq; exuſtio uideretur obiecta, innocẽtem de eo Felicem fuiſſe conſtiterit. Denicq; cum Maximus Ingentium decurionem Ziquenſium ciuitatis Epiſtolam Cęciliani ex duumuiris falſaſſe contenderet, eũdem ipſum Ingentium ſuſpenſum, actis quæ ſuberant peruidimus, & ideo minime tortum, quòd ſe decurionem Ziquenſiũ ciuitatis eſſe aſſeuerauerit: unde uolumus eundẽ ipſum Ingentium ſub idonea profecutione ad comitatum meum Conſtantini Auguſti mittas, ut illis qui in præſentiarũ agunt, atq; diurnis diebus interpellare non deſinunt, audientibus & coram aſſiſtẽtibus apparere & intimari poſſit, fruſtra eos Cæciliano Epiſcopo inuidiam comparare, atque aduerſus eum uiolenter inſurgere uoluiſſe. Ita eñ fiet, ut omiſſis, ſicuti oportet eiuſmodi contentionibus populus ſine diſſenſione aliqua, religioni propriæ cum debita ueneratione deſeruiat.

Inſero adhuc & uerba Conſtantini ex literis eius ad alium uicarium, ubi ſe inter partes cognouiſſe, & innocentem Cæcilianum comperiſſe teſtatur. Cum enim narraſſet in his quæ ſupra locutus eſt quemadmodum ad iudicium eius poſt epiſcopalia iudicia partes perductæ fuerint, in quo peruidi, inquit, Cæcilianum uirum omni innocẽtia præditum, ac debita religionis ſuæ officia ſeruantem, eiq; ita ut oportuit ſeruientem: nec ullum in eo crimen reperiri potuiſſe, eidem apparuit, ſicut abſenti fuerat aduerſariorum ſuorum ſimulatione compoſitum. Tu quare non inſeruiſti ſententiam Conſtantini qua eum dicis eſſe damnatũ, & Brixæ in exilio conſtitutum, uir diſertiſſime: quanto congruentius hanc inſeruiſſes, quàm neſcio quod de Sardicenſi concilio, quod nec ad uos nec ad cauſam quæ inter nos eſt & uos, oñino pertinere mõſtratur? Cur eñ fuerit Brixæ Cæcilianus, quod uos calũnioſiſſime appellatis exilium, cũ ſuam præſentiam maluit eccleſiæ deeſſe ęq; pacem, quid à me opus eſt dici, cum interim dãnantis imperatoris ſententiã nullam recitas, & damnatum

Sententia Conſtantini Ca. LXX

Universidad de Deusto

damnatum ab imperatore Cæcilianum tam teme A re, non dico audiendum uel dicendum, sed etiam scribendum putas? Veruntamen secũdum uerba tua, ecce in exilio uideo Cæcilianum Imperatore damnãte, saltem responde quo accusante: & modo me interroga quod in epistola tua post multa similiter inaniter posuisti, quis prolato testamento minus consentit, qui persecutionem patitur, an qui facit? Hæc certe uerba tua sunt. Aspice ergo Cæcilianum persecutionem passum, & sicut ipse dixisti in exilio cõstitutum, Aspicé etiam uestros, sicut suis uerbis imperator ipse testatur, aduersus Cæcilianum diurnis diebus interpellare non desistẽtes, & eisdem ipsis uerbis tuis interroganti mihi responde, Quis minus testamento prolato consentit, qui persecutionem patitur, an qui facit? Diligenter autem perlectis omnibus, inuenies Cæcilianum à uestris etiã apud imperatorem *persecutionem* passum: sed non inuenies ab *imperatore* damnatum, imo etiam inuenies *absolutũ*. Porrò si quod tibi pro magno *elegisti*, ut de criminibus traditorum quæ uos *proferris*, documẽta uera sint, quæ autẽ nos *proferimus* falsa sint: etiam in eo uos ueritas *dei superat*, quæ sicut prædixit, ita reddit *Ecclesiam* in uniuerso mundo fructificantem atq; crescentem: quia nihil ei præiudicant alienorum crimina, licet uera doceantur, quę propinquioribus Episcopis trãsmarinis, per quos in longinquiores partes, siue transit talium rerum fama siue non transit, aut non sunt demõstrata sicut debuerunt, aut non sunt credita quibus demon- C strari potuerunt, aut credita & occulta nequaquã ad alios peruenerunt. nec quisquam uel unus homo, quanto minus tantus Christianorum numerus in tot gentibus cõstitutus reus potest esse participati sceleris alieni: siue uel nulla eius uera documenta cognouerit, uel eum simulata innocentia falsis documentis quis refellerit. Si ergo ut dicere cœperam in hoc quod tibi pro magno elegisti, ut quæ uos de traditoribus testimonia proferris uera sint, quæ autem proferuntur contra uos falsa sint, nihil ualeris aduersus Ecclesiam catholicam toto terrarũ orbe diffusam, & aduersus prouidentiam dei, qua in Christianum nomen, ut tuis uerbis utar, totus quotidie uertitur mũdus: quanto magis deficientes in accusationibus uestris, cũ D hanc *ipsam* traditionem cuius nomen uelut horrentes *qui hic* schismata fecerunt, à Christi corpore separatos, seipsos diabolo tradiderunt: multo *probabilius* sicut *in illis* literis dixi, & nunc dico, nos uobis *obijcimus*, ꝗs nomina & crimina traditorum *dicere tantummodo* audimus, nos autẽ & gesta ecclesiastica quibus de se ipsi cõfessi sunt, & gesta municipalia quibus hoc fecisse leguntur ostendimus. Tu uero callidus examinator appensorq; uerborum, doces nos quid ualeat comparatiuus gradus, & tanquã uictor exultas, quòd non possum dicere, traditionem probabilius nos uobis obijcimus, nisi uos nobis eam probabiliter obijcere confiterer. Si enim uos, inquis, probabilius, nos ergo probabiliter. Et hoc doces, quia sic

Comparatiuũ Caput LXXIII

est probabilius, ut si dicas uere & ueri⁹: & qa gradus iste quod ante positum est auget, nõ quod ante dictum est improbat. Adiungis alia uerba quibus hoc ꝯidentius intelligamus: ac dicis, Sic est bene & melius, male & peius, horribiliter & horribilius, sic esse ostẽdens probabiliter & probabilius. Vnde colligi putas, quia si ego probabilius quod falsum est obijcio, supereſt ut uos probabiliter quod uerum est obiecisse confirmes. Hic ego nunquid dico, quod in quæstione uel disputatiõe ecclesiastica nos artificiali grammatica docere conaris, quid ualeat cõparatiuus gradus, qa id quod ante positum est auget, non quod ante dictum est improbat? Video enim ꝯ hoc inepte tibi obijciã, quod tu uidere noluisti, quando mihi anticatego- *ἀντικατη-γορίαν* riam uelut ex arte rhetorica obijciendam putasti: quod genus quæstionis ubi dicitur, non ego feci sed tu fecisti, etiam in authoritate prophetica demonstraui. Considera tamen diligentius, ne forte inuenias in latinę locutiõis authoribus, quibus grammaticorum artificialia seruiunt, non semper istum gradum quod ante positum est augere, sed aliquando contrario superferri. Cuius locutionis exemplum interim mihi ex Apostoli epistola occurrit quã scripsit ad Hebræos. Cũ enim loquere- *Hebr. 6* tur de benedictiõe terræ quæ accepta pluuia fructum reddit, deinde subiecit, Proferens autem spinas & tribulos, reproba & maledictioni proxima est, cuius finis in exustionẽ. Quod ne illis quibus loquebatur optasse uideretur, Cõfidimus autem, inquit, de uobis fratres charissimi, meliora & hęrẽtia saluti. Attẽdis certe quomodo hic dixerit, meliora: non quia bona erant ut illis deuitatis meliora eligerent & optarent, hoc est, bona tantis malis cõtraria. Sed forte Apostolum sic audiendum *2. Cor. 11* esse arbitraris, quemadmodũ de se ipse dicit, tanꝯ hominem, & si imperitũ sermone, sed non sciẽtia: & ideo non uerborum in eo, sed rerum atq; sentẽtiarum authoritatem putas esse sectandam, bona poni debuisse contendens, ubi posuit ipse meliora. Quod si & ego iam his literis assuefactus, & illas quas puer didici oblitus, sic dixi, obijcitis traditionem hanc, ipsi multo probabilius nos uobis obijcimus, tãquam dicerem probabiliter comparatiuum pro positiuo ponens, non quia uos probabiliter, sed magis quia improbabiliter: sicut ille meliora, non quia illa erant bona, sed magis quia mala: tu quare tam temere cõcludis, & ex hoc cõfirmasse me, uos probabiliter, quia dixi nos probabilius? Quamquam nec secundum gramma- *Ca. LXXV* ticos in uerbo me errasse reprehenderes, si saltem uerborum suorum authores uel attẽdere, uel memoriter recolere uoluisses. Pueriles enim habent literæ, sed non à puero imperito dictum,

Dij meliora pijs, erroremq; hostibus illum:
Discissos nudis laniabant dentibus artus.

Quomodo ergo meliora pijs, quasi bona essent istis, ac non potius magna mala, qui discissos nudis laniabant dẽtibus artus? Iam uides certe quia sicut iste pijs potuit optare meliora, quamuis illa in quorum comparatione optabat non essent

bona

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona:sic & ego potui dicere,traditionem proba-
bilius uobis obijcimus,quamuis eam uos nobis
non probabiliter obijceretis.Omittã quia & pro-
babile quando dicitur,non consequenter est ue-
rum,cum ea dicuntur quæ fieri possunt ac solent,
& ideo probantur:hoc est, approbantur & credũ
tur,etiam si facta non sint:quod autem uerum est,
cũ ostenditur necessario probabile est, & illo uti-
Caput que probabilius. Recole libros ubi uerba didi-
LXXVI cisti,quàm te non fallam,profecto reperies: unde
si uestros probabiliter nostris traditionẽ obiecis-
se contenderem,non ideo uerum obiecisse contẽ
derem,& recte nos dicerem probabilius hanc ob
ijcere: quandoquidem à uobis nominari tantum
traditores solemus audire,nullis autem gestis uel
ecclesiasticis uel publicis recitari demonstraricq;
confessos:à nobis autem proferri & gesta publica
ubi uestri tradiderũt,& ecclesiastica, ubi confessi
Retorquet in aduersarium deo iudici derelicti sunt. Sed nõ omitto tam ma
nifestum adiutorium tuum, quo nobis etiam ne-
Caput sciens plurimum faues, docẽdo regulas compara
LXXVII tiui gradus:quia id quod ante positum est auget,
non quod ante dictum est improbat. Secundum
enim hanc regulam tuã,secundum quædam uer-
ba tua in epistola tua, sine ulla difficultate obti-
nuimus causam nostrã. Tu enim dixisti in primis
partibus literarum tuarum,uelut nostram pertina
ciam criminando,tot documẽta legalia,quod me
lius & uerius nobis est persuadere non posse. Vbi
ego concludo secundum artificialia tua,iã nos ue
rum & bonũ tenere,si quod uerius & melius est,
nobis persuaderi non potest. Cum ergo nos non
rescindamus, ut secũdum te loquar,uerius & me-
lius baptisma uestrum,quare uos rescinditis uerũ
& bonum nostrum? Item cum dixisses,hoc & nos
uolumus ut Christus sit origo & radix caputq;
Christiani:continuo subiecisti,Sed quærimus per
quem hoc melius fiat? Quod dicendo utiq; con-
cessisti & per malũ ministrum bene fieri, sed me-
lius per bonum. Cum itaq; nos non rescindimus
baptismum, quem per uestrum tanquã per bonũ
ministrũ dari dicitis:quare uos rescinditis bapti-
smum, quem per nostrum tanquam per malũ mi-
nistrum datum esse contenditis? Tu enim dixisti,
quærimus per quem melius fiat.Et tua regula est,
quia gradus iste quod ante positum est auget.Vn
de si per uestrũ,sicut putas melius fit, ergo & per
nostrum bene fit. Ac per hoc quando per nos ba
ptizatum rebaptizatis,id quod ex ista tua regula
bene factum esse conceditis,sacrilega præsumptio
ne rescinditis. Vereor ne nimis urgeam uerecũ
Ad calumnias ineptas Caput diam tum, si ostendam quàm leuiter & scurrili-
LXXVIII ter quædam etiam uerba mea quę translate posui,
frontem pro pudore,os pro sermone,tridens telũ
pro tripartita oratione,tricipitem bestiam pro er-
rore tribus calumnijs aduersus tot populorum in
nocentiam sæuiente, quasi urbanus & dicax exa-
gitanda putaueris. Serua potius puerilia pueris.
Neq; enim me mouet quod Neptunium telũ pro
pter tridentem dicis Episcopum non decere, cũ
sit & piscatorum,ac per hoc apostolicũ,quos suos

A Apostolos dominus piscatores hominũ fecit. Nã
& deum nostrum scriptura dicit & alas habere &
sagittas,nec tamen Cupidinem colimus. Quine-
tiã me promissam in exordio lenitatem nõ seruas-
se reprehendis,eo quòd Manichæorum facta mẽ-
tione permotus dixerim,sicut non potest (quod
dominus ait)Satanas Satanam excludere, ita nõ *Matt.12*
potest error Manichæorum Donatistarum erro-
rem uertere: quasi Petilianum satanę comparue
rim,ac non errorem,cuius eum cupio laqueis ex
pediri.Bene,quòd Apostolus nos aduersus tales
calumnias communiuit eoipso loco ubi nos mi-
tes patiẽtes & modestos esse admonet,quãdo ali- *2. Tim.2*
quem dissentientem corripimus. Cũ enim dixis-
set:Seruum autem domini litigare non oportet,
sed esse mitem ad omnes,docibilem, patiẽtem, in
B modestia corripientẽ diuersa sentientes:continuo
subiunxit:Ne forte det illis deus pœnitentiam ad
agnoscendum ueritatem,& resipiscant de diabo-
li laqueis captiuati ab ipso secundum ipsius uo-
luntatem.Ecce Apostolica mansuetudo,cum qui
bus placide,patiẽter modesteq; agi præcepit, eos
ipsos dicit à diabolo captiuatos, nec tamẽ quã cõ
mẽdabat amisit lenitatẽ,quia eam quã docebat,ta *Caput LXXII*
cere noluit ueritatem. Sed ipse uideris cuius par
tes agas,qui mea uerba uelut conuitiosa & sæua
criminando,eos quos ad disputandum cõuenire
non uis,ad litigandum niteris excitare. Nolo ẽm
dicere,quia & te litigare delectat.Parcius quippe
ac uerecundius , sed quasi ex obliquo mihi obij-
C cis quæ ad me omnino nõ pertinent. Quid enim
iudicem de Manichæorum pestilẽtissima & Chri
stianis omnibus anathemanda unitate, si tantum
dicere solerem , ac non etiam conscriptis libris
multis multiplicibusq; testarer , ne sic quidẽ esset
aduersus me ullus calumniæ uestræ locus.Neque
enim me catholica falso à uobis argui miraretur,
à quibus totus Christianus orbis cum tot Eccle-
sijs etiam illis primis Apostolico labore propaga
tis,falsis criminibus accusatur.Cum uero contra
Manichæos qui me adolescentulum aliquando
deceperant,mea tanta scripta qui uoluerit legere
possit,non usq; adeo desipit ut de me credat pot⁹
uestris uerbis, quàm oculis & sensibus suis.

Sed epistolam,inquis,principis uestri quane- *Caput LXIII*
D scio quid de te scripsit cum te ordinari nollet, te-
nent non pauci nostrorum.Illam uero minime cu
rarem,nec si eius à quo scripta dicitur,non perspi
cua pro nobis sententia legeretur,illam calumniã
falsitatemq; condemnans:quanto minus eam cu-
rat catholica ecclesia,cuius causam cõtra uos agi
mus,cui tot diuinis testimonijs præfidenti, nulla
humana de quoquam homine testimonia seu ue-
ra seu falsa,qua gaudent auferũt ueritatem.Desi-
ne talibus,unus homo sum,Ecclesię inter nos agi
tur causa,non mea.Ecclesiæ,inquam, quæ in nul
lo homine spem ponere à suo didicit redemptore,
Quamquam nec de meipso uobis,etiam si meam
conuersatiõem nosse tis,recte crederetur inimicis
mihi. Ad existimatiõem hominum magna testiũ
qui me nouerunt suppetit copia,ad dei uero con-

spectum

ſpectum ſola conſcientia: quam cõtra ueſtras cri
minationes, cum intrepidam geram, non me ta/
men ſub oculis omnipotẽtis iuſtificare audeo, ma
gis ab illo effluentem miſericordiæ largitatem, q̃
iudicij̃ ſummum examen expecto, cogitans quod
Prou.20 ſcriptum eſt, Cũ rex iuſtus ſederit in throno, quis
gloriabitur caſtum ſe habere cor: aut quis gloria/
Caput bitur mundum ſe eſſe à peccato? Sed quid ad
LXXXI rem cuius inter nos uertitur quæſtio, qualis ipſe
ſim, cũ in area dominica ſim ſtipula, ſi malus: gra
num, ſi bonus: uos tamen ſi grana eſſetis, paleam
cõmixtam, ſicut admonet etiam ipſe Cyprianus,
ante tempus uentilationis non refugeretis. Proin
de nos ſi quem reperimus in uobis notum homi/
nem malum, recte uobis obijcimus: Ibi enim tota
defenſio ueſtra conſiſtit, quia propterea uos ſepa B
raſtis, ne aliorum peccatorum contagione perire
tis: unde nouum genus areæ uos feciſſe gloriami/
ni, aut quæ ſolum triticum habeat, aut in qua ſolũ
triticum appareat, cui non ſit neceſſarius uentila/
tor, ſed perſcrutator. Nam & Parmenianus ueſter
præclaram ueſtram munditiam uelut immundi-
tiæ noſtræ à contrario comparans, auſus eſt inter
Hier.23 ponere ſententiam Prophetæ Hieremiæ ubi ait,
Quid paleæ cum tritico? Quod ille dixit, ut ipſa
indicat lectio, aduerſus eos qui diuinis oraculis
ſua ſomnia coæquabant. Arrogantia tamẽ ueſtra
& horrenda ſuperbia Parmeniani literis declara/
tur, ubi uos contra ſcripturas diuinas, & contra
monita Cypriani ante ultimam uentilationẽ quã
mundus expectat, tanquam purgatum à palea tri/ C
ticum prædicauit. Quid ergo dignius aduerſus
hanc fallaciſſimam elationem, quam cauſa Maxi
minianenſium uobis potuit procurari? Quodcũ
que in nos dicere tanquam in traditores ſoletis,
in Maximinianenſes quos recepiſtis damnatos,
Epilogus quando damnati ſunt grauiora dixiſtis. De im/
Caput peratoribus nobis tanquam perſecutoribus faci/
LXXXII tis inuidiam, uos apud iudices quos ipſi imperato
res miſerunt, Maximinianenſibus perſecutiõem
feciſtis. Baptiſmum eccleſiæ dari extra eccleſiam
nõ poſſe contenditis, uos baptiſmũ quẽ in crimi/
ne ſchiſmatis Maximinianenſes dederunt, in rece
ptis eis quibus dederunt non reſcinditis. Si hæc
pro pace unitatis fieri debuerunt, unde nos accu
ſetis niſi uos ipſos damnaueritis? Nolo te per mul D
ta diſtendas: nam & ego poſſem breuiter ea quæ
cõtra te dicta ſunt in memoriam reuocare, ſed hic
ſolum cogito Maximinianenſium cauſam tibi
ante oculos ponere: ſi de hac nobis reſpõdere po
tueris, agredere cætera; ſi autem non po/
tueris, melius quieſcas, quàm cal/
ces aduerſus ſtimulum
iacias,

Libri Tertij finis.

A D. AVRELII AVGVSTI
NI HIPPONENSIS EPISCOPI, CON
tra Creſconium Grammaticum,
Liber Quartus.

VAMVIS iam tribus nec par Cap.I
uis uoluminibus epiſtolæ tuæ
Creſconi diligẽter ſatisq; reſpõ
Q derim, qua Petiliani literas cõ
tra mea ſcripta quibus refelle/
bãtur defendendas putaſti: ta
men etiam hoc breuiori opere
inſtitui de ſola cauſa Maximinianẽſium tecũ age/
re, & ex hac una oſtendere omnia quæ in illa epi/
ſtola poſuiſti, quàm fruſtra quàm inaniter dixeris.
Neq; enim contemnendũ eſt beneficiũ dei quod B
ad noſtræ diſpenſationis compendium, & ad ue-
ſtræ correctionis ſi ſapiatis adiutorium præſtare
dignatus eſt: qui neſcientibus uobis neq; idagen
tibus nobis, ita ueſtrorum Epiſcoporum menti/
bus dominatus eſt, ut qui orbem Chriſtianũ per
communionem ſacramentorum maculatum pec
catis criminabantur alienis, quamuis etiam ipſis
falſis & nõ probatis: in Maximiniani cauſa coge/
rentur fateri eorum quos damnauerunt peccatis
non fuiſſe maculatos, in una ſacramentorum cõ/
munione conſtituros, eos quibus tanquam inno/
centibus ad reuertendum dilationem dederũt, &
ſi non ordinatoribus Maximiniani, tamẽ in eius
parte cõſtitutis damnatoribus Primiani: & qui ba
ptiſmum Chriſti nolebãt agnoſcere, nec in eis ec/
cleſijs datum quas Apoſtolorum labor propaga/
uit atq; fundauit, contendentes extra unam eccle
ſiam baptiſmum dari non poſſe, nosq; culpantes
quòd per eos datum baptiſmum non reſcinderé/
mus, quos eſſe in uera eccleſia negaremus, ſuſci/
perent in Maximiniani ſacrilego ſchiſmate bapti
zatos, & in eis baptiſmum reſcindere non aude/
rent: & qui de legibus Chriſtianorum imperato-
rum, quibus eorum peruerſitas corrigenda præci
pitur, nos tanquam crimine perſecutionis accu/
ſant, adirent iudices ab ipſis imperatoribus miſ-
ſos, & Maximinianũ ac ſocios eius apud eos gra
uiter accuſarent, & concilium quo eos damnaue/
runt geſtis proconſularibus allegarent, ac iuſſio/
nes quibus illis ſedibus pellerẽtur, efficaciſſimas
impetrarent. His omnibus à ſe geſtis, adhuc nebu
las imperitis conantur offundere: non ſolum ſcri/
pturis ſanctis & priorum rerum geſtarum quãdo
ſe ab utilitate ſeparauerũt multis certisq; documẽ/
tis, uerumetiam recentiſſimis ſuis factis & exem/
plis euidentiſſime ſuperati. Hinc ergo tantum Cap.II
agam, hinc ad omnes epiſtolæ tuæ partes, quantũ
dominus me adiuuat, ſine ulla difficultate, imò cũ
magna facilitate reſpondeam. Ac primo illud q̃d
tibi ipſe contrarius eloquenter eloquentiam uitu
perare uoluiſti, tanquam eſſet ueritatis inimica et
patrona potius falſitatis, ut eo modo me quaſi elo
quentem cauendum atq; fugiendum oſtenderes
imperitis: ſi reuera tanta eſſet eloquentia mea quã
tam mihi, quamuis accuſatorie tribuis, nónne re/

Universidad de Deusto
Biblioteca

Sup.lib.3. c4,29.& 58 citato decreto cõcilij Bagaiẽſis, quo ſicut ibi ſcriptum eſt, Maximinianum fidei æmulum, ueritatis adulterum, Eccleſiæ matris inimicũ, Dathan, Chore & Abiron miniſtrum, de pacis grẽmio ſententiæ fulmen excuſſit, laudare eloquentiam cogereris? Porrò ſi mihi materies illa proponeretur, quãdo poſſem dicere, licet uiperei ſeminis noxios partus uenenati uteri alueus diu texerit, & concepti ſceleris uda coagula in aſpidum membra tardo ſe calore uaporauerint, tamen conceptum uirus euaneſcentum umbraculo occultari non potuit, Nam etſi ſero, publicum facinus & parricidium ſuum, fœta ſcelerum uota pepererũt. Quando in hæc uerba exquirenda coarctarer, quando in exprimenda prouoluerer, quãdo tanto impetu, tanto ſonitu in odium noxiorum lectoris uel auditoris animum concitarem? Num ideo hæc in quos dicta ſunt minus ueraciter dicta ſunt? Num hac eloquentia tanti concilij fides minuitur uel labefactatur authoritas? Nẽpe illud quo uiſum eſt eloquentius eo potiſſimum electum eſt, q̃ omẽs eſſe ſuum uellent, quo uno trecentorum & decẽ ora tacẽtia perſonarent. Ecce eloquẽtia quam uituperaſti, quam uelut ſeditioſam, & Græco etiam nomine malitioſe artificioſam deteſtandam uitãdamq; monuiſti, tantum permulſit tot Epiſcopos tuos, ut in plenario concilio ſuo nollet ſuam quiſque proferre ſententiam, ſed unam quæ ab uno dici diſertius ornatiusq; potuit, eam cuncti facerent ſuam. Licet igit nobis ſine inuidia non uſquequaque impolite contra errores hominum diſputare, ſi licuit tot ac tantis Epiſcopis ueſtris ipſos homines tam diſerte ornateq; damnare. Illud etiam quod ſtudium pro ueritate certandi, quia ſæpe uoluimus cum ueſtris cõferre, ut errore ſublato, fraterna charitas pacis uinculo necteretur, contentionis & animoſitatis uitioſo nomine reprehendis: nónne melius obſecro te, cauſa ueritatis & unitatis pacificis uerbis & capacioribus locis inter Epiſcopos ageretur, quàm in foro ab Epiſcopis per aduocatos litigaretur? Quid à partibus Primiani Carthaginenſis Epiſcopi ueſtri aduerſus Maximinianum & aduerſus eos qui cum illo Bagaienſi concilio damnati ſunt apud legatum Carthaginis, uel apud quatuor uel amplius procõſules factum eſt, certe in collatiõe diſputatiõis, hoc cauendum eſt ne prorumpatur in litem, & caueri à modeſtis ac mitibus, & poteſt & ſolet. Cum uero aduocatis utrinq; luctantibus in foro cõtrouerſia uertitur, iam proculdubio litigatur. Neq; hoc in ueſtris reprehendo, ſi ad hoc non amore litigãdi, ſed conſulendi neceſſitate compulſi ſunt: uerũtamen admoneo te bono ingenio prẽditum uirũ, ut aduertas, ut ſentias, ut intelligas eos qui forenſem ſtrepitum & iudiciaria iurgia, quibus accuſatos conuincerent & expellerent quos in concilio iam damnauerant non declinauerunt, ſed ſuſcepe runt & exercuerunt, multo nobiſcum facilius pacifice conferre potuiſſe, niſi mallent cauſam malam cooperire excuſatione, quàm diſputatione fi

Collatio plus proficit Cap. III

Cap. IIII nire. Iam uero quòd antequam uenias ad ſermonem meum quo reprehendi Petilianum, à me interim quæris à quo te baptizari conueniat, utrum ab eo potius quem & ego baptiſmum habere cõfirmo, an ab eo quem tuus hoc non habere contẽdit: Hæc etiam quæſtio per Maximiniani cauſam de uana imperitorũ loquacitate ſublata eſt, quantum quidem ad nos attinet. nam apud Maximinianenſes adhuc manet. ueſtri enim damnato propter ſacrilegium ſchiſmatis Maximiniano, quem diaconum ſuum Primianus damnauerat, & per quem conſpirantibus aduerſum ſe plurimis collegis damnatus fuerat, continuo cum eo duodecim ordinatores eiuſdem Maximiniani eadem ſententia damnauerunt. Ex quibus duos Prætextatum Aſſuritanum & Felicianum cum eos in iudicio procõſulari accuſaſſent, cum Bagaienſi concilio damnatos allegata per aduocatos eadem ſententia demonſtrallent, cum iubente procõſule locis quos tenebant pellere conati minime ualuiſſent, ſic poſtea ſuſceperunt, ut cũ eis in honoribus eorum integris communicarent: & ſimul in pacem redactis populis eorum ex his quos in ſchiſmate baptizauerant nullum rebaptizarent. Extat decretum Bagaienſis concilij apud procõſulem aduocatum proſequẽte Nummaſio, cum ageret ut Primiani communioni Membreſitana eccleſia traderetur expulſo Saluio qui eam tenebat antiquitus, ubi epiſcopatum meruerat in parte Donati. Sed pellendus propterea petebatur, quia eum damnatum Bagaienſi cõcilio recitabat inter duodecim Maximiniani ordinatores, quos idẽ Nummaſius in numero errans undecim dicit. Hanc Nummaſij poſtulationem recitauit poſtea Ticianus expreſſim ac nominatim agens apud eundẽ procõſulem aduerſus Prętextatum & Felicianũ, cuius aduocati uerba iſta ſunt, Sed ſuis, inquit, inſtitutis iniquitas delectatur, & ſemetipſam nõ deſerit, cum ſemel præcipitata corruerit. Idem namque Maximinianus cœptam nutrit audaciam, & alios ſibimet conſociat ad furorẽ. Inter quos etiã Felicianus quidam, qui primo recta ſectatus, deprauationis huius attaminatione fuſcatur in Muſticana poſitus ciuitate, deo omnipotẽti parietes conſecratos, Eccleſiam uenerandam quaſi quadã obſidione credidit retinendam. Hunc Prætextatus etiam in Aſſuritanis partibus imitatur. Sedcũ æquitatis tuæ innoteſceret, poteſtati conſortium ſacerdotum, iuſſiſti ut geſta teſtantur, exploſo omni contradictionis affectu ſacratiſſimis ſacerdotibus à prophanis mentibus uindicatas oportere reſtitui. Deinde paulopoſt ut idẽ aduocatus oſtẽdat quid iuſſum ſit, recitat Nummaſij poſtulationem quam ſupra memoraui, in qua proconſule Nummaſio cum exiſſet lege epiſcopali iudicium illud Bagaienſe recitatum eſt, in quo Maximinianus damnatur his uerbis: Maximinianum fidei æmulum, ueritatis adulterum, Eccleſiæ matris inimicum, Dathan, Chore & Abiron miniſtrum, de pacis gremio ſententiæ fulmen excuſſit: & q̃ adhuc eundem dehiſcens terra nõ ſorbuit, ad maius ſupplicium ſuperis reſeruauit. Ra-

ptus

ptus enim pœnam ſuam compendio lucrauerat funeris, uſuras contra grauiores colligit fœnoris, cum mortuus intereſt uiuis. Deinde in illos duodecim ordinatores eius ita profertur Bagaitana ſententia, Nec ſolum hunc, inquiunt, ſceleris ſui mors iuſta condemnat, trahit etiam ad conſortiū criminis plurimos catena ſacrilegij, de qbus ſcriptum eſt, Venenum aſpidum ſub labijs eorū, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, ueloces pedes eorum ad effundendum ſanguinē, Contritio & calamitas in uijs eorum, & uiam pacis non cognouerunt, non eſt timor dei ante oculos eorum. Nollemus quidem tanquam è proprij corporis iunctura præcidi, ſed quoniam tabeſcētis uulneris putredo peſtifera plus habet in abſciſiōe ſolaminis quàm in remiſſione medicaminis, inuenta eſt cauſa ſalubrior, ne per cūcta membra peſtilens irrepat uirus, ut compēdioſo dolore natum decidat uulnus. Famoſi ergo criminis reos, Victorianum Carcabianenſem, Marcianum Sullectinum, Beianum Beianenſem, Saluium Auaphenſem, Theodorum Vſulenſem, Donatum Sabratenſem, Migginum Elephantarienſem, Prætextatum Aſſuritanū, Saluium Membreſitanū, Valerium Melzitanum, Felicianum Muſticanū, & Marcialē Pertuſenſem, qui funeſto opere perditionis uas ſordidum collecta fæculentia glutinarunt. Sed & clericos aliquando eccleſiæ Carthaginis, qui dum facinori interſunt illicito inceſtui lenocinium præbuerunt, dei præſidentis arbitrio uniuerſalis cōcilij ore ueridico damnatos eſſe cognoſcite. Poſt iſtorum damnatiōem in quibus leguntur Prætextatus Aſſuritanus & Felicianus Muſticanus, cum quibus ut ante dixi, proconſulares aduerſus eos impetratæ iuſſiones concordauerunt, cęteris in eodem Maximinianí ſchiſmate conſtitutis, Primiani etiam damnatoribus tantū quia non interſuerant Maximinianí ordinationi, dilationem dederunt in eodem Bagaienſi concilio certo diei termino definitam, quæ continetur his uerbis, Eos autem, inquiunt, quos ſacrilegi ſurculi non polluere plantaria, hoc eſt, qui à Maximiniani capite proprias manus uerecūdo fidei pudore retraxerunt, ad matrē eccleſiam redire permiſimus. Quantum enim de reorum morte purgamur, tanto de innocentium reditu gratulamur. Ac ne anguſtum redeuntibus tempus ſpem ſalutis arctatæ diei preſſurā ſubducat, agnoſcentibus quibus licet longe manentibus prędecedentibus ſtatutis, uniuerſis uſq; ad diem octauum calēdarum Ianuarij proxime futurarum agnitiōis pandimus ianuam, ut integri honoris ac fidei regreſſi habeant fundamenta: quam ſi quiſquam ingredi neglexerit pigra ſegnitia, ſciat ſibi ad omnes uenias aditus ſua uolūtate uiam eſſe ſubductam. Manebit enim circa eos dicta ſententia, & poſt præſtitutum diem redeuntibus fixa pœnitentia.

Cap. V Ex his igitur omnibus quoniā redijſſe aliquos ad communionem ueſtram nec uos negatis, & in tam recenti memoria adhuc etiam uiuentibus hominibus de qbus celeberrima & clara notitia eſt, cū & illi qbus dilatio data eſt, quandoquidē ſicut uerba concilij eiuſdem ſatis indicant, dum eos ad matrem eccleſiam redire inuitant, & eorum tanquam de innocentum reditu gratulantur, & illi quos cum Maximinianо nulla interpoſita dilatione damnauerunt, extra ueſtram eccleſiam toto illo tempore baptizauerunt: ſiue uſq; ad diem dilationis quando cum Maximinianо communicabant, & in eius erant ſchiſmate cōſtituti, ſiue etiā tranſacto dilationis die, quando Titianus aduocatus nominatim Prætextatū & Felicianū pelli de Baſilicis poſtulabat, cū quibus in honore integro Primianus poſtea concordauit: quomodo auditis iam dicere unum baptiſma, niſi in una eccleſia dari non poſſe, cum ab iſtis datum in ſacrilego ſchiſmate baptiſmum ſine ulla cōtrouerſia cognoueritis, ſuſceperitis, reſcindere non auſi fueritis? Nec tā poteſtis dicere nihil uos præſtitiſſe illis quos in eodē baptiſmo ſuſcepiſtis. Si ergo quęram quid pręſtiterit is: proculdubio reſpōdebitis, ne ipſo ſacrilegio ſchiſmatis perirēt, ne baptiſmū Chriſti non ad præmium ſed ad iudicium, non ad ſalutem ſed ad perniciem, ſicut eſt militiæ character in deſertoribus, haberent: præſtitimus pacē, præſtitimus unitatē, præſtitimus eccleſiæ ſocietatem, ut eum per quem charitas diffunditur in cordibus noſtris, ſpiritum ſanctum accipere mererē tur, ſine quo nemo peruenit ad regnum cœlorū, etiam ſi ſacramentis omnibus legitimis imbuatur. Hæc reſponderetis ueraciter ſi ueram eccleſiam teneretis. Veruntamen ad admonitiōem ueſtrā ſufficit, ut hoc uos accepturos intelligatis in uera eccleſia, quod eos quos in Maximinianí ſacrilego baptiſmate baptizarunt qui cū eis aduos inde redierunt, in ueſtra communione accepiſſe credidiſtis: atq; ita uos etiam accepto baptiſmo Chriſti eſſe puniendos, ſi unitatem catholicæ eccleſiæ non tenueritis, ſicut in Maximinianí ſchiſmate baptizatos proculdubio puniendos nō dubitaretis, ſi ueſtræ communioni nō copularētur, in quibus ad uos inde uenientibus non reſcindendum baptiſmum iudicaſtis. Vides itaq; etiā hoc quod te mouebat de baptiſmi ſacramento in cauſa Maximinianenſium iam ſolutum. *Cap. VI* Iam nunc illa uideamus quibus epiſtolam meam te refellere credidiſti. Ac primum quòd interrogas, quare ueſtros Donatiſtas appellem, adiungens q; Donatus non author & inſtitutor eccleſiæ quæ ante nō fuerat, ſed à Chriſto deductæ, & antiquæ unus ex Epiſcopis fuerit: nónne attendis hoc de ſeipſo & Maximinianum dicere, ex cuius tamen nomine uniuerſam eius communionem appellatis? Neq; ſchiſma quod fecit, ullo uocabulo à uobis uel ab alijs ſectis diſcernitis, niſi aut Maximinianenſes aut quodlibet aliud quod à Maximiniani nomine deriuetur, aut certe ſimplicius & ſine timore grammaticarum ferularum partem Maximiniani nominetis: nunquid hoc dicturus es Maximianum à ueſtra communiōe ſchiſma feciſſe, hoc autem à communione catholica non feciſſe Donatū? Sed Maximinianus non hoc dicit, qui Pri

mianum potius & uos oñes affirmat à parte Donati in qua ipse permansit schisma fecisse, & recitat decreta conciliorum. Primũ quod apud Carthaginem à quadraginta & tribus factũ est, quo prædamnatus est Primianus. Alterum quod Cabarsussi centum uel amplius uestri tunc Episcopi concluserunt, quo perfecte pleniusq; damnatus est. Cui talia documẽta proferẽti, qd respõdebis, nisi maioris esse autoritatis Bagaiense cõciliũ, in quo .10. eundem Maximinianum & eius socios damnauerunt, quando Primianus non apud eos tanquam purgandus dicebat causam, sed cum eis tanquam iudex innocentissimus cõsiderabat, proferebat sententiam cõtra Maximinianum & duodecim socios eius, quibus præsentibus ordinatus est, & data dilatione tanquam innocẽtes ad pacẽ propriã reuocabat tot cæteros à quibus ipse damnatus est. In hac uestra conflictione quid uultis ut nos medij iudicemus, quandoquidem nec Maximiniani nec uestra communione detinemur?

Cap. VII Quid, inquã, hinc uultis iudicemus, nisi cõtra duo concilia quibus damnatus est Primianus, unum Bagaiense posterius pro illo ualere debere quo damnatus est Maximinianus, eo uidelicet firmius id esse arbitrantes, quo posterius potuit de prioribus iudicare. Ecce in hoc fauemus uobis. Alia nobis est cũ Maximinianẽsibus causa, si audi fuerint succẽsere. Fauemus, inquã, iudicio tertio Bagaiẽsi, quod factũ est pro Primiano contra Maximinianũ eiusq; collegas, quo posteriore merito potuerunt priora deleri: quãquam à duobus prioribus iudicijs ad tertium nullam Primiani uocem prouocationis uel legimus uel audimus, nisi quod absens primo prædamnatus secundoq; damnatus est. Sed etiam in Maximinianum & socios eius absentes prolata est disertissima illa Bagaitana sententia: & hoc illi quadraginta & tres apud Carthaginem modestius, cautius, diligentiusq; se gessisse testati sunt, q; ad eundem Primianũ nõ semel, sed iterum ac tertio legatos miserunt, ut si ad eos ipse uenire nollet, ipsos ad se uenire permitteret. Quo utrunq; recusante sicut scribũt, & eos qui missi sunt, iniuriosa repulsione tractante, necessitatem incubuisse asserunt, ut iam ecclesiæ prouiderent: & sic nondum audentes ultimum præcipitare iudicium, sed quodam præiudicio consulẽtes ei, ut si causæ fideret, sequenti celebriori concilio respondendi seq; purgandi relinqueretur locus. Quo cum uenire noluisset, iam necessario putauerunt esse damnãdum sine ulla suspensiõe sententiæ. At uero in decreto Bagaiensis concilij, nõ solum legatos ullos à Maximiniano male tractatos nõ legimus, sed nec missos legim⁹ ut ueniret: uidemus tamen leuatũ altare contra altare, & ordinatum Episcopum cõtra eum Episcopum, qui in cathedra ubi fuerat ordinatus ita sedebat, ut cõuentu sui populi non desereretur, nec à cæteris pluribus Episcopis communio eius dirimeretur, tantam commouisse indignationem sacrilego schismate perpetrato, ut nec ipsius Maximiniani nec ordinatorum eius iam esset ulterius differẽda damnatio. Hæc cum ita sint: non uos tamen pro Cæciliano talia permouent, contra quem manentem & populo præsidentem, erecto altari contra altare, ordinatus est Maiorinus. Contra quem nõ à uobis duo, sicut cõtra Primianum à Maximinianensibus, sed unum profertur iudicium horrẽdæ temeritatis festinatione acceleratum. Qui non sicut Primianus noluit ad se uenire collegas, sed iniuitauit potius ut uenirent, q; nec ipsi in sui concilij decreto quod contra eum condiderunt, tacere potuerunt, pro quo non unum sicut pro Primiano, sed quatuor posteriora iudicia recitãtur. Eius non absentes sicut Primiani, sed præsentes sunt aduersarij confutati, apud eos iudices, in quos iudicaturos consenserunt apud ipsum etiam Imperatorem Constãtinum: apud quẽ primũ Cæcilianũ accusauerũt, apud quem postea de iudicibus Episcopis à quibus ille ipsam causam uoluit audiri, tanquam non recte iudicãtibus questi sunt, ad quem rursus alterum Episcopale iudicium prouocauerunt, ut ipso etiam post unum & alterum Episcopale iudicium inter partes cognoscẽte superaretur, quorum non defuit etiam quarta conuictio. Nam cum in Cæciliano propris criminibus calumniatores inuenti fuissent, & ei Aptugnẽses ordinatores eius de traditione quæstionem intulissent, Felix etiam ipse purgatus est proconsulari iudicio, eodem ipso Constãtino, ut causa eius discuteretur iubẽte, quem illi assiduis interpellationibus fatigabant. Hæc Maximinianenses aduersus Primianum non exercuerũt mala, nec toties uicti sunt, nec præsentes uicti sunt, nec apud eos quos ipsi elegerunt iudices uicti sunt: & tamen q̃d manifestũ est in ipsa uestra communione schisma fecerunt, & hoc uestros à catholica communione fecisse non uultis aduertere, qua impudentia uanissime animositatis prorsus ignoro. Si em̃ omnia quæ dicitis de Cæciliano & Felice ordinatore ei⁹ ideo uera esse uultis, quia septuaginta ferme Episcopi de hac re iudicauerunt: cur non uultis uera esse quæ dicuntur de Primiano, cum & inde primo quadraginta tres, post centum Episcopi iudicauerint, & prius præiudicium posteriori iudicio confirmauerint? Si autem propterea illa crimina Primiani falsa esse cẽsetis, quia pro illo posterius contra inimicos eius Bagaiense concilium recitatur: cur non uultis crimina, quæ obiecta sunt Cæciliano falsissima confiteri, pro quo posteriora tot iudicia recitantur? Si Cæcilianus cõtra quem semel fuerat ab illis septuaginta iudicatum, nõ debuit iam locum purgationis ab alijs iudicibus inuenire: nec Primianus debuit, quem tanto plures iam quàm septuaginta prima confirmantes, secũda cognitione damnauerũt. Si autem bis damnato, tertium quod iam pro illo factum est iudiciũ sufficiẽtissime suffragatur: cur semel damnato nõ sufficere ad absolutionem secundum, tertiũ, quartum, quintumq; iudicium, nescio qua fronte ferrea contenditis? Quod si uos forte numerus mouet, ut ideo contra centum à quibus damnatus est Primianus ualere arbitremini Bagaiẽse conciliũ, quia

quia in eo trecenti & decem fuerunt: cur in maio-
ri numero Episcoporum orbi terrarum cõsentire
Peccatum in spiritũ sanctũ non uultis? Quod autẽ obijcis Cæciliano pec
catum illud inexpiabile in spiritum sanctum, de
Cap. VIII quo dominus ait: Non remittetur neq; hic neque
Mat. 12 in futuro seculo: & nos possemus dicere Felicia-
no Musticano, quem hodie cum Primiano habe-
tis Episcopum unum ex ordinatoribus Maximi-
niani, damnatoribusq; ipsius Primiani, quos etiã
in sacrilego schismate baptizatos non rebaptiza-
tis, peccatum uos obiecisse quod fit in spiritũsan-
ctum, cui sacrilegum schisma obijcitis, sicut in Ba
gaiensis concilij sententia declamatum est. Sicut
enim eos ideo putatis illo irremissibili reatu pec-
casse in spiritumsanctum, quos accusatis diuinas
scripturas exurendas persecutoribus tradidisse, q
easdẽ scripturas spiritu sancto acti locuti sunt ho-
mines dei: ita etiam nos non solum uestris potius
traditoribus quos gesta cõuincunt, hoc eĩ posse
mus obijcere, sed & Feliciano, ut dixi, hoc uos ob
iecisse in crimine sacrilegi schismatis docemus, qa
in spiritusancto seruatur unitas dilectionis & pa-
Eph. 4 cis, dicente Apostolo: Sustinentes inuicem in di-
lectione, studẽtes seruare unitatem spiritus in uin
culo pacis. Quam profecto uiolat qui schisma cõ
mittit. Sed hunc reatum insolubilis æternicq; pec-
cati quod in spiritumsanctum cõmittitur: nec uo-
bis obijcimus, quos correctos cum uiuitis sanari
posse non desperamus: nec uestris, qui sanctos co
dices cremandos ignibus tradiderunt, nisi quòd
usq; in finem uitæ huius ab unitate disiuncti, cor
impœnitens habuerunt. Nec Feliciano & Præte
xtato hoc uos obiecisse ostenditis, cum quibus
postea communicastis, qui in catena sacrilegij cũ
Maximiniano ad consortium criminis tracti, ple
narij concilij uestri ore uerídico legũtur esse dam
nati: & post diem dilationis non quidem illis iam
damnatis, sed illis tanq; innocentibus prerogatũ,
Cap. IX probantur esse susceptí. Quod autem non tibi
placet deriuatio nominis, ut à Donato Donati-
stæ appellentur, & censes Latinæ regula locutio-
nis potius declinãdum, non aspernor admonitio-
nem tuam, ueruntamen quære grammaticos iudi
ces, apud quos cum Maximinianensibus de arte
confligas, eosq; cõuincas, Iam enim nec ipsos uo-
lo Maximinianistas uocare, ne offendam tam eru
ditas aures tuas, qui certe, quãtum existimo, non
ut ego tibi facile cessuri, ut Claudianenses, uel qd
aliud appellent quos Claudianistas appellauerũt,
cum eos Primiano in communionem recepto, in
ter alia quibus eum & prædamnauerunt & dam-
nauerunt crimina posuerunt. Et simul recogno-
sce hanc declinationis regulam, non mihi soli si-
cut reprehendis placuisse: sed fortasse me solum ti
bi in hac re quæ ad causam non pertinet, tanta fa-
Cap. X cilitate cessisse. Quod uero me putasti uehemẽ-
tius arguendum, quòd cum dixerim, Donatista-
rum hæreticorum sacrilegum errorem, hæresim
appellans, quod tu schisma potius uis putari: eos
tamen à sacrilegio non expiatos in communionẽ
recipiamus, tu qui nos in hac causa tam grauiter

A arguis, responde quomodo expiauerunt uestri sa
crilegium Feliciani & Prætextati, cum quibus po
stea communicauerũt Episcopi, eos sibi sicut an-
te fuerant copulantes atq; reddentes, nec quenq;
eorum quos illi in sacrilegio schismatis baptizaue
rant denuo baptizantes. An forte non erant sacri
legio maculati, sicut quidam uestrum desipiunt di
centes, non eos in deum, sed in hominem pecca-
uisse? Sacrilegium uero tanto est grauius pecca-
tum, quanto committi nõ potest nisi in deum: un
de me disputatione tua non ob aliud urgendum
arbitratus es, quòd sic suscipiamus eos qui à uo-
bis ad nos transeunt, nisi quia uestrum dixi sacri-
legum errorem. Lege ergo Bagaiense concilium.
Nempe ista illic prima uerba sunt: Cum omnipo-
tentis dei & Christi eius Saluatoris nostri uolũta-
B te ex uniuersis prouincijs Aphricæ uenientes in
Ecclesia sancta Bagaiensi concilium gereremus,
Gamalius, Primianus, Pontius, Secundianus, Ia
nuarius, Saturninus, Felix, Pegasius, Rufinus,
Fortuinus, Crispinus, Florentius, Optatus, Do-
natus, Donatianus, & cæteri numero 310. placuit
spirituisancto qui in nobis est, pacem firmare per-
petuam, & schismata resecare sacrilega. Audis, ad
uertis, attendis? Schismata, inquiunt, resecare sa-
crilega. Ergo non in hominem, sed in deum scele-
rata peruersitate in eo schismate solus Maximini
anus sacrilegij crimine tenebatur, cum ista sentẽ-
tia diceretur. Lege paulopost quid dicant de socijs
eius, inter quos istorum nomina de quibus agit
scripta sunt. Nec solũ hunc, inquiunt, sceleris sui
C mors iusta condemnat, trahit etiam ad consortiũ
criminis plurimos catena sacrilegij. Cap. XI
Quid est uir disertissime? quid habes quod dicas mihi? Le-
ge sequentia, uideo inter plurimos quos trahit ad
consortium criminis catena illius sacrilegij, Præ-
textatum & Felicianum legatos sacrilegos uideo
Episcopos. Quid agis si nõ probaueris expiatos?
Nempe urgeris cedere ueritati, qua dicimus ex-
piari uestros cum ad nos ueniũt, ipso uinculo fra-
ternæ pacis & charitatis cooperiri peccata eorũ,
sicut scriptum est, Charitas cooperit multitudinẽ 1. Pet. 4
peccatorum. Quid de illis quos à uestra commu-
nione separati, & cum Maximiniano in sacrilegæ
illius catenæ societate deuincti baptizauerant, qs
cum eis in eodem baptismo in pacem atq; cõcor-
D diam suscepistis? Respondebis ne aliquid nisi ea-
dem sacramenta recte uos approbasse in eis, quæ
nos quoq; approbamus in uobis? Magis enim ti-
bi constabis si ista responderis, & uerbis epistolę
tuæ non reluctaberis. In qua cum conareris osten
dere, non hæresim inter nos & uos sed schisma po
tius commissum esse, ipse dixisti nobis & uestris
unam esse religionem, eadem sacramenta, nihil in
Christiana obseruatiõe diuersum. Neq; enim gra
uius quàm his uerbis repetitionem baptismatis
accusare potuisti, quando seducti à nobis rebapti
zantur à uestris, in quibus eadem sacramenta esse
& sentis & dicis & scribis. Qua igitur sceleris im-
pudẽtia non seruatur in eis, quos in sancta unita-
te baptizat orbis Christianus, quod seruatum est

Universidad de Deusto
Biblioteca

in eis quos in ſacrilego ſchiſmate baptizarunt Prætextatus & Felicianus? Cauſam itaq; noſtrã quam nobiſcum habemus, merito iam iudicio terminaſtis, cum eos qui à uobis damnatione percuſſi ſunt, qui populos ne ad uos accederẽt inſtãtiſſime monuerunt: qui poſt etiam baptizandum eſſe cenſuerunt, cum eis quos extra ueſtram communionem in ſacrilegio ſchiſmatis conſtituti baptizauerunt, ſine ulla degradatione, ſine baptiſmi iteratione in altaris concordiam ſuſcepiſtis, & nulla re ab illo ſcelere ſacrilegij, niſi ſancto igne charitatis expiatos eſſe credidiſtis, Quod uere fieret, ſi uos eandem charitatem in uera unitate
Cap. XII fidei teneretis. Sed tamen uideamus etiam de uerbis epiſtolæ Petiliani, quam contra me defendere uoluiſti, quomodo te exuas in hac cauſa Maximinianenſiũ, de qua nũc ſola ſtatui agere aduerſum literas tuas. Poſuit certe ille iſta uerba ſua, Conſcientia, ait, ſancte dantis attenditur, quę abCõtra Petiliã li. 1. cap. 1 luat accipientis. Cui ego, Quid ſi, inquam, lateat dãtis conſcientia, & forte maculoſa ſit, quomodo poterit accipientis abluere conſcientiam? Hanc tu ineuitabilem quæſtionem, quia in uerbis Petiliani omnino non ſoluitur, tuis ſoluere aggreſſus es, & dixiſti, non contra me, ſed contra illum quẽ defendere uoluiſti. Ille quippe ait, Conſcientia dantis attenditur, quæ abluat accipientis: tu uero falſus, cuius latentem conſcientiam uidere non poſſe dicis, ſic eam dixiſti attẽdi, ut non uideatur ipſa, ſed quod de illa notũ ſit in publica fama. Vnde colligitur uerum iam non eſſe, quòd conſcientia dantis abluat accipientis conſcientiam, ſed fama eius abluit ſecundum te: quæ utiq; fallit intuẽtem cum de peſſimo loquitur bona, de adultero caſta, de ſacrilego religioſa. Tunc em̃ abluit quando mentitur. Nam ſi de occulto ſcelerato fama uerum loquatur, tunc non abluit, ſed maculat eum qui ab illo acceperit baptiſmũ. Ac per hoc fama iſta quam patronam tam malę cauſæ adhibere uoluiſti, uide qualis ſit, quę mendax abluit & uerax polluit: ut ſcilicet mirifica tua diſputatione, tunc apud te non ſit aqua mẽdax, quando ipſa ſit men
Cap. XIII dax. Sed quid hinc opus eſt diutius loqui, cum Felicianus hodie ſedeat inter Epiſcopos ueſtros, qui cum ab eis diſiunctus eſſet, & Maximiniano in catena ſacrilegij cohęreret, quoſcunq; baptizauit nemo poſt eum rebaptizauit. Quęro à Petilia no cuiuſmodi habuerit tunc ille conſcientiam? Ei lego decretum Bagaienſis concilij ubi ſcriptum eſt. Nec ſolum hunc ſceleris ſui mors iuſta condemnat, trahit etiam ad conſortium criminis plu
Pſal. 13 rimos catena ſacrilegij, de quibus ſcriptũ eſt, Venenum aſpidum ſub labijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt. Inter hos plurimos etiam Felicianus annumeratur, qui talibus labijs & tali ore baptizauit. Horum aliquẽ non reſpuiſtis, non reſcidiſtis, non deſtruxiſtis. Et quia uerbis euangelicis, in nomine patris & filij et ſpiritus ſancti per qualemlibet linguam atq; conſcientiam conſecrata eſt aqua, non mendacem ſed ueracem agnouiſtis atq; recepiſtis. A te autẽ quæſo deiſto Feliciano, cuius tam mala cum in catena ſacrilegij baptizaret, fuerat conſcientia, quid erat tunc in publica fama? Atq; ipſum concilium identidem recitato, ubi ſcriptum eſt, Famoſi ergo criminis reos Victorianum Carcabianenſem, & inter cæteros quos repetere piget, Prætextatum Aſſuritanum, & Felicianum Muſticanum, qui funeſto opere perditionis uas ſordidum collecta ſęculentia glutinarunt: paulopoſt plenarij concilij ore ueridico damnatos eſſe cognoſcite.

Quid ad iſta reſpondes? Si non baptizat à ueCap. XI ſtra communione ſeparatus, lego baptizaſſe cum Maximiniano ad conſortium criminis tractos. Si non baptizat qui peccat in deum: lego baptizaſſe catena ſacrilegij colligatos. Si conſcientia ſancte dantis attenditur, quæ abluat accipientis: lego baptizaſſe morſibus aſpidum uenenoſos. Si conſcientia dãtis ut poſſet abluere publica fama eius attenditur: lego baptizaſſe famoſi criminis reos. Manet adhuc in corpore Felicianus, cum illo ſunt omnes ab illo in ſacrilegio ſchiſmatis baptizati, in communiõem autem ueſtram recepti, nec ab ullo rebaptizati. Contra Petilianum baptizauit ſacrilega conſcientia maculoſus, contra te baptizauit famoſi criminis reus. Qua ratione uos quæſo defenditis, niſi ut quod & nos dicimus, ueſtris factis conuicti aliquando dicatis, q̃ nec conſcientia nec fama dantis abluat accipientis conſcientiam, ſed fides accipientis ipſius, dantis autem dei gratia non hominis. Quòd & ſi conſcientiæ bonæ interrogatio in accipiente non fuerit, fides q̃ ipſa uel tota uel ex parte aliqua uacillauerit, mores hominum eſſe corrigendos, non ſacramenta deſtruenda, quæ non alia uel ſimilia, ſed tu omnino eadem confiteris: ſicut eorum quos Felicianus & Prætextatus in ſacrilego ſchiſmate baptizarunt, uitam & uoluntatem corrigendam exiſtimaſtis, ne in illo ſchiſmate ſacrilego permanerent, nec uiolãdum baptiſmum, licet indigniſſimis per indigniſſimos miniſtratum. Frustra Ca. XV igitur ore maledico conſcientiam noſtram tanquam publicatam atq; damnatam crimine thuriſ cationis, traditionis, perſecutionis accuſare uoluiſti, ut ex hoc uelut probares nos baptiſmũ dare non poſſe: cum & falſa factetis, & quomodocunq; ſe illud habeat, certe Maximinianẽſium ſacrilegij crimine damnata conſcientia dare potuit baptiſmum quem reſcindere timuiſtis, & quem dari etiam à perſecutoribus poſſe per uos quoq; ipſos docetur: qui eoſdem Maximinianẽſes acerrime perſecutos, non ſolum baptizatis, ſed uos ſolos baptizare debere contenditis. Dicis in lege Pſal. ſcriptũ, Oleũ peccatoris nolo ungat caput meũ. Quod neq; ita ſcriptũ eſt, nec ſicut putas intelligẽdum: ſed nunquid nõ eſt oleum peccatoris oleum ſacrilegorum Prætextati & Felicianí? Dicis item Exod. ſcriptũ eſſe: Qui baptizatur à mortuo, quid ei prodeſt lauatio eius. Quod nec diligẽter attẽdis, nec ex ipſa circũſtantia lectiõis quid ſit intelligis. Veruntamẽ intẽde quid ſonet diſertiſſima illa Bagaitana ſententia. Optata quidẽ, inquit, pacis & concordiæ

cordiæ est iuncta germanitas, sicut scriptum est: Iustitia & pax osculatæ sunt inuicem: sed uerídica unda in asperos scopulos nonnullorum naufraga proiecta sunt membra, Aegyptiorum ad modum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora. Quibus in ipsa morte maior est pœna, q̃ post extortam aquis ultricibus animã nec ipsam inueniunt sepulturam. Isti ergo non solum mortui, uerumetiam quod est grauius, insepulti, quomodo baptizare potuerunt? quomodo profuit lauatio eis, qui ab his mortuis baptizati sunt, quos in eodem lauacro susceptos denuo non lauistis, sicut putas illud intelligendum esse? Nam quod in epistola mea, cui respondere tibi uideris, putas quod idoli cultorem tanquam grauissimi peccati reum tantummodo exceperim: & instas uehementer, ut probes nullum excipi peccatorem in eo q̃ scriptum esse dicis: Oleum peccatoris nolo ungat caput meum: Felicianum & Prætextatum respice, utrum peccatores non fuerunt, quando sacrilegij catena cum Maximiniano pertrahi tam magno concilio dicebantur. Aude asserere, aude contendere, aude saltem dicere peccatores quidem fuisse, sed occultos, quos ibi lego famosi criminis reos; quanquam & si leniter peccauissent, & si latuissent, tu hoc testimonio quod ponis de oleo peccatoris, in ista suggestione extorquere conaris excipi peccatorem. Vbi eritis si ita est? Quò fugietis? In quibus uos latebris cum uestris sacrilegis, cum uestris famosi criminis reis, cum uestris cadaueribus insepultis abscondere poteritis? Dicis cũ obijcitur, qua nobis licentia ius baptismi uendicemus, quòd non de meritis actuum, non de uitę innocentia tractemus, sed quod cuicunque licere dicamus, & quasi præiudicatis criminibus rei, dum & peccatoribus inesse baptizandi facultatem uolumus ostendere, nos aperte peccasse fateamur: quasi propter merita nostra contra deum nobis loquendum sit, ut quàm iusti sumus, tam iustum baptismum esse faciamus, cum & nulli hominum de sua iustitia præsumendum sit: & hinc maxime baptismum Christi probemus esse non hominum, quia non fit uarius humanorum uarietate meritorum. Vnde uberius disputarem nisi à uobis dato compendio magis uterer. Suscepto enim baptismo neque destructo quem Maximinianenses dederunt, aspides, uiperæ, parricidæ, cadauera Aegyptia, & quicquid aliud in eos Bagaiensis concilij ut uestra causa facillima fieret, ore grandiloquo declamatum est: satis & ipsi iudicastis, non eorum meritis à quibus ministratur, nec eorũ quibus ministratur constare baptismum, sed propria sanctitate atque ueritate propter eum à quo institutus est, male utentibus ad perniciem, bene utentibus ad salutem. Miror autem quomodo etiam tibi persuaderi potuit, ut in tua disputatione mentionem faceres Cypriani, cuius literis etiam ipsis quas eius esse dicitis de baptismo destruendo, qui apud hæreticos uel schismaticos datur, tota causa uestra subuertitur. Sed hoc aduersus Maximinianenses uel alios qui baptismum siue apud nos, siue apud uos datum non suscipiunt, agere debemus: uos autem iam causam istam mira facilitate finistis, iam baptismum in sacrilego schismate Maximiniani datum cum Prætextato & Feliciano in eorum populis suscepistis, iam cõtra Cypriani quas dicitis literas, & quibuscunq; alijs hoc uisum est, sine ulla dubitatione feciſtis: Nam quod dicis Orientales ideo uestrorum communione discretos, quia postea nobis cõsentiendo, iudicium suum quod habebant de baptismo rescindere maluerunt: Si hoc ab aliquibus paucis Orientalibus factum est, quod quidẽ interest utrum possit ostendi, profecto suum iudicium correxerunt: & uos suscepto baptismo, qui datus est in schemate Maximiniani antequam uestram sententiam rescidistis, tamen uobiscũ estis, & cum Orientalibus esse nõ uultis. Sed uidelicet inuenisse tibi uideris ubi tuam eloquentiam dilatares, cum ad id quod ego in epistola mea posui, Siue à fideli, siue à perfido dispensatore sacramentum baptismi quisque percipiat, spes ei omnis in Christo sit: exclamas & dicis: O præclarum sacerdotis imperium. ò laudabilia boni patris præcepta iustitiæ. Nihil, inquit, inter fidelem perfidumq; discernas, idem tibi pius atque impius uideatur: Nihil prodest bonis moribus uiuere, quia quicquid iusto licet, potest & iniustus implere. Quid hoc præcepto dici iniquius potest? purificet alium maculosus, abluat sordidus, emundet immundus, det infidelis fidem, criminosus faciat innocentem? Hæc certe uerba tua sunt quibus sententiam meam reprehendis, cum hoc ego omnino non senserim nec̃ scripserim, quoniam & inter fidelem perfidumq; plurimum distat, non ad sacramentum, si hoc utercq; habet, sed ad meritum, quia hoc alter ad salutem habet, alter ad pœnam: Nec quicquid iusto licet, potest & iniustus implere: quia & si potest iniustus baptizare, non tamen potest in regnũ cœlorum iniustus intrare. Nec purificat uel abluit uel emundat, nec innocentẽ facit quenq̃ qui ei ministrat baptismum, sed dantis dei gratia, & percipientis bona cõscientia. Sed tu aspice utrum nihil inter Primianũ Felicianumq; distaret, cum Primianus inter trecentos decẽ sederet, à quibus illi dicebatur, q̃ uenenum aspidum esset sub labijs eius, & ueloces haberet pedes ad effundendum sanguinem, & cõtribulatio & infelicitas in uijs eius, ut uiam pacis non cognosceret, nec esset timor dei ante oculos eius: utrũ tunc non esset maculosus, immũdus, sordidus, qui uas sordidum collecta feculẽtia glutinauit, nõ infidelis, uenenũ aspidũ sub labijs habens, nõ criminosus, famosi criminis reus: & tamen & ipse cũ Primiano nunc uester Episcopus sedet: quos tunc baptizauit, nusq̃ postea lotos uobiscum nũc habet. Et adhuc pugnatis aduersus ueritatẽ, nec cõceditis ut Christ⁹ semper det fidem, Christus sit origo Christiani, in Christo radicem Christianus figat, Christus Christiani sit caput. Quibus uerbis meis in illa epistola contra Petilianũ positis, tua uerba subiungis & dicis: Hoc & nos suademus, hoc uolumus, sed quęrimus per quẽ hoc melius fiat. Nec attendis hoc nõ

Aciter inuehit in Donatianos in causa Maximiniani

Cap. XVI

Cap. XVII

C4. XVIII

Psal. 13

Cap. XIX

Universidad de Deusto
Biblioteca

suadere Petilianum, cui tunc respondi, & cuius e-
pistolam aduersus responsionem meam defende-
re atque affirmare conaris. Ille quippe dixit aper-
te: Conscientia sancte dantis attenditur, quæ ab-
luat accipientis. Nam qui fidem à perfido sumpse
rit, non fidem percipit, sed reatum. Dic mihi quẽ
locum Christo reliquerit ad abluendum conscien
tiam baptizati, aut à quo fidem percipiat baptiza
tus, quando conscientiam dantis dicis attendi quę
abluat, & non fidem percipere sed reatum qui fi-
dem sumit à perfido? Tu quidem succumbere vi-
deris tanto ponderi veritatis, & dicis hoc te suade
re, & hoc te velle ut Christus det fidem, adqúe ine
undam vitam nouam Christus abluat Christianũ:
quæris autem, per quem melius fiat quod sine mi-
nistro fieri non oportet. Petilianus tamen non di-
xit, conscientia ministrantis attenditur, per quam
Christus abluat accipientis, aut per quam Chri-
stus det fidem, sed ipsa conscientia dantis, inquit,
accipientis abluit conscientiam. Nec dixit, quis-
quis fidem per Christum sumpserit, nõ fidem per-
cipit, sed reatum, ut à Christo quamuis per alium
sumere videretur: sed omnino dixit, à perfido sum
pserit. Atque ad hoc quasi probaret adiunxit: O-
mnis enim res origine & radice consistit: & si ca-
put non habeat aliquid, nihil est: ipsum scilicet mi
nistrum cuius conscientiam dixit attendi, non per
quam Christus abluat, sed quę abluat accipientis,
ipsum prorsus ministrum originem, radicem ca-
cap. xx putq; faciens baptizati. Proinde hoc loco, non
Petiliano, cuius uerba non defendisti, sed tibi re-
spondeo, qui pro tua sententia nescio quid aliud,
non quod ille dixisti. Tu enim sicut scribis, hoc vis
hoc suades, ut non sicut dixit, conscientia sancte
dantis attendatur quæ abluat accipientem, uel ac-
cipienti det fidem, neque ut ipse sit origo & radix
caputq; credentis, sed per ipsum Christus abluat,
per ipsum Christus det fidem, per ipsum Christus
sit origo Christiani, per ipsum in Christo radicem
Christianus figat, per ipsum Christus Christiani
sit caput. Ideo enim quæris, per quem melius fiat
quod à Christo fieri concedis, ubi & tu quantum
video, nõ negas hoc fieri posse per ministrum ma-
lum, sed dicis melius posse si per bonum. Quid est
enim aliud quod dicis, hoc & nos suademus, hoc
volumus, sed quærimus per quem melius fiat. Ac
per hoc abluit Christus, & per maculosam nõ san
cte dantis, sed melius per mundam sancte dantis
conscientiam: dat fidem Christus, & per ministrũ
malum, sed melius per bonum: fit Christus origo
Christiani & per dispensatorem infidelem, sed me
lius per fidelem: Christianus radicem in Christo fi
git per colonum reprobum, sed melius per probũ:
potest Christus esse caput Christiani, & per Feli-
cianum, sed melius existimas per Primianum. Par
va itaque inter nos in hac re, aut fortasse nulla dis-
sensio est. Nam & ego dico, melius per bonum mi
nistrum quàm per malũ dispensari sacramenta di-
uina: uerum hoc propter ipsum ministrum meli-
us est, ut eis rebus quas ministrat, vita & moribus
congruat, non propter illum qui etiam si incurre-
A rit in ministrum malum dispensantem ueritatem,
securitatẽ accipit à domino suo monente ac dicen-
te: Quæ dicunt facite, quæ autem faciunt, facere Matt. 23
nolite: dicunt enim & non faciunt. Addo etiam
ad hoc esse melius, ut ille cui ministratur, ministri
boni probitatem ac sanctitatem diligendo facilius
imitetur, sed non ideo veriora & sanctiora sunt
quæ ministrantur quia per meliorem ministrãtur.
Illa nanque per seipsa vera & sancta sunt propter
deum verum & sanctum cuius sunt, & ideo fieri
potest ut accedens ad societatem populi dei, ali-
um inueniat à quo facile baptizetur, alium eligat
quem salubriter imitetur. Certus est enim sanctũ
esse sacramentum Christi, etiam si per minus san-
ctum uel non sanctum hominem ministratum est,
B se autem eiusdem ipsius sacramenti sanctitate puni
ri si indigne acceperit, si male usus fuerit, si ei non
conuenienter & congrue vixerit. Nam quæro Cc.xi
abs te: Si forte quem Primianus in vestra cõmu-
nione baptizauit pessime viuat, quem vero Felici
anus in Maximiniani schismate baptizauit, opti-
me viuat, cui nam eorum patere existimas regnum
dei: utrum ei quem baptizauit secundum te bo-
nus malum, an ei qui baptizauit secundum Baga
iense cõcilium sacrilegus religiosum? Sed forte di
cis, & verũ dicis, Non potest esse religiosus in schi
smate constitutus. Assentio, veruntamẽ potest es-
se in vestra communione sacrilegus uel occultus
à Primiano quem religiosum creditis baptizatus.
Porrò si ille quem Felicianus in catena sacrilegij
C baptizauit, relicto schismatis sacrilegio Ecclesia
stica communione corrigeretur, nunquid audes
dicere quòd melior in illo baptismus fieret, quam-
vis negare non audeas ipsum hominem fieri potu
isse meliorem? Hoc enim & in ipso facto iudica-
stis, quandoquidem illos omnes quos Felicianus
& Prętextatus in dãnato & detestato à vobis schi-
smatis sacrilegio baptizauerunt, cum illis ad vos
redeuntibus sine vlla destructione uel repetitione
baptismi suscepistis. Si autem quod dixisti, sed
quærimus per quem melius fiat, comparativum
gradum pro positiuo posuisti, sic dicens: Quæri-
mus per quem melius fiat, ac si diceres, quærimus
per quem bene fiat, volens intelligi per malum mi
nistrum male fieri: non te verbo urgeo, sed admo
D neo potius te dicere debuisse, quærimus per quem
fiat: quàm, quærimus per quam bene fiat: quasi
posset fieri ut non bene Christus det fidem, nõ be-
ne sit Christus origo caput que Christiani, non be
ne radix figatur in Christo: aut enim non fit, aut
si fit, proculdubio bene fit. Veruntamen ista tracta
mus, ne propter malos dispensatores, non tamen
suorum sed dominicorum sacramentorum, quos
necesse est usque ad tempus ventilationis aręę do
minicæ commisceri, deseratur ipsa unitas frumen
torum. Schisma autem facere ab unitate Chri-
sti, aut in schismate esse profecto malum est, & ma
gnum malũ: nec omnino fieri potest ut Christus
det schismatico, non fidem, sed sacrilegum erro-
rẽ, aut in Christo radicẽ schismaticus fixerit, aut
schismatico Christus sit origo & caput: et tamẽ ba

ptismum

Universidad de Deusto

ptiſmum Chriſti ſi dederit, datum erit, ſi acceperit acceptum erit, non ad uitam æternam, ſed ad pœnam æternam, ſi in eo ſacrilegio perſeuerarit, non in malum conuertendo bonum quod habet, ſed malo ſuo bonum habendo quamdiu malus habet.

Cap. XXII Quæris forte ut hoc probem: Quid aliud tibi dicam, niſi quod hoc opere inſtitui: Bagaienſe decretum lege, Felicianum & Prętextatum intuere, ſchiſmatici dederunt, utricꝫ à nobis recepti & collecti ſunt: nec illi degradati, nec illi rebaptizati. Iã certe non quæris utrũ fiat melius per iuſtum miniſtrum an per iniuſtum: quoniam non ideo eſt baptiſmus melior quem dedit Primianus ſecundum uos iuſtus, quàm ille quem dedit Felicianus iniuſtus. Certe iam intelligere cogeris quomodo Apo-

1. Cor. 3 ſtolus dixerit: Neque qui plantat eſt aliquid, necꝫ qui rigat, ſed qui incrementum dat deus. Téque fruſtra dixiſſe recolis, ſicut qui plantat & rigat, nõ niſi colonus diligens & fidelis quæritur: ſic etiam in ſacramento baptiſmatis non niſi iuſtiſſimus operarius approbatur. Ecce nec diligens nec fidelis nec iuſtiſſimus, ſed potius ſalutis ſuę negligens & infidelis & iniuſtiſſimus Felicianus fuit, quando Maximiniano ſociatus, & ſicut trecenti & decem ueſtri unius ore diſertiſſime perſonant, in catena ſacrilegij conſtitutus, baptiſmum quem non auſi eſtis reſcindere miniſtrauit. Certe ad hanc cauſam cernis non pertinere teſtimoniũ quod ex Pro-

Hiere. 3 pheta poſuiſti: Dabo uobis paſtores ſecundum cor meum, & paſcent uos paſcentes cum diſciplina. Felicianus enim nec ſecundum cor dei ſacrilegus erat, nec oues eius in ſacrilego ſchiſmate paſcebat cum diſciplina, & tamen baptizabat eos, in quibus receptis cognouiſtis, non ipſius, ſed dei fuiſſe quod dabat. Certe perſpicis quomodo à me de-

Pſal. 117 ſcriptura ſancta commemoratum eſt: Bonum eſſe confidere in domino quàm cõfidere in hominem: teꝫ inaniter quantum ad hanc cauſam pertinet reſpondiſſe, quòd in eo magis ut iuſtus & fidelis ſit per quem hoc ſacramentum celebretur inquiras, quia ſpem & fiduciam dei, non hominis habes: dei eſſe autem fidem atque iuſtitiam, quam ſemper in eius miniſtris attendis. Ecce in Feliciano quando fuit famoſi criminis reus, nec iuſtitia, nec fides erat, & tamen baptiſmus erat, & quibus ab eo datus eſt, cum à uobis collecti ſunt eis acceſſiſſe iuſti-

Ca. XXIII tiam dicis, baptiſmum defuiſſe non dicis. Proinde quòd deinceps à me quęris: Si à quocunꝫ & quomodocunꝫ datum baptiſmũ reſcindi non debet, cur poſt Ioannẽ Apoſtoli baptizauerint, cur poſt Felicianum quos in ſacrilego ſchiſmate baptizauerat ueſtri nõ baptizauerint? Et hinc ſaltem diſce quicquid illud eſt quod de Ioannis baptiſmo uel legitur, uel differitur, ab hac cauſa eſſe penitus alienum. Quid autem tibi uiſum ſit neſcio, ut

Actor. 2 Iudæos quibus ait Petrus: Baptizetur autem unuſquiſque ueſtrum in nomine domini Ieſu Chriſti, iam fuiſſe à Moyſe diceres baptizatos, qui poſt tot generationes nati fuerunt, quàm ille dei famulus maiores eorum per rubrum mare tranſiecit.

Exodi 14 Aut ſi propterea Moyſi baptiſmũ habebant, quia ex illis prognati ſunt, quos in Moyſe baptizatos dicit Apoſtolus, aude dicere omnes qui naſcuntur ex fidelibus Chriſtianis, Chriſtianum iam habere baptiſmum. Quod uides ut arbitror quanta uanitate dicatur. Sed quomodo ſe habeat illud, etiam ſi poſt Moyſen dei famulum Apoſtoli non

1. Cor. 1 baptizaſſent, te urgent reddere rationem, cur poſt Felicianum Maximinianenſem ſacrilegum ueſtri non baptizaſſent. Iam illud quod poſui: Si errabant illi qui uolebant eſſe Pauli, quæ tandem ſpes eorum eſt, qui uolunt eſſe Donati? prioribus partibus epiſtolæ tuæ non te defendiſſe puto, quod etiam ipſe conſideras in his quæ ſuperius ſatis diximus. Nõ ergo ſicut tibi uideris, & quaſi certus exultas, illa omnia quæ à Petiliano uel quolibet alio dicta ſunt, recte dicta concludis. Ipſo quippe ordine quo à te breuiter illud recolẽdo reminiſcẽdo decurſa ſunt, ego potius in hac cauſa Maximinianenſium, non ea recte dicta concludo, quia nec conſcientia ſancte dantis erat in Feliciano, quando Maximiniano cohærens catena ſacrilegij trahebatur, & à tam famoſi criminis reo, ac per hoc à manifeſto perfido baptizabantur, qui ab illo baptizabantur: nec origo & radix & caput ad ſalutẽ illis erat homo ſacrilegus: nec arbor bona erat in ſacrilegi ſchiſmatis ſocietate dãnatus: & adhuc in eodẽ ſacrilegio conſtitutus, nec bonus erat qui de bono theſauro cordis ſui profert bona, quando de illo & de alijs eius ſocijs dicebatur, quorum os ma-

Pſal. 13 ledictione & amaritudine plenum eſt: & tamen quando cum illo ueſtri concordauerunt, baptiſmũ quem talis dederat, non ipſius eſſe ſed Chriſti aliquando ui ueritatis cognouerunt. Age iam Caput XXIIII uideamus ſuo loco in epiſtola, tu de Maximinianenſium cauſa quomodo te exuas. Omnes enim qui has literas legunt, expectant proculdubio uel quid hinc à te dictum ſit, ubi dictũ ſit, uel à me quid reſponſum. Ideo de Optato Gildoniano quod obiectis meis reſpondiſti, nolo diſcutere, nolo in hominis cauſa de cuius à ueſtris damnatiõe nil ago, diutius immorari. Facio certe iacturam huius obiecti, & hoc fortaſſe apud poſteros cum illius fuerit obliterata memoria: nunc uero quamdiu ſunt homines qui uitam illius moresꝫ nouerũt, parum me de illo dixiſſe quàm falſum potius conqueren-

D tur. Neque enim ſic legũt literas noſtras, ut tu qui ex me quæris, ille quẽ tancꝫ rapidum fluctum appellauerim, quid abſorbuerit, cũ illic habeas Prætextatum & Felicianum. Nam uerba mea illic ſic ſe habent. Ita quidem, inquam, iſti inſultant ſchiſmaticis ſuis ut eos & mortuos & inſepultos uocent, ſed certe optare debuerunt ut ſepelirentur, ne de multitudine iacentium in littore cadauerum inſepultorũ, Gildonianus Optatus incedẽs cum agmine militari tanquã rapidus fluuius ultra proſiliens, Felicianum & Prætextatum poſtea reſorberet. Hæc uerba mea cum ibi legeris, cur non omnia poſuiſti? Cur me ueluti arguis, nõ dixiſſe qd rapidus fluctus ille ſorbuerit, cum ibi ſcriptum uideas, Felicianum & Prætextatũ introrſus poſtea reſorberet? Quid enim aliud uelut ad magnam Cap. XXV defenſionẽ

Universidad de Deusto
Biblioteca

defensionem suam respondere uestri solent, cum eis obijcitur Prætextati & Feliciani talis receptio damnatorũ, nisi Optatus hoc uoluit, Optatus hoc fecit? Quod & ipsę ciuitates Musticana & Assuritana testantur, quæ se dicũt ex Optati cõminatione Gildonianum militem formidãtes coegisse Episcopos suos ad communionem redire Primiani. Verum tu quia hoc ab illo factum, impudenter negari posse uidisti, hoc à me scriptum negasti, magis fortassis existimãs literas meas quàm illam rem posse nesciri. Sed licuerit Episcopis uestris nescio quo Donatiano uel Numidico priuilegio de suo ignorare collega quicquid tota Aphrica conclamabat, cum Aphris ab Aphris obiecta crimina nunquam probata, toties absoluta orientalibus & occidentalibus terræ finibus ignota esse non sinant: ualeat apud uos baptismus ab Optato datus, quem sic damnare noluisti, ut tamen non fueris ausus absoluere, & non ualeat datus baptismus in Ecclesijs Apostolico labore fundatis, Corinthiorum, Galatarum, Ephesiorum, Colossensium, Philippensium, Thessalonicensium, cæterarum'que in sanctis literis, quas & uos legistis conscriptarum, ubi Cæciliani, non dico falsum illud crimen, sed forte nec uerum nomen auditum est: habuerit conscientiam sancte dantis Optatus in illa uita, quam tu sicut scripta tua indicant, etiam si propter nos damnare erubuisti, tamen propter deum absoluere timuisti, in illa etiam publica fama ubi latentem tibi uisum est attendi posse conscientiam, & accusetur conscientia tot tantarúmque gentium Christianarum, quia remotissimas lites ignorauit Aphrorum. Nũquid etiam crimina istorum, Feliciani scilicet & Prætextati, quos trecenti & decem plenario concilio damnauerunt, similiter ignorare potuerunt?

Quod boni peccatis alienis nõ cõtaminantur si non consentiant

C4. XXVI

Et adhuc obijcis unitati catholicæ nescio quæ facta nostrorum, quæ aut falsa sunt, aut peccata non sunt, aut etiam si uera atque peccata sint, bonorum societatem maculare non possunt. neque enim boni communicant peccatis alienis, quibus utique faciendis non consentiunt, quamuis cum ipsis qui ea faciunt, do

Matt.3 nec de area dominica sicut palea uẽtilabro ultimo separentur, non eorum peccata, sed dei sacramen

Matt.13 ta communicent: & intra eandem sagenam uelut pisces boni cum malis usque ad separationem quę in littore, hoc est, in fine seculi tanquam in fine maris futura est, non ab eis corporum segregatione, sed uitæ ac morum diuersitate disiuncti sunt: Si-

Ioã.12 & 13 cut nec undecim Apostoli furtis Iudæ communicabant, & tamen cum illo eidem domino uisibiliter cohærebant, eundem magistrum audiebant, ab eodem creditum Euangeliũ percipiebant, eadem sacramenta sumebant, corporali cum illo congregatione permixti, spiritali dissimilitudine separati. Sicut Apostolus Paulus non communicabat contumaciæ & inuidiæ, hoc est, diabolicis uitijs eorũ qui non caste Christum annunciabant, & tamen cum eis eundẽ Christum prędicabat, eiusdẽ Chri-

Philip.1 sti sacramenta participabat: & de his dicebat: Siue occasione, siue ueritate Christus annuncietur.

Nam hos Martyr Cyprianus amantissimus unitatis, non aliquo schismate uel hæresi separatos, sed fratribus corporali congregatione fuisse commixtos, & intellexit & scripsit: sicut idem etiam ipse Cyprianus auaritiæ, rapinis, fœnori collegarum non communicabat, quos dicebat esurientibus in Ecclesia fratribus habere argẽtum largiter uelle, fundos insidiosis fraudibus rapere, usuris multiplicantibus fœnus augere, quod malum etiam idolatriæ comparauit: quorum tamẽ corporalem congregationem nõ refugiebat, ad eadem altaria consistebat, eundem sacratissimum cibum potum'que sumebat. Illi enim non alijs, sed sibi iudicium man- *1. Cor. 1*
ducabant & bibebant. Ille autem cum talibus non eorum peccata sed mysteria Christi communicabat, coniunctissimus cœtibus, disiunctissimus moribus. Ad hoc enim & illæ similitudines in scripturis, & illa exempla præmissa sunt, ut discere-
mus frumentum esse, nec aream dominicam propter paleę commixtionem deserere: pisces boni es- *Mat.*
se, nec propter commixtionem malorum dirup- *Matt.*
tis retibus foras ire: uasa esse misericordiæ in ho- *2. Tim.*
nore facta atque mundata, nec propter uasa perditionis & contumeliæ de domo magna fugere. Nulla enim causa in utrorumque temporali congregatione atq; permixtione laudabiliter toleratur mali, nisi ne damnabiliter deserantur boni. Quod cũ & uos in uestris tam multis & tam manifestis malis eadem necessitate faciatis: potes facile si uelis, aduertere, quòd non nisi animositate sacrilega uos à Christianis tot ac tantis gentibus separatis. Itaque non solum Optatus in illa Gil- *Capu XXVII*
doniana societate notissimus, sed quilibet obscurus apud uos si te sciente mali aliquid fecerit, cum eum non potueris à uestra communione separare, quia uel tibi nõ creditur accusanti, uel accusare nõ audes, ne non ualeas comprobare, aut deserenda tibi est pars Donati, aut talis eris qualis ille cuius peccatum non ignoras, quamuis dissimiliter uiuas. Hoc non secundum ueram, sed secundum uestram, sententiam uobis rectissime dicitur. Quis enim nescit te alienum esse ab illius malo, si consensione peccato eius non cõmunicas: sed hinc agnoscere cogeris, quãta impietate obijciatis orbi Christiano, uel falsa, uel certe ignota crimina Aphrorum, cum tibi obijci nolis quod de altero scis, quia hoc eis non potes persuadere à quorum non uis societate discedere. Ita ne deseras quos putas bonos, ferre cogeris quos nosti malos. Ac per hoc omnes conuincit ueritas malos, qui propter aliena crimina seu uera seu falsa, cæteris tamen incognita, sibi autem non offutura, dirupta unitate tot gentium deseruerunt bonos. Hoc tam magnũ nephas partis Donati ne aliquo modo excusare possetis, causa uobis Maximinianensium procurata est, in quo uelut speculo uestram prauitatẽ conspectam si uolueris corrigatis: si aũt nolueritis, nolo quicquam grauius dicere, quando scio te cor habere. Quid enim contra ista dicturus es? Bene, quia ipse scribis, cũ de Maximinianensibus dãnatis & receptis legisses totum quod inserui literis meis, ualdete

fuisse

Universidad de Deusto

fuisse permotū. Credo prorsus uides causam, quæ
Caput XXVIII uide debuerat pmouere. Videamus ergo, tua
ista permotio qua nam reddita ratione sedata est.
Statim te dicis à uestris Episcopis diligētius inqui
sisse, atque ipsis docentibus, & decretum concilij
& sententiam in eos qui damnati sunt dictam, &
rei totius ordinem cognouisse: deinde etiam me
credens adhuc ignorare quid gestum sit, atque ad-
monens, ut quid habeat ueritas discerem, narra-
sti plane non quid ueritas habeat, sed quid incau-
tis & negligentibus uestri pro ueritate supponant.
Dicis enim: Cum quamplurimos Episcopos er-
ror sibi Maximiniani sociare contenderet, contra-
cto à uestris cōcilio in eos omnes qui in eius schi-
smate perstitissent, prolatam esse sententiā, quam
me quoque legisse commemoras. Quæ cum sen-
tentia consensu omnium firmaretur, placuisse ta-
men decreto concilij dilationem temporis dari, in
tra quod si quis corrigi uoluisset, innocens habe-
retur. Sic esse factum, ut non solum illi duo quos
memoro, sed etiam multi alij purgati atque inno-
centes Ecclesiæ redderentur. Quorum ideo putas
baptisma non debuisse rescindi, quia intra diem
præstitutum restituti peremptoria sententia non te
nerentur, nec cum baptizarent fuissent ab Eccle-
sia separati, necdum scilicet transacti temporis me-
ta definita disiuncti. Hic ergo in eaipsa falsitate nar
rationis tuæ, quandoquidem non solum senten-
tias, uerum & ipsa uerba tua posui, miror ingeniū
tuum, miror animum ingenio reluctantem. Nun-
quam uspiam sic apparuit quantum ualeat præiu-
dicium præsumptionis humanæ, uel ad non intu-
endam manifestissimā ueritatem, uel ad affirman-
dam impudentissimam falsitatem. Itáne te tam a-
perte repugnantia posuisse non sentis, ut uix cre-
dibile sit quod unus homo dicere utraque potue-
rit? Tu nempe dicis in eos omnes qui in Maximi
niani schismate perstitissent, prolatam esse senten-
tiam, & placuisse dilationem temporis dari, intra
quod si quis corrigi uoluisset, innocēs haberetur.
Quo modo ergo tu idem dicis, nō eos extra eccle-
siam baptizasse, antequā se ab illo schismate corre
xissent, si quando cum Maximiniano erant non e-
rant extra Ecclesiam? Aduertis ne quid dicas? In-
uenis quà exeas, quó confugias, ubi te abscondas.
Caput XXIX Vides certe dum manifestos errores defende-
re conaris alienos, nihil te agere, nisi subiūgere ma
nifestiores tuos: Ecce legē uerba tua, sic à me pror
sus cōmemorātur ut à te scripta sunt. Cum quam-
plurimos, inquis, Episcopos error sibi Maximi-
niani sociare contenderet, contracto à nostris con-
cilio in eos omnes qui in eius schismate perstitis-
sent, prolata sententia est, quam tu quoque te le-
gisse testaris: Quæ cum sententia consensu omni-
um firmaretur, placuit tamen decreto concilij dila
tionem tēporis dari, intra quod si quis corrigi uo-
luisset, innocens haberetur. Hęc dicens siccine cō
tra teipsum sensum claudis, ut non aduertas q hi
omnes qui propterea contra se ferri sententiā con
cilij meruerunt, quia Maximiniano sociabantur,
antequam se intra dilationis tempus corrigerent

A in eodem schismate consistebant. Ibi ergo baptizā
bant. Obsecro te quid inanē caliginem perspicuis
rebus aspergis, quam rursus tuorū uerborum non
minore perspicuitate dispergis? Dico enim Præte
xtatum & Felicianum Maximiniani ordinatores
in eo quod cōmiserunt, in sacrilego schismate ba-
ptizasse, & ab eis baptizatos cum eis esse suscep-
tos, non rescisso baptismate quod in schismate de-
derant, quod sacrilege ministrauerāt, quod ore ma
ledictione pleno, quod labijs cum ueneno aspidū
consecrauerant. Talia quippe in eos dicuntur, eā
quippe sententiam in eos omnes prolatam esse nō
negas. Hic tu respondes, quod non solum duo Cā. XXX
isti quos memoro, sed etiam multi alij purgati at-
que innocentes intra diem dilationis se Ecclesiæ
B reddiderunt. Quo uerbo me adiuuas, quo uerbo
mecum asseris ueritatem, caliginemq; illam quam
conabaris offundere discutis. Cum enim dicis eos
se Ecclesiæ reddidisse, proculdubio fateris eos ex
tra Ecclesiam fuisse: Vbi ergo antequam se Eccle
siæ redderent fuerunt, ibi baptizauerunt: ergo ex-
tra Ecclesiā baptisma fuit quod dederunt. Ab hoc
inexplicabili implicamēto dum te conaris euolue
re, rursus inuolueris. Dicis enim ideo eorū baptis-
ma non debuisse rescindi, quia intra diem prestitu
tum restituti, peremptoria sententia non teneren-
tur. Quomodo ergo dicis ante diē restituōis non
fuisse ab ecclesia separatos, quos ante diem dilatio
nis confiteris Ecclesiæ restitutos? Si homines su-
mus, si qualemcūq; rationem, si sensum habemus
C humanum, si nō pecora pecoribus, si non ligna &
lapides lignis & lapidibus loquimur, nō meis tan-
tum, sed etiā ipsis tuis uerbis eminet, apparet, elu-
cet, in Maximiniani schismate baptismū datū ue-
stros ausos nō fuisse rescindere, q homines bapti-
zatos in Ecclesijs quas in gratia domini proprio
labore Apostoli propagauerint, non dubitāt Chri
stianos negare, exufflare, rebaptizare. Tu dicis, tu
scribis, ecce teipsum audi, lege teipsum. Tu inquā,
dicis, tu scribis in eos omnes qui in Maximiniani
schismate perstitissent, cōtracto à uestris concilio
prolatā esse sentētiam. Tu dicis, tu scribis, hac sen
tentia cōcessu omniū confirmata, placuisse tamen
dilationem tēporis dari, intra quod si quis corrigi
uoluisset, innocens haberetur. Tu dicis, tu scribis,
non solum duos inde quos memoro, sed multos a-
D lios purgatos atq; innocētes se uestræ Ecclesię red
didisse. Tu dicis, tu scribis, ideo eorū baptisma nō
debuisse rescindi, quia intra diē prestitutū, perem-
ptoria sententia nō tenerentur. Quid tantū prę- Caput
ualet ingenio tam bono causa tam mala homo cor XXXI
date, homo literate? Isti in quos propterea est illa
prolata sentētia, quia sicut ipse dicis, in Maximini
ani schismate psistebāt, anteq; sicut dicis restitue-
rent, ubi erant, ibi sacramēta celebrabāt, ibi bapti
zabāt. Et ut uerbis illi⁹ plenarij cōcilij magis utar:
Ibi uiperei seminis noxios partus tardo calore ua
porabāt, ibi publici facinoris et parricidij sui fœta
scelerū uota gignebāt: Ibi parturiebant iniustitiā,
cōcipiebāt laborē, & pariebant iniquitatē: Ibi iam
nō confusa criminū silua nomina eorū designabat

ad

Universidad de Deusto
Biblioteca

ad pœnam: Ibi eis indulgentiæ ſunis dum clemen A
tiæ dimitteretur linea, iam cauſa quos puniret in-
uenerat: Illuc eorũ tanquã in aſperos ſcopulos ueri
dica unda naufraga membra proiecerat. Eorum
pereuntium ibi erant littora Aegyptiorum exem-
plo funeribus plena, nec ipſam inuenientia ſepul-
turam, Ibi non ſolum Maximinianum, fidei æmu-
lum, ueritatis adulterum, Eccleſię matris inimicũ,
Dathan, Chore & Abiron miniſtrum de pacis gre
mio ſententiæ fulmen excuſſerat, nec ſolum mors
iuſta ſui ſceleris cõdemnabat, ſed etiã trahebat ad
conſortium criminis plurimos catena ſacrilegij,
Ibi erat uenenum aſpidum ſub labrijs eorum: Ibi eo
rum os maledictione & amaritudine plenum: Ibi
ueloces eorũ pedes ad effundendũ ſanguinem: Ibi
contritio & infelicitas in uijs corũ, & uiam pacis B
non cognoſcebant, nec erat timor dei ante oculos
eorum: Ibi iacebãt mẽbra abſciſa quę peſtifera pu-
tredo ita corruperat, ut plus haberet in abſciſione
ſolaminis, q̃ in remiſſione medicaminis. Ibi erant
famoſi criminis rei Victorianus Carcabianẽſis, et
cęteri cum iſto duodecim, inter quos Prętextatus
Aſſuritanus, & Felicianus Muſticanus, de q̃bus
receptis agimus, qui eundẽ Maximinianum præ-
ſentes ordinauerãt, hoc eſt, funeſto opere perditio
nis uas ſordidũ collecta fęculẽtia glutinauerãt: Ibi
tanto facinori tanq̃ illicito inceſtui clerici Cartha
ginis lenociniũ prębuerũt. Tales miniſtri ſacramẽ
torum nondũ correcti, nondũ uobis redditi ac re-
ſtituti in ſchiſmate Maximiniani baptizauerãt, & C
poſt tales miniſtros ſacramentorũ correctos, reddi
tos, reſtitutos, ueſtri nõ baptizauerũt. Quid ſola
in uobis prævalet animoſitas? Aliquando attenda
tur, aliquãdo audiat̃ & ueritas: Quid innitũtur in-
ſaniſſimæ nebulæ dilationis datæ? Non ipſis data
eſt dilatio, de quibus dictum eſt, damnatos eſſe co
gnoſcite, de quibus etiã prædictum eſt quales fue-
rint, quid fecerint, cur eos oportuerit iam ſine dila
tione damnari, q̃ ſcilicet Maximinianũ impoſitis
manibus prẽſentes ordinauerũt. Hoc eſt em̃ quod
ſignificarunt dicendo q̃ funeſto opere perditionis
uas ſordidũ collecta feculentia glutinauerint. Il-
lis aũt data eſt dilatio qui ordinationi Maximinia
ni nõ interfuerũt, q̃uis in eius ſocietate atq̃ ſchiſ-
mate cõſtituti, tantum quia manus ei, q̃ abſentes
fuerant non impoſuerunt, à damnatis eadem con- D
cilij ſententia diſtinguit. Nam cum dixiſſent illos
quorum & nomina conſcripſerũt, damnatos eſſe
cognoſcite: Eos aũt, inquiũt, quos ſacrilegi ſurcu-
li nõ polluere plantaria, hoc eſt, q̃ à Maximiniani
capite proprias manus uerecundo fidei pudore re
traxerũt, ad matrem Eccleſiã redire permiſimus.
Quid planius, qd diſtinctius, quid apertius? Illos
dicũt famoſi criminis reos q̃ funeſto opere perdi-
tionis uas ſordidũ collecta fęculentia glutinarunt,
dãnatos eſſe cognoſcite. Hos aũt dicũt quos ſacri-
legi ſurculi non polluere plantaria, hoc eſt, q̃ à Ma
ximiniani capite proprias manus uerecundo fidei
pudore retraxerũt, ad matrẽ Eccleſiã permiſimus
redire: & quia ex illis dãnatis duo poſtea ſaluo ho
nore ſuſcepti ſunt, nõ inueniẽ hoc quẽadmodum

*Quod decre-
to Bagaienſis
concilij qui
proprijs ma-
nibus Maximi-
anũ non ordi-
nauerant, in-
nocẽtes decer
nuntur*

Caput XXXII

defendatur, niſi ut omnibus dicatur dilatio fuiſſe
conceſſa. Sed cõceſſa ſit omnibus, nempe quot- *Caput*
quot ad uos ab illo ſchiſmate redierunt, anteq̃ re- *XXI*
dirent, illic fuerunt illic baptizauerũt: Inde ad uos
ſine deſtructione ſui honoris & baptiſmi redũtes,
ſi frõs aſſit, ora ueſtra clauſerunt. Cum enim quę-
mus anteq̃ ſe ſicut ipſe dixiſti, Eccleſiæ reddidiſ-
ſent, & ante diem præſtitutũ reſtituti fuiſſent, ubi
erant? quid aliud uos res ipſa reſpondere compel-
lit, niſi in ſchiſmate Maximiniani, propter quod il
la in omnes eſt prolata ſententia? Ibi ergo baptiza
uerunt eos in quibus ad uos ſimul inde uenientꝫ
bus baptiſmum Chriſti nõ auſi eſtis reſcindere, q̃
coacti eſtis agnoſcere. Vnde ipſo facto ueſtro, o-
pere ueſtro, iudicio ueſtro aduerſus uos merito re
cteq̃ cõcludit̃, agnoſcendũ eſſe baptiſmũ Chriſti,
etiam ſi extra Eccleſiã datus fuerit: et ideo uos hoc
pie cognoſcere in ueſtris, uos ipſe reſcindere in no
ſtris. Sed forte pœnitet talia te uerba poſuiſſe, quæ
hãc ueritatẽ nimis urgent, quoniã dixiſti factũ eſt,
ut ſe Eccleſiæ reddidiſſent & ante diem præſtitu-
tum reſtituti, peremptoria ſententia non tenerent̃,
ut reſponderetur tibi: Quomodo ſe Eccleſię reddi
derunt, quomodo eidem reſtituti ſunt, ſi ab ea non
erant ſeparati, aut ſi ſeparati erant, quomodo bapti
zabant? Sed quid aliud diceres niſi quod ab eis *Caput*
audieras quos cõſuluiſti, cum ex hac cauſa literis *XXI*
meis permouereris: & tamen fortaſſis te arguant,
te reprehẽdant q̃ talia uerba incaute poſueris. Eſt
quod te aduerſus eos maxime muniat, ac tuam tri
ſtitiam conſoletur: Nam & ipſi in eiuſdem cõcilij
decreto talia poſuerunt: unde ſi nobis lecto iſto o-
puſculo noſtro ita reſpõdere uoluerint, q̃ eis non
præiudicẽt uerba laici ſui, uerba ipſorũ continuo
recitabimus. Eos aũt, inquiũt, quos ſacrilegi ſurcu
li nõ polluere plantaria, hoc eſt, q̃ à Maximiniani
capite ꝓprias manus uerecũdo fidei pudore retra-
xerũt, ad matrẽ Eccleſiam redire ꝓmiſimus. Cum
em̃ eis dicitur, iſti quos ad matrẽ Eccleſiam redire
permiſiſtis, anteq̃ redirent ubi erant? ſimiliter ur-
gentur ut tu pauloante uerbis à te poſitis urgeba-
ris. Vbi em̃ eos fuiſſe reſpondebũt, niſi in ſchiſma
te Maximiniani? Sed ubi uelint eos fuiſſe conten-
dant, certe qui ad Eccleſiã redire permiſſi ſunt, in
Eccleſia nõ fuerunt: Ergo extra Eccleſiã baptiza-
uerunt, & ſimul baptizatores & baptizati ad Ec-
cleſiam redeũtes, nec illi honores quos extra geſſe
rant, nec illi baptiſma quod extra acceperãt amiſe
runt. Et tu quidẽ quantũ potuiſti in cauſa mala cau
te locutus es ut diceres: Placuit tamẽ decreto con
cilij dilationẽ temporis dari, intra quod ſi quis cor-
rigi uoluiſſet, innocẽs haberetur. Illi aũt nec corri-
gendos eos fuiſſe dixerũt, quibus data eſt illa dila-
tio, ſed tanq̃ omnino impolluti atq̃ innocẽtes in
Maximiniani ſocietate fuerint, ſic de illis loquunt̃
cũ ipſam prorogãt dilationẽ. Quid eſt em̃ aliud *Ca*
quod dicunt: Eos aũt quos ſacrilegi ſurculi nõ pol *XX*
luere plantaria, ad matrẽ Eccleſiã redire ꝓmiſim⁹?
Ac ne parũ ſit, uide quid adiungãt: Quantũ enim
de reorũ, inquit, morte purgamur, tanto de inno-
centiũ reditu gratulamur. Cur itaq̃ tu dicis, pla-

cuiſſe

cuisse dilationem temporis dari, intra quod si quis corrigi uellet innocẽs haberetur, cum eam uideas impollutis atq; innocẽtibus datam? Sed uidelicet tu timuisti ne tibi diceretur, quare dabatur dilatio eis quos non polluerat Maximinianus, ideo dilatione illa corrigẽdos esse cẽsuisti: illi timuerunt ne sibi diceretur, quare in suis honoribus pollutos susciperе uoluistis, ideo se impollutis dilationẽ dedisse dixerũt. Proinde singula timuistis, sed alterutrum oppugnat ex altero. Nã tibi dicitur, Quomodo existimas corrigendos quos tui prædicant impollutos? Illis autẽ dicit, Quomodo asseritis impollutos, etsi non manũ imponendo capiti Maximiniani, tamẽ schismatis eius cõmunione maculatos? Cuius autẽ animus, cuius uires, cuius lingua sufficiat proloq tã intolerãdũ dolorẽ, ut pars Donati discissa resarciat, ne socios Aphros in Aphrica polluat Maximinian⁹, nec ad ipsam radicẽ unitatis rami fracti regredi permittant? Tot remotissimas gentes polluit ex Aphrica Cæcilianus ex die cõcilij Bagaiensis, hoc est ab octauo calẽdis Maij, usq; ad diem datæ dilationis illius, hoc est octauo calendarũ Ianuarij. Octo mẽses numerãtur in hoc tam lõgi tẽporis interuallo. Illi quibus dilatio data est, maculabãtur societate damnati Maximiniani, an non maculabãtur? Si maculabant, quomodo dicitur, Eos autem quos sacrilegi furculi nõ polluere plantaria, ad matrẽ ecclesiam redire permisimus? Si nõ maculabãtur, quomodo nos atq; omnes quæ ubiq; sunt Christianas gentes potuit ignotũ, non dicã falsorum maculare certe alienorũ cõtagio peccatorũ? Sed ideo, inquis, dilatio data est, quæ si transisset, illis nõ redeuntibus tũc macularẽtur, & in pœnã dãnationis incurrerẽt. Non ergo eos peccatũ illius societatis, sed diei constitutio maculabat. Si ergo nullus dies constitueretur, immaculati utiq; permanerẽt. Quid de uobis male meruit orbis terrarũ? Cur em̃ maculatũ perhibetis peccatis alienis, cui nullũ tẽpus dilationis cõstituistis, cũ tãta sit uestra potẽtia, ut homines quãdo uolueritis peccatoribus sociẽtur, & quando uolueritis inquinent innocẽtes? Et iã polluti erãt qbus in parte Maximiniani dabat dilatio, intra cuius diẽ si remearẽt ad uos, haberẽt integri honoris ac fidei fundamẽta. Si aũt ille dies eis nõ redeuntib. præteriret, tũc polluti, tũc scelerati, tũc perditi supplicijũ dãnationis incurrerẽt, tũc humiliarẽtur per pœnitentiã, degradatiõe mira prędicẽtiũ hominũ. Non iam ut uetus prouerbiũ ferẽ, quod uolumus sanctum est, sed etiam quãdo uolumus & quãdiu uolumus. Contingat alicui uestrum orare in naui nobiscũ, iam pollutus iam traditor appellatur. Cõmunicant altaria damnatores Primiani cũ Maximiniano, ueritatis adultero, ecclesiæ matris inimico, Dathan, Chore & Abirõ ministro, & per octo mẽses innocentes impollutiq; persistunt. Proinde si qui ex his quinto calendis Ianuarij, se uestræ cõmunioni reddiderunt, de innocentium estis reditu gratulati, eorum scilicet, quos sacrilegi furculi nõ polluere plãtaria. Quid uos promeruerũt tot dies octo mensium, à die octauo calendarũ Maiarum, usq; ad diẽ octauũ calendarũ Ianuarij, quos ita sanctificastis, ut per eos quicunq; cõmunioni sacrilege atq; dãnati Maximiniani cohærerẽt, nõ polluerentur nec efficerent nocẽtes? Et quid uos offendit tã sanctus dies natalis ipsius domini nostri, ut solus aduẽtu & trãsitu suo pollueret innocẽtes, atque in eis qui in illo schismate baptizauerunt, per omnes illos dies sanctus maneret baptismus Christi, & immũdus fieret per natalẽ Christi? Quid non audeat humana temeritas, cũ in sententiã nefandi præcipitatur erroris, quã relinquere propter ueritatẽ pudet, & defendere contra ueritatẽ nõ pudet? Sed quid hinc plura, ubi quilibet obstinatissimus qui cõtra omnes uoces rationis obduruit, ne cesse est fateatur de quibus dicitur, Si se ecclesiæ reddidissent, & ante diẽ præstitutũ restituti essent, quæ uerba ipse posuisti: eos deniq; de quibus dicitur, ad matrẽ ecclesiam redire permisimus, de innocentium reditu gratulamur, ac ne angustũ redeuntibus tẽpus, spẽ salutis arctatæ diei pressura subducat, usq; in illum diẽ agnitionis pãdimus ianuam, ut integri honoris ac fidei regressi habeant fundamẽta: quã quisq; si ingredi nequiuerit pigra segnitia, sciat sibi ad omnes ueniales aditus uiã esse subductam, & post prẽstitutũ diẽ redeũtibus fixã pœnitentiã, quæ uerba trecenti & decem in sententia sua totiẽs inculcarunt. Necesse est, inquã, quilibet aduersarius fateatur eos de quibus ista dicũtur, antequã se uobis redderẽt, antequam uobis restituerentur, antequã ad uos rediret, antequam regressi ianuã dilationis ingrederentur, nõ fuisse uobiscũ, extra uestram cõmunionẽ in eo schismate quo se à uobis separauerãt baptizasse, inde uobis reddi ac restituti ubi à uobis alienati erãt, inde ad uos redeuntes & regrediẽtes quo à uobis foris erãt, & tenuerunt non diminutos honores suos, & secum introduxerũt non rebaptizãdos baptizatos suos.

Caput XXXVI

Caput XXXVII

Quid adhuc pessimæ causæ patrociniũ pertinacissimum præbes? Acquiesce tandẽ non mihi, sed ipsi qua conuincimini ueritati. Vide q̃; uerum dixerim, quod frustra labefactare conatus es, quãta sint pro pace toleranda. Atq; ut eisdem identidem uerbis utar, quibus in illis literis usus sum: pro pace Christi redite ad ecclesiam, quæ non damnauit incognita, si pro pace Donati placuit reuocare damnata. Si enim ex his duodecim quos cum Maximiniano sine dilatione damnauerant, Felicianũ & Prætextatum postea receperũt, quomodo falsum est eos reuocasse dãnatas? Si autẽ & ipsis dilatio data est, quos dixerunt, damnatos esse cognoscite, etiã si nullus eorũ postea remearet, placuit tamen reuocare damnata, quando post sentẽtiam qua dictum est, dãnatos esse cognoscite, data est dilatio qua eis liceret euacuata damnatiõe remeare. Hæc dicta sufficerent, etiam si uerũ esset quod te dicis cũ hac causa Maximinianensium ualde permotus esses, à tuis episcopis cognouisse. Quid autẽ agis quia & falsum est? Quære aut si habes inspice diẽ gestorũ procõsulariũ, quo postulatio dicta est à Ticiano aduersus Felicianũ & Prætextatũ, ut pellerentur locis, & inde quantũ post diẽ dilatiõis illius

Caput XXXIX

Arguit cõtra Donatistas ex eorum dictis Ca. XXX VIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc factum est. Nam dies est cōcilij Bagaiensis cō sulatu Augustorū Archadij ter, & Honorij iterū octauo calendis Maij, dies autem dilationis hinc usq; ad octauum calēdis Ianuarij. Postulatio uero ista Ticiani dicta est post istum cōsulatū die sexto
Cap. XL nonas Martij. Proinde apparet tertium ferme agi mensem, cū à proconsule petitur ut Felicianus & Prætextatus sedibus propulsentur, tanq; collegæ Maximiniani quos sibi consociauerat ad furorem. Nam cū memoratus aduocatus de Maximiniano quod sufficere uidebatur, in eadem postulatione dixisset, Eos quoq;, inquit, quos alienę præsumptionis error attraxerat, portu primo proposito pœnitēdi, si reuerti cuperēt, intra tempus ad religionis tramitē destitutū, pari uigoris admonitione cōpescuit: sed suis institutis, inqt, iniquitas delectatur, & semetipsam non deserit, cū semel præcipitata corruerit. Idem nāq; Maximinianus cœptā nutrit audaciā, & alios sibimet consociat ad furorē, Inter quos etiā Felicianus quidā, qui primo recte sectatus deprauationis huius attaminatione suscatur, in Musticana positus ciuitate, deo omnipotenti parietes cōsecratos, ecclesiā uenerandā quasi quadam obsessione credidit retinendam. Hunc etiā Prætextatus in Assuritanis partibus imitatur. Audis ne aduocati uerba clarissima & manifestissima, quibus dicit istos de qbus agimus, quia portu proposito pœnitēdi, dū suis institutis iniquitas delectatur, cū semel præcipitata corruerit, cōtempserūt, locis ecclesiasticis expellendos: ubi si dies posset latere gestorū, cuiuis obtusissimo satis eluceret, q cōtra eos nō ita procōsularis potestas adiret, si ut illic magis apparet sine ulla impertita dilatiōe dānati, aut intra diē dilatiōis qui omnibus datus est uobis, restitui uoluissent. Cum uero etiam dies gestorum cuiuslibet obstinati oculos auresq; sic feriat, usqueadeo illos etiā post transactū dilationis diē in uestra cōmunione nō fuisse, & Maximiniano cohæsisse, ut ob hoc aduersus eos tā terribilis iudiciariæ iussionis impetraretur authoritas, quid ad hæc dicitur? Quid adhuc contra tā perspicuā ueritatē mira impudentiæ cæcitate cōtenditur? Quid adhuc ab eis qui cū unitate partis Donati etiā concordiā sacrilegorū damnatorū tenere uoluerūt, contra unitatem Christi tanta insania rebellatur? Quid adhuc baptismus Christi etiā in sacrilego schismate ueneratione debita cognitus, in tot catholicis gentibus impia præsumptione respuit,
Cap. XLI sacrilega repetione uiolat? Nolo quærere quanto post huius postulatiōis diem qua Felicianus & Prętextatus Ticiani aduocati uerbis tam grauiter accusant, in uestrā cōmunionē recepti sunt. Sufficit q eadem postulatio tanto post finē præstitutæ illius dilationis eos à uestra cōmuniōe separatos, in Maximiniani schismate fuisse conuincit, quos postea recepistis, quorū honores nulla ex parte minuistis, à quibus datū, quāuis in sacrilego schismate baptismū, sicut reuera timēdum fuit, rescindere timuistis. Nunquid iam in hac causa se contra nos lingua cuiuslibet pertinacissimi commoueret, si se moueri in hominis ore, sub hominis fronte sentiret? Erraui planè fateor, eo quòd in illis literis posui de illa Bagaiensis concilij sententia, quoniā dixi, cum apud eos decernenda recitata est, ore lætissimo acclamauerunt, Nunc autem cū à nobis recitata fuerint obmutescunt. Verū quod dixisti, Ecce nō obmutescūt: uerecūdia quippe in rebus tam manifestis uel etiam ipsa impudētia obmutescere potest, insania nō potest. Neq; hoc dictum de te accipias, qui tuis episcopis mentientibus credidisti, nec de illis omnibus: neq; em̄ omnes de hac re permotus consulere potuisti: sed deus qui cū se scirēt quanta & quando contra Prætextatū & Felicianū apud iudices gesta sunt, quod tuis inseruisti literis, tibi ausi sunt dicere q ante diem præstitutæ dilationis, Felicianus & Prætextatus uestræ cōmunioni restituti peremptoria sententia nō tenerentur obstricti. Aut si & ipsi forte ista nescierunt, nūc saltē cū hæc legitis taceat uerecūdia, taceat & ipsa qualiscūq; hominis impudentia, sola certe quę cōtra tā euidentē ueritatē clamat insania relinquat, & illa erit fortassis sanabilis si cōpescatur à sanis.

Nunc uide quemadmodum de me dixeris, Testis mendax non erit impunitus: cū putares me in hac Maximinianēsium causa fuisse mentitū. Ego tibi hoc non repono, quippe forte locutus es quod incauta amicitia credidisti, non quod fallaci corde fuisti. Homines sumus. Qua tandem uigilantia effi cere possumus, ne uel putando uel loquēdo in aliquo labamur? Sed contra medicinā correctionis obsurdescere non debemus. Nunc attēde quantam mihi etiā in cæteris partibus epistolæ tuę causa ista Maximinianensium præbeat respōdendi facilitatē. Quicquid de traditoribus uelut nostris dicendū putasti, quanq; uestri potius hoc feciſſe deceantur, quod & in illo triū uoluminū opere satis superq; monstraui: uide tamē & respōde si potes, utrū hoc crimen (quorumlibet fuerit) polluere potuerit in unitate tot gentium Christianos, uel lōge remotissimos uel longe posteros, si crimen sacrilegi furculi Maximiniani maculare nō potuit uelocios Aphros: quibus dātes dilationē trecēti & decē episcopi uestri dixerunt, quos sacrilegi furculi nō polluere plantaria: uel uosipsos qui nō solum istos quos innocētes dixistis, uerūetiam in illo sacrilegio iam dānatos, tāta cōcordia suscepistis. Dicis oriētalibus nota fuisse crimina traditorū, quando tibi Aphro Maximinianensium schisma in Aphricæ capite cōmissum, anteq; meas literas legeres ualde permotus cōsuleres episcopos uestros, incognitū fuit, & cū consuluisses uerū ab eis audire minime potuisti. Quos certe si defendis, ne dicas mētitos, cōcedis ignaros: & tamē nec nos nec Orientis nec Occidentis tot tātosq; populos saltē nescire permittis causam Cæciliani, cū isti nesciāt Prætextati & Feliciani, quos trecēti & decē, hoc est aut om̄es aut prope omnes episcopi partis Donati Aphri Aphros in Aphrica damnauerunt, Aphri Aphros in Aphrica susceperūt. Inseris principiū Sardicensis cōcilij, unde probare conaris q orientales episcopi cognito crimine traditorū, parti Donati cōmunicauerint, hoc uno magno scilicet do-

Ca. XLII Prouerb. 9

Ca. XLII

Ca. XLIII

cet documento quòd inter episcopos quibus scribunt Donati nomen inuentum est. Nec tamẽ ibi aliquid legitur eos de Aphris traditoribus cognouisse. Quod quidem concilium ne te lateat Arrianorum est, quos iam tu inter alios hæreticos nominasti: nec additis ciuitatum nominibus legi solet, quia nec ipse mos est ecclesiasticus, quando episcopi episcopis scribũt epistolam. Vnde nescio quis iste Donatus, miror si nõ in uestris literis Carthaginensis factus est, quanq; potuerint illi tã longinquis terris ab Aphrica separati, eoipso tẽpore quo scribere uolebãt, requirere quisnã episcopus esset Carthaginis. Omitto enim dicere q; fortasse Orientales hæreticis aliquo modo se sociare tentauerint. Sed tu hõ prudẽs cũ uelles soluere quæstionẽ, cũ tibi dici posset, si hæc ita sunt, ut Oriẽtales scriberẽt ad Donatũ uestrũ, quẽadmodũ à cõmunione uestrorũ Orientales postea degradati sunt: respõdisti & dixisti, Quia in recipiẽdis iterum uestris damnatæ causæ nõ potuerũt seruare constantiã. Et scriptũ est, Qui iungitur fornicariæ, unũ corpus est: ubi uestros nũc atrociter accusasti si in causa Maximinianẽsium nõ potuerũt seruare cõstantiã, execrabiliter dãnando sacrilegos, honorabiliter suscipiẽdo dãnatos. Illud enim de Oriẽtalibus omnino nõ probas, hoc de uestris audisse legis, & cernis & iudicas. Iubes me relinquere ecclesiã traditorum, quos nec uos apud nos, nec maiores uestri apud maiores nostros, cõuincere ac demõstrare potuerũt. Quos nũc si demõstrasses, eorũ facinus crimenq; damnarẽ, non propter eos tot gentiũ quibus ignoti sunt catholicã societatẽ desererẽ. Sed uide qua cõsideratione nolis in communione nostra eorũ mortuorũ memoriã fieri, quorũ factan nõ nouimus, quorũ etiã bonã inter suos famã posteritatis successione didicimus: cũ in uestra cõmunione sine ulla degradatione uiuant, quorũ mala sensistis, quorũ sacrilegia condemnastis. Audes ne dicere homo prudens, ille qui tradidit & creauit te, nesciens illum esse creatorem nostrum in eo quòd Christiani sumus, q est creator noster in eo quòd homines sumus, quãuis nec illũ quẽ putas creatorẽ meum de traditione conuiceris. Ego autẽ non repẽdo tibi hanc iniuriã, nec tuum nec filiorum uel nepotum aut pronepotũ tuorũ, si in parte Donati fuerint, Felicianũ dico creatorem. Tantum quia permittis, admoneo ne creator tuus post nomẽ hominis impia uanitate currẽtis te inueniat desertorẽ. Deinde plausibiliter tibi uideris adiũgere, A fonte deducit riuus, & caput mẽbra sequuntur: sano capite omne sanum est corpus, & si quid in hoc morbi uel uitij est, omnia mẽbra debilitantur: originẽ suam respicit, quicquid in stirpe processit: non potest innocẽs esse qui sectam nõ sequitur innocentis, cum præsertim scriptũ sit, In legalibus patrũ uestrorũ ne ambulaueritis. In his oĩnibus uerbis tuis omitto, quia nõ est simile quod de humano corpore cõparasti, Fieri enim potest ut & pes doleat capite sano, & pede sano caput. Omitto etiã quod tibi exciderit, quod pauloante dixeris. Hoc & nos uolumus, hoc suademꝰ, ut Christus Christiani sit caput, qui nũc nescio quẽ traditorẽ caput uis esse ignotarũ gẽtium Christianarũ, ubi datum & acceptũ Christi baptismũ nõ uultis agnoscere, tanq; baptizati non nisi ab illo traditore creati sint. Omitto etiã illud, quantum me adiuuet, quod de scriptura testimoniũ ipse posuisti, dictum esse Iudæis, In legalibus patrũ uestrorum ne ambulaueritis: cum hoc utiq; præceptum quicũq; tunc obseruare uoluerũt, sicut prophetæ sancti & septẽ milia uirorũ, qui non curuauerunt genua ante Baal, à populo tamen suo & à communibus sacramẽtis nõ se diuiserũt. Hoc dico et uelis nolis repetẽdo, quãlibet tibi uidear molestus, inculco: Noli Cæcilianũ totiens absolutum caput facere posteris nostris, cum ego & Primianum à Feliciano, & Felicianum à Primiano damnatum, non tamẽ faciam caput posteris uestris. Iam uero de persecutionis inuidia, quam à terrenis potestatibus uos pro parte Donati perpeti gloriamini, quãuis in illo trium librorum opere satis tibi abundeq; respõderim, neq; nunc tibi tacebo, qd' ex hac causa Maximinianensium breuiter respõderi potest. Neq; si propterea uos imperitis atq; imprudentibus populis uos commendatis, Sic enim se Maximinianus ipse, sic eius socij, qui nec persecutiõibus uestrorũ ut ad eorũ communionem redirent, cedere potuerunt, uanis imperitisq; cõmendant: sed qui sobrie cogitant eorũ qui aliquam molestiã patiuntur, nõ pœnas considerare oportere, sed causas, intelligũt eos pro crimine sacrilegi schismatis, in quo à uobis merito iusteq; dãnati sunt, cõmotiones etiam iudiciorũ secularium merito iusteq; perpessos. Neq; enim cõmemoro qd' in tua epistola posuisti, quod Maximiniani non basilicã sed speluncã, nõ Optatus sed populus euertit. Quanq; etiam illic etsi incertũ est uestros fecisse, certum est tamen illũ passum fuisse persecutionẽ, nec tamen iustum esse sed impium. Vnde iam cogeris confiteri, non debere quid quisq; patiatur, sed quare patiatur attẽdi. Sed mihi parum est hoc Maximiniani exemplo interim demonstrare, non continuo iustũ esse, qui obtẽto atq; adumbrato nomine Christi patitur persecutionẽ, quãdo & Maximinianus sacrilegus passus est: nisi te cogam fateri, quod & religiosi sacrilegos, & iusti impios persequuntur, nõ sane nocẽdi studio, sed necessitate potius cõsulendi. Nec de ueteri Testamẽto profero exempla, quamuis te etiã propheticis exẽplis docere illa dixisti. Illa, inquã, nimis antiqua nõ profero, fuerũt enim alterius dispensationis & tẽporis, Iam post reuelatã & oportuno tempore commendatam mansuetudinẽ, episcopi uestri, quod quidem nos non dicimus iustũ, sed quãdiu ibi es, & talẽ causam defendis, tu dicere cogeris: episcopi, inquã, uestri uestros schismaticos persecuti sunt. Iam itaq; non dico, persecutionem passus est Maximinianus, fecit Optatus, quoniam uos hoc ignorare respondes, & ita fecit ut hinc nulla possim gesta recitare, quanq; in tã recenti memoria ciuitates ipsæ si interrogẽtur, negare nõ possunt, Hoc ergo nõ dico, sed dico persecutionẽ passus est Maximinianus, fecit Primianus. Etre-

1. Cor. 6

Cap. XLV

Cap. XLVI

Cap. XLVII

3. Reg. 19

Universidad de Deusto
Biblioteca

Et recito gesta quibus ostendam domũ quam Ma A soris ostendit, qui persequente Restituto hæc me-
ximinianus propriã defendebat, Primianum pro- ruit à proconsule audire, & tamen nõ solum secun
curatiõe mãdata exorcisterij ecclesiastici nomine dum nos, uerumetiam secũdum uos impius & sa-
fauente sibi sacerdote legato, quod ipsa gesta indi- crilegus iudicatur. Iam uero posteaq; sententia De Saluio q̃
cãt, abstulisse. Sed iustitiæ nõ gratiæ fuerit iudex, proconsulis Abitinensibus allegata est, per quã ei qui mortuus
non abnuo, nõ refello. Cur ergo Primianus apud uitatẽ uicinã iudicatum implere uestri meruerant, canũ alligan-
acta magistratus Carthaginensis inter alia quę de eo q̃ penè omnes Membresitani Saluium dilige- ne punitur
nobis cõtumeliose prosequenda mandauit, Illi, in- bant, quæ fecerunt ĩdem Abitinenses homini ęta Ca. XLIII.
quit, auferunt aliena, nos intermittimus ablata, cũ te grauissimo, piget dicere: quia ea non apud acta
ipse abstulisset aliena si Maximiniani erat domus. fecerunt, sed tam recẽti memoria: cũ omnibus do
Si autem Maximinianus eã potius usurpauerat, cumentis sit clarior ipsa testificatio ciuitatũ breui
non intermisisset ablata. Sed si neq; hoc ad perse- ter attingã, quid illic cũ iter agerem cõperi. Nam
cutionem uis pertinere, dico episcopos uestros & quia eis pro defendendis ex quantacunq; parte se
clericos uestros Maximinianẽsibus in eis sedibus dibus suis etiam post procõsulis iudicatum turbæ
manentibus in quibus antiquitus fuerãt ordinati, sibi fauentis fiducia Saluius repugnare tẽtauerat,
fecisse persecutiones, apud proconsules accusasse, uictus aliquando cõprehensus est, non iam ducen
impetrasse iussiones, eisdemq; iussiõibus exequen B dus ad iudicium ubi in partes fuerat prolata sentẽ
dis officiorũ instantiã, et ciuitatũ auxilia meruisse: tia, sed pompa miserabili triũphandus. Capto em̃
ut illi qui iam fuerant Bagaiensis sententiæ seueri- seni, mortuos canes alligauerunt in collo, & sic cũ
tate damnati, & à uestræ cõmunionis corpore, ne illo quantum libuit saltauerunt. Hoc si uellem ex-
per cuncta mẽbra pestilens uirus irreperet, cõpen aggerare dicendo, nónne fortasse hanc pœnã uix
dioso dolore præcisi, & nullum iam uobis faciẽtes tormẽtis regũ Etruscorum, quibus mortua uiuis
suę cõmunionis morbida contagione periculum, corpora iungebant, cõparandam esse monstrarẽ?
cũ præcisis pariter plebibus suis propria conuenti Nónne homo senex & qui haberi uolebat episco-
cula frequentabãt, & loca & basilicas quas nõ in- pus, omniũ iudicio de societate uiuorum atq; mor
uaserãt cũ populis sibi cohærẽtibus perpetua pos- tuorũ exterminãdus esset, si duobus sibi supplicijs
sessione retinebant, terrerẽtur, perturbarentur ex- unde unũ subeundum esset propositis, nõ potius
C. XLVIII pellerentur, retinentes exhiberentur. Lege quæ hæreret cadaueribus humanis, cũ saltare eligeret
de illis uel in illos aduocatis prosequentibus dicta cũ caninis? Nunc aspice illa mea uerba, quæ te Cap. L
sunt, quæ obiecta crimina sacrilegij, quo impetu refellisse arbitratus es, immo iam nõ ipsa, sed pro
accusationis concitatæ sunt potestates: quære quę ipsis ista quæ dicã. Ecce enim nõ dico: Si persecu-
statuta sint Saluio Membresitano, quia ei nõ po- C tionẽ qui patitur habendus est innocẽs, Maximia
tuit illius persecutionis exagitationibus extorque nus est passus. sed dico: Si persecutionẽ facere nõ
ri, ut rediret ad consortium criminis: maluitq; cõ licet, fecit Restitutus. Nec dico: Si persecutionem
mittere examini & persecutoribus suis in procon qui patitur habendus est innocens, passus est Sal-
sulari iudicio respondere, ea credo fiducia q̃ sciret uius. Gesta recito, uerba quæ non uis repeto: Fe-
aduersarios suos legibus cõtra hæreticos promul- cit Restitutus, passus est Saluius. Quem mihi ex
gatis uti non posse apud iudicem, nisi etiã seipsos his duobus Christianũ nisi Restitutũ: quẽ sacrile-
pariter ei irretirent: sed fefellit eũ ista cogitatio. A- gum, nisi Saluium respõdebis? laceat igitur oper
pud Seranum enim tunc proconsulem uel gratia tet, improbatumq; respuatur, et q̃ dixisti nullã esse
plus ualuit, uel magis forte Bagaiense concilium, iustam persecutionẽ: & quod dixisti, quis nõ ult
quod illic etiam contra eundẽ Saluium recitatum Testamẽto cõsentire prolato, qui persecutionem
est: quadam sana interlocutione quid per se agere patitur, an qui facit? qa & iusta persecutio est quã
tur ostendit, id est, ut Saluium aut choro episcopo pertulit Saluius, & Restitutus fecit: passus est Sal
rum cõmunionis Primiani redderet, aut fugaret à uius, & tibi Restitutus est laudabilis, damnabilis
sedibus, ut Restitutus quẽ contra eum Primianus Saluius. Neq; enim occulte factũ esse dicturus es.
ordinauerat, loca oĩa quę à Saluio tenebanẽ, si- D Aut posset hoc latere Primianũ quod in ea ciuita-
ne aduersario possideret: & tamen in eadẽ interlo te factũ est, ubi ipse episcopus pręsidebat, & in tan
cutione q̃ persecutionẽ Saluius pateretur expres- ta ciuitate apud tantũ iudicẽ, ut ex hoc alijs etiam
sit. Sic enim in eisdẽ gestis legitur: Seranus procõ ciuitatibus occultũ esse nõ posset. Aut si & hoc in-
sul dixit, Lis episcoporũ secundũ legẽ ab episcopis ter occulta deputandũ est: cur non uis ignorare or
audiẽda est, episcopi iudicauerũt. Quare non aut bem terrę si quid mali fecit, quod quidem absit, ut
sub satisfactione ad chorum reuerteris uetustatis, fecerit persecutionũ tẽpore Cæcilianus: si persecu
aut, ut habes scriptum, terga persecutoribus pro- tionẽ quã passus est Saluius ab illo quem ipse con
dis? Quid hic tibi uidetur? Placet ne istum Saluiũ tra eum ordinauit, & in ea ciuitate ubi super colle
appellare iustum, cui proconsul apud quem à Re- gas principatũ gerit, potuit nescire Primianus? Fa
stituto episcopo uestro contra stante accusabatur, teberis ergo uelis nolis, ne Restitutũ, ne Primia-
etiam de sancta scriptura dat consiliũ ut terga per- nũ, ne partẽ Donati damnare cogaris, nõ solũ in-
secutoribus prodat, quoniam scriptũ est in euange iustos pati, uerũ & iustos facere posse persecutio-
Matth. 10 lio: Si uos persecuti fuerint fugite. Vides certe quã nẽ. Aut si eã quæ iuste fit, nõ esse appellandã per-
speciem Saluius apud suos uel martyris uel cõfes- secutionem putas: nec uos à nobis, nec uestros à

nostris

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostris persecutionem poteris probare perpessos: magisq; nos demonstrabimus eā nos perpeti à clericis & Circumcellionib. uestris, qui corde duro & insulso, nec intelligentes nec ferentes quod eis cōsulimus ad salutem, tanto in nos furore sæuiūt, ut ea quæ nobis faciunt, nec numerare nec cōmorare, nec digne uerbis explicare sufficiā. Pro
Cap. L 1 inde cum phreneticus medicū uexet, & medicus phreneticum liget, aut ambo inuicem persequuntur, aut si persecutio quæ malo fit, non est, nō utiq; persequitur medicus phreneticū, sed phreneticus medicum. Sæuitia igitur uestra & uiolētissima audacia per Circumcelliones uestros clericorū uestrorū satellites omnibus nota, cōprimenda fuit legibus, quæ cōtra uos latæ sunt, & quodammodo colliganda: simul ut in quo essetis errore, in quo sacrilegio cōtra unitatem pacemq; Christi uidere- A B mini, saltem ipso terrore commoniti cogitare atq; emendare uelletis: sicut erroribus uestris per potestatum secularium iussiones exagitati, Felicianus & Prætextatus corde nimium duro & peruersissimo, schisma quod à uobis fecerāt, correxerunt, & ad uestram cōmunionem societatemq; redierunt. Totū autē corrigeretur si ad radicem catholicam à uobis omnibus rediret. Quicquid uero factū est aduersus uos, quod tēperamentum Christianæ dilectionis excederet, tam non est imputandū catholicæ ecclesiæ, quàm nec illud quod Saluio fecerūt Abitinēses, Primiano uel Restituto imputauerim.
Ca. L II Quod uero post exaggeratas persecutiōes quas partē Donati perpessam fuisse dixisti, et totū tacēs quod præcessit à uestris, & multa dicens quæ non C probātur in nostris, de Psalmis testimonium dixisti & subiecisti, Nónne de ijs qui talia faciūt dictū
Psal. 13 est, Veloces pedes eorum ad effundēdum sanguinem: & uiam pacis non cognouerūt? Hæc ipsa & alia multo longeq; grauiora, illo Bagaiensi cōcilio episcopi uestri in Felicianū Prætextatumq; dixerunt. Et certe illi nullius carnis sanguinē fuderant, nullū in uos uiolentiæ corporalis impetū fecerāt. Sed qui hæc in eos dicebāt, multo sceleratius eos sacrilegio schismatis sanguinē spiritalē fundere iudicabant. Vnde si cū illis post tam grauia quæ in eos dicta sunt, pacē sine honoris eorū decolorationē, sine baptismi rescissione fecistis: nō desperandum est quin & nobiscū cōcordare possitis. Multo enim uos magis delectare debet ad pacē faciendā totus orbis Christianus, cui Prętextatus & Felicianus. Qui si non uos inquinauerūt quos tāta criminationis atrocitate dānastis: multo minus uos inquinat unitas tot gentiū Christianarū, cui nescio quorū Aphrorū crimina demonstrastis: & multū uos inquinat scelus quo uestram societatē ab eius ecclesię, pro qua tot ac tanta diuina testimonia recitātur, societate separastis: quibus diuinis testimonijs humana temeritate ausus es cōtradicere, cum & tuipse nescio quomodo eadem in ueritate fateri coactus sis, q; in Christianum nomen totus quotidie uertitur mūdus. Ausus es, inquā, Testamen-
Ca. L III to dei reluctari, cū dicat Apostolus, Hominis te-
Gal. 3 stamentū cōfirmatum nemo irritū facit, aut superordinat. Abrahæ dictæ sunt promissiones & semini eius. Hoc testamentum irritū facere, huic testamento partē Donati superordinare minime timuisti, ut cū deus in eodē Testamento dicat ad Abra- Gen. 22
ham: Sic erit semen tuū sicut stellæ cœli, & sicut arena maris. Hoc tu irritū facies, & partē Donati pro qua nullū testimoniū recitas superordinās, In paucis, inquis, frequenter est ueritas, errare multorū est: nō intelligēs quomodo à domino dictū sit, Paucos intrare per angustam portā: cū & multos Matt. 7
dixerit ab Oriente & Occidēte recubituros cum Matt. 8
Abrahā, Isaac, & Iacob. Sed & in Apocalypsi de- Apo. 7
monstrentur ex omni gente & tribu & lingua milia candidatorū, quæ nemo numerare possit. Qui profecto & multi sunt per seipsos, & idem ipsi pauci sunt in cōparatione longe pluriū qui cū diabolo puniendi sunt. Quæ tamen frumenta diuinis in æternū horreis destinata, per totū mūdum dilectionis unitate sociata: uel ab scādalis & uiolentijs hæreticorum siue ab interiore tanq; palea sua multis non recte uiuētibus, æstus & triturā huius seculi tolerant, ultima uentilatione purganda. Sed tibi ad omnia nihil facilius q; Maximinianensiū causa respondet. Si enim in paucis frequēter est ueritas, & errare multorū est, permitte ut Maximinianenses quanto uobis sunt impares paucitate, tāto uos superent ueritate. Non facis. Noli ergo in comparatione multitudinis gentium catholicarum de uestra paucitate gloriari, sicut nō uis ut Maximinianenses in cōparatione multitudinis uestræ de sua paucitate glorientur. Quod autem de Aphris Ca. L IIII
traditoribus narras, ita nescis, aut qualiscūq; hominis corde, nō sentis, in cōflictu quo ueritas quæritur cum probatio non sequitur, quàm sit uana & inepta narratio: in qua refellenda operam non sumerem, nec si non haberem in causa Maximinianensium tam facile sine ulla ambage cōpendium. Sacræ sunt literæ: Deus deorū dominus locutus Psal. 49
est, & uocauit terram à solis ortu usq; ad occasum: ex Sion species decoris eius. Huic prophetico testimonio concinit euangelium, ubi de seipso idem dominus dicit: Oportebat Christum pati & resur- Luce 24
gere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiā & remissionē peccatorū per omēs gentes, incipientibus ab Hierusalem. Quod enim illic dictū est, Vocauit terrā, à solis ortu usq; ad D
casum: hoc dictū est hic, per omēs gētes. Et quod ibi dictū est, Ex Sion species decoris eius: hoc dictum est hic, incipientibus ab Hierusalē. Non em̄ tantummodo ibi passus est Christus, sed etiā ibi resurrexit, inde ascēdit in cœlū, ibi centū uiginti homines cōgregatos die Pentecostes misso de cœlo spiritu sancto impleuit: ibi uno die tria, alio quinq; milia credentiū in suum corpus conuersa sucepit, inde in totā Iudæam & Samariam, & in orbis terrarū cæteras gentes se fructificādo diffudit & diffundit ecclesia. Quod discipulis prædicēs iā ascen- Acto. 1
surus in cœlū: Eritis, inquit, mihi testes in Hierusalem & totā Iudæam & Samariā, & usq; in fines terræ. Hæc igitur ecclesia incipiens ab Hierusalē, secq; per omēs gentes tā euidenti fœcūditate diffun-

Universidad de Deusto
Biblioteca

dens, ut teipſum cõfiteri cogat, quòd in Chriſtia- A
nũ nomen prouidentia dei quotidie totus uertitur
mũdus. Hæc, inquã, eccleſia quę domino deo deo-
rũ loquẽte, à ſolis ortu uſq; ad occaſum uocat, nul-
latenus ab Aphris traditorib. pollui potuit, quos
omnino neſciuit, ſi Maximiniani ſacrilegi ſurculi
nõ polluere plantaria tot collegas eius, tantũ quia
ordinando manus ei non impoſuerũt, quãuis eũ à
Primiano dãnatum laudauerint Primianũq; dãna
uerint, quãuis in eius ſchiſmate cõſtituti, dilatio-
nem qua reuerterentur acceperint. quinetiã quia
dixi, traditionẽ multo probabilius nos uobis obij
Cap. LV cimus: Reſpõdes me hoc fuiſſe cõfeſſum, quòd
eam uos nobis probabiliter obijcitis, docẽs etiam
regulam locutiõis qua cõparatiuus gradus quod
ante poſitũ eſt auget, nõ quod ante factum eſt im-
probat: & adiungens, Sicut bene & melius, male B
& peius, horribiliter & horribilius, ita eſſe ꝓbabi-
liter & probabilius. Vnde tibi colligere uideris &
dicis: Hinc ego in illo ꝓlixiore triũ librorũ opere
ſuo loco tibi ſatis aut plusq; ſatis fortaſſe reſpondi
& oſtẽdi. Ex illis literis didicimus uera, quomodo
cõparatiuus gradus nõ ſemper augeat qd' cõpa-
Virgil. rarat, aliquãdo improbet cui comparatur. Inde eſt:
in Geor. Dij meliora piis, erroremq; hoſtibus illum,
Diſciſſos nudis laniabant dentibus artus.
Inde eſt: melioribus opto auſpicijs. Lege diligen
ter, plura ipſe reperies. Sed nonne miraris obſecro
te in hac cauſa Maximinianenſium, ex qua tibi ad
omnia nũc ſtatui reſpõdere, nec huius mihi defuiſ-
ſe locutionis exemplum? In illa quippe luculen-
tiſſima & facundiſſima ſentẽtia Bagaienſis conci- C
lij: Inuenta eſt, inquiũt, cauſa ſalubrior, ne per cun
cta membra peſtilens irrepat uirus, ut cõpendioſo
dolore natum decidat uulnus. Certe ſecundum re
gulam tuam ſalubris, non ſalubrior dicere debue-
runt. Neq; enim illud ſalubre, ſed pernicioſum e-
rat, ut per cuncta membra peſtilens uirus irrepe-
ret. Salubrior ergo erat cauſa, ut cõpendioſo dolo
re natum decideret uulnus, quamuis nõ eſſet ſalu-
bris, ſed contra exitiabilis, ut per cuncta mẽbra pe
ſtilẽs irreperet uirus. Sic traditionem probabilius
Ca. LVII nos uobis obijcimus, quãuis eã uos nobis nõ pro
babiliter obijciatis. Iam illud quod in Siluanũ
Cirtenſem epiſcopum ueſtrum dixi, fuiſſe tradito-
rem, municipalia geſta teſtantur ibidem apud Cir
tam à curatore reipublicę Numacio Felice confe- D
cta. Nam ſicut ibi ſcriptum legimus, poſteaquam
peruentum eſt ad bibliothecam, inuenta ſunt ibi
armaria inania, ibi protulit Siluanus capſulam ar-
genteam & lucernã argẽteam, quo diceret ſe poſt
arcã inueniſſe eas. Cui Victor Aufidi? dixit: Mor
tuus fueras ſi nõ eas inueniſſes. Felix autem cura-
tor cum ei dixiſſet: Inquire diligentius ne quid hic
remanſerit. Siluanus dixit: Nihil hic remanſit, to-
tum hoc eiecimus. Quæ geſta cũ apud acta Zeno
phili cõſularis recitarentur, eisq; inſererẽtur, inter
alia teſtium multa documenta, quæſiuit cõſularis
qui adminiſtrabat, Tunc Siluanus in clericatu ui
ctor reſpondit: Sub Paulo epiſcopo orta perſecu-
tio eſt, Siluanus ſubdiaconus fuit. Huic tu publi-

corum geſtorũ euidentiſſimo documento, quo mi
nus credatur, magnũ aliquid tibi uideris oppone-
re, quia commemoras ſententiam quam dixit in
Cæcilianum uelut puniens traditores: ac argumẽ
taris fieri non potuiſſe, ut traditor fuerit, qui tradi
tionis tam ſeuerus ultor extiterat: quaſi aliquid ſe-
uerius uidebaẽ illis nequiſſimis ſenioribus, quan-
do in occidendam Suſannã tanta inſtantia ſæuie-
bant, cũ eorum cõſcientia ipſo flagitio foderetur,
quod ſe in illa punire uelle fingebant. Sed omitta-
mus talia, Felicianus nunqd nõ cũ Primiano nũc
damnat, quod cum Maximiniano ipſe commiſit?
ſed planè meliore ſentẽtia correctior nõ impuden
tior. Quod Felicianus ſi facere uoluiſſet, non in
Cæciliano falſam, ſed in ſeipſo ueram traditionem
ſalubri emendatione dãnaſſet, & ad Cæciliani in-
nocentiã, etiam ſi nõ epiſcopus, tamẽ correcta pra
uitate tranſiſſet: ſicut Felicianus ad Primianum,
quẽ ſimiliter ut ille Cęcilianum damnauerat inno
centẽ, potuit tamen ſine macula Primiani uel ſua,
cũ epiſcopali etiã honore tranſire. Nec illud quod
dixi, neſcio quos traditores, quos ueſtri maiores
arguebant, ſi ueraciter arguebãt debuiſſe cõuince
re: ſic acceperis, tanquam hoc apud ſeipſos facere
debuerint. Sic enim reſpondes quod fecerint, &
ideo noſtros perdidiſſe baptiſmũ iudicauerint. Le
ge prius diligenter cõtra quod ſcribis, & aut intel-
lige quæ dicuntur, aut noli quod intelligis uertere
in aliud. Ego dixi nõ apud ueſtros, ſed apud eccle-
ſias trãſmarinas, qbus innocẽtes illi uidebaẽ qui
arguebantur, à ueſtris eos debuiſſe cõuinci. Nã &
Maximinianenſes conuictum ſibi uidentur dam-
naſſe Primianũ, ſed non apud eos qui longius po-
ſiti, & à gratia uel inuidia remotiores, tale de illo
poſſent ferre iudicium quod uniuerſę parti Donati
facile probaret. Nunc uero damnauerunt eum cẽ-
tum, et amplius quãm trecentis abſoluendum reli
querunt, apud quos ipſi periculũ damnationis in-
curreret. Eis quippe & pluribus ſuã debuerũt per-
ſuadere ſententiã, ubi ipſi cum eis intus eſſent, Pri-
mianus autem foris, ſi damnatus pœnitentiam re-
ſpuiſſet. Si autem hoc crimen maiori numero col-
legarum, & tot ſuę cõmunionis Eccleſijs per totã
Aphricam diffuſis perſuadere nõ poſſent, aut ſen-
tentiam ſuã conſilio ſaniore reſcinderẽt, in qua fal-
li ſicut homines de homine potuerunt: aut ſi uera
eius crimina ſine ulla dubitatione didicerãt, quę ta
men perſuadere tãto pluribus cęteris nõ ualebãt,
nocentẽ ſcientes tolerarent prudentius & patien-
tius, quã ſe à tot innocentibus qui iſta neſcirẽt, im-
pio ſchiſmate ſepararent. Tenerent eñ illam beati
Cypriani pleniſſimam charitatis pietatiſq; ſenten-
tiã, qua dicit: Nã etſi uidenẽ eſſe in Eccleſia zizą-
nia, nõ tamẽ impediri debet fides aut charitas no-
ſtra, ut quoniã zizania eſſe in Eccleſia cernimus,
ipſi de Eccleſia recedamus. Quod quidẽ illis tunc
prodeſſet, ſi in Eccleſię catholicę purgamẽtis pur-
gamẽta tolerarent, quę ante tẽpus ſeparare nõ poſ
ſent: ſed ꝙ eos dicimus in hac erroris ueſtri ſocieta
te, quam uerã Eccleſiam eſſe arbitramini facere de
buiſſe, hoc maiores ueſtri in illa perſpicue uera, in

cuius

cuius unitate fuerunt, ne ab illa separarent, facere debuerunt. Sicut em̄ quilibet partis uestrę hō causam Primiani, prius ignorans, tamen quanuis à cētum Maximinianensibus damnatū simpliciter innocentē credit eum qui tanto pluribus se ꝓbauit: ita etiam in cōmunione catholica, quem causa Cęciliani latet, nō immerito sibi innocentē fuisse persuadet eum q̄ non solū per Aphricam uerūetiam per tot gentiū Christianarū terras, tanto pluribus Episcopis cæteris uel innotescere innocēs potuit, uel occultari nocens: apud quos aut ab ignoscēte meruit absolui, aut non meruit ab ignorante dānari, aut corrupto iudice cōtra quē meruerat, absolutus, nō potuit alijs qui nō iudicauerāt demōstrari. Vos igitur sacrilega separatione ab unitate populorū innocentiū tot tantorumq̄ separamini, q̄ cum in hac causa iudices esse nō possent, aut nullos hic fuisse iudices, aut utrū hinc aliquid uel q̄d iudicatum sit nescierūt, aut electis iudicibus potius q̄ uictis litigatoribus crediderunt. *His docetur in eo* Cap. LVII *etiam quod ex illa mea quadripartita distributione ultimum tibi, neq̄ em̄ aliud poteras, elegisti, q̄ facile superemini. Dixi em̄ q̄ si documenta criminū traditionis fuerint ex utraq̄ parte prolata, aut utraque sunt uera, aut utraq̄ falsa: aut nostra uera et uestra falsa, aut nostra falsa & uestra uera. Et cum in tribus superioribus facillimam nostram uictoriam demonstrassem, in quarto quoq̄ uos uinci, aut minus intellexisti, aut quod magis credo, ne ab alijs intelligeretur, nescio quibus umbraculis id conatus obtegere de argumentationis genere disputādum putasti. Vnde & cū alijs, si opus fuerit, fortasse tractabimus, ne tēpus rebus non necessarijs insumamus.* Proinde attende, utrum ualeam in illo per Cap. LVIII *spicuo speculo uestro, hoc est in causa Maximinianensium etiam hoc demonstrare. Namq̄ mortuis omnibus & apud quos hæc gesta sunt, fieri aliquādo poterit, ut inter uestros & illorū posteros quæstio communionis agitetur: dicturi sunt illi à maioribus suis fermè centū uel amplius Episcopis damnatum esse Primianum, & illam primo quæ apud Carthaginem, deinde aliam quæ apud Cabarsussi contra eum scripta est sententiam prolaturi: contra uestri, concilium Bagaiense recitabunt. Flagitabunt illi, ut diluta esse doceantur crimina Primiani, quæ suorum maiorum sententia continentur. Nónne multo iustius dicent uestri: Hæc crimina quæ obijcitis etiam mortuis si uera sint, hoc probate, q̄d' ad maiores nostros ea detuleritis, q̄ eis hæc uera ostenderitis esse? Quod si facere conati estis, nec implere potuistis, maiores ipsos nostros inquinare non poterant aliena crimina, quanuis uera, quæ illis non fuerant demonstrata hominibus si ea nec conati estis ostendere. Vnde igitur ad nos causa illius reatus transire potuit, qui nec ipsos q̄ cum Primiano tunc uiuebant ignoratus et non ꝓbatus inuoluit? Vos itaq̄ schismatis reos perspicua ueritate conuincimus, quos à nobis fratrib. uestris ꝓpter aliena crimina quæ tunc maioribus nostris demonstrata nō sunt, quando fuerant demōstranda, separatos uidemus. Si hoc iustissime dicturæ sunt* plebes, & clerici eorū locorum ex q̄bus erant trecenti & decem, qui cōtra Maximinianenses Bagaiense conciliū condiderunt. Si hoc, inquā, recte dicturi sunt Aphri Aphris, Numidæ Numidis, Mauris Mauri, q̄ plurimi paucis Bizacenis & ꝓpinquis alibus: quanto iustius de criminibus etiā si uera essent nescio quorū in Aphrica traditorū, hæc dicit Aphris orbis terrarū, cum præsertim & in Aphrica ipsa Ecclesia catholica tanto sit cæteris gētibus unitatis uinculo sociata? Quæ nihilominus documenta etiam criminum alienorum quæ mihi nūc conaris ostendere, non faciūt reos populos gentiū: q̄bus quādo debuerunt nō demonstrata sunt, uel quia non curastis: à quibus populis in hac causa innocentibus, si me dissociauero, ꝓ criminib. alienis innocens esse nō potero à sacrilego crimine schismatis. Proinde ut plurimū ualeatis, & nunc mihi hęc uera esse doceatis, damnamus mortuos traditores, uiuos non deserimus innocentes. Cum ergo dixeris: sed si qua uera essent uestra documenta Ecclesiæ, hoc est catholicæ, uos ea ꝓbare debuisse & uos intus essetis: illi aūt quos cōuinceretis, pellerētur foras: quid est q̄ respondere uoluisti, ideo separationē factam quod nos foras essemus ꝓpulsi, uestri aūt in Ecclesia plenaria & catholica remanserunt: hoc si totidē uerbis uobis Maximinianenses dicāt, quid respondebis, nisi nec refelli dignos sed tantum rideri: qui Ecclesiam plenariā cum Episcopis iam minus q̄ centum, contra tantā numerositatem ac multitudinē, cui amplius q̄ trecenti præsident audeant affirmare: cum per oēs Aphricæ regiones ubi Maximinianenses sunt, nō desit etiam cōmunio Primiani, per alias aūt multo plures latioresq̄ Aphricæ partes unū Maximinianensem nemo reperiat, nisi uix forte peregrinantē. Quo igit̄ ore cōtra Ecclesiā à solis ortu usq̄ ad occasum promissā uoce ueritatis & redditā audes Ecclesiā plenariā dicere partē Donati, cum ipsa nō sit nisi Aphricæ: illa uero cum tot gentibus, sit et Aphricę? Sed uidelicet ista illā misit foras. Ne quæso tu istā uocē mittas foras, in facie est frōs hominis nō sub humero. Ergo ne ista illā misit foras? Non uides si illa mittit̄ foras de qua dicit dñs ad Abrahā, In semine tuo benedicentur oēs gentes. De qua prędictū legitur, q̄ erit in nouissimis diebus manifestus mons dñi, & ueniēt ad eū uniuersę gentes. De qua prædictū canitur, Cōmemorabuntur & cōuertentur ad dominū uniuersi fines terræ, & adorabūt in cōspectu eius, uniuersæ patriæ gentiū. De qua prę dicat̄ q̄ in toto mundo fructificet & crescat, quam ipse dñs dicit dilatari per oēs gentes incipientibus ab Hierusalem. Non inquā, uides si hæc mittit̄ foras, eam cum lege dei, cum prophetis, cum Psalmis, cum Apostolis, cū ipso Euangelio, cum toto deniq̄ testamento & cum ipso hęrede mitti foras?

Gen. 22 *Esaiæ 2* *Psal. 21* *Luc. 24*

Quod nefas si attē dis, si perhorrescis, si cōtremiscis, uide ubi sitis, et redite intro, q̄m nō missi estis, sed uos potiº existis foras. Vide q̄d faciat animosa cæcitas. Dicit̄ quòd Maximinianus Primianum miserit foras, & ridetur. Dicitur quòd pars Donati labores Apostolorum per uniuersum mundum

Caput LIX

Universidad de Deusto
Biblioteca

fructificantes & crescentes misit foras, & non exhorrẽt. Ne quid sanè fallaris aut fallas, quoniã id quod tam crebro cõmemoraui, non aduertens uel te aduertisse dissimulans, dixisse me affirmas nõ es se frumenta dominica, quã ego Ecclesiam catholicã sic asserui, qũo eam asserit scriptura diuina, frumẽta sola in horrea recõdenẽ: nunc Ecclesia tanq̃ area cum palea triturat: Hoc est quod uos urget ac premit, & nisi corrigamini extinguit, ꝙ huiꝰ areę paleã, quod uos esse demonstraftis, purgatũ frumẽ tum impudẽter uos esse finxistis: ac sic ex ipsa area uanis calumnijs turbulentis, tanq̃ leuissimus tritu ræ puluis per inane sublatus, ante nouissimũ uentilationis tempus existis. Vox deniq; arrogantissima atq; falsissima uestra est illa, non nostra, Quid paleæ cum frumẽto? quod de somnijs uanorum et
Hiere. 23 reuelationib. Prophetarum Hieremias ait: & tan
Contra Parmenianum li. 3 quam de nobis & uobis dictum sit, Parmenianus
Capite 2. in fi. hoc scribit. Quære quoq; à Maximiniano, nihil ali ud de se dicit, Non est em̃ alius impius superbię tumor apud oẽs qui se à Christi unitate discindũt, q̃ se solos Christianos esse iactare & damnare cæteros, non solũ quibus eorum lis nota est, uerũetiam
Cap. LX quibus eorũ nec nomen auditum est. Nam illud q̃ elegãter tibi uisus es dicere, ꝙ cum ego de testamento dei dixissem, nunc undecũq; ꝓlatum est recitetur, Respondendum putasti, ꝙ iam hoc cõfessionem criminis habeat, & ideo dixerim, à quocũq; prolatum est recitetur: quia apud me constat, & à nostris exustum, & à uobis seruatum atq; prolatũ. Ita uero si ueritate confisus, à Maximiniano uelis proferri codicem legis, unde recites Dathan, Chore, & Abiron, q uiui terra dehiscẽte submersi sunt, quibus istũ Bagaiensis sententia cõparauit: nõ eo firmius cõtra illum recitabitur, quia in eius codice reperitur. Quod ergo dixi, testamentum undecũq; prolatũ est recitetur: non est cõfessio criminis, sed fiducia ueritatis. Quid em̃ cõmodius, quid præclarius, q̃ si fieri potest, aduersus te legatur, à te ꝓferatur: Non quia ego nõ habeo ꝓ me, sed facilior est certiorq; conuictio, ut tu habeas cõtra te, quod ꝓ te si corrigaris fiat. Cõtra uniuersitatẽ uero Ecclesiæ quia te inania repetere libuit, etiam hic tibi respondeo: Sicut in Aphrica pars Donati uos estis, à quibus apparet partem Maximiniani schisma fecisse, quoniã non est per Aphricã in qua uos estis: uos aũt & in regionib. in qbus illa est non de estis, nam & alia schismata facta sunt ex uobis, sicut Rogatenses in Mauritania Cęsariensi; Vrbanenses in quadã Numidię particula, & alia nõnulla: sed ubi pręcisa sũt, ibi remanserũt: & hinc em̃ apparet eos à uobis exijsse, nõ uos ab ipsis, quia uos etiã in his terris estis ubi ipsi sunt: illi aũt quaqua uersus uos estis, nõ nisi forte peregrinantes inueniunt̃. Sic ecclesia catholica, quæ sicut ait Cyprianus, ramos suos per uniuersam terrã copia ubertatis extẽdit, ubique sustinet scandala eorum qui ab illa uitio maxime superbiæ pręciduntr̃, aliorũ hic, aliorũ alibi atq;
Matt. 24 alibi, qui partes suas ostentantes dicũt: Ecce hic est Christus, ecce illic: qbus ne credaẽ ipse præmonuit: Non em̃ ostendunt uiam de qua prophetatũ est in Psalmis, Vt cognoscamus in terra uiã tuam, in omnib. gentibus salutare tuum: sed suæ cõmunionis quisq; regiões, ecce hic, ecce illic. Vbi enim eadunt ibi remanent, & ubi separanẽ ibi arescunt. uñ ipsa de qua præciduntr̃, etiam in eas terras extendi tur, ubi iacent illa quęq; in sua regione fragmenta: in illa uero singula quacunq; ipsa distenditur non sunt, quãuis aliquando uix rarissima folia ex eorũ ariditate uentus elationis in peregrina dispergat. Psal. 66

Hæc igitur Ecclesia quæ ut eiusdem identidem Caput L 2
uerbis utar, ramos suos per uniuersam terrã copia ubertatis extendit, ad multas etiã Barbaras gentes extra orbem Romanum crescendo peruentura est. Quod te inquisisse & comperisse arbitror ut diceres, Omitto gentium Barbararum proprias regiones, ipsarum ritus, sydera Chaldęorũ, Aegyptiorũ superstitiones, deos Magorum, ut omnia ista sint, quia prouidentia dei in Christianum nomen totus quotidie uertit̃ mundus. Hæc tu uera dixisti: & sic impletur promissio quæ dicta est Abraham, In semine tuo benedicẽtur oẽs gentes. Omnes, inquit, gentes: nõ dixit, omniũ gentium oẽs homines. Vnde necesse est non solũ fœcunditate crescentis Ecclesię, uerumetiã permixta multitudine inimicorũ eius, per quos pietas eius exerceri & probari possit, usq; in finem iudiciarię separationis totus orbis impleatur. Sic cõmemoratum est hoc testamentũ & ad filium eius Isaac, domino dicente, Et statuã iuramentũ meum quod iuraui Abrahã patri tuo, & amplificabo semẽ tuum tanq̃ stellas cœli, & dabo tibi & semini tuo omnẽ terram, & benedicent̃ in semine tuo oẽs gentes terræ. Sic & ad nepotem eius Iacob, Et erit semen tuum sicut arena terrę, & dilatabitur supra mare & in Aphricum & in Aquilonem, & ad Orientem, & benedicentur in te oẽs tribus terræ. Supra mare aũt plerunq; scriptura cũ dicit, Occidentalem partem solere significari, nouit q legit. Huic tu testamento si prolato cõsentire uoluisses, non in sola Aphrica remansisses. Nõ ergo nobis cõmunicãt sicut dicis, Nouatiani, Arriani, Patripassiani, Valentiniani, Patriciani, Apellitæ, Marcionitę, Ophitę, cæteraq;, ut uerbis tuis utar, nephariarũ pestiũ, non sectarũ sacrilega nomina. Veruntamen ubicunq; sunt isti, illic catholica, sicut in Aphrica ubi & uos: non aũt ubicunq; catholica est, aut uos estis, aut hæresis quęlibet illarũ. Vnde apparet quæ sit arbor ramos suos ꝓ uniuersam terrã copia ubertatis extendens: & qui sint rami fracti nõ habentes uitã radicis, atq; in suis quiq; latentes & crescentes locis: sed si nõ permanserint in infidelitate, sicut de Israelitis dicit Apostolus, inserent̃, Potens est em̃ deus iterũ inserere illos: non ut iterũ accipiãt sacramentũ baptismatis, qd' iam tractum ex arbore non mutarunt: sed ut reuiuiscãt ex radice charitatis & unitatis, à qua separati steri litate animositatis arescunt; sicut rursus inserendos putastis Prætexatum & Felicianum, quos secum præciderat Maximinianus, nec præcisorum baptismum reprobastis, Quibus uere aliquid præstaretis, si non eos frumento uestro, sed & uos & illos radici catholicæ redderetis. Iam uero ad illud Cap. 12

quid

quid respondeã, quod tibi uisus sum dixisse ꝑ uo- A
bis, quoniã dixi non prodesse baptismũ eis qui ab
unitate discedunt, inesse illis tamẽ: hinc probari, ꝙ
redeuntibus nõ restituitur. Firmastis enim & uos
hoc dicere, ꝙ maioribus nostris ad Ecclesiam rede
untibus, baptismus quẽ ibi acceperant non profu
erit. Hoc si diceretis, nihil inter nos aliud quęreretur,
nisi quæ sit Ecclesia ubi baptismus prosit. Sed uos
non dicitis in nobis baptismũ esse, ac nõ prodesse,
sed dicitis omnino non esse, quod ab eis acceperi-
mus, qui eũ discedendo perdiderant. unde nec po-
tuisti respondere, nec poteris ad illud qd' à me posi
tum est, inesse baptismum discedentibus hinc pro-
bari, quia redeuntibus nõ restituitur. Si eñ baptis-
mum Felicianus à uobis recedẽdo perdiderat, cur
non denuo rediens baptizatus est, ut ei quod per- B
diderat redderetur? Ipse denicꝙ Maximinianus si
ad uos redeat, non baptizatur: quod deberet utiqꝫ
si perdiderat baptismum. Tua quippe uerba sunt,
quod in eius schismate sententia damnationis retẽ
ti, simul & baptisma & Ecclesiam perdiderunt. Si-
cut ergo eis redeuntibus redditur Ecclesia, redda-
tur baptismus. Baptizentur, inquam, redeuntes, si
baptismum amiserunt abscedentes. Hoc quia non
facitis, etiam uos fatemini ab Ecclesia recedentib.
inesse baptismũ, nec ꝑdesse. dant ergo sicut habẽt,
id est, ut & ipsis qui ab eis extra Ecclesiam sumũt,
insit baptismus, nec tamen prosit. Vnde sicut illis
redeuntibus non redditur quod amiserunt: ita &
illis non dandum est quod acceperant, sed agendũ
cum eis, ut per Ecclesiam prosit utrisqꝫ quod extra C
Ecclesiam si esset non prodesset. Ac per hoc nec ꝑ
uestro errore aliquid dixi, & ei qd' dixi non respon
Ca. L X III disti. Adiungis etiam de orto concluso & fonte
signato: quod omnino unde dictum sit non intelli-
gis. Si conclusus est, inquis, ortus & fons signatus,
qũo qui foris est positus, & ab orto, id est, Ecclesia
& fonte eius, id est, baptismate separat⁹, potest da-
re quod non habet? Interroga Felicianum, utrum
in orto concluso fuerat, quando illi reditus quasi
ad eundẽ ortum cõclusum dilationis ianua pande
batur? An forte exinde furatus est fontẽ ubi laicos
suos in Maximiniani schismate baptizaret? Quod
si ita est, ubi tunc uestri uos abluebant? An eos pa-
riter illa dilatione distulerũt, donec fures illi ad or-
tum cum fonte remearent? Tunc nõ erant isti pseu D
doprophetę, quando Primiani criminib. mentien-
do deceptos, ad suũ sacrilegiũ traducebant lupi ra
paces, quãdo seductos de grege Primiani, ad suæ
cõcisionis particulas pertrahebãt? Negas eas quas
dixi tyrannicas uestrorũ in fundis alienis domina-
tiones & bacchationes ebrietatũ? Nega quantum
potes, non uereor, ne ꝑpterea nobiscum uos pige-
at cõcordare. Nõ in uos tale aliqd dixi, qualia Ma-
ximinianenses damnati à uobis audire meruerunt.
Negas furorem Circumcellionũ, & pręcipitatorũ
ultro cadauerũ cultus sacrilegos & prophanos: nõ
tamen negas cum Aegyptiorũ ad modũ exẽplo pe
reuntiũ funeribus plena essent littora: quibus in ip
sa morte maior est pœna, ꝙ nec ipsam inuenerunt
sepulturam. His uos insepultis cadaueribus inhæ-
sistis, ibi enim iacebant Prætexatus & Felicianus.
Aut si apud uos reuixerunt, quid de baptismo agi
tis quẽ tunc mortui tradiderunt? Dicis me non Caput
seruasse pacem ac lenitatem, quã principio litera- LXIIII
rum mearũ promiseram, ꝙ satanam Petiliani ap-
pellauerim. Ego non Petilianum nec quenꝫ ho-
minem in parte Donati, sed ipsum errorem partis
Donati, satanæ cõparaui: ex cuius laqueis homi-
nes quos diligo cupio liberari. Nam lege conside-
ratius, inuenies: quanꝫ & si aliquid durius dixi, le
ge quæ ipsi non in errorem Maximinianensiũ, sed
in ipsos homines dixeritis. Felicianũ ergo Petilia-
nus imitetur, & mihi pacẽ desideranti non irascan
tur. Tibi certe ipse nõ succẽseo ꝙ mihi ex obliquo
Manichæos obijciendos putaueris ꝑpter errorem
adolescentiæ meæ. Vnde nõ tam doleo cõfidẽs de
perpetua gloria liberatoris mei, cꝫ si placeat admo
neo, ut quæras & legas quæ & quanta & qũo ad-
uersus Manichęorũ pestilentissimam hæresim scri
pserim. Ibi uidebis qua fide cõtra eos Christianam
defenderim ueritatẽ, eorumꝫ fallacias quanta per
spicuitate destruxerim, & noli esse aduersus me in
credulus, cũ Felicianũ credas Primiano fideliter
inhæsisse, qui ꝑ Maximiniano tanta crimina in eũ
sententia damnatoria dixerit. Contra eũdem uero
Maximinianum & ab eo dissociatus aliqd forsitan
scripserit. in quẽ nõ sicut ego in illos adolescẽs, lai-
cus, cathecumenus inciderat, sed senex senẽ ei cui
nũc adiunctus est, aduersariũ Episcopus Episcopũ
fecerat. Vnde cũ ego Epistolã primatis nostri, qa
fecisset sub eadẽ urbana obligtate mentionẽ, quã
de me iste scripsit iratus, cũ in Episcoporũ cõcilio
probare qd' intenderat urgeret, eius ipsius sentẽtia
se corrigentis, & de hac re ueniã postulãtis, legam
esse damnatã: tu quære utrũ possis legere, ubi cor-
rectus dãnauerit Felicianus, quæ nõ accusans sed
dãnans dixit in Primianũ, uel saltẽ ipse Primianus
euacuauerit, quę dãnans dixit in Felicianũ. Quod
si inueneris, nec sic par erit cã, quia ille accusatio-
nẽ instituerat quã falsam esse peruidẽs, cum ueniæ
postulatione dãnauit, non aspernans emẽdationis
humilitatẽ dignitate primatus, sed potius recolẽs Eccle. 3
prudens qd' scriptum est, Quanto magnus es, tãto
humilia te in omnibus, & corã deo inuenies grati-
am. Isti aũt non inuicem apud alios accusauerant,
sed aduersus inuicem iudices sederant, proinde in-
uicem damnauerant, dãnati cõcordauerunt. Non
inuidemus in parte Donati pacem damnatorum,
si et Christi pacem non respuant in orbe terrarum.

Cernis iam ut arbitror, cꝫ inaniter dixeris, quod Ca. L X V
uidearis tibi ad omnia respondisse quæ in ea Epi-
stola cõtinentur. Si eñ propterea respondisti, quia
tacere noluisti, non quidẽ ad omnia, sed tamen re-
spondisti. Si aũt ad hoc respondisti, ut ea quæ à me
dicta sunt euacuares, uideo te quidẽ ad multa re-
spondisse, sed nihil uideo refellisse. Cõsideratis au-
tem omnib. quæ à me dicta sunt, puto ꝙ facillime
intelligas nõ deuitandę cõtentionis causa, quę nul
la est cum ueritas uel quæritur, uel nõ ꝑ uana glo-
ria litigatur, sed causæ malæ diffidentia uos nobi-
scũ nolle conferre. Vt enim hanc solam Maximi-
nianen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

nianenſium cauſam in medium proferamus, nihil contradicere te iſti poſſe, nunc ſaltem fortaſſe iam agnoſcis. Vnde non mihi arrogãs ſicut credis, aut calumniaris, uelut inuictam eloquentiam ſic eã uolui cõmendare, ſed magis ut intuerentur qui legerent, talem eſſe cauſam, pro qua aſſerenda uel potius demonſtranda nullius ſit facundiæ patrocinium requirendum. Ecce iam non dico tricipitem beſtiam, errorem ueſtrum, quaſi ſuauiſſimas uerborum emẽdationes, ſed dico calumniã tripartitam. Nec dico nos ei tanquam tridenti telo ex hac Maximinianenſium cauſa debere reſiſtere, ſed dico triperti ta defenſione. Nec dico in eorum frõtem figite, aut ora coartate, ſed dico eorum impudentiam cohibete, ſermonemq; reprimite. Nunquid quoniam uerba mutata ſunt, & ex translatis facta ſunt propria, ideo Maximinianenſium cauſa mutata eſt, cuius compendio ſic ſuperamini ut nihil uobis reſtet ſi aliquãdo ſapiatis, niſi finita peruicaci animoſitate pacari. Si de communione agitur, non peccatorum alienorum, ſed diuinorum ſacramentorum: cõmunicatum eſt cum damnatis, & dictum eſt de alijs ſacrilegis, qui cũ damnato Maximiniano cõmunicabãt, q eos ſacrilegi ſurculi nõ polluere plãtaria. Si de perſecutione agitur: dãnatos perſecuti eſtis, animoſos perſecutionibus correxiſtis. Si de baptiſmo agitur: in ſacrilego ſchiſmate datum baptiſmum ſuſcepiſtis. Quid adhuc inaniter ne ueritas cognoſcatur, errorq; fugiatur, diuina non intel-
1.Cor.11 lecta teſtimonia proferuntur? Scriptum eſt, Si quis putat ſe contentioſum eſſe, nos talem conſuetudinẽ non habemus. Sed nec Reſtitutus qui cum Saluio Membreſitano propter cellulas & agellos, ut eum locis expelleret forenſi ſtrepitu controuerſiaq; conflixit, contentioſus habitus eſt à uobis: quãto minus debet contentioſus putari, qui non ꝓ uſurpanda uel auferenda, ſed pro cõmunicanda hæreditate cœleſtium cum eis qui aliter ſapiunt fideli-
Prouer.13 ter diſputat. Scriptum eſt inquis, In aures imprudentis noli quicquã dicere, ne irrideat ſenſatos ſermones tuos: Nolite nobis in aures quaſi ſecreta dicere, ſi nõ prudentes putatis: ſicut nec Chriſtus in aures phariſæorum dicebat, quod tamen ad eos refellendos ipſis audientibus proferebat. Palàm nobis oſtendit, ut ſi non corrigimur conuincamur. Quomodo uos ſi ad unitatem ueneritis, maculat orbis Chriſtianus, quos damnatos nõ maculat Fe-
Prouerb.26 licianus? Eſt ſcriptum, Noli reſpondere imprudenti ſecundum imprudẽtiam eius, ne ſimilis fias illi. Nónne ibi ſequitur, Sed reſponde illi cõtra imprudentiam eius, ne ſibi ſapiens uideatur? Hoc & uos facite, Nolite reſponſione ueſtra noſtræ quam putatis imprudentiæ, cõſentire, ſed unde poſſit redargui reſpondete. Reſpondete, inquã, quomodo baA ptiſmum quod Maximinianẽſes in ſacrilego ſchiſmate miniſtrarunt, ſine aliqua deſtructione ſuſceperitis, & in Eccleſiis, quas Chriſtus per Apoſtolos propagauit, datum baptiſmum deſtruatis? Proinde quod in fine epiſtolæ tuæ omnia quæ ſupra latius abs te dicta ſunt, breuiter percurrenda arbitratus es, quo lectoris memoriã recreares, eo dẽ ordine accipe q; nec te nec alios fallere debeas. Nã & arrogantię nõ eſt, uel quærere uel aſſerere ueritatẽ. Et quod nunquam putas potuiſſe definiri, non ſolum à prudentibus & deum timentibus definitum eſt, ſed etiam uos totum quod ſine fine putabatis, Maximinianenſes ſuſcipiendo finiſtis: & uos non ad contentionem, ſed ad collationẽ uocamus, qui
B Maximinianenſes etiam forenſibus litibus perculiſtis: ſed in eis qui in Maximiniani ſchiſmate baptizati ſunt, quãuis nequaquam illic baptizari debuerint, tamen Chriſti baptiſmum cognouiſtis: & Eccleſiæ fontem aliter debere intelligi, ad quẽ niſi bonus nullus accedit, accepto baptiſmo quẽ ſacrilegi extra dederunt, declaraſtis: et maiores noſtros uel ſanctam Eccleſiam quam tenemus, alienis criminibus thurificationis et traditionis, quãuis à uobis nunquam probata ſint, tamen polluí non potuiſſe cogemini confiteri: qui dixiſtis q; ſocios Maximiniani, quibus ad redeundum dilationem dabatis, eiuſdem Maximiniani ſacrilegi ſurculi non polluere plantaria. Vnde nos tanto põſt nati, multo minus poſſumus ad eorundẽ traditorum & thurificatorum originem pertinere, ſi tunc pariter uiC uentium ſocietatem maiorum ueſtrorum maculare non potuit. Et perſecutiones quanuis contra ueritatem ſæuiſſimas nobis facere ſoleatis, tamen ex aliqua parte Maximinianenſes perſecutionibus correxiſtis: & eos quanuis non ipſis iam damnatis data fuerit, tamen poſt illius dilationis terminum ſuſcepiſtis: & baptiſmum quem foris à ueſtra communione dederant, quibus dilatione redeũdi ianuam pandebatis, etiam poſt eandem dilationẽ cognitum & approbatum non reſcidiſtis. Quare cũ uideas nihil à te dici potuiſſe quod nõ una Maximinianenſium cauſa refellat atq; cõuincat, da ueniam ſi quo fortaſſe uerbo durius emiſſo te offendi: & ſi Apher in Aphrica tam magnam Maximinianenſium cauſam in capite Aphricæ exortam,
D meis admonitus literis tam ſero requiſiſti, nec requiſitam falſa narrantib. ũeſtris, ſicut iam cernis, inuenire potuiſti. Timete deum, Tot chriſtianas gentes tam late per mundum chriſtiana unita porrectas, ignotorum Aphrorum ignotiſq; criminib. nolite perfundere, et pro pace Chriſti redite ad Eccleſiam, quæ non damnauit incognitos, ſi pro pace Donati placuit reuocare damnatos.

Libri quarti finis.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA Primam Gaudentij Donatistarum Episcopi epistolam, Liber primus.

Caput. I

AVDENTIVS Donatistarũ Tamugadensis Episcopus, cum seipsum in Ecclesia quibusdã sibi adiunctis perditis, incendere minaretur: uiro spectabili tribuno & notario Dulcitio, cui pijssimus imperator leges suas exequẽdas cura perficiendę unitatis iniunxit, agenti ut oportebat, cum furentibus mansuete, & prius ad eũ dem Gaudentiũ literas pacificas danti, duas rescripsit epistolas, unam breuiorem, & perlatoribus sicut indicat festinantibus festinatam: alteram prolixiorẽ, in qua secundũ scripturas se respondisse diligentius arbitratur. Ita ergo scripta eius opitulante dño institui refutare, ut etiam qui sunt ingenio tardiores, ad omnia me respondisse nõ dubitent. Nã prius uerba eius ponam, deinde nostra subiungã: non sic quemadmodũ feci cum Petiliani literis responderem. Ibi eñ per loca singula quando uerba ipsius inseruntur, positũ est, Petilianus dixit: Quãdo mea reddunt, Augustinus respondit. Vnde mihi tanquã mentitus fuerim, calumniatus est, dicẽs, quod numq̃ mecum cominus disputauerit: quasi propterea non dixerit qd̃ scripsit, quia hoc non in uerbis eius audiui, sed in literis legi: aut ego ideo nõ responderim, quia nõ eo prę̃sente locutus sum, sed scriptis eius uicissim scribẽdo respondi. Quid faciamus hominibus qui tale cor habent, aut eos quibus scripta innotescere cupiũt, tale cor habere opinant. Sed etiã talibus hic satisfaciamus: & quãdo ponimus uerba Gaudentij, non dicamus, Gaudentius dixit: sed, Verba epistolæ: & quãdo respõdemus, non dicamus, Augustinus respondit: sed, ad hæc respõsio. Sic ergo incipiam? refellere Gaudentij epistolam priorem ac breuiorem. VERBA Epistolæ, Honorabili ac nimiũ nobis, si sic uolueris, desiderando Dulcitio tribuno et notario, Gaudentius Episcopus. AD HAEC Respon. Non debemus etiã ista discutere, ne ꝓpemodũ in superfluis immoremur, cũ sint loca necessaria, quæ nos aliquanto diutius loqui cogant. VERBA Epistolæ, Religionis tuæ scripta percepi per eos quos & moribus et instituto suo, cunctis charos esse manifestũ est. AD HAEC Respon. Neq; hoc discutiã qũo dixeris, religionis tuæ homini, quẽ potius irreligiosum putas. Reddidisti q̃ppe honorificentiam, sicut reddendã existimasti, quia ille te honorificẽtius tractauit in literis quas ad te dedit, q̃ catholicus hæreticũ debuit, putans tuam mentẽ tali fieri sermocinatiõe sanabilẽ. VERBA Epistolæ. In q̃bus tam multa, inquit, à tua dignatione dicta sunt, quę nunc interim cõticesco, sed quoniã ingenij tui acumen minus aduertit, q̃ nos in eodẽ scripto nec innocentes plenè, nec reos asserere potuisti: AD HAEC Respon. Quomodo non asseruit reos, q̃s dixit male cõgregatos? Quomodo nõ asseruit reũ quũ dixerit, q̃ te duce miserorũ animæ nefãdo exitu perituræ sint, adijciens te in te intelligere debere, quanta te & in hoc mũdo inuidia, & in illo ultimo iudicio desperatio poterit manere? Qũo nõ asseruit reũ, quẽ sicut potuit exhortatus est, ut imitãdum aliorũ secutus exemplũ, dimisso errore prioris hæreseos, te ad unã & uerã dei cõferas fidem? Veruntamẽ non tribuni uerba defendere, sed hæretici refutare suscepimus. Si qd ergo iste noster tã quam laicus militaris dixit incautius, quis ei non ignoscat? Quis Ecclesiæ catholicæ de uerbis eius præiudicandũ esse contendat? Tu perpensius considera qd loquaris, quẽ pars Donati in nostra collatione quæ apud Carthaginem facta est, sex alijs adiunctum, etiã defensorem suæ diuisionis ædidit. VERBA Epistolæ, Quòd si criminosos inquit, existimas, fugienda uobis damnanda societas. AD HAEC Respon. Planè fugienda est societas criminosorũ, sed non est respuenda correctorũ. Illud ergo salubriter ita deuitamus, ut hoc misericorditer uelimus, optemus, instemus. VERBA Epistolæ, Si uero innocentes nos putas, inqt, quod etiam ipse dixisti, persecutores in fide Christi constituti sustinere gaudemus. AD HAEC Respon. Consideraui literas tribuni ad te datas, & nusquã in eis legi q̃ te dixerit innocentẽ, sed ab alijs audisse, uel cognouisse prudentẽ. Sic aũt in scripturis sãctis, non solũ boni, uerumetiã mali uocari solent. Nam hoc ibi nomen etiã serpẽs hominis deceptor accepit. Quod eñ quidã interpretati sunt, sapientissimũ omniũ bestiarũ, prudentissimũ potius Græci codices habent: uñ in Latinã linguã scriptura illa translata est. Sed si eos putandũ est innocentes à tribuno esse dictos, quos à te ad exitiũ teneri dixit inuitos, quid mirũ si & illic fieri credidit, quod in alijs locis factũ esse cognouit? Non est ergo unde gaudeas te pati persecutionẽ, cũ inuenire nõ possis qũo te asseras innocentem. Absit aũt ut ista persecutio dicenda sit hominum, cum sit potius ꝓ hominibus liberandis persecutio uitiorum, qualẽ facit ægris etiam diligentia medicorũ. Quanuis etsi essetis innocentes, hinc efficeremini nocentes, qa occidere cupitis innocentes. Qui eñ se innocẽtes conantur asserere, & tamen uitæ suæ nolunt parcere, quid aliud q̃ innocentes conuincunt occidere? VERBA Epistolæ, In hac aũt Ecclesia, inquit, in qua nomen dei & Christi eius, ut etiam ipse dixisti, in unitate est frequentatum, nos aut ueri quã diu deo placuerit permanemus, aut ut dignum est, dei familia intra dominica castra uitæ exitũ terminabimus, sub ea scilicet cõditione, qa si uis fuerit operata, tũc id poterit euenire. Nemo eñ tã demẽs est, ut nullo impellente festinet ad mortem. AD HAEC Respõ. Neq; hoc in tribuni literis legit̃ à te inuoca-

Cap. II

Cap. III

Caput. IIII

Cap. V

Caput. VI

Gen. 3 φρονιμώτατος τῶν

inuocatum in ueritate nomẽ dei, quamuis dixerit inuocatum: quanquam etiam si dixisset, posset hoc intelligi, non ad uestram gloriam sed ad pœnam. Nam & de gentibus impijs Apostolus dixit, Qui
Rom. 1 ueritatem in iniquitate detinent, ut uos facitis, qui ueritatẽ baptismi diuini iniquitate detinetis erroris humani. Vnde nos cum uestrã corrigimus iniquitatem, non utiq; debemus illius sacramenti rescindere ueritatem. Profiteris sane innocẽs homo alijs quidem uerbis, cum Ecclesia te ac tuos interituros. Cum enim dicis in Ecclesia, q̃d aliud uis intelligi, nisi cum Ecclesia: quandoquidem id agere ignibus paras? Hæc est innocentia partis Donati, ut hoc faciatis adiunctis mortibus uestris, q̃d etiã apud Carthaginem in inuidiam nostram de Basilicis quæ uestræ fuerunt, sicut potuistis, & cum quibus potuistis fecisse asseueramini sine mortibus uestris. Quis enim uos nõ credat uolendo fecisse, q̃d facere etiam moriendo disponitis? Si aũt illud uos non fecistis, hoc certe furiosius est quod uos facere paratis. Sed dixisti, si uis fuerit operata: Et adiũxisti: Nemo est tã demens, qui nullo impellente festinet ad mortem. Quanto est ergo dementior, qui cum impellatur ad uitam, festinet ad mortem?

Caput VII VERBA Epistolæ, Eos autem qui nobiscum sunt, inquit, testem deum facio, eiusq; omnia sacramenta, q̃ exhortatus sum & impensissime persuasi, ut qui haberet uolũtatem egredi, securus publice fateret: nec nos eĩ̃ inuitos retinere possumus, qui didicimus ad dei fidem nullũ esse cogendum.

AD HAEC Respon. Cur aũt non te etiã, si non inuitorum retentorem, tamen ad bonũ opus exhortatorem apertissime fateris, si quod facturus es bonum est? An forte q̃ malum sit & ipse intelligis, atq; id facturũ te magis ut terreas q̃ ut impleas comminaris, aut mentiẽdo infidelis, aut uerum
Caput VIII dicendo crudelis? VERBA Epistolæ, Et alia manu: Opto te incolumem in reipub. actibus florentem, & à christianorum inquietudine recedentem. AD HAEC Respon. Possumus eum & nos optare incolumẽ & in reipublicæ actibus florentem, sed non ab hæreticorum correctione quiescentem.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI contra secundam Gaudentij Donatistarum Episcopi epistolam Liber Secundus.

Verba epistole Caput I HONORABILI & omni affectu desiderando Dulcitio Gaudentius Episcopus. AD
H HAEC Respõsio, Si omni affectu desideras hominem, quare cum illo tenere Christi respuis unitatem? An reddẽdo malum quasi pro malo, quem tuum persecutorem putas,
Caput II rebaptizare desideras? VERBA Epistolæ, Solent igitur, inquit, sola fama noti cupere, aut incerto inuicem aspectu uerba miscere, aut incogniti saltem non horrere præsentiam: tua uero censura q̃ absentem me inueneris gratulatum, quòd aũtẽ redierim, cõtristatũ, literis insinuasti. AD HAEC
A Respon. Non omnes qui sibi sola fama noti sunt, uidere inuicem uolunt, sed quos bene ipsa fama cõmendat. Mirum est aũtẽ reuera quod tibi accidit, ut tu eum desiderandum dicas, à quo te persecutionem perpeti quereris. Ille autem qui te persequitur, absentem te malit esse, nolit eum quem persequitur inuenire. Sed hoc unde? nisi quia te potius eorum persecutorem uoluit intelligi, quorum in Christo salutem, tua præsentia credidit impediri.

VERBA Epistolæ, Sed quoniam præterita die, *Caput* III
B inquit, ne in epistolari responso siluissem propter moram portantium, certa quæq; strictim atq; breuiter insinuaui: nunc mihi dignationis tuæ scriptis sacrosanctæ legis diuinæ uerbis est respondẽdum. Dominus dixit. Innocentem & iustum non occides: purgatione non purgabis reũ. Certum est igitur in dei iudicio pari crimine, pariq; reatu esse deuinctum, qui reum absoluerit, & qui occiderit innocentem. Si ante communionem rei erat à te nominatus Gabinus, uel cæteri fidefragi, in malo illi lapsu consortes secundum dei uoces absolui mini me debuerunt. Si autem tanquam innocentes uel sancti recepti sunt, quare in ea fide permanẽtes unde uelut sanctos accipitis, occiditis innocentes?

AD HAEC Responsio, Inuidiose mendaciter
C loqueris. Ille quippe ad quẽ loqueris, non tale præceptum accepit ut occidamini, sed ut corrigamini. Quod si nolueritis, ne correctionem impediatis aliorum, in exilium mittemini. Quòd si à iustis fieri non debet, cur etiam falsa uoluistis de Cæciliani exilio in uestra collatione gloriari, quo eũ missum uestris maioribus instantibus à Constantino Imperatore dixistis? Iste aũt Tribunus ad quem scribis, cui legum promulgatarũ cura mandata est, usque adeo uult ut uiuas, ut timeat ne ipse te occidas. Ecce cõstitui tibi ante oculos ipsum, & teipsum. Ipse te in Christi pace uult uiuere, tu in parte Donati te quẽris occidere. Quis uestrum sit tuus persecutor, agnosce. Gabinus aũt iam noster, qui fuit aliquã *Caput* IIII
do uester, & alij quãplurimi, q̃ ex uobis ad nos cõ-
D siderata catholica ueritate transierunt, non ideo tibi uideant̃ à uestra contagione non fuisse purgati, quia non sunt à nobis rebaptizati. Hi enim qui nõdum baptizati sunt à peccatis omnibus in catholica Ecclesia lauacro regenerationis abluũtur: In eis aũt qui hoc sacramentum, non ad auxilium sed ad iudicium foris accipiunt, quia nec in desertore uiolamus characterẽ regium, fit illud quod scriptũ est, Charitas cooperit multitudinẽ peccatorum. Ecce quemadmodũ possunt quos nõ oportet baptizari, ipsa catholicæ unitatis charitate mundari, ut nõ incipiat eis intus inesse quod & foris inerat, sed incipiat eis prodesse intus q̃d foris oberat. Non itaq; à uobis accipimus uelut sanctos, ad nos enim transeundo sanctificant̃, qui manendo apud uos sancti esse omnino non possunt. Nec uos innocentes occidi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Caput V cidimus, quos etiam reos uiuere uolumus. Sed tu qui testimonium diuinæ uocis bene recolis, & nobis obijcis deum dixisse, Innocentem & iustum non occides: si innocens es & iustus, quare te occidis? Non te innocentem & iustum dicimus, & tamen nolumus ut occidaris: tu te innocentem & iustum arbitraris, & innocenti & iusto non parcis. Certum est igitur, ut ipse dixisti, in dei iudicio pari crimine, pariq; reatu esse deuinctum, qui reum absoluerit, & qui iustum occiderit. Quare ergo absoluisti Felicianum Maximinianistam reum? Quare innocentem occidis & teipsum? Nos autẽ nec reum absoluimus, sed ut mereatur absolui, prius corrigi cupimus: nec te innocentẽ, siue tibi parcas, siue te occidas, si in parte Donati remanseris, iudicamus. Nã de quantalibet innocentia glorieris, te ipsum innocentẽ occidendo, innocens esse non poteris: nisi forte mihi respondeas & dicas, Cum me occido, nõ innocentem utiq; occido, quia ipsa uolũtate qua me occidere statuo, reus efficior animo, priusq; corpus occidero. Hoc si dicis, uerũ dicis, & miris modis te accusando defendis. Cum em̃ te ostendis in te occidendo prius ipso proposito fieri nocẽtem, proculdubio facinore perpetrato, nemo te conuincet q̃ occideris innocentem. Hac itaque ratione colligitur, q̃ cum multi innocentes ab alijs occidantur, à seipso innocens nullus occidatur. Ea quippe cogitatiõe qua occidere seipsum molitur, innocentia prius spoliatur, ut cum se occidit nõ innocens moriatur. Hoc tibi contingeret, si antequã te occideres præparares ut innocẽs esses. Nũc uero quia & antea iam hæreticus innocens non eras, non erit si te occideris tuæ iniquitatis initium, sed augmentũ. VERBA Epistolæ, Nam de sancto Emerito, inquit, Cæsariensi falsa ad nos p̃ certo fama peruenit: Quod si esset apud Apostolum dicẽtem, *Si exciderunt à fide quidam illorum, nunqd infidelitas illorũ fidem dei euacuauit?* Absit. AD HAEC Respon. Dicendum est de Emerito Cęsariensi, qd' tu dicere timuisti. Falsa quidẽ de illo fama iactata est, q̃ catholicus factus sit, sed quemadmodũ hoc audistis, ita totũ quod factũ est, nosse potuistis. Cur ergo laudes coepiscopi tui, cuius tibi pro exemplo nomẽ obiectum est, tacere uoluisti? Profecto si fecit aliquid laude dignũ, in tanto articulo nõ abs te fuit utiq; reticendũ. Sed q̃ eius laudibus nõ uis ut te inuidere potuisse credamus, quare ergo tacuisti, nisi q̃ de illo erubescere timuisti? Venit ergo Emeritus Cæsareã, illic positis & præsentibus nobis: Venit aũt non apprehẽsus cuiusq̃ sagacitate, nõ adductus alterius potestate, sed excitatus p̃pria uoluntate, uidere nos uoluit. Vidimus eum, ad Ecclesiam catholicã pariter uenimus, affuit maxima multitudo, nihil pro sua, seu p̃ uestra defensione dicere potuit, cõmunicare noluit, dilatus perseuerauit, cõuictus obmutuit, illæsus abscessit: Quid fieri pro nostra mansuetudine lenius, q̃d pro ueritate catholica inuictius, quid p̃ uestra, si sapitis, correctiõe potuit salubrius? Cum em̃ spõte ad nos nisi p̃ uobis cõtra nos dicturus aliquid nõ uenisset, profecto dixisset, si quod diceret, inuenisset.

A Quæcũq; enim ut ueniret præparauerat dicere, adiuuante misericordia domini, ante sunt nostra præuentione refutata, q̃ illius circũuentione p̃lata. Et certe si putas eũ potuisse, sed noluisse respõdere, lege qd' cum illo actũ est, & responde. Si in pacẽ catholicã transisset Emeritus, diceretis eum nõ diuina miseratione cõsensisse lumini ueritatis, sed ponderi p̃secutionis humana infirmitate cessisse. Si denicq; captus adduceret̃ inuitus, nõ inopia respondendi, sed euadendi cõsilio tacuisse p̃ uestro arbitrio iactaretis. Nunc uero quãdoqdẽ ultro uenit, p̃fecto q̃ tacuit, nõ lingua, sed cã defecit. Quòd aũt transire in unitatẽ catholicã noluit, animã superbã cõfusio p̃tinacissimã fecit. Sed hoc quantũ ad ipsius exitiũ atq; supplicĩũ, tm̃ ad aliorũ cõfirmationẽ
B salutemq; p̃fecit. Si em̃ uiderent Emeritũ nobis cõmunicantẽ, suspicarent̃ hominẽ formidantẽ: Cum aũt uiderent & in parte Donati permanentẽ, & tamẽ aduersus catholicã reticẽtẽ, magis illis apparuit contra suos silendo clamare. An uero cum uoce atq; ore sano & libero staret, nõ erat p̃ uestra causa cõtra nos testis idoneus Emeritus ille, ille Emeritus, inq̃, et inimicus, & mutus? Sed bene tibi ui Ca. VII
sus est uestros authoritate uidelicet Apostolica cõsolari: Non p̃pter Emeritũ qui nõ potuit plus facere p̃ uobis, q̃ q̃ non inueniẽs qd loqueretur p̃ uobis, nõ tamen abscessit à uobis, sed p̃pter alios qui uestro errore derelicto in societatẽ catholicã mutati, in melius aggregant̃, commemorasti p̃pterea dixisse Apostolum, Si quidam illorũ exciderunt à Rom.3
C fide, nunqd infidelitas illorũ fidem dei euacuauit? Absit. Reuera hoc restat, ut excidisse dicant̃ à fide, qui deo crediderũt, & fidẽ tenere, qui hominibus credũt. In semine tuo benedicentur oẽs gentes, dixit deus. Ecce cui credunt q̃ ex uobis ad nos transeunt. Cæciliani peccato perijsse transmarinas gentes homines dixerunt: Ecce q̃bus credunt q̃ in uestra societate persistunt, et dicis eos excidisse à fide qui fidẽ dei secuti sunt, & eos fidẽ habere dei, q̃ in uerbis hominũ remanserũt. Vbi est ergo qd' huic Gen.2
sententiæ abs te cõmemoratæ continuo subiungit Rom.3
Apostolus, Est aũt deus uerax, omnis aũt hõ mendax: si à fide exciderunt q̃ credunt qd' dixit uerax, & in fide persistũt q̃ credunt qd' dixit hõ mẽdax?

Caput VI VERBA Epistolæ, Fugam mihi, inqt, quasi ex
D lege persuades, sed factor legis tantũ debet audiri, quia Paulus Apostolus dicit, Nõ auditores legis Rom.2
iusti sunt apud deũ, sed factores legis iustificabunt̃. Nam audi et dominũ dicẽtem, Quia bonus pastor Ioan.10
animã suam ponit p̃ ouibus suis: Mercenarius aũt cuius nõ sunt oues proprię, uidet lupum uenientẽ, et fugit: & lup⁹ rapit eas et dispergit. AD HAEC Respon. Ecce qũo intelligit Euangeliũ pars Donati: Itáne Apostolus non pastor sed mercenarius erat, quando per murũ in sporta summissus, fugit manus eius q̃ eum cõprehendere cupiebat: et tu es pastor, q̃ eos quos dominicas oues, ut errore in animo pereant, furore corpus interimant, etiam tecũ uis pedere, tecũ quæris occidere, nec audis pastorem pastorũ, dicentem, Fur non uenit nisi ut occidat & perdat. Ad hoc uenisti q̃ abscesseras, ad hoc *fateris, aut simile uerbum deest*

Universidad de Deusto
Biblioteca

rediſti q̃ fugeras? Hoc opus furis eſt et latronis, nõ A
paſtoris atq; cuſtodis. Veruntamen etiã nobis nõ
te cogentibus, uide, quia oẽs collegas tuos qui fu-
gerunt, non paſtores ſed mercenarios intelligi uo-
luiſti. Sed ſi eſſent apd̃ te domínicæ oues, aut tecũ
uenirent, ut etiam te correctum poſſent habere pa
ſtorem, aut te dimiſſo fugerent ad paſtorem. Mer-
cenarius aũt quem ſignificat dñs, uiſo lupo nõ cor
pore ſed animo fugit, quando deſerit timore iuſtiti
am. Sicut fugit Secundus ueſter Tigiſitanus, quã
do Purpureũ Limateſem de homicidio cõfeſſum
magiſq; terribilem, ne primatũ perderet uel epiſco-
patum, timuit. Corpore aũt etiã boni illi paſtores
Apoſtoli in perſecutione fugerunt, nec ideo tñ o-
ues Chriſti cura & animo reliquerunt. Si ergo &
paſtor eſſes, prior in lupi parte non eſſes, deinde im B
periũ dñi tui, q̃ ſeruos ſuos fugere in perſecutioni-
bus iuſſit, per os cuiuslibet etiam peccatoris obe-
dienter audiſſes, nec cõtra domínũ tuum argumẽ-
tareris & diceres, Factor legis tñ debet audiri, q̃a
Rom.2 Paulus Apoſtolus dicit, Non auditores legis iuſti
ſunt apud deum, ſed factores legis iuſtificabũtur.
Caput IX Quid in aliam ſententiam uerba manifeſta cõuer-
titis? Auditores legis & non factores apud deũ iu-
ſtos negauit, ab hominibus quando uerum dicunt
audiri non prohibuit, ne ſicut tu loqueretur cõtra
Matt.23 dominũ ſuum dicentẽ de quibuſdã, Quæ dicũt fa-
cite, quæ aũt faciũt, nolite facere: Dicunt em̃ & nõ
faciunt. Vides quemadmodũ Chriſtus & per ho-
mines auditores & prædicatores legis & nõ facto
res, alios eam tamen audire præcepit & eſſe facto- C
res: & tu dicis, factor legis tantũ debet audiri: & uo
lens redarguere quaſi perſecutorem tuũ, loqueris
Pſal.49 aduerſus creatorem tuum. Peccatori quidem dicit
deus, Vt quid tu enarras iuſtitias meas, & aſſumis
teſtamentũ meum per os tuum? Sed ideo illi nihil
prodeſt qui dicit, & quod dicit non facit. Prodeſt
aũt illi qui per malum bonum audit, et quod audit
Eccleſi.15 facit. Non eſt quidem ſpecioſa laus in ore peccato-
ris, ſed ſpecioſa in uita moribusq; factoris, etiam ſi
hanc audierit ex ore peccatoris. Quantumlibet er
go exiſtima Tribunum eſſe peccatorẽ, et legis non
Matth.10 eſſe factorem, obedienter tamen audi, non iſtum,
ſed illum etiam per iſtum qui dicit, Si uos perſecu
ti fuerint in una ciuitate, fugite in aliam. Quid ſta-
tis? audite & fugite, Chriſtus hoc imperat, nõ Tri- D
bunus. Niſi forte reſpondes & dicis, Ait quidem
Chriſtus, Si uos perſecuti fuerint in iſta ciuitate, fu
gite in aliam: ſed quare de iſta ciuitate diſcedam,
quando nec iſte meus eſt perſecutor, nec ego Chri
ſti ſum auditor: Ac per hoc ſi manſeris, lupus es fæ
Canti.1 uiens: ſi fugeris, lupus es timens. Et quoniam ſpõ-
ſus dicit, Niſi cognoueris temetipſam ò pulchra in
mulieribus, exi tu in ueſtigijs gregum tuorum, &
paſce hædos tuos in tabernaculis paſtorum: etiam
ſi te paſtorem eſſe gloriaris, tñ quia de ouili domi-
nico exiſti, hædos tuos paſcis, non oues Chriſti.
Caput X VERBA Epiſtolæ, Deinde inquit, Quæ loca e-
runt quæ in hac perſecutionis procella undiq; per-
turbata tranquillitate ſeruandos tanq̃ in portũ re-
Matt.10 cipiant ſacerdotes; quando dñs dixerit, Cum uos

perſequi cœperint in hac ciuitate, fugite in aliam? A
Tute tunc fugiebant Apoſtoli, q̃a neminem ꝑ eis
ꝓſcribi iuſſerat Imperator. Nunc uero Chriſtiano
rũ receptores ꝓſcriptionib. territi, pericula formi-
dantes, nõ ſolum non recipiunt, uerumetiã uidere
timent q̃s tacite uenerant. AD HAEC Reſpõ.
Hoc planè laudo q̃ agnoſcitis uos, ſed q̃ non cor-
rigitis, doleo. Quid em̃ hac tua ꝓfeſſione manifeſti
us, qua declaras ſatis nõ uos ad eorũ pertinere cõ
ſortiũ, q̃bus dñs ait, Si uos perſecuti fuerint in u-
na ciuitate, fugite in aliã? Nempe hoc eſt, qd̃ pau-
loante dixi, poſſe te mihi ueriſſime reſpõdere ſi di-
cas, Nec iſte meus eſt perſecutor, nec ego auditor
ſum Chriſti. Ecce hoc apertiſſime dicis, Qũo enim
es auditor Chriſti, cum ille ſuis auditorib. hoc eſt,
ſectatoribus ꝓmittat, uſq; in finem ſeculi nõ defu- B
turas ad quaſcunq; confugiant ciuitates, quando-
cũq; perſecutionẽ paſſi fuerint, dicens, Cum autẽ
perſequent̃ uos in ciuitate iſta, fugite in aliã: Amẽ
dico uobis, non cõſummabitis ciuitates Iſrael do-
nec ueniat filius hominis? Tu aũt in hac perſecuti-
one quã uos querimini ꝓpeti, iam deeſſe uobis di-
cis loca, quò fugere, & ubi tanq̃ in portu poſſitis
ab hac tempeſtate requieſcere, loquens cõtra pro-
miſſionẽ Chriſti, qui dicit, non defuturas ciuitates
quò fugiant ſui q̃ perſecutionẽ patiunt̃, donec ue-
niat, id eſt, uſq; ad cõſummationẽ ſeculi. Quia er-
go ille hoc ꝓmiſit ſuis quod uos nõ inuenitis, pro-
fecto ille mentitur ſi uos eius eſtis: ſed quia ille non
mentitur, uos eius nõ eſtis. Ac per hoc nec Tribu
C nus cui reſcribis, perſecutor eſt ueſter, ſed perſecu
tor perſecutoris ueſtri, hoc eſt erroris ueſtri, q̃ com
pulli talia facitis, ut de illorũ genere ſitis de q̃bus
ſcriptum eſt, q̃ perſecutionem paſſi ſint ab ipſis fa-
ctis ſuis. Proinde ſi intelligatis qd̃ in uobis q̃ uos
diligunt perſequunt̃, ipſa ſine dubio, à quibus per-
ſecutionem patimini, facta mala ueſtra fugietis, &
coniungemini eis, qui ut liberent, perſequunt̃ ue-
ſtros perſecutores, non em̃ niſi ueſtros perſequun-
tur errores. VERBA Epiſtolæ, Per opificẽ, in- Caput XI
quit, rerum omnium dominũ Chriſtum omnipo-
tens deus fabricatum hominẽ ut deo ſimilem, libe Eccle.15
ro dimiſit arbitrio. Scriptum eſt em̃, Fecit deus ho
minẽ, & dimiſit eum in manu arbitrij ſui. Quid mi
hi nunc humano imperio eripitur, quod largit⁹ eſt
deus? Aduerte uir ſumme, quãta in deũ ſacrilegia
perpetrentur, ut quod ille tribuit, auferat humana
præſumptio, & ꝓ deo ſe inaniter iactet magna dei
iniuria, ſi ab hominibus defendatur. Quid de deo
æſtimat qui eum uiolentia uult defendere, niſi q̃a
nõ ualet ſuas ipſe iniurias uindicare? AD HAEC
Reſpon. Secundum iſtas ueſtras fallaciſſimas ua-
niſſimasq; rationes, habenis laxatis atq; dimiſſis,
humanæ licentiæ impunita peccata omnia relin-
quentur, nullis oppoſitis repagulis legum, nocen-
di audacia, & laſciuiendi libido bacchetur, nõ rex
ſuum regnum, non dux militem, non prouincialẽ
iudex, non dominus ſeruum, nõ maritus uxorem,
nec pater filiũ à libertate & ſuauitate peccandi mi-
nis ullis pœniſue compeſcat. Auferte qd̃ ſana do-
ctrina ꝓ ſanitate orbis terrarum ſapienter ꝓ Apo-
ſtolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſtolum dicit, & ut cõfirmetis in arbitrio tanto pe- A
iore, quãto liberiore filios perditiõis, delete qđ ait
Rom.13 uas electionis, Omnis aïa poteſtatib. ſublimioríb.
ſubdita ſit: Non eſt em poteſtas niſi à deo. Quę aũt
à deo ſunt, ordinata ſunt. Quapropter qui reſiſtit
poteſtati, dei ordinationi reſiſtit. Qui aũt reſiſtũt,
ipſi ſibi iudiciũ acgrunt. Principes em non ſunt ti-
mori boni operis, ſed mali. Vis aũt nõ timere pote
ſtatem: bonũ fac, & habebis laudẽ ex illa. Dei em
miniſter eſt, uindex in irã ei q male agit. Delete iſta
ſi poteſtis, aut iſta ſicut facitis ſi nõ poteſtis delere,
contẽnite. Habete de his omnib. peſſimũ arbitriũ,
ne perdatis liberũ arbitrium. Aut certe ꝙa ſicut ho
mines hominibus erubeſcitis, clamate ſi audetis,
puniant homicidia, puniant adulteria, puniant cę-
tera quantalibet ſceleris ſiue libidinis facinora ſeu
flagitia, ſola ſacrilegia uolum⁹ à regnantiũ legibus B
impunita. An uero aliud dicitis, cũ dicitis, magna
dei iniuria ſi ab hominibus defendat. Quid de deo
æſtimat q eum uiolentia uult defendere, niſi quia
non ualet ſuas ipſe iniurias uindicare? Hęc dicen-
tes, qd aliud dicitis, niſi nulla hominis poteſtas cõ
tradicat atq; obſtrepat noſtro libero arbitrio, quã-
do iniuriã facimus deo? O dolor, fraudata ſunt tali
magiſterio tempora antiqua, quoniã nondũ eras
natus, quando ſanctus Moyſes iniurias ſuas leuiſ-
ſime pertulit, dei uero ſeueriſſime uindicauit. Tu
aũt doctor hæretica præſũptione inuidioſſime cla-
mas, Fecit deus hominẽ, & dimiſit eũ in manu ar-
bitrij ſui. Quid mihi nunc humano imperio eripit
quod largitus eſt deus? Hoc uidelicet flagitans, ut
ad faciendas iniurias deo, qui cum libero arbitrio
fecit hominẽ, liberum arbitriũ tibi relinquat ab ho
mine. Sed illi etiã qui decreto Nabuchodonoſor
regis, ꝓpoſita pœna interitus ſui, & diſperſiõis do-
morũ ſuarum à blaſphemãdo deo Sidrach, Miſac
& Abdenago terribiliter prohibebant, & acriter
ſi cõtemnerent, plecterent, dicere potuerunt quod
ipſi dixiſti, Magna dei iniuria, ſi ab hominib. defẽ-
ſatur: Quid de deo æſtimat qui eum uiolentia uult
defendere, niſi quia nõ ualet ſuas ipſe iniurias uin
dicare? Hæc uerba tua ꝓrſus etiã illi dicere potue-
runt, & fortaſſe dixerũt, etſi non eadẽ libertate, nõ
diſſimili uanitate. Datũ eſt ergo homini quãdo cre
atus eſt liberũ arbitriũ, ſed ut ſi eſſet malefaciẽs, fie
ret patiens. Deniq; illi primi homines cum peccaſ- D
ſent, morte dãnati ſunt, & priuſq; mors eis extre-
ma etiã corporis ſuppleretur, in exiliũ de paradiſo
miſſi ſunt. Mitiora in uos cõſtituit Imperator, pro
pter manſuetudinẽ Chriſtianam: Exiliũ uobis uo-
luit inferre, non mortẽ: ſed uos homines docti con
ſiderãtes quid debeat merito, & quid minus ſit in
ſupplicio, nõ de iudicio illius, ſed de ueſtro aditis
mortẽ. Nolite perire in æternũ, dum uobis hoc tẽ-
pore ad offendendũ deum cõcedi ab hominib. uul
tis liberũ arbitrium. Audi Apoſtolum, & habebis
magnũ cõpendiũ, q tibi regia poteſtas nocere nõ
Rom.13 poſſit, Bonum fac, & habebis laudẽ ex illa. Ex illa
& ante nos iuſti habuerũt laudem. non ſolũ, q regi
bus religioſis fideliter paruerũt, uerũetiam q reges
impios ꝓ dei ueritate aduerſarios ꝓtulerũt; illi lau-

dem obaudítionis, utriq; tamen ex illa, ſed bonum
faciendo, nõ poteſtatibus reſiſtendo. Qđ aũt uos
facitis, nõ ſolum bonũ nõ eſt, ſed grande malũ eſt,
unitatẽ Chriſti pacẽq; conſcindere, contra ꝓmiſſa
Euangelica rebellare, & aduerſus eũ de quo dictũ
eſt, Dominabit à mari uſq; ad mare, à flumine uſq; Pſal.71
ad terminos orbis terræ: hoc eſt aduerſus uerũ &
ſummũ regẽ Chriſtianorũ tanq; ciuili bello Chri-
ſtiana ſigna portare. Sufficiat ergo uobis ad occa-
ſionẽ correctiõis ꝙ ꝓ tam magnis malis ueſtris lõ
ge mitiora & minora recepiſtis, ſi non uobis ultro
qđ non Imperator cõſtituit ingeratis, & nolite ad
impunitatem licentioſam liberum arbitriũ, ab ho-
minib. uelle cõcedi, ne in ipſius dei manus infœli-
us incidatis. Nam & maiores ueſtri iudicauerũt in
huiuſmodi iniurijs dei, liberũ hominis arbitriũ nõ
relinquendũ à regibus impunitũ, ꝙa licet haberẽt
cauſam malã, Cæcilianũ tamen Epiſcopũ ꝓſequẽ-
dum, uſq; ad imperatoris Conſtantini iudiciũ per-
duxerunt. VERBA Epiſtolæ, Noſtrã uero fidẽ, in Caput XII
quit, quã dñs Chriſtus Apoſtolis dereliqt, ſolæ no Matth.5
bis iſtæ perſecutiones grauiſſimã reddũt. Felices,
inqt, eritis, cum uos perſecuti fuerint homines, &
maledixerint, & dixerint aduerſum uos omne ne-
quã ꝓpter filiũ hominis: Gaudete & exultate, quia
merces ueſtra multa eſt in cœlis. Sic em ꝓſecuti ſũt
& ꝓphetas, q ante uos fuerunt patres eorũ. Si tan
tum ſolis Apoſtolis dictum eſt, uſq; ad ipſos fides
habuit prędmia, qd ꝓderat poſtea crediturís? Vnde
cõſtat omnib. dictũ. Deinde dicit Apoſtolus Pau- 2.Tim.3
lus, Qui uolunt in Chriſto ſancte uiuere, perſecuti
C onẽ patiant neceſſe eſt. Hoc aũt in Euangelio dñs
dixit, Veniet hora ut omnis q interficit uos, putet
ſe uictimã dare deo: Sed hæc facient, ꝙa nõ cogno-
uerunt patrẽ neq; me. AD HAEC Reſpon. Recte
iſta dicerent à uobis quærẽtib. martyrũ gloriam, ſi
haberetis martyrũ cauſam. Non em fœlices ait do
minus q mala iſta patiunt, ſed q ꝓpter filiũ homi-
nis patiunt, q eſt Chriſtus Ieſus: Vos aũt non pro-
pter ipſum patimini, ſed cõtra ipſum. Patimini ꝙp-
pe ideo, ꝙa non ei creditis, & toleratis ideo, ne cre-
datis. Quo ergo uos eam fidem tenere iactatis, quã
dominus Chriſtus Apoſtolis dereliquit? An uſq;
adeo cæcos & ſurdos uultis eſſe homines, ut nõ le-
gant, non audiant Euangeliũ, ubi nouerint quã fi-
dem de ſua Eccleſia dominus Chriſtus Apoſtolis
dereliquit: ex qua diuiſi atq; ſeparati, nihil aliud fa
citis q; contra uerba capitis & corporis rebellatis,
& tamen ꝓpter filiũ hominis ac fidẽ quã relict A-
poſtolis, uos perſecutionẽ ſuſtinere iactatis? Omit
tamus alia, & nouiſſima uerba eius in terris audia-
mus, ubi uideamus quã fidem de Eccleſia reliquit
Apoſtolis, quale teſtamentũ quodãmodo fecerit,
non uitã finiturus, ſed ſine fine uicturus, non mit-
tendus in ſepulchrũ, ſed aſcenſurus in cœlum. Sur
gens em à mortuis poſteaq; apparuit diſcipulis ſu
is intuẽdus oculis manibuſq; tractandus: Oporte-
bat, inqt, impleri quę ſcripta ſunt in lege & ꝓphe- Luc.24
tis & Pſalmis de me. Tũc aperuit illis ſenſũ ut in-
telligerẽt ſcripturas, et dixit eis, Quoniã ſic ſcriptũ
eſt, & ſic oportebat pati Chriſtũ, et reſurgere tertio

Universidad de Deusto
Biblioteca

die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionẽ peccatorũ ꝓ oẽs gentes, incipiẽtib. ab Hierusalẽ. Itẽq; in monte Oliueti, postq; nihil ulteri⁹ in terris positus dixit, sed qđ maxime fuerat necessariũ, hoc cõmendauit extremũ. Multi qppe erãt futuri per uniuersas partes terræ, uendicaturi sibi nomen Ecclesiæ, & cõtra uniuersam domũ quæ per uniuersam terrã cantat canticũ nouũ, de q̃ scriptũ
Psal.95 est, Cantate dño canticũ nouũ, cãtate dño oms terra: de suarũ quisq; ruinarũ angulis latraturi. Aliud nãq; Apostoli audire cupiebãt, & qđ illis maxime
Act.1 fuerat necessariũ, nõ quærebãt: Dic nobis inqunt, Si in tempore hoc prẽsentaberis, & quando regnũ Israel? At ille, Nõ est, inqt, uestrũ nosse tẽpora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis uirtutẽ superueniẽtis spiritus sancti in uos, & eritis mihi testes in Hierusalẽ, & in totã Iudeã et Samariã, & usq; ad terminos terræ. His dictis nubes suscepit eũ. Nihil ulterius uerbis addidit: Hoc tanto tenaci⁹, quanto posterius audientiũ mentib. fixit. Hanc spõsam suis amicis spõsus abiens commendauit: Hanc ergo de sancta Ecclesia discipulis dereliqt: Huic fidei Donatistæ resistitis, et ꝓ fide q̃ dñs Christus reliqt Apostolis, uos persecutionem ferre cõtenditis: Huic hominis filio q̃ Ecclesiã suã incipientẽ ab Hierusalẽ, & ꝓ oẽs gentes fructificãtẽ atq; crescentẽ, tanta diligẽtia cõmendauit, mira cæcitatis impudentia cõtradicitis, & ꝓpter filium hominis uos mala sustinere clamatis. An hoc fortassis ideo dicitis, qa uobis aliũ filiũ hominis inuenistis, cuius nomine uocitemini, de cuius parte dicamini? Erratis, nõ est ipse. quando ꝓpter filiũ hominis pati persecutionẽ felicitatis esse dicebat, seipsum ille spõsus, non adulterũ prædicabat. Et nos cõfitemur, ut dicitis, nõ solis Apostolis esse dictũ,
Matth.5 Beati eritis cũ uos persecuti fuerint homines. Ad oẽs enim hoc pertinet, nõ qui post illos quamlibet persecutionẽ passi sunt, siue patiuntur, siue qui passuri sunt, sed qui propter iustitiã, sicut & ipsi. Nam hoc paulo superius dixerat, Beati q̃ persecutionẽ patiunt propter iustitiam, quia ipsorũ est regnum cœlorum. Deinde ista subiũxit, quæ cõmemorare & frustra uobis usurpare uoluistis. Frustra em̃ beatitudinẽ istam pertinere ad uos putatis, quando in uobis iustitiã cui primi debeatis, non demõstratis: quinimmo ecõtrario etiam ꝓ iniquitate patimini, minus ab aliis, plus à uobis, ut ante dei iudiciũ qđ futurum est, etiam ipsi uobis qđ meremini, ex aliqua parte reddatis. Vnde qa tuipse dixisti, non hoc solis Apostolis sed omnibus dictum, ne usq; ad illos fides præmia habuisse uideret. Sicut hoc ergo nõ solis Apostolis, sed omnib⁹ dictum est, qui etiã post illos propter iustitiam fuerant mala quęcunq;
Matt.10 passuri, sic etiã omnibus illud dictũ est: Si uos persecuti fuerint in ista ciuitate, fugite in aliam. Quare hoc non facitis, si ad eorũ societatẽ quibus hæc dicta sunt pertinetis? Quod quidem etsi feceritis, nõ ideo pertinebitis, quia & latrones hoc facere possunt, quos inquiri leges publicæ iusserunt. Verum tamẽ quia hoc facere non uultis, de cõpendio uos ad istos quib⁹ hæc dicta sunt, non pertinere monstratis. Et ut uos multo manifestius ipsa excusatio uestra ab illo numero uirorum Christianorũ ostendat alienos, loca quò cõfugiatis, quæ ille usq; in finem seculi nõ defutura promisit, uobis deesse iam dicitis, nullo modo illum ꝙ falsa promiserit cõuincentes, sed uos ad eorũ consortium quibus hoc ꝓmisit non pertinere monstrantes, & ideo non ueraces martyres, sed hæreticos uos esse fallaces. Quid uobis ulterius dicamus quando lingua uestra uos uincit? Nam & illud quod addidisti dixisse Apostolum, Omnes qui in Christo pie uiuere uolunt, persecutiones patiantur, necesse est: non quidẽ ille dixit, necesse est: sed, oẽs ait qui uolunt in Christo pie uiuere, persecutionẽ patiẽtur. Sed uos ad istos non pertinere quis dubitat? Si em̃ & uos estis, de quibus hoc dixit Apostolus, quare non facitis qđ ipse fecit Apostolus? Nam si portæ aduersus uos clauderentur, per murũ submitti debuistis, ut mⁿ persequentitũ fugeretis. Patent portæ & exire non uultis: Quam persecutionẽ patimini, nisi à uobis? Diligit uos persecutor uester, & persequit uos furor uester. Ille ut fugiatis cupit, iste ut pereatis impellit. Sic aũt intelligitis, quod ait Apostolus, Omnes qui uolunt in Christo pie uiuere, persecutionẽ patient̃, ut maiores uestros sub apostata imperatore Iuliano non pie uixisse uobis necesse sit confiteri: Nam quisquis illo tẽpore Donatista factus est, donec aduersus uestrum rursus errorẽ pia Christianorum Imperatorum cura consurgeret, si ante defunctus est, non pie uixit, quia nõ est passus persecutionem. Si aũt hoc propterea dixit Apostolus, Ioh.7
quia sicut alibi scriptũ est, Tentatio est uita hominis super terrã: nec cessat pios uerosq; Christianos non solũ aduersitatis infestatione, uerumetiam prosperitatis seductione tentare, ut animus humanus aut afflictione succũbat, aut elatione uanescat: profecto quãdiu hic uiuitur, oẽs qui uolut in Christo pie uiuere, persecutionẽ patientur, ut aut uicti cõprehendantur à diabolo, aut probati diabolũ uincant: Quos aũt comprehẽsos captiuosq; iam possidet, non ut obtineat persequitur, sed quia obtinet utitur. Porrò si persequi tantummodo ille dicẽdus est, qui dolore aliquo excruciat, qui se uult tenere ut excruciet, non tibi uideatur excruciator cordis leuior esse q̃ corporis. Et cõsidera qualẽ persecutionem patiebatur, qui dicebat in Psalmo, Vidi in Psal.118
D sensatos & tabescebam. Hanc persecutionẽ Loth iustus patiebatur in Sodomis, etiam priusquam in domo eius angeli hospites ei⁹, cum homines putarentur, à Sodomitis appeterentur ad stuprũ. Iustus em̃ eos tam publice turpes, & ante suæ domus iniuriam sine magno cordis cruciatu uidere nõ poterat. Vnde inter suas persecutiões etiã talia cõ- Ca.XI
memorat Apostolus Paulus, dicens, Quis infirmatur & ego non infirmor? Quis scandalizatur & ego non uror? Proinde quanto maior est in nobis charitas Christi, tanto maiore cũ dolore animi uos uidemus habere sacramenta Christi, & separari à membris Christi, & rebellare contra pacẽ Christi. Sed q̃ diu in hoc corpore uiuitis, spes nobis aliqua de uobis datur; Cũ uero iam in illa diffensiõe

Universidad de Deusto
Biblioteca

morimini, multo amarius uos dolemus. Iam porrò quando uosipsos necatis, uel irruendo armis alienis, uel præcipitijs & submersionib. & ignibus uestris, satis dici nō potest, quāto nos mœrore crucietis. Plus quippe impius Absalon patrē sanctū Dauid extinctus, q̄m rebellis afflixit: Viuum nāq; eum cōprehendi cupiebat, ut qui malitia grassabat, pœnitentia sanaretur. Erat ergo ille persecutor patris, non solum populum dei diuidendo, nec solū cōtra dei legem, & contra legitimū patris regnum arma portādo atq; bellando: sed multo amplius persecutus est cor paternū, in illa impietate moriendo. Denicq; illum pater optimus pessimum filium, quem non desperando non defleuerat uiuū, spe finita fleuit occisum. Discite ergo quid sit quod Apostolus
a. Tim. 3 ait, Omnes q uolunt in Christo pie uiuere, persecutionē patientur. Si catholicorū domus Donatistæ non diripuissent, si catholicas Ecclesias nō incendissent, si catholicorū codices sanctos in ipsa incendia nō misissent, si catholicorū corpora non immanissimis cædibus afflixissent, si catholicorū mēbra non præcidissent, si oculos non extinxissent, si denicq; catholicos nō crudeliter occidissent: Hāc solam nos à uobis grauissimam persecutionē perpeti uerissime diceremus, quia uidemus uos insensatos, & tabescimus: quia infirmatos, & infirmamur: quia scandalizatos, et urimur: quia perditos, & lugemus. Hæc mala uestra quę uos in æternū interitū mittunt, amarius nos persequunt, q̄m illa quę à uobis nostris corporibus, uel rebus, uel domibus aut basilicis inferunt: Minus persequimini cum in nos sæuitis, q̄m cum uos peritis. Denicq; in illa persecutione qua in nos sæuitis, cum laude gaudem⁹: in hac aūt qua uos peritis, si gauisi fuerimus, uobiscū perimus. Sed q̄diu in hac carne uiuitis de uobis desperare nō possumus: Cum uero in hac impietate morimini, maxime cum uosipsos horrēda cæcitate furoris occiditis, amarissimam tristitiam nostram illud tantummodo consolatur quod cōsolatum est sanctū Dauid, in unitate scilicet dei populus congregatus, qui fuit scelerati filij tyranni de diuisus. Tolerabilius em̄ longè pauciores pertinacissimi uestri suis præcipitijs uel submersionib. uel ignibus pereunt, q̄m innumerabiles populi illis eorum salutem impedientibus, incendio cum illis æterni ignis ardebūt. Nunquā igitur Ecclesia Christi defuit aut deerit. Vnde secundū Apostolū, Qui
2. Tim. 3 uolunt in Christo pie uiuere, persecutionē patientur, aut impiorū malitiam sustinēdo, cum innoxie
Caput XV uiuunt, aut eos dolendo cū pereunt. Nolite itaq; falli q̄ uobis dictum est, Veniet hora quādo q uos occiderint, putēt se officiū facere deo: Aut sicut tu hic testimoniū posuisti, putent se uictimā dare deo. Non quidem hoc esse dictū de persecutionib. quas gentes Ecclesiæ fecerunt, manifestū est. Dijs enim suis plurimis, q utiq; non sunt, deputauerūt se gentiles officiū facere, cum hoc facerent uni deo. Vnde hoc idē qd' dñs prædixit suis, aut per Iudęos impletū est, qui sanctū Stephanū & multos alios occiderunt, dum putabant se officium deo facere, q̄m unum uerū deum colere uidebantur: aut etiam nobis, id est, catholicis dictū est de diuersis hæreticis usq; quaq; furentibus, qui ubi possunt, & quando possunt, & qūo possunt occidendo catholicos, putant se officiū deo facere, maximeq; de uobis, qui præcipuū uobis nomen fecistis in Aphrica de talibus uictimis. Nam si uobis dictum esset, non utiq; uosipsi occideretis, sed expectaretis à nobis potius occidi, qui putamus nos, ut dicitis, cum id facim⁹, officium deo facere. Nunc uero cum festinatis ad mortē, ne à nostris teneamini, uiuere metuitis, nō occidi, quia erubescitis corrigi, aut de uitio conuinci. An forte uos estis ad quos utrūq; pertineat, quia cum occidimur & nos à uobis, putatis uos officium deo facere, & has ei uictimas de nobis dare? Ad uos ergo pertinet qd' sequit, atq; abs te cō-
Ioan. 16 memoratū est. mox em̄ dominus adiūxit et ait: Sed hæc facient uobis, quia nō cognouerunt patrē neque me. Cum itaq; uosipsos occiditis, putātes uos officiū deo facere, nec patrē cognouistis, quē non audistis dicentem, Fugite. VERBA Epistolæ. Caput XVI Sed belliferæ, inquit, pacis cruentæq; unitatis se incolas iactant. Audiant dominum dicētem, Pacem
Ioan. 14 meam do uobis, pacem relinquo uobis: Non sicut seculum dat, ego do uobis. Seculi em̄ pax interanimos gentium dissidentes armis & belli exitu fœdē ratur: domini Christi pax salubri lenitate tranquilla, uolentes inuitat, nō cogit inuitos. AD HAEC Respon. Vos quidem belliferam pacem & cruentam unitatem facere cupitis, aut uiolētis mortibus nostris, aut uoluntarijs mortibus uestris, nō imputantes uobis qd' facitis nobis, & imputātes nobis qd' facitis uobis. Sed nos & qd' facitis nobis cogimur sustinere, et qd' uobis facitis, nihil possum⁹ q̄ dolere, dū tamen fiat pax & unitas Christi propter salutē multorū, sicut fit in plurimis, etiā si ꝑpter furorē paucorū non fit in omnibus. Nam si non inuido, sed fideli oculo uelletis attendere, uideretis q̄ uera pace atq; unitate Christi gaudeant q ex uobis ad nos uenerunt, tot tantorūq; populorū agmina, in quibus etiā si adhuc sunt nonnulli ipsa nouitate turbati, & ipsi paulatim ab hac infirmitate sanant. Et si ficti aliqui perseuerant, non utiq; ꝑpter ipsos non fuerant colligendi q̄s uidemus ueraces, quorum quidā in regionibus nostris, etiā quibusdā uestris nostri maiores apparuerunt, quando uobis illa perditionis libertate concessa, ad uos redire noluerūt. Debebamus ergo ne perderemus istos, colligere & fictos, quia in Euangelio legit, seruos ad nuptias domini sui congregasse cōuiuas bonos et malos: maxime quia uos de area dominica superbiæ spiritus tanquam improbus uentus, ante tempus uentilationis excussit, unde uos ad illā quantū opitulante deo possumus, reuocare conamur. Et utiq; nostis quemadmodū scopis diligentiæ frumē
tum simul etiā cum terra trahitur, quando in areā
Cap. XVI reuocatur. Quod aūt uobis uidet, inuitos ad ueritatē non esse cogendos, erratis nescientes scripturas, neq; uirtutē dei, qui eos uolentes facit dum coguntur inuiti. Nunquid em̄ pœnitentiā Niniuitę inuiti egerūt, quia hoc rege suo cōpellente fecerūt? Iā em̄ Propheta irā dei uniuersæ ciuitati eā triduo

perambulans prænunciauerat. Quid igitur opus erat regis imperio, ut humiliter supplicaret deo, q̃ nõ intuetur ora, sed corda, nisi qa erant in eis quidam qui nec curarent, nec crederent prædicta diuina nisi territi potestate terrena? Ista igit̃ iussione regiæ potestatis, contra quã uolũtarius fit uester occasus, multis ad salutẽ quę in Christo præstatur occasio, qui etsi uiolẽter adducuntur ad cœnam tanti patrisfamiliâs, & cõpelluntur intrare, intus tamẽ inueniunt unde se lętentur intrasse. Vtrunq; em̃ futurũ dominus ipse prædixit, & utrunq; cõpleuit, Nam reprobatis quibusdã, qui utiq; intelliguntur Iudæi, quia ipsi per Prophetas antea fuerant inuitati, et ad horam excusare maluerunt: ait dominus Luc. 14 seruo suo: Exi in plateas & uicos ciuitatis, & pauperes ac debiles et cęcos et claudos introduc huc. Et ait seruus domino, Factũ est ut imperasti, & adhuc locus est. Et ait dominus seruo, Exi in uias & sepes, & cõpelle intrare, ut impleat̃ dom⁹ mea. Intelligimus uias, hæreses: schismata, sepes, Viæ qp̃pe hoc loco significant diuersas opiniões, sepes aũt peruersas opiniones. Quid ergo miramini si non corporalis cibi, sed spiritalis fame moriũt, quisq; ad istã cœnã nec libenter introductus, nec uiolenter impulsus ingrediẽt? Caput XVIII VERBA Epistolę, Odio, inquit, seculi, gaudemus, in eis pressuris nõ succumbimus, sed lætamur. Mundus hic nõ potest seruos Christi diligere, q̃ Christũ cognoscitur nõ amasse, Ioan. 15 domino ipso dicente, Si seculũ uos odit, scitote qa me primũ odio habuit q̃s uos. Si me persecuti sunt, & uos persequent̃. AD HAEC Respõ. Quõ gaudentes odio seculi, pressuris eius nõ succũbitis, sed lętamini, cũ uosipsos uelitis occidere, ne molestias qualescunq; patiamini: & mori eligitis, nõ ab alijs occisi, p ueritate Christi, sed à uobisipsis pro parte Donati? Ista Circuncellionũ est insania, non martyrũ gloria. Cũ itaq; appareant facta uestra, q̃d uobis uerba usurpatis aliena? Mundus iste, ingt, non põst seruos Christi diligere, qui Christũ cognoscitur nõ amasse. Non ergo ad mundũ istũ pertinem⁹ nos, qa diligimus uos. Sed serui Christi uos nõ estis qui malũ p bono retribuẽtes, & malitiã uestrã quãdo in nos exercere nõ potestis, in uos retorquẽtes, nec nos diligitis, et uos occiditis. Dominus au Ioan. 15 tẽ quãdo dixit, Si seculũ uos odit, scitote quia me priorẽ uobis odio habuit, si me persecuti sunt, & uos persequent̃: nõ uobis, sed illis dixit q̃bus prę- Matt. 10 cepit, ut si eos p̃sequerent̃ in ista ciuitate, fugerẽt in aliã, q̃d uos nõ facitis. Illis dixit ad quas ciuitates cõfugerent usq; in finem seculi nõ defuturas, quas uos querimini uobis iã deesse, nec uultis fateri eos Caput XIX q̃bus hæc dicta sunt uos nõ esse. VERBA Epistolæ, Sed & si persecutio cõquiescat, ingt, uñ martyrũ numerus adimpletur, Ioanne dicẽte, Vidi, in- Apoca. 6 quit, animas occisorũ sub ara dei exclamantium et dicentiũ, Quandiu domine nõ iudicas & uindicas sanguinẽ nostrũ de ijs qui habitant super terram? Et acceperũt singuli stolas albas, & dictũ est eis, ut requiescerent adhuc paucũ tempus, donec implea tur numerus fratrum uestrorũ, qui incipient interfici sicut & ipsi. AD HAEC Respon. Si sub ara Christi martyres esse uelletis, non uosipsos incendendo sacrificium diabolo faceretis. Quis em̃ gaudet de isto furore uestro, nisi diabolus, qui eum uobis inspirat, & qui sunt ex parte illius? Ipse est q̃illum puerũ de quo in Euangelio legimus, mittebat aliquando in aquã, aliquando in ignem: Et ipse & Matt. 17 illũ gregẽ porcorũ præcipitẽ fluctibus mersit. Ipse ut se de pinna tẽpli pręcipitaret, etiam ipsi domino audacissima tentatione suggessit. Ad diabolũ sine dubio pertinetis, cum tria genera mortis, aquam, ignem, præcipitiũ in uestris mortibus frequẽtatis. Si em̃ mentes nõ dementia perderetis, ista ipsa uerba quæ de sancto libro posuisti, ab isto interitu quẽ uobis ingeritis, uos reuocare deberent. Quid enim animę martyrũ sub ara dei dicunt? Quandiu domine nõ iudicas, & uindicas sanguinem nostrũ de ijs qui habitant super terram? Vindicari poscunt sanguinẽ suum, in eis utiq; à quibus fusus est. Nũquid in alijs? Ac per hoc uindicabitur uester in uobis. Quid est aũt stultius, q̃s q̃ putatis ꝓphetiã istã de martyribus, qui futuri prædicti sunt, nõ nisi in Donatistis esse cõpletam: quasi posteaquã hoc scripsit beatus Ioannes, nulli martyres sint occisi, quousq; exurgeret pars Donati, q̃ si quando alios non possunt, seipsos occidunt, qui faciunt opera latronum & dæmonũ, & gloriam sibi uendicant martyrum? Quòd si tanto temporis interuallo, id est, à Ioanne usque ad istos, nulli occisi essent martyres ueri, ut nihil aliud, uel tẽporibus Antichristi dicerem⁹ futuros, in q̃bus ille martyrũ numerus cõpleret̃, nec tamẽ istos uel alieni uel sui sanguinis reos accresce re numero uerorũ martyrũ crederemus, q̃bus dictũ est, ut requiescerẽt paruũ tempus, donec impleretur numerus fratrũ ipsorũ, q̃ inciperet interfici, sicut & ipsi, ab alijs utiq; non à seipsis sicut isti, & ideo isti nõ sicut ipsi: possumus etiã uerissime dicere ipsos quoq; Donatistarum temporibus catholicos quos occidũt, ad supplementũ illius numeri p̃tinere. Sed cum post Apostolum Ioannem, q̃ futura illa cõscripsit, tanta strages martyrũ interficienti bus impijs usq; quaq; in tam multis gentibus facta sit, quid sibi uolunt isti suarum animarum extortores, & alienarum tortores, ut quod de martyribus sanctis legunt esse prædictũ, de se iactent esse completũ? Præparate uos potius, ut uester sanguis non in eis qui uos uel cõprehendere uel fugere cupiũt ut uiuatis, sed in uobis potius uindicetur. An forte ne hoc fiat, ideo nõ eum funditis, sed aut præcipitio colliditis, aut unda suffocatis, aut in cinerẽ conuertitis? Sed erratis, uindicabit̃ in uobis, quocũq; modo perimat̃ à uobis. In uobis em̃ uindicaretur, si non in ecclesia Christi, sed in parte Donati ab alijs funderetur. Itáne uos clamabitis ad deum, ut uindicet sanguinem uestrum, et exaudiet uos, nisi damnauerit uos? Quõ em̃ uindicetur, nisi qui eum ausus est trucidare damnetur? In hac ergo uoce nõ estis nisi accusatores uestri, quia uos estis rei sanguinis uestri. Nec deus nisi uos damnabit, quando à uobis uel collisum, uel suffocatum, uel exustum, uel quocunq; pacto trucidatũ, uel si hoc elegeritis, effusum sanguinem uestrum uindicabit.

VERBA

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. XX VERBA epistolæ, An ista, inquit, persecutio A est, quæ tot milia innocentum martyrum arctauit ad mortem? Christiani enim secundum euangelium spiritu prompti, sed carne infirmi, à sacrilega contaminatione caminorum reperto compendio uestras animas rapuerunt, imitati presbyteri Raziæ in Macchabęorum libris exẽplum, nec frustra timentes: Quisquis enim eorum manus inciderit, non euasit. Sed quantum uelint faciant, quod certũ est, dei esse non possunt qui faciunt contra deũ. AD HÆC Respon. Apertissime omnino quam persecutionem patiamini & uerissime confiteris. Ipsa est eñ de qua iã dixi, quæ in sanctis scripturis de quibusdã impijs satis euidenter expressa est, de quibus dictum est, quia persecutionem patiuntur ab ipsis factis suis: quod quidem dici de uobis conuenientissime potest, etiã si uos aliorũ manus propter uestra sacrilegia trucidarent. Nam & latrones & quilibet homines rei criminum capitalium, cũ iustis legibus puniunt, nõ dicẽdi sunt persecutionẽ pati, nisi ab ipsis factis suis. Sed nũc planè cum parcẽte uobis mãsuetudine Christiana, ita in uos sæuit uestra demẽtia, ut quemadmodum dicis, caminorum reperto compendio, uestras animas rapiatis, omni modo uos à uobisipsis pati persecutionem, nimia est impudentia si negatis, quando uos utrumq; cõpletis, & unde iuste pereatis, & quòd peritis. Sic autem dicis tot hominũ milia esse qui hoc faciunt, quasi non etiã ista sint non parua causa, cur ab huiusmodi magisterio uestro Aphrica liberetur. Eorum est enim hominum genus cui hoc malum persuadere potuistis, qui solent hæc & an- C tea facere, maxime cum idolatriæ licẽtia usq; quaque ferueret, quando isti Paganorum armis festa sua frequentantibus irruebant. Vouebant autem Pagani iuuenes idolis suis quis quot occideret: Atisti gregatim hinc atq; inde confluentes, tanq; in amphitheatro à uenatoribus more immaniũ bestiarum uenabulis se oppositis inferebant, furentes moriebantur, putrescentes sepeliebantur, decipientes colebãtur. Præter hæc sunt saxa immania, & montium horrida prærupta, uoluntariorũ creberrimis mortibus nobilitata uestrorum: aquis & ignibus rarius id agebant, præcipitijs greges cõsumebãtur ingentes. Aetatis nostræ hominibus res notissimas loquor: Quis eñ nescit hoc genus hominum in horrẽdis facinoribus inquietum, ab utilibus operibus ociosum, crudelissimum in mortibus alienis, utilissimũ in suis, maxime in agris terrens, ab aquis uacans, & uictus sui causa cellas circumiens rusticanas, unde & Circumcellionũ nomen accepit, uniuerso mũdo penè famosissimum Circumcellionum nomen Aphricani erroris opprobriũ? Ex hoc igitur genere, quis ignorat quàm multi antea per diuersas mortes ibãt & peribant, & nunc in illorum cõparatione quàm pauci suis ignibus ardeant? Sed si putas moueri nos oportere, quia isto modo tot milia moriuntur, quantum existimas nos habere consolationis, quòd à tanta dementia partis Donati, ubi non solum nephariæ diuisionis error, uerumetiam furor iste lex facta est, longe atq; incom- Cap. XXI parabiliter plura milia liberantur? Neq; enim isti qui pereunt illorum salu numero æquantur, qui ex ipso genere nunc iam tenentur ordine disciplinæ, colendisq; agris amisso Circumcellionum & opere & nomine inseruiunt, seruant castitatem, tenent unitatem: quanto minus coęquantur isti perditi numero utriusq; sexus, non solum puerorum & puellarum, iuuenum & uirginum, uerumetiam coniugatorum & senum, quorum innumerabiles ex Donatistarum nepharia dissensione, in pacem Christi ueram & catholicam transeunt. Isti quippe qui se incendunt, nec tot homines sunt quot loca sunt populis plena, quæ ab exitiali peste erroris illius & furoris, per hanc instantiam perficiendæ unitatis eruuntur: Nunquid non obsecro sanum misericordiæ potest esse consilium, ut simul B cum illis isti omnes æternis gehennarum supplicijs eruantur, ne illi in istorum comparatione perpauci suorum caminorum ignibus exurãtur? Vt enim omnes cum Christo uiuant, magnis conatibus & uotis agendum est. Sed si hoc per quorundam furorem fieri non potest, saltem ut non oñes cum diabolo pereant, laborandum est. Sanè de Ca. XXII scripturis sanctis sagacissime inquirẽs, si quid proferre posses pro ista spontaneæ mortis sententia insana, inuenisse te aliquid putas, quia scriptum est in euangelio, Spiritus quidem prõptus est, ca- Matt. 26 ro autem infirma: tanquam ideo se quisq; occidere debeat quia infirmus est. Ad passiones inter manus persequentium sustinendas nõ potuisti citius dicere falsos martyres uestros ex illorum esse numero, de quibus scriptum est, Væ ijs qui perdide- Eccl. 2 runt sustinentiam: Et ad illos prorsus non pertinere quibus dominus dicit, In uestra patientia possi- Luce 21 debitis animas uestras. De quibus autem legitur, Matt. 26 Spiritus promptus est, caro autem infirma: somno non uoluntario premebantur, non interitu uoluntario necabantur. Diligenter lege, & quid loqua- 1. Cor. 10 ris attende. Vbi est qd' Apostolus ait, Fidelis deus qui non permittet uos tentari super id quod potestis, sed faciet cum tentatiõe etiam exitum ut possitis sustinere. Itáne credendum non est huic apostolicæ ueritati, & inimicos debemus nosipsos habere, quia inimicos non possumus alios sustinere? Absit hoc à cordib. Christianis. Planè fideli Apostolo, immo ipsi fideli deo, qui non finit suos tentari supra quàm ferre possunt, sed facit cum tentatione etiam exitum, ut possint sustinere, credant catholici, non credant Donatistæ, & ne semper ista non credant, non sint Donatistæ. Quando enim desperatur in quibusque passionibus, à domino impetranda sapientia: Et ideo quęritur compendium caminorum, ubi se isti non quidem feris, ut ait beatissimus Cyprianus, sed tamen flammis obijciunt quos nemo damnauit. Non est hoc consilium, sed furor: non est sapientia, sed amentia. Habeant isti incendia sua, qui non dicunt de adiutorio domini, quoniam ab ipso patiẽtia mea. Certe sanctus Iõb quando à capite usque ad pedes intolerabili uulnere putrescebat, & doloribus excruciabatur immanibus, hoc uestrum com-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pendium habebat in promptu, quo se ab huiusmo A di uita horrendis calamitatibus plena, in qua proculdubio manebat, nolebat eripere: Potestas utique aderat, sed iustitia non deserebat. Secundum hoc enim dicit, Atq; utinam possem me occidere, aut rogare alium ut faceret mihi. Hoc negauit se posse iustus, quod per iustitiam fieri non poterat. Eo loquendi modo & Apostolus ad Galatas
Gal. 4 dicit, Testimonium uobis perhibeo, quia si fieri posset, oculos eruissetis & dedissetis mihi. Cur em & hoc fieri non posset, nisi quia iuste fieri nullo modo posset? Sic & dominus cum per angelos suos iustum Loth de Sodomis exeuntem urgeret
Gen. 19 ut properaret in Segor, Non enim, inquit, potero facere rem, donec tu illò introeas: Non posse se dixit, quod sine dubio poterat per potentiam, sed non poterat per iustitiam. Posset enim patientissiB mus Iob, ut nihil aliud, uel cibum uel potum non sumere, atq; ita illam uitam erumnosam horrendamq; consumere: Sed hoc iuste facere nõ posset, quoniam nulli fas est, seipsum occidere, maxime cum ut possit uiuere, possit fugere. An hoc aliquis dubitauerit, quod ille uir sanctus qui tam multa in suis doloribus loquebatur, rogare ut hoc sibi fieret aliquem posset? Neq; enim non, dolenti & putrescenti manus defuit ad perimendum, & lingua defuit ad rogandũ. Certe uel ipsam coniugem suam poterat hoc rogare, quæ tamen ut hoc fieret nec ipsa suggessit, quæ illum mori per eius blasphemiam deo irascente cupiebat, ideóque aliquid in deum consilio nefando, tamen ut ipse se occideret ei dicere non audebat. Plus iuris in uos diabolus C habet, qui uobis tam facile persuadet, quod insipienti mulieri persuadere non potuerat, quam sibi ministram ad decipiendum uirum, suis illi ablatis omnibus, reseruauit. Dixit itaque se iustus ille non posse aliquẽ rogare ut eum interficeret, etiam id ostendens utique non licere. Quod enim non potest iuste, non potest iustus: quoniam hoc decernendo prius amittit iustitiam, ut quod non potest iustus, possit iniustus. Sic ergo dixit, Atq; utinam possem meipsum interficere: tanquam diceret, atq; utinam iustũ esset: Tunc enim à iusto fieri posset. Neq; enim ut hoc posset, quod non potest nisi iniustus, iniustitiã sibi optaret: Sed si fieri posset, hanc uellet esse iustitiam: quod fieri quia non potuit, ut hæc esset iustitia, nõ potuit iustus quod D sola faceret iniustitia. Ac per hoc non est iniustum homini iusto optare mortem quando amarissima est uita: Sed si deus optatam non dederit, non erit iustum nisi tolerare eam amarissimam uitam. Sicut à iusto nec illud alienum est ut optet uitam, quando amara mors imminet, sed cũ se uidet eam impetrare non posse, dicit quod nos in se transfigu
Matth. 26 rans, dominus ait, Verum non quod ego uolo, sed quod tu uis pater. Hæc autẽ illis dicenda sunt, quos ad mala gerenda quærunt qui persequuntur, non quos ad bona participanda qui diligunt.
An fas sibi mortẽ cõsciscere. Capat Eis, inquam, dicenda sunt ista, qui persecutionem
XXIII patiuntur propter iustitiam, non qui eam sibi faciunt propter iniustitiam. Proinde etiam senior ille Razias, quem sibi isti exemplis sui sceleris destituti, de Machabæorum libris tanquam imitandum se inuenisse gloriantẽ, hoc facere debuit quod in eisdem literis leguntur septem illi fratres etiam exhortante matre fecisse, ut comprehensus, & à lege domini sui non auersus, omne quod ei applicitum esset acciperet, et in dolore sustineret, et in humilitate sua patientiam haberet: quo circa humilitatem inter manus inimicorum non ualens fere, nõ plane sapientiæ, sed insipientiæ dedit exemplum, non Christi matyribus, sed Donati Circumcellionibus imitandum. Veruntamen si diligentius consideremus, & ab isto apparetis alieni. Iste quippe cum iam comprehenderetur ab hostibus, non habuit liberam fugam, ideo se gladio percussit, & cum perimere non potuisset, de muro se pre
cipitauit. Deinde abruptam petram, cum iam uiuere non posset, adhuc tamen spirans, & corpus impetu mouens currendo, licet exanguis, obtinuit: ubi utraq; manu producta sua intestina discerpsit, dispersit, occubuit: Turba itaq; circundatus ut euadere non posset, & si uiuere nõ posset. Vos igitur qui nec deum auditis, dicentem, fugite, nec imitamini Raziam, qui uoluit, nec potuit fugere: profecto quia non habetis illum in præcepto, nec habetis istum in exemplo. Quid, quòd iste Razias secundum uestram rationem sine dubitatione culpandus est? Dixisti enim propter euangeli- Matth.
cam sententiam, ubi dominus ait, Spiritus quidem promptus est, caro autem infirma: uos ad caminorum fugisse compendium, quia uidelicet infirmi estis perferre manus inimicorum, si ab eis comprehensi fueritis. Ergo illius qui se gladio graiter uulnerauit, qui uulneratus murũ petijt, qui se inde in ceruicem præcipitem dedit, qui & postea potuit ad petram currere, in petra stare, intestina educere, carpere, spargere, nunquid dici potest spiritus promptus, caro autem infirma, cuius nõ solum spiritus tam promptus apparuit, sed etiam caro tam firma, ut uix credibile sit eum facere uoluisse ac ualuisse quæ fecit? Itaq; uobis oportet iste displiceat, qui rationem uestræ infirmitatis sua firmitate perturbat. Porrò si fugere ualens, nec uolens, in domum suam ligna congessisset, atq; irruentibus inimicis ut eum comprehenderent ignem suppositum esset, seq; cum suis ædibus cõ
cremasset, uobis quidem præbuisset exemplum, sed sibi acquisisset grande tormentum. Nunc enim quoniam fugere non ualuit, aliquanto minus est fortasse sui sanguinis reꝰ, quòd sibi intulit mortem, quam comprehenso inimicus iam fuerat illaturus. At enim sanctarum scripturarum authoritate laudatus est Razias. Quomodo laudatus? Quia fuit amator ciuitatis. Hoc potuit & carnaliter, ciuitatis uidelicet illius terrenæ Hierusalem, quæ seruit cum filijs suis, non autem illius quæ sursum liberæ matris nostræ. Laudatus est quia continentiam seruauit in Iudaismo: & hæc sibi in comparatione iustitiæ Christianæ damna & stercora fuisse dicit Apostolus. Laudatus est, quia Philip. 3
pater Iudæorum appellabatur: hoc magis est,

unde

Universidad de Deusto
Biblioteca

unde & illi tanq̃ homini subrepsit humilitatis impatientia, ut prius mori uellet q̃ hostibus subijci. Dictũ est q̃ elegerit nobiliter mori: melius uellet humiliter, sic enim utiliter. Illis autem uerbis historia gentiũ laudare cõsueuit, sed uiros fortes huius seculi, nõ martyres Christi. Dictũ est q̃ se uiriliter de muro præcipitauit in turbas, nec nos dicimus eũ hoc fecisse muliebriter, quanq̃ uos qui multũ exẽplo isto profeciſtis, etiã fœminas uestras hoc facere docuistis. Sed fatemur hoc etiã ipsas nõ facere muliebriter sed uiriliter, nõ tamen salubriter, quia nõ fideliter. Ad extremũ q̃ inuocasse dictus est dominatorẽ uitæ ac spiritus, ut hæc illi iterum redderet, id est, uitã & spiritũ, nec tunc aliquid poposcit, quo boni discernuntur à malis. Reddet eñ hæc deus & his qui male egerunt, non in resurrectione uitæ æternæ, sed in resurrectione iudicij æterni. Laudatus est itaq̃ iste Razias amator ciuitatis, ut ualde bene audiens, id est, bonæ famæ, quia pater Iudæorum appellatus est, & q̃ continentiã tenuerit in Iudaismo: Istam uero eius mortem mirabiliorem q̃ prudẽtiorẽ narrauit quẽadmodum facta esset, non tanquam faciẽda esset scriptura lauдauit: Nostrum est autem sicut Apostolus admo- 1. Thes. 5
net, omnia probare, quæ bona sunt tenere, ab oñi specie mala nos abstinere. Et hanc quidem scripturam quæ appellatur Macchabæorum, non habẽt Iudæi sicut legem & Prophetas & psalmos, quibus dominus testimonium perhibet tanquam te- Luce 24
stibus suis, dicens, Oportebat impleri omnia quæ scripta sunt in lege & prophetis & in psalmis de me: sed recepta est ab ecclesia non inutiliter, si sobrie legat̃ uel audiat̃, maxime propter illos Macchabæos qui pro dei lege sicut ueri martyres à persecutoribus tam indigna atque horrenda perpessi sunt: ut etiam hinc populus Christianus aduerteret, quoniam non sunt condignæ passiones huius temporis ad futuram gloriam quæ reuelabitur in nobis, pro quibus passus est Christus: si tanta patientissime pertulerunt pro lege quam dedit deus per famulum hominibus illis pro quibus nõdum tradiderat filium. Quanquam & iste Razias habeat quod legentibus prosit, non solum ut mens exerceatur recte iudicando quod legit, uerũetiam ut animus humanus, immo animus Christianus aduerteret, quanta feregda sint ab inimicis ardore charitatis, cum à seipso iste timore humilitatis tanta pertulerit. Sed ardor charitatis de sublimitate descendit gratiæ diuinæ, timor autem humilitatis ex amore accidit laudis humanæ: & ideo ille certat per patientiam, hic autem peccat per impatientiam. Non itaq̃ debemus quicquid in scripturis, etiam dei testimonio laudatos homines fecisse legerimus, consentiendo approbare, sed considerando discernere, adhibentes iudicium non sane nostræ authoritatis, sed scripturarum diuinarum atq̃ sanctarum: quæ nos nec illorum hominũ quibus illic bonum atq̃ præclarum testimonium perhibetur, omnia uel imitari uel laudare facta permittit, si quæ non recte ab eis facta sunt, uel huic iam tempori non conueniunt. Sed de ijs quæ tunc fuerant recta, nunc non sunt, quid opus est aliquid in hac quæstione discutere, cum hoc unde agitur ut sibi quis inferat mortem, maxime cui conceditur, uel potius qui compellitur uiuere, in eis sit factis, quę nec poterant unquam recta esse, nec potuerunt, sicut satis iam demonstrauimus? Proinde quomodolibet accipiatur à uobis huius Raziç uita laudata, non habet mors eius laudatricem sapientiam, quia non habet dignam dei famulis patiẽtiam: potiusq̃ huic uox illa sapientiæ, quæ non laudis sed detestationis est, competit, Væ ijs qui perdiderũt Eccl. 2
sustinentiam. Nam si laudatorum facta omnia credita imitanda, nunquid melior est iste Razias q̃ Dauid? Cur ergo eius factum de aliena uxore appetenda, eiusq̃ occidendo marito, nullus bonus sibi proponit, sed potius cauendum atq̃ uitãdum? Nunquid melior est Razias quàm Salomon? Placet ne ergo uobis, ut eius erga mulieres lasciuiæ, quarum seductionibus usq̃ ad templa idolis fabricanda perductus est, imitandum proponamus exẽplum? Nunquid melior Razias quàm Petrus apostolus, qui ubi dixit, Tu es Christus filius dei Matth. 16
uiui, tã beatus à domino appellatus est, ut claues regni cœlorũ accipere mereretur: nec tamen ideo creditur imitandus, ubi mox eodem momento reprehensus audiuit, Vade post me satanas, nõ enim sapis quæ dei sunt, sed quæ hominum? Atq̃ ut hęc taceam quæ uoce apertissima sancta ecclesiæ scriptura culpauit, & ea dicam quæ tantummodo ibi narrata atq̃ conscripta sunt, nec de his est in alteram partem laudis aut reprehensionis lata sententia, sed quæ nobis iudicanda permissa sunt, nũquid melior Razias quàm Noe? Quis autem illum uirum quòd iacuit ebrius, laudauerit sobrius? Nunquid melior est Razias q̃ Iudas patriarcha? Quis tamẽ eum approbet, cui placeat, quem nõ rectissime offendat in illa fornicatiõe, quãdoquidẽ nõ ad suam nurum quia hoc ignorauit, ueruntamen ad eam quã meretricem putauit, ingressus est? Nunquid melior est Razias quàm Sampson? Audete itaq̃ dicere si potestis, illud quod in crinibus habuit uirtutis magnum diuinumq̃ secretum, blandienti mulierculæ fuisse prodendum. Nam illud quòd cum inimicis occidit & seipsum, quando super se atq̃ illos deiecit domum, mortem quã mox ab eis fuerat perpessurus, communem uoluit cum illis habere, quia nõ posset euadere. Quod quidẽ non sua sponte fecit, sed hoc spiritui dei tribuendũ est, qui usus est eo ut faceret, quando illi affuit, qđ facere non poterat quãdo idem spiritus defuit. Sicut Abrahæ factum quando filium uoluit immolare, quod deo iubente fuit obedientia, deo nõ iubente quid fuit nisi dementia? His sacris literis eruditus beatus Cyprianus, in confessione sua dixit, disciplinam prohibere ne quis se offerat. Videte quantum mali faciatis cũ uos uultis occidere, qui estis indisciplinati, etiam si uos alijs hoc uobis facere cupientibus uelletis offerre. Fugam præcipit quem uocatis Saluatorem, fugam permittit persecutor. Quid ergo sequimini ut uestris ignibus pereatis, nisi uestrum furorem? Et tamen dicis, An

Universidad de Deusto
Biblioteca

cis, An non ista persecutio, quæ tot milia innocẽ-
tium arctauit ad mortem? Ostendite quomodo
sitis innocẽtes, qui Christum diuiditis & uos oc-
ciditis. Ostendite quomodo arctemini ad mortẽ,
quibus fuga, & diuinitus iubetur, et humanitus re
laxatur. Ostendite quẽadmodum caminorum cõ
pendio animas uestras à cõtaminatione rapiatis,
quas potius caminorum sacrilegio tãquam diabo
lico sacrificio cõtaminatissimas facitis. Interroga-
te Christum, iubet uos fugere, interrogate Tribu-
nũ, permittit uos fugere. Si & ipsum Raziam in-
terrogare possetis, respõderet uobis, ego non po-
tui fugere. Vos ergo nec Christũ saluatorem, nec
Tribunum persecutorem, nec Raziam authorem
habetis. Quod autem dixisti, ut seipsos uestri occi-
derẽt, non eos frustra timuisse, quoniam quisquis
nostras uel nostrorum manus incidit, non euasit,
Quid euaserit, quæro? Si mortẽ, cur eã uobis in-
fertis manib. uestris, si hanc timetis à nostris? Sed
manifestum est nõ de morte uos dicere, Nã quan-
tum cupiamus uos uiuere, etiã ipsi scitis, ideo nos
c. XXIIII de uestra morte terretis. Proinde si communio-
nem nostram dicis, neminem uestrum qui manus
nostras incidit euasisse, utinam uerũ diceres. Val-
de quippe feliciter nõ euaderent communionem
quæ offertur à catholicis, ut euaderent damnatio-
nem quæ paratur hæreticis. Sed falsum esse quod
dicis uel ex uestro Emerito cogitare potuisti, qui
cum uenisset ad nos, facilius est ueritate cõuictus
quàm communicare compulsus. Sunt & alij fama
quidẽ minores, sed stultitia pares. Quisquis enim
fuit similis uanitatis, ut cõtra manifestissimam ue-
ritatem peruersissima uerecundia fieret pertinax,
cum putari erubescit incõstans, expers à nobis ca
tholicę cõmuniõis abscessit. Sed ideo dixisti, quis-
quis in eorum manus incidit, nõ euasit, quoniam
paucissimos apertissimę ueritati perseueranter re-
sistẽtes et discedẽtes latere arbitratus es. Sed Eme
rito feciſti secundum uos grauissimã iniuriam, qui
perdidit apud te duritię suæ laudem, tanquam fru
stra esse uoluerit inter paucos ueritati non consen
tientes, quia deputari meruit inter latentes. Quis
nostrum non te credat inuidere collegę? aut si non
inuides, imitare. Veni ad nos & tu sicut ipse, audi
quod dicimus, sicut ipse, respõde si potes, qd' non
potuit ipse. Si autẽ nec respondere nec communi-
care uolueris, discede, sicut ipse. Ecce ille de no-
stris manib. illæsus abscessit, Tu quare dicis, quis-
quis eorũ manus incidit, nõ euasit? Ecce ille non
sibi credidit loca defutura ubi posset latere, Tu
quare dispõis ardere? Ita ne nondũ uides uos esse
potius qui nõ pertinetis ad deum, & qui facitis cõ
tra deũ, non solum peste cõmuni qua Christi uni-
tati resistitis, sed etiam uos præcipue qui huic tãto
sceleri uestro, etiam uestras mortes addere festina-
tis? VERBA Epistolæ, Sed quoniam pruden-
Gabinus resi- tiã tuam, inquit, executoris officium nõ decebat,
piscens quæso paucis aduerte. Alia est, ut reor, solida ueri-
Cap. XXV tas, alia effigies ueritatis: quoniam ueritas robore
suo firmata cõsistit, idolum siue simulachrum est,
quod in iniuriam ueri simile fecerit humana præ-
sumptio, nunquam tamen potest prẽiudicare ueri
tati fallacia. Simulachrorũ cultores dico, q non te-
nent ueritatem: sub alieno uocabulo gẽtilem exi-
stimo, qui facit sibi qd' colat. Vnde publicũ aper-
tumq; est quod minis siue terrore & persecutioni-
bus crebris Gabinũ similesq; de naturæ libertate
sublatos, ipsi sibi quos uenerarẽtur, perfidos fabri
casse noscuntur, ad quorum cultum cogũtur intui-
ti. AD HÆC Respon. Adhuc addis furori ue-
stro uerba blasphemiæ, & audes dicere ecclesiã ca
tholicã humanũ esse figmentũ. cui dicit deus, Ego *Esaiæ 54*
eẽ sum dominus qui facio te, dominus nomẽ ei.
Et ut sciamus ipsam eam catholicam uniuersa ter-
rarum orbe diffusam, sequitur & adiungit, Et qui
erui te, ipse deus Israel, uniuersæ terræ uocabitur,
Hoc euidentissimũ dei opus, humanum dicitis es-
B se figmentum, nec uos respicitis quod ab ista eccle
sia quã se promisit deus in uniuersa terra esse faciu
rũ, nullo modo separaremini, nisi hominẽ sequere
mini. Nos eum sequimur qui dixit Abrahæ, In se- *Gen. 12*
mine tuo benedicentur omnes gẽtes. Eum sequi-
mur qui dixit ipsi ecclesiæ suæ, quod modo cõme
moraui, Ego sum dominus qui facio te, dominus
nomen ei, & qui erui te ipse deus Israel uniuersæ
terræ uocabit. Propterea tenẽtes ecclesiã quę dila
tatur & crescit per omnes gẽtes, & per uniuersam
terrã, nõ utiq; figmentũ sequimur humanum, sed
promissum factumq; diuinum. Vos quid sequimi
ni, ut ab huius diuinæ promissionis & diuini ope-
ris communione diuisi, uelitis esse de parte Dona
ti? peccato Cæciliani perisse de orbe terrarũ pro-
C missiones dei, & remãsisse in parte Donati, homo
uobis dixit an deus? Si deus, legite hoc nobis ex le
ge, prophetis, psalmis, apostolicis & euangelicis li
teris. Legite si potestis, quod in collatiõe uestra mi
nime potuistis. Si autem homines ista dixerũt, de
quibus dictum est, Firmauerunt sibi sermonẽ ma- *Psal. 6*
lignum, Ecce humanum figmẽtum, ecce quod co
litis, ecce cui seruitis, ecce propter quod rebella-
tis, insanitis, ardetis. Gabinus uero & cæteri, qui
hanc ecclesiã cognouerũt, elegerũt, tenuerũt, non
humanũ figmentum, sed diuinũ promissum præ-
dictum & impletũ, cum fidelibus habere cupien-
tes, ulterius pro humano figmẽto ipsas humanas
molestias perpeti noluerunt. Qui enim pro ueritа
te & unitate Christi nõ dico res suas, sed istam etiã
D uitã suam alijs duntaxat auferentibus atq; interfi-
cientibus amiserit, uere fidem habet, uere spẽ ha-
bet, uere charitatem habet, uere deũ habet. Quis-
quis autem pro parte Donati uel fimbriam uesti-
menti perdiderit, cor nõ habet. Quid ergo mirum
si homines sapiẽtes cum uiderunt contra obdura-
tæ cõsuetudinis pertinacissimam uetustatem, pro-
posita sibi esse dãna & exilia, cõsideraverunt utrũ
pro parte Donati cõtra ecclesiam catholicam, hoc
est pro figmẽto humano cõtra opus diuinum per-
peti ista deberent: & se utiq; non debere uiderunt,
atq; istam quam uocatis persecutionem, cognoue
runt sibi esse correctionis occasionem, & fecerũt
quod scriptũ est, Da sapienti occasionẽ, & sapien- *Prou.*
tior erit? Vides itaque quàm inaniter dixeris ho-
mini

mini, qui ex præcepto pijssimi Imperatoris sui ue-
stram correctionem requirit, quod huius pruden-
tiam executoris officium nō decebat. Quid enim
magis religiosum militantem decet, quàm ut in ea
causa in qua perpēdit, quibusnā uos uultis esse de-
ceptio, multis ipse fiat corrigendis saluatio?

Hæretici quatenus per principes coercēdi Ca. XXVI

VERBA epistolæ, Ad docendum, inquit, po-
pulum Israel omnipotens deus prophetis præco-
niū dedit, nō regibus imperauit. Saluator anima-
rum dominus Christus ad insinuandam fidem, pi
scatores, non milites misit. AD HÆC respon.
Audite ergo prophetas sanctos, & sanctos pisca to
res, & molestos non patiemini religiosissimos re-
ges. Iam enim & superius ostendi ad curam perti-
nuisse regis ut Niniuitæ deū placarent, cuius iram
propheta annunciauerat. Quādiu ergo uos nō te-
netis ecclesiam quam prænunciauerūt piscatores,
apostoli plantauerunt: tamdiu reges qui eā tenēt,
rectissime ad suā curam iudicant pertinere, ne uos
aduersus eam rebelletis impune: Nam deus & re-
ges habuit inter ꝓphetas. Dauid quippe sanctus,
quod non potestis ignorare, rex fuit, Audite itaq;
prophetantē regem, & nullum religiosum regem
formidabitis irascentem, Audite, inquam, prophe
Psal. 71 tam regē dicētem de Christo, Dominabitur à ma-
ri usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos or-
bis terræ: & nō timebitis Christianum regem suc-
censentē uobis hanc ecclesiam blasphemantibus,
quæ sicut à rege prophetata est, exhibetur usq; ad
terminos orbis terræ. Quia & rex Nabuchodono
sor, quāuis propheta non fuerit, eos tamē qui bla-
sphemarent deū Sidrach, Misac & Abdenago, re-
ligiosa seueritate coercuit. VERBA epistolæ.
Mundanæ, inquit, militiæ nūquam deus expecta
uit auxilium, qui solus potest de uiuis & mortuis
iudicare. AD HÆC respon. Non mūdanę mi-
litiæ deus expectat auxiliū, quando regibus largi
tur potius beneficium, qui eis inspirat, ut in regno
Psal. 2 suo curent fieri domini sui præceptū, Quibus em
dictū est, Et nunc reges intelligite, erudimini qui
iudicetis terrā, Seruite domino in timore: sentiūt
suā potestatē ita domino seruire debere, ut ea po-
testate plectantur, qui nolunt eius uoluntati serui
re. Quod autem de militibus facis inuidiā, si utiq;
ista cura, sicut iam docuimus in scripturis sanctis
pertinere demonstratur, per quos id acturi sunt re
ges aduersus rebelles Circūcelliones, & insanos
eorum siue participes siue principes, nisi per subdi
Iustorum constantia Cap. XXVII tos milites? VERBA epistolæ, Sed hoc non sci-
unt, inquit, alienarum rerum incubatores, qui nec
deum audiunt dicentē, Non concupiscas rem pro
ximi tui: Nec per Salomonē spiritum sanctum di-
centem, Tunc stabūt iusti in magna cōstantia, ad-
uersus eos qui se angustiauerūt, & qui abstulerūt
labores eorū, Videntes turbabuntur timore horri
bili, & mirabuntur in subitatione insperatæ salu-
tis, dicētes inter se pœnitentiam habentes, & per
angustiā spiritus gementes. Hi sunt quos aliquan
do habuimus in derisum, & in similitudinē impro
perij: Nos insensati uitā illorum existimabamus
insaniam, & finē illorum sine honore: Quomodo
cōputati sunt inter filios dei, & inter sanctos sors
illorū est? Ergo errauimus à uia ueritatis, & iusti-
tiæ lumē nō illuxit nobis: Lassati sumus in iniqta-
tis & perditiōis uia, & ambulauimus solitudines
difficiles, uiā autem domini ignorauimus. Quid
nobis profuit superbia, aut quid diuitiarū iactan-
tia contulit nobis? Transierunt omnia tanq; um-
bra. Hæc igitur fides nos hortat, ut libenter pro
deo in ista persecutione moriamur. AD HÆC
respon. Agnoscite scelus uestrum, & nolite uobis
usurpare nomen alienum, Scriptura dixit, Tunc
stabunt iusti in magna cōstantia aduersus eos qui
se angustiauerūt, & qui abstulerunt labores eoeū:
Non dixit, stabūt omnes qui mala passi sunt: sed,
stabūt iusti, Sicut & dominus cum dixisset, Beati *Matt. 5*
qui persecutionem patiūtur, nisi addidisset, pro-
pter iustitiam, nō solos significaret qui pro sua in
domino patientia coronātur, sed etiam illos qui iu
stis legibus puniūtur. Quapropter si ad uos puta-
tis hæc iustorum uerba quę scripta sunt pertinere,
prius an iusti sitis ostendite. Habetis enim res ma-
gnas quas inter uestras iustitias uētiletis, diuisio-
nem Christi, rescissionē sacramentorū Christi, de-
sertionem pacis Christi, bellum contra membra
Christi, criminationes in coniugem Christi, nega-
tionem promissorum Christi. Hæ sunt iustitię ue
stræ, propter quas uidelicet stabitis in magna con
stantia aduersus eos qui uos angustiauerunt, & ab
stulerunt labores uestros. Iam uero cum inter iusti
tias uestras iactare cœperitis, quòd uosipsos neca
tis, quis uobis iustus æquabitur? Tunc enim maxi
me apparebitis uindicandi, Sed uidete de quibus?
de his utiq; qui uos occiderūt, Ergo ut uindicemi
ni, puniemini, & stabitis aduersus uosipsos? Maxi
me stabitis, qui caminis clausis uos in crudeles an
gustias coarctatis, ut & qui uoluerit subuenire, nō
possit intrare, & q uoluerit euadere, nō possit exi-
re. Absit absit ut stent cum magna cōstantia, cum
stabunt cum tam mala conscientia. Nisi forte arbi-
tramini propterea uobis deum tunc posse parcere
pro scelerib. uestris, quia ipsi uobis modo nō par-
citis: unde se etiam quædam sanctimoniales ue-
stræ per saxa demiserunt, & dūsilietibus uteris ho
micidiorum scelere & stuprorum scelera prodide
runt, existimantes si hoc modo in se uindicassent,
nullo iam modo deū uindicaturū: sicut & uos pu-
tatis, quę sacrilegio schismatis et hęresis, uel deprę
dando, detrūcando, excæcādo, occidendo, postre
mo etiā rebaptizando catholicos, quælibet alia po
tuerūt à uobis nephanda cōmitti, isto modo posse
quia uos occiditis expiari. Sed erratis: hoc puta-
uit & Iudas. An hoc etiā uultis addere documen-
tū, quo certius nouerimus maiores uestros potius
fuisse traditores, qa mortē imitamini traditoris?

Leuis uiolētia Caput XXVIII

Ergo quod in collatione cōtentiose negare uo-
luistis, etiam hinc uera esse gesta firmatis, In qui-
bus confessis traditoribus qui tūc primæ sedis epi
scopus in Numidia fuit, Secundus Tigisitanus
ignouit, & qbus crimina traditiōis manifesta atq;
cōfessa apud Cirtham pręsentibus relaxauit, cum
his apud Carthaginem tanquam traditores non
conuictos

Universidad de Deusto
Biblioteca

conuictos abſentesq; puniuit, A quo crimine etiã Secũdus ipſe obijciẽte Purpurio Limatẽſi ſe purgare nõ potuit, quãdo ei dixit idẽ Purpurius, Tu quid egiſti quãdo tẽtus es à curatore & ordine, ut ſcripturas dares? Quomodo te liberaſti ab ipſis, niſi quia dediſti, aut iuſſiſti dari quodcũq;? Nam nõ te dimittebant paſſim. Hoc autẽ Secundus etiam in literis ſuis ad Menſuriũ datis, quas uoſipſi protuliſtis atq; recitaſtis, ſine ambiguitate confeſſus eſt, quòd nõ tradiderit, ſed quod ad eum peruenerint à curatore & ordine miſſi perſecutores, quos ei Purpurius Limatẽſis obiecit, ut ſcripturas traderet: quas cum ab illo peterẽt, ſe reſpondiſſe, Chriſtianus ſum epiſcopus, nõ traditor, eiq; nihil omnino tradere uoluiſſe. Quod ei uultis ut credamus, cũ & uoſipſi quàm ſit incredibile uideatis, feruente illa perſecutione retentum epiſcopum ſiue conuentum ut ſcripturas dominicas traderet, nulliſq; traditis fuiſſe dimiſſum. Nempe cõtendebatis non potuiſſe epiſcopos ad ordinandum epiſcopũ ad ciuitatẽ Cirtenſem perſecutionis tempore conuenire. Quomodo ergo perſecutio illa feruebat, ſi potuit epiſcopus propter ſcripturas tradendas teneri, nulliſq; traditis impune dimitti? Et tamẽ clamabatis immanitatem perſecutionis illius temporis deſcribentes, nec duodecim epiſcopos ad ordinãdum epiſcopum potuiſſe in concilium congregari, qui geſta illa conficerent: niſi crimina traditionis inuicem donauerint, proq; pace eccleſiæ iudicanda domino reliquerint: cum uos hoc tempore talem perſecutionem uos perpeti dixiſtis, qualis nunquam fuit: id eſt ut loca uobis deſint, quo confugere, atq; ubi latere poſſitis: cum concilia facia-
tis, epiſcopos ordinetis, etiã in eorum locum, qui ſuis ignibus perierunt, iterũ tales, qui ſuis ignibus perire parati ſunt. In concilium autem tantę ut putatis atq; iactatis perſecutionis tempore, amplius etiam quàm triginta cõuenire potuiſtis, ubi & Petilianus fuit, qui perſecutionis tẽpore nec duodecim cõuenire potuiſſe clamabat. Porrò in ipſo cõcilio ſtatuiſtis, ut qui nobis inuiti communicauerunt, uel epiſcopi uel presbyteri, tantum ſi ſacrificium non obtulerint, aut in populo non tractauerint, ad ueniam pertineant, in ſuis honoribus recipiãtur: ac ſic totas calumniarum ueſtrarum uires, etiam ipſi hoc decreto ueſtro penitus amputaſtis. Vbi eſt enim quod ueſtro uaniloquio etiã eos, qui non fuerunt, dicitis per communionem noſtram fieri traditores, quia ſcilicet ſicut calumniamini, illi nos impugnauerunt, qui urgẽtibus tunc impijs poteſtatibus libros eccleſiaſticos tradiderũt? Cur ergo nũc à crimine abſoluitis, quos nobis communicaſſe cognoueritis inuitos, ſi ſacrificium nõ obtulerint, neq; ſermonem in populo fecerint: quaſi illi tũc primi traditores ſub terrore & horrore immanium ſuppliciorũ, qualia modo uobis omnino nullus ingeſſit, codices ſanctos non inuiti tradiderint, aut ſacrificium illic obtulerint, aut in populo ſermonem fecerint? Videtis ergo quòd ſicut uos eſtis, quos uaniſſime criminamini, communione noſtra fieri traditores, ſi quid inuiti fecerint, potui-

A ſtis agnoſcere: ita etiam maiores ueſtri in neceſſitate multo arctiore tradentibus traditorijs ueris, in eadem regula ignoſcere potuerũt. Sed ut damnarent alios abſentes & inauditos inimicorũ Cæciliani factiõe compulſi ſunt facientibus, quòd de talibus Apoſtolus dicit, In quo enim alium iudi- Rom. 2.
cas, teipſum condemnas: eadem enim agis quæ iudicas. Quapropter quoniã Donatiſtæ ſemetipſos occidere ſemper amauerunt, & ipſi ab initio traditores fuerunt: quid mirum ſi traditoris mortem etiam ſuos poſteros amare docuerunt? Sed uitãdæ huius ſimilitudinis cauſa, uel nunquam, uel difficillime ſe laqueo necauerunt. Fruſtra omnino, nã ille ludam traditorem id facere compulit, qui & illum puerum, quem ſanauit dominus, in aquam &
B ignem ſæpe deiecit, & gregem porcorum in mare præcipitauit, & ipſi domino præcipitium de pinna templi audaci præſumptione ſuggeſſit. Quamuis itaq; diuerſis modis uoluntariam uos præcipitetis in mortem, tamen eiuſdem diaboli inſtinctu uoſipſos necando imitamini traditorem. Quod etſi uos non eſtis, eorum tamen qui fuerũt, & ſchiſma fecerunt, in quo libenter eſtis, etiam hoc in uobis facere, quod in ſe traditor fecit, nephãdo magiſterio didiciſtis. Ecce cum qua iuſtitia ſtabitis aduerſus eos, qui uos anguſtiauerũt: ut ſi ueſtræ mortes uindicabuntur, non niſi in uobis iuſtiſſime uindicentur. Qui ſunt autem labores ueſtri, quos à uobis iactatis auferri? An ne iniuſtum eſt, ut eccleſiæ q[uæ] fuerũt ueſtræ, cum in pacẽ catholicam tranſeunt, cum ſuis rebus tranſeant? His enim ad nos
C tranſeuntibus, ſi res eorum uultis tenere, uos proculdubio res alienas uultis auferre. Mater autem catholica uobis dicit, quod quibuſdã beatus Apoſtolus dixit, Non eũm quæro quæ ueſtra ſunt, ſed 2. Cor. 12.
uos. Veruntamen quomodo uobis non eſtis ipſi contrarij, quãdo utrunq; nobis obijcitis, & quod res ueſtras poſſidere cupiamus, & quòd uiolenter uos nobiſcum eſſe cogamus? Hæc duo quàm ſint inter ſe contraria, non uidetis: ſi enim ad communionẽ noſtrã uos inuitos quærimus & tenemus, quomodo res ueſtras deſideramus, quas utiq; uobis communicãtibus habere nõ poſſumus? Si autem illas cupimus obtinere, quomodo uos quærimus, ut eas uobis communicantibus amittamus? Sed confitemur uobis, cupiditas noſtra charitas
D uocat, Hæc uos quęrit in nobis: hęc uos inuenire, corrigere, atq; in unitatẽ Chriſti ſociare deſiderat, ne ueſtris caminis uos ardere timeamus. Huius igne feruemus, hæc nos accẽdit, ut nõ ſolum non cõcupiſcamus res ueſtras, ſed nobiſcum optemus poſſideatis & noſtras. Agnoſcite & uenite, & perire nolite, aut ſi ultrò uenire erubeſcitis, feruimus infirmitati ne qd pereat charitati. Ecce uolumus uos tenere, quid feſtinatis ardere? Ad uitam tenemus, ad ſalutem tenemus, ad Chriſti unitatem, ueritatem, ſuauitatem tenemus, Ad cœnam tanti patris familiâs, ſi ſponte non uultis, intrare compelli-
mus. De iuſtitia certamen eſt, non de pœnitentia. Cauete ergo ne forte dum putatis ad uos perti- Caput XXII. Supra.
nere quod ſcriptum eſt, Tũc ſtabũt iuſti in magna

conſtan

constantia aduersus eos qui se angustiauerunt, & abstulerunt labores eorum: non hoc uobis contingat de laboribus uestris, & potius illud quod
Sap. 10 alibi scriptum est: Labores impiorum iusti edent. Neque enim stabunt contra uos Maximinianistę quorū quando potuistis Basilicas abstuliſtis: Aut stabunt contra uos Pagani, quorum certe ubi potuistis templa euertistis & Basilicas construxistis, quod & nos fecimus: Aut stabunt aduersus uos symphoniaci dæmoniorum quorum tibias & scabella fregistis, quod & nos fecimus: Sic nec uos stabitis aduersus nos. In talibus quippe omnibus factis, non rapina concupiscitur, sed error euertitur. Sicut ergo non stabunt Chananæi aduersus Israelitas, quamuis Israelitæ abstulerunt labores eorum, sed stabit Naboth aduersus Achab, quia de B
lictum factum est, non præceptum, ut labores iusti auferret iniustus, Sic hæretici non stabunt aduersus catholicos, cum in rebus hæreticorū Christiani imperij iussa cōplentur, nec res eorum à catholicis auferuntur, sed potius inquiruntur, eisq; multa quantum fieri potest correctis reddenda seruantur: sed stabunt catholici non solum aduersus Gentiles, à quibus martyres ueri expoliati sunt, uerumetiam aduersus Circumcelliones Donatistarum, quia & ipsi abstulerunt labores eorum.
Verum de his pecuniarijs laboribus facilior causa est. Ecce quotidie si quis ad nos transitum facit, cum etiam illi quorum erāt ad pacem catholicam transeunt, reddimus pecuniam, uestem, fructus, uasa, rura, tecta uestrorum: Vos quomodo nobis C
reddituri estis membra nostrorum? Nempe aliquando expergiscimini & cernite nec uos esse de
Sap. 5 quibus dicatur: Hi sunt quos aliquando habuimus in derisum: cum potius uos habeamus in fletum: Nec uos computamini inter filios dei, nisi recedentes à parte Donati, hanc tenueritis Ecclesiam, quam sicut prædixit, exhibet filius dei: nec inter sanctos sors uestra, sed inter hæreticos. Nam quid alios de uobis dicturos putabis? Nos insensati uitam illorum existimabamus insaniam? Miror quòd tam insensati estis, ut ipsi uobis talia non dicatis. Sanctis quidē ueris ac fidelibus, immundi & infideles tunc ista dicturi sunt, eis utiq; quos nunc existimant insanire, quia luxurijs quas uident frui nolunt, dum quod non uident credunt. Sed uos si nō uitam uestram, certe istam quam uo D
bis uultis facere mortem uestram, si non existimatis insaniam, desperatius insanitis. Verba uero illa: Ergo errauimus à uia ueritatis, &c. non erunt quidem tantum nostra, sed maxime uestra. Erratis enim quod manifestum est, à uia ueritatis, & iustitiæ lumen non lucet uobis, lassamini in iniquitatis uia & perditionis, & ambulatis solitudines difficiles, uiam ueram domini ignoratis. Quæ autem sequuntur: Quid nobis profuit superbia, aut quid diuitiarum iactantia contulit nobis? Transierunt omnia illa tanquā umbra: nescio utrum quisquam inter cæteros diceret aptius & conuenientius quàm tuus decessor Optatus. Nolite ergo putare uos esse quales nō estis, & perire quales estis;

A quoniam non uos hæc fides, sed uester malus error hortatur, non ut libenter pro deo, sicut dicis, in ista persecutione moriamini, sed ut nequiter pro Donato factis uestris persecutionem patiamini.

VERBA EPISTOLÆ: Et alia manu: Opto te, inquit, incolumē ueritate perspecta animum lenire, & ab innocentum exitibus temperare. Ca. XXX

AD HÆC RESPON. Vos potius ueritate perspecta lenite animum uestrum, ne sic sæuiat ut nec uobis parcat. Nam quid isto cui quidem scripsisti, facile potest lenius inueniri, qui uos & inuitauit ad uitam, & si eam nobiscum nolletis, relaxauit ad fugam? Vos in uos estis asperi, nos mites: uos sine ulla immanitatis cōsideratione crudeles, qui hoc in uobis facitis, quod immites facere consueuerunt, errorum dilectores. Quid autem optas ut ab innocentum exitibus temperetur? Vos quidem innocentes non estis, tamen ille uobis dedit exitum, sed ipsi uobis dare uultis exitium. Puto enim quòd uerbi ignorantia te fefellit, ut uolens intelligi exitia, exitus diceres. Cum ergo hortaris optando, ut se ab innocentum exitijs imperialium legum temperaret executor, id agis ut deceptoribus parcat, & innocentes decipi impune permittat. Quid ergo aliud, nisi ut ille cui te bene arbitraris optare, nec deo, nec Imperatori suo seruet fidē: quia scilicet per iustitiam nō ueram, sed uestrā, ad Imperatorem curam pertinere causæ huiusmodi non deberent, ut calūniosa diuisio sanaretur: deberent autem, ut quando facta est firmaretur? Si doctrina ista quam non de scripturis sanctis, sed nescio unde didicistis, iusta uobis uidetur, ut hæc ad imperialem non pertineat potestatem: tunc maioribus uestris uenisset in mentem, quando Cæciliani causam ad Imperatoris iudicium Constantini accusando miserunt. Nunc uero quia leones Da- Daniel. 6
nielem propter innocentiam non læserunt, uultis ut illis parcat qui eum calumniando leonibus obiecerunt? Sed non ut homo, iudicat deus, in cuius Prouerb. 21
manu cor regis est, & quo uoluerit inclinat illud. Cor autem regis cum est infidele, aut exercentur, aut probantur boni: Cum uero est fidele, aut corriguntur, aut plectuntur mali. Horum duorū quid in uestra causa sit, satis iam diximus, satisq; literis tuis nullius loci prætermissione respondimus: qd', utinam & tibi, tamen aliquibus ex uobis profuturum esse deo miserante confidimus. Ad hæc autem si respondere aliquid præparas, lege etiam illa quæ cum Emerito acta sunt, quibus ille respondere non potuit, ne forte tu possis, sicut iam superius ut experireris admonui. De causa etiam Maximinianistarum cum illo egimus, de qua à nobis in collatiōe toties uobis obiecta nihil respōdistis, quoniam de re manifestissima & recentissima nihil quod responderetis inuenire potuistis, quomodo Maximinianus quē multo grauiore quàm Cæcilianum sentētia percussistis, ita ut diceretis eum Dathan, Chore, & Abiron ministrū, quos pro scelere schismatis uiuos terra deglutiuit, non polluerit consortes schismatis sui, quibus ut ad uestram communionem redirent, dilationem dedistis, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

polluerit Afer Afros, uiuus uiuos, notus notos, A
particeps socios: & Cæciliani polluerunt transmarinos, polluerunt longe positos, polluerunt ignotos, polluerunt nondum natos. Inueni si potes quid dicas, quomodo susceperitis honorem Feliciani Mustitani, & Prætextati Assuritani, quos cum Maximiniano & alijs decem sine ulla dilatione damnastis, contra quos ut eos de basilicis pelleretis, apud duos, uel nisi fallor, apud tres proconsules litigastis: & cum iam in locum Prætextati alium ordinassetis, post tam longum tempus eos in suis honoribus recepistis. Qua iustitia, qua ratione, qua fronte in honore suscipitur Maximiniani sta damnatus, & damnatur orbis terrarum catholicus inauditus? Qua iustitia, qua ratiõe, qua fronte cauendum esse dicitis, ne uos inquinet Cæcilia B
nus olim defunctus, uobisq; prorsus incognitus, uestris maioribus iudicantibus semel damnatus, uestris maioribus ter absolutus, & cauẽdum non putastis, ne uos inquinaret Felicianus, uniuersalis concilij uestri ore damnatus, & ab uniuersis uobis, præcipue tui prædecessoris fauore susceptus? Qua iustitia, qua ratione, qua fronte rescinditis baptismum quem dant Ecclesiæ, quas laboribus suis Apostoli plantauerunt, cum susceperitis baptismum quem Felicianus & Prætextatus per tam longum tempus, quando contra eos damnatos litigabatis, foris à uestra Ecclesia tradiderint? Si enim ut soletis male intelligere, & nobis obijcere,
Eccl. 34 sic est intelligendum quod scriptum est: Qui baptizatur à mortuo, quid proficit in lauacro suo: In C
ter illos isti iacebant quando baptizabant, de quibus uestra Bagaiẽsis sentẽtia tanto strepitu insonuit: Aegyptiorum admodum exemplo pereuntium funeribus plena sunt littora, quibus in ipsa morte maior est pœna, quod post extortam aquis ultricibus animã, nec ipsam inueniunt sepulturam. Quid ad hæc dicturi estis? Ecce mortui baptizant eos quos suscipitis, nec morimini, & nobis tanquam mortuis calumniamini, ut catholicæ unitati communicare nolentes uestris ignibus uere moriamini. Respondeat ista: uacat tibi cogitare quid dicas: Saltem in hoc aliquod tibi beneficium conferamus, ut dum cogitas quomodo respondeas, minime cogites quomodo ardeas. Sed nolumus ut inopia respondendi lassum illud et quassum, quod D
dicere cõsueuistis, adhuc tibi existimes dicendum. Si tales sumus, quare nos quæritis? Respondem⁹ enim: Magis uos catholica Ecclesia debet quærere quia peristis, si uos Maximinianistas perditi perditos inquisistis. De corde enim uestro nobis dicitis: Quare quæritis tot tantarumq; reos criminum? sed de libro dei uobis respondemus, quia charitas cooperit
1. Pet. 4 multitudinem peccatorum.

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA Gaudentium Tamugadensem Episcopum Liber tertius.

CCEPI Gaudenti responsionem tuam: si tamen responsio ista dicenda est, quã mihi ꝓpter ea referre uoluisti, ne si tacuisses diceremus te esse conuictũ. Sed nõ hoc est respondere; qđ est non tacere. Nam si hoc est, A
respondisti plane. Sed ideo, ut etiam hi, qui de te aliquid possent sperare, nouerint te nõ inuenisse qd respõdere deberes: & tamen respondisse ne taceres. Itaq; cum caueres ne uictus dicereris, fecisti ut ostendereris. Ad quod ostendendũ tua ipsa scripta sufficiunt, si ab intelligẽtibus legantur, & meis diligenti examine cõparentur. Vt autem scriptis alijs hoc doceam, quo etiam ingenijs tardioribus satisfiat, aliquanto prolixior disputatio necessaria est: quam quidem adgrediar si opus fuerit, dominusq; uoluerit. Nunc interim, quoniã potius esse catholicos testimonio beati Cypriani affirmare conatus es: attende paululum quam Ecclesiam dixerit ille Cypria
catholicam, cum eius defenderet unitatem, Ecclesia, inquit, domini luce perfusa, per totum orbem radios suos porrigit. Vnũ tamen lumen est, quod ubiq; diffunditur: nec unitas corporis separatur. Ramos suos in uniuersam terram copia ubertatis extendit, profluentes largiter riuos largius expandit. Vnum tamẽ caput est, & origo una: & una mater, fœcunditatis successibus copiosa. Quid igitur & uosipsos fallitis, & alios fallere mẽdacijs impudẽtib. uultis? Si huius martyris testimonio uestra est Ecclesia catholica, ostendite illam per orbẽ totum radios suos porrigere, ostendite illam per uniuersam terram ramos suos copia ubertatis extendere. Hinc enim & Græco uocabulo Catholica nominatur. Quod enim Græce holon dicitur, Latine totum, uel uniuersum interpretatur. Per totũ ergo siue secundum totum est catholon, unde catholica nuncupatur. Si hoc nosti, quare te nosse dissimulas? Si autem ignoras, quare non prius ẽꝫ loqueris, quod nescis, eos qui norunt, interrogas? quod si displicet tibi, non Græcam sed aliquam linguam inueni, qua doceas catholon, non per totũ siue secundum totum, uel secundum uniuersum significare: & recede à testimonio Cypriani. Ille nanq; contra te loquitur: qui uides quid dicat. Per orbem totum dicit, & per uniuersam terram porrigi, extendiq; catholicam: Græco eius nomini, ac diffinitioni consentiens. Tu aliud tenere, sentire, dicere repereris: & dum Cypriano teste inniteris, Cypriano teste menturis. Ab hac ergo uera germanaq; catholica, quæ domini luce perfusa, per orbẽ totum radios suos porrigit, ramos suos per uniuersam terram copia ubertatis extẽdit, quæ causa uobis fuerit exeundi, cũ interrogamini, nihil iustũ inuenitis: prorsus ab hac ecclesia exitũ uestrũ nulla purgatiõe ꝓbabilis excusatiõis abluitis. Quid eñ dicitis

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicitis, nisi necessitas compulit, ut iusti relinque- A
remus iniustos? Respondet uobis scriptura diui-
5 na. Filius malus ipse se iustum dicit: exitum uero
suum non abluit. Exitum, inquit, suum, utique
illum, de quo dicit Apostolus Ioannes: Ex nobis
exierunt, omnino non abluit, non defendit, non
excusat, non purgat. Ad iustos enim non perti-
net in Ecclesia catholica, nisi malos, quos corrige
re uel damnare non possunt, patientissime tolera-
re: nec propter zizania, de dominico agro, nec
propter paleam, de dominica area, nec propter ua-
sa inhonorata, de dominica domo, nec propter pi
sces malos, de dominicis retibus, ante tempus exi
re: ne frustra exitum suum conentur abluere. Has
Euangelicas sententias, si uolueris in alium sen-
sum qualibet argumentatione conuertere, eidem B
beato Cypriano, cuius testimonium adhibes, con
tradicis: sicut in nostra conlatione fecistis. Nam
hæc de ista quæstione supra dicti martyris uerba
sunt, in epistola, quam scripsit ad Maximum & so
cios confessionis eius: Et si uidentur, inquit, in
4 Ecclesia esse zizania, non tamen impediri debet,
aut fides aut charitas nostra, ut quoniam zizania
in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus.
Nobis tantummodo laborandum est, ut frumen-
tum esse possimus: ut cum cœperit frumentũ do-
minicis horreis condi, fructum pro opere nostro
& labore capiamus. Apostolus in epistola sua di-
2. Tim. 2 cit: In domo autem magna, non solum uasa sunt
aurea & argentea, sed & lignea, & fictilia: & quæ-
dam quidem honorata, quædam uero inhonora- C
ta. Nos operam demus, & quantum possumus la-
boremus, ut uas aureum, uel argenteum simus.
Cæterũ fictilia uasa confringere soli domino con-
cessum est: cui & uirga ferrea data est. Esse non
potest maior domino suo seruus. Nec quisquam
sibi, quod soli filio pater tribuit, uendicarit: ut se
putet, aut ad aream uentilandam, & purgandam
paleam, uel uentilabrum iam ferre posse, aut à fru-
mento uniuersa zizania humano iudicio separa-
re. Superba est ista obstinatio, & sacrilega præsum
ptio, quam sibi furor prauus adsumit: & dum sibi
semper aliquid amplius, quàm mitis iustitia depo-
scit, adsumunt, de Ecclesia pereunt. Et dum se inso
lenter extollũt, ipso suo tumore cęcati, ueritatis lu
men amittũt. Nempe nũc saltẽ uides aduersus san D
ctum Cyprianũ uos in nostra collatiõe clamasse,
5 eicę contentionibus restitisse, quibus asserebatis a-
grum Christi, de quo ait: Ager est mundus, non
esse Ecclesiam, sed mundum præter Ecclesiam, ut
ea quæ cernerentur, posset habere zizania: Nam
in Ecclesia dicebatis manifesta zizania esse non
posse. Quotiens hic testimonium Cypriani posui
mus, & nec aperte illi resistere ausi estis, nec tamen
consentire uoluistis: Nempe nunc saltem exper-
gisceris, audis, aduertis: Quia & si uidentur es-
se zizania, non tamen impediri debet, aut fides,
aut charitas nostra: ut quoniam zizania esse in Ec
clesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Qua-
re ergo uos ab unitate huius Ecclesiæ nefario schi-
smate discessitis, & hæretica præsumptione, in ea-

dem discessione persistitis? Ecce tibi est Cypria-
nus, consenti illi, aut respondе illi. Vides quẽad
modũ his uerbis quibus dicit, esse in Ecclesia cer-
nię zizania, nec tamen ab illa debere discedere,
delet omnes tuorum scriptorum calumnias? Qui
bus etiam in tanta abrupta progressus es, & tumo
re uestro præcipitasti, ut diceres, etiam nescien-
tes qui peccauerunt de uniuerso mundo, peccatis
alienis potuisse perire Christianos: quia scilicet le 6
gitur in sanctis scripturis, unum de anathemate Iosue 7
fuisse furatum, & pro isto peccato alienum popu-
lum nescientem fuisse punitum. Ignorans illas
mortalium corporum pœnas, hoc est, morituroru
mortes, ad utilem terrorem populo ualuisse: non
tamen eisdem mortuis ad aliquod detrimentum
futuræ uitæ, aliena peccata, præsertim quæ nesci-
erunt, aliquid obfuisse. Itáne ut hoc diceres, itáne
ut peccatis alienis, etiã incognitis perire deo quẽ-
quam credere & dicere auderes, nec ipsos timuisti
collegas tuos, qui te in nostra collatione reticen-
te, & fortasse cum hoc iam sentires non audente,
tantis disceptationum lateribus pugnauerunt: pi
sces malos in dominicis retibus à piscatoribus ig- 7
norari, ne uidelicet perirent eorum contagione,
si scirent? Nónne tibi uenit in mentem, de palea
dominicæ areæ, id est, Ecclesiæ, usque ad tempus
uentilationis in una permixtione toleranda, dispu
tantibus, cum Emeritus urgeretur, negasse illũ
atque dixisse: Non legis aream. Qui cum & à su-
is secretius admoneretur, & à nobis apertius com
memorantibus ex Euangelio, dominum esse uen
turum ferentem uentilabrum in manu sua, qui
mundabit aream suam, & frumentum recondet
in horreo, paleam uero comburet igni inextingui
bili, continuo correxisse obliuionis erorem, quo
negauerat scriptum: nec tamen hæreticã uel schis-
maticã conuertisse peruersitatẽ, qua negabat ma-
los à bonis debere pro unitate Ecclesiæ sustineri: 8
Continuoq; dixisse, qd nomine paleæ, mali signi
ficarentur occulti, ut hic causæ uestræ præcipua di
ligentia seruaretis, quod ignorati mali commacu
lare bonorum neminem possent. Ecce partis ue-
stræ patronus egregius perdidit te aduersante la-
bores suos. Ille quippe ut custodiat bonorum salu
tem, prorsus in Ecclesia malos permanentes, à bo
nis perhibet ignorari, ne perdant eos, si fuerint co
gniti & tolerati: tu autem etiam ignoratorum ma-
lorum contagio bonos perire dixisti. Necq; timui-
sti tam multos ab initio uestros latẽtes flagitiosos,
facinorosos atque impios, qui professio secundum
tuam sententiam, te atq; omnes tuos, uobis nesci-
entibus perdiderunt. Sed nunc quoq; nullo pauo-
re tremuisti, ne forte quispiam uestrum te nescien-
te peccaret, & te dum ista loqueris perderet. An
forte dum cognitis tuis factis, periisse te intelligis,
propter hoc alienis incognitis perire non metuis?
Quid tibi optem, nisi ut te nobis liceat inuenire,
ne libeat te perire? Quid enim spei remanebit, nõ
solum nobis qui domino Christo, prophetis, A-
postolis sancto'que Cypriano consentimus, etiam
cognitos malos, si eos nec corrigere possumus,

Universidad de Deusto
Biblioteca

nec punire, pro unitatis uinculo sustinendos: uerũ etiam uobis, quibus ante tempus messis, uentilationis, & littoris, placet à malis separatio corporalis: si opinio tua uera est, qua putas & suis peccatis quenq; perire qui facit, & alienis, qui utrum facta sint nescit? Si enim hoc ita est, profecto & maiores uestri, qui se sicut putatis à cognitis malis separauerunt, de incognitis perierũt. Non solum autem tibi, qui cum dicis alienis criminibus perire hominem, siue illa scientem, siue nescientẽ, nullum pro cul dubio remanere pateris innocentẽ: sed etiam Emerito, qui longe tolerabilius sentiens, in cõmunione sacramentorũ, alienis peccatis tantũmodo cognitis homines innectit, ab incognitis soluit: multo ueriore uenerabilis Cyprianus uoce respõdit: Simul crescentia nõ perire frumenta, zizanijs non extra Ecclesiã, sed in Ecclesia constitutis: nec occultis atq; incognitis, sed planè notis atq; perspicuis. Puto enim quod nõ in carne, sed in ipsa mente cæcatur, qui cõtendit latere quod cernitur. Cum aũt monet beatissimus ille, ne ꝓpter zizania quæ in ea sunt, ab Ecclesia recedatur: non monet propter illa quæ occultantur, sed propter illa potius quæ cernũtur. Ipsa enim sunt, quæ possunt perturbare cernentes, nisi eos faciat sapientia patientes. Nam quomodo propter occulta nos nõ deberemus cedere discere, quæ omnino esse nescimus? Et si uidentur, inquit, in Ecclesia esse zizania. Videntur ait, nõ suspicatione creduntur. Et ne quisq;
9 putaret ita dictum, uidentur esse, tanq; non essent, sed esse uiderentur: uerbis consequentibus, quid dixerit, aperit: Non tamẽ impediri, inquit, debet, aut fides, aut charitas nostra: ut quoniam zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Non ait suspicamur, putamus, credimus, opinamur: sed cernimus. Ea quippe etiam illi non operta credebant, sed aperta cernebant, qui dixerũt patrifamilias: Vis imus, & colligimus ea? de quibus dictum erat: Cum creuisset herba, & fructum fecisset, tunc apparuerunt & zizania. Quibus respondit: Non: ne forte, dum uultis colligere zizania, simul eradicetis & triticũ. Et sinite utraq; crescere usq; ad messem. Et tamen tu dicis (ubi quid aliud quàm domino cõtradicis?) sola per mundũ creuisse zizania, & toto pene mundo diminuta perisse frumenta, cum ad aliquas gentes nondum Ecclesia crescendo peruenerit. Necesse est aũt ut perueniat & prędicet Euangeliũ in uniuerso mundo, & tunc ueniat finis. Quod futurũ esse, dominus sine ulla ambiguitate prędixit. Vides Ecclesiam testimonio Cypriani, & à toto catholicam dictam, et non esse sine manifestis malis, propter quos tamẽ nõ admonet relinquendã? In ea sunt boni, per seip
10 sos multi: in cõparatione autem zizaniorũ uel paleæ, profecto pauci. Non enim præter illam, sed in ea agitur, quod ipse dominus dicit: Quoniã abun
Matt. 24 dabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Sed ibi est & populus ubiq; diffusus: cui dicitur: Qui perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Qui aũt habeant fidem tanquam granum sinapis, qua montes etiam transferantur, rarissimi omnino

A sunt. De tali enim fide dominus dicebat: Putas ueniet filius hominis, & inueniet fidẽ in terra: nõ de Lucæ 18
Apostolica totius orbis, sicut tu puerissime intelligis. Porro de baptismo quẽ non putas esse nisi in Ecclesia, & ideo nos arguis, ꝙ ex hæresibus uenientes, si iã baptizati sunt, iterũ nõ esse baptizãdos cẽsemus: sufficit, quod respõdere minime potuisti quomodo dãnatus baptizare potuerit Felicianꝰ, foris à uestra Ecclesia cõstitutus: quẽ frustra ponere uoluisti, inter eos qbus dilationẽ dedistis. Lege Bagaitanã uestri concilij sententiã, in qua scilicet post multa acerbissima quæ illis dicta sunt, & longe grauiora quàm in Cęcilianũ, quando eum maiores uestri absentẽ, innocentemq; damnarunt: ita subiecta est eorũ manifesta & indubitata dãnatio.
B Famosi ergo criminis reos Victorianũ Carcabiensem, Martianũ Sullectinum, Beianũ Beianensem, Saluium Ausasensem, Theodorum Vsulensem, Donatũ Sabratensem, Miggenem Elefantariensem, Prętextatũ Assuritanum, Saluiũ Menbresitanum, Valeriũ Melzitanum, Felicianũ Mustitanum & Martialẽ Pertusensem: qui funesto opere perditiõis uas sordidũ, collecta feculentia glutinauerunt: sed & clericos aliquando Ecclesiæ Carthaginis, q dum fauori intersunt, illicito incestui le nocinijũ prębuerunt: dei prędestinatis arbitrio, uniuersalis concilij ore ueridico dãnatos esse cognoscite. Et deinde incipit cęteris dilatio prorogari his uerbis: Eos aũt quos sacrilegi furculi nõ polluere plãtaria, hoc est, qui à Maximinianí capite, ꝓprias manus uerecũdo fidei pudore retraxerũt: ad matrem
C Ecclesiã redire permisimus. Iam de his quid dicendum fuit, & in prioribus ad te datis literis meis satis dictũ est. Cui loco te prorsus respõdere nõ potuisse, quisquis legerit, & parũper aduerterit, dubitare non poterit. Frustra itaq; tibi uidetur, Agrippini & Cypriani concilia in hac quæstione esse selectanda: cum uos ea neglexeritis, quando extraue strum communionem baptizatos à damnatis, contra quos de basilicis excludendos litigabatis, sine ulla repetitione baptismatis suscepistis. Desententia uero Cypriani, uel collegarũ eius, quibus tunc placuit, uenientes ab hæreticis baptizare oportere, longum est ut pro merito disputem. Sed istam tu mihi si potes, breuem solue quæstionem. Quando rebaptizabat Cyprianus ab hæreticis uenien-
D tes, Ecclesiæ Carthaginensis Episcopus, tunc Ecclesiæ Romanæ Stephanus Episcopus in eodem baptismo, quem foris acceperãt, suscipiebat hæreticos: & ambo hæc diuersa facientes, in unitate catholica permanebant. Dic mihi, utrũ illo tempore Ecclesia quando secundũ uos, omniũ criminũ reos sine baptismo recipiebat per Stephanũ & eius innumerabiles toto orbe collegas, q eiusdem sententiæ participes erant: malorũ contagione perierat, an nõ perierat? Neq; enim istos malos poteris dicere occultos: cuius tu asseras nocere ac mortificare & occultos. Quisquis igitur homicida, uel etiã parricida, adulter, incestator, idololatra, codicum deniq; sanctorum non timidus traditor, sed ut traderentur crudelis tortor, & uiolentus extortor, &

iussu

iussit uel manu extremus incensor, apud hęreticos baptizatus, ad Stephanū & eius socios uenit: secū dū uos sine baptismo exceptus est. Cernis igitur oīnia hominū crimina, si uerū est quod de baptismo sentitis, tunc in Ecclesia sine baptismo congregata. Respōde utrū his criminibus, in eadem unitate maculatus fuerit Cyprianus: respōde, utrum Ecclesia perierit, an non perierit? Elige quod putaueris. Si iam tunc perierat, Donatum quę peperit? Si autem tot in eam sine baptismo aggregatis, perire non potuit: respōde quæso, ut ab ea se, tanquā malorum cōmunionem deuitans, pars Donati separaret, quæ dementia persuasit? Absit autem, ut quoniā beatissimus Cyprianus de baptismo aliter sensit, & ueritas & antea consuetudine & postea perfecta diligentius ratione monstrauit: propterea quisq; nostrum, qui hoc quod ille non sapimus, ei se audeat anteponere. Cætera enim multa & magna eius merita, & animus præcipua charitate plenissimus, per quem cum collegis diuersa sentientibus placatissimus māsit, & in unitate Ecclesię passio gloriosa, satis ostenderunt eum fuisse sarmentū in Christi radice fructuosum: quod pater etiam ab ista reprehensione purgaret, ut fructum posset adferre maiorem. Sic enim ait ipse Iesus. Sarmentum
Ioan. 15 quod in me dat fructum, purgat illud pater meus, ut maiorem fructum adferat. Ostendens etiā in ipsis fructuosis, agricolam qui est in cœlis, aliquid in uenire quod purget. Quis enim nostrū Petro Apostolo comparari potest, quamuis nunquā gentes Iudaizare coegerimus: quod ille faciebat, quādo nō recte ingrediebatur ad ueritatē Euangelij? Vnde à suo posteriore apostolo Paulo, salubri admonitione correctus, utilius posteris humilitatis prębuit exemplū, quam si nihil in illo existeret corrigendū. In hac ergo Ecclesia cōstituti, quę malorum siue occultorū, siue etiā manifestorum, nec potuit, nec poterit perire contagio, nullas de qbuslibet hominibus calūnias formidamus. Si enim ma-
11 li sunt, proculdubio eos aut ignorāt boni, aut suis iudicijs māifestatos ecclesiasticis legibus dānant: aut etiam si nouerint eos, & nō apud se accusatos, neq; conuictos, damnare nō possunt, pro Ecclesiæ pace nō solum irreprehensibiliter, uerūetiam laudabiliter tolerāt: nec se ꝓpter pisces malos ruptis
12 dominicis retibus, ante tēpus littoris dānabiliter separāt. Si ēm hoc facere uelint, exceptis diuinarū scripturarū innumerabilib. testimonijs, qbus ne faciant prohibent: retinet eos certe quē testem adhibuisti, beatissimus Cyprianus, clamans atq; contestans. Quia & si uidentur in Ecclesia esse zizania, non tamē impediri debet, aut fides aut charitas nostra: ut quoniā zizania esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia recedamus. Nō solum uerbo, uerū etiam exēplo suo nos admonens: q collegas suos, fundos insidiosis fraudibus rapiētes, usuras multiplicantes, fœnus augētes (quorū auaritiam, nō leue aliquod uitiū, sed esse idololatriā, secundū Apo
13 stolū intellexit) pro unitatis uinculo ꝓtulit. Talis nec eorū cōtagio factus est, talis discesserit ab eis dissimilitudine morū, non diuisiōe sacramentorū. Et

A immundū nō tetigit: sed à factis eorū abhorrendo, nō seorsum populos colligēdo. Vos aūt dū carnaliter sapitis, qd' dictū est per Esaiā prophetā: Discedite & exite de medio eorū, & separamini dicit do- Esaie 52
minus, & immundum ne tetigeritis: & talia quæ in scripturis similiter dicta sunt: dū hęc, inq;, non spiritaliter, sed carnaliter sapitis, tales omnino apparetis, quales eorū, ipso ꝓpheta prędicante dominant dicentes: Nolite me tangere, quoniā mūdus
14 sum. Deniq; quādo aliena peccata uos puerse deuitanda esse cēsuistis, alia uestra fecistis: sacrilegū schisma, populos diuidēdo, et sacrilegā hæresim, cōtra dei manifesta promissa & impleta, de ecclesia toto orbe diffusa, nefario spiritu sentiēdo. Nam si ut putas, & nos in uerbo reprehendis, una eadēq; socie-
B tas ꝓditorū simul & schisma & hęresis esset, nō dixisset beatis. Cyprianus in hac ipsa epistola, unde hoc de zizanijs in Ecclesia cōstitutis posuit testimoniū, eis cōfessorib. quos gratulabat à Nouatianorū diuisione fuisse liberatos: Dolebā uehemēter & grauiter angebar quod eis cōmunicare nō possem, quos semel diligere cœpissem, posteaquā uos de carcere prodeūtes schismaticus error excepit. Noli ergo cōtra apertissimā ueritatē, aut utrūq; fallaciter declinare: aut unū horū tibi, quod tibi min⁹ uidet eligere: cum & schismaticus sis sacrilega dissessione, & hęreticus sacrilego dogmate. Nec uobis blandiamini, qd' baptismū non rescindimus uestrū. Nō est hoc uestrū, sed catholicæ ecclesię quā tenemus: unde illū quando discessistis, nō quidem
C ad salutē, sed ad pernitiē uestrā uobiscū tulistis. Nā uasa dominica, etiā apud alienigenas, sancta ꝓmanserant. Vnde rex qui eis cōtumeliose uti ausus est, deo irascente punitus est. Et arca testamenti ab hostibus capta nequaq; uirtutē suæ sanctificationis amisit. Si ergo illa sancta, quæ sic tūc apud alienos fuerūt, ut apud suos esse desisterēt, uim tamē sanctitatis nullo modo perdere potuerūt: quanto magis eam Christiana sacramenta nō perdunt, quando ita ut apud nos etiā maneant, ad hæreticos transeunt? Hoc est quod dixi ad te scribēs, quod etiam in collatione uobis diximus: idq; potius eludendū putastis, quia dissoluere nequiuistis. Quoniā sicut Apostolus ait de qbusdam: Veritatē in iniquitate Rom. 1
detinent, ita & uos ueritatē baptismi diuini in iniquitate detinetis erroris humani. Quā ueritatem nō uestrā, propter iniquitatē uestrā rescindere utique nō debemus. Et quia ipse Apostol⁹ de idololatris gētibus dixisse intelligit: Qui ueritatē in iniquitate detinent: tu mihi quasi respōdens flagitasti ut ꝓbarē, quid de gentiliū sacrilegio Apostol⁹ nō rescindat, quid de eorū prophano ritu non dānet. Quasi posset quod sacrilegū est & ꝓphanū non rescindere, atq; dānare: sicut nos schisma uestrū, & hęresim uestrā. Sententias tamē quasdā ueritatis, quas de incognito deo quidā gentiliū philosophi tenent, nō solum nō destruxit Apostolus, sed etiā inde testimoniū cum opus esset, adhibuit. Loquēs quippe Atheniēsibus ait de deo: In illo enim uiui- Actō. 17
mus, & mouemur & sumus: sicut & quidam secundum uos dixerūt. Hanc illi ueritatē sapientiæ,

Universidad de Deusto
Biblioteca

quã beatiſſimus Paulus nõ ſolum non deſtruebat, uerũetiã ad illos inſtruẽdos adhibebat, in iniquitate detinebãt ſuę idololatriæ: quã doctrina apoſtolica machinamẽtis apoſtolicis euertebat. Ita et nos, quę in eccleſia catholica uera maiores ueſtri acceperũt, uobisq; tradiderũt, nõ reſcindimus, ſed agnoſcimus. Veſtrũ uero ſacrilegiũ, aut in ueſtra cõuerſatione reſcindimus, aut in ueſtra ꝓtinacia deteſtamur. Quanq; totam quęſtionẽ, & totũ quod inter nos agit, uno uerbo tribuni ſatis diligẽter expoſito, omnino ſoluiſti. Cũ em̃ ego dixiſſem, neq; hoc in tribuni literis legit, à te in ueritate inuocatũ nomen dei, quia ipſum prorſus uerbũ ibi non legerã: tu reſpõdiſti, falleris, uel potius fallis. Nã uerba tribuni ſunt: Neue tantũ opus domus domini, ubi à te ſæpius dei & Chriſti eius inuocatũ nomen eſt, per religionẽ tuam ibidem cõſtitutam, cõcrematũ eſſe dicatur. Intellige quia in ueritate religio dicit: in fallacia ſupſtitio nominatur. Quando ego id ad uerterẽ? Quãdo ita ratiocinarer? Quãdo aliud ex alio ſic probarẽ? Fateor, fugit hoc aciẽ quantulicũq; ingenij mei: & ideo crede mihi, falli me ibi potuiſſe, nõ ut dixiſti, fallere uoluiſſe in uerbo. Itaq; tribun⁹ tanq; homo militaris errauit, ut ei quẽ ſcit uel credit hæreticũ diceret, per religionẽ tuã: cum hæreſis non religio ſed ſuperſtitio, religio aũt non in falſitate ſed in ueritate, propria locutione dicat̃. Proinde ſecundũ hanc expoſitionẽ tuã, uerus dei cultus religio, falſus aũt ſupſtitio nuncupat̃. Audi ergo teipſum, obaudi tibiipſi: et nos ſequi minime recuſabis. Scribens nanq; ad eundẽ tribunũ in prima epiſtolæ tuæ ipſo exordio poſuiſti atq; dixiſti: Honorabili ac nimiũ nobis ſi ſic uolueris, deſiderãdo Dulcitio tribuno & notario, Gaudentius Epiſcopus. Et cõtinuo ſubieciſti: Religionis tuæ ſcripta percepi. Quid igitur ad nos uenire adhuc dubitas? Ecce tribunus Dulcitius cũ ſit homo cõmunionis noſtræ, tamẽ ſecundũ teſtimoniũ tuũ, non ſupſtitioſus, ſed religioſus eſt: ac per hoc ſecundũ expoſitionẽ tuam, nõ falſum ſed uerũ dei cultũ tenet. Ipſe ergo eſt in catholica potius cq; tu: quoniã in hoc uerbo uſq; adeo nõ erraſti, ut etiam expones, tantũ religionẽ à ſupſtitione diſtare, quãtum à falſitate ueritas diſtat. Ille aũt homo, ut iam dixi, militaris, & in iſtis uerborũ proprietatibus minus eruditus, quid eſſet religio neſciebat. Abſit enim ut dicam, te adulando fallebat. Tu uero qui eos cõtra quos diſputas, arguis ex Propheta & clamas:

Eſa.5 Vę his qui dicunt amarũ dulce, & dulce amarũ: q dicũt lucẽ tenebras, & tenebras lucẽ: ſi ſuperſtitio eſt quã nobiſcũ tenet Dulcitius, cur eam religionẽ eſſe dixiſti? Si aũt uerũ dixiſti, cur hæreticã tenendo

16 do ſuperſtitionẽ, reſpuis catholicã religionem? Sequere igit̃ teſtimoniũ tuum maxime. Quia & ipſi ueſtri cũ cognouerint, nõ tibi fortaſſe cõmunicabunt: quoniã tribuno Dulcitio per hoc uerbũ cõmunicaſti. Eia frater Gaudenti noli ꝑdere occaſionem, quã tibi etiã per tuam linguã dominus dedit.

17 An forte ad hoc iraſceris, qd̃ fratrem uoco? Hoc enim nomẽ à nobis etiã in noſtra collatione reſpuiſtis. Vbi oſtendiſtis nos eſſe, q̃bus dominus pręce-

A pit per ꝓphetã: Dicite, fratres noſtri eſtis, eis q̃ uos 18
oderũt, & q̃ uos deteſtant̃: uos uero in numero eorũ eſſe, qui iſtos q̃bus hoc dominus dicit, oderũt et deteſtantur. Negare certe nõ potes te religionẽ dixiſſe, in qua eſt tribunus Dulcitius. Propterea illã tibi epiſtolã miſit, utiq; ut te nõ occideres: & illi ecclęſię, in qua eſt ipſe, cõmunicares. Si ergo ipſius religio eſt: tua ſupſtitio eſt. Quamuis em̃ ambo uobis hoc inuicẽ dixeritis: eligis tamen ipſum potius falſum dixiſſe, quàm te. Quamobrem ſecundum ueriſſimum hoc tuum teſtimoniũ, & tuam ueriſſimam expoſitionẽ, quoniã religio eſt quam Dulcitius tribunus tenet: profecto religio eſt, qua te ad noſtram cõmunionem præceptũ impatoris impellit. Vnde fit cõſequens, ut religio ſit etiã, qua Chri
B ſtianus imperator ad curã ſuam iudicat pertinere, ne in res diuinas impune peccet̃: à quo tu nõ uis curari, niſi ea quæ terrena repub. continent̃. Vnde & regẽ Niniuitarũ, oblitus q̃d legeris, populo de agenda pœnitẽtia nõ mandaſſe dixiſti. Hęc em̃ uerba tua ſunt ad me: Quid, inquis, miſeros decipis? Ionę deus pręcepit, prophetã dominus ad populũ miſit: nihil tale regi mandauit. Aduerte ergo quid ſcriptũ ſit, & noli iraſci tibi ipſi, q̃ uel diuina ſcripta non recolis: uel tu potius miſeros decipis. Surrexit Ionas & abiit in Niniuen, ſicut locut⁹ eſt Ioan. 3
dominus. Niniue aũt ciuitas magna erat, quaſi uię tridui. Et cœpit Ionas ingredi ciuitatẽ, quaſi unius
C diei iter: & prędicauit & ait: Adhuc triduũ, & Niniue ſubuertet̃. Et crediderũt uiri Niniuitę domino, & indixerũt ieiuniũ, & ſaccos induerũt, à maiore uſq; ad minorẽ. Cũq; perueniſſet ſermo ad regẽ ciuitatis Niniue, ſurrexit de ſede ſua, & detraxit ſibi ueſtimẽta, & ſe circũdedit ſacco, & cõſedit in cinere. Prędicaturq; à rege & à potẽtibus dicẽs: Homines & iumẽta, & oues & boues, nõ guſtẽt quicquam, nec paſcant̃, & aquã non bibant. Et induti ſunt ſaccos homines, & iumenta ꝓclamauerũt ad dominũ impenſe: & auerſus eſt unuſquiſq; à uia nequitię ſuæ & iniquitatis quã in manibus habebat. Audis ne tandẽ regem curaſſe, quod ad regũ curam tibi diſpliceat pertinere? Certe ut impenſe 19
agerẽt, qd̃ minus cq; oportuerat, agebat̃. Ideo ergo Niniuitę nõ ſunt expoliationib. proſcriptionibuſq;, uel terrore militũ, ad pœnitentiã imperio regis magis artati: q̃a obediẽter iuſſa fecerũt. Nõ itaque oſtendim⁹ populũ iſta perpeſſum: quia nec tu oſtendas regẽ fuiſſe cõtemptũ. Proinde cũ regibus
D ea quę ſecundũ deũ ſunt, religioſo timore iubentibus quiſq; obtẽperat: timore incipiẽs & ad dilectionẽ ꝓficiens, à dño accepit pacẽ: Nõ ſicut pacẽ 20
dat ſeculũ, quoniã ſeculũ dat pacẽ ꝓpter tẽporalẽ utilitatẽ: dñs aũt propter ęternã ſalutẽ. Ergo quia iſta religio eſt, in qua eſt tribunus Dulcitius (neq; em̃ uerba tua negaturus es) ſupſtitio eſt pars Donati, unde te uult eruí huius religio. Superſtitio eſt quod erga iſta curã imperatoris reprehendis: quã ſuſcepit exequendã huius religio. Itaq; quia uerbo tuo cauſa finita eſt, obſecro per deũ religionis, deũ ueritatis: ut etiã tuus error aliquãdo finiat̃. Ipſa eſt frater eccleſia Chriſti, quę hoc tẽpore, toto terrarũ orbe

orbe crescẽdo dilatat: cõtinẽs & malos & bonos, A
uentilatione ultima separãdos. Atq; ut te ad extre
mũ illius potius uerbis alloquar, quẽ testẽ catholi
ci nominis adhibere uoluisti: Ipsa est quæ domini
luce pfusa, per orbẽ totũ radios suos porrigit: ipsa
est, quæ ramos suos per uniuersam terrã copia u-
beritatis extẽdit. Proinde & si uidentʳ in illa esse zi
zania, nõ tamen impediri debet aut fides, aut cha
ritas nostra: ut quoniã zizania esse in ecclesia cer-
nimus, ipsi de ecclesia recedamus. Nobis tantum
modo laborandũ est, ut frumẽtũ esse possimus: ut
cũ frumentũ cœperit dominicis horreis cõdi, fru
ctũ, p opere nostro & labore capiamus. Apostol⁹
in epistola sua dicit, In domo aũt magna, non solũ
uasa sunt aurea & argẽtea: sed & lignea & fictilia.
Et quædã quidẽ honorata: quædã uero inhonora
ta. Nos operã demus, & quantũ possumus labore B
mus, ut uas aureũ uel argẽteũ simus. Cæterũ ficti
lia uasa cõstringere, domino soli cõcessum est: cui
& uirga ferrea data est. Esse nõ potest maior dño
suo seruus. Nec quisq; sibi, quod soli filio pater tri
buit, uẽdicarit: ut se putet, aut ad areã uentilandã,
& purgandã paleã uel uẽtilabrũ iã ferre posse, aut
à frumẽto uniuersa zizania humano iudicio sepa
rare. Superba est ista obstinatio & sacrilega præ-
sumptio, quã sibi furor prauus adsumit. Et dũ sibi
semper aliqd amplius quã mitis iustitia deposcit
adsumũt, de ecclesia pereũt. Et dũ se insolẽter ex-
tollũt, ipso suo tumore cæcati ueritatis lumẽ amit
tũ. Beatissimi Cypriani sunt uerba ista, nõ mea: e-
ius uidelicet uerba sunt, quẽ tu nobis lectissimũ te
stẽ catholici nominis, in tuorũ scriptorũ exordio
21 posuisti, & p multa copiosissime cõmendasti. Imo
per ipsum: quoniam uera atq; diuina sunt uerba,
sunt dei. Ecce quod audi, ecce quod caue: ut adiu
uãte misericordia saluatoris, simul charitatem ca
tholicã teneam⁹, simul pacẽ catholicã diligamus,
simul cũ eius frumẽtis usquequaq; crescamus, si-
mul usq; ad finẽ zizania toleremus, simul in hor-
reo sine fine uiuamus. Vides nẽpe sine ulla defen
sione Cæciliani, uel quorũlibet hominũ quos ac-
cusandos putatis, catholicã suo robore ac firmita
te cõsistere. Quãuis & Cæciliani causam collatio
nostra purgauerit: & aliorũ, de qbus calumniami
ni, aut dubia sit criminatio, aut iniusta damnatio.
Sed ualde stultũ est, ut ecclesiæ causã, diuinis testi
moniis fultã atq; munitã in hominũ causis ratiõe D
exorbitãte ponamus: ẽcũ etiã si illos malos manife
stissime uiderem⁹, nec iã separare à sacramẽtis ec-
clesiæ ualerem⁹, nõ tñ impediri deberet, aut fides
aut charitas nostra: ut quoniã & istos inter zizā-
nia esse in ecclesia cerneremus, ipsi de ecclesia re-
cedere deberemus. Si respõdere cogitas, noli cau
sam relinquere, & in superuacaneis euagari. Ea
quæ dicta sunt, intuere: ad ea quæ dicta sunt, non
fallaciter eludẽdo, sed rationabiliter disputãdo re
spõde. Nam illa prolixa responsione quid egeris,
uel potius quàm nihil egeris: si necessariũ usum
fuerit dominusq; donauerit, opere alio diligen-
tius demonstrabo.

Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI DE BAPTISMO contra Donatistas, Liber Primus.

Sacramenta cper impios dari Cap. 1 Contra Epistolam Parmeniani lib. 2. cap. 14

IN eis libris quos aduersus epi
stolã Parmeniani, quam dedit
ad Ticoniũ, scripsimus: promi
1 sim⁹ nos diligẽtius quæstionẽ
baptismi tractaturos, Quod e-
tiãsi nõ ibi ꝓmitteremus, debi
tũ tamẽ à nobis flagitãtibus fra
tribus meminimus & agnoscim⁹. Quapropter in
hoc opere adiuuãte dño suscepimus nõ solũ ea re
sellere quæ de hac re nobis Donatistæ obiectare
cõsuerũt, sed etiã de beatiss. martyris Cypriani au
thoritate, unde suã ꝓuersitatẽ ne ueritatis impetu
cadat, fulcire conãt, quæ dñs donauerit dicere: ut
intelligãt oẽs qui nõ studio partiũ cæcati iudicãt,
nõ solũ eos nõ adiuuari authoritate Cypriani, sed
per ipsam maxime cõuinci atq; subuerti. Iã quidẽ
in supramemoratis libris dictũ est ita posse extra
catholicã cõmunionẽ dari baptismũ, quẽadmodũ
& extra eã potest haberi. Nullus aũt illorũ negat *De cons. di. 4 cap. nullus aũt*
habere baptismũ, etiã apostatas, qbus utiq; redeũ
tib⁹ & ꝑ pœnitẽtiã cõuersis, dũ nõ reddit, amitti
nõ potuisse iudicat. Sic & illi q per sacrilegiũ schi
smatis ab ecclesiæ cõmunioe discedũt, habẽt utiq;
baptismũ, quẽ priusq; discederẽt acceperũt. Nã et
ipsi si redeãt, nõ eis iterũ datʳ, unde ostẽditur illud
C qd acceperãt in unitate positi, nõ potuisse amitte
re ab unitate separatos. Quod si haberi foris po-
test, etiã dari cur nõ potest? Si dicis, nõ recte foris
datʳ: respõdemus sicut nõ recte foris habetʳ, & tñ
habetʳ, sic non recte foris datʳ, sed tamẽ datʳ. Sicut
aũt per unitatis reconciliationẽ incipit utiliter ha-
beri quod extra unitatẽ inutiliter habebatʳ: sic per
eandẽ reconciliationẽ incipit utile esse, qd extra eã
inutiliter datũ est. Nõ tamẽ dici fas est, nõ datũ es-
se quod datũ est, aut ut nõ hoc dedisse quisq; calũ-
nietʳ, cũ hoc eũ dedisse quod acceperat cõfitemur.
Sacramẽtũ ẽm baptismi est quod habet q baptiza *De cons. di. 4 ca. ostenditur*
tur. Et sacramentũ dãdi baptismi est, quod habet
qui ordinatʳ. Sicut aũt baptizatus si ab unitate re-
cesserit, sacramentũ baptismi nõ amittit: sic etiã or
dinatus, si ab unitate recesserit, sacramentũ dandi
baptismi nõ amittit. Nulli ẽm sacramẽto iniuria fa
cẽda est: si discedit à malis utrunq; discedit, si per-
manet in malis utrũq; permanet. Sicut ergo acce-
ptaʳ baptismus quẽ nõ potuit amittere q ab unita-
te discesserat: sic acceptãdus est baptismus quẽ
dedit ille qui sacramentũ dãdi cũ discederet nõ a-
miserat. Nã sicut redeũtes q priusq; recederẽt ba-
ptizati sunt, nõ rebaptizantʳ: ita redeũtes qui pri-
usq; recederẽt ordinati sunt, non utiq; rursus ordi
nantʳ; sed aut administrãt quod administrabant, si
hoc ecclesiæ utilitas postulat: aut si non adminis-
trãt, sacramentũ ordinatiõis suæ tamẽ gerunt, &
ideo eis manus inter laicos nõ imponit. Nã nec;
sacramentũ baptismi, nec; sacramentũ dãdi bapti

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſmi, quãdo ab eis cũ Maximinianо diſceſſit, Felicianus amiſit. Nũc em̃ eũ ſecũ habẽt cum eiſpſis, quos cũ foris eſſet, in Maximinianі ſchiſmate baptizauit. Quapropter potuerũt ab eis accipere cę teri, cũ ad noſtrũ cõſortiũ nõ acceſſiſſent, quod illi nõ amiſerãt, cũ à noſtro cõſortio receſſiſſent. Quibus reb⁹ oſtendit̃ & ipſos impie facere, q̃ rebaptizare conant̃ orbis unitatẽ: & nos recte facere, qui dei ſacramẽta improbare nec in ipſo ſchiſmate audem⁹. In quo em̃ nobiſcũ ſentiũt, in eo etiã nobiſcõ ſunt, In eo aũt à nobis receſſerunt, in quo à nobis diſſentiũt. Non em̃ acceſſus iſte atq; diſceſſus corporalibus motib. ſed ſpiritalibus eſt metiẽdus. Sicut em̃ cõiunctio corporũ fit per cõtinuationẽ locorũ, ſic animorũ quidam cõtactus eſt cõſenſio uolũtatũ. Si ergo q̃ receſſit ab unitate aliqd aliud agere uoluerit, q̃ quod in unitate p̃cepit, in eo recedit atq; diſiũgit̃. Quod aũt ita uult agere ſicut in unitate agitur, ubi hoc accepit & didicit, in eo manet atq; cõiungit̃. Itaq; iſti in quibuſdam rebus nobiſcũ ſunt, in q̃buſdã uero à nobis exierũt. Proinde illa in q̃bus nobiſcũ ſunt, eos agere non uetamus, In quibus aũt nobiſcũ nõ ſunt, ut ueniẽdo accipiant, uel redeũdo recipiãt, adhortamur, & quibus modis poſſumus uti diligãt emẽdati atq; correcti, cũ charitate ſatagimus. Nõ eis itaq; dicim⁹, nolite dare: ſed, nolite in ſchiſmate dare. Nec eis quos uidẽt baptizaturi dicimus, nolite accipere: ſed, nolite in ſchiſmate accipere. Nã ſi quem forte coegerit extrema neceſſitas, ubi catholicũ per quẽ accipiat nõ inuenerit, & in animo pace catholica cuſtodita, per aliquẽ extra unitatẽ catholicũ poſitũ acceperit, quod erat in ipſa catholica unitate accepturus, ſi ſtatim etiã de hac uita migrauerit, nõ eũ niſi catholicũ deputamus. Si aũt fuerit à corporali morte liberatus, cũ ſe catholicæ cõgregationi etiã corporali præſentia reddiderit, unde nũq; cor de diſceſſerat, nõ ſolũ nõ improbamus quod fecit, ſed etiã ſecuriſſime ueriſſimeq; laudamus: q̃a præſentẽ deũ credidit cordi ſuo ubi unitatẽ ſeruabat, & ſine ſancti baptiſmi ſacramento, quod ubicũq; inuenit, non hominũ ſed dei eſſe cognouit, noluit ex hac uita migrare. Si quis aũt cum poſſit in ipſa catholica accipere per aliquã mentis peruerſitatẽ eligit in ſchiſmate baptizari, etiã ſi poſtea uenire ad catholicã cogitat, quia certus eſt ibi prodeſſe ſacramẽtũ quod alibi accipi quidẽ poteſt, prodeſſe aũt nõ poteſt: procul dubio peruerſus & iniquus eſt, & tãto pernicioſius quãto ſcientius. Ita em̃ nõ dubitat recte illic accipi, ſicut nõ dubitat illic prodeſſe etiã quod alibi acceperit. Duo ſunt enim quæ dicimus, & eſſe in catholica baptiſmũ, & illic tantũ recte accipi: utrũq; horũ Donatiſtæ negant. Itẽ alia duo dicimus, eſſe apud Donatiſtas baptiſmũ, nõ aũt illic recte accipi. Horũ duorũ illi unũ magnopere affirmãt, id eſt, eſſe ibi baptiſmũ, non aũt illic recte accipi, nolunt fateri. Harũ quatuor ſententiarũ tres noſtræ tantũ ſunt, unã uero utriq; dicimus, Nã eſſe in catholica baptiſmum, & recte illic accipi, & apud Donatiſtas non recte accipi, nos tantũ dicimus: eſſe uero baptiſmum & apud Donatiſtas & illi aſſerũt & nos cõcedimus. Quiſquis ergo uult baptizari, & cert⁹ eſt iã ſibi noſtrã eccleſiã ad Chriſtianã ſalutẽ eſſe diligẽdã, & in ea ſola illi prodeſſe baptiſmũ Chriſti, etiã ſi alibi acceptũ fuerit: ſed ideo in parte Donati uult baptizari, quia eſſe ibi baptiſmũ non illi ſoli neq; nos ſoli, ſed utriq; dicimus, attendat alia tria. Si em̃ nos digit ſequi in ijs quæ illi nõ dicũt, ea uero quę utrique dicimus, præponit his quæ nos ſoli dicimus: ſatis eſt nobis q̃ ea quę illi non dicunt, & nos ſoli dicimus, pręponit eis quæ illi ſoli dicunt. Eſſe aũt in catholica baptiſmũ nos dicimus, illi nõ dicũt. Recte accipi in catholica baptiſmũ nos dicimus, illi non dicũt. Nõ recte accipi in parte Donati baptiſmũ nos dicimus, illi non dicũt. Sicut ergo id potius credit quod nos ſoli dicimus eſſe credendum, ita hoc potius faciat quod nos ſoli dicimus eſſe faciendum. Quod aũt utriq; eſſe credendum dicimus, hoc ſi ita putat robuſtius credat, quã id quod à ſolis nobis dicitur. Robuſtius enim creditur eſt eſſe baptiſmum Chriſti in parte Donati, quod ab utriſq; noſtrum dicitur, q̃ eſſe baptiſmũ in catholica, quod à ſolis catholicis tantummodo dicitur. Sed rurſus magis crediturus eſt eſſe baptiſmum Chriſti etiã apud nos, quod nos ſoli dicimus: q̃ non eſſe apud nos, quod illi ſoli dicunt. Iã enim decreuit & certus eſt, in quibus diſſentimus nos illis eſſe pręponendos. Ita ergo quod nos ſoli dicimus, recte apud nos accipi magis crediturus eſt, quàm non recte apud nos accipi, quia hoc illi ſoli dicũt. Eadem regula quod nos ſoli dicimus, non recte apud illos accipi magis crediturus eſt, quàm id quod illi ſoli dicunt, id eſt, recte apud illos accipi. Fruſtra itaq; ſibi uidetur ſecurus ibi accipere, quod eſſe quidẽ ibi utriq; dicimus, ſed ibi eſſe accipiendũ nõ utriq; dicimus. Eligat aũt ipſe in eo quod nõ utriq; dicimus, nobis potius inhærere. Hic ergo ſecurus accipiat, ubi & eſſe & accipere recte certus eſt: illic autẽ non accipiat, quod eſſe quidẽ ibi dicunt, ſed ibi accipiendum eſſe nõ dicunt, quorũ ſententiã decreuit eligere: quamq; etiam ſi dubiũ haberet non illic recte accipi quod in catholica recte accipi certum haberet, grauiter peccaret in rebus ad ſalutẽ animæ pertinentibus, uel eo ſolo quòd certis incerta pręponeret. Recte quippe hominem in eccleſia catholica baptizari eoipſo certus eſt, q̃ etiã alibi baptizatus huc tranſire decreuit. Nõ recte aũt apud Donatiſtas hominẽ baptizari, ſaltẽ incertũ habeat, cũ hoc illi dicãt quorum ſententiã Donatiſtis anteponẽdam eſſe certum habet: & incertis certa præponendo hic baptizetur, ubi propterea certus eſt recte fieri, q̃a & cum alibi aliter facere cogitabat, huc tranſeundum eſſe decreuerat. Iam uero ſi quis non intelligit quomodo fieri poſſit, ut quod ibi eſſe cõfitemur, non ibi recte dari dicamus, illud attendat: quia nec recte ibi eſſe dicimus, quod & illi dicũt in his qui ab eorum communione diſcedunt. Intueantur etiã ſimilitudinẽ notæ militaris, quia extra militiã à deſertoribus & haberi et accipi poteſt, ſed tamẽ extra militiam nec habenda nec accipienda

De conſe. diſt. 4. cap. oſtenditur

Baptiſmus extra eccleſiam acceptus Cap. II

24. q. 1. cap. ſi quem forte

Tutius in eccleſia accipere ſacramenta Cap. III

Qui ſine ſchiſmate accipi poſſunt Cap. IIII

Contra Ep. Parmen. lib. 2. a.

cipienda est,& reducto uel perducto ad militiam nec mutanda nec iteranda est. Veruntamen & alia causa est eorum qui in istos hæreticos imprudenter incurrūt,ipsam esse Christi Ecclesiā existimantes:alia eorum qui nouerunt nō esse catholicam ecclesiam,nisi eam quæ sicut promissa est,toto terrarum orbe diffunditur & extendit usq; ad fines terræ,quæ crescēs inter zizania & in tædio scandalorū requiem futuram desiderans, dicit in
Psal.60 Psalmis,A finibus terræ ad te clamaui dū tęderet anima mea,in petra exaltasti me. Petra autē erat Christus.In quo nos iam resuscitatos & in cœlo
Eph.2 considentes,dicit Apostolus,nondum in re,sed in spe.Ideoq; sequitur Psalmus & dicit, Deduxisti me quia factus es spes mea, turris fortitudinis à facie inimici.Ex illis quippe promissionibus tāquam telis & iaculis in turri munitissima constitutis,nō solum cauetur,sed etiam expugnatur inimicus.Induentes lupos pellibus ouium dicunt,
Mat.7.24 Ecce hic est Christus,ecce illic:& ab *uniuersitate* ciuitatis super montem *constitutæ*,ad particulas insidiarum suarum *multos* separant,& iugulatos absumunt.Et *cum hoc nouerint*, eligūt extra *communionem unitatis corporis Christi accipere baptismum Christi*, ad eandem communionē *cum eo quod alibi acceperint* postea migraturi. *Scientes enim* habituri sunt aduersus ecclesiā baptismum Christi, uel eoipso die quo accipiunt. Quod si sceleratum est, quis est qui dicat,permittatur mihi uno die scelus admittere? Si enim transiturus est ad catholicam, quæro causam. Quid aliud responsurus est,nisi quia malum est esse in parte Donati,& nō esse in catholica unitate? Hoc igitur malum quot diebus feceris,tot dierum malum facturus es,& dici potest maius malum fieri plurium dierum, minus autem paucorum, nullum autem malum fieri dici non potest. Quid aūt opus est hoc tam execrabile malum,uel uno die, uel una hora committere? Hoc enim qui sibi concedi uult,potest ab ecclesia uel ab ipso deo petere,ut sibi uel uno die apostatare concedat. Nam cur unius diei esse apostata timeat, & unius diei esse schismaticus hæreticusue non timeat, nulla
Cap.V causa est. Illic,inquit,accipere malui,ubi baptismum Christi esse utriq; consentiunt. Sed illic nō recte accipi illi ad quos migraturus es dicunt.Recte uero illic accipi illi à quibus migraturus es dicunt.Illud itaq; quod hi dicunt, quos postponis, cōtradicentibus illis quos ipse anteponis, aut falsum est, aut ut mitius dicatur,incertum. Vera ergo falsis,aut incertis certa præponis.Illic em̄ quo migraturus es cum alibi acceperis,recte posse accipi quod desideras,nō illi tantū ad quos transiturus es,sed tuipse qui trāsiturus es cōsiteris. Si em̄ utrū recte illic posset accipi dubitares,etiam illuc transeundū esse dubitares. Accipere itaq; in parte Donati,si incertum est esse peccatum:quis dubitet certū esse peccatum,nō ibi potius accipere, ubi certum est non esse peccatū? Illi uero qui per ignorantiam ibi baptizantur, arbitrantes ipsam esse ecclesiam Christi,in istorum quidem compa
A ratione minus peccant: sacrilegio tamen schismatis uulnerantur,nō ideo nō grauiter quod alij grauius. Cum em̄ dictū est quibusdam, Tolerabilius erit Sodomis in die iudicij q̄m uobis:non ideo dictum est,quia Sodomitæ non torquebuntur, sed quia illi grauius torquebūtur, quamq̄ hoc fuerat fortasse occultum aliquando & incertum. Vnde autem sanantur hi qui aduertunt & corriguntur, inde grauant̄ hi qui cum iā ignorare non permittuntur,in perniciem suam pertinaciter sæuiunt. Damnatio quippe Maximinianistarum & receptio damnatorum, cum his quos extra eorum cō
B munionem in sacrilegio, sicut cōcilium eorū clamat,in schismate baptizarunt,totam istam soluit quæstionem,totam cōtentionem abstulit. Nihil omnino inter nos & eos Donatistas qui Primiano cōmunicant dereliquit,unde dubitetur nō solum haberi,sed etiā dari posse baptismum Christi ab eis qui ab ecclesia separantur. Sicut enim ipsi eos quos Felicianus in schismate baptizauit,uerum baptismum accepisse fateri coguntur, quia eos secum nunc habent in ipso baptismo quem in schismate perceperunt:sic nos dicimus baptismū Christi esse etiā extra cōmunionem catholicam, quem dant illi qui ab eadē communione præcisi sunt,quia eum cum præciderentur non amiserūt. Et quod ipsi se putant cōtulisse illis, quos Felicianus in schismate baptizauit,cum eos sibi reconciliauerunt:id est,non ut acciperent quod nō habebāt,sed ut prodesset eis quod inutiliter in schisma
C te acceperant & habebant: hoc uere confert & præstat deus per communionem catholicam illis qui ueniunt ab aliqua hæresi uel schismate,ubi baptismū Christi acceperunt:id est,non ut baptismi sacramētum incipiant habere quod nō habebāt, sed ut incipiat eis prodesse quod inutiliter habebant. Quapropter inter nos & ipsos quodam-
Cap.VI modo cardinales Donatistas, quorū Episcopus apud Carthaginem Primianus est, iam de hac re nulla est controuersia. Voluit em̄ deus per Maximinianistas eā finiri, ut quod charitate suadente nolebant,exēplo suo cogēte faterent̄. Sed adhuc propterea inde disputamus, ne illi sibi uideant̄ aliquid dicere,qui nec istis cōmunicāt, qui apud se potius,quanto pauciores,tanto synceriores Do-
D natistas remansisse contendunt. Qui si Maximinianistę soli essent, nec ipsorum salutem cōtemnere deberemus. Quāto ergo magis quia eadē pars Donati in multa minutissima frusta cōscissa est, quæ omnes minutæ particulæ hanc unam multo grādiorem, in qua Primianus est, de recepto Maximinianistarum baptismo reprehendunt, & singulæ conantur asserere apud se tantummodo uerum baptismum remansisse, nec oīno esse alibi, neq; in toto orbe terrarum quà Ecclesia catholica expanditur, nec in ipsa grandiore parte Donati, nec in cæteris præter se unam ex minutissimis partibus. Quæ omnes particulæ si aduertere uoluerint uocem nō hominis sed ipsius manifestissimæ ueritatis,& animosum spiritum suæ peruersitatis domare, non utiq; ad partem Donati maiorem

Universidad de Deusto
Biblioteca

rem, de qua præcisa præcisæ sunt, sed adipsam ui
riditatem radicis catholicæ de aridítate propria
reuertentur. Omnes quippe isti ubi contra nos
non sunt, pro nobis sunt, ubi autem nobiscum nō
Scripture cō cordia Cap. VII colligunt, spargunt. Iam enim ne uidear huma
nis argumentis id agere, quoniam quæstionis hu
ius obscuritas prioribus Ecclesiæ temporibus an
te schisma Donati magnos uiros & magna chari
tate præditos, patres Episcopos ita inter se com
pulit salua pace disceptare atq; fluctuare, ut diu
conciliorum in suis quibusq; regionibus diuersa
statuta nutauerint, donec plenario toti⁹ orbis cō
cilio quod saluberrime sentiebatur, etiam remo
tis dubitationibus firmaretur: ex Euangelio pro
fero certa documenta, quibus domino adiuuante
demonstro, quàm recte placuerit & uere secundū
deum, ut hoc in quoquam schismatico uel hæreti
co ecclesiastica medicina curaret, in quo uulnere
separabatur: illud autem quod sanum maneret,
agnitum potius approbaretur, quàm improbatū
Mat. 12 uulneraretur. Certe dominus in Euangelio dicit,
Qui non est mecum aduersum me est: & qui me
cum non colligit, spargit: Tamen cum ad eum di
scipuli retulissent, uidisse se quendam in eius no
mine pellentem dæmonia & prohibuisse, quia cū
Luc. 9 illis eum non sequebatur, Nolite, inquit, prohibe
Marc. 9 re, Qui contra uos non est, pro uobis est: Non po
test enim quisquā in meo nomine facere aliquid,
& male loqui de me. Si nihil in illo corrigendum
erat, securus ergo sit quisquis extra cōmuniōem
Ecclesiæ constitutus colligit in Christi nomine,
dissociatus à Christiana societate: atq; ita falsum
erit illud, Qui non est mecum, aduersum me est:
& qui nō colligit mecum, spargit. Si autem quod
discipuli domini per ignorantiam facere uolue
runt, id in eo corrigendum est quod dixit domi
nus, Nolite prohibere: cur hoc ipse prohiberi pro
hibuit? Et quomodo erit uerum quod ibi ait, Qui
cōtra uos nō est pro uobis est: In hoc enim facto
non cōtra eos sed pro eis erat, ubi per nomē Chri
sti sanitates operabatur. Vt ergo utraq; sententia
uera sit, sicuti uera est, & illa ubi ait, Qui non est
mecum, aduersum me est: & qui mecum non col
ligit, spargit: & illa ubi ait, Nolite prohibere, qui
enim contra uos non est, pro uobis est: quid restat
intelligēdum, nisi quia ille in tanti nominis uene
ratione confirmandus fuit, ubi non erat contra ec
clesiam, sed pro ecclesia: & in illa tamē separatio
ne culpādus, ubi si colligeret spargeret, & si forte
ueniret ad ecclesiam, non illud quod habebat ibi
acciperet, sed in quo aberrauerat emendaret?

Sana curanda non sunt sed agnoscenda Cap. VIII Act. 10

Neq; enim & Cornelij gentilis hominis oratio
nes non sunt exauditæ, aut eleemosynæ non sunt
acceptæ, imò & angelū ad se mitti, & missum me
ruit intueri, per quem posset utiq; sine hominis ali
cuius accessu cuncta necessaria discere. Sed quo
niam quicquid boni in orationibus & eleemosy
nis habebat, prodesse illi non poterat nisi per uin
culū Christianæ societatis & pacis incorporaret
ecclesiæ, iubetur mittere ad Petrum, & per illum
discit Christum, per illum etiam baptizatus, Chri
stiano populo cōsortio quoq; communionis ad
iungitur, cui sola bonorum operū similitudine iū
gebatur. Perniciose quippe contemneret bonum
quod nondum habebat, superbiens ex illo quod
habebat. Sic etiam qui seipsos à societate cætero
rū separātes, charitate uiolata, unitatis uinculum
rumpunt, si nihil faciunt eorum quæ in illa socie
tate acceperūt, in omnibus separati sunt, & ideo
quem sibi sociauerint, si uenire ad Ecclesiā uolue
rit, debet omnia quę nō accepit accipere. Si uero
nonnulla eadē faciunt, non se in eis separauerunt,
& ex ea parte in texturæ cōpage detinent, in cæ
tera scissi sunt. Proinde si quē sociauerint sibi, ex
ea parte nectitur Ecclesiæ, in qua nec illi separati
sunt. Et ideo si ad Ecclesiā uenire uoluerit, in eo
sanatur ubi laniatus errabat. Vbi uero sanus con
nectebatur, nō curatur sed agnoscitur, ne cum sa
na curare uolumus, potius uulneremus. Itaq; illi
quos baptizant, sanant uulnere idololatriæ uel in
fidelitatis, sed grauius feriunt uulnere schismatis.
Idololatras enī in populo dei gladius interemit,
schismaticos aūt terræ hiatus absorbuit. Et Apo- *1. Cor.*
stolus, Si habeā omnem, inquit, fidem ita ut mon
tes transferam, charitatem, uero nō habeam, nihil
sum. Si quis adducat ad medicū in aliqua necessa
ria parte corporis graui uulnere sauciatus, si dixe
rit medicus, morit inde nisi curetur: nō opinor il
li qui adduxerūt eum, ita desipiunt ut cōsideratis
atq; numeratis cæteris membris eius sanis, respon
deant medico & dicant, Ergo ne ista sana tot mē
bra non ualent ad eius uitam, & illud unum uul
neratum ualet ad eius mortem? Non utiq; hoc di
cunt, sed curandum offerūt, nec ideo tamen quia
curandum offerunt, medicum rogant, ut etiam il
la quæ sana sunt curet, sed illi uni loco medicinā
instanter adhibeat, unde mors etiam saluis cæte
ris imminet, & nisi sanetur aduenier. Quid ergo
prodest homini uel sana fides, uel sanum forasse
solum fidei sacramentum, ubi letali uulnere schi
smatis perēpta est sanitas charitatis, per cuius so
lius peremptionem etiam illa integra trahuntur
ad mortem? Quod ne fiat, non cessat misericordia
dei per unitatem sanctæ Ecclesiæ suæ, ut ueniant
& curentur per medicamentum reconciliationis
per uinculum pacis. Nec ideo se putēt sanos esse,
quia dicimus eos habere aliquid sanum, nec rur
sus putent ideo curandum esse quod sanum est,
quia ostendimus aliquid uulneratum. Itaq; in sa
cramenti sanitate, qui contra nos non sunt pro
nobis sunt: in schismatis autem uulnere qui cum
Christo non colligunt spargunt. Non extollan
tur ex his quæ habent, Quid tantū per ea quæ sa
na sunt superbos oculos ducunt? Et uulnus suum
dignentur humiliter intueri, nec solum quid adsit,
sed etiam quid desit attendant. Videant quàm *Sine dile*
multa & q̄ magna nihil prosint, si unum quidem *nihil pro*
defuerit, & uideāt quid sit ipsum unum. Nec me *Cap. 12*
in hoc audiant, sed Apostolum, Si linguis, inquit, *1. Cor. 13*
hominum loquar & angelorum, charitatem autē
non habeam, factus sum uelut æramentū sonans
aut cymbalū tinniens. Et si habuero prophetiam,

&

Universidad de Deusto

& secreta omnia sciuero & omnem scientiam: & si habuero omnem fidem ut mõtes transferam, charitatem autem nõ habeam, nihil sum. Quid ergo eis prodest si linguam in sacris mysterijs habeant
1.Cor.11 angelicam, & prophetiã quemadmodũ Caiphas
1.Reg.18 & Saul, ut aliquando prophetẽt, quos fuisse damnabiles sancta scriptura testatur. Si sacramẽta nõ
Act.8 tantum sciãt, sed & habeant, sicut habuit Simon magus: si fidem, sicut dæmonia cõfessa sunt Chri
Marc.1 stum: neq; enim nõ credebãt cum dicerent, Quid nobis est & tibi fili dei, scimus qui sis: Si dispertiant ipsi etiam substantiam suam pauperibus, sicut multi, non solum in catholica, sed in diuersis hæresibus faciunt. Si aliqua ingruente persecutione tradant ad flammas nobiscum corpus suũ pro
Eph.4 fide quam pariter confitentur: tamen quia separati hæc agunt, non sufferentes inuicem in dilectione, neq; studẽtes seruare unitatem spiritus in uinculo pacis, charitatem utiq; non habendo etiam
Non satis nasci ab ecclesia Cap. X cum illis omnibus quæ nihil eis prosunt, ad æternam salutem peruenire non possunt. Sed uidẽtur sibi argutissime quærere, utrum generet filios baptismus Christi in parte Donati, an non generet: ut si consenserimus quòd generet, suam esse asseuerent Ecclesiam matrem, quę filios potuit de Christi baptismate generare, & quia unam oportet esse Ecclesiam, ex hoc iam nostram nõ esse Ecclesiam criminentur. Si autem dixerimus, non generat, cur ergo, aiunt, apud uos non renascuntur per baptismum, qui transeunt à nobis ad uos, cũ apud nos fuerint baptizati, si nondum nati sunt? C
Quasi uero ex hoc generet unde separata est, & non ex hoc unde coniuncta est. Separata est enim à uinculo charitatis & pacis, sed adiũcta est in uno baptismate. Itaq; una est Ecclesia, quæ sola catholica nominatur, & quicquid suum habet in communionibus diuersorum à sua unitate separatis, per hoc quòd suũ in eis habet, ipsa utiq; generat, non ille. Neq; enim separatio eorum generat, sed quod secum de ista tenuerunt: q; si & hoc dimittant, omnino non generant. Hæc itaq; in oĩbus generat, cuius sacramenta retinentur, unde possit tale aliquid ubicunq; generari: quamuis non omnes quos generat ad eius pertineant unitatẽ, quæ usq; in finem perseuerantes saluat. Neq; enim hi soli ad eam non pertinent, qui separationis aperto D
sacrilegio manifesti sunt, sed etiam illi qui in eius unitate corporaliter mixti per uitam pessimam seAct.8 parantur. Etenim Simonem magum per baptisma ipsa pepererat: cui tamen dictum est, quòd nõ haberet partem in hæreditate Christi. Nunquid ei baptismus, nunquid Euangelium, nunquid sacramenta defuerunt? Sed quia charitas defuit, frustra natus est, & ei expediebat fortasse non nasci.
Nunquid non erant nati quibus Apostolus ait,
1.Cor.3 Tanquam paruulis in Christo lac uobis potum dedi, nõ escam: eos tamen à sacrilegio schismatis reuocat, in quod ideo irruebant, quia carnales erant, Quasi paruulis, inquit, in Christo lac uobis potum dedi, nõ escam. Nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis, carnales em̃ estis

A adhuc. Cum enim sint inter uos æmulatio & contentio, nónne carnales estis, & secundum hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, Ego quidem sum Pauli, alius autem, ego Apollo, ego uero Cephæ &c. nónne homines estis? De his enim supra dicit, Obsecro autem uos fratres per nomẽ domini Iesu Christi, ut idipsum dicatis omnes: & 1.Cor.1
nõ sint in uobis schismata. Sitis autem perfecti in eodem sensu & in eadem sententia. Nũciratum est enim mihi de uobis fratres mei ab his qui sunt Chloes, quia contentiones sunt in uobis. Hoc autem dico, quia unusquisq; uestrum dicit, Ego quidẽ sum Pauli, ego aũt Apollo, ego uero Cephæ, ego autem Christi. Diuisus est Christus? Nunqd Paulus crucifixus est pro uobis, aut in nomine
B Pauli baptizati estis? Iiti ergo si in hac obstinatione & puersitate remanerẽt, certe quidẽ nati erãt, nec tamen ad ipsam Ecclesiam de qua nati erant, per pacis atq; unitatis uinculum pertinerent. Ergo ipsa generat, & per uterum suũ, & per uteros ancillarum ex eisdem sacramentis, tãquam ex uiri sui semine. Non enim frustra dicit Apostolus, Omnia illa in figura esse gesta. Sed qui superbiũt 1.Cor.10
& legitimæ matri non adiunguntur, similes sunt Gen.21
Hismaeli, de quo dictum est, Eijce ancillam & filium eius, Non enim hæres erit filius ancillę cum Gal.4
filio meo Isaac. Qui autem pacifice diligunt legitimam patris sui coniugem, cuius legitimo iure
Gen.30 generati sunt, similes sunt filijs Iacob, quamuis de ancillis natis, sed tamen eandem hæreditatem sumẽtibus. Qui autem de utero ipsius matris intus in unitate nati, negligunt gratiam quam acceperunt, similes sunt Esau filio Isaac, qui reprobatus
Gen.25 Malac.1 est, deo attestãte & dicente, Iacob dilexi, Esau autem odio habui, cum ambo ex uno concubitu cõcepti, ex uno utero nati sint. Quærunt etiam, utrum peccata dimittãtur per baptismum in parte Donati: ut si dixerimus dimitti, respondeant, ergo est illic spiritussanctus, quia cum insufflante domino datus esset discipulis, tunc secutus est & ait, Baptizate gentes in nomine patris & filij & spiritussancti: si cui dimiseritis peccata, dimittunt ei, si cui tenueritis, tenebũtur. Et si ita est, inquiũt, communio nostra est Ecclesia Christi, Non enim præter Ecclesiam, dimissionem peccatorum spiritussanctus operatur. Et si nostra communio est ecclesia Christi, non est ecclesia Christi uestra communio, Vna est enim quæcunq; illa sit, de qua dictum est, Vna est columba mea, una est matri suę. Cant.6
Nec possunt Ecclesiæ tot esse quot schismata. Si autem dixerimus, non ibi dimitti peccata, ergo, inquiunt, non est illic uerus baptismus: & propterea quos à nobis susceperitis, uos baptizare debetis, quod quia non facitis, in Ecclesia Christi uos nõ esse fatemini. His ita resistimus, secundum scripturas, eos interrogantes, ut quod à nobis quærunt, sibi ipsi respondeãt. Quæro enim ut dicant, utrum dimittãtur peccata ubi charitas nõ est: peccata enim tenebræ animarum sunt. Audimus 1.Ioh.2
quippe Ioannem dicentẽ, Qui odit fratrem suum, in tenebris est usq; adhuc. Nulli autem schismata

An semper peccata remittantur in baptismo Cap. XI
Matt.28
Ioan.20

facerent

Universidad de Deusto
Biblioteca

facerent, si fraterno odio non excæcarentur. Si er go dicimus, non ibi dimitti peccata, quomodo renascitur qui apud eos baptizatur? Quid est enim renasci per baptismū, nisi à uetustate renouari? Quomodo autem renouatur à uetustate, cui peccata præterita non dimittuntur? Quòd si renatus nō est, nec Christū induit, ex quo cōficitur ut denuo baptizādus uideatur. Quia dicit Apostolus,
Gal. 3 Quotquot eīm in Christo baptizati estis, Christū induistis: quem ille si nō induit nec in Christo baptizatus habendus est. Porrò quia in Christo dicimus baptizatum, fatemur eum Christū induisse. Et si hoc fatemur, regeneratum fatemur. Quod si ita est, & peccata dimissa sunt. Quomodo ergo di
1. Io. 2 cit Ioannes, Qui odit fratrem suū, in tenebris manet usq; adhuc: si iā facta est remissio peccatorū? An non est in schismate odiū fraternū? Quis hoc dixerit, cum & origo & pertinacia schismatis nulla sit alia nisi odium fraternū? Hāc illi quæstionē soluere sibi uident cū dicunt, Non est ergo in schismate remissio peccatorū, & ideo nec regeneratio noui hominis, & propterea nec baptismus Christi. Nos aūt ga fatemur ibi esse baptismū Christi, hanc eis quæstionē soluendam proponimus, Ma-
Act. 8 gus ille Simon, utrū uero Christi baptismate tinctus sit? Respondebunt ita, quia sanctæ scripturæ authoritate coguntur. Quæro ergo, utrum fatean tur ei dimissa peccata? Profecto fatebuntur. Item quæro, cur ei dixerit Petrus, non eum habere partē in sorte sanctorū? Quia, inquiunt, postea pecca uit, pecunia uolens emere donum dei, cuius uēditores esse Apostolos credidit. Quid si ad ipsum baptismum fictus accessit? Dimissa sunt ei pecca ta, an non sunt dimissa? Eligāt quod uolunt, utrū libet elegerint, sufficiet nobis. Si dimissa dixerint, quomodo ergo spiritussanctus disciplinæ effugiet fictum, si in isto ficto remissionem operatus est peccatorum? Si dixerint non esse dimissa, quę ro, si postea fictionem suam corde concusso & uero dolore fateretur, denuo baptizandus iudicaretur? Quod si dementissimum est dicere, fateantur uero baptismo Christi baptizari posse hominem, & tamē cor eius in malitia uel sacrilegio perseue rans, peccatorū abolitionem non sinere fieri: atque ita intelligant in communiōibus ab Ecclesia separatis posse homines baptizari, ubi Christi ba ptismus eadē sacramenti celebratiōe datur & sumitur: qui tamen tūc prosit ad remissionem pecca torum, cum quis reconciliatus unitati, sacrilegio dissensionis exuitur, quo eius peccata tenebātur, & dimitti non sinebātur. Sicut enim in illo qui fictus accesserat, fit ut nō denuo baptizet, sed ipsa pia correctione & uera cōfessiōe purgetur, quod nō posset sine baptismo, sed ut quod ante datum est, tunc ualere incipiat ad salutem, cum illa fictio ueraci confessione recesserit: Sic etiam iste qui baptisma Christi, quod non amiserunt qui se separauerunt, inimicus charitatis & pacis Christi, in aliqua hęresi aut schismate accepit, quo sacrilego scelere peccata eius non dimittebantur, cum se correxerit, & ad Ecclesiæ societatem unitatemq; ue-

Qui sine charitate baptizatur quatenus accipiat remissiōem peccatorū Cap. XII

De conse. di. 4. cap. ostenditur

De conse. di. 4. cap. tunc ualere. 4. sen. di. 4. cap. qui uero

A nerit, non iterum baptizandus est, quia ipsa reconciliatione ac pace præstatur, ut ad remissionem peccatorum eius, in unitate iam prodesse incipiat sacramentum, quod acceptū in schismate prodesse non poterat. Si autem dixerint in illo qui fictus accessit, per sanctam uim tanti sacramenti dimissa quidem illi esse peccata in ipso temporis puncto, sed per fictionem ipsius rediisse continuo: ut spiritussanctus & affuerit baptizato, ut peccata recederent, & perseuerantiam fictiōis fugerit ut rediret, ut & illud uerum sit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, Et illud: Spiritus enim sanctus disciplinę effugiet fictum: id est, ut induat eū Christo sanctitas baptismi, & exuat eum Christo pernicies fictionis: sicut fit cū quisque à tenebris per lucem transit ad tenebras, o cu-
B li quidē eius in tenebras perpetuo diriguntur, sed non potest lux nisi perfundere transeuntē. Qui ergo hoc dixerint, hoc etiam in eis intelligant fieri, qui extra Ecclesiæ cōmunionem, sed tamē baptismate Ecclesiæ baptizantur, quod ubicunq; fuerit, sanctū est per seipsum: & ideo non est eorū qui se separant, sed eius unde se separant: ualet tamen apud eos hactenus, ut per eius lucem transeāt ad dissensiōis suę tenebras, cōtinuo redeūtibus peccatis, quę baptismatis sanctitas in illo tēporis puncto dimiserat, tanq; redeunte obscuritate quā lux in transitu excusserat. Nam redire dimissa peccata, ubi fraterna charitas non est, apertissime docet in Euangelio de illo seruo, quem cum inuenisset
C debitorem decem milium talentorum, deprecanti omnia dimisit, Ille autem conseruum suum qui ei debebat centū denarios, cū miseratus non fuisset, iussit eum dominus reddere quæ ei dimiserat. Tempus ergo quo accipitur indulgentia per baptismum, tanq; tempus est reddendæ rationis, ut omnia debita quę inuēta fuerint dimittantur. Nō tamen ille seruus postea dedit conseruo suo mutuam pecuniam, quam cum ille non posset redde re, non eius misertus est: sed iam ei debebat conseruus eius, cum ipse rationem domino suo reddens, tanti numeri debito solueretur: nec dimiserat conseruo suo quod ei debebat, & sic accessorat ut ei dimitteret dominus. Hoc indicant uerba conserui dicentis, Patientiam habe in me, & omnia reddam tibi. Alioquin diceret, iam mihi hoc
D dimiseras, cur iterum repetis? Hoc & ipsius domini uerba manifestius aperiūt. Ait enim, Egressus autem seruus ille, inuenit unum de conseruis suis qui debebat ei centum denarios: Non dixit, cui iam debitū centum denariorum dimiserat. Si eīm dimiserat, non ei debebat. Quia ergo dixit, debebat ei: manifestum est, q̄ non dimiserat. Et melius quidem fuerat, atq; hoc potius congruebat tanto debitori reddituro rationem, & expectanti miseri cordiam domini sui, ut prior ipse conseruo dimitteret quod ei debebatur, & sic ad rationem reddē dam, ubi misericordia domini implorāda erat accederet. Nec tamen illud quod nondum cōseruo dimiserat, impediuit dominum eius, quo minus in illo temporæ accipiendæ rationis dimitteret ei omnia

Confutatio

Nota peccata semel dimissa redire

Matt. 18

De conse. dist. 4. ca. quomodo deus 4. sen. dist. 4 cap. qui uero

Matt. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

De conſe. di. 4. ca. quomodo dest 4. ſen. dist. 4 ca. qui uero

omnia quę debebat. Sed qd prófuit quando quidē in caput eius propter odiorum perſeuerantiā rursus omnia continuo replicata ſunt? Sic non impeditur baptiſmi gratia, quō minus omnia peccata dimittat, etiam ſi odium fraternum in eius cui dimittūtur animo perſeuerat, Soluitur enim heſternus dies, et quicquid ſupereſt ſoluitur, etiam ipſa hora momentūq; ante baptiſmum & in baptiſmo. Deinceps autem reus eſſe continuo incipit, non ſolum conſequentium, ſed etiam præteritorū dierum, horarum, momentorū redeūtibus omnibus quæ dimiſſa ſunt peccatis: & hæc ſępe contingūt in Eccleſia. Nam plerunq; fit ut homo habeat inimicum quem iniquiſſime oderit, quamquam etiam iniquos inimicos diligere iubeamur & orare pro eis. Subito autē periculo mortis incipit perturbari, & poſcit baptiſmum, quem tanta feſtinatione accipit, ut neceſſariam interrogationē paucorum uerborū uix periculi tēpus admittat, quanto minus ſermonem longiſſimum, ut illud odium pellatur corde, etiam ſi baptizanti ſit cognitum. Certe iſta non ſolum apud nos, ſed etiam apud illos euenire nō ceſſant. Quid ergo dicimus? Dimittūtur peccata huic homini, an non dimittunt? Prorſus quod uolunt eligant. Si enim dimittunt, continuo redeunt, Euangelium loquitur, ueritas clamat. Siue ergo dimittantur ſiue non dimittantur, neceſſaria eſt medicina poſtea: neq; tamen ſi uixerit atq; id corrigendum eſſe didicerit atq; correxerit, denuo baptizat, ſiue apud illos, ſiue apud nos. Sic & illa quæ ſchiſmatici uel hæretici ſi non aliter habent, nec aliter agūt quàm uera Eccleſia, cum ad nos ueniunt, non emendamus ſed potius approbamus. *In quibus enim non diſſentiūt à nobis, in eis non diſiungūtur à nobis.* Sed tamen qa *eis nihil proſunt quamdiu hæretici uel ſchiſmatici ſunt, propter alia in* qbus à ueritate diſſentiūt, & *propter ipſum ſeparationis immaniſſimū ſcelus, ſiue permanſerint in eis* peccata, ſiue cōtinuo *dimiſſa redierint*, ut ad ſanitatem pacis atq; charitatis ueniant adhortamur, nō ſolum ut aliquid habeant quod non habebant, ſed ut eis etiam illud *Charitas deeſt ſchiſmaticis Ca. XIIII* prodeſſe incipiat quod habebant. Fruſtra ergo nobis dicunt, ſi baptiſmum noſtrum acceptatis, *quid minus habemus* ut nobis de ueſtra communione conſulendum putetis? Reſpōdemus enim Non baptiſmū ueſtrum acceptamus, quia non eſt baptiſmus ille hæreticorum uel ſchiſmaticorum, ſed dei & Eccleſiæ, ubicunq; fuerit inuentus & quocunq; translatus. Veſtrum autem non eſt niſi quod praue ſentitis & ſacrilege agitis & impie ſeparamini. Nam ſi cætera omnia uera uel ſentiatis uel habeatis, & in eadem ſeparatione tamen duretis aduerſus uinculū fraternæ pacis, aduerſus unitatem oīum fratrum, qui toto orbe terrarum ſicut promiſſi ſunt, ita exhibiti, quorum omniū cauſas & corda nullo modo unquam noſſe aut diſcutere potuiſtis, ut merito damnaretis, qui non poſſunt propterea rei eſſe, quia iudicibus eccleſiaſticis potius q̄ litigatoribus crediderūt: hoc ſolum minus habetis, quod minus habet qui charitatē non habet. Iam quid opus eſt ut nos retexamus? Voſipſi in Apoſtolo inſpicite quantum ſit quod minus habetis. Quid aūt intereſt qui charitatē nō habet, utrum foras aūtolet aliquo uento tentationis ablatus, an intus de meſſe dominica non recedat in ultima uentilatione ſeparandus? Et tamen tales etiam ſi iā ſemel per baptiſmum nati ſunt, iterū eos naſci nō oportet. Eccleſia quippe omnes per baptiſmū parit, ſiue apud ſe, id eſt, ex utero ſuo, ſiue extra ſe de ſemine uiri ſui, ſiue de ſe, ſiue de ancilla. Sed & Eſau de uxore natꝰ, propter fraternam diſcordiam ſeparatus eſt à populo dei, Et Aſer per uxoris quidē poteſtatem, ſed ex ancilla natus, propter fraternam concordiam terrā repromiſſionis accepit. Vnde & Hiſmaeli ut ſeparetur à populo dei nō obſuit mater ancilla, ſed obfuit fraterna diſcordia: non profuit poteſtas uxoris cuius magis filius erat, quia per ipſius iura cōiugalia, & in ancilla ſeminatus erat, & ex ancilla ſuſceptus. Sicut apud iſtos Eccleſiæ iure quod eſt in baptiſmo naſcuntur quicunque naſcūtur: ſed ſi concordant eum fratribus, per unitatem pacis ad terrā ueniunt repromiſſionis, non de materno utero rurſus eiciēdi, ſed in paterno ſemine agnoſcendi. Si autē in diſcordia perſeuerent, ad Hiſmaelis funiculum pertinebūt. Prior autem fuit Hiſmael, & poſtea Iſaac, & prior Eſau, poſterior autem Iacob: Non quia prior peperit hæreſis q̄; eccleſia, aut eccleſia ipſa priꝰ carnales uel animales, & poſtea ſpiritales, ſed qa in ipſa ſorte mortalitatis noſtræ ex quo de Adā naſcimur, non eſt prius quod ſpiritale ſed qd animale, poſtea ſpiritale. Ex ipſo aūt animali ſenſu, quia homo animalis non percipit quæ ſunt ſpiritꝰ dei, oēs diſſenſiōes & ſchiſmata generantur. In quo ſenſu perſeuerantes Apoſtolus dicit ad uetus teſtamentū pertinere, id eſt, ad terrenorū promiſſorū cupiditatem, in quibus quidem ſpiritalia figurantur, Sed animalis homo non percipit quæ ſunt ſpiritus dei. Quocūq; ergo tempore tales homines eſſe cœperint in hac uita, iam diuinis pro ſeculorū diſtributione ſacramētis imbuti, ſi adhuc tamen carnaliter ſapiant & carnalia de deo, ſiue in hac uita, ſiue poſt hanc uitam ſperent atq; deſiderent, animales ſunt. Eccleſia uero quod eſt populus dei, etiā in iſtius uitæ peregrinatione antiqua res eſt, in alijs hominibus habēs animalem portionem, in alijs autem ſpiritalē. Ad animales pertinet uetus teſtamentum, ad ſpirituales nouum. Sed primis temporibus utrūq; occultum fuit ab Adam uſq; ad Moyſen. A Moyſe aūt manifeſtatū eſt uetus, & in eo ipſo occultabat nouū, quia occulte ſignificabatur. Poſtea uero q̄; in carne dominus uenit, reuelatum eſt nouum: ueteris autem ſacramenta ceſſarunt, ſed concupiſcentiæ tales non ceſſauerunt. In illis enim ſunt quos Apoſtolus iam per ſacramentum noui teſtamenti natos, adhuc tamē dicit, animales nō poſſe percipere quæ ſunt ſpiritus dei. Sicut enim in ſacramentis ueteris teſtamenti uiuebant quidā ſpirituales, ad nouū ſcilicet teſtamentū quod tūc occultabat occulte pertinentes: ſic & nunc in ſacramē-

Naſci nihil pro deſt ſi deſit charitas Ca. XV
Gen. 25. 28
Gen. 30
Gen. 16
Diſ. 56. cap. Hiſmael
Gen. 16. 25
1. Cor. 15
1. Cor. 2
Gal. 4
1. Cor. 2
De conſ. di. 4 cap. ſicut in ſacramentis

Universidad de Deusto
Biblioteca

to noui teſtamenti quod iam reuelatum eſt, pleri-
que uiuunt animales, Qui proficere ſi nolunt ad
percipienda quæ ſunt ſpiritus dei, quo eos horta-
tur ſermo Apoſtolicus, ad uetus teſtamentum per
tinebunt. Si autem proficiunt & antequã capiãt,
ipſo profectu & acceſſu ad nouum pertinẽt. Et ſi
prius quàm ſpiritales fiant, ex hac uita rapiantur,
cuſtoditi per ſacramenti ſanctitatem in terra uiuẽ
tium computãtur, ubi eſt ſpes noſtra & portio do
Pſal.138 minus. Nec inuenio quid uerius intelligaẽ in eo
quod ſcriptum eſt, Imperfectum meum uiderunt
oculi tui: quandoquidem ſequitur, & in libro tuo
Qui legitimi Eccleſiæ filij omnes ſcribentur. Quę autem peperit Abel &
Cap. XVI Enoch, & Noe & Abraham, ipſa peperit Moy-
Gen.4.5.11 ſen & Prophetas tempore poſteriores ante aduẽ-
Exod.2 tũ domini: & quæ iſtos, ipſa & Apoſtolos & mar
tyres noſtros & oñes bonos Chriſtianos. Oñes
eñ diuerſis quidẽ temporibus nati apparuerũt,
ſed ſocietate unius populi continentur, & eiuſdẽ
ciuitatis ciues labores huius peregrinationis ex-
Gen.4.5.16 perti ſunt, & quidam eorum nũc experiuntur, &
Num.16 uſq; in finem cæteri experientur. Item quæ pepe-
Luc.16 rit Cain & Cham & Hiſmaelem & Eſau, eadem
Act.8 ipſa peperit & Dathan & alios in eodem populo
ſimiles: & quæ iſtos, eadem ipſa & Iudam pſeudo
apoſtolum, & Simonem magum, & cæteros uſq;
ad hæc tempora pſeudochriſtianos in affectione
animali pertinaciter obduratos, ſiue in unitate per
Gen.25 mixti ſint, ſiue aperta præciſione diſſentiant. Sed
Gen.16 cum tales à ſpiritalibus euangelizantur, & ſacra-
Philip.1 mentis imbuuntur, tanquam per ſeipſam Rebec-
Gen.30 ca eos parit, ſicut Eſau. Cum autẽ per illos qui nõ
caſte annunciant Euangelium, tales in dei popu-
lo generantur, Sara quidẽ, ſed per Agar. Item bo
ni ſpiritales, quando euangelizantibus uel bapti
zantibus carnalibus generantur, Lia quidem uel
Rachel iure coniugali eos, ſed per ancillarem ute
rum parit. Cum uero per ſpiritales in Euangelio
generantur boni fideles, qui uel euadunt in ſpiri-
talis ætatis affectum, uel eo tendere nõ deſiſtunt,
uel ideo non faciunt quia nõ poſſunt, ſicut ex ute-
ro Saræ Iſaac, uel Rebeccæ Iacob, in nouam uitã
Boni ubiq; bo & nouum teſtamentũ naſcũtur. Itaq; ſiue intus
ni Ca. XVII uerſari uideãtur, ſiue aperte foris ſint, quod caro
2. Retract. eſt, caro eſt: ſiue in area ſua ſterilitate perſeueret, ſi
cap.18 ue occaſione tentationis tanquã uento extra tolla
Eph.5 tur, quod palea eſt, palea eſt, & ſemper ab illius ec
cleſiæ quę ſine macula & ruga eſt, unitate diuiſus
eſt, etiam qui congregatione ſanctorũ in carnali
obduratione miſcetur. De nullo tamen deſperan-
dum eſt, ſiue qui intus talis apparet, ſiue qui foris
manifeſtius aduerſatur. Spiritales aũt ſiue ad hoc
ipſum pio ſtudio proficiẽtes, non eũt foras: quia
& cum aliqua uel peruerſitate uel neceſſitate ho-
minum uidentur expelli, ibi magis probantur, q̃
ſi intus permaneant, cum aduerſus eccleſiam nul
Gen.15 latenus eriguntur, ſed in ſolida unitatis petra for-
Cyprianus tiſſimo charitatis robore radicãtur. Ad hoc enim
excuſatur pertinet quod in illo Abrahæ ſacrificio dicitur,
Cap. XVIII Aues autem nõ diuiſit. De baptiſmi ergo quæ-
ſtione iam quãtum arbitror, ſatis diſſerui, & quia

A hoc manifeſtiſſimum ſchiſma eſt quod Donatiſta
rum nomine nuncupatur, reſtat ut hoc de bapti-
ſmo pie credamus, quod uniuerſa Eccleſia à ſacri
legio ſchiſmatis remota cuſtodit. In qua tamen ſi
aliud alij, & aliud alij adhuc de iſta quæſtione ſal-
ua pace ſentirent, donec uniuerſali cõcilio unum
aliquid eliquatum ſyncerumq; placuiſſet, huma-
næ infirmitatis errorem cooperiret charitas unita
tis, ſicut ſcriptum eſt, quia charitas cooperit mul- 1.Pet.4
titudinem peccatorum. Qua enim abſente cæte-
ra inaniter habentur, eadem præſente quædã ue-
nialiter non habenẽ. Extant beati martyris Cy-
priani in eius literis magna documenta, ut ad illũ
iam ueniam, de cuius ſibi authoritate iſti carnali-
ter blandiuntur, cũ eius charitate ſpiritaliter peri-
mantur. Nam illis temporibus antequam plena-
B rij concilij ſententia quid in hac re ſentiendũ eſſet,
totius Eccleſiæ conſenſio confirmaſſet, uiſum eſt
ei cum fermè octoginta coepiſcopis ſuis Aphrica
narum eccleſiarum, omnem hominem qui extra
Eccleſię catholicę communionẽ baptizatus fuiſ-
ſet, oportere ad eccleſiam ueniẽtem denuo bapti-
zari. Quod non recte fieri tanto uiro nimirũ pro-
pterea dominus non aperuit, ut eius pia & humi-
litas & charitas in cuſtodienda ſalubriter Eccle-
ſiæ pace pateſceret, & non ſolum illius temporis
Chriſtianis, ſed etiam poſteris ad medicinalem, ut
ita dicam, notitiã ſignaretur. Cum enim tanti me-
riti, tantæ eccleſiæ, tanti pectoris, tanti oris, tantæ
uirtutis Epiſcopus aliud de baptiſmo arbitraretur,
C quàm erat inquiſita diligẽtius ueritas firmatura,
multiq; eius collegæ, quamuis liquido nondum
manifeſtatum, id tamen tenerent quod & præteri
ta Eccleſiæ cõſuetudo, & poſtea totus catholicus
orbis amplexus eſt: non ſe ille tamen à cæteris di-
uerſa ſentientibus ſeparata communione diſiun-
xit, & hoc etiam cæteris perſuadere non deſtitit,
ut ſufferrent inuicem in dilectione, ſtudentes ſer- Eph.4
uare unitatem ſpiritus in uinculo pacis. Ita enim
corporis manẽte compage, ſi quid in quibuſdam
membris infirmabatur, ex eorum ſanitate conua-
leſceret, potius quàm prȩciſione mortificatum di
ligentiam nullius curationis admitteret. Et ſi ſe il
le ſeparaſſet, q̃ multi ſequerentur, quantũ ſibi no-
men inter homines faceret, quanto latius Cypria
niſtæ quàm Donatiſtæ uocarentur? Sed non erat
D filius perditionis, de qualibus dictum eſt, Deieci Pſal.27
ſti eos dũ extollerentur: ſed erat filius pacis Eccle
ſiæ, qui tanta cordis illuminatione prædituſ, pro-
pterea non uidit aliquid, ut per eum aliud ſupere- 1.Cor.13
minẽtius uideretur. Et adhuc, inquit Apoſtolus,
ſupereminentiorem uiam uobis demonſtro, Si
linguis hominũ loquar, & angelorum, charitatẽ
autem non habeam, factus ſum uelut æramẽtum
ſonans aut cymbalum tinniens. Minus ergo ille
penetrauit, ut cerneret ſecretũ abditum ſacramen
ti: ſed ſi ſciret omnia ſacramenta, charitatem autẽ
non haberet, nihil eſſet. Cum autem minus illud
perſpiciens, hanc tamen humiliter, fideliter, forti-
ter cuſtodiuit, ad martyrij coronam meruit perue
nire: ut ſi qua in eius lucidam mentem ex huma-
na condi

na conditione nebula irrepserat, glorioſa ſerenita A
te fulgentis ſanguinis fugaretur. Non enim fru-
Io.15 ſtra ipſe dominus Ieſus Chriſtus, cum ſeipſum di-
ceret uitem, ſuos autem tanquam in uite ſarmen-
ta, præcidi eos dixit, & de uite auferri tãquam in-
utiliſia ſarmenta, quæ fructum nõ darent. Quis eſt
autem fructus niſi nouus ille fœtus, de quo itẽ di-
Io.13 cit, Mandatum nouum do uobis ut diligatis inui-
cem? Ipſa eſt illa charitas, ſine qua cętera nihil pro
1.Cor.13 ſunt. Dicit autem & Apoſtolus, Fructus autẽ ſpi-
Gal.5 ritus eſt, charitas, gaudium, pax, longanimitas, be
nignitas, bonitas, fides, manſuetudo, cõtinentia.
Quæ omnia incipiunt à charitate, & per cæteram
iuncturam quaſi botrum mirabilem faciunt. Nec
Io.15 tamẽ fruſtra idem dominus addidit, Quæ autem
ſarmẽta in me dant fructũ, purgat illa pater meus, B
ut maiorem fructum afferant: niſi quia & ipſi qui
fructu prævalẽt charitatis, poſſunt tamen aliquid
habere purgandum, quod inculturn agricola non
reliquit. Quod ergo ille uir ſanctus de baptiſmo
aliter ſentiẽs quàm ſe res habebat, quæ poſtea per
tractata, & diligentiſſima conſideratione firmata
eſt, in catholica unitate permanſit, & charitatis u-
bertate compenſatum eſt, & paſſionis falce purga
Oſtendit quo modo aliter Cyprianus, aliter Donatiſtæ, dixerunt baptiſma iterandum Cap. XIX
tum eſt. Sed ne uidear deuitãdę probatiõis cau
ſa iſta in laudem beatiſſimi martyris dicere, quæ
quidem non eius ſed illius eſt, cuius gratia talis ex
titit, iam de literis eius documenta proferamus,
quibus maxime Donatiſtarum ora clauduntur.
Huius enim authoritatem imperitis obiiciunt, ut
ſe quaſi recte facere oſtendant, quòd ad ſe uenien C
tes fideles denuo baptizent, nimirum miſeri, & ni
ſi ſe corrigant à ſemetipſis omnino damnati, qui
hoc in tanto uiro eligũt imitari. Quod illi propte-
rea non obfuit, quia in ea pace unde iſti aberraue
runt, qui uiam pacis non cognouerunt, perſeuerã
Pſal.13 tiſſimis uſq; in finẽ greſſibus ambulauit. Eſt qui-
dem Chriſti baptiſma quod ubiq; ſanctum eſt, &
quamuis apud hæreticos uel ſchiſmaticos, ipſius
tamen hæreſis uel ſchiſmatis non eſt, & ideo nec
ad ipſam catholicam inde uenientes, oportet de-
nuo baptizari. Sed tamen hoc aliud eſt, aliud à ca
tholica pace deuiantes, & in nefariam præciſio-
nis foueam præcipitatos, rebaptizandos inſuper
iudicare, Nam illũ neuum in candore ſanctæ ani-
mæ, charitatis ubera contegebant: hanc autem fu D
liginem in iſtorum tartarea fœditate, uultus impa
catus oſtentat. Sed ad ea quæ deinceps, quod ad
beati Cypriani authoritatem attinet, tractaturi ſu-
mus, ab alio ſumemus exordio.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE baptiſmo contra Donatiſtas

Liber ſecundus.

Cypriani authoritati quã tũ deferendũ Cap. I

VANTVM pro nobis, hoc eſt pro pace catholica faciãt ea quæ tanquã ex authoritate beati Cy priani aduerſus nos à parte Do-
Q nati proferuntur, & quantũ ſint aduerſus eos à quibus proferuntur, adiuuante do mino demõſtrare propoſui. Si qua ergo me reſpõ dẽdi neceſſitas ea quæ iã in libris alijs poſui, rur-ſus commemorare coegerit, quamq; id modice fa ciam, his qui iam illa legerũt & tenent, oneroſum eſſe non debet: quia & ea quæ inſtructiõi ſunt ne-ceſſaria, ſæpius oportet inſinuare tardioribus: & cum eadem multipliciter uarieq; uerſantur, atq; tractantur, ipſos quoq; capaciore intelligẽtia præ ditos adiuuant, & ad facilitatem ſciendi, & ad co-piam diſſerendi. Noui etiam quemadmodum ſo-leat contriſtare lectorem, cum ab libro quem ge-rit in manibus, quãdo in aliquem nodum quæſtio nis inciderit, in alium mittitur ubi eius ſolutionẽ requirat, quem forte non habet: quapropter quæ cunq; in alijs libris iam diximus, ſi neceſſitas præ-ſentium quęſtionum breuiter iterare compulerit, ignoſcant ſcientes, ne offendantur neſcientes: ſa-tius eſt eã offerre habenti, quàm differre non ha bentem. Quid ergo iſti dicunt cum ueritatis uiri-bus præfocantur, cui conſentire nolunt? Cypria- *Opinio Cypriani*
nus, inquiunt, cuius tantum meritũ nouimus tan tamq; doctrinã, cum multis coepiſcopis ſuis ſen-tentias proprias conferẽtibus, in concilio ſtatuit hæreticos uel ſchiſmaticos, id eſt omẽs qui extra unius eccleſiæ communiõem ſunt, baptiſmũ non habere, & ideo quiſquis ab eis baptizatus ad ec-cleſiam uenerit, eſſe in eccleſia baptizandum. Nõ me terret alithoritas Cypriani, quia reficit humi-litas Cypriani. Magnum quidem meritum noui-mus Cypriani Epiſcopi & martyris, ſed nunquid *Cyprianus in epiſtola ad Quintum Mat.16 Gal.2*
maius cẽ Petri apoſtoli & martyris? De quo idẽ Cyprianus in epiſtola ad Quintum ita loquitur, Nam nec Petrus, inquit, quem primum dominus elegit, & ſuper quem ædificauit eccleſiam ſuam, cũ ſecũ Paulus de circunciſione diſceptaret, poſt-modum uendicauit ſibi aliquid inſolenter, aut ar-rogãter aſſumpſit, ut diceret ſe primatum tenere, & obtẽperari à nouellis & poſteris ſibi potius de bere. Nec deſpexit Paulum, q̃ Eccleſiæ prius per ſecutor fuiſſet, ſed conſilium ueritatis admiſit, & rationi legitimæ quam Paulus uendicabat facile conſenſit, documentum ſcilicet nobis & concor-diæ & patientiæ tribuens: ut non pertinaciter no-ſtra amemus, ſed quæ aliquãdo à fratribus & col legis noſtris utiliter & ſalubriter ſuggeruntur, ſi ſint uera & legitima, ipſa potius noſtra ducamus. Ecce ubi cõmemorat Cyprianus, quod etiã nos in ſcripturis ſanctis didicimus, Apoſtolum Petrũ in quo primatus Apoſtolorum tam excellẽti gra-tia præminet, aliter cẽ ueritas poſtulabat de circũ ciſione agere ſolitum, à poſteriore Apoſtolo Pau-lo eſſe correctum. Si ergo potuit Petrus nõ recte in aliquo ingredi ad ueritatem Euangelij, ita ut gẽ tes cogeret iudaizare, quod Paulus in ea ſcribit epiſtola, in qua deum non ſe mentiri teſtatus eſt: *Gal.1*
Ait enim, Quæ autẽ ſcribo uobis, ecce corã deo quia non mentior. Et poſt hanc tam ſanctam atq; terribilem atteſtatiõem dei, narrauit hæc omnia: in quibus cum uidiſſem quia non recte ingrediũ-tur ad ueritatem Euangelij, dixi Petro coram om

Gal.2 nibus, Si tu cum Iudæus sis, gẽtiliter & non Iudai
ce uiuis, quemadmodũ cogis gentes iudaizare? Si potuit, inquam, Petrus cõtra ueritatis regulã, quam postea Ecclesia tenuit, cogere gentes Iudaizare, cur non potuit Cyprianus contra regulam ueritatis, quam postea tota Ecclesia tenuit, cogere hæreticos uel schismaticos denuo baptizari?
2.q.7. Puto ꝙ sine ulla contumelia Cyprianus Episco-
ca.puto pus Petro apostolo cõparatur, quantũ attinet ad martyrij coronam. Cæterum magis uereri debeo, ne in Petrum contumeliosus existam. Quis enim nescit illum Apostolatus principatũ cuilibet episcopatui præferendum? Sed & si distat cathedrarum gratia, una est tamen martyrum gloria. Et si forte se in aliquo inuicem præcedunt corda confitentium, ac pro uera fide in unitate charitatis morientiũ, dominus nouerit, cuius occulta & mirabili dispensatiõe gratiarũ latro in cruce pendens, semel eũ confitẽt, & die ipso in paradisum mittitur,
Luc.23 Petrus dominũ sequens ter negat eum, & corona
Mat.26 differtur. Nobis hinc iudicare temerarium est. Verumtamen si quisquã nũc cogat circuncidi aliquẽ more Iudaico, & sic baptizari, multo amplius detestatur hoc genus humanũ, ꝙ si aliquis cogatur
2.q.7 rebaptizari. Quapropter cũ Petrus illud faciens,
ea.puto à Paulo posteriore corrigitur, & pacis atq; unitatis uinculo custoditus, ad martyrium prouehitur, quanto facilius & fortius quod per uniuersæ Ecclesiæ statuta firmatum est, uel unius Episcopi authoritati, uel unius prouinciæ concilio præferendum est? cum idem Cyprianus ita dixerit, quid ei uideretur, ut in pace unitatis esse uoluerit, etiã cũ C eis qui de hac re diuersa sentirent, quod indicat ipsius primus sermo in eiusdem concilij, quod ab

Acta in concilio Carthaginensi Cap. II istis profertur exordio, Nam ita se habet: Cum in unum Carthaginẽ cõuenissent calẽdis septembris, Episcopi plurimi, ex prouincia Aphrica, Numidia, Mauritania, cum presbyteris & diaconis, etiam præsente plebis maxima parte, & lectæ essent literæ Iubaiani ad Cyprianũ factæ, item Cypriani ad Iubaianum rescriptæ de hæreticis baptizandis, quidq; postmodum Cypriano Iubaianus idem rescripserit, Cyprianus dixit, Audistis collega dilectissimi quid mihi Iubaianus coepiscopus noster rescripserit, consulens mediocritatem nostrã de illicito & prophano hæreticorũ baptismo, quidq; ego rescripserim ei, censens scilicet quod semel atq; iterum & sæpe cẽsuimus, hæreticos ad Ecclesiam uenientes, Ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt uobis & aliæ Iubaiani literæ, quibus pro sua syncera & religiosa deuotione, ad epistolã nostram rescribẽs, non tantum cõsensit, sed & instructum se esse gratias egit. Supereſt ut de hac ipsa re ꝙd singuli sentiamus, proferamus, neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquẽ, si diuersum senserit amouentes, Neq; enim quisquam nostrũ Episcopũ se esse Episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem collegas suos adigit, quando habet omnis Episcopus pro licentia libertatis & potestatis suæ arbitrium propriũ, tan

A quã iudicari ab alio non possit, quomodo nec ipse potest alterum iudicare, sed expectemus uniuersi iudicium domini nostri Iesu Christi, qui unus est solus habens potestatẽ & præponendi nos in Ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro iudicãdi. Nunc se si audent superbæ & tumidæ cer- *Episcoporum literæ, & cõciliorum prouincialium decreta, cedunt maioribus cõciliis: Canonica scriptura nulli cedit Cap. III*
uices hæreticorum aduersus sanctam humilitatẽ huius sermonis extollant insani Donatistæ, quos ad pacem atq; unitatem sanctæ Ecclesiæ remeare, atq; in ea sanari cupimus & optamus, Quid ad hæc dicitis uos? Certe nobis obijcere soletis Cypriani literas, Cypriani sententiam, Cypriani cõcilium. Cur authoritatẽ Cypriani pro uestro schismate assumitis, & eius exemplum pro Ecclesiæ pace respuitis? Quis autem nesciat sanctã scriptu-
B ram canonicã, tam ueteris quàm noui testamenti certis suis terminis contineri, eamq; omnibus posterioribus Episcoporum literis ita prepponi, ut de illa omnino dubitari & disceptari non possit, utrũ uerũ uel utrum rectum sit, quicquid in ea scriptũ esse constiterit: Episcoporum autem literas quæ post confirmatũ canonem uel scriptæ sunt uel scribuntur, & per sermonem forte sapientiorem cuiuslibet in ea re peritioris & per aliorum Episcoporũ grauiorem authoritatẽ, doctiorumq; prudẽtiam, & per concilia licere reprehendi, si quid in eis forte à ueritate deuiatũ est: Et ipsa concilia quę per singulas regiones uel prouincias fiunt, plenariorum conciliorum authoritati, quæ fiunt ex uniuerso orbe Christiano, sine ullis ambagibus cedere, ipsaq; plenaria sæpe priora posterioribus emendari, cum aliquo experimẽto rerum aperit quod
C clausum erat, & cognoscitur quod latebat, sine ullo typho sacrilegæ superbiæ, sine ulla inflata cerui ce arrogantiæ, sine ulla contentione liuidæ inuidiæ, cum sancta humilitate, cũ pace catholica, cũ charitate Christiana. Quapropter sanctus Cy- *Dum dubia discutiuntur, nõ rumpenda unanimitas Cap. IIII*
prianus, tanto excellentior, quanto humilior, qui documẽtum Petri sic amauit ut diceret, documẽtum scilicet nobis & concordiæ & patientiæ tribuẽs, ut non pertinaciter nostra amemus, sed quę aliquando à fratribus & collegis nostris utiliter et salubriter suggerũtur, si sint uera & legitima, ipsa potius nostra ducamus: Satis ostẽdit facillime se correcturũ fuisse sentẽtiam suam, si quis ei demõstraret baptismum Christi sic dari posse ab eis qui *Cyprianus epistol. 15. ad Quintum*
D foras exierunt, quemadmodum amitti nõ potuit cum foras exirent: unde multa iam diximus, nec nosipsi tale aliquid auderemus asserere, nisi uniuersæ Ecclesiæ concordissima authoritate firmati: cui & ipse sine dubio cederet, si iam illo tempore quæstionis huius ueritas eliquata & declarata per plenarium concilium solidaretur. Si enim Petrum laudat & prædicat, ab uno posteriore collega patienter cõcorditerq; correctũ, quanto citius ipse cum cõcilio prouinciæ suæ uniuersi orbis authoritate patefacta ueritate cessisset, ga profecto & uni uerum dicenti & demonstranti posset facillime cõsentire tam sancta anima, tã pacata: & fortasse factum est, sed nescimus. Neq; enim omnia quæ in illo tẽpore inter Episcopos gesta sunt, memoriæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

moriæ literisq; mandari potuerũt, aut omnia quæ mãdata sunt nouimus. Quomodo ẽm potuit ista res tantis altercationum nebulis inuoluta, ad plenarij concilij luculentam illustrationem confirmationemq; perduci, nisi primo diutius per orbis terrarum regiones, multis hinc atq; hinc disputationibus & collationibus Episcoporum pertractata constaret? Hoc autem facit sanitas pacis, ut cum diutius aliqua obscuriora quæruntur: & propter inueniendi difficultatem, diuersas pariunt in fraterna disceptatione sententias, donec ad uerum liquidum perueniatur, uinculum permaneat unitatis, ne in parte præcisa remaneat insanabile uulnus erroris. Et ideo plerunq; doctioribus, minus aliquid reuelatur, ut eorum patiens & humilis charitas, in qua fructus maior est comprobet, uel quomodo teneant unitatem cum in rebus obscurioribus diuersa sentiunt, uel quomodo accipiant ueritatem, cum contra id quod sentiebant, declaratum esse cognoscunt. Quorum duorũ manifestatum tenemus unum in beato Cypriano: id est, quomodo tenuerit unitatem cum eis à quibus diuersum sentiebat. *Ait enim*, Neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Alterum autem, id est, quomodo accipere potuerit ueritatem cõtra id quod sentiebat inuentam: & si literæ tacent, merita clamant: si epistola non inuenitur, corona testatur: si concilium non indicat Episcoporum, consortiũ indicat angelorum. Non enim paruum documẽtum est pacatissimæ animæ, in ea unitate martyrium meruisse, unde se diuersum sentiẽs noluit separare. Homines enim sumus, Vnde aliquid aliter sapere cũ se res habet, humana tentatio est: Nimis autem amando sententiam suam, uel inuidendo melioribus usq; ad præcidendæ communiõis & condendi schismatis uel hæresis sacrilegiũ peruenire, diabolica præsumptio est: In nullo autẽ aliter sapere cũ res se habet, angelica perfectio est. Mat. 22 Qui itaq; homines sumus, sed spe angeli sumus, qbus æquales in resurrectione futuri sumus, quãdiu perfectionem angeli non habemus, præsumptionem diaboli non habeamus. Ideo dicit Apo- 1.Cor.10 stolus, Tentatio uos non apprehendat nisi humana. Humanum est ergo aliquid aliter quàm se res Phil.3 habet sapere. Propterea dicit alio loco, Quotquot ergo perfecti hoc sapimus, & si qd aliter sapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit. Quibus autẽ reuelat cum uoluerit, siue in hac uita siue post hanc uitam, nisi ambulantibus in uia pacis, & in nul- Psal.13 lam præcisionẽ deuiantibus? Non quales isti sunt qui uiam pacis non cognouerunt, nec propter a- Eph.4 liud unitatis uinculum diruperunt. Ideo Apostolus cum dixisset, Et si quid aliter sapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit: ne putarent præter uiam pacis quod aliter sapiebant sibi posse reuelari, continuo addidit, Veruntamen in quod peruenimus, in eo ambulemus. In quo ambulans Cyprianus, 1.Cor.13 perseuerantissima tolerantia, fuso sanguine, sed in unitate fuso: quia si traderet corpus suum ut arderet, & nõ haberet charitatẽ, nihil ei prodesset; per martyrij confessionẽ peruenit ad angelicam lucẽ, ut si nõ antea, ibi certe reuelatũ agnosceret, quod cum aliter saperet, sententiam diuersæ opinionis, uinculo non præposuit unitatis. Vos itaq; Donatistæ quid ad hæc dicitis? Si nostra sententia de baptismo uera est, omnes qui aliter sapiebant Cypriani temporibus, nõ sunt ab ecclesiæ unitate separati, donec illud quod aliter saperent deus illis reuelaret. Vos ergo quare separatiõe sacrilega pacis uinculum disrupistis? Si aũt uestra sentẽtia de baptismo uera est, Cyprianus & cæteri cum quibus eum tale concilium celebrasse perhibetis, cũ eis qui aliter sapiebant, in unitate permanserunt, quare uos pacis uinculum dirupistis? Quodlibet horum elegeritis, contra uestram præcisionem sententiam ferre cogimini. Respondete, quare uos separastis? Quare contra orbem terrarũ altare erexistis? Quare nõ cõmunicatis Ecclesijs, quibus epistolas apostolicas missas tenetis & legitis, & secũdum ipsas uos uiuere dicitis? Respondete, quare uos separastis? Propterea certe, ne malorum communione periretis. Quomodo ergo non perierũt Cyprianus & tot collegæ ipsius? Qui cum crederent hæreticos & schismaticos baptismum nõ habere: sine baptismo tamen receptis, cum peccata eorũ tam immania tamq; sacrilega superesse crederent: eis tamẽ communicare, cũq; separari ab unitate maluerunt, dicente Cypriano, Neminem iudicantes, aut à iure communiõis aliquem si diuersum senserit amouentes. Si ergo tali communiõe malorum pereunt iusti, iam Ecclesia temporibus Cypriani perierat. Vnde igitur extitit origo Donati, ubi catechizatus est, ubi baptizatus, ubi ordinatus, quando iam Ecclesiam contagio cõmunionis extinxerat? Si autem erat Ecclesia, nihil obesse mali bonis in una communione potuerunt: Quare uos separastis? Ecce in unitate uideo Cyprianum, & alios collegas eius, qui facto cõcilio censuerunt omnes qui extra Ecclesię communionem fuerint baptizati, baptismum non habere, & ideo eis dandum esse cum ueniunt. Sed ecce rursus in eadem unitate uideo quosdam de hac re aliter sentire, & eos qui ab hęreticis uel schismaticis uenerint, agnito in eis baptismo Christi nõ audere iterum baptizare. Hos omnes catholica unitas Gal.6 materno sinu complectitur, inuicẽ onera sua portantes, & studentes seruare unitatẽ spiritus in uin- Eph.4 culo pacis, donec alteris eorũ si quid aliter sapiebant, dominus reuelaret. Si uera isti sentiebãt, ab illis non contaminabantur, an contaminabãtur? Quod malueritis eligite. Si contaminabãtur, iam tũc non erat Ecclesia. Respondete, unde huc existis? Si autem permanebat Ecclesia, nullo modo boni à malis tali communione contaminant. Respondete, quare uinculum dirupistis? An forte schismatici sine baptismo recepti nõ contaminãt, & traditores sanctorum librorum contaminant? Vestros quidem fuisse traditores manifestissima rerum gesta testant. Et si tunc in illos quos arguebatis uera diceretis, causam uestram unitati orbis terrarum persuasissetis, ut uobis retentis illi excluderentur

Veritas non reuelatur discordibus Cap. V

Schismatis crimen grauissimum Ca. VI

Cyprianus in concilio Carthaginensi

derentur. Quod si conati estis facere & non obti A
nuistis, innocens orbis terrarum, qui iudicibus ec
clesiacticis potius quàm uictis litigatoribus credi
dit. Si autem noluistis agere causam uestram, in
nocens est orbis terrarum, qui damnare non po
tuit inauditos. Quare ergo uos ab innocentibus
separastis? Sacrilegium schismatis uestri defende
re nõ ualetis. Sed hęc omitto, hoc dico, si uos posi
sent contaminare traditores, qui non sunt à uobis
conuicti, & à quibus uos estis uicti, multo magis
possent sacrilegia schismaticorum & hæreticorũ
sine baptismo secundum uestram sententiam re
cepta, contaminare Cyprianum. Non se tamẽ ille
separauit. Et quia permanebat in Ecclesia, manife
stum est quòd contaminari non potuit. Quare er
go uos, non dico ab innocẽtibus, quod probatur, B
sed ab ipsis quod non probatur traditoribus sepa
rastis? An ut dicere cœperã, grauiora sunt crimi
24.q.1. cap. na traditorum q̃ schismaticorum? Nõ afferamus
nõ afferamus stateras dolosas ubi appendam⁹ quod uolumus,
& quomodo uolumus pro arbitrio nostro, dicen
tes, hoc graue, hoc leue est: sed afferamus diuinã
stateram de scripturis sanctis tanquam de thesau
ris dominicis, & in illa quid sit grauius appenda
mus: imò nõ appendamus, sed à domino appensa
recognoscamus. Tẽpore illo quo dominus prio
ra delicta recentibus pœnarum exemplis cauen
da monstrauit, & idolum fabricatum atq; adora-
Exod. 32 tum est, & propheticus liber ira regis contempto
Hier. 36 ris incensus, & schisma tentatũ: & idololatria gla
dio punita est, exustio libri bellica cæde & pere- C
Num. 16 grina captiuitate, schisma hiatu terræ, sepultis au
thoribus uiuis, & cęteris cœlesti igne cõsumptis:
quis iam dubitauerit hoc esse sceleratius commis
sum, quod est grauius uindicatum? A talibus sa
crilegijs uenientes, sine baptismo ut dicitis, si Cy
prianum non contaminabant, quomodo uos con
taminare poterant non conuicti, sed conficti tradi
tores? Qui si non libros incẽdendos tradidissent,
sed eos ipsi manibus suis incẽdissent, minoris uti
que fuissent sceleris, quàm si schisma committe
rent, quia illud mitius, illud grauius uindicatũ est,
Cypriani er- non humano arbitrio, sed diuino iudicio. Qua
rorem imitan re uos ergo separastis? Si ullus sensus in uobis est,
tur, charitatẽ uidetis uos certe quid responderi possit non inue
non imitantur nire. Non usq; adeo, inquiunt, omnia defecerunt, D
Cap. VII ut non possimus respondere si uolumus. Tu quis
Rom. 14 es qui iudicas alienum seruum? Suo domino stat
aut cadit. Quod eis dictum intelligitur, qui uole
bant non de factis manifestis, sed de cordibus alie
nis iudicare. Nã quomodo ipse tã multa de scele
ribus schismatum & hęresum loquitur? Aut quo
Psal. 57 modo canitur in Psalmis, Si uere iustitiam diligi
Io. 7 tis, recte iudicate filij hominum? Cur autem ipse
dominus dicit, Nolite personaliter iudicare, sed
rectum iudicium iudicate: si nõ licet de aliquo iu
dicare? Postremo ipsi de illis traditoribus de qui
bus falsa iudicauerunt, cur omnino iudicauerunt
de seruis alienis? Suo domino stabãt aut cadebãt.
Cur denicq; de recentibus Maximinianistis plena
rij concilij sicut dicunt ore ueridico non dubita

uerunt tale proferre iudicium, ut eos primis illis
schismaticis, quos terra uiuos absorbuit, cõpara
rent? Quorum quosdam tamen quod negare nõ
possunt, aut innocentes damnauerunt, aut nocen
tes iterum receperũt. Sed cum uerũ dicitur cui re
sponderenon possunt, rodunt murmura salebro
sa. Sic uolumus, Tu quis es qui iudices alienũ ser
uum? Suo domino stat aut cadit. Cum autem in
firma ouis in solitudine aspicitur, ubi pastor qui
reclamet absens uidetur, dentes exerũtur, frangi
tur guttur inualidũ, Bonus homo, si non esses tra
ditor: Consule animę tuæ: esto Christianus. O im
probam rabiẽ, Cum Christiano dicitur, esto Chri
stianus, quid aliud docetur nisi se negare Christia
num? Nunquid erat aliud quod docere cupiebãt
Christianorum persecutores? Quibus qui restite
runt, facti sunt martyres. An leuius putatur quod
gladio minante, q̃; quod lingua insidiante cõmit
titur? Ad ista respõdete lupi rapaces, qui pellibus Mat. 7
ouinis indui cupientes, beati Cypriani literas pro
uobis esse arbitramini. Contaminabat Cyprianũ
sacrilegium schismaticorum, an non contamina
bat? Si contaminabat, iam tunc periit Ecclesia, nõ
erat unde propagaremini. Si autem non contami
nabat, quomodo scelere alieno possunt in unitate
contaminari innocentes, si schismatis sacrilegio
nõ possunt? Quare ergo uos separastis? quare cã
leuiora quæ fingitis fugitis, ipsum sacrilegium
schismatis, quod est grauius omnibus cõmisistis?
An forte iam placet fateri non fuisse iam illos uel
schismaticos uel hæreticos, qui extra communio C
nem Ecclesiæ, uel in schismate aliquo uel in hæ
resi fuerant baptizati, quia transeundo ad Eccle
siam, & errores suos pristinos anathematizando,
destiterant esse quod erant? Quomodo ergo sine
baptismo non super eos remanserant scelera eo
rum? An ille baptismus Christi erat, sed eis extra
Ecclesiæ communionem prodesse non poterat:
cum autem uenerunt, & anathematizato prætери
to errore, in Ecclesię pacem per manus impositio
nem recepti sunt, tunc in charitate radicatis atq;
fundatis, sine qua infructuosa sunt cætera, cœpit
prodesse ad remissionẽ peccatorũ, & ad sanctifica
tionẽ uitæ, q̃d sine fructu extra portabãt? Nolite
ergo nobis authoritatẽ obijcere Cypriani ad ba
ptismi repetitionẽ, sed tenete nobiscũ exẽplũ Cy
priani ad unitatis conseruationẽ. Nondũ em̃ erat
diligenter illa baptismi quæstio pertractata, sed ta
men saluberrimã consuetudinẽ tenebat Ecclesia,
in ipsis quoq; schismaticis & hæreticis corrigere
quod prauũ est, nõ iterare quod datum est, sanare
quod uulneratũ est, nõ curare quod sanũ est. Quã
consuetudinẽ credo ex Apostolica traditiõe ueni
entem, sicut multa nõ inueniunt in literis eorũ ne
que in cõcilijs posteriorũ: & tamẽ quia per uniuer
sam custodiuntur Ecclesiã, nõ nisi ab ipsis tradita Eph. 3
& cõmendata creduntur. Hanc ergo saluberrimã
consuetudinẽ per Agrippinum prędecessorẽ suũ
dicit sanctus Cyprian⁹ quasi cœpisse corrigi. Sed
sicut diligẽtius inquisita ueritas docuit, quæ post
magnos dubitatiõis fluctus ad plenarij cõcilij cõ
firmationem

firmationē perducta est, uerius creditū per Agrippinum corrumpi cœpisse nō corrigi. Irruente itaq; tam magna quæstione, cum de remissione peccatorum & de spiritali hominis generatione, utrū posset apud hæreticos uel apud schismaticos fieri, difficile ratio redderet, & præcederet authoritas Agrippini, & nonnullorū qui ei consenserant hominum in hac quæstione deficientium, qui maluerūt aliquid nouū moliri q; tenere consuetudinem, cuius defensionem nō intelligebant, irruerunt in oculos animæ uerisimiles rationes, & intercluserūt iter perueſtigandæ ueritatis. Nec arbitror beatum Cyprianū propter aliud cōtra consuetudinē quid sentiret liberius exprōpsisse, prioremq; dixisse, nisi ut alium si forte existeret, cui esset melius reuelatum, gratissime acciperet, & ostēderet imitandam, nō solum docendi diligentiā, sed etiā discendi modestiam. Si aūt nullus existeret qui tale aliqd afferret, unde ille omnes uerisimiles rationes quibus mouebat refellerentur, in eadem sentētia permaneret sibi bene cōscius, & nō occultatę quę putabatur ueritatis, & retentæ quæ amabatur unitatis. Nam & illud sic intellexit quod ait Apostolus: Prophetæ aūt duo uel tres loquantur, & cæteri examinent: Si alij sedenti reuelatum fuerit, ille prior taceat. Qua in parte, inquit, docuit, & ostēdit multa singulis in melius reuelari, & debere unūquemque non pro eo quod semel imbiberat & tenebat pertinaciter congredi: sed si quid melius & utilius extiterit libenter amplecti. His utiq; uerbis non solum eos admonuit sibi cōsentire, qui melius aliqd non uidebāt, sed etiam eos hortatus est, si qui possent afferre aliquid quo prior cōsuetudo seruanda potius firmaret: ut si tale esset quod refelli nō posset, etiā ipse ostenderet q; ueraciter dixerit, debere unumquēq; non pro eo quod semel imbiberat & tenebat pertinaciter cōgredi, sed si quid melius & utilius extiterit, libenter amplecti. Sed quia tunc non extiterāt, nisi qui ei consuetudinē opponerēt: defensiones aūt ipsius consuetudinis non tales afferrent quibus illa talis anima moueret, noluit uir grauissimus ratiōes suas, etsi nō ueras, quod eum latebat, sed tamen nō uictas, ueraci quidem, sed tamen nondum assertę cōsuetudini cedere. Quam tamen cōsuetudinem nisi prior ante Agrippinus, & nonnulli per Aphricā coepiscopi eius etiā per concilij sentētias dissolere tentauissent, nō auderet iste saltem ratiocinari aduersus eam: sed in tam obscura quæstione turbatus, & ubiq; intuēs uniuersalē robustamq; consuetudinē, coarctaret se potius & prece & intentione mentis ad deū, ut quod postea plenario cōcilio uisum est, id uerū esse perspiceret & doceret. Sed cum fatigatū præcedentis concilij quod per Agrippinū factum est excepisset authoritas, maluit prædecessorum suorum tanq; inuentū defendere, q; inquirendo amplius laborare. Nam in fine epistolæ ad Quintum ita ostēdit, in quo tanquā leciulo authoritatis, quasi sessus acquieuerit.

Quod quidem, inquit, & Agrippinus bonę memoriæ uir, cū cęteris coepiscopis suis q illo tēpore in prouincia Aphrica & Numidia Ecclesiā domi-

A ni gubernabāt, statuit, & librata concilij cōmunis examinatione firmauit, quorū sententiā religiosā & legitimā, salutarē fidei, & catholicę ecclesię congruētē, nos etiā secuti sumus. Hac attestatiōe satis ostēdit multo magis se fuisse cōmemoraturū, si qd de hac re transmarinū uel uniuersale concilium factum esset. Nondum aūt factum erat, quia consuetudinis robore tenebatur orbis terrarū, & hæc sola opponebatur inducere uolentibus nouitatem, quia non poterant apprehendere ueritatē. Postea tamen dum inter multos ex utraq; parte tractat & quęritur, nō solum inuenta est, sed etiā ad plenarij cōcilij authoritatē roburq; perducta, post Cypriani quidem passionē, sed antęq; nos nati essemus. Hanc aūt fuisse consuetudinē Ecclesię, quę postea

B multis discussis ambagibus perspecta ueritate plenario cōcilio confirmata est, satis ostendit ex ipsius beati Cypriani uerbis in eadē ad Iubaianū epistola, quę in cōcilio lecta cōmemoratur: Ait enim: Sed dicit aliquis. Quid ergo fiet de ijs qui in prętaritum de hęresi ad Ecclesiā uenientes, sine baptismo admissi sunt? Vbi certe quid fieri soleret, & si nō fieri uellet, satis ostendit, & eoipso quod concilium Agrippini cōmemorat, aperte indicat fuisse aliā consuetudinē Ecclesiæ. Neq; enim opus erat hoc cōcilio uelle statuere si iam cōsuetudine tenebatur, & in ipso cōcilio nōnullę sententiæ omnino declarāt eos cōtra Ecclesię cōsuetudinē decreuisse, quod decernendū esse arbitrati sunt. Quapropter illud unū isti cōsiderent quod omnibus patet.

C Si autoritas Cypriani sequēda est, magis eā sequēdam esse in unitate seruanda, q; in Ecclesię cōsuetudine cōmutanda. Si aūt concilium eius attenditur, huic est uniuersæ ecclesię posterius concilium præponendum, cuius se membrū gaudebat, & ut se in totius corporis cōpage retinenda cæteri imitarentur, sępius admonebat: Nam & cōcilia posteriora prioribus apud posteros præponunt, & uniuersum partibus semper iure optimo præponitur.

Quid aūt agunt isti, cum docet sanctus Cyprianus etiā si non admisit in hæresi uel schismate baptizatos, tamen cōmunicasse admittētibus, quod apertissime declarauit, dicens: Neminē iudicātes, aut à iure cōmunionis aliquē si diuersum senserit amouētes. Si talium cōmuniōe maculatus est, cur

D in tractādo baptismo eius authoritatē sectātur? Si aūt talium cōmuniōe maculatus nō est, cur in unitate retinenda exemplū eius nō imitantur? Nunquid hic restat nisi ut dicāt, sic uolumus? Quid aliud sermoni ueritatis iustitiæq; respōdent omnes flagitiosi & facinorosi homines, luxuriosi, ebriosi, adulteri, & modis omnibus impudici, fures, raptores, homicidę, latrōes, malefici, idololatrę, q d aliud respondēt cū eos ueritas arguit, nisi hoc uolo, hoc me delectat? Et si Christiano tincti sunt nomine, dicunt etiā: Tu quis es qui iudices alienum seruum? Verūtamē eo isti sunt modestiores, quia cum legibus diuinis & humanis aliqd pœnarū pro suis perditis moribus factisq; patiunt, non se martyres dicunt: isti aūt simul habere uolunt & sacrilegorum uitam & innocentiū famam, & in sceleratis factis

Eleuat errorē Cypriani Cap. VIII

1. Cor. 14

Verba Cypriani

Concilia minora cedunt maioribus Ca. IX

Verba Cypriani in epistola ad Iubaianum

Ex scelere laus Cap. X

Verba Cypriani

Rom. 14

nullam pœnã, & in pœnis iustis martyrũ gloriam: quasi nõ tanto sit erga illos maior misericordia & patientia dei, quãto magis eos partibus corripiẽs dat locũ pœnitentiæ, & in hac uita flagella ingemi nare nõ cessat, ut cõsiderantes quæ patiant & qua re patiant, aliquãdo resipiscãt. Et quia iam pro uni tate Donati Maximinianistarũ baptismum recepe runt, pro pace Christi orbis terrarũ baptismum po tius amplectantur, reddantur radici, reconcilient unitati, uideant nihil sibi remansisse quod dicant, sed tamẽ remansisse quod faciant, ut pro factis eo rum præteritis sacrificiũ dilectionis offeratur pla cabili deo cuius unitatẽ nefario scelere diruperũt, cuius sacramẽtis tam diuturnas iniurias irrogaue
Psal. 10 runt. Misericors est enim & miserator dominus, longanimis & multũ misericors & uerax. Ample ctantur in prẽsenti uita misericordẽ et longanimẽ, & timeant in futura ueracẽ. Non uult eñ mortem impij quantũ ut reuertat & uiuat, quia sententiam inflectit aduersus iniurias irrogatas. Hæc est enim
Quid obstet quo minus re sipiscant nostra exhortatio. Propter hoc eos inimicos ha bemus, quia uera dicimus, quia tacere metuimus, quia cessare ab instantia quanta possumus formi-
Cap. XI damus, quia obtẽperamus Apostolo dicenti: Præ
2. Tim. 4 dica uerbum, insta opportune importune, argue,
Ioan. 12 hortare, increpa: sed sicut Euangeliũ loquitur: Di ligunt gloriã hominum magis q̃ dei: & dum repre hendi ad tempus timent, damnari in perpetuũ non timent. Vident etiam ipsi quid mali faciant, uidẽt non esse quid omnino respondeãt, sed nebulas im peritis offundunt, cum ipsi uiui sorbeantur, id est, ſcientes & agnoscentes intereant. Viderunt horre re homines et grauiter detestari, quod etiã se ipsi in multa schismata diuiserunt, & maxime in capite Aphricæ & notissima ciuitate Carthagine, conati sunt resarcire dedecus pannorũ suorum, & putan tes q̃ possent Maximinianistas auferre magno co natu per Optatũ Gildonianũ fortiter institerunt, multa illis mala & persecutiones sęuissimas intule runt, receperunt inde aliquos, putantes q̃ possent omnes eodẽ terrore cõuerti. His aũt quos recepe runt, noluerũt facere iniuriam, ut ab eis in schisma te baptizatos denuo rebaptizarent, uel potius ab hisipsis rebaptizari eos facerent intus, à quibus ba ptizati erãt foris, atq; hoc modo sue nefariæ cõsue tudini prescripserũt. Sentiunt q̃ scelerate iã faciãt recepto baptismo Maximinianistarũ, uiolare ba ptismũ orbis terrarũ. Sed timent rebaptizatos su os, ne forte nõ eis parcãt, si ipsi pepcerint cæteris: ne de illis exigãt animas suas, si animas aliorũ tru-
Pertinacia deplorata Cap. XII cidare cessauerint. Quid de receptis Maximinia stis respondeant nõ inueniunt. Si dixerint, inno centes recepimus: respondet eis: Ergo innocentes dãnaueratis. Si dixerint nesciebamus: ergo temere iudicastis. Sic etiã de traditorib. sententiam teme rariã protulistis, falsumq; dixistis: Plenarij concilij ore ueridico damnatos esse cognoscite. Neq; enim ore ueridico innocentes dãnari potuerunt. Si dixe rint, nõ eos damnauimus: recitat conciliũ, recitan tur nomina & Episcoporũ & ciuitatũ. Si dixerint, non est ipsum cõcilium nostrũ; recitant gesta pro cõsularia, ubi nõ semel idem concilĩũ allegauerũt, ut eosdem Maximinianistas de basilicis exclude rent, & iudiciorum strepitu atq; auxiliorũ impetu proturbarẽt. Si dixerint, Felicianũ Musticanum & Prætextatũ Assuritanũ, quos postea receperũt, cum Maximiniano nõ fuisse: recitant gesta q̃bus eos de basilicis excludẽdos ex concilio suo quod aduersus Maximinianistas fecerũt, de iudicijs pu blicis postularũt. Si dixerint pro pace recepti sũt: respondet, cur ergo uerã & plenã non agnoscitis pacẽ? Quis uos impulit, quis coegit pro pace Do nati schismaticũ recipere damnatũ, & contra pacẽ Christi orbẽ damnare inauditum? Vrget eos un diq; ueritas. Vident se non habere quid respondeant, & putant se habere quid faciant: quid loquantur non inueniunt, tacere non permittũtur. Malũt peruersis uocibus ueritati reluctari, q̃ confessis er roribus paci restitui. Quis autem non intelligat *Cap. XIII* quid in corde suo possint dicere? Quid ergo faci mus, inquiunt, de his quos iam rebaptizauimus? Respondetur: Redite cum eis ad Ecclesiam, medi camento pacis offerte curãdos quos uulneraſtis, uitæ charitatis offerte suscitãdos quos occidistis. Multum ualet ad propiciandũ deum fraterna con cordia. Si duobus ex uobis, ait dominus, cõuene *Matt. 18* rit in terra, quicquid petieritis fiet uobis: Si duob. hominibus, quãto magis duobus populis? Simul nos domino prosternamus, participamini nobiscũ unitatem, participemur uobiscum dolorẽ, et chari tas cooperiat multitudinem peccatorum. Ab ipso beato Cypriano cõsilium quęrite, attendite quan tum de unitatis bono præsumpserit, unde se nõ di rupit à diuersa sentientibus, & cum arbitrarẽt eos qui extra Ecclesiæ cõmunionem baptizarentur baptismum non habere, credidit eos tamen in Ec clesiam simpliciter admissos propter ipsius unita tis uinculum posse ad ueniam peruenire. Sic enim soluit quæstionem quam sibi ipse proposuit, ad Iu baianum, ita scribens: Sed dicet aliquis: Quid er- *Cyprianus ad Iubaianum* go fiet de his qui in præteritum de hęresi ad Eccle siam uenientes, sine baptismo admissi sunt? Po tens est dominus misericordia sua indulgentiã da re, & eos q̃ in Ecclesiã ueniẽtes simpliciter admissi in Ecclesia dormierũt, ab Ecclesię suæ muneribus nõ separare. Quid sit aũt pernicioſius, utrũ om- *Quæstio Cap. XIIII* nino non baptizari, an rebaptizari, iudicare diffi cile est. Video quidẽ quid amplius homines dete stentur atq; horreant, uerũntamẽ recurrens ad illã stateram dominicam, ubi non ex humano sensu, sed ex authoritate diuina rerum momenta pensan tur, inuenio de utraq; re domini sententiam. Nam & Petro dixit: Qui lotus est, non habet necessita- *Ioan. 13* tem iterum lauandi. Et Nicodemo: Nisi quis rena *Ioan. 14* tus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnũ cœlorũ. Quid habeat secretior dijudicatio dei, ho minibus quales nos sumus, difficile est fortasse co gnoscere: quantum tamẽ ad ipsa uerba attinet, cui libet homini manifestum est quantum distet inter, non habet necessitatem lauandi, & non intrabit in regnum cœlorum. Ipsa deniq; Ecclesia sic traditũ tenet, ut hominem sine baptismo ad altare prorsus non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non possit admittere, rebaptizatum aũt cum post pœnitentiam liceat admitti, quid aliud ostenditur nisi eum baptismo nõ carere? Si ergo Cyprianus quos esse sine baptismo arbitrabatur, tamen propter unitatis uinculum ad ueniam pertinere prę sumebat, potens est dominus per ipsum unitatis uinculum & pacis etiam rebaptizatis placari, & eis à quibus rebaptizati sunt, ex ipsa pacis cõpensatiõe miteſcere, & omnia quæ in errore commiserant delicta donare, offerentibus sacrificiũ charitatis, quæ cooperit multitudinẽ peccatorum, ut nõ attendat quàm multi eorũ discessu uulnerati sint, sed quàm plures eorum reditu liberati. In quo enim uinculo pacis credidit Cyprianus posse per misericordiam dei ab Ecclesiæ muneribus non separari eos quos in Ecclesiam sine baptismo existimabat admissos, in eodem uinculo pacis credimus per eandem misericordiam dei mereri ueniã posse rebaptizatos.

Quod in unitate charitatis Cypriani & ante ipsum prę terito tempore, aut resint salui in ecclesia baptizati, & Donatistis suadet reuerti ad unitatem Ca. XV

Ecclesia quippe catholica & temporibus beati baptizatos, aut baptismũ non habentes, unitatis gremio cõtinebat, aut illi aut illi salutẽ non nisi unitatis ipsius merito consecuti sunt. Si enim nõ habebant baptismum qui ab hæreticis ueniebant, sicut asserit Cyprianus, non recte admittebant, & tamen eisdem ipse indulgentiam de domini misericordia propter unitatẽ Ecclesiæ nõ desperauit. Ita ergo si habebãt baptismum, nõ recte baptizabantur. Quid itaq; illos nisi eadẽ unitatis charitas adiuuabat, ut quod in sacramento tractando latebat humanam infirmitatem, diuina misericordia non reputaret amãtibus pacem? Cur ergo cum uestros rebaptizatos timetis, & illis & uobis salutis aditus inuidetis? Fuit aliquando de baptismo dubitatio. Qui diuersa senserũt, in unitate nõ manserũt. Ea dubitatio procedente tempore, perspecta ueritate sublata est, quæstio quæ nondũ finita Cyprianum non deterruit ut recederet, uos finita ut redeatis inuitat. Venite ad catholicã concordantem, quam Cyprianus nõ deseruit fluctuantẽ, aut si uobis exemplum Cypriani iam displicet, qui cõmunicauit eis qui cum baptismate hæreticorũ recipiebantur, aperte dicẽs: Neminẽ iudicantes, aut à iure cõmunionis aliquem si diuersum senserit amouentes, Quò itis miseri? Quid agitis? Et uosipsos fugite, quia inde processistis, ubi ille permãsit. Si uero ei propter abundantiã charitatis & amorem fraternitatis, & uinculũ pacis, nec sua peccata nec aliena obesse potuerunt, huc redite, ubi & nobis et uobis multo minus oberunt quæ uestri finxerũt.

Exhortatio ad Donatistas ut ad Ecclesiæ unitatem redeant

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE baptismo contra Donatistas, Liber tertius.

Cap. I

ARBITROR iam manifestum esse omnibus posse, authoritatem beati Cypriani ad retinendum uinculum pacis, nullo modo uiolandam unitatis Ecclesiæ saluberrimam charitatem, magis pro nobis q̃ pro Donatistis esse proponendam. Si enim Cypriani exemplo uti uoluerint ad rebaptizandos catholicos, quia ille censuit in catholica baptizandos hæreticos: nos potius eius exemplo utimur, quo apertissime statuit à catholica cõmunione, id est, à Christianis toto orbe terrarum diffusis, etiã malis & sacrilegis admissis, nullo modo per separationem communionis esse recedendum: quandoquidem nec eos qui ut eidem uidebatur non baptizatos sacrilegos in catholicã cõmunionem recipiebant, à iure cõmunionis uoluit amouere, dicens: Neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Video tamẽ quid adhuc à me possit inquiri, uidelicet ut respondeã uerisimilibus illis rationibus, quibus uel ante Agrippinus, uel ipse Cyprianus, uel illi qui eis in Africa cõsenserũt, uel si forte aliqui ex transmarinis terris longeq; discretis, nullo quidem siue plenario siue saltem regionali concilio, sed epistolari colloquio cõmoti sunt, ut hoc esse faciendum putarent, quod & consuetudo Ecclesiæ pristina nõ habebat, & postea catholicus orbis terrarũ robustissima firmitate consensionis exclusit: ut quod per disputationes eiusmodi in aliquorũ mentes irrepere cœperat, de salute ueniens unitatis potentior ueritas et uniuersalis medicina sanaret. Hunc itaq; sermonẽ uideant q̃s securus aggrediar, si assequi & ostendere non potuero, quomodo refellantur ea quæ de cõcilio Cypriani uel epistolis eius affirmant, Christi baptismum per hæreticos dari non posse, in Ecclesia manebo securus, in cuius cõmunione cũ eis qui sibi non cõsenserant, mansit ipse Cyprianus. Quòd si dicũt, propterea tunc illã catholicam Ecclesiã fuisse, quia erant ibi pauci, uel si hoc putãt, etiã multi qui baptismũ datum apud hæreticos improbabãt, & baptizabãt eos qui inde ueniebãt. Quid ergo? Ante Agrippinum à quo ista cœpit quasi noua ratio aduersus cõsuetudinẽ dimicans, nunquid non erat Ecclesia? Quid deniq; post Agrippinũ nisi ad pristinam consuetudinẽ reditum esset, alterũ concilium necesse esset Cypriano? Nunquid non erat Ecclesia quia talis per omnia cõsuetudo tenebat, ut baptismus Christi, nõ nisi Christi baptismus haberetur, etiã si apud hæreticos uel schismaticos datus fuisse ꝓbaretur? Quòd si erat etiã tũc Ecclesia, & hęreditas Christi nõ interrupta perierat, sed per omnes gẽtes augumẽta accipiẽs ꝓmanebat, tutissima ratio est in eadẽ cõsuetudine ꝓmanere, quę tũc bonos & malos in una cõplexione portabat. Si autem tunc nõ erat Ecclesia, quia sacrilegi hęretici sine baptismo recipiebantur, & hoc uniuersali consuetudine tenebat: unde Donat⁹ apparuit? de qua terra germinauit? de quo mari emersit? de quo cœlo cecidit? Nos itaq; ut dicere cœperã, in Ecclesiæ cõmunione securi sumus, per cuius uniuersitatẽ id nunc agitur, quod & ante Agrippinũ, & inter Agrippinũ & Cyprianũ per eius uniuersitatem similiter agebat, & cuius uniuersitatẽ neq; Agrippinus deseruit, neq; Cyprianus, neq; illi qui eis cõsenserant, q̃uis aliter quàm cæteri saperent, sed cũ eisipsis

Quantum absit ab exẽplo Cypriani Donatus Ca. II

Universidad de Deusto
Biblioteca

eisipsis à quibus diuersa senserunt, in eadē unitatis communione manserunt. Ipsi aūt considerent ubi sint, qui neq; unde propagati sint possunt dicere, si iam tunc in Ecclesia recepti sine baptismo hæretici & schismatici cōmunionis contagione perdiderunt, neq; ipsi Cypriano cōsentiunt. Ille enim cum receptoribus hæreticorum & schismaticorum, ac per hoc cum etiam ipsis receptis manere se in communione professus est: isti aūt propter nomen traditorū quos in Aphrica infamauerunt, & in transmarino iudicio non conuicerunt, se ab orbis terrarum cōmunione separarunt: cum etiam si uera crimina obijcerent, multo sint maiora scelera hæresum & schismatum, unde sine baptismo, sicut ipse sentit uenientes, & in catholicam communionem non per baptismum recepti, non potuerunt maculare Cyprianum. Neq; in eoipso in quo se dicunt imitari Cyprianū, inueniunt quid respondeant de recepto baptismo Maximinianistarū: cū eis quos ex eorum numero, quos cōcilio suo plenario damnatos, etiam terrenarū potestatum iudicio sunt persecuti, in suam cōmunionem, in eodem ipso episcopatu in quo damnauerant reuocauerunt. Quapropter si temporibus Cypriani perdidit Ecclesiā malorum cōmunio, non habent isti suæ communionis originem. Si aūt non perdidit, non habent præcisionis aliquam defensionem: insuper nec exemplum Cypriani sectantur, quia unitatis uinculū diruperūt, nec ipsum concilium, quia Maximinianista
Cap. III rum baptismū receperunt. Nunc ergo nos manentes in exemplo Cypriani, cōsideremus etiam c consiliū Cypriani. Quid ait Cyprianus? Audistis, inqt, collegę dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepiscus noster rescripserit, cōsulens mediocritatem nostram de illicito & prophano hęreticorū baptismo: quidq; ego rescripserim ei, censens scilicet, qđ semel atq; iterū & sępe censuimus, hęreticos ad Ecclesiam uenientes, Ecclesiæ baptismo baptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt uobis & aliæ Iubaiani literæ, quibus pro sua sincera & religiosa deuotione ad epistolam nostrā rescribens, non tantum cōsensit, sed & structū se esse gratias egit. His uerbis beati Cypriani, accepimus eum à Iubaiano esse consultū, & quid responderit consulenti, & q̄ ille instructū se esse gratias egerit. Nunquid iā pertinaces existimari debemus, si cōsiderare uoluerimus eandē ipsam epistolā, qua hoc Iubaiano persuasum est? Donec enim persuadeatur & nobis, si hoc p̄suaderi ueris rationibus potest, securos nos de iure catholicę cōmuniōis facit ipse Cyprianus. Sequit enim & dicit: Superest ut de hac ipsa re qd singuli sentiam⁹, p̄feramus, neminē iudicātes, aut à iure cōmunionis aliquē si diuersum senserit amouentes. Non solū ergo mihi saluo iure cōmuniōis adhuc uerū quærere, sed etiā diuersum sentire concedit. Neq; enim quisq; nostrū, inquit, Episcopum se Episcoporū constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatatem collegas suos adegit. Quid māsuetius? qd humilius? Nulla nos certe deterret authoritas à querēdo quid uerū sit. Quando habeat, inquit, oīs Episcopus pro licētia libertatis & potestatis suę arbitriū propriū, tanq; iudicari ab alio nō possit, quomodo nec ipse potest alterū iudicare. Opinor utiq; in his quęstiōibus, quę non dum eliquatissima perspectiōe discussę sunt. Nouerat em̄ quantā sacramenti profunditatē tunc oīs Ecclesia uaria disputatiōe uersabat, liberūq; faciebat quærēdi arbitriū, ut examinata ueritas panderetur. Neq; em̄ mentiebat̄, et simpliciores collegas suos in uerbo capere cogitabat, ut cū se diuersum sentire ꝓdidissent, tunc cōtra q̄ promiserat, excōmunicandos esse censeret. Absit ab anima tam sancta ista scelerata p̄fidia: q hoc de tali uiro quasi cū eius laude sentiunt, nihil aliud q̄ seipsos tales esse profitent̄. Ego Cyprianū catholicū Episcopū, catholicum martyrē, & quanto magis magnus erat
B tanto se in omnib. humiliantē, ut corā deo inueniret gratiā, nullo ꝓrsus modo crediderim in sancto cōcilio, pręsertim collegarū, aliud ore protulisse q̄ corde gestabat, pręsertim cū addat, et dicat: Sed expectem⁹ uniuersi iudiciū domini nostri Iesu Christi, q unus & solus habet potestatē, & præponēdi nos in Ecclesię suæ gubernatiōe, & de actu nostro iudicandi. Sub tanti ergo cōmemoratione iudicij, uerū expectās audire à collegis, prior eis mentiendi præberet exemplū? Auerterit deus hāc dementiam à quolibet Christiano, quāto magis à Cypriano. Habemus ergo querendi liberū arbitriū, ipsius Cypriani nobis mitissimo & ueracissimo sermōe cōcessum. Iam quidē incipiūt eius collegæ pro- Excerp. ſtolarij priani
C prias proferre sentētias, sed ad Iubaianū datas literas audierūt. Recitatæ sunt em̄, sicut in exordio cō memoratū est. Et nobis ergo recitent̄, ut nos quoque inde quid sentire oporteat, quantū dominus adiuuat indagemus. Dicit forsitā quispiā. Quid ergo tu modo dicis, quid ad Iubaianū scripserit Cyprianus? Iam legi fateor, & ꝓfecto issem in eandē sententiā, nisi me ad diligentiorē considerationem reuocaret tanta authoritas aliorū, quos uel pares gratia doctrinæ, uel etiā fortasse doctiores per totgentes Latinas, Greęas, Barbaras, et ipsam Hebręam, Ecclesia toto orbe diffusa parere potuit, quæ ipsum quoq; pepererat: q mihi quoq; nullo modo uideri potuerūt frustra noluisse istā sententiā, non quia fieri nō potuit, ut in obscurissima quæstione uerius pluribus unus pauci ue sentirēt, sed quia nō
D facile pro uno uel pro paucis aduersus innumerabiles eiusdē religionis & unitatis uiros, & magno ingenio & uberi doctrina pręditos, nisi pertractatis pro uirib. atq; perspectis rebus ferēda sentētia est. Itaq; solicitius inquirēti, quāta mihi etiā ipsius Cypriani literæ suggesserunt, pro hac sentētia quam nūc Ecclesia catholica tenet, ut Christi baptismus nō ex merito eorū per quos datur, sed ex ipsius de quo dictū est: Hic est q baptizat, agnoscēdus & ap Ioan. 1
probandus sit, in ꝓgressu sermonis nostri res ipsa indicabit. Arbitremur itaq; iam illam epistolā quę ad Iubaianū ab eodē data est, recitatā nobis, sicut in cōcilio recitata est. Legat eam primo q lecturus est hæc quę dicturus sum, ne quid forte necessariū me subtraxisse arbitret̄. Nimis enim longū est, nec ad explicationē susceptæ rei pertinet, ut oīa uerba hu-

Universidad de Deusto
Biblioteca

ba huius epistolę nunc cõmemorentur à nobis. Si quis aũt quærit, quid interim teneam dum ista pertractabo: Respondeo, primũ mihi Cypriani literas suggessisse quod teneam, donec perspiciã quale sit quod postea cœpit disputari. Ait quippe ipse Cyprianus. Sed dicit aliquis: Quid ergo fiet de ijs qui in pręteritũ de hæresi uenientes, ad ecclesiã sine baptismo admissi sint? Vtrũ reuera sine baptismo isti fuerint, an ideo sint admissi, quia illi q mittebãt eos habere baptismũ intelligebant, mox considerabimus. Verũtamen quæ soleret esse Ecclesię sanctæ cõsuetudo, satis idem Cyprianus ostendit, qui ait, in præteritũ de hæresi ad Ecclesiam uenientes sine baptismo admissos. Dicit etiam in ipso cõcilio Castus Siccensis: Qui contẽpta ueritate præsumit consuetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est & malignus quibus ueritas reuelatur, aut circa deum ingratus est, cuius inspiratiõe Ecclesia eius instruitur. Vtrum ueritas reuelata sit, mox quæremus, tamen aliam fuisse Ecclesiæ consuetudinem etiam iste cõfessus est. Dicit & Liboſus Vagensis. In Euãgelio dominus: Ego sum, ingt, ueritas: non dixit, ego sum cõsuetudo. Itaq; ueritate manifesta, cedat cõsuetudo ueritati. Plane respondeo, Quis dubitet ueritati manifestatę debere cõsuetudinem cedere? Sed de manifestata ueritate mox uidebimus, nunc tamen & iste aliam cõsuetudinem fuisse manifestat. Item Zosimus à Tarassa dixit: Reuelatione facta ueritatis, cedat error ueritati, quia & Petrus q prius circũcidebat, cessit Paulo ueritatẽ prædicanti, satis indicat q̃ aliud etiam de baptismo fieri solebat. Simul etiã monet nos, non fuisse impossibile ut de baptismo Cyprianus aliqd aliter saperet q̃ ueritas postulabat, quæ ab ecclesia & ante illũ & post illũ retenta est, sicut potuit aliquid etiã Petrus aliter sapere quod ueritas nõ habebat, qđ Paulo Apostolo doctore didicimus. Item Felix à Buslacenis dixit: In hæreticis sine Ecclesiæ baptismo admittẽdis, nemo consuetudinẽ rationi & ueritati præponat, quia cõsuetudinẽ ratio & ueritas semper excludit. Respon. Si ratio, si ueritas, optime. Sed hoc mox uidebimꝰ interim fuisse aliã consuetudinẽ etiã uerbis huius apparet. Itẽ Honoratus à Tucca dixit: Cũ Christus ueritas sit, magis ueritatem q̃ consuetudinẽ sequi debemus, Respon. His omnib. sententijs declaratur non extra Ecclesię cõmunionem nos esse cõstitutos, donec ueritas quã dicunt huic consuetudini esse præponendã, liquide eluxerit. Si aũt ueritas id aperuit esse retinendum, quod illa cõsuetudo præscripserat, manifestũ erit, nec illam frustra fuisse institutam atq; roborata: Et uigilantius etiam post istas disputatiões tanti sacramenti saluberrimam obseruationẽ, in Ecclesia catholica nõ potuisse mutari, sed cõciliorum etiam maiori robore cõfirmatam religiosissime custodiri. Scribit ergo ad Iubaianũ Cyprianus de hæreticorũ baptismo, qui uident ei foris positi, & extra Ecclesiam cõstituti, uendicare sibi rẽ, nec iuris sui nec potestatis: quod nos, inquit, nec ratũ possumus nec legitimum putare, quãdo hoc apud eos cõstat esse illicitum. Nec nos abnuimus eũ qui apud hęreticos uel in aliquo schismate extra cõmunionẽ Ecclesiæ baptizat, nõ ei prodesse inquantũ hęreticorũ et schismaticorũ peruersitati cõsentit: nec illos qui baptizant, q̃uis & ipsum & uerũ dent baptismi sacramentũ, recte tamen facere, extra Ecclesiã colligere, & contra Ecclesiã sentire. Sed aliud est nõ habere aliquid, aliud nõ iure habere, uel illicite usurpare. Non itaq; ideo nõ sunt sacramẽta Christi & Ecclesiæ, quia eis illicite utuntur, nõ hæretici solum, sed etiã omnes iniqui & impij. Sed tamen illi corrigendi aut puniendi, illa uero agnoscenda & ueneranda sunt. Dicit sanè de hac re non unũ, sed duo uel amplius facta esse cõcilia, sed tamẽ Aphricana. Nam & in quodã septuaginta & unũ Episcopos fuisse cõmemorat, quorũ omnium authoritati, uniuersę Ecclesiæ, cũ lõge pluribus Episcopis toto orbæ diffusę authoritatẽ, nõ dubitamus cũ ipsius Cypriani pace prępponere, cuius uniuersæ Ecclesię in euulsibile membrũ se esse gaudebat. Non est aũt aqua prophana & adultera, super quã nomen dei inuocat, etiam si à prophanis & adulteris inuocetur, quia nec ipsa creatura nec ipsum nomẽ adulterum est. Baptismus uero Christi uerbis Euangelicis cõsecratus, & per adulteros & in adulteris sanctus est, q̃uis illi sint impudici & immũdi: quia ipsa eius sanctitas pollui nõ potest, & sacramẽto suo diuina uirtus assistit, siue ad salutẽ bene utentium, siue ad pernicitẽ male utentiũ. An uero solis uel etiam lucernæ lux, cum per cœnosa diffunditꝰ, nihil inde sordiũ contrahit, et baptismus Christi potest cuiusquã sceleribus inquinari? Si enim ad ipsas res uisibiles quibus sacramenta tractantur, animum cõferamus, quis nesciat eas esse corruptibiles? Si aũt ad id quod per illas agit, quis non uideat non posse corrũpi, q̃uis homines per quos agitur, pro suis moribus uel prœmia pẽr cipiãt, uel pœnas luãt? Recte aũt non mouit Cyprianũ quod scripsit Iubaianus, Nouatianẽses rebaptizare eos qui ad se ex catholica uenirent. Neq; enim quicquid hæretici peruerse fuerint imitati, propterea faciendum à catholicis non est, quia illi similiter faciunt. Sed aliud est cur hæretici rebaptizare nõ debeant, aliud cur catholici. Hæretici enim nec si in catholica faciendum esset, facere deberẽt, quia in catholicis hoc nõ esse dicunt, quod ipsi cũ ibi essent acceperũt, & cum discederent abstulerunt. Catholica uero propterea non debet iterare baptismũ, quia apud hęreticos datus est, ne iudicare uideatur ipsorum esse quod Christi est, aut eos nõ habere, quod intus cũ acciperent, amittere utiq; foras exeundo nõ possent. Hoc enim ipse Cyprianus etiã cum cæteris statuit, ut si ab hęresibus redirent ad Ecclesiã, quicunq; fuerant in ea baptizati, non iam per baptismum sed per pœnitentiã reciperentur: unde constat eos nõ posse amittere recedentes, quod nõ recipiunt remeantes. Non aũt sicut hæresis ipsorum est, sicut error ipsorũ est, sicut sacrilegiũ dissensionis

Sententia Castii Cap. V Dist. 8 ca. qui cõtempta. infra li. 6 c. 35

Cap. VI Ioan. 14 Dist. 8 ca. qui contemp. & cap. ueritate 1

Cap. VII Dist. 8 ca. qui contempta. Idem habet infra li. 7 ct. 20

Cap. VIII Dist. 8 ca. ueritate, & c. qui cõtempta. Idẽ inf. li. 7 c. 27

Cap. IX Dist. 8 ca. qui cõtempta. Idẽ inf. li. 7 c. 41

Cap. X Cyprianus ad Iubaianum

Augustꝰ

Cyprianus

De consc. dist. 4 ca. non est aqua

Anabaptismꝰ quare uitatur Ca. XI

De cõsc. dist. 4 ca. nũc autem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nis ipſorũ eſt, ſic etiam baptiſmus qui Chriſti eſt, A dici debet ipſorum. Itaque cum illa mala ipſorum quando redeunt corriguntur, in eo quod ipſorum non eſt, ille agnoſcendus eſt cuius eſt. Ideo au-

Cyprianus nõ fuit author ſententiæ

tẽ non ſe nouam aut repentinam rem ſtatuiſſe bea tus Cyprianus oſtendit, quia ſub Agrippino iã cœ perat fieri. Anni ſunt, inquit, multi, & lõga ętas, ex quo ſub Agrippino bonæ memorię uiro, cõueni entes Epiſcopi plurimi hoc ſtatuerũt. Proinde ab ipſo Agrippino res noua facta eſt. Quomodo aũt dicat atq; exinde in hodiernum tot milia hæretico rum in prouincijs noſtris ad Eccleſiam conuerſi, non aſpernati ſunt neque cunctati, imò & rationa biliter & libenter amplexi ſunt, ut lauacri uitalis et ſalutaris baptiſmi gratiã cõſequerent̃, non uideo: niſi forte hoc dicat exinde in hodiernũ, quia nulla B de illis ex quo in Eccleſia per Agrippini cõcilium baptizati ſunt, quęſtio alicuius excõmunicationis exorta eſt. Cæterum ſi permanebat ab Agrippino uſq; ad Cyprianum conſuetudo baptizandi ab hę reticis uenientes, ut quid facta ſunt à Cypriano de hac re cõcilia? Vt quid eidẽ Iubaiano dicit, non ſe rem nouã facere aut repentinã, ſed ab Agrippino inſtitutam? Cur em̃ Iubaianus de nouitate turbare tur, ut eum per authoritatẽ Agrippini ſanari opor teret, ſi ab Agrippino uſq; ad Cyprianũ hoc tene bat Eccleſia? Cur deniq; tot eius collegæ in conci lio dixerunt rationẽ & ueritatem cõſuetudini præ ponendam, ac nõ potius dixerũt eos qui aliud fa cere uellent, & contra ueritatẽ & contra cõſuetu-

Ca. XIII

dinem facere? De remiſſione aũt peccatorũ, u- C trum per baptiſmũ apud hæreticos fiat, quid mihi uideatur, in alio iam uolumine ſcripſi. Sed etiã hic breuiter cõmemoro. Si fit illic remiſſio debitorũ per baptiſmi ſanctitatẽ, rurſus debita redeunt per hęreſis aut ſchiſmatis obſtinationẽ: & ideo neceſſa rium habent huiuſmodi homines uenire ad catho licam pacẽ, ut hęretici & ſchiſmatici eſſe iã deſinãt, & eorũ quæ in illos redierant, peccatorũ purgatio nem in unitatis uinculo charitate operãte merean tur. Si aũt q̃uis apud hæreticos uel ſchiſmaticos idem ſit baptiſmus Chriſti, nõ tamen ibi operat̃ re miſſionem peccatorũ propter eandẽ diſcordię fœ ditatẽ & diſſentionis iniquitatẽ: Tunc incipit uale re idem baptiſmus ad dimittenda peccata, cum ad Eccleſiæ pacẽ uenerint, non ut iam dimiſſa nõ reti neantur, neq; ut ille baptiſmus quaſi alienus aut a lius improbetur, aut alter tradatur: ſed ut idem ip ſe qui propter diſcordiã foris operabatur mortẽ, propter pacẽ intus operetur ſalutẽ. Idem quippe

2. Cor. 2

odor erat de quo dicit Apoſtolus: Chriſto bonus odor ſumus deo in omni loco, & tamen in ijs qui ſalui fiunt, inquit, & in ijs q̃ perierũt: alijs quidem odor uitæ in uitã, alijs aũt odor mortis in mortem. Quod & ſi de alia re dixit, ad hoc ego poſui, ut in telligatur aliquod bonũ, non ſolum uitã poſſe ope rari bene utentibus, ſed etiã mortem male utenti-

Cap. XIIII De cõſe. diſt. 4 ca. ſi ut in ſacramentis

bus. Nec intereſt cũ de ſacramenti integritate et ſanctitate tractatur, q̃d credat & quali fide imbu tus ſit ille qui accipit ſacramentũ. Intereſt quidem plurimũ ad ſalutis uiam, ſed ad ſacramẽti q̃æſtio nem nihil intereſt. Fieri enim poteſt ut homo inte grum habeat ſacramentũ & peruerſam fidẽ: ſicut fieri poteſt, ut integra teneat uerba ſymboli, & tamen nõ recte credat, ſiue de ipſa trinitate, ſiue de reſurrectione, uel aliquid aliud. Neq; em̃ parua res eſt in ipſa intus catholica tenere integrã fidem, ita ut omnino non de aliqua creatura, ſed de ipſo deo nihil aliud credat q̃ ueritas habet. Numquid nam ergo ſi in ipſa catholica baptizatus, poſtea legẽdo audiendo, & pacifice diſſerẽdo, ipſo domino reue lante cognouerit aliter ſe ante credidiſſe q̃ debuit, denuo baptizandus eſt? Quis aũt carnalis & ani malis homo, nõ per phantaſmata cordis ſui euage tur, & conſtituat ſibi deum qualis ei pro ſuo ſenſu carnali placuerit, atq; ita credat tantũ longè aliter quàm deus eſt, quantum à ueritate uanitas differt? Veriſſimã quippe ſententiã dixit Apoſtolus, ple- *1.Cor.2* nus lumine ueritatis. Animalis, inquit, homo non percipit quę ſunt ſpiritus dei. Et tamẽ de his hoc di cebat, quos iam fuiſſe baptizatos ipſe manifeſtat. Eis em̃ dicit: Nunquid Paulus crucifixus eſt pro *1.Cor.1* uobis, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? Habe bant ergo iſti baptiſmi ſacramentũ, & tamẽ carna liter ſapiẽdo, quid poterãt de deo credere niſi ſecũ dum ſenſum carnis ſuę, ubi animalis homo nõ per cipit quę ſunt ſpiritus dei? Talibus dicit: Nõ potui *1.Cor.3* uobis loqui quaſi ſpiritalibus, ſed quaſi carnalib. quaſi paruulis in Chriſto lac uobis potũ dedi, non eſcã. Nondũ enim poteratis, ſed nec adhuc q̃dem poteſtis. Adhuc em̃ eſtis carnales. Tales etiam cir C cumferuntur omni uento doctrinę, de qualibus di cit: Vt ultra non ſimus paruuli, iactati & circũlati *Epho. 4* omni uento doctrinę. Nunq̃d ergo iſti ſi ꝓficerent uſq; ad ſpiritalẽ hominis interioris ætatẽ, & intelli gentię ſyncerítate cognouerint, q̃ longe aliter pet fallaciam ſuorũ phantaſmatũ de deo crediderint q̃ ueritas poſtulabat, iterum baptizandi ſunt? Sic etiam fieri poteſt, ut in alicuius hæretici librum ca tholicus catechumenus incidat, & à ueritate neſci ens diſcernere errorẽ, credat aliquid contra catho licam fidẽ, cui tamẽ errori uerba ſymboli non re pugnãt. Sub eiſdem quippe uerbis innumerabiles hęreticorũ errores exorti ſunt. Putans ergo iſte ca tholici alicuius magni atq; docti eſſe illũ librum, ſi talia credẽs in catholica baptizet̃, & poſteriore di D ligẽtia cognoſcat quẽadmodum credere debeat, atq; arrepta fide catholica illud ex animo reſpuat, nunquid ſi hoc cõfeſſus fuerit, denuo baptizãdus eſt? Aut ſi anteq; diſcat, & confiteatur, hoc ſentire inueniat̃, & quid abijcere debeat, quid ue credere doceat̃, manifeſtumq; fiat in ea falſitate fidei bapti zatũ fuiſſe, nunquid denuo baptizãdus eſt? Quid itaq; illa ſanctitas ſacramẽti uerbis euãgelicis con ſecrata ſuper eum integra nõ permanebat, ſicut eã traditã acceperat, q̃uis ipſe in carnalis mentis u nitate conſtitutus, aliud cum baptizaret̃ crederet q̃ credere debuiſſet? Quapropter manifeſtũ eſt fie ri poſſe, ut fide nõ integra integrum in quo q; ma neat baptiſmi ſacramentũ, et ideo illa quę de diuer ſorum hæreticorũ uarietate dicunt̃, ad iſtam quæ ſtionem nõ pertinẽt. Illud enim in quo q; corrigen dum

dum est, quod ille per quem corrigitur prauũ esse perspexerit. Illud sanandum est quod ęgrotat, illud dandum est quod nõ habetur, & maxime charitas pacis, sine qua cętera prodesse non possunt. Sed tamen eum adsunt, non quasi desint tradẽda sunt, sed ut fructuose & non pernicioſe habeantur, per ipsum uinculum pacis et eminentiam charitatis agẽdum est. Quamobrem si euangelicis uerbis, in nomine patris & filij et spiritus sancti, Marcion baptisnum consecrabat, integrum erat sacramentũ, quanuis eius fides sub eisdem uerbis aliud opinantis quàm catholica ueritas docet non esset integra, sed fabulosis falsitatibus inquinata. Nam sub eisdẽ uerbis, id est, in nomine patris & filij & spiritus sancti, nõ solum Marciõ aut Valentinus, aut Arrius, aut Eunomius, sed ipsi carnales paruuli Ecclesiæ, quibus dicebat Apostolus, Nõ potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus, si possent singuli diligenter interrogari, tot diuersitates opinionum fortassis, quot homines numerarentur. Animalis enim homo non percipit ea quę sunt spiritus dei. Nunquid tamẽ ideo non integrum sacramentum accipiunt? Aut nunquid ideo si profecerint, & opinionum carnalium uanitatẽ emendauerint, denuo qd' acceperant repetendũ est? Accipit quisq; secundũ fidem suam, sed quantũ capit gubernante illa misericordia dei, de qua præsumẽs idem Apostolus dicit, Si quid aliter sapitis, id quoq; uobis deus reuelabit. Laquei tamen hæreticorum & schismaticorum propterea carnalibus nimium pernicioſi sunt, quia ipse ꝓfectus eorum intercludit, confirmata sententia uanitatis aduersus catholicã ueritatẽ, & cõfirmata animositate dissensionis aduersus catholicã pacem. Sacramenta tamen si eadem sunt, ubiq; integra sunt, etiam si praue intelligunt, & discordioſe tractant: sicut scriptura ipsius Euangelij si eadẽ ipsa est, ubiq; integra est, etiam si innumerabili falsarũ opinionum uarietate asserat. Nam qd' ait Hieremias, Vt quid q contristant me pręualent, plaga mea solida est, unde sanabor dum fit, facta est mihi sicut aqua mendax non habens fidem. Si figurate atq; allegorica locutiõe ꝓphetiæ nusquam poneretur aqua nisi quę baptismũ significaret, laboraremus quærere quid sibi uelint hæc uerba prophetiæ. Nunc aũt cum apertissime in Apocalypsi exponantur aquæ ꝓ populis positæ, cur non intelligam aquam mendacẽ & sine fide, populũ mendacem ac perfidũ, nescio? Spiritus aũt sanctus quia in sola catholica per manus impositionẽ dari dicitur, nimirum hoc intelligi maiores nostri uoluerũt, quod Apostolus ait, Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ipsa est em̃ charitas quã non habent qui ab Ecclesiæ catholicę cõmunione præcisi sunt, ac per hoc etiam si linguis hominum loquantur & angelorum, si sciant omnia sacramẽta & omnem scientiam, & si omnem habeant prophetiam, & omnẽ fidem, ita ut montes transferãt, & distribuant omnia sua pauperib. & tradant corpus suum ut ardeant, nihil eis prodest. Non aũt habet dei charitatẽ qui Ecclesiæ nõ diligit unitatem.

Marcionis baptismus

Cap. XV

1.Cor.3

De consec. dist. 4. ca. sicut in sacramentis

Philip.3

Hiere.15

Apoca.17

Sola charitas non datur extra catholicã

Caput XVI

Rom.5

ac per hoc recte intelligit̃ dici non accipi nisi in catholica spiritus sanctus. Neq; em̃ temporalibus & sensibilibus miraculis attestantibus per manus impositionẽ modo datur spiritus sanctus, sicut antea dabatur ad commendationem rudis fidei, & Ecclesiæ primordia dilatanda. Quis em̃ nunc hoc expectat, ut ij quibus manus ad accipiendum spiritum sanctum imponitur, repente incipiãt linguis loq;? Sed inuisibiliter & latenter intelligitur per uinculum pacis eorum cordibus diuina charitas inspirari, ut possint dicere, Quoniam charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis, Multæ aũt operationes sunt spiritus sancti, quas idem Apostolus cum quodã loco quãtum sufficere arbitratus est cõmemorasset, ita conclusit, Omnia aũt hæc operatur unus atq; idem spiritus, diuidens singulis prout uult. Cum ergo sit aliud sacramentum quod habere etiam Simõ Magus potuit, aliud operatio spiritus, quę in malis hominibus etiã fieri solet: sicut Saul habuit prophetiam, aliud operatio eiusdem spiritus, quam nisi boni habere non possunt, sicut est finis præcepti charitas de corde puro, & conscientia bona, et fide nõ ficta, quodlibet hæretici & schismatici accipiant, charitas quę cooperit multitudinem peccatorum, proprium donum est catholicæ unitatis & pacis, nec est in omnib⁹, quia nec eius sunt oẽs, sicut suo loco uidebimus. Præter ipsam tamen esse illa charitas non potest, sine qua cætera etiam si agnosci et approbari possunt, prodesse tamen et liberare non possunt. Manus aũt impositio non sicut baptismus repeti non potest. Quid est enim aliud nisi oratio super hominem? Nam q̃ in typo unitatis Petro dominus dedit potestatem ut id solueretur in terris quod ille solquisset, manifestum est q̃ illa unitas etiam una columba perfecta sit dicta. Nunquid ergo ad eandem columbã pertinent omnes auari, de quibus in eadem catholica grauiter idem Cyprianus ingemuit? Nam, ut opinor, raptores non columbæ sed accipitres dici possunt. Quomodo ergo baptizabant qui fundos insidioſis fraudibus rapiebant, & usuris multiplicantibus fœnus augebant, si sola illa columba, id est, ilia unitas quæ nisi in bonis intelligi non potest, simplex & casta & perfecta baptizat? An forte per orationes sanctorum spiritalium qui sunt in Ecclesia, tãquam per columbę creberrimũ gemitum, magnum geritur sacramentũ, & occulta dispensatio misericordiæ dei, ut eorũ etiam peccata soluantur, qui non per columbam sed per accipitrem baptizantur, si ad illud sacramentũ cum pace catholicę unitatis accedunt? Quod si ita est, cur non ergo per eorum orationes cum quisq; ab hæresi aut schismate ad pacem catholicam uenit, eius peccata soluuntur? Sacramenti aũt integritas ubiq; cognoscitur, sed ad peccatorum illam irreuocabilem remissionem extra unitatẽ Ecclesiæ non ualebit, nec in hæresi aut schismate cõstituto. sed nec sanctorum orationes, id est, illius unicæ columbæ gemitus poterunt adiuuare, sicut nec intus positum possunt, si aduersum se ipse per uitam pessimam teneat debita peccatorum, non solum si per

1.Cor.12

1.q.1.cap. manus

Ca. XVII

Universidad de Deusto
Biblioteca

accipitrem, sed etiam si per ipsius columbæ pium
ministerium baptizetur. Sicut misit me, inquit,
Petra Ecclesia pater, & ego mitto uos. Hoc cum dixisset, inspira-
Caput uit, & ait illis, Accipite spiritum sanctum, si cuius
XVIII remiseritis peccata, illi remittunt̃: si cuius retinue
ritis, tenebunt̃ illi. Ergo si personam gerebant Ec-
clesiæ, & sic eis hoc dictum est, tanquam ipsi Eccle
siæ diceretur, pax Ecclesiæ dimittit peccata, & ab
Ecclesiæ pace alienatio tenet peccata, non secun-
dum arbitrium hominum, sed secundum arbitriũ
dei & orationes sanctorum spiritalium, qui omnia
dijudicant, ipsi aũt à nemine iudicantur. Petra em̃
tenet, petra dimittit: columba tenet, columba dimit
tit: unitas tenet, unitas dimittit. Pax aũt huius uni-
tatis in solis bonis est, uel iã spiritalibus, uel ad spi-
ritalia concordi obedientia proficientibus: In ma-
lis aũt non est, siue foris tumultuẽtur, siue intus cũ
2. Petr. 18 gemitu tolerentur, & baptizent & baptizentur. Si
cut aũt isti qui intus cum gemitu toleranť, quãuis
ad eandem columbæ unitatem, & illam glorioſam
Ecclesiam nõ habentem maculam aut rugam aut
aliquid eiusmodi non pertineant, tamen si corrigã
tur, & se pessimos ad baptismum accessisse fatean-
tur, non rebaptizantur, sed incipiũt ad columbam
pertinere, per cuius eis gemitus peccata soluũtur,
à cuius pace alienatis tenebantur: Sic & qui aper-
tius foris sunt, si eadem sacramenta sumpserunt, cũ
correcti ad Ecclesiæ ueniunt unitatem, non itera-
to baptismo, sed eadem charitatis lege & unitatis
uinculo liberanť. Nam si nõ nisi in Ecclesia prępo
sitis, & Euangelica lege ac dominica ordinatione
fundatis licet baptizare, nũquid tales erant q̃ fun-
dos insidiosis fraudibus rapiebant, & usuris mul-
tiplicantibus fœnus augebant? Arbitror em̃ quia
Ad Titum 1 illi dominica ordinatione fundati sunt, quibus cũ
formã daret Apostolus, ait, Non auarũ, nõ turpis
lucri cupidum. Tales tamen ipsius Cypriani tem-
poribus baptizabant, quos coepiscopos suos cum
magno fuisse gemitu confitetur, & cum magna to-
2. q. 1. ca. re- lerantiæ mercede perpetitur: Remissam tamẽ pec-
missionem catorum non dabant, quæ per orationes sanctorũ,
id est, per columbæ gemitus datur, quicunq; bapti
Legite caute zet, si ad eius pacẽ illi pertinent quibus datur. Nõ
em̃ raptoribus, et fœneratoribus diceret dominus,
Si cui dimiseritis, peccata remittentur illi: si cui te-
nueritis, tenebuntur. Foris quidem nec ligari ali-
quid potest nec solui, ubi nõ sit qui aut ligare pos-
sit aut soluere, sed soluitur qui cum columba fece-
rit pacem, & ligatur qui cum columba non habet
pacem, siue aperte foris sit, siue intus esse uideatur.
Dathan uero & Abiron qui sibi licentiam sacrifi-
candi usurpare conati sunt contra unitatem popu-
li dei, & filij Aaron qui alienum ignem altari im-
posuerunt, nouimus q̃ impune non fecerint. Nec
nos talia scelera dicimus impunita remanere, nisi
se tales correxerint, si patientia dei ad pœnitentiã
Cap. XIX adducens tempus corrigendi largitur. Illi sanè
qui propterea dicũt non esse iterandum baptismũ,
quia manus tantũmodo imposita est eis quos Phi
lippus diaconus baptizauerat, nihil ad rem perti-
nens dicunt, & absit ut cum uerũ quærimus, tali-

A bus argumentis utamur. Quapropter magis here-
ticis non cedamus, sed quod habent de Christi Ec
lesia, non esse dicamus ipsorum, nec propter sce-
lera desertorum imperatoris nostri signa nolimus
agnoscere: magis quia dominus deus noster deus
zelans est, quicquid eius apud aliquẽ agnoscimus,
nullo modo ei cõcedamus ut suum proprium esse
arbitretur. Ipse certe deus zelans fornicanti à se fœ
minę in figura pręuaricatricis plebis exprobrat &
dicit, q̃ ea quæ ipsius essent dabat amatoribus su-
is, & rursus ab eis accipiebat quæ non illorum sed
ipsius erant. Inter adulteram fœminam & adulte-
ros amatores dona sua tamen deus tanquam zelãs
iratus agnoscit, & nos hæreticorum esse baptismũ
dicimus uerbis Euangelicis consecratum, cõmoti
B factis eorum etiam quæ dei sunt eis tribuere nolu-
mus, quasi ea contaminare potuerint, aut propte-
rea sua facere quæ dei sunt, quia ipsi dei esse nolue
runt. Quæ est illa mulier adultera quam Osee Pro- Osee 2
pheta designat, quę dixit: Ibo post amatores meos,
qui mihi dant panes meos & aquam meam, uestes
meas & linteamina mea, & uniuersa quæ mihi cõ-
decent. Licet quidẽ hoc & de pręuaricatrice Iudæ-
orum gente intelligere, sed tamen quos alios imi-
tantur pseudochristiani, hoc em̃ sut oẽs hęretici et
schismatici, nisi pseudoisraelitas? Erant em̃ & ueri
Israelitæ, sicut ipse dñs Nathanaeli perhibet testi-
monĩũ, dicens, Ecce uere Israelita in quo dolus nõ Ioan. 1
est. Qui sunt aũt ueri Christiani, nisi de quibus idẽ Ioan. 14
dñs dicit, Qui diligit me, mandata mea custodit.
C Quid est aũt custodire mandata eius, nisi in dilecti Ioan. 15
one persistere? Vnde etiam dicit, Mandatũ nouũ
do uobis ut uos inuicem diligatis. Et iterũ, In hoc
scient oẽs quia mei discipulis estis, si uos inuicem
dilexeritis. Quis aũt dubitet, non eis solis dictũ qui
tunc per eius carnem uerba præsentis audiebant,
sed & eis qui nunc per Euangelium sedẽtis in cœ- Matth. 5
lo uerba cognoscunt? Ille em̃ uenit non legem sol- Rom. 13
uere, sed implere. Plenitudo autem legis charitas.
Qua multum uiguit Cyprianus, ut aliud de bapti-
smo sentiens, non tamen desereret unitatẽ, & esset
in uite dominica radicatum sarmentũ fructuosum,
quod etiam ferro passionis purgaret cœlestis agri-
cola, ut maiorẽ fructum daret. Huius aũt fraternæ
charitatis inimici, siue aperte foris sint, siue intus
esse uideãtur, pseudochristiani sunt & antichristi.
D Inuentis em̃ occasionibus foras exeunt, sicut scri- Prouer. 18
ptum est, Occasiones quærit qui uult discedere ab
amicis. Sed etiam si occasiones desint, cum intus
uidentur, ab illa inuisibili charitatis compage sepa- 1. Ioan. 4
rati sunt. Vnde Ioannes dicit, Ex nobis exierunt,
sed non erant ex nobis: Nam si fuissent ex nobis,
mansissent utiq; nobiscum. Non ait q̃ exeundo ali
eni facti sunt, sed q̃ alieni erãt, ppter hoc eos exijsse
declarauit. Dicit & Apostolus Paulus de quibus-
dam qui circa ueritatem aberrauerant, & fidẽ quo
rundam subuertebant, quorũ sermo ut cancer ser-
pebat, quos cum cuitandos esse diceret, in una ta-
mẽ domo magna eos fuisse significat, sed tanq̃ ua-
sa in contumeliam. Credo q̃ nondũ foras exierãt.
Aut si iam exierant, qũo eos dicit in eadem magna
domo

Universidad de Deusto
Biblioteca

domo cum uasis honorabilibus: nisi forte propter ipsa sacramenta, quæ separatis etiam hæreticorum conuenticulis non mutata sunt, ad unam magnam domum dicit oēs, sed diuersis meritis pertinere, alios in honorem, alios in contumeliam. Sic eīm loquitur ad Timotheū scribens, Prophanas aūt uerborum nouitates euita, Multum enim proficiunt ad impietatem, & sermo eorum sicut cācer serpit: Ex quibus est Hymenęus & Philetus, qui circa ueritatem aberrauerunt, dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem quorundam subuertunt. Firmū aūt fundamentum dei stat, habens signaculū hoc, Nouit dominus qui sunt eius: & recedat ab iniustitia, omnis qui nominat nomen domini. In magna aūt domo, nō solum aurea uasa sunt uel argentea, sed & lignea & fictilia, alia quidem in honorem, alia uero in contumeliam. Si quis ergo emundauerit semetipsum ab istiusmodi, erit uas in honorem sanctificatum, utile dño ad omne opus bonum paratum. Quid est aūt mundare semetipsum à talib⁹, nisi qđ paulò ante dixit, Recedat ab iniustitia omnis qui nominat nomen domini? Et ne quisquā putaret tanquam in una domo magna perire se posse cum talibus, *uigilantissime* prædixit, Nouit dñs q sunt eius: eos uidelicet qui recedendo ab iniquitate se mundant à uasis factis in cōtumeliam, ne cum ipsis pereant quos in domo magna tolerare cogūtur. Mali ergo et facinorosi, carnales, animales, diabolici, à seductoribus suis sibi dari arbitrātur, quæ non nisi munera dei sunt, siue sacramenta, siue spiritales aliquas operationes, circa præsentem salutem. Non aūt habent isti charitatem in deū, sed circa eos occupati sunt, quorum superbia seducunt, & comparantur mulieri fornicanti, quam Prophe-
Osee 2 ta cōmemorat dicentem, Ibo post amatores meos, qui mihi dant panes meos, et aquam meam, uestes meas, & linteamina mea, & oleum meum, & uniuersa quæ mihi condecent. Sic eīm fiunt hæreses et schismata, cum dicit plebs carnalis quæ in charitate dei fundata non est, Ibo post amatores meos: cū quibus utiq; siue per fidei corruptionē, siue per elationē superbiæ turpiter fornicatur. Sed ꝓpter eos qui passi difficultates & angustias & intercluſiōes in uarijs ratiocinationib. eorum à quibus seducuntur, cōpunguntur timoribus, & redeunt ad uiā pacis, ad quærendum synceriter deum: ideo sequitur & dicit, Propterea ecce ego sepio sudibus uiam illius, & ædificabo in uia ipsius spinas, & tramitem suum non inueniet, & persequetur amatores suos, nec illos apprehēdet, & requiret eos, nec inueniet eos, & dicet, Ibo & reuertar ad uirum meum primum, quia bene tunc mihi fuit ꝙ nunc. Deinde ne putentur illa quæ seductores habent integra, & de ueritatis doctrina uenientia, per quæ seducunt ad falsitates dogmatum & dissensionum suarum. Ne illa ergo quæ habent integra ipsorum putent, addidit continuo, Et hæc non cognouit ꝙ ego ei dederim frumentum & uinum & oleum, & pecuniam multiplicaui illi, ipsa uero fecit uasa aurea & argētea Baal. Dixerat eīm superius, Ibo post amatores meos, qui mihi dant panes meos &cętera: nō utiq; intelligens hæc dei esse non hominū, quæcunq; etiam seductores integra & legitima tenēt: nec ea etiā sibijpsi arrogarent, & quasi ꝓpria uendicarent, nisi à plebibus seductis uicissim seducerentur, cum eis creditur, et tales honores deferuntur, ut per eos habeant potestatem talia dicendi, & sibi talia uendicandi: ut error eorum ueritas appelletur, & scelus eorum iustitia putetur propter sacramenta & scripturas quas tenent ad ſpeciem, nō ad salutē. Ideoq; & per Ezechielem eidem fornicariæ dicitur, Et ꝓtulisti de uasis gloriæ tuæ de auro meo, & de argēto meo ex quibus dedi tibi, & fecisti tibi imagines masculinas, & fornicata es in eis, et accepisti uestē meam uersicoloriā, & cooperuisti idola tua, & oleum meum & incensum meum imposuisti ante faciem idolorum tuorū, & panes meos quos dedi tibi & similagine & melle & oleo cibaui te, & posuisti hæc ante faciem idolorum tuorum & in odorē beneolentem perfecisti hæc. Ad imagines eīm phantasmatum suorū, cum quibus uolutari carnalis anima delectatur, conuertit omnia sacramenta & uerba librorum sanctorum. Nec tamen quia illę imagines falsæ sunt, & doctrinæ dæmoniorum sunt, in hypocrisi mendaciloquorum, ꝓpterea & illa sacramenta & diuina eloquia sic exhonoranda sunt ut illorum esse putentur, cum dñs dicat, de auro meo et de argēto meo & ueste mea uersicoloria, et oleo meo & incenso & panibus meis &cætera. Angła illi errantes eorum esse ista putant à quibus seducū tur, ꝓpterea non debemus agnoscere cuius sint, eū ipse dicat, Et hæc non cognouit ꝙ ego ei dederim frumentum, uinum & oleum, & pecuniam multiplicaui illi? Non eīm dixit eam nō habuisse ista, ꝙa fornicaria erat, sed & habuisse dicitur, & non sua nec amatorum suorū, sed dei, cuius unius ista sunt. Quanuis ergo habuerit fornicationem suā, illa tamen quibus fornicationem suam ornabat, uel seducta uel seducens, non erant eius sed dei. Sed hęc de Iudæa gente figurabantur, ubi Scribæ & Pharisæi reijciebant mandatū dei, ut traditiones suas cōstituerent, ut cum plebe deum relinquente sic quodammodo fornicarentur: nec tamen talis illius tēporis in populo fornicatio quam dominus arguēdo prodebat, effecit ut eorū essent sacramenta, quę non erant eorum sed dei, qui loquēs ad fornicariā, dicit illa omnia sua esse. unde ipse dñs etiam quos mundauit à lepra, ad eadē sacramenta misit, ut offerrent ꝓ se sacrificium sacerdotibus: quia nondū eis succesſerat sacrificium, quod ipse pòst in Ecclesia uoluit celebrari ꝓ illis omnibus, quia illis omnibus ipse prænunciabatur: quanto magis nos sacramenta noui testamenti, apud quoslibet hæreticos uel schismaticos inuenientes, non debemus eis tribuere, nec quasi non agnita reprobare, sed quāuis apud fornicariam mulierē dona uiri legitimi agnoscere, & uerbo ueritatis illam fornicationem emēdare, quæ ꝓpria est impudicæ mulieris, non illa dona culpare, quæ ꝓpria sunt dñi miserantis. Harum & taliū rerum cōsideratione patres nostri, nō solū ante Cyprianum uel Agrippinū, sed etiam postea saluberrimam consuetudinē tenuerunt, ut ꝙquid

Ezech. 16

diuinum atque legitimum in aliqua hæresi uel schismate integrum reperirent, approbarent potius q̃ negarent: quicquid autem alienum, et erroris illius vel dissensionis proprium, veraciter arguerent & sanarent. Sed ea quæ ex epistola illa quæ ad Iubaia num scripta est, considerãda remanent, propter huius voluminis modum ab alio quantũ opinor exordio suscipienda atque tractanda sunt.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de baptismo contra Donatistas, Liber Quartus.

Fons paradisi Caput. I De cõse. dist. 4. ca. Ecclesia paradiso Gen. 2

ECCLESIA paradiso comparata, indicat nobis posse quidẽ eius baptismum homines etiã foris accipere, sed salutem beatitudinis extra eam neminẽ uel percipere uel tenere. Nã & flumina de fonte paradisi sicut scriptura testatur, etiam foras largiter manauerũt. Nominatim quippe cõmemorãtur, & per quas terras fluant, & quia extra paradisum cõstituta sunt omnibus notum est: nec tamen in Mesopotamia uel in Aegypto, quò illa flumina peruenerũt, est fœlicitas uitæ, quæ in paradiso cõmemoratur. Ita fit, ut cum paradisi aqua sit extra paradisum, beatitudo tamen non sit nisi intra paradisum. Sic ergo baptismus Ecclesiæ potest esse extra Ecclesiam, munus aũt beatæ uitæ non nisi intra Ecclesiam reperitur, quæ super petram etiam fundata est, quæ ligandi

Matt. 16 & soluendi claues accepit. Hæc est una quæ tenet & possidet omnem sui sponsi & domini potestatẽ, per quam cõiugalem potestatem etiam de ancillis filios parere potest: qui si nõ superbiant, in sortem hæreditatis uocabuntur: si aũt superbiant, extrà re

Baptismus nõ corrumpitur Cap. II manebunt. Magis ergo quia pro Ecclesiæ honore atq; unitate pugnamus, non tribuamus hæreticis quicqd apud eos eius agnoscimus, sed eos arguentes doceamus quod ex unitate habent nõ ualere ad salutem, nisi ad eandem uenerint unitatem. Aqua em̃ Ecclesiæ fidelis & salutaris & sancta est bene utentibus. Ea uero bene uti extra Ecclesiam nemo potest: male aũt utẽtibus & foris & intus, ad supplicium geritur, non ad præmium suffragatur, & ideo baptismus corrumpi & adulterari non potest, & si à corruptis & adulteris habeatur: sicut & ipsa Ecclesia incorrupta & casta & pudica est, & ideo non ad eam pertinent, auari, raptores, fœneratores: quos nõ tm̃ foris, sed etiam intus esse multis literarum suarum locis Cyprianus ipse testatur: &

Cyprianus in Epistola tamen non mutato corde baptizantur et baptizãt. Nam & hoc in quadam Epistola sua dicit ad clericos de precando deo, transfigurans in se ut sanctus Daniel peccata populi sui. Nam inter multa mala quæ cõmemorat etiam hoc ait, Seculo solis uerbis & non factis renunciantes, sicut de quibusdam di-

Ad Titum 1 cit Apostolus, Cõfitentur em̃ nosse se deum, factis aũt negant. Hos ergo beatus Cyprianus in ipsa intus Ecclesia uersari arguit, qui corde in melius non mutato baptizantur, quãdo utiq; seculo uerbis nõ factis renunciant, cum dicat Apostolus Petrus, *1. Pet. 3* Qd' & uos simili forma saluos fecit baptisma, non carnis depositio sordium, sed conscientiæ bonæ interrogatio, quã utiq; non habebant, de quibus dicitur, Seculo solis uerbis & non factis renunciãtes: & tamen id agit increpans & arguens eos, ut aliquando ambulent in uia Christi, & eius amici malint esse q̃ seculi. Cui si obtemperassent, & recte *Malint meminisse Cap.* iã uiuere non ut pseudochristiani, sed ut uere Christiani cœpissent, nunquid eos iuberet denuo baptizari? Non utiq;, sed hoc eis præstaret uera conuersio, ut sacramentum quod non mutatis ualebat ad perniciem, mutatis ualere inciperet ad salutem: quia nec isti Ecclesiæ deuoti sunt, qui uidẽtur esse intus, & contra Christũ uiuunt, id est, contra Christi mandata faciunt: nec omnino ad illã Ecclesiam *Ephes.* pertinere iudicandi sunt, quã sic ipse mundat lauacro aquæ in uerbo, ut exhibeat sibi gloriosam Ecclesiam non habentẽ maculã aut rugam, aut aliq̃d huiusmodi. Quòd si in ista Ecclesia nõ sunt, ad cu- *2. Petri* ius membra non pertinent, non sunt in Ecclesia de qua dicitur, Vna est colũba mea, una est matri sue: *Cant. 6* ipsa est em̃ sine macula et ruga: aut asserat q̃ potest, huius colũbæ mẽbra esse q̃ seculo uerbis, nõ factis renunciant. Interim ad qd' uidemus. Vnde dictum *Rom. 14. 15* arbitror, Qui sapit diem dño sapit: deus em̃ iudicat omnẽ diem. Secundũ aũt præscientiam qui nouit quos prædestinauerit ante mundi cõstitutionẽ cõformes fieri imaginis filij sui, multi etiã qui aperte foris sunt & hæretici appellantur, multis & bonis catholicis meliores sunt. Quid em̃ sint hodie, uidemus: quid cras futuri sint, ignoramus, Et ideo quidem apud quẽ sunt præsentia quæ uentura sunt, etiam qd' futuri sunt iam sunt, Nos aũt secundum id quod in præsenti est cuiq; hominũ quærimus, utrũ in illis Ecclesiæ membris, quæ una columba dicta est, & sponsa Christi sine macula & ruga, hodie *Cant. 6 Ephes. 5* putandi sint, de quibus dicit Cyprianus in Epistola quam cõmemorauí, q̃ uiam domini nõ tenerẽt, *2. Petri 2* nec data sibi ad salutẽ cœlestia mãdata reseruarẽt, qd' non facerent domini uoluntatẽ, patrimoniorũ lucro studentes, superbiã sectantes, æmulationi & dissensioni uacantes, simplicitatis & fidei negligẽtes, seculo solis uerbis & non factis renunciantes, unusquisq; sibi placentes, & omnibus displicẽtes. Quòd si eos in suis mẽbris nec illa colũba cognoscit: & talibus si in eadẽ peruersitate permanserint dicturus est deus, Non noui uos, discedite à me q̃ *Matt. 7* operamini iniquitatẽ: uidentur esse in Ecclesia sed non sunt. imò & contra Ecclesiam faciũt. Quo ergo baptismo Ecclesiæ baptizare possunt, qd' nec ipsis prodest nec accipientibus, nisi intrinsecus uera cõuersione mutent̃, ut ipsum sacramentũ quod eis accipientibus nõ ꝓderat, quando seculo uerbis nõ factis renunciabant, ꝓdesse incipiat, cum & factis cœperint renunciare: ita & illi quorũ est aperta separatio, qa in mẽbris illius colũbæ, nec hi nec illi sunt hodie, sed aliqui eorũ fortasse futuri sunt.

Non

Universidad de Deusto
Biblioteca

Baptiſmus ubiq; Chriſti eſt Ca. 1111

Non itaq; hæreticorum baptiſma acceptamus, quãdo poſt eos nõ baptizamus, ſed quod Chriſti eſſe cognoſcimus etiã in malis hominibus, ſiue aperte foris, ſiue intus occulte ſeparatis, illis in ea re in qua deuiabãt correctis, debita ueneratiõe ſuſcipimus. Sicut aũt urgeri uideor cũ mihi dicit, ergo hæreticus dimittit peccata: ſic & ego urgeo cũ dico, ergo q cœleſtia mandata nõ ſeruat, auarus, raptor, fœnerator, inuidus, uerbis nõ factis ſeculo renuncians dimittit peccata. Si per uim ſacramenti dei, ſicut & ille ita & ille, Si per meritũ ſuũ, nec ille nec ille. Illud eñ ſacramentũ & in malis hominib. Chriſti eſſe cognoſcit: in corpore aũt unicę columbæ, incorruptæ, ſanctæ, pudicæ, non habentis maculam aut rugã, nec ille nec ille inuenit. Et quomodo accipienti nõ prodeſt baptiſmus, ei qui ſeculo uerbis non factis renunciat: ſic non prodeſt ei qui in hæreſi uel ſchiſmate baptizatur, utriq; aũt correcto prodeſſe incipit, quod ante nõ proderat, ſed tamen inerat. Baptizatus ergo in hæreſi nõ fit templum dei: nunquid tamẽ ideo pro baptizato non habẽdus eſt? Nam nec auarus intus baptizatus fit tẽplum dei, ſi ab auaritia nõ receſſerit. Qui eñ fiũt templum dei, poſſident utriq; regnum dei. Apoſtolus autẽ dicit inter multa, Neq; auari neq; rapaces regnum dei poſſidebunt. Auaritiam quippe idolorum ſeruituti alio loco idem Apoſtolus cõparat, Et auaritia, inquit, quę eſt idolorum ſeruitus. Quẽ ſenſum idẽ Cyprianus ſic exaggerauit in Epiſtola ad Antonianum, ut eorum peccata qui tẽpore perſecutiõis propter libellos ſe purificaturos profeſſi erant, auaris computare nõ dubitaret. Sic ergo in hæreſi baptizatus in nomine ſanctæ trinitatis, tamen non fit tẽplum dei ſi ab hæreſi non receſſerit, quomodo neq; in auaritia in eodem nomine baptizatus fit tẽplum dei ſi ab auaritia non recedat, quæ eſt idolorum ſeruitus. Nam & hoc idem Apoſtolus dicit, Quæ compoſitio templo dei cum idolis? Non ergo de nobis quæraẽ cuius tẽplum fiat, quẽ dicimus templum dei nõ fieri. Nec tamen ideo nõ baptizatur, nec eius error immundus efficit, ut nõ ſit ſanctum ſacramentum quod accepit uerbis Euangelicis conſecratum: ſicut nec illius auaritia, quæ eſt idolorum ſeruitus, & magna immunditia poteſt efficere, ut non ſit ſanctum baptiſma quod accipit, etiam ſi ab alio auaro ſimiliter per eadem uerba Euangelica baptizetur. Proinde, inquit, fruſtra quidam qui ratione uincuntur, conſuetudinem nobis obijciũt, quaſi cõſuetudo maior ſit ueritate: aut non id ſit in ſpiritalibus ſequendũ, quod in melius fuerit à ſpiritu ſancto reuelatũ. Hoc planè uerum eſt, quia ratio & ueritas cõſuetudini prę ponenda eſt. Sed cũ conſuetudini ueritas ſuffragatur, nihil oportet firmius retineri. Deinde ſequitur & dicit, Ignoſci enim poteſt ſimpliciter erranti, ſicut de ſeipſo dicit Apoſtolus Paulus, Qui prius fui blaſphemus & perſecutor & iniurioſus, ſed miſericordiam merui, quia ignorans feci. Poſt inſpirationẽ uero & reuelationẽ factam qui in eo q̃ errauerat perſeuerat, prudens & ſciens ſine uenia ignorãtiæ peccat. Præſumptione eñ atq; obſtinatione quadã nititur, cũ ratione ſupereſt. Hoc ueriſſimũ eſt, longe grauius eſſe peccatũ eius q ſciens, q̃ eius qui neſciẽs peccauerit. Et ideo uir ſanctus Cyprianus, non ſolum doctus, ſed etiam docilis, quod in laude Epiſcopi quem deſignat Apoſtolus ſic intellexit ipſe, ut diceret etiã hoc in Epiſcopo eſſe diligendum, non ſolum ut ſcienter doceat, ſed etiam patienter diſcat: non dubito q̃ ſi iſtam quæſtionẽ in Eccleſia diu multumq; uerſatam cum uiris ſanctiſſimis doctiſsimisq; tractaret, per quos poſtea factum eſt, ut antiqua illa conſuetudo etiam plenario concilio firmaretur, ſine dubitatione demonſtraret, nõ ſolum q̃ doctus eſſet in his quæ firmiſsima ueritate perceperat, uerũetiã q̃ docilis in his quæ minus aduerterat. Et tamen cum manifeſtiſſimum ſit, multo grauius peccare ſcientem q̃ neſciẽtem, uellem mihi aliquis diceret, ſi quis in hæreſim incurrat, neſciens quantum malũ ſit, & alius ab auaritia non recedat, ſciens quantũ malum ſit, quis eorum ſit peior? Poſſum etiam ita proponere, ſi alius neſciens in hæreſim irruat, & ſciens alius ab idololatria nõ recedat, quia & Apoſtolus dicit, Auaritia quæ eſt idolorũ ſeruitus: & ipſe Cyprianus eandem ſententiã non aliter intellexit, ſicut ad Antonianum ſcribens, ait, Nec ſibi noui in hoc hæretici blandiantur, q̃ ſe dicant idololatris non cõmunicare: quãdo ſint & apud illos adulteri, & fraudatores qui teneanẽ idololatriæ crimine. Hoc eñ ſcitote intelligentes, qa omnis fornicator, aut immundus, aut fraudator quod eſt idololatra, non habet hæreditatẽ in regno Chriſti & dei, Et iterum, Mortificate itaq; membra ueſtra quę ſunt ſuper terram, fornicationem, immundiciam & concupiſcẽtiam malam, & auaritiam, quæ eſt idolorum ſeruitus, Quæro ergo quis peccet grauius, qui neſciens in hæreſim incurrerit, an qui ſciens ab auaritia, id eſt ab idololatria nõ receſſerit? Secundum quidem illam regulam qua peccata ſcientium peccatis ignorantiũ pręponuntur, auarus cum ſcientia uincit in ſcelere. Sed ne forte hoc fiat, facit in hæreſi ſceleris ipſius magnitudo, quod facit in auaritia ſciẽtis admiſſio, ut hęreticus neſciens auaro ſcienti coæquetur, quanquã non hoc uideatur oſtendere teſtimonium, quod ipſe ex Apoſtolo poſuit. Quid eñ in hęreticis niſi blaſphemias deteſtamur? Volens aũt demonſtrare ad facilitatẽ ueniæ ignorantiũ pertinere peccata, poſuit ex Apoſtolo ubi ait. Qui prius fui blaſphemus & perſecutor & iniurioſus, ſed miſericordiã cõſecutus ſum, qa ignorans feci. Sed ſi poſſunt, ut dixi, amborũ peccata æqualiter appẽdantur, ignorantis blaſphemia & ſcientis idololatria, & eadẽ ſententia iudicentur, ille qui Chriſtũ quęrendo in ueriſimilẽ ſermonẽ falſitatis incurrit, & ille qui ſciẽs Chriſto reſiſtit loquẽti per Apoſtolum, Quoniã omnis fornicator aut immundus aut auarus, quod eſt idolorum ſeruitus, non habet hæreditatem in regno Chriſti & dei: cur in illo baptiſmus & Euãgelica uerba improbantur, in iſto autem approbãtur, cum ab illius columbę membris uterq; inueniatur alienus? An quia ille foris apertus litigator eſt, ne intromittat; iſte uero intus calidus

Ephe. 5
2. Retr. 18
1. Cor. 6
Cyprianus in Epiſt. 65. ad Antonianum
2. Corin. 6
Cõparatio hæreſis & auaritie Cap. V
Diſt. 8. cap. fruſtra
Diſt. 8. cap. conſuetudo
1. Tim. 1
Titum 1
Col. 3
Cyprianus in Epiſt ad Ant.
Ephe. 5
Col. 3
Cyprianus in Epiſt. ad Iubaianum
1. Tim. 1
Ephe. 5

Consuetudo cedit ueritati discussæ

lidus assentator, ne foras proiiciatur. Quod aũt aït, Ne quisquã dicat quod accepimus ab Apostolis, hoc sequimur, quãdo Apostoli non nisi unam Ecclesiam tradiderunt, & baptisma unũ, quod nõ nisi in eadem Ecclesia sit constitutum: non me tantum mouet ut baptismum Christi etiam apud hæreticos inuentum audeam reprobare: sicut etiã ipsum Euangeliũ cum apud eos inuenio, necesse est ut approbem, quanuis eorum detester errorẽ: quãtum me mouet fuisse quosdã etiam sancti Cypriani temporibus, qui consuetudinẽ illam contra quã fiebant Aphricana concilia, de qua & ipse paulo ante dixit, Frustra quidam qui ratione uincuntur, consuetudinem nobis opponunt, dicerẽt ab Apostolis traditam. Nec inuenio cur istam consuetudinem improbẽt, quę post Cyprianũ etiam plenario totius orbis cõcilio confirmata est, quã tã robustã & ante idem Cyprianus inuenerit, ut cũ eius mutãdæ causa authoritatẽ quam sequeretur uir tanta scientia præditus quęreret, nõ nisi in Aphrica sola factũ paucis ante se annis Agrippini conciliũ reperiret. Quod cũ sibi aduersus totius orbis morẽ nõ sufficere cerneret, has ratiões arripuit, quas modo nos antiqtate ipsius cõsuetudinis, & plenarij postea cõcilij autoritate firmati, diligẽtius cõsiderantes, ueri potius similes & ueras esse inuenim⁹: quæ illi uerę uisę sunt in obscurissima quęstiõe laborãti, & de remissione peccatorũ fluctuãti, utrũ in baptismo Christi possit nõ fieri, & utrũ possit apud hæreticos fieri: ubi si minus ei aliqd reuelatum est, ut magnitudo charitatis eius qua unitatẽ nõ deseruit probaret, non ideo quisquam tantis eius firmamẽtis meritisq; uirtutũ, & tantæ copiæ gratiarum debet se audere præponere, quia uniuersalis concilij admonitus firmitate, uidet aliquid qd' ille non uidit, quia plenarium de hac re concilium nondũ habebat Ecclesia. Sicut nec Petri Apostoli meritis quisquã tã insanus est ut se præponat, qa Pauli Apostoli edoctus literis, & ipsius iam Ecclesię cõsuetudine roboratus, non cogit gẽtes Iudaizare quod Petrus aliquãdo coegerat. Nõ ergo inuenimus ab Apostolis aliquẽ, cum apud hæreticos baptizatus esset, in eodẽ baptismo admissum esse & cõmunicasse. Sed neq; hoc inuenimus ab hæreticis aliquẽ uenientem, qui apud illos fuerit baptizatus, ab Apostolis denuo baptizatum. Sed illa consuetudo quã etiam tunc homines sursum uersus respicientes non uidebant à posterioribus institutam, recte ab Apostolis tradita creditur. Et talia multa sunt quæ longum est repetere. Quapropter si nõ nihil dicebãt quibus id quod ei uisum est, uolens persuadere Cyprianus ait, Nec quisquã dicat qd' accepimus ab Apostolis, hoc sequimur: quanto robustius nunc dicimus, quod Ecclesię consuetudo semper tenuit, quod hæc disputatio dissuadere nõ potuit, & quod plenarium concilium cõfirmauit, hoc sequimur. Huc accedit, quia bene perspectis ex utroq; latere disputationis rationibus & scripturarum testimonijs, potest etiam dici: quod ueritas declarauit, hoc seqmur. Nam reuera illud qd' quidã Cypriani disputatiõib. opponebãt, qd' Apostolus ait, Verũtamẽ omnimodo, siue per occasionẽ, siue per ueritatem Christus annuncietur: recte Cyprianus refellit, ostendẽs ad causam hæreticorum non pertinere: quoniã de his dicebat Apostolus, qui cum maleuola inuidia, sua quærẽtes interius uersabant: Christum quidẽ annunciabant, sicut se habet ueritas qua Christo credimus, sed nõ eo animo quo à bonis Euãgelistis illius columbę filijs annunciabat. Neq; enim de hæreticis, inquit, aut de eorũ baptismo loquebat in Epist. sua Paulus, aut aliquid quod ad hanc rem pertinere potuisset loquebatur. Loquebatur de fratrib. siue inordinate & cõtra Ecclesiæ disciplinam ambulantibus, siue Euangelicam ueritatẽ de dei timore seruantibus: & quosdã ex eis posuit uerbũ dei cõstanter atq; intrepide locutos, quosdã uero in inuidia & dissẽsione uersatos: quosdam seruasse circa se beneuolam charitatem, alios uero habuisse maleuolam dissensionem: se tamen omnia patienter sustinere, dũmodo siue in ueritate, siue per occasionẽ nomen Christi qd' Paulus prædicabat, ad plurimorũ noticiam perueniret, & noua adhuc ac rudis sermonis seminatio loquentiũ prædicatione crebresceret. Porrõ aliud est eos q int⁹ in Ecclesia sunt in nomine Christi loqui; aliud eos q foris sunt, & cõtra Ecclesiã faciũt, in nomine Christi baptizare. Hæc uerba Cypriani admonere nos uidẽtur, ut distinguamus inter eos qui mali foris sunt, et eos q intus mali sunt: & illos de quibus dicit Apostolus, q⁹ Euangelium non caste per inuidiã annunciarent, intus fuisse dicit, & uerũ dicit. Hoc tamẽ puto me nõ temere dicere, si foris nemo potest habere aliqd qd' Christi est, nec intus quisq; potest aliqd habere qd' diaboli est. Si eñ ortus ille clausus potuit habere spinas diaboli, cur nõ & extra ortum potuit manare fõs Christi? Si aũt non potuit, unde in his q intus erãt, etiã ipsius Apostoli Pauli tẽporibus, tantũ malũ inuidię & maleuolę dissensionis? Hæc eñ uerba Cypriani sunt. An forte inuidia & maleuola dissensio paruum malum est? Quomodo ergo isti erant in unitate, qui nõ erant in pace? Vox eñ nõ meaut alicuius hominis sed ipsius domini, nec per homines sonuit, sed per angelos nato Christo, Gloria in excelsis deo, & in terra pax hominibus bonæ uolũtatis. Quod utiq; nato in terris Christo nõ sonaret ore angelico, nisi deus hoc uellet intelligi, eos esse in unitate corporis Christi, q sunt in pace Christi. Eos aũt esse in pace Christi qui sunt bonæ uoluntatis. Porrò sicut in beneuolentia bona uoluntas, sic in maleuolentia mala uoluntas est.

Dist. 8. ca. fruſtra

Gal. 2

Mali intus & mali foris

Caput VII Cyprianus in epist ad Iuba.

Luca 2

Iam uero ipsa inuidia quæ non potest esse nisi maleuola, quantum malum est, non quæramus alios testes, sufficit nobis ipse Cyprianus, per quẽ tam multa de zelo & liuore dominus ueritissima intonuit, & salubria præcepit. Legamus ergo Epistolam Cypriani de zelo & liuore, & uideamus quãtum malũ sit inuidere melioribus, cuius mali originẽ ab ipso diabolo extitisse memorabiliter docet: Zelare, inqt, quod bonũ uideas, & inuidere melioribus, leue apud quosdam & modicũ crimen uidetur fratres dilectissimi. Deinde paulopost, cũ eius

Inuidia Cap. 1

Cypria. Epist. de zelo &

mali

Universidad de Deusto
Biblioteca

mali caput atq; originē quæreret, Hinc diabolus, inquit, inter initia statim mūdi, & perijt primus & perdidit. Et paulo post, Quale malū est, inquit, fratres dilectissimi, quo angel⁹ cecidit, quo circūueniri & subuerti alta illa & prelara sublimitas potuit, quo deceptus est ipse qui decepit? Exinde inuidia grassat in terris, dū liuore periturus magistro perditōis obsequit, dum diabolū qui zelat imitatur, Sapien.2 sicut scriptū est, Inuidia autem diaboli mors intrauit in orbē terrarum, Imitātur ergo illum qui sunt ex parte eius. Hęc uerba Cypriani in Epistola populis nota, q̄; uera, q̄; fortia sint recognoscimus. Vere decuit Cyprianū de zelo & liuore, & argue re grauiter et monere, à quo tā mortifero malo cor eius penitus alienatū, tanta charitatis abundantia cōprobauit: qua uigilantissime custodita, cū collegis suis nō maleuole de baptismo diuersa sentiētibus, nec ipse maleuola cōtentiōe, sed humana tentatione aliter sapiens, ut id illi deus in charitate Phil.3 perseueranti cū uellet postea reuelaret, in commu Cyprianus in nionis unitate permansit, aperte dicēs: Neminem concilio Carthaginensi iudicātes, neq; à iure communionis aliquem si dissentiens amouentes, Neq; enim quis q̄; nostrum episcopū se esse episcoporum constituit, aut tyrannico terrore ad obsequendi necessitatem col Zizania tolerāda legas suos adigit. Et in fine huius capituli, Hæc tibi breuibus, inquit, pro nostra mediocritate re- Cap. X scripsimus frater charissime, nemini præscribētes aut præiudicātes, quo minus unusquisq; episcoporum quod putat faciat, habēs arbitrij sui liberā potestatē: nos quantum in nobis est, propter hæreticos cū collegis & coepiscopis nostris nō contēdimus, cū quibus diuinā concordiam & dominicā pacem tenemus, maxime cū & Apostolus dicat, 1.Cor.11 Si quis autē putauerit contētiosus esse, nos talem consuetudinē non habemus, neq; ecclesia dei: Seruatur à nobis patienter & leniter charitas animi, collegij honor, uinculū fidei, cōcordia sacerdotij. Propter hoc etiā libellū hūc de bono patiētię quātū ualuit nostra mediocritas, permittente & inspirante domino cōscripsimus, quē ad te pro mutua dilectiōe trāsmisimus. Hac ille charitatis patiētia tolerauit, nō solū in obscura quæstiōe bonos collegas nō maleuole aliud sentiētes, sicut & ipse toleratus est, donec processu tēporis saluberrima cōsuetudo, quādo deus uoluit etiā declarata ueritate plenario concilio firmaretur: sed etiam malos manifestos sibiq; nocentissimos, qui nō obscuritate quæstionis aliter sapiebāt, sed perditæ uitę moribus contra Rom.2 q̄; prædicabāt, sicut dicit de illis Apostolus, Qui prædicas nō furandū furaris: de talibus em̄ & iste sui tēporis episcopis suis collegis, & secū in com- Cyprianus in munione manētibus in epistola sua dicit, Esurientibus epist. de lapsis in ecclesia fratribus habere argentum largiter uelle, fundos insidiosis fraudib⁹ rapere, usuris multiplicātibus fœnus augere. Hic enim nulla est que- 1.Cor.6 stionis obscuritas, aperte scriptura clamat, Neq; auari Psal.14 uari neq; rapaces regnū dei possidebūt, Et qui pecuniam suā non dedit ad usuram, Et omnis fornicator & immūdus & auarus, quod est idolorū seruitus, nō habet hęreditatē in regno Christi & dei.

A Tales ergo auaros ille, ut nō solum sua cupiditate thesaurizarent, sed & aliena fraudulēter eriperēt, tales idololatras sicut & ipse intelligit atq; cōuincit, nō utiq; argueret nisi nosset. Neq; enim aduersus coepiscopos suos falsum testimonium diceret: & tamē eos propter Christū qui pro infirmis mortuus est, ne ante tēpus eradicatis zizanijs simul e- Matth.13 radicaretur & triticū, paternæ & maternæ charitatis uisceribus tolerauit, imitatus utiq; Paulū apo- Phil.1 stolum, qui maleuolos & inuidos sibi, eadē circa ecclesiam charitate sustinuit. Sed tamē quia inui- Sap.2 dia diaboli mors intrauit in orbē terrarū, & imitātur illū qui sunt ex parte illius, nō per illud quod à deo creati sunt, sed per illud qd' à seipsis peruersi sunt, sicut cōmemorat ipse Cyprianus, qa & diabolus anteqū esset diabolus, angelus fuit & bonus B fuit, unde sunt in unitate Christi qui sunt ex parte diaboli? Proculdubio, sicut ipse domin⁹ ait, Inimi- Matt.13 cus homo hoc fecit q superseminauit zizania. Sicut ergo intus qd' diaboli est arguēdū est, sic & foris quod Christi est agnoscendū est. An extra unitatē ecclesiæ nō habet sua Christ⁹, & in unitate ecclesiæ habet sua diabolus? Hoc fortasse de hominibus dici potest, ut sic extra cōmunionē ecclesię nō habeat deus aliquē suorū, sicut inter angelos sanctos non habet diabolus aliquem suorū. Ecclesiæ uero huic quæ adhuc carnis mortalitatem portat, 2.Cor.5 quamdiu peregrinatur à domino, licuerit diabolo miscere zizania, hoc est malos homines, & hoc permissus sit, ppter ipsius ecclesię peregrinationē, ut requies illius patriæ qua sancti angeli perfruuntur C desiderarē ardentius: de sacramētis autē hoc dici nō potest. Sicut enim ea possunt habere atq; tractare, nō ad salutem, sed ad perniciem suam, in qua igni destinata sunt interiora zizania: sic & exteriora zizania quę ab interioribus recedentibus acceperūt, quia recedētia nō amiserūt. Quod sine dubio manifestat cū redeuntibus non restituitur, quando forte aliqui ex eis ipsis q recesserāt reuertuntur. Nec quisquā dixerit, Quid enim frumēti habent zizania? Si enim hoc ita est, & intus & foris ad hoc dūtaxat par cōditio est. Neq; enim in zizanijs exterioribus nō inueniuntur grana frumenti, & in interioribus inueniunt̄. De sacramētis autem cū quæritur, non utrū habeant aliquid frumēti zizania quærit̄, sed utrū habeant aliquid zeli: & exterioribus em̄ & interioribus zizanijs cū ipso tritico est pluuia cōmunis, quę cœlestis & dulcis D est ipsa, etiā si ex ea zizania steriliter crescūt, Sic & euāgelicū Christi sacramentū diuinū & suaue est, neq; propter eorū sterilitatem quos etiā foris compluit improbandum. Dixerit aliquis, interiora *Quod relictum* zizania facilius in frumentū cōuerti: Concedo ita *est nō tollitur,* esse, Sed quid hoc pertinet ad baptismū iterandū? *nec intus nec* Nunquid si forte aliquis ab hæreticis conuersus, *foris* conuersionis suæ tempore ac facilitate præuene- *Cap. X.* rit eū, qui tardius intus à malitia corrigitur & mutatur, ei non est iterandū baptisma: & illi qui præuentus est ab eo q ex hęreticis uenit, quia tardius correctus est iterandū est? Nihil ergo ad rem pertinet de qua nūc quęstio est, quis serius se tardiusue

conuertat à propria peruersitate, ad rectitudinem fidei, uel spei, uel charitatis. Etsi enim interiores mali facilius possunt boni fieri: aliquãdo tamẽ & de numero exteriorum quidam quosdam interiores cõuersione præueniũt, & illis in sterilitate manentibus unitati reconciliati, fructum afferunt cũ tolerantia siue tricenum, siue sexagenum, siue centenum. Aut si zizania sola dicenda sunt, quæ usq; in finẽ in maligno errore perdurant, & foris multa frumenta sunt, & intus multa zizania. At enim peiores sunt exteriores q̃; interiores mali. Magna
Acto. 6. 8 quidẽ quæstio est, utrũ peior fuerit Nicolaus exterior iam, q̃; Simon adhuc interior, quia ille hæreticus, iste magus. Quod si ipsa diuisio, quia uiolatæ charitatis certissimũ indicium est, grauius habetur malũ, concedo ita esse. Sed multi amissa charitate propterea nõ exeũt foras, quia secularibus e-
Phil. 2 molumentis tenentur, & sua quærẽtes, nõ quæ Iesu Christi, nõ à Christi unitate, sed à suis cõmodis
1. Cor. 13 nolũt recedere. Vnde dictũ est in laude charitatis,
Ephe. 5 nõ quærit quæ sua sunt. Nũc ergo quæritur, quomodo poterant homines ex parte diaboli pertine
2. Reg. ca. 18 re ad ecclesiam, nõ habentẽ maculam aut rugam,
Cant. 6 aut aliquid eiusmodi, de qua etiã dictũ est, una est columba mea. Quod si non possunt, manifestũ est eam inter alienos gemere, & intrinsecus insidiantes, & extrinsecus oblatrãtes. Tales tamen etiã intus & accipiunt baptismũ & habent, & tradũt sanctũ per seipsum, nec ulla ex parte illorũ malignitate uiolatũ, in qua in finẽ usq; perdurant. Quocirca nos idẽ beatus Cyprianus docet per seipsum considerandũ esse baptismũ, uerbis euangelicis sicut accepit ecclesia cõsecratũ, nõ adiuncta neq; permixta ulla peruersitate atq; malitia, siue accipiẽtium siue tradentium: quando quidẽ utrũq; nos ipse admonet, & intus fuisse quosdã nõ seruãtes beneuolam charitatẽ, sed in inuidia & maleuola dissensione uersatos, de q̃bus Paulus Apostolus locutus
Cyprianus in epist. de zelo & liuore est, & ex parte diaboli esse inuidos, sicut in epistola quam de zelo et liuore scripsit apertissima uoce testatur. Quamobrẽ cum manifestum sit fieri posse, ut in eis qui sunt ex parte diaboli, sanctum tamẽ sit sacramentũ Christi, non ad salutem sed ad iudicium eorũ, non solũ si post acceptũ baptismũ peruertantur, sed etiam si tales accipiant, sicut idẽ Cyprianus ostendit, seculo solis uerbis & non factis renũciantes: nec ideo si correcti postea fuerint, illud quod peruersi acceperant, iterandũ est: quantũ arbitror iam claret & liquet in ista quæstione, de baptismo non esse cogitandum quis det sed quid det, aut quis accipiat sed quid accipiat, aut quis habeat sed q̃d habeat. Si enim homines ex parte diaboli, & ideo nequaq̃ ad columbam unicam pertinentes, possunt tamen accipere & habere & dare baptismi sanctitatẽ, nullo modo sua peruersitate uiolatam, sicut ex ipsius Cypriani literis admonemur: ut quid tribuimus hæreticis aliena, ut quid dicimus eorũ esse quod Christi est, ac non potius in eis & imperatoris nostri signa cognoscimus, & desertorũ facta emendamus? Quapropter aliud est quidẽ, sicut dicit sanctus Cyprianus, eos qui intus

A in ecclesia sunt in nomine Christi loqui, aliud eos qui foris sunt, & contra ecclesiam faciũt, in nomine Christi baptizari. Sed & multi q intus sunt cõtra ecclesiam faciunt male uiuendo, & in suam uitã infirmas animas traducendo: & nonnulli qui foris sunt in Christi nomine loquuntur, nec operari quæ Christi sunt, sed foris esse prohibentur, quando eos ut sanẽtur uel corripimus uel arguimus uel hortamur. Nam & ille foris erat qui cũ discipulis Luce 9
nõ sequebat, & in nomine Christi expellebat dæ Marci 9
monia, quod dominus ne prohiberet admonuit: quãuis utiq; in quo saucius erat curãdus esset, illis
B uerbis domini ubi ait, Qui nõ est mecũ, aduersum Matth. 12
me est: & qui mecũ nõ colligit, spargit. Et foris ergo fiunt aliqua in nomine Christi, nõ contra ecclesiam, & intus ex parte diaboli contra ecclesiam. Cap. X
Quid quod etiam mirũ est, quod accidere posse inuenit qui diligẽter aduertit, quosdã salua charitate docere aliquid inutile, sicut Petrus gẽtes cogebat Iudaizare, sicut ipse Cyprianus hæreticos denuo baptizari. Vnde talibus bonis mẽbris in charitate radicatis, & in aliquo non recte ingredientibus dicit Apostolus: si quid aliter sapitis, id quoq; Philip.
uobis deus reuelabit: Et quosdam rursus sine charitate docere aliqd salubre, de qualibus dominus dicit, Cathedram Moysi sedent: quę dicunt facite, Matth.
quæ autẽ faciunt, nolite facere: dicunt enĩ & nõ faciunt. Vnde & Apostolus de illis inuidis & malefactis, Philip.
uolis, Christianam tamen salutẽ annunciantibus, Siue occasione, inquit, siue ueritate Christus annuncietur. Quapropter & intus & foris peruersitas hominum corrigenda est, diuina uero sacramẽta & eloquia non hominibus tribuẽda. Non itaq; patrocinatur hæreticis qui nõ eis tribuit, quod & si apud eos, non tamen ipsorũ esse cognoscit. Non nos concedimus hæretico baptismũ, sed illius baptismũ de quo dictũ est, Hic est qui baptizat, ubi- Ioan. 1
cunq; inuenerimus agnoscimus. Perfidus autẽ & De consec. 4. cap. nihil
blasphemus si in perfidia & blasphemia permanserit, nec extra ecclesiam nec intra ecclesiam remis- autem
sionẽ accipit peccatorũ: aut si propter uim sacramenti ad pũctum tẽporis accipit, & foris & intus eadem uis operatur, sicut uis nominis Christi expulsionẽ dæmonũ foris etiã operabatur. At enim
C inuenimus apostolos in oĩbus epistolis suis exe- 2. Tim. 2
crari & detestari hęreticorũ sacrilegã prauitatem: ita ut dicant sermonẽ eorum sicut cancer serpere. Esaie 2
D Quid enĩ & illos qui dicebant, Manducemus & bibamus, cras enĩ moriemur? nonne corruptores morũ bonorũ per mala colloquia Paulus esse manifestat, cõtinuo subiungẽs, Corrũpunt mores bo- 1. Co
nos colloquia mala: & tamen eos intus fuisse significauit cũ ait, Quomodo dicũt quidã in uobis ga resurrectio mortuorũ nõ est? Auaros autẽ ubi nõ detestat? An uero quicq̃ dici potuit uehemẽtius, Colloss.
q̃; ut idolorũ seruitus auaritia diceret, sicut idẽ Apostol⁹ posuit, Nec Cyprianus aliter intellexit, & Cypria
literis suis ubi opus erat inseruit: q tamẽ confitet Epist.
suis tẽporibus in ecclesia fuisse nõ qualescũq; auaros, sed raptores & fœneratores, nec quoslibet ho- Ps.
mines sed episcopos. Quanq̃ & istos de quibus Ca. XI
ait Apo

Universidad de Deusto
Biblioteca

2.Tim.2 ait Apostolus, Sermo eorũ sicut cancer serpit: uel
23.q.4.c lem intelligere foris fuisse, sed Cyprianus ipse me
quantus nõ sinit. Cum enim ad Antonianũ scribens osten
deret ante tẽpus ultimæ separatiõis iustorũ & ini
quorũ, nullo modo esse propter cõmixtionẽ malo
rũ ab ecclesiæ unitate recedendũ, ubi declarat q̃s
sit sanctus, & illa quã meruit martyrij claritate di
gnissimus, ait, Quãtus arrogãtiæ tumor est, quan
ta humilitatis & lenitatis obliuio, & arrogãtiæ sue
quanta iactatio, ut quis audeat aut facere se posse
credat, quod nec apostolis cõcessit dominus, ut zi
zania à frumento putet se posse discernere, aut
quasi ipsi palam facere, & aream purgare conces
sum sit, paleas conetur à tritico separare: cumq; A
2.Tim.2 postolus dicat, In domo autẽ magna, nõ solũ sunt
uasa aurea & argentea, sed & lignea & fictilia: con
tẽnere & abijcere & dãnare, quando nõ nisi in die B
domini uasa lignea diuini ardoris incẽdio concre
mẽt, & fictilia ab eo cui data est ferrea uirga fran
gãtur? Sic igit̃ arguẽs Cyprianus eos q̃ tanq̃ ma
lorũ cõsortiũ deuitantes, se ab unitate diruperant,
ostendit magnã domũ quam dixit Apostolus, ubi
essent non solum uasa aurea & argentea, sed etiam
lignea & fictilia, non se intellexisse nisi ecclesiam,
ubi essent boni & mali, donec in fine sicut area uẽ
tilata purgetur. Quod si ita est in ipsa ecclesia, id
est in ipsa domo magna erant uasa in contumeliã,
quorum sermo ut cancer serpebat. Nam cum de
illis Apostolus loqueretur, hoc docuit, Et sermo,
inquit, eorũ ut cancer serpit, ex quibus est Hyme
neus & Philetus, qui circa ueritatem errauerunt,
dicentes resurrectionem iam factam esse, & fidem C
quorundam subuertunt: sed firmum fundamen
tum dei stat habens signaculum hoc, Nouit domi
nus qui sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis
qui nominat nomen domini. In magna autem do
mo, non solum uasa aurea sunt & argentea, sed &
lignea & fictilia. Si ergo & isti quorũ sermo ut can
cer serpebat, tanq̃ uasa in contumeliam in domo
magna erant, quã domũ magnam ecclesiæ ipsius
unitatem Cyprianus intelligit, nunquid istorum
cancer baptismũ Christi uiolabat? Ita ergo nec fo
ris sicut nec intus quisq̃ q̃ ex parte diaboli est, po
test uel in se uel in quoq̃ maculare sacramentum
quod Christi est. Non itaq; dat remissam peccato
rũ sermo qui ut cancer serpit ad aures audiẽtium,
sed cũ baptisma uerbis euãgelicis datur, qualibet D
ea peruersitate intelligat ille per quẽ datur, uel ille
cui datur, ipsum per se sanctum est propter illũ cu
ius est. Et si quis per hominem peruersum id acci
piens, non accipit tamen ministri peruersitatẽ, sed
solam mysterij sanctitatẽ in bona fide & spe & cha
ritate, unitati compaginatus ecclesiæ remissionem
accipit peccatorũ, non per uerba sicut cancer ser
pentia, sed per euãgelica sacramẽta de cœlesti fon
te manantia. Si autẽ ipse qui accipit peruersus est,
Mali etiam no ti tolerantur C4. XIII nec peruerso ad salutẽ prodest quod datur, & san
ctum tamen in eo permanet quod accipitur, nec ei
si correctus fuerit iteratur. Nulla itaq; partici
patio est iustitiæ & iniquitati, nõ solum quæ foris,
2.Cor.6 sed etiã quæ intus sunt. Nouit enim dominus qui

A sunt eius, & recedat ab iniquitate omnis qui inuo
cat nomẽ domini. Nulla etiã cõmunio est luci & 2.Tim.2
tenebris, non solũ quę foris, sed etiam quæ intus
sunt. Qui enim odit fratrẽ suũ, ait apostolus Ioan 1.Ioan.2
nes, in tenebris est usq; adhuc. Et utiq; illi oderant
Paulum, qui inuidiæ maleuolentia & dissensione Phil.1
Christum annunciantes, arbitrabantur se tribula
tionem excitare uinculis eius: quos tamen intus
fuisse idẽ Cyprianus intelligit. Cum ergo nõ pos
sint tenebræ illuminare, aut iniqtas iustificare, si
cut idem dicit, quæro quemadmodum poterãt isti
in ipsa intus ecclesia baptizare? Quæro quẽadmo
dum uasa illa quæ non in honorẽ, sed in contume
liam domus magna continet, intra ipsam domum
magnã possint sanctificandis hominibus ministra
re quod sanctũ est, nisi quia illa sanctitas sacramen
ti nec ab immundis pollui potest, siue cum per eos
datur, siue cũ ab eis qui corde & uita in melius nõ
commutantur accipitur? De quibus intus positis,
ipse dicit, Seculo solis uerbis & nõ factis renũcian Cyprianus in
tes. Sunt ergo & intus hostes dei, quorũ pectora Epistola
obsedit spiritus antichristi: & tamẽ gerunt spirita
lia & diuina, quæ nec ipsis possunt quamdiu tales
sunt ad salutẽ prodesse, nec ipsi ea possunt sua im
mundicia maculare. Quod itaq; dicit, nihil eis ad
gratiã ecclesiasticam & ad salutem licere, qui sper
nentes & impugnantes ecclesiam Christi, à Chri
sto ipso aduersarij, ab apostolis eius antichristi no
minentur: sic accipiendũ est, quia & foris & intus
inueniuntur tales: separationem tamẽ eorum qui
intus sunt, ab illius columbæ perfectione atq; uni
tate, non solum deus nouit in quibusdam, sed etiã
homines in quibusdam: quorũ in manifesto pessi
mam uitam confirmatamq; nequitiã intuentes, &
eam præceptorum diuinorũ regulis comparãtes,
intelligunt q̃s multis zizanijs & paleis siue foris si
ue intus positis, sed tamen in fine apertissime sepa
rãdis dicturus est dominus: Recedite à me q̃ ope Matth.7. 25
ramini iniquitatẽ, & ite in ignem æternum qui pa
ratus est diabolo & angelis eius. De conuer C4. XIIII
sione autẽ nullius desperandum est siue foris siue
intus constituti, quãdiu patientia dei ad pœniten Rom.2
tiam adducit & uisitat in uirga facinora eorũ, & in Psal.88
flagellis peccata eorũ. Hoc enim modo misericor
diã suam nõ dispergit ab eis, si & ipsi aliquãdo mi Eccl.3
sereantur animæ suæ placentes deo. Sicut em̃ bo Matt.16
nus qui perseuerauerit in finẽ hic saluus erit: sic ma
lus siue foris siue intus, qui perseuerauerit usq; in
finẽ saluus non erit. Neq; nos dicimus q̃ ubicũq;
& quomodocunq; baptizati gratiam baptismi cõ
sequuntur, si gratia baptismi in ipsa salute intelli
gitur, quæ per celebrationem sacramenti conferẽ:
sed hanc salutem multi nec intus consequuntur,
quãuis sacramentum quod per se sanctum est, eos
habere manifestum sit. Recte itaq; dominus nos
admonet in euãgelio, ne consentiamus male sua- Luce 24
dentibus, & sub Christi nomine ambulãtibus: sed
hi & intus & foris inueniunt̃, q̃a nec foras exeunt
nisi prius intus mali fuerint, & utiq; de uasis in do
mo magna positis dicebat Apostolus, Si quis aũt 2.Tim.2
mundauerit semetipsum ab istiusmodi, erit uas in
honore

Universidad de Deusto
Biblioteca

honore ſanctificatum, utile domino ad omne opus bonum ſemper paratũ. Quomodo autẽ ſe quiſq; ab iſtiuſmodi mundare debeat, paulo ſuperius oſtendit dicẽs, Recedat ab iniquitate omnis qui nominat nomẽ domini, ne audiat in fine cum palea, ſiue quæ ante de area uolauit, ſiue quæ in ultimo
Matth. 7 ſeparãda eſt, Recedite à me qui operamini iniquitatẽ. Vnde apparet quidem ſicut dicit ſanctus Cyprianus, nõ ea ſtatim recipienda & aſſumẽda quæ iactant in Chriſti nomine, ſed quæ gerunt in Chriſti ueritate. Sed non utiq; in Chriſti ueritate geritur, fundos inſidioſis fraudibus rapere, uſuris multiplicãtibus fœnus augere, ſeculo ſolis uerbis renunciare, quæ omnia etiã intus geri, ſatis idoneus
De profectu eorũ qui infantes baptizãtur teſtis ipſe declarat. Iam uero quod multis uerbis proſequit, non poſſe in Chriſto baptizari eos qui patrẽ Chriſti blaſphemant, cũ eos errore blaſphemare cõuincitur: iam ſatis oſtendimus ad baptiſmũ, qui uerbis euangelicis conſecratur, non pertinere cuiuſquã uel dantis uel accipientis errorẽ, ſiue de patre, ſiue de filio, ſiue de ſpiritu ſancto aliter ſentiat, q̃ cœleſtis doctrina inſinuat. Multi enim carnales & animales etiã intus baptizantur,
2. Cor. 2 cũ aperte dicat Apoſtolus, Animalis autẽ homo nõ percipit ea quę ſunt ſpiritus dei, & percepto iã baptiſmo dicit eos adhuc animales eſſe. Secũdum ſenſum autẽ carnalem nõ poteſt niſi de deo carnaliter ſapere anima corporis ſenſibus dedita, Vnde multi poſt baptiſmũ proficientes, & maxime qui infantes uel pueri baptizati ſunt, quãto magis in-
2. Cor. 4 tellectus eorũ ſerenat & illuminat, dũ interior homo renouat de die in diẽ, priores ſuas opiniones, quas de deo habebant cũ ſuis phantaſmatibus ludificarẽtur, irridẽt, & deteſtãtes atq; cõfitẽtes abiiciunt. Nec tamẽ ideo nõ accepiſſe baptiſmũ exiſtimantur, aut talẽ baptiſmũ accepiſſe dicunt, qualis fuit error ipſorũ: ſed in eis & ſacramẽti integritas honorat, et mẽtis uanitas emendat: etiã ſi cõfirmata, et fortaſſe multis cõtentionibus defenſa coaluerat. Quapropter & hæreticus qui perſpicue foris eſt, ſi baptiſmũ illic euangelicũ accepit, & nõ talẽ utiq; baptiſmũ accepit quali errore cæcat. Et propterea ſi reſpiciẽs uiderit relinquẽdum eſſe quod male tenuerat, nõ ſimul ei relinquendũ eſt bonum quod acceperat: nec quia error illius improbãdus eſt, propterea baptiſmus Chriſti in illo exufflãdus eſt. Iam enim ex ijs quos intus cõtigit de deo falſa opinantes baptizari, ſatis elucet diſcernendã eſſe ſacramẽti ueritatẽ à male credentis errore, quãuis utrũq; in homine uno ualeat inueniri. & ideo cum etiã foris in errore aliquo cõſtitutus, uero tamẽ ſacramento foris baptizatus eccleſiæ redditur unitati, ſicut falſę fidei uera ſuccedit, nõ ſic poteſt etiam uero baptiſmo uerus baptiſmus ſuccedere: qa idẽ ipſe ſibi ſuccedere non poteſt, quia nec decedere
Comparatio malorum Ca. XVI poteſt. Ad hoc ergo hæreticiad catholicã ueniũt, ut quod eorũ malum eſt corrigatur, non quod bonũ dei eſt repetat. Dicit aliquis, Nihil ne ergo intereſt, ſi duo in errore pari atq; malitia conſtituti ſint, nec uita & corde mutato, alius eorũ foris alius intus baptizetur? Fateor intereſſe. Ille enim peior eſt qui etiam foris baptizatur, non eo q̃ baptizatur, ſed eo q̃ foris eſt. Eſt em etiã ipſius diuiſionis nec ullum nec paruũ malum: ſi tamẽ ille qui intus baptizatur, nõ propter aliquod terrenũ aut temporale cõmodum intus eſſe uoluit, ſed q̃ unitatẽ eccleſiæ toto orbe diffuſæ, ſchiſmatũ cõciſionibus prætulit. Alioquin etiã ipſe inter illos qui foris ſunt deputandus eſt. Conſtituamus ergo duos aliquos iſto modo, unũ eorũ, uerbi gratia, id ſentire de Chriſto qd̃ Photinus opinatus eſt, & in eius hæreſi baptizari extra eccleſiæ catholicæ cõmunionẽ: aliũ uero hoc idem ſentire, ſed in catholica baptizari, exiſtimantẽ ipſam eſſe catholicã fidem. Iſtum nondũ hęreticũ dico, niſi manifeſtata ſibi doctrina catholicæ fidei reſiſtere maluerit, & illud quod tenebat elegerit, quod anteq; fiat, manifeſtũ eſt illũ qui foris baptizatus eſt eſſe peiorẽ. Itaq; in hoc ſola falſa opinio, in illo autẽ etiam ipſa diuiſio corrigenda eſt, ſed in neutro ipſorũ ſacramenti ueritas repetẽda. Quod ſi quiſq; idẽ ſentiat quod illi, & eſſe nouerit hæreſim ab unitate catholica ſeparatam, ubi hoc docetur & diſcit, ſed alicuius ſecularis emolumẽti cauſa in catholica unitate baptizari uoluerit, uel in ea baptizatus propter hoc exire inde noluerit: non ſolum ſeparatus habendus eſt, uerũetiam tanto ſceleratius, quãto magis errori hęreſis & diuiſioni unitatis, fallaciã ſimulationis adiungit. Quamobrẽ cuiuſq; hominis prauitas, quãto periculoſior & tortuoſior eſt, tãto inſtantius & operoſius corrigẽda eſt. Nec ideo tamẽ ſi quid habet integrũ, præſertim nõ ſuũ ſed dei, propter prauitatem eius uel nullum putandum eſt, uel eo modo uituperandum, uel eius prauitati tribuendum, ac non illius largitati, qui etiam fornicanti à ſe animę, & eunti poſt amatores ſuos dedit panem ſuũ, & uinum ſuum, & oleum ſuũ, & alia uel alimenta uel ornamenta, quæ nec à ſeipſa nec ab eius amatoribus ei ſunt, ſed ab illo qui eam miſerans ubiq; uoluit ad quem redeat admonere. Nunquid poteſt, inquit, uis baptiſmi maior eſſe aut potior quàm confeſſio, q̃ paſſio, ut quis coram hominibus Chriſtum confiteatur & ſanguine ſuo baptizetur? Et tamẽ, inqt, nec q̃ hoc baptiſma hæretico prodeſt, ſi quãuis Chriſtũ confeſſus extra eccleſiã fuerit occiſus, quia charitatẽ nõ habuiſſe cõuincitur, de qua Apoſtolus dicit, Et ſi tradidero corpus meũ ut ardeã, charitatẽ autem nõ habeã, nihil mihi prodeſt. Quod ſi propter hoc quia charitas deeſt, paſſio nihil prodeſt, nec illis ꝓdeſt quos in inuidia intus & maleuolẽtia ſine charitate uiuere Paulus dicit, Cyprianus exponit: et tamẽ uerũ baptiſma poſſunt & accipere & tradere. Salus, inqt, extra eccleſiam nõ eſt, quis negat? Et ideo quæcunq; ipſius eccleſiæ habentur, extra eccleſiã nõ ualent ad ſalutẽ. Sed aliud eſt nõ habere, aliud non utiliter habere. Qui nõ habet, eſt baptizãd⁹ ut habeat: qui autẽ non utiliter habet, ut utiliter habeat corrigẽdus. Nec adultera eſt aqua in baptiſmo hæreticorum

Universidad de Deusto
Biblioteca

corum: quia nec ipsa creatura quam deus cõdidit mala est, nec uerba euangelica in quibuslibet errantibus reprehẽdenda sunt, sed error in quo adultera est anima, & à legitimo uiro sacramenti habitus ornamenta. Potest igitur nobis & hæreticis baptisma esse cõmune, cũ quibus potest & euangelium esse cõmune, quamuis à fide nostra error distet illorum: siue aliud de patre uel de filio uel de spiritu sancto sentiãt q̃ ueritas habet, siue ab unitate præcisi non colligãt cũ Christo sed spargãt: quia potest nobis si frumenta dominica sumus, etiã intus cum auaris, cum raptoribus, cũ ebriosis, & cæteris eiusmodi pestibus, de quibus dicitur, regnũ dei nõ possidebũt, & baptismatis sacramẽtum esse commune, & tamen uitia quibus à regno dei separantur non esse communia. Neq; enim de solis hæresibus dicit Apostolus, Quoniã qui talia agũt, regnum dei non possidebunt. Sed nõ pigeat paulum aduertere quæ simul enumerauerit, Manifesta, inquit, sunt opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, quæ prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnũ dei non possidebunt. Constituamus ergo aliquem castum, continentẽ, non auarũ, non idolis seruientem, hospitalitatem indigentibus ministrantẽ, nõ cuiusquã inimicum, nõ contentiosum, patiẽtem, quietum, nullum æmulantẽ, nulli inuidentem, sobrium, frugalem, sed hæreticũ, nulli utiq; dubium est propter hoc solum q̃ hæreticus est, regnum dei non possessurũ. Constituamus alium fornicatorẽ, immundum, luxuriosum, auarũ, uel etiã apertius idolis dedicatũ, ueneficũ, discordiosum, cõtentiosum, æmulũ, animosum, seditiosum, inuidũ, ebriosum, comessatorẽ, sed catholicũ: nunquid propter hoc solum q̃ catholicus est regnũ dei possidebit, agens talia de quibus sic cõcludit Apostolus: quę prædico uobis sicut prædixi, quoniam qui talia agunt, regnũ dei nõ possidebunt? Si hoc dicimus, nosipsos seducimus, Nam sermo dei nõ nos seducit, qui nec tacet nec parcit, nec ulla adulatiõe nos decipit: Ideo quippe et alibi dicit, Hoc autẽ scitote cognoscentes, quoniam oñis fornicator aut immundus, aut auarus, quod est idolorũ seruitus, nõ habet hæreditatem in regno Christi & dei, Nemo uos seducat inanibus uerbis. Nõ est ergo quod de sermone dei conqueramur, Dicit omnino, & aperte ac libere dicit, eos qui male uiuũt, ad regnũ dei non pertinere. His igitur omnibus uitijs circumsepto catholico nõ adulemur, nec ei quia Christianus catholicus est, impunitatẽ quã scriptura diuina nõ promittit, promittere audeamus. Nec si aliquid unum habeat ex ijs quæ dicta sunt, debemus ei societatẽ supernæ illius patriæ polliceri. Ad Corinthios enim singula enumerat, in quibus singulis subauditur, q̃ regnũ dei non possidebunt, Nolite, inquit, errare, neq; fornicatores, neq; idolis seruientes, neq; adulteri, neq; molles, neq; masculorũ concubitores, neq; fures, neq; auari, neq; ebriosi, neq; maledici, neq; rapaces regnũ dei possidebũt. Non ait, qui hæc omnia uitia simul habuerint, regnum dei non possidebunt, sed neq; illi neq; illi, ut in singulis hoc subaudias, q̃ nulli eorũ regnũ dei possidebũt. Sicut ergo hæretici regnũ dei nõ possidebunt: sic auari regnũ dei non possidebũt. Nec dubitandum est quidem ipsas pœnas, quibus cruciabuntur qui regnũ dei non possidebunt, pro diuersitate criminũ esse diuersas: & alias alijs acriores, ut in ipso igne æterno pro disparibus põderibus peccatorũ sint disparia tormẽta pœnarũ. Neq; enim frustra ipse dominus dicit, Tolerabilius erit Sodomis q̃ uobis in die iudicij. Sed tamen ad nõ possidendum regnũ dei, tantundem ualet ex uitijs illis qd̃ elegeris mitius, quantũ uel plura uel unũ quod perspexeris grauius. Et quia illi possessuri sunt regnũ dei, quos ad dexterã constituet ille iudex, nec eis qui ad dexterã constitui nõ merebuntur, aliquid aliud q̃ ad sinistrã esse remanebit, nulla reliqua uox est, quam sicut hædi audiãt ex ore pastoris nisi, Ite in ignẽ æternũ, qui paratus est diabolo & angelis eius: licet ex illo igne sicut dixi, diuersa possint distribui pro criminũ diuersitate supplicia. Vtrum autem catholicum pessimis moribus, alicui hæretico in cuius uita præter id quòd hæreticus est, non inueniunt homines quod reprehendant, præponere debeamus, nõ audeo præcipitare sententiam. Si autẽ quis dicat, quia hæreticus est, non potest hoc solũ esse quin & alia cõsequantur, Carnalis est enim & animalis, ac per hoc & æmulus sit necesse est, & animosus & inuidus & inimic⁹ ipsi ueritati ab eaq; dissentiẽs: intelligat et de illis malis, quod unũ mitius elegerit, solũ in quoq̃ esse non posse: ea scilicet causa, quoniam carnalis & animalis est: uelut ebriositas, quam nõ solũ sine horrore nominare, sed etiã cum hilaritate populi prædicare iam cõsueuerũt, nunquid in quo fuerit, sola esse poterit? Quis enim ebriosus nõ & cõtentiosus & animosus & inuidus, & à præceptorũ sanitate dissentiens, & arguẽtibus se grauiter inimicus? Iã uero ut & fornicator & adulter nõ sit, difficile est. Sed nõ cõsequit̃, Potest em̃ ebriosus esse, & nõ esse hæreticus: sicut potest hæreticus esse, & nõ esse ebriosus, nec adulter aut fornicator, nec luxuriosus aut amator pecuniæ, aut ueneficus, & simul hæc oñia potest nõ esse. Neq; em̃ unũ aliqd̃ uitiũ, omnia cętera cõsequuntur. Propositis itaq; duobus, uno catholico cũ his omnibus uitijs, alio hæretico sine ijs quę possunt nõ esse in hæretico, quãuis cõtra fidẽ nõ uterq; disputet, & tamen contra fidẽ uterq; uiuat, & spe uana uterq; fallatur, & à charitate spiritali uterq; dissentiat, & ob hoc uterq; ab illius unicę columbæ corpore alienus sit: cur in uno eorũ sacramentũ Christi agnoscimus, in alio nolumus, quasi aut huius aut huius sit, cũ in utroq; idẽ sit, & nõ nisi dei sit, & quãuis in pessimis, bonũ sit? Et si hominũ qui hoc habent, alius est alio deterior, non ideo illud quod habent deterius est in illo q̃ in isto: quia nec in duobus catholicis malis, si unus sit alio deterior, deteriorẽ baptismũ gerit; nec si unus eorũ sit bonus, alius malus, in malo

Altera compatio Ca. XVIII Galat. 5

Matth. 11

Matth. 25

Baptismus nec in pessimo deterior est Cap. XX

Vnũ etiã crimen excludit à regno dei Cap. XIX

Ephe. 5

1. Cor. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

in malo malus est baptismus, & in bono bonus, A sed in utroq; bonus: sicut lumen solis uel etiã lucer næ nõ utiq; deterius est in oculis deterioribus q̃ in melioribus, sed idẽ in utrisq;, quãuis eos diuersse pro illorũ diuersitate uel lætificet uel excruciet.

Martyrium sine baptismo Cap. XXI

Illud sanè quod de catechumenis obijciebatur Cypriano, q̃ in martyrio deprehẽsi, & pro nomine Christi occisi, etiã sine baptismo coronarent̃, quid ad rẽ pertineat, nõ satis intelligo. nisi quia forte dicebant multo magis hæreticos cum baptismo Christi posse ad regnum eius admitti, quo catechumeni admitterẽtur, cũ ipse dixerit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnũ cœlorũ. Qua in re nec ego dubito catechumenum catholicũ diuina charitate flagrantẽ, hæretico baptizato anteponere, sed etiã in ipsa intus catholica bonũ catechumenũ malo baptizato anteponimus: nec ideo tamen sacramento baptismatis quo iste nondũ, ille iã imbutus est, facimus iniuriã, aut catechumenũ sacramento baptismi præferendum putamus, cum aliquem catechumenum aliquo baptizato fideliorem melioremq; cognoscimus. Melior enim centurio Cornelius nõdum baptizatus Simone baptizato: Iste enim & ante baptismum sancto spiritu repletus est, ille & post baptismũ immundo spiritu inflatus est. Verũtamen Cornelius si etiã spiritu sancto iã accepto baptizari noluisset, contempti tanti sacramenti reus fieret, Cum autẽ baptizatus est, non utiq; melius sacramentum q̃ Simon accepit, sed diuersa hominum merita sub eiusdem sacramenti pari sanctitate distincta sunt: ita nõ auget aut minuit baptismatis sanctitatẽ, uel bonũ uel malum hominis meritũ. Sicut autẽ bono catechumeno baptismus deest ad capessendũ regnum cœlorum, sic malo baptizato uera cõuersio. Qui em̃ dixit, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlornm: ipse etiam dixit, Nisi abundauerit iustitia uestra plusq̃ scribarum & pharisæorum, nõ intrabitis in regnũ cœlorum. Namq; ne secura esset iustititia catechumeni, dictum est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum. Rursus ne percepto baptismo secura esset iniquitas baptizatorũ, dictum est, Nisi abundauerit iustitia uestra plusq̃ scribarum & pharisæorum, nõ intrabitis in regnum cœlorum. Alterum sine altero parũ est, utrumq; perficit illius possessionis hæredem. Sicut ergo non debemus improbare iustitiam hominis quæ prius esse cœpit q̃ contũgeretur ecclesiæ, sicut esse cœperat iustitia Cornelij priusquam ipse esset in plebe Christiana: quæ neq; si improbaretur dixisset ei angelus, Acceptæ sunt eleemosynæ tuæ, & exauditæ sunt orationes tuæ: neq; si sufficeret ad capessendum regnum cœlorum, ut ad Petrum mitteret moneretur: sic nõ est improbandum euangelicum baptismi sacramentũ, etsi extra ecclesiam fuerit acceptũ: quod tamen nõ proficit ad salutem, nisi ille qui habet integritatẽ baptismi, sua quoq; prauitate correpta, incorporetur ecclesiæ. Sic hæreticorum corrigamus errorẽ, ut quod in eis non eorum sed Christi est agnoscamus.

Ioan. 3

De conse. dist. 4. ca. non dubito

Acto. 10.8

Acto. 10

Ioan. 2

Matth. 5

Baptismi sanè uicem aliquando implere passionem, de latrone illo cui nõ baptizato dictum est, Hodie mecum eris in paradiso: non leue documẽtum idem beatus Cyprianus assumit, quod etiam atq; etiam cõsiderans, inuenio non tantũ passionẽ pro nomine Christi id quod ex baptismo deerat posse supplere, sed etiã fidem conuersionemq; cordis, si forte ad celebrandum mysterium baptismi in angustijs tẽporum succurri nõ potest. Neq; em̃ latro ille pro nomine Christi crucifixus est, sed pro meritis facinorũ suorũ: nec quia credidit passus est, sed dum patitur credidit. Quãtum itaq; ualeat etiam sine uisibili sacramento baptismi, quod ait Apostolus, C de creditur ad iustitiam, ore autem confessio fit ad salutem: in illo latrone declaratum est, sed tunc impletur inuisibiliter, cum mysterium baptismi non contemptus religionis, sed articulus necessitatis excludit. Nam multo magis in Cornelio & in amicis eius, q̃ in latrone posset uideri superfluum, ut aqua etiã tingerẽtur, in quibus iam donũ spiritus sancti, quod nõ nisi baptizatos alios accepisse sancta scriptura testat̃, certo quoq; indicio quod illis tẽporibus cõgruebat, cũ linguis loquerentur, eminuerat: baptizati sunt tamẽ, & in hoc facto apostolica extat authoritas. Vsq; adeo nemo debet in quolibet ꝓuectu interioris hominis, si forte ante baptismũ usq; ad spiritalẽ intellectum pio corde profecerit, contẽnere sacramentũ quod ministrorũ opere corporaliter adhibetur, sed per hoc deus hominis consecrationẽ spiritaliter operatur. Nec ob aliud existimo munus baptizandi Ioanni fuisse attributum, ita ut Ioannis baptismus diceretur, nisi ut dominus ipse qui dederat, cum seruui baptismum nõ spreuisset accipere, dedicaret humilitatis uiam, & quanti pendendum esset suũ baptisma quo ipse baptizaturus erat, tali facto apertissime declararet. Videbat enim tanquam peritissimus medicus salutis æternæ, quorundam nõ de futurum tumorẽ, qui cũ intellectu ueritatis & probabilib. moribus ita profeciss̃ent, ut multis baptizatis uita atq; doctrina se præponere minime dubitarent, superuacaneum sibi esse crederent baptizari, quando ad illum mentis habitũ se peruenisse crederent, ad quem multi baptizati adhuc ascendere conarentur. Quid autem ualeat & quid agat in homine corporaliter adhibita sanctificatio sacramenti, sine qua tamẽ ille latro non fuit, quia non eius accipiendæ uoluntas defuit, sed nõ accipiendæ necessitas affuit, difficile est dicere. Nisi tamen plurimum ualeret, non seruí baptismum dominus accepisset: Verum quia per se ipsa consideranda est, excepta salute hominis cui perficiendæ adhibetur, satis indicat quod & in malis & in eis qui seculo uerbis nõ factis renũciant, ipsa integra est, cum illi nisi corrigantur, salutem habere non possint. Sicut autem in latrone quia per necessitatem corporaliter baptismus defuit, perfecta salus est, quia per pietatem spiritaliter affuit: sic & cum ipsa præsto est, si per necessitatem desit quod latroni affuit, perficitur salus: Quod traditum tenet uniuersitas ecclesię, cum paruuli infantes baptizantur, qui

Vbi hoc non est

Deut. 4. Ioan. 3

Matth. 5

Luce 23

Rom. 10

Baptismus omittens ca. XI

Deut. 4. Ioan. 3

tur, qui nondum possunt corde credere ad iustitiã, & ore confiteri ad salutẽ, quod latro potuit: quine etiam flendo & uagiendo cum eis mysterium celebratur, ipsi mœstis uocibus obstrepunt, & tamen nullũ Christianorũ dixerit eos inaniter baptizari.

Vbi debeni/gnitas suppletquæ desunt baptismo

Et si quisquã in hac re autoritatẽ diuinam quærat, quanquam quod uniuersa tenet ecclesia, nec conciliis institutũ, sed semper retentum est, nõ nisi autoritate apostolica traditum rectissime creditur: tamen ueraciter conijcere possumus, quid ualeat in paruulis baptismi sacramentum, ex circumcisione carnis, quam prior populus accepit, quam priusquam acciperet iustificatus est Abraham, Sicut Cornelius etiam dono spiritus sancti priusquã baptizaretur, ditatus est. Dicit tamen Apostolus de ipso Abraham, Signum accepit circumcisiõis, signaculum fidei iustitiæ, quia iam corde crediderat, & deputatum illi erat ad iustitiam. Cur ergo ei præceptum est, ut omnem deinceps infantem masculum octauo die circumcideret, qui nõdum potuerat corde credere ut ei deputaretur ad iustitiã, nisi quia & ipsum per seipsum sacramentũ multũ ualebat? Quod in filio Moysi per angelum manifestatum est, qui cũ adhuc incircũcisus à matre ferretur, præsenti & euidenti periculo ut circũcideretur exactum est, & cum factum esset, depulsa est pernicies. Sicut ergo in Abraham præcessit fidei iustitia, & accessit circũcisio signaculum iustitiæ fidei: ita in Cornelio præcessit sanctificatio spiritalis in dono spiritus sancti, & accessit sacramentum regenerationis in lauacro baptismi. Et sicut in Isaac, qui octauo suæ natiuitatis die circumcisus est, præcessit signaculum iustitiæ fidei, & quoniã patris fidem imitatus est, secuta est in crescẽte ipsa iustitia, cuius signaculũ in infante præcesserat: ita & in baptizatis infantibus præcedit regenerationis sacramentũ, et si Christianã tenuerint pietatẽ, sequitur etiam in corde cõuersio, cuius mysterium præcessit in corpore. Et sicut in illo latrone qd' ex baptismi sacramẽto defuerat, cõpleuit omnipotentis benignitas, quia nõ superbia uel cõtẽptu, sed necessitate defuerat: sic in infantibus qui baptizati moriuntur, eadẽ gratia omnipotentis implere credenda est, quod non ex impia uoluntate, sed ex ætatis indigẽtia, nec corde credere ad iustitiam possunt, nec ore confiteri ad salutem. Ideo cum alĩ pro eis respõdent, ut impleatur erga eos celebratio sacramenti, ualet utiq; ad eorum cõsecrationẽ, quia ipsi respondere nõ possunt. At si pro eo qui respondere potest alius respondeat, non itidẽ ualet. Ex qua regula illud in euãgelio dictũ est, quod omnes cũ legitur, naturaliter mouet: ætatem habet, ipse pro se loquatur. Quibus rebus omnibus ostenditur aliud esse sacramentũ baptismi, aliud conuersionẽ cordis, sed salutẽ hominis ex utroq; compleri: nec si unũ horum defuerit, ideo putare debemus cõsequẽs esse, ut & alterum desit: quia & illud sine isto potest esse in infante, & hoc sine illo potuit esse in latrone, cõplente deo siue in illo, siue in isto, quod non ex uoluntate defuisset: cũ uero ex uoluntate alterũ horũ defuerit, reatu hominẽ inuolui. Et baptismus quidẽ potest inesse ubi cõuersio cordis defuerit: conuersio autem cordis potest quidẽ inesse non percepto baptismo, sed contempto non potest. Neq; enim ullo modo dicenda est conuersio cordis ad deum, cũ dei sacramẽtum contemnitur. Iuste igitur reprehẽdimus, anathematizamus, detestamur, abominamur peruersitatẽ cordis hæretici corum, sacramentũ tamen euangelicum non ideo nõ habẽt, quia per quod utile est nõ habent. Quapropter cum ad fidẽ & ueritatem ueniũt, & agentes pœnitentiã remitti sibi peccata deposcunt, nõ eos decipimus neq; fallimus, cum correctos à nobis ac reformatos in eo qd' deprauati atq; peruersi sunt, ad regnũ cœlorum sic disciplinis cœlestibus erudimus, ut quod in eis integrũ est, nullo modo uiolemus, nec propter hominis uitiũ, si quid in homine dei est, uel nullũ, uel uitiosum esse dicamus.

Ca. XXVI

Iam pauca restant ex epistola ad Iubaianũ, sed quia in eis & de præterita ecclesiæ cõsuetudine dicitur, & de baptismo Ioannis, quod solet nõ paruã mouere quæstionẽ hominibus rẽ manifestam parum attendentibus, quia iussi sunt ab Apostolo in Christo baptizari, qui baptismũ Ioannis acceperãt, non negligenter tractanda sunt, sed in uolumẽ aliud differẽda, ne huius modus immoderatus sit.

FINIS

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

De baptismo contra Donatistas, Liber quintus.

Ex Cypriani uerbis pugnat aduersus Donatistas. Cap. I

ECCLESIÆ catholicæ consuetudinem pristinã nunc teneri, cũ ab hæreticis uel schismaticis uenientes, si euangelicis uerbis cõsecratũ baptismũ perceperunt, denuo nõ baptizantur, beato Cypriano teste utimur. Ipse quippe sibi quæstionem proposuit ex ore utiq; fratrum, siue quærentium ueritatem, siue pro ueritate certantium. inter disputationes enim suas quibus uolebat ostendere denuo baptizandos hæreticos, de quibus satis pro tempore libris superioribus disseruimus, ait, Sed dicit aliq;s. Quid ergo fiet de his qui in præteritum de hæresi ad ecclesiam uenientes, sine baptismo admissi sunt? Hic tota causa Donatistarum cũ quibus nobis de hac quæstione conflictus est, penitus naufragauit. Si enim uerum baptismum non habebãt, qui uenientes ab hæreticis ita suscipiebantur, & super eos erant peccata eorum, cum communicatum est talibus, siue ab eis qui fuerãt ante Cyprianum, siue ab ipso Cypriano, necesse est ut unũ dicatur ex duobus: aut perijsse iam tũc ecclesiam talium communione maculatam, aut non obesse cuiquam in unitate permanenti aliena etiam nota peccata. Illud autem quia dicere non possunt perijsse tunc Ecclesiam, etiam contagiõe communionis eorum, qui

Verba Cypriani in epist. ad Iubaianum. Augustinus

sine baptísmo ad eam, sicut dicit Cyprianus, admíssi sunt: alioquín nec originem suam poterunt asserere, si tũc perijt ecclesia, quoniam plusquam quadraginta anni sunt inter Cypriani passionem & diuinorum codicum exustionẽ, unde ísti calumniarum suarum fumos iactantes, occasionem faciendi schísmatis inuenerunt, sicut cõsulum ordo declarat: restat ut fateantur nulla malorum etiã cognitorum, tali cõmunione maculari unitatẽ Christi. Quod cum falsi fuerint, non inuenient causam cur se ab ecclesijs orbis terrarum quas per apostolos institutas pariter legimus, separare debuisse contendant: quia neq; illi quorumlibet malorum commixtione perire potuerunt, & ísti qui non perirent si cum illis in unitate mansíssent, separando se ab eis, & rũpendo uinculũ pacis, utiq; in schísmate perierunt. Apertíssimum enim sacrilegium eminet schísmatis, si nulla fuit causa separationis. Nullam uero fuísse causam separationis apparet, si mali etiam cogniti bonos in unitate nõ maculant. Non autem maculari in unitate bonos, etiam à cognitis malís docemus, teste Cypriano qui dicit, in præteritum de hæresi ad ecclesiam uenientes sine baptísmo admíssos: quorum tamen nefaria sacrilegia quæ super eos erant, quia baptísmo dimissa nõ erant, si polluere & perdere non potuerunt ecclesiæ sanctitatem, nulla malorum potest contagione perire. Quapropter si Cyprianum uerum dixisse consentiunt, eo teste conuincuntur esse in crimine schísmatis: si Cyprianum falsum dixisse contendunt, eo teste non utantur in quæstione baptísma

Quantum ualeat unitas

tis. Sed nunc quod cum beato Cypriano homine pacífico sermocinari instituimus peragamus.

Cap. 11

Verba Cypriani in epist. ad Iubaianum.

Augustinus

Qui cũ sibi oppositum esset, quod dici à fratribus nouerat, quid ergo, inquit, fiet de his qui in præteritum ad ecclesiã de hæresi uenientes, sine baptísmo admissi sunt? Potens est, inquit, dominus misericordia sua indulgentiam dare, & eos qui ad ecclesiam simpliciter admissi in ecclesia dormierunt, ab ecclesiæ suæ muneribus non separare. Bene quidem præsumpsit, quòd charitas unitatis possit cooperire multitudinem peccatorum. Quod si habebant baptísmum, & ab his non recte sentiebatur qui eos denuo baptizandos esse censebant, id erratum cooperiebat unitatis charitas, quamdiu inerat ista non diabolica dissensio, sed humana tentatio, donec eis, sicut dicit Apostolus, si quid aliter sapiebant dominus reuelaret. Et ideo uæ istis qui per sacrílegam præcísionem ab unitate dirupti, si & apud nos & apud illos est baptísmus rebaptizant, si autem in catholica sola est, nec baptizant. Siue ergo rebaptizẽt siue nõ rebaptizẽt, nõ sunt in uínculo pacis, unde cuiuslibet ístorum uulneri adhibeant medicinam. Nos autem si ad ecclesiam sine baptísmo admittimus, in eo numero sumus quibus Cyprianus propter unitatis custodiã ignoscí posse præsumpsit. Si autẽ sicut iam, ut arbitror, ex his quæ in superioribus libris diximus, manifestum est quòd etiam in hæreticorũ peruersitate potest esse Christiani baptísmi integritas, si qui temporibus illi rebaptizauerunt, nec tamen ab unitatis compagine recesserunt, eadem dilectione pacis potuerunt ad ueniam pertinere, qua Cyprianus etiam sine baptísmo admíssos ab ecclesiæ muneribus non separari potuísse testatur. Porrò si uerum est apud hæreticos & schísmaticos nõ esse baptísmum Christi, quãto minus obessent in unitate positis aliena peccata, si ad unitatem uenientibus, & sine baptísmo admíssis soluerentur & propria. Nã si teste Cypriano, unitatis uinculum tãtum ualet, quomodo possent lædi alienis peccatis, qui nolent ab unitate recedere, si etiã nõ baptizati peccatis proprijs non perirent, qui ad eam uellent ex hęresi accederet? Quod autem adiũgit Cyprianus & dicit, Non tamen quía aliquando erratum est, ideo semper errandum est, cum magis sapientibus & deum timentibus congruat patefactæ & perspectæ ueritati libenter atq; incunctanter obsequi, ẽq; pertinaciter atq; obstinate contra fratres & consacerdotes pro hæreticis reluctari. Verissime dicit, nec alteri potius ẽq; sibi aduersatur, qui resistit apertissimæ ueritati. Sed per illa quæ tam multa iam diximus, quantum arbitror líquido apparet certũq; est baptísmum Christi nec hæreticorum peruersitate, cum apud eos datur & sumitur, posse uiolari. Sed ut certũ non sit, saltem adhuc esse dubium quisquis ea quæ dicta sunt, etiam renitens cogitauerit, confitetur. Non ergo apertíssimæ ueritati resistimus, sed aut pro manifesta ueritate certamus, sicut ego exístimo: aut certe, sicut possunt putare qui nondũ ístam quæstionẽ solutam esse arbitrãtur, adhuc quærimus ueritatem. Et ideo si *aliter* se res habet ẽq; nos dicimus, eadẽ simplícitate suscípimus ab hæreticis baptizatos, qua suscípiebantur illi, quos propter unitatẽ Cyprianus adueniã pertinere præsumpsit. Si autẽ baptísmus Christi sicut ea quæ iam multa dicta sunt indicãt, & in non integra, uel uita uel fide, siue eorũ qui uidentur esse intus, nec tamen ad unicæ illius columbæ mẽbra pertinent, siue eorũ qui sic ad eã non pertinent, ut etiam aperte foris sint, potest esse integer: qui cum illis tẽporibus repetebant eandem ueniã propter charitatẽ unitatis merebantur, quam meruisse propter eiusmodi charitatem credidit Cyprianus eos, quos sine baptísmo admíssos esse arbitratus est. Ísti ergo qui nulla exístẽte causa, quandoquidẽ sicut ídem Cyprianus ostendit, mali bonis in unitate obesse nõ possunt, se ab eiusdem unitatis charitate præciderunt, locum omnis ueniæ perdiderunt. & si ipso scelere schísmatis interirẽt, etiam si post catholicam non rebaptizarent, quanto supplício digni sunt, qui uel quod eos non habere Cyprianus affirmat, habentibus catholicis dare conãtur, uel sicut ipsa res manifestat, quod & ipsi habent, non habere catholicã criminantur. Sed quia nunc ut dicere cœperam, cum Cypriani literis sermocinari instituimus, non ut arbitror etiam ílli si adesset, uiderer pertinaciter atq; obstinate cõtra fratres & consacerdotes pro hæreticis reluctari, cũ acciperet tanta ísta quæ nos mouent, cur etiã apud hæreticos in suo maligno errore peruersos, baptísmũ tamẽ Christi per seipsum reuerẽdissimũ

Fingit réf. dubium Ca. III Cypriani epíst. ad Iubaianum

Colligit ex sen. Cypr. Ca.

atq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

atq; ſanctiſſimum eſſe poſſe credamus. Cumq; & ipſe teſtetur, cuius nobis teſtimoniũ ponderis magni eſt, ſic eos admitti in præteritum ſolitos, quiſquis eius ſermone cõmotus, hæreticos denuo baptizatos eſſe nõ dubitat, eos quibus hoc propter tanta quæ contradicũtur, nondum perſuaſum eſt, tales eſſe deputet, quales in præteritũ fuerunt, qui baptizatos in hæreſi ſolo proprio errore correcto ſimpliciter admiſerunt, & cũ eis per unitatis uinculũ ſalui eſſe potuerunt. Quiſquis autẽ & de præterita eccleſiæ cõſuetudine, & de poſteriore robore plenarij concilij, & tot tãtisq; ſanctarum ſcripturarũ teſtimonijs, & ipſius Cypriani multis documẽtis, & perſpicuis rationibus ueritatis, intelligit Chriſti baptiſmum uerbis euangelicis cõſecratũ, non fieri cuiuslibet hominis peruerſitate peruerſum: eodem unitatis uinculo intelligat ſaluos eſſe potuiſſe, quibus aliud ſalua charitate tunc uiſum eſt: ac per hoc ſimul oportet intelligat, eos quos nulla zizania, nulla palea, ſi ipſi frumenta eſſe uoluiſſent, in ſocietate eccleſiæ toto orbe diffuſæ poterãt maculare, & ideo nulla exiſtente cauſa diuortij ſe ab eodẽ unitatis uinculo diruperunt, quodlibet illorum duorum uerum ſit, ſiue quod Cyprianus tũc ſenſit, ſiue quod catholicæ uniuerſitas unde ille nõ receſſit obtinuit, foris apertiſſime conſtitutos in manifeſto ſacrilegio ſchiſmatis ſaluos eſſe non poſſe, & omnia quæ habent de diuinis ſacramentis, & liberalitate unius legitimi uiri, quãdiu tales ſunt, ad eorum confuſionem potius q̃ ad ſalutem ualere. Quocirca etiam ſi uere propterea uellent hæretici correcto errore uenire ad eccleſiã, quia putarent ſe baptiſmum non habere niſi in catholica acciperent, nec ſic eis deberemus ad iterationẽ baptiſmi conſentire, ſed potius docendi eſſent, nec integritatẽ baptiſmi prodeſſe peruerſitati eorũ, ſi corrigi nollent: nec eorum peruerſitate uiolatum fuiſſe integrum baptiſma, quãdiu corrigi noluerunt: nec quia corrigi uolunt melius in eis baptiſma fieri: ſed ipſos à malignitate diſcedere, illud autem prodeſſe iam incipere ad ſalutem, quod prius inerat ad perniciem. hæc enim diſcẽtes & ſalutem in catholica unitate deſiderabũt, & ſuũ eſſe quod Chriſti eſt nõ exiſtimabũt, & ueritatis ſacramentũ quãuis in ſe poſitum, cũ errore proprio nõ miſcebũt. Huc accedit, quia ſic homines occulta neſcio qua inſpiratione dei deteſtant, ſi quis iterũ baptiſmũ accipiat quem ubicunq; iam acceperat, ut cum idem ipſi hæretici inde diſputãt, frontẽ cõfricent, & prope omnes eorũ laici qui apud eos inueterauerunt, & animoſam pertinaciã aduerſus catholicam cõceperunt, hoc ſolum illic ſibi diſplicere fateantur, & multi qui propter adipiſcẽda aliqua cõmoda ſecularia, uel incõmoda deuitãda trãſire ad eos uolũt, occultis conatib. ambiãt, ut hoc eis quaſi peculiari & domeſtico beneficio præſtetur, ne rebaptizentur, & nonnulli cæteris eorum uanis erroribus & falſis criminationibus aduerſus catholicam eccleſiam credentes, hoc uno reuocẽtur, ut eis ſociari nolint, ne rebaptizari cogantur. Quem ſenſum hominũ omnia penitus corda occupantem iſti Donatiſtæ metuentes, maluerunt reci pere baptiſmũ, qui apud Maximinianiſtas quos damnauerãt datꝰ eſt, & eo modo ſibi linguas præcidere, & ora oppilare, q̃ denuo baptizare tot homines Muſticanæ & Aſſuritanæ & aliarum plebium, quas cum Feliciano & Prætextato & cæteris à ſe damnatis, & ad ſe redeuntibus exceperũt.

Natura exhorret iterationẽ baptiſmi. Cap. V

Cap. VI

Cum enim hoc raro ſit in ſingulis, inter multa ſpatia locorum & temporũ, horror facti nõ ita ſentitur: ſi autẽ repente conuenirentur quos per tam longũ tempus ſiue urgentibus periculis mortis, ſiue per ſolennitates Paſchales memorati Maximinianiſtæ baptizauerant, & eis diceretur ut iterum baptizarentur, quoniam id quod in ſacrilegio ſchiſmatis acceperãt nihil eſſet: id quidẽ dicerẽt quod eos pertinacia ſui erroris dicere cogeret, ut poſſent qualicunq; falſa umbra conſtantiæ contra calorem ueritatis, ſuæ duritiæ rigorem glaciemq; cõtegere. Sed quia hoc illi ferre nõ poſſent, & quod in tam multis hominibus fieret, nec ipſi poſſent tolerare qui facerent, præſertim quia idem ipſi eos in parte Primiani rebaptizarẽt, qui eos in parte Maximiniani iã baptizauerãt, receptus eſt baptiſmus illorũ, & interceptus typhus iſtorum. Quod nullo modo eligerent fieri, niſi amplius ſibi aduerſari arbitrarentur horrorẽ hominũ de iterata tinctione, q̃ conſiderationem de perdita defenſione. Quod non ideo dixerim: quia humano ſenſu deterreri debuimus, ſi ab hæreticis uenientes denuo baptizari ueritas cogeret: ſed quia ſanctus Cyprianus ait, hoc ipſo magis hæreticos ad neceſſitatem uenien di adigi potuiſſe, ſi rurſus in catholica baptizarentur: propterea cõmemorare uolui quantus penè in omnium mentibus huius facti horror inſideat, quem diuinitus infuſum eſſe crediderim, ut aduerſus quaslibet diſputationes quas infirmi diſcutere nequeunt, horrore ipſo eccleſia muniretur.

Legitimũ non legitime habere. Cap. VII

Sane uerba ipſa Cypriani cum intueor, admoneor quædam multum neceſſaria dicere dirimendæ huiuſmodi quæſtioni: Nam ſi uiderint, inquit, iudicio & ſententia noſtra id decerni & ſtatui, uti baptiſma iuſtum & legitimum computetur, quòd ſi ſic baptizentur, putabunt ſe eccleſiam quoq; & cætera munera eccleſiæ iuſte & legitime poſſidere. Non ait, putabunt ſe munera eccleſiæ poſſidere: ſed, iuſte & legitime poſſidere. Nos autem baptiſmum eos non iuſte & legitime poſſidere concedimus, non poſſidere autem non poſſumus dicere, cum ſacramentum domini cum euangelicis uerbis cognoſcimus. Baptiſmum ergo legitimum habent, ſed non legitime habẽt: Quiſquis enim eum & in unitate catholica & eo digne uiuẽs habet, & legitimum & legitime habet: Quiſquis autem uel in ipſa catholica ſicut palea commixta frumento, uel extra ſicut palea uento ſublata habet hunc baptiſmum, legitimum quidem habet, ſed non legitime. Ita enim habet quemadmodum eo utitur, non autem legitime utitur qui eo contra legem utitur, Quod facit omnis qui baptizatus perdite uiuit, ſiue intus ſiue foris.

Verba Cypriani in epiſt. ad Iubaianum.

Cap. VIII

Quapropter ſicut de lege dicit Apoſtolus, Bona eſt lex ſi quis ea legitime

1. Tim. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

utatur: ita de baptismo recte dicere possumus, Bo A nus est baptismus si quis eo legitime utatur. Et sicut non faciebant tunc ut lex bona non esset, aut omnino nulla esset, qui ea non legitime utebātur: sic nullo modo facit ut baptismus bonus non sit, aut ut omnino baptismus non sit, quisquis eo siue quia in hæresi, siue quia in pessimis moribus uiuit, non legitime utitur. Et ideo cum uel ad unitatem catholicam, uel ad uitam tanto sacramento dignā conuertitur, non aliud baptisma incipit habere legitimum, sed illud ipsum incipit habere legitime: nec remissio irreuocabiliū peccatorum consequitur baptisma, nisi non solum legitimum, sed etiam legitime habeatur: nec tamen si legitime non habebitur, & peccata uel non remittentur, uel remissa replicabūtur, propterea uel malum uel nullum
De conse. dist. 2, ca. sicut iudas erit in baptizato baptismi sacramentum. Sicut e/ B nim Iudas, cui buccellam tradidit dominus, non malum accipiendo, sed male accipiendo locum in
4. sen. di. 9. ca. hæc uerba se diabolo præbuit, sic indigne quisq; sumens dominicum sacramentum nō efficit, ut quia ipse malus est malum sit, aut quia non ad salutem accipit,
1. Cor. 11 nihil acceperit. Corpus em̄ domini & sanguis domini nihilominus erat etiam illis quibus dicebat Apostolus, Qui manducat indigne, iudicium sibi manducat & bibit. Non ergo quærant in catholica hæretici quod habent, sed quod non habent: id est, finem præcepti charitatē, sine quo multa sancta haberi possunt, sed prodesse non possunt. Finis
1. Tim. 1 autem præcepti, est charitas de corde puro, & conscientia bona, & fide non ficta. Lauacri uero sacramentum non ut habeant, si iam eodem ipso, quam C uis in hæresi tincti sunt, sed ut salubriter habeant, ad catholicam unitatem ueritatemq; festinent.

Baptismus Iohannis & Christi Ca. 1 X

Iam nunc de baptismo Ioannis uidendum est quid dicatur. Baptizatos enim à Paulo eos qui iam baptismo Ioannis baptizati fuissent, legimus
Acto. 19 in Actibus apostolorum, non ob aliud nisi quia Ioannis baptismus non fuerit Christi baptismus, sed Ioanni à Christo concessus, qui Ioannis pro/
Ioan. 3 prie diceretur, sicut idem Ioannes dicit, Non potest homo accipere quicquam, nisi datum fuerit ei de cœlo. Et ne forsitan hoc sic à deo patre accepisse uideretur ut à filio non acciperet, de ipso
Ioan. 1 Christo identidem loquens ait, Nos omnes de plenitudine eius accepimus. Accepit autem hoc Ioannes certæ dispensationis gratia, non diu mansu D rum, sed quantum satis esset ad parandam uiā domino, cuius eū esse præcursorē oportebat. Quam ille humiliter ingressurus, & se humiliter sequētes ad excellentiam deducturus, sicut seruis pedes lauit, ita serui baptismo tingi uoluit. Sicut enim se subiecit pedibus eorum quos ipse dirigebat, sic Ioannis muneri quod ipse donauerat: ut intelligerēt omnes quanto superbiæ sacrilegio quisq; cōtēneret baptisma q̄d' à domino deberet accipere, quando ipse dominus accepisset, quod seruo ut proprium dare posset, ipse præstiterat. Et cum Ioānes, quo nemo exurrexit maior in natis mulierum, tantum testimonium Christo perhiberet, ut soluendę corrigiæ calciamenti eius se fateretur indignum, Christus & baptismum eius accipiendo, humilimus inter homines inueniretur, & baptismo eius locum offerēdo, deus altissimus crederetur, idem humilitatis doctor & celsitudinis dator. Nulli em̄ prophetarum, nulli prorsus hominum in scripturis diuinis legimus concessum esse, baptizare in aqua pœnitētiæ in remissionem peccatorum, quod Ioanni concessum est: qua mirabili gratia suspendens in se corda populorum, uiam præpararet in eis, illi quem se tanto prædicaret esse maiorem. Sed dominus Iesus Christus tali baptismo mundat ecclesiam, quo accepto nullum alterum requiratur. Ioannes autem tali baptismo prætingebat, quo accepto esset baptisma etiam dominicum necessarium, non ut illud repetatur, sed ut eis qui baptismum Ioannis acceperant, etiam Christi baptis/ mus cui uiam præparabat ille, traderetur. Si enim Christi humilitas commēdanda non esset, nec baptismo Ioannis opus esset. Rursum si in Ioanne fi/ Actoa. nis esset, post Ioannis baptisma Christi baptisma/ te opus non esset. Sed quia finis legis Christus ad Rom. 10 iustitiam omni credenti: ab illo demonstratum est ad quem pergeretur, ad hunc cum peruentum fuerit permanetur. Idem igitur Ioannes & celsitudinem domini prædicauit, cum eum sibi longe præposuit: & humilitatem, cum eum tanquam infirmum baptizauit. Sed si Ioannes Christum solum baptizasset, melioris baptismi Ioannes dispensator fuisse putaret̄, quo ipse Christus solus tinctus esset, quàm Christi est, quo Christiani tinguntur. Et rursus si omnes prius baptismo Ioannis, & deinde Christi baptizari oporteret, minus plenus minusq; perfectus Christi baptismus merito uideretur, qui non sufficeret ad salutem. Quocirca & baptismo Ioannis baptizatus est dominus, ut superbas hominum ceruices ad salutare suum baptisma flecteret: & non solus ipse baptismate tinctus est, ne hoc ipso superius ostenderet, quòd eo solo ipse baptizari meruisset: & ultra illud perseuerare non finit, ne hoc unum quo ipse baptizat, indigere præcedēte alio uideretur. Quęro itaq;, si baptismo Baptismꝰ Ioannis non dedit peccatorū remissionē nisi in spe Cap. X Cypriani in epist. de lapsis Ioannis peccata dimittebantur, quid amplius præstari potuit per baptismum Christi, eis quos Apostolus Paulus post baptismum Ioannis, Christi baptismo uoluit baptizari? Si autem Ioannis baptismo non dimittebantur peccata, utrum nam melio res erant Ioanne Cypriani temporibus de quibus ipse dicit, quòd fundos insidiosis fraudibus rapiebant, & usuris multiplicantibus fœnus augebant, quibus tamen baptizantibus fiebat remissio peccatorum? An quia eos unitas ecclesiæ tenebat? Quid ergo? Ioannes non erat in unitate, amicus ille sponsi, uiæ dominicæ præparator, & ipsius domini baptizator? Quis hoc dementissimus dixerit? Quapropter quanquam ita credam baptizasse Ioannem in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum, ut ab eo baptizatis in spe remitterentur peccata, re ipsa uero in domini baptismo id fieret: sicut resurrectio quę expectatur in finem spe in nobis facta est, sicut dicit idē Apostolus, quia simul nos excitauit, & simul sedere fecit in cœlestibus. Imò demētissimus hoc dixerit Ephe. 2

Et idem

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.8 Et idem dicit, Spe enim salui facti sumus, Nam & ipse Ioannes cum dicat, Ego quidem baptizo uos in aqua pœnitentiæ in remissionem peccatorum: Matth.3 dominum uidens ait, Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccata mundi: tamen ne quisquam con- Ioan.1 tendat etiam in baptismo Ioannis dimissa esse peccata, sed aliquam ampliorem sanctificationem eis quos iussit Paulus apostolus denuo baptizari, per baptismum Christi esse collatam, non ago pugnaciter. Illud enim quod ad rem præsentem maxime pertinet, maxime intuendum est quomodo se habeat baptisma Ioannis, cum eum ad unitatem Christi pertinere manifestum sit, quæ causa fecerit, ut post Ioannem sanctum baptizari homines oportuerit, & post episcopos auaros non oportuerit. Nemo enim negat quod in agro dominico Ioannes triticum erat, & si amplius nō potest, in fertilitate cēteua. Item nemo dubitat auaritiam, quæ est idolorum seruitus, in messe dominica inter paleas numerari. Cur ergo post *triticum baptizatur*, & post paleam non baptizatur? Si propterea Paulus post Ioannem *baptizauit*, quia Ioanne melior erat: cur non & Cyprianus post fœneratores suos collegas *baptizauit*, quibus ultra comparationem melior erat? Si propterea post tales collegas Cyprianus non baptizauit, quia in unitate cum illo erant, nec post Ioannem debuit Paulus, quia eadem unitate continebatur. An forte fraudatores & rapaces ad columbæ illius unicæ mēbra pertinent, & ille non pertinet cui potestas ipsa domini nostri Iesu Christi per colūbæ speciem spiritu sancto descendente monstrata est? Immo uero ille intime pertinet: isti uero uel occasione alicuius scandali, uel ultima uentilatione à tritico separandi nequaquam pertinent, & tamen post illum baptizatum est, post istos non baptizatur. Quę igitur causa est, nisi quia baptisma quod illos iussit Paulus accipere, non hoc erat quod per Ioannē dabatur? & ideo in eadem ipsa unitate ecclesiæ, baptismus Christi si baptizāte fœneratore tradatur, repeti nō potest: baptismum autem Ioannis etiam ab ipso Ioanne accipientes, postea Christi baptismo baptizari oportebat. Proinde possum & ego uerbis utens ipsius Cypriani ad cuiusdā miraculi consideration audientium corda conuertere si dicam, Ille Ioannes maior inter prophetas habitus, Matth.11 ille diuina gratia in utero matris impletus, ille Heliæ spiritu & uirtute subnixus, qui non aduersarius domini, sed præcursor & prædicator fuit, qui dominū non tantū uerbis prænūciauit, sed & oculis ostendit, qui ipsum Christum per quem baptizantur cæteri baptizauit, sic baptizare non meruit ut post eum non baptizarentur qui ab eo fuerant baptizati, & post auaros, fraudatores, rapaces, fœneratores, nemo quenquam in ecclesia baptizandum putabit? Nonne cum hæc inuidiose clamauero, respondetur mihi, Quid hoc indignū putas, quasi aut Ioannes exhonoratus sit, aut auarus honoratus? Sed illius baptismum non opor- Ioan.1 tuit iterari, de quo idem Ioannes ait, Hic est qui baptizat in spiritu sancto. Per quemlibet enim minis-

Quare post baptismum Ioannis baptizauit Paulus Ca. XII

Nec Ioannis baptismus iterabatur Ca. XIII

A B C D

strum detur, illius est baptismus de quo dictum est, hic est qui baptizat. Sed neq; ipsius Ioannis baptismus iteratus est, cum ab eo baptizatos baptizari in Christo Paulus apostolus iussit, Quod enim ab amico sponsi non acceperant, hoc ab ipso sponso accipere debuerunt, de quo ille amicus dixerat, Hic est qui baptizat in spiritu sancto.

Poterat enim si uoluisset dominus Iesus baptismi sui potestatem dare alicui uel aliquibus præcipuis seruis suis, quos iā fecisset amicos suos, quibus ait, Iam non uos dicā seruos sed amicos. Vt quemadmodum per uirgam florentem demōstratus est Aaron sacerdos, ita in ecclesia ubi plura & maiora miracula facta sunt, per aliquod signū de monstrarentur excellentioris sanctitatis ministri & dispensatores ministeriorum, qui soli baptizare deberent. Sed si hoc fieret, quamuis eis à domino attributus, tamen ipsorum iam baptismus diceretur, sicut baptismus Ioannis fuit: ideo Paulus gratias agit deo, quòd neminem ipsorum baptizauerat, qui tanquam obliti in cuius nomine baptizati essent, per hominū se nomina diuidebant. Cum enim tantum ualet baptismus per hominem contemptibilem quātum per apostolum datus, ita nec illius, nec illius esse cognoscitur, sed Christi, quod in domino Ioannes per ipsam columbæ speciem se didicisse testatur. Nam secundum quid aliud dixerit, Et ego nesciebam eum: non planè uideo. Si Ioan.1 enim omnino nesciret, non ueniēti ad baptismum suum diceret, Ego à te debeo baptizari. Quid ergo est quod ait, Quoniam uidi spiritum sicut co- Matth.3 lumbam descendentem de cœlo, & mansit super eum, & ego nesciebam eum. Sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendentem de cœlo, & manentem super eum, hic est qui baptizat in spiritu sancto. Columba utiq; super baptizatum descenderat. Adhuc autem uenienti ut baptizaretur dixerat, Ego à te debeo baptizari. Iam ergo sciebat eū. Quid sibi itaq; uult, ego nesciebam eum, sed qui me misit baptizare in aqua, ipse mihi dixit, Super quem uideris spiritum descendentem de cœlo, & manentem super eum, ipse est qui baptizat in spiritu sancto: cum hoc posteaquam baptizatus est, factum sit, nisi quia secūdum aliquid eum sciebat, secundum aliquid adhuc nesciebat? Sciebat uidelicet sponsum filium dei, de cuius plenitudine omnes acciperent: Sed quia ex eius plenitudine ipse sic acceperat baptizandi potestatem, ut Ioannis baptismus diceretur, nesciebat utrum sic esset daturus & cæteris: an uero proprium baptismum sic habiturus, ut per quemlibet daretur, siue excellentioris gratiæ ministrum, siue inferioris, siue per cēteni fructus hominem, siue sexageni, siue triceni, siue per frumentum, siue per paleam, non nisi illius unius esse cognosceretur: & hoc per spiritum didicit, uelut columbam descendentem & manentem super eum. Itaq; inuenimus dictum ab Apostolo, Et gloriam meam, quamuis utiq; in domino, & ministerium meum, & prudentiā meam, & euangelium meum, quamuis utiq; à domino impertitum

Solius Christi baptismus est Ca. XIII Ioan.15

De conse. dist. 4. cap. cum tantum

Ca. XIIII 1. Thes. 2 Rom. 11

pertitum atq; donatum: baptismus autem meus nemo dixit eorum omnino. Neq; enim omnium æqualis est gloria, nec ministrant omnes æqualiter, nec æquali prudentia sunt omnes præditi, & in euangelizando alius alio melius operatur, & ideo dici potest alius alio doctior in ipsa doctrina salutari: alius autem alio magis minusue baptizatus dici non potest, siue ab inferiore, siue à maiore baptizetur. Proinde cum manifesta sint opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus, ueneficia, inimicitiæ, contentiones, æmulationes, animositates, dissensiones, hæreses, inuidiæ, ebrietates, comessationes, & his similia, si mirabiliter dicitur, post Ioannem baptizati sunt homines, & post hæreticos nõ baptizantur, cur non mirabiliter dicitur, post Ioannem baptizati sunt homines, & post inuidos nõ baptizantur: cum ex parte diaboli esse inuidos ipse Cyprianus in epistola de zelo & liuore testetur, & in ecclesia Christi fuisse inuidos Christi annunciatores ipsis apostolicis temporibus ipse Cyprianus ex apostolo Paulo sicut iã docuimus manifestet? Quia ergo Ioannis baptismus non erat idem qui baptismus Christi, satis arbitror esse declaratum: & propterea nihil documenti ex illo afferri potest, cur propterea post hæreticos baptizandum sit, quia baptizatum est post Ioãnem: cum Ioannes hæreticus non fuerit, & potuerit habere baptismum, quamuis à Christo concessum, non tamen Christi proprium, cum Christi habuerit charitatem: & possit hæreticus habere baptismum Christi & peruersitatem diaboli, sicut intus aliquis potest habere baptismum Christi & inuidiam diaboli. At enim multo magis post hæreticum baptizandũ est, quia Ioannes hæreticus non erat, & tamen post eum baptizatum est. Sic dicit aliquis, multo magis post ebriosum baptizandum est, quia Ioannes sobrius erat, & tamen post eum baptizatum est. & quid respondeamus ei, non habebimus, nisi baptizatis à Ioanne baptismũ Christi non habentibus esse traditum: in quibus autem est baptismus Christi, quibuslibet eorum peruersitatib. nullo modo potest fieri, ut nõ sit in eis baptismus Christi. Non itaq; idcirco hæreticus ius baptismi obtinere potuit, quia prior baptizauit, sed quia non suo baptismo baptizauit, & si ius baptizandi non habuit, tamẽ Christi est quod dedit, & ille Christi est qui accepit. Multa enim contra ius dantur, nec tamen ideo uel nulla uel nõ data dicuntur. Neq; enim & ille qui seculo solis uerbis & non factis renunciat, iure accipit baptismum, & tamen accipit. Nam tales in ecclesia & Cyprianus suis temporibus fuisse commemorat, & nos experimur, & gemimus. Mirum autem est quomodo dicatur separari à se & diuidi omnino non posse, baptismum & ecclesiam. Si enim baptisma in baptizato inseparabiliter manet, quomodo baptizatus separari ab ecclesia potest, & baptismus non potest? In baptizato autem inseparabiliter baptisma permanere manifestum est, quia in quodlibet profundum malorum & in quamlibet horribilem uoraginem peccatorum irruat baptizatus, usq; ad apostaticam ruinam, nõ caret baptismo: & ideo per pœnitentiam redeunti nõ redditur, quia eo non potuisse carere iudicatur. Baptizatum autem posse separari ab ecclesia quis dubitauerit? Inde quippe omnes hæreses exierunt, quæ uocabulo Christiano decipiunt.

Quamobrẽ quia manifestum est in baptizato esse baptismum, cum baptizatus ab ecclesia separatur, baptismus qui in illo est, cum illo utiq; separatur: & ideo non omnes qui tenent baptismum, tenent ecclesiam, sicut non omnes qui tenent ecclesiam, tenent & uitam æternam. Aut si ecclesiam tenere non dicimus, nisi eos qui diuina mandata custodiunt, multos iam esse concedimus baptismum tenentes, & ecclesiã non tenentes. Quãobrem non præoccupat hæreticus baptismum, cum eum ab ecclesia sumpserit. Nec potuit amittere cum recederet, quem iam non habere ecclesiam dicimus, & tamen habere baptismum concedimus. Nec primatum quisquam sibi derogat & hæretico tribuit, quia eum dicit secum abstulisse, quod non legitime daret, sed tamen legitimum daret, nec iam legitime haberet, sed legitimum haberet. Primatus autem non est nisi in sancta conuersatione & uita bona, quo pertinent omnes, ex quibus tanquam membris constat illa sponsa non habens maculam neq; rugam, & illa columba inter multorum coruorum improbitatem gemens: nisi forte cum Esau propter lenticulæ concupiscentiam primatum perdiderit, tenere primatum arbitrandi sunt, fraudatores, raptores, fœneratores, inuidi, ebriosi, & cæteri huiusmodi, quales in ecclesia sui temporis etiam per literas Cyprianus ingemuit. Quapropter aut quod est tenere ecclesiam, non hoc est in diuinis tenere primatum: aut si omnis qui tenet ecclesiam etiam primatum tenet, omnes illi iniqui ecclesiam non tenent, qui tamen intus uidentur, & baptismum dare & habere à nullo nostrorum negantur, Nam eos primatũ in diuinis habere quis dicat, nisi qui nihil diuinum sapit? Sed iam ad illa eloquia pacifica Cypriani, hoc est ad epistolæ finem omnibus consideratis pertractatisq; peruentum est, quæ me legentem & sæpe repetentem non satiãt: tanta ex eis iocunditas fraterni amoris exhalat, tanta dulcedo charitatis exuberat. Hæc tibi, inquit, breuiter pro nostra mediocritate rescripsimus frater charissime, nemini præscribentes aut præiudicantes, quo minus unusquisque episcoporum quod putat faciat, habens arbitrij sui liberam potestatem. Nos quantum in nobis est, propter hæreticos cum collegis & coepiscopis nostris non contendimus, cum quibus concordiam & dominicam pacem tenemus, maxime cum & Apostolus dicat, Si quis autem putauerit contentiosus esse, nos talem consuetudinem non habemus, neq; ecclesia dei: seruatur à nobis patienter & leniter charitas animi, honor collegij, uinculum fidei, concordia sacerdotij. Propter hoc etiã libellum de bono patientiæ, quantum ualuit nostra

Galat. 5

Cap. XV

An mdlim primatum ecclesia Cap. XVI

Breuiũ Cypriani Ca. XVII

Verba Cypriani

1. Cor. 11

medio

Universidad de Deusto
Biblioteca

mediocritas, permittente & inſpirante domino conſcripſimus, quem ad te pro mutua dilectione tranſmiſimus. In his uerbis multa conſideranda ſunt, quibus in hoc uiro qui dilexit decorem domus domini, & locum tabernaculi habitationis eius, Chriſtianæ charitatis fulgor elucet. Primo gaid quod ſenſit non tacuit: deinde quia tam manſuete & pacifice protulit, quia cum his qui aliud ſentiebant eccleſiaſticam pacem tenuit, quia in unitatis uinculo tãtam ſalubritatem eſſe intellexit, quia eam tantum dilexit, & ſobrie cuſtodiuit, quia uidit & ſenſit etiam diuerſa ſentiẽtes poſſe ſalua charitate ſentire. Neq; enim cum malis tenere ſe diceret diuinam concordiam & dominicam pacem. Bonus quippe habere erga malos pacem poteſt, tenere autem cum eis pacem non poteſt, quam ipſi nõ tenent. Poſtremo quia nemini præſcribens neq; præiudicans, quo minus unuſquiſque Epiſcoporum quod putat faciat, habens arbitrij ſui liberam poteſtatem, etiam nobis qualibuſcunque locum dedit, pacifice ſecum iſta tractandi. Præſens eſt enim, non ſolum per literas ſuas, ſed etiam per ipſam quæ in illo maxime uiguit, & mori nunquam potuit, charitatem. Huic ergo inhærere & conglutinari deſiderans, ſi non impediar inconuenientia peccatorum meorum, orationibus eius adiutus, diſcam ſi potero per literas eius quanta pace per eum Eccleſiam ſuam dominus, & quanto ſolatio gubernauerit: & per eius ſermonis affectum uiſceribus humilitatis indutus, ſi quid uerius ſentio cum orbe terrarum, non ei præponam cor meum, nec in eo ipſo quod aliter ſentiens non tamen diremptus eſt ab orbe terrarum. Maius quippe in eo robur uirtutis eminuit, cum iſta quæſtio nondum diſcuſſa nutaret, quod aliter ſentiens quàm multi collegæ, tantam moderationem obtinuit, ut Eccleſiæ dei ſanctam ſocietatem nulla ſchiſmatis labe truncaret, quàm ſi omnia non ſolum ueraciter, ſed etiam pariter ſine iſta uirtute ſentiret. Neque enim ei placeo, ſi eius ingenium facultatémque ſermonis, & doctrinæ ubertatem, ſancto concilio cunctarum gentium, cui profecto interfuit per ſpiritus unitatem, præponere affectem, præſertim iam eo in tali ueritatis luce poſito, ubi certiſſime cernit, quod hic pacatiſſime requirebat. Ex illa enim ubertate hæc noſtra quæ uidentur eloquia, tanquam infantilia rudimenta deridet, ibi uidet qua regula pietatis hic egerit, ut nihil eſſet ei in Eccleſia charius unitate: ibi etiam ineffabili delectatione contuetur quàm prouida et miſericordiſſima diſpenſatione deus infirma mundi elegit, ut tumores noſtros curaret, ſtulta mundi elegit ut confunderet ſapientes, atq; in ordinibus membrorum Eccleſiæ ſuæ tam ſalubriter omnia collocaret, ne de ingenio uel literis ſuis quas adhuc ignorarent cuius munere haberent, electos ſe ad adiutorium euangelicum homines dicerent, atque inde peſtifera inflarentur ſuperbia. O quàm gaudet Cyprianus, quanto ſerenius in illa luce contuetur, pro quanta ſalute humani generis factum ſit, ut inueniatur aliquid quod merito repre-

A hendi poſſit, quamuis in chriſtianis & piis literis oratorum, & non inueniatur in literis piſcatorum. De hoc ergo gaudio ſanctæ illius animæ omnino ſecurus, neq; ullo modo meas literas ab omni errato liberas audeo uel putare uel dicere: neq; illius huic ſententiæ, in qua ei uiſum eſt aliter ſuſcipiendos ab hæreticis uenientes, quàm uel in præteritum ſuſcipiebantur, ſicut ipſe teſtatur, uel nunc ſuſcipiuntur, ſicut totius orbis Chriſtiani plenario concilio rationabilis conſuetudo firmata eſt, meam præpono ſentẽtiam, ſed Eccleſiæ ſanctæ catholicæ: quam ſic ille dilexit & diligit, in qua tam uberem cum tolerantia fructum attulit, cuius uniuerſitas ipſe non fuit, ſed in eius uniuerſitate permanſit, cuius radicem nunquam deſeruit, ſed in cuius
B radice fœcũdus ut eſſet fœcundior ab agricola cœleſti purgat⁹ eſt. Pro cuius pace ac ſalute, ne ſimul cum zizanijs eradicaretur & triticum, tanta mala hominum ſecum in unitate conſtitutorum & ueritatis libertate redarguit, & charitatis uirtute ſuſtinuit. Vnde nos idem ipſe copioſiſsime admonet, multos in delictis ſuis et peccatis mortuos, quamuis ad Chriſti ſocietatem, & ad illius columbæ unicæ innocentis & ſimplicis membra non pertinentes, quæ ni ſola baptizaret, illi utiq; non baptizarent, ſpecie tamen intus uideri & baptizari & baptizare. Et in eis quamuis mortuis, illius tamen baptiſmum uiuere, qui non moritur, & mors illi ultra non dominabitur. Cum ergo & intus ſint
C mortui, neq; latentes (nam non de illis tanta diceret Cyprianus) qui uel non pertineant, uel nõdum pertineant: & foris ſint mortui, qui manifeſtius ad eam uel non pertineant uel nondum pertineant: uerumq; ſit non poſſe ab eo uiuificari alterum, qui ipſe non uiuit: manifeſtum eſt eos qui intus à talibus baptizantur, ſi uera conuerſione cordis accedunt, ab eo uiuificari cuius eſt baptiſmus. Si aũt ſeculo uerbis ſolis & non factis renunciant, quales Cyprianus & intus eſſe teſtatur, nec ipſos uiuificari niſi conuertantur, & tamen uerum habere baptiſmum, etiam ſi non conuertantur: unde & exteriores mortuos quamuis neq; uiuant, neq; uiuificent, habere tamen baptiſmum uiuum qui eis tunc proſit ad uitã, ſi cõuertantur ad pacem, ſimiliter manifeſtũ eſt. Quapropter qui tunc ab hæreſibus ue-
D nientes in eodem Chriſti baptiſmo, quem foris acceperant ſuſcipiebant, & dicebant ſe ueterem conſuetudinẽ ſequi, ſicut etiam nũc ſuſcipit Eccleſia: fruſtra contra eos apud ueteres dicebatur hæreſes & ſchiſmata, prima adhuc fuiſſe initia, ut hi illic eſſent qui de Eccleſia recedebant, & hic baptizati prius fuerant, quos tunc ad Eccleſiam reuertentes et pœnitentiam agentes, neceſſe non erat baptizari. Statim enim unaquæq; hæreſis ut exiſtebat, & à congregatione catholicæ communionis exibat, nõ dico alio die, ſed ipſo die poterat irruentes in ſe aliquos baptizare. Et ideo ſi uetus hæc erat conſuetudo ut ſic ſuſciperentur, quod nec ipſi qui contrà diſſerebant negare potuerũt, nulli paulò attentius aduertẽti poteſt eſſe dubium, etiam eos ſic eſſe ſuſceptos, qui foris in hæreſib. baptizati ſunt.

Intus mortui Ca. XVIII

Deus & per malos ſanctifi-cat Caput XIX

Universidad de Deusto
Biblioteca

Illud autem quid habeat rationis non uideo, ut nondum dicatur ouis errans, cui quærẽti salutem Christianam in hereticorum incidere errorem, & apud eos contingit baptizari: & ouis iam facta dicatur in ipsa intus catholica, qui seculo uerbis solis & non factis renunciauit, & in ea cordis falsita te baptismum accepit. Aut si & talis non fit ouis, nisi cum se ad deum ueraci corde cõuerterit, sicut iste non quando fit ouis baptizatur, si iam baptizatus erat, sed ouis nondum erat: sic & ille qui uenit ab hæreticis ut ouis fiat, nõ tunc baptizandus est, si apud eos iam eodem baptismo baptizatus erat, quamuis adhuc ouis non erat. Quapropter cum omnes etiam intus mali, auari, inuidi, ebriosi, & contra disciplinam Christianam uiuentes, merito dici possint & mendaces & tenebrosi & mortui et antichristi, nunquid tamen propterea non baptizant, quia nihil potest esse commune mendacio & ueritati, tenebris & luci, morti & immortalitati, antichristo & Christo? Non itaq; de sola cõsuetudine, sed etiam de ueritatis ratione præsumit, qui nullorum hominum peruersitate peruersum fieri dicit dei sacramẽtum, quod etiam in peruersis esse declaratur. Certe Ioannes Apostolus apertissime dicit, Qui odit fratrem suum, in tenebris est usq; ad huc. Et iterum, Qui odit fratrem suum, homicida est. Cur ergo intus tales baptizant, quos in maleuola dissensione fuisse Cyprianus ipse cõmemorat, Quomodo aquam mundat & sanctificat homicida? Quomodo benedicunt oleum tenebræ? Si autem deus adest sacramentis & uerbis suis per qualeslibet administrentur, & sacramẽta dei ubiq; recta sunt, & mali homines quibus nihil prosunt, ubiq; peruersi sunt.

1.Ioan.2
1.Ioan.3

Caput XX

Illud quale est ut ideo putetur hæreticus nõ habere baptismum, quia nõ habet Ecclesiam? Et utique cum baptizatur, etiam de sancta Ecclesia interrogatur. Quasi uero ille qui non factis intus, sed uerbis seculo renunciat, non hoc in baptismo interrogeẽ. Sicut ergo huius falsa responsio nõ efficit ut baptismus non sit quẽ percipit: sic & illius de Ecclesia sancta falsa respõsio, non efficit ut baptismus non sit quem percipit. Et sicut ille si postea quod fallaciter respõderat ueraciter impleat, non ei baptismus repetitur, sed uita corrigitur: sic & ille si postea ueniat ad Ecclesiam, de qua interrogatus falsum respõderat, quia eam se habere dum non haberet putabat, ipsa quã non habebat ei datur, non quod acceperat iteratur. Cur autem ad uerba quæ procedunt ex ore homicidæ, possit tamen deus oleum sanctificare, & in altari quod hæretici posuerunt non possit, nescio: nisi forte cor hominis quem fallaciter conuersum intus non impedit, lignum fallaciter positum impedit foris, quo minus sacramentis suis adesse dignetur, nullis hominum falsitatibus impeditus. Si ergo ad hoc ualet quod dictum est in Euangelio, Deus peccatorem non audit, ut per peccatorem sacramenta non celebrentur: quomodo exaudit homicidam deprecantem, uel super aquam baptismi, uel super oleum, uel super eucharistiã, uel super capita eorũ quibus manus imponitur? Quæ omnia tamen & fiunt & ualent etiam per homicidas, id est, per eos qui oderunt fratres, etiam in ipsa intus Ecclesia. Cum dare nemo possit quod nõ habet: quomodo dat homicida spiritum sanctum? Et tamen ipse intus etiam baptizat. Deus ergo dat etiam ipso baptizante, spiritum sanctum.

Ioan.9
De conse. dist. 4. ca. quomodo deus

Quod uero ait, baptizandus & innouandus est qui ad Ecclesiam uenit, ut intus per sanctos sanctificetur: quid faciet si & intus in non sanctos incurrerit? An forte sanctus est homicida? Et si propterea baptizatur in Ecclesia, ut hoc ipsum deponatur, quod homo ad deum ueniens dum sacerdotem quærit, in sacrilegum fraude erroris incurrit, ubi postea depositurus est, si forte in ipsa intus Ecclesia dum hominem dei quærit, in homicidam fraude erroris incurrit? Si non potest in homine aliquid inane esse & aliquid prætualere, quare potest in homicida sacramẽtum sanctum esse, & cor sanctum non esse? Si quisquis spiritum sanctum dare non potest, nec baptizare potest, cur intus baptizat homicida? Aut quomodo spiritum sanctum habet homicida, cum omnis qui spiritum sanctum habet illuminatus sit: qui autem odit fratrem, in tenebris sit usque adhuc? Si quia unus est baptismus & unus spiritus, ideo non possunt habere unum baptisma, qui non habent unum spiritũ, cur intus innocens & homicida baptismum unum habent, & eundem spiritum non habent? Ita ergo potest hæreticus & catholicus baptisma unum habere, & unam Ecclesiam non habere, sicut possunt in catholica innocens & homicida unum habere baptisma, & unum spiritum non habere: quia sicut unum est baptisma, sic unus est spiritus & una Ecclesia. Ita fit ut hoc in quoque agnoscendũ sit quod habet, hoc ei dandum quod non habet. Si nihil potest ratum & firmum esse apud deum quod illi faciunt, quos dominus hostes & aduersarios suos esse dicit, cur firmus est baptismus quem tradunt homicidæ? An hostes & aduersarios domini non dicimus homicidas? Qui autem odit fratrem suum, homicida est. Quomodo ergo baptizabant qui oderãt Paulum seruum Christi Iesu, ac per hoc oderant & Iesum, qui & Saulo dixit ipse, Quid me persequeris: quando eius seruos persequebatur, & in fine ipse dicturus est, Cum uni ex minimis meis non feciſtis, nec mihi feciſtis. Quamobrem omnes qui ex nobis exeunt, non sunt ex nobis, sed non omnes qui nobiscum sunt ex nobis sunt, sicut area cum trituratur, quicquid inde uolat non est triticum, sed nõ quicquid ibi est triticum est. Ideoq; & Ioannes, Ex nobis, inquit, exierunt, sed non erant ex nobis. Si enim fuissent ex nobis, permansissent utique nobiscum. Quapropter sacramentum gratię dat deus per malos: ipsam uero gratiam non nisi per seipsum uel per sanctos suos, & ideo remissionem peccatorum uel per seipsum facit, uel per illius colũbę mẽbra, quibus ait, Si cui dimiseritis, dimittentur: si cui tenueritis, tenebuntur. Baptismum uero quod est sacramẽtum remissionis peccatorũ, quia nulli dubium est habere etiam homicidas posse, qui in tenebris

C4. XI Cypria epistola

1.Ioan.3

Act.9

Matt.25

1.Ioan.2

De cõsec. dist. 4. c. ipse ait Ioan.20

nebris sunt usq; adhuc, quia de cordibus eorum fraternum odium non exclusum est: siue nulla eis peccata dimissa sint, si non in melius mutato corde baptizati sunt, siue continuo dimissa redierint: & per scelus, quia dei est, sanctum esse cognoscimus, & siue tradatur siue accipiatur à talibus, nulla eorum peruersitate uiolari, siue intus siue foris.

Cap. XXII Cyprianus in epistola 12

Proinde consentimus Cypriano, hæreticos promissionem dare non posse, baptismum autem dare posse, quod quidem illis & dantibus & accipientibus ualeat ad perniciem, tanquam tanto munere dei male utentibus: sicut etiam maligni & inuidi, quos & intus esse testatur, remissionem peccatorum dare non possunt, cum eos baptismum dare posse omnes fateamur. Si enim de his qui in nos peccauerint, dictum est, Si non *Matt. 6* dimiseritis peccata hominibus, nec pater uester dimittet uobis peccata uestra: quanto magis fieri non potest ut eis peccata dimittantur, qui fratres à quibus diliguntur oderunt, & in ipso odio baptizantur: quibus tamen postea correctis non rursus baptismus datur, sed ipsa uenia quam tunc accipere non meruerunt, in uera conuersione præstatur. Ideoq; etiam illa quæ ad Quintum scribit Cyprianus, & illa quæ cum collegis suis Liberali, Caldonio, Iunio, & cęteris ad Saturninū & Maximum, & alios, bene considerata, nullo modo præferenda sunt, aduersus totius Ecclesiæ catholicæ consensionem, cuius se illi membra esse gaudebant, & unde se neq; ipsi præciderunt, neq; diuersa sentientes præcidi passi sunt, donec aliquando in domini uoluntate per plenarium concilium, licet post multos annos quid esset rectius eluceret, non aliqua nouitate instituta, sed antiquitate roborata.

Ca. XXIII Cyprianus in epist. ad Pōp.

Ad Pompeium etiā scribit Cyprianus de hac eadem re, ubi aperte indicat Stephanū, quem Romanæ Ecclesiæ Episcopum tunc fuisse dicimus, non solum sibi ad ista non consensisse, uerumetiam contra scripsisse atq; præcepisse. Qui utiq; Stephanus non propterea communicauit hæreticis, quia baptisma Christi quod in eorum peruersitate integrum mansisse cognouit, improbare nō ausus est. Nam si non habent baptismum qui de deo prua sentiunt, hoc posse & intus accidere, iam satis, ut arbitror, disputatum est. Apostoli autem nihil quidem exinde præceperunt, sed consuetudo illa quæ opponebatur Cypriano, ab eorum traditione exordium sumpsisse credenda est: sicut sunt multa quæ uniuersa tenet ecclesia, & ob hoc ab Apostolis præcepta bene creditur, quanquam scripta nō *Tit. 3* reperiantur. At enim scriptum est de hæreticis, q̄ *Rom. 2* à semetipsis damnati sunt. Quid ergo? Et illi non à semetipsis damnati sunt, de quibus dictum est, In quo enim alterum iudicas temetipsum condēnas? His autem dicit Apostolus, Qui prædicas non furandum furaris &c. Et tales profecto erant illi, qui *Cyprianus in epist. de lapsis* cum essent Episcopi & cum ipso Cypriano in unitate catholica constituti, fundos insidiosis fraudibus rapiebant, prædicantes utiq; Apostoli uerba *1. Cor. 6* dicentis, Neq; rapaces regnum dei possidebunt. Quapropter ipsius etiam epistolæ quæ ad Pompeium scripta est, cæteras sententias ex eisdem regulis breuiter percurrere non morabor: Contra mandatum dei esse, quòd uenientes ab hæreticis si iam illic baptismū Christi acceperunt, baptizantur: quia scripturarum sanctarum testimonijs non solum ostenditur, sed planè ostēditur, multos pseudochristianos, quamuis non habeant eandem charitatē cum sanctis, sine qua nihil prosunt quæcūq; sancta habere potuerint, baptismum tamen cōmunem habere cum sanctis. Quod iam satis atq; uberrime demonstratum est, ecclesiam & spiritum & baptisma dixit, ab inuicem non posse separari, & ideo qui ab ecclesia separati sunt et à spiritusancto, etiam à baptismo uult intelligi separatos. Quod si ita est, cum quisq; in ecclesia catholica baptismum acceperit, tandiu in eo manet, quandiu in ecclesia & ipse manet: Si autem inde discesserit, discessit à baptismo, quod non ita est: Nam ideo redeunti nō redditur, quia cum discederet nō amisit. Quemadmodum autem spiritum sanctum sicut habent filij dilecti, non habent filij maligni, & tamen baptismum habent: sic & ecclesiam sicut habent catholici, non habent hæretici, & tamen baptismum habent. Nam spiritus sanctus disciplinæ fugiet fictū, *Sapien. 1* nec tamen eum effugiet baptismus. Itaq; sicut potest baptisma esse, & unde se aufert spiritussanctus, *De conse. dist. 4. ca. quomodo deus* ita potest esse baptisma ubi nō est ecclesia. Manus autem impositio si non adhiberetur ab hæresi uenienti, tanquam extra ómnem culpam esse iudicaretur, propter charitatis autem copulationem, quod est maximum donum spiritus sancti, sine quo non ualent ad salutem quæcunq; alia sancta in homine fuerint, manus hæreticis correctis imponitur.

Caput XXIIII

Iam de templo dei, & quomodo accipiendum sit, Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis, satis distulisse me memini. Neq; enim auari templum dei sunt, cum scriptum sit, Quæ so- *2. Cor. 6* cietas templo dei cum idolis? Et auaritiam idololatriam esse, testimoniū Pauli Cyprianus assumpsit. *De cōsc. dist. 4. c. qūo deus* Induunt autem homines Christum aliquādo usq; *4. sen. dist. 4* ad sacramenti perceptionem, aliquando usque ad *ca. quaritur* uitæ sanctificationem, atq; illud primum & bonis *ergo* & malis potest esse commune, hoc autem alterum proprium est bonorum & piorum: Quapropter si baptisma esse sine spiritu non potest, habent & spiritum hęretici, sed ad perniciem, non ad salutem, si cut habuit Saul. Nam per nomen Christi in spiritu *1. Reg. 8* sancto eiiciūtur dæmonia, quod & ille poterat qui erat extra ecclesiam, de quo discipuli domino suggesserunt: sicut habent auari, qui tamen non sunt templum dei: Quoniam quæ societas templo dei cum idolis? Si autem non habent auari spiritū dei, & tamen habent baptisma, potest esse sine spiritu baptisma. Si propterea filios dei generare non potest hæresis per Christum, quia Christi sponsa nō est, nec turba illa malorum intus constitutorum *2. Retr. 18* potest, quia & ipsa Christi sponsa nō est. Designatur enim Christi sponsa sine macula & ruga: Ergo aut non omnes baptizati filij sunt dei, aut potest & nō sponsa generare filios dei. Sicut autem quęritur, utrum spiritaliter natus sit qui baptismum Christi

Christi apud hæreticos accepit: ita quæri potest utrum spiritaliter natus sit, qui baptismum Christi non ad deum ueraci corde conuersus in catholica accepit, nec tamen ideo baptismum non accepit.

Ca. XXV *Cyprianus ad Pompeium*

Iam illa quæ in Stephanum iritatus effudit, re tractare nolo, quia & non opus est. Eadem quippe ipsa dicuntur quæ iam satis discussa sunt, & ea prę terire melius est, quæ periculum pernitiosæ dissensionis habuerunt. Stephanus autem & abstinēdos putauerat, qui de suscipiēdis hæreticis priscam cō suetudinem conuellere conarentur. Iste autē quæstionis ipsius difficultate permotus, & sanctis charitatis uisceribus largissime præditus, in unitate cū eis manendum qui diuersa sentirent. Ita quanuis commotius, sed tamen fraterne indignetur, uicit tamen pax Christi in cordibus eorum, ut in tali disceptatione nullum inter eos malum schismatis oriretur. Non autem hinc uberius excreuerunt hæreses & schismata, quia id quod in eis Christi est approbatur, quod autē ipsorum est improbatur. Magis enim qui hanc legem rebaptizandi tenuerunt, in

Ca. XXVI plura frusta concisi sunt. Iam uero cum dicit Episcopum docibilem esse debere, & adiungit, Docibilis autem ille est qui est ad discendi patientiam lenis & mitis: oportet enim Episcopum non tantū docere, sed & discere, quia & ille melius docet qui quotidie crescit & proficit discendo meliora. His utiq; uerbis satis indicatur sanctius & pia charitate præditus, nō esse metuendum sic eius epistolas legere, ut si quid postea pluribus & diuturniorib⁹ inquisitionibus compertum ecclesiam confirmauit, non ambigamus: quia sicut multa erant quæ doctus Cyprianus doceret, sic erat & aliqd quod Cyprianus docibilis disceret. Quòd autem nos admonet, ut ad fontem recurramus, id est, ad Apostolicam traditionem, & inde canalem in nostra tempora dirigamus, optimum est, & sine dubitatione faciendum. Traditum est ergo nobis, sicut ipse cō

Ephe. 4 memorat, ab Apostolis, quòd sit unus deus, & un⁹ Christus, & una spes, & una fides, & una ecclesia, & baptisma unum. Cur ergo si Apostolorum temporibus inueniamus fuisse quosdam quibus una spes non erat & unum baptisma erat, non ex ipso fonte ita in nos ducitur ueritas, ut appareat nobis sic fieri posse, ut cum sit una ecclesia, sit spes una, et baptisma unum, habeant tamen unum baptisma q non habent unam ecclesiam, sicut illis etiam temporibus fieri potuit ut baptisma unum haberent, qui unam spem non haberent? Quomodo enim habebant unam spem cum sanctis & iustis illi qui di-

1.Cor.15 cebant, Manducemus & bibamus, cras enim moriemur, dicentes, q̄ non esset resurrectio mortuorum: & tamen in ipsis erant quibus idem dicit A-

1.Cor.1 postolus, Nunquid Paulus pro uobis crucifixus

1.Cor.15 est, aut in nomine Pauli baptizati estis? Ad eos ēm apertissime scribit, dicens, Quomodo quidam in uobis dicunt, quia resurrectio mortuorum nō est?

Caput XXVII *Canti. 4*

Et quod in Cantico Canticorum Ecclesia sic describitur, Ortus conclusus, soror mea sponsa, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, paradisus cum fructu pomorum: hoc intelligere non audeo nisi in sanctis & iustis, non in auaris & fraudatoribus, & raptoribus, & fœneratoribus, & ebriosis, & inuidis, quos tamen cum iustis baptismum habuisse communem, cum quibus communem non habebant utique charitatem, ex ipsius Cypriani literis, sicut sæpe commemoraui, uberius discimus & docemus. Nam dicat mihi aliquis, quomodo irrepserint in ortum conclusum & fontē signatum, quos seculo solis uerbis & non factis renunciasse Cyprianus, & tamen intus fuisse testatur? Si enim & ipsi ibi sunt, & ipsi sponsa Christi sunt, itáne uero talis est illa sine macula & ruga, & illa speciosa columba tali membrorum peste turpatur? An istæ *2.Retr.* sunt spinæ, in quarum medio est illa sicut lilium, quod in eodem cantico dicitur? Inquantum ergo *Cant.* lilium, intantum & ortus conclusus & fons signatus: in illis uidelicet iustis, qui in occulto Iudæi *Psal.44* sunt circumcisione cordis. Omnis enim pulchritudo filiæ regum intrinsecus, in quibus est numerus certus sanctorum prædestinatus ante mundi constitutionem. Illa uero multitudo spinarum, siue occultis siue apertis separationibus, forinsecus adiacet super numerum. Annunciaui, inquit, & *Psal.39* locutus sum, multiplicati sunt super numerum. Numerus ergo ille iustorum, qui secundum propositum uocati sunt, de quibus dictum est, Nouit *Rom.8* dominus qui sunt eius: ipse est ortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, paradisus cum fructu pomorum. Ex hoc numero quidam spiritaliter uiuunt, & supereminentem uiam charitatis in grediuntur, & cum præoccupatum hominem *in* aliquo delicto instruunt in spiritu lenitatis, intendunt ne & ipsi tententur, & cum forte & ipsi præoccupantur, reprimitur in eis aliquantulum, non autem extinguitur charitatis affectus: rursusq; resurgens & inardescens, pristino cursui restituitur. Norunt enim dicere, Dormitauit anima mea præ *Psal.118* tædio, confirma me in uerbis tuis. Cum autem aliquid aliter sapiunt, id quoque illis in charitatis flagrantia permanentibus, nec rumpentibus uinculum pacis, deus reuelabit. Quidam uero adhuc carnales & animales prouectus suos instanter exercent, & ut cibo spiritalium fiant idonei, sanctorum mysteriorum lacte nutriūtur, ea quæ in prauis moribus populari etiam iudicio manifesta sunt, in dei timore deuitant, & ut minus minusq; in rebus terrenis & temporalibus delectentur, uigilantissime satagunt, regulam fidei diligenter inquisitam firmissime tenent, & si quid ab ea deuiant, cito autoritate catholica corriguntur, quanuis in eius uerbis pro sensu carnali, uarijs adhuc phantasmatum concursibus fluctuent. Sunt etiam quidam ex eo numero qui adhuc nequiter uiuant, aut etiam in hæresibus, uel in gentilium superstitionibus iaceant, & tamen etiam illic nouit dominus qui sunt eius. Nanque in illa ineffabili præscientia dei, multi qui foris uidentur intus sunt, & multi qui intus uidentur foris sunt. Ex illis ergo omnibus, qui, ut ita dicam, intrinsecus & in occulto intus sunt, constat ille ortus conclusus, fons signatus, puteus aquæ uiuæ, paradisus cum fructu pomorū. Horum

munera

Universidad de Deusto
Biblioteca

munera conceſſa diuinitus, partim ſunt propria, ſicut in hoc tempore infatigabilis charitas, & in futuro uita æterna: partim uero cũ malis peruerſiſq; communia, ſicut omnia cætera in quibus ſunt & ſacroſancta myſteria. Hinc itaq; iam facilior & expeditior nobis arcæ illius, cuius Noe fabricator & gubernator extitit, cõſideratio proponitur. Ait enim Petrus, In arca Noe pauci, id eſt, octo animę hominum ſaluæ factæ ſunt per aquam, qd' & uos ſimili forma baptiſma ſaluos facit, nõ carnis depoſitio ſordium, ſed conſcientiæ bonæ interrogatio. Quapropter ſicut apparet homines in unitate catholica baptizati, qui ſeculo ſolis uerbis nõ factis renunciant, quomodo pertinẽt ad huius arcæ myſterium, in quibus non eſt conſcientiæ bonę interrogatio? Aut quomodo ſalui fiunt per aquam, qui ſancto baptiſmate male utentes, cum uideant eſſe intus uſq; in finẽ uitæ in flagitioſis & perditis moribus perſeuerant? Aut quomodo non ſunt per aquam ſaluati, quos in præteritum cum eo baptiſmate quod in hereſi acceperant, in Eccleſiam ſimpliciter admiſſos Cyprianus ipſe cõmemorat? Eadem qppe arcæ unitas eos ſaluos fecit, in qua nemo niſi per aquam ſaluatus eſt. Ipſe enim dicit, Potens eſt dominus miſericordia ſua indulgentiam dare, & eos qui ad Eccleſiam ſimpliciter admiſſi, in Eccleſia dormierunt, ab Eccleſiæ ſuæ munerib⁹ non ſeparare. Si non per aquã, quomodo in arca? Si non in arca, quomodo in Eccleſia? Si autem in Eccleſia, utiq; in arca: et ſi in arca, utiq; per aquam. Poteſt ergo fieri ut quidam foris baptizati, per dei præſcientiam uerius intus baptizati deputentur, quia illic eis aqua incipit prodeſſe ad ſalutem: Neque enim aliter dici poſſunt ſalui facti in arca niſi per aquam: Et rurſus quidam qui uidebãtur intus baptizati, per eandem præſcientiam dei foris baptizati uerius deputentẽ. Male quippe utentes baptiſmo per aquam moriuntur, quod nulli tunc accidit, niſi qui præter arcam fuit. Certe manifeſtum eſt id quod dicitur in Eccleſia intus & foris, in corde non in corpore cogitandum, quandoquidẽ oẽs qui corde ſunt intus in arcæ unitate per eandem aquam ſalui fiunt: per aquam omnes qui corde ſunt foris, ſiue etiam corpore foris ſint, ſiue non ſint, tã quã unitatis aduerſarij moriuntur. Sicut ergo non alia, ſed eadem aqua in arca poſitos ſaluos fecit, et extra arcam poſitos interemit: ſic non alio, ſed eodem baptiſmo, & boni catholici ſalui fiunt, & mali catholici uel hæretici pereunt. Quid autem beatiſſimus Cyprianus de catholica ſentiat, et quomodo eius autoritate penitus obteranẽ hæretici, quãquam multa dixerim, ſeorſum tamẽ ſi domino placuerit, aliquanto uberius atq; manifeſtius dicere ſtatui, cum prius de concilio eius dixero quę deberi à me puto, quod in dei uoluntate ſequenti uolumine aggrediar.

Libri quinti finis.

Qualiter per arcam Noe Eccleſia figuretur Ca. XVIII

Cyprianus in Epiſtola ad Iubaianum

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI

De baptiſmo contra Donatiſtas, Liber ſextus.

De his qui præpoſtere imitantur Cyprianum

Cap. 1

1.q.1.c.etiam corde

De cõſc. di. 4 cap. quomodo deus

OTERAT iam fortaſſe ſufficere, quòd toties repetitis rationibus et multipliciter diſputando uerſatis atq; tractatis, ad iunctis etiam diuinarum ſcripturarum documentis, & ipſius Cypriani tot teſtimonijs ſuffragantibus, iam etiam corde tardiores, quantũ ex iſtimo intelligũt, baptiſmum Chriſti nulla peruerſitate hominis, ſiue dantis ſiue accipiẽtis poſſe uiolari. Nec ob aliud illis temporibus quando iſta quæſtio contra utilem cõſuetudinem diſputationibus ſalua charitate atq; unitate altercantibus diſcutiebatur, uiſum eſt quibuſdã etiam egregijs uiris antiſtitibus Chriſti, inter quos præcipue beatus Cyprianus eminebat, non eſſe poſſe apud hæreticos uel ſchiſmaticos baptiſmum Chriſti, niſi quia non diſtinguebatur ſacramentum ab effectu uel uſu ſacramenti: Et quia eius effectus atq; uſus in liberatione à peccatis & cordis rectitudine apud hæreticos non inueniebatur, ipſum quoq; ſacramentum non illic eſſe putabatur. Sed conuertentibus oculos ad interioris paleæ multitudinẽ, cum & hi qui in ipſa unitate peruerſi ſunt & perdite uiuunt, appareant remiſſionem peccatorum nec dare poſſe nec habere, quia non malignis ſed bonis filijs dictum eſt, *Si cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei, ſi cui tenueritis, tenebuntur*: habere tamen & dare & accipere baptiſmi ſacramentum, ſatis eluxit paſtoribus Eccleſiæ catholicæ toto orbe diffuſæ, per quos poſtea plenarij concilij autoritate originalis cõſuetudo firmata eſt: & ouem quæ foris errabat, & dominicum characterem à fallacibus depræda toribus ſuis foris acceperat, uenientem ad Chriſtianæ unitatis ſalutem, ab errore corrigi, à captiuitate liberari, à uulnere ſanari, characterem tamen dominicum in ea agnoſci potius quàm improbari: quandoquidem ipſum characterem multi & lupi & lupis infigunt, qui uidentur quidem intus eſſe, ueruntamen ad illam ouem, quæ etiam ex multis una eſt non pertinere, morum ſuorum fructibus conuincuntur, in quibus in finem uſq; perdurant: Quia ſecundum præſcientiam dei, ſicut multæ oues errant exterius, ſic multi lupi inſidiantur interius: Inter quos tamen nouit dominus q̃ ſunt eius, qui non audiunt uocẽ niſi paſtoris, etiam cum clamat per ſimiles Phariſæorum, de quibus dictum eſt, Quæ dicunt facite. Sicut enim homo ſpiritalis habens finem præcepti, id eſt, charitatem de corde puro, & conſcientia bona, & fide non ficta, poteſt aliquid ex corpore quod adhuc corrumpitur & aggrauat animam, minus liquide cernere & aliter ſapere quod in eadẽ charitate permanenti deus cum uoluerit reuelabit: ſic in homine carnali atque peruerſo poteſt aliquod bonum & utile reperiri, quod

Ioan. 20

Matt. 23

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod alíunde ſit nõ ex ipſo. Nam ut in palmite fructuoſo inuenitur aliquid quod purgandum ſit, ut maiorem fructum ferat, ita & in arundine ſterili atque arida uel allígata ſolet uua pendere. Et ideo ſicut ſtultum eſt fructiferi palmitis purgamenta díligere, commodo autem facit qui poma ſuauía ubicunq; ſuſpenſa non reſpuit: ita quiſquis ab unitate præciſus propterea rebaptizat, quia Cypriano uiſum eſt ab hæreticis uenientes denuo baptizari oportere: laudanda in tanto uiro auerſatur, & emendanda ſectatur, nec ea ipſa quæ ſectatur aſſequitur: Ille enim dum zelo dei grauiter deteſtatur eos qui ſe ab unitate ſeparauerũt, etiam ab ipſo baptiſmate ſeparatos eſſe arbitratus eſt: iſti autem parũ ſceleris putantes, ꝙ ipſi à Chriſti unitate ſeparati ſunt, etiam baptiſmum eius illíc non eſſe & ſecum exiſſe contendunt. Tam ergo longe ſunt à fœcunditate Cypriani, ut nec purgamentis eius æquentur.

Nec in Petro imitanda omnia Cap. II

Item quiſquis non habens charitatem, & perditas uías morum ingrediẽs peſſimorum, intus uidetur eſſe cum foris ſit, & baptiſmum Chriſti nec in hæreticis repetit, nihil eius adiuuat ſterilitatem, quod nõ fœcundatur ſuo, ſed fructu oneratur alieno. Fieri autẽ poteſt ut aliquis uigeat in radice charitatis, & in quo Cyprianus aliter ſapuit recte ſapiat, & tamen in Cypriano, ꝙ in iſto plura fœcunda ſint, et in iſto ꝙ in Cypriano plura purganda ſint. Non ſolum itaq; malos catholicos nullo modo cõparamus, ſed nec bonos facile coęquamus beato Cypriano, quem inter raros & paucos excellẽtiſſimæ gratiæ uiros numerat pia mater eccleſia: quanuis iſti & apud hæreticos cognoſcant baptiſmum Chriſti, illi autẽ aliter uiſum ſit: ut per eum minus aliquid uidentem, & in unitate firmiſſime permanentem, manifeſtius demonſtraretur hæreticis, ꝙ ſacrilego ſcelere rumperetur uinculũ pacis. Neq; enim Phariſæi cæci, quãuis dicentes aliquãdo qđ fieri debeat, comparandi erant Apoſtolo Petro, quanuis dicenti aliquando quod fieri non debeat. Non ſolum autem iſtorum ariditas illius uiriditati conferenda non eſt, ſed nec aliorum fructus illius ubertati adęquandus eſt. Gentes enim nemo iudaizare nunc cogit, nec ideo tamen quiſquam nunc in eccleſia quantumlibet profecerit, Petri apoſtolatui conferendus eſt. Quaptopter reddens debitã reuerentiam dignumq; honorem quantum ualeo perſoluens pacifico Epiſcopo & glorioſo martyri Cypriano, audeo tamen dicere eum aliter ſenſiſſe de ſchiſmaticis uel hæreticis baptizãdis, ꝙ poſtea ueritas prodidit, nõ ex mea, ſed ex uniuerſæ eccleſiæ ſententia, plenarij concilij autoritate roborata atq; firmata: ſicut uenerans pro ſui merito Petrum primum Apoſtolorum et eminentiſſimum martyrem, audeo tamen dicere, non eum recte feciſſe ut gentes iudaizare cogeret: etiam hoc enim dico, nõ ex mea, ſed ex Apoſtoli Pauli ſalutari doctrina, p eccleſiã uniuerſam retenta atq; ſeruata. Diſputans ergo de ſententia Cypriani, multum infra merita poſitus Cypriani, dico ſacramentum baptiſmi & bonos & malos poſſe habere, poſſe dare, poſſe accipere: & bonos quidem utiliter ac ſalubriter, malos autem perniciose ac pœnaliter, cum illud tamẽ in utriſq; ſit æqualiter integrum: atq; nihil intereſſe ad eius æqualem in omnibus integritatem, quãto peior id habeat inter malos, ſicut nihil intereſt quãto melior id habeat inter bonos. Ac per hoc etiam nihil intereſt quanto peior det, ſicut nihil intereſt quanto meliori det: Atq; ita nihil aliud intereſt quanto peior id accipiat, ſicut nihil intereſt quanto melior accipiat. Illud autẽ per ſeipſum & in eis qui non æqualiter iniqui ſunt, æqualiter ſanctũ eſt.

Caput II

Habere autem baptiſmum, & tradere & accipere malos nequaquam in melius commutatos, & de ſcripturis canonicis & de ipſius Cypriani literis, ſatis, ut arbitror, demonſtrauimus: quos non pertinere ad ſanctam eccleſiam dei, quanuis intus eſſe uideantur, ex hoc apertiſſime apparet: quia iſti ſunt auari, raptores, fœneratores, inuidi, maleuoli, & cætera huiuſmodi: illa autem colũba unica, pudica & caſta, ſponſa ſine macula & ruga, ortus cõcluſus, fons ſignat⁹, paradiſus cũ fructu pomorũ, & cętera quæ de illa ſimiliter dicta ſunt: quod non intelligitur niſi in bonis & ſanctis & iuſtis, id eſt, non tantum ſecundum operationes munerum dei bonis maliſq; communes, ſed etiam ſecundum inditam & ſuperminentem ſpiritus ſancti gratiã habentibus, quibus dominus dicit, Si cui dimiſeritis peccata, dimittuntur ei: & ſi cui tenebitis, tenebũtur. Ac per hoc nihil idoneum dici, cur nõ poſſit malus etiam tradere baptiſmum, qui poteſt habere, & ſicut pernicioſe habet, ita etiam pernicioſe tradere, non quia tale aliquid tradit, nec quia tali tradit, ſed quia tali tradit. Nam cum malus bono, id eſt in unitatis uinculo, ueraci cõuerſione mutato, inter bonum ſacramẽtum quod tradit, & bonum fidelem cui traditur, tradentis malitia ſuperatur: Et cum illi ueraciter ad deum conuerſo peccata dimittuntur, ab eis dimittuntur, quibus ipſa ueraci conuerſione coniungitur: Idem quippe ſpiritus ſanctus ea dimittit, qui datus eſt omnibus ſanctis ſibi charitate cohęrẽtibus, ſiue ſenouerint corporaliter ſiue nõ nouerint: Similiter cum alicuius peccata tenentur, ab eis utiq; tenentur, à quibus ſe ille cui tenentur, uitæ diſſimilitudine & praui cordis auerſione diſiungit, ſiue illum corporaliter nouerint, ſiue non nouerint. Quapropter omnes mali ſpiritaliter à bonis ſeiuncti ſunt: ſi autem etiã corporaliter aperta diſſenſiõe ſeparentur, peiores fiunt. Sed ut dictum eſt, nihil intereſt ad baptiſmi ſanctitatem, quanto quiſq; peior id habeat, et quãto peiori tradat: poteſt tamen tradere ſeparatus, ſicut poteſt habere ſeparatus, ſed pernicioſe tradere, ille autem cui tradit poteſt ſalubriter accipere, ſi ipſe non ſeparatus accipiat: ſicut pleriſq; accidit ut catholico animo & corde ab unitate pacis non alienato, aliqua neceſſitate mortis ingruentis, in aliquem hæreticum irruerent, & ab eo Chriſti baptiſmum ſine illius peruerſitate perciperent, & ſiue defuncti ſiue liberati nequaquam apud eos remanerent, ad quos nunquam corde tranſierant. Si autem etiam & ipſe ſeparatus acceperit, tanto pernicioſius accipit, quãto maius bonum eſt quod nõ bene

Universidad de Deusto
Biblioteca

bene accipit: & tanto magis ualet ad exitium sepa A gas, et ad illam quam ad Pompeium, quantum po
rato, quanto magis posset ad salutem ualere con tuimus pro uniuersitate catholicæ consensionis at
iuncto. Et ideo si ab illa peruersitate correctus & que concilij, in cuius unitate isti tanquã pia mem
à separatione cõuersus uenerit ad catholicam pa bra manserunt, libris superioribus disputauimus.
cem, sub eodem baptismate quod acceperat, eius Quapropter iam unum opportunũ uidetur, quid
peccata dimittunt propter uinculũ charitatis, sub etiam cæteri singillatim censuerint considerare ea
quo baptismate peccata eius tenebantur propter libertate quam nobis etiam ipse non abrogauit, di
sacrilegium diuisionis: quia illud & in homine iu cens: Neminem iudicantes, aut à iure commu-
sto & in homine iniusto semper sanctum est, quod nionis aliquem si diuersum senserit amouentes.
neq; æquitate alicuius augetur, neq; alicuius ini Quod eum non puto propterea dixisse, ut cogita-
quitate minuitur. Quæ cum ita sint, quid huic per tiones tacitas collegarum, tanquam de abdito eru
spicuæ ueritati obfuit, quod multi coepiscopi Cy tas tali securitate captaret: sed quòd reuera pacem
priano in illam sententiam consenserunt, suasq; in unitatemq; diligeret, ex alijs similibus uidere faci-
idem cõuenientes proprias protulerũt, nisi ut ma limum est, ubi ad singulos scribit sicut ad ipsum Iu
gis magisq; illius uiri erga unitatem Christi chari baianum. Hæc tibi, inquit, breuissime pro nostra *Cyprianus in epistola ad Iubaianum*
tas innotesceret? Si enim solus ista sentiens nullo B mediocritate rescripsimus frater charissime, nemi
consentiente remaneret, uideretur propterea refri ni præscribentes aut præiudicantes quo minus u-
guisse ab scelere schismatis, quia socios non inue- nusquisq; Episcoporum quod putat faciat, habẽs
niebat erroris. Tam multis autem sibi consentien arbitrij sui liberam potestatem. Et ne quisq; si hac
tibus quòd cum cæteris diuersa sentientibus in u- eadem libera potestate diuersa sentiret, pellendus
nitate permansit, catholicæ uniuersitatis sanctissi à cæterorum consortio uideretur, sequit & dicit:
mum uinculum, non timore solitudinis, sed pacis Nos quantum in nobis est propter hæreticos cum
amore seruauit. Quapropter posset quidem iam ui collegis & coepiscopis nostris non contendimus,
deri superfluum cæterorum etiam illius concilij cum quibus diuinam concordiam & dominicam
Episcoporum, singulas retractare sententias. Sed pacem tenemus. Et paulo post: Seruetur, inquit, à
quoniam corde tardiores nõ putantes esse respon nobis patienter & leniter charitas animi, collegij
sum, si alicui loco cuiusque sermonis non ibi sed a honor, uinculum fidei, cõcordia sacerdotij. Sic &
libi respondeatur, quòd illuc etiam possit adhibe in epistola quam scripsit ad Magnum, cum de ba- *Cyprianus ad Magnum epi-*
ri, melius multum legendo atteruntur, quàm pa ptismo tinctorũ & perfusorum quæreretur, utrum *scopum 7*
rum intelligendo conqueruntur ut redarguantur: aliquid interesset: Qua in parte, inquit, nemini ue-
cõsilij: ut ex- Primum ergo ipsius Cypriani consultationem C recũdia & modestia uestra præiudicat, quo minus
cutit alia con qua indicatur anima pacifica & exundans ubere unusquisq; quod putauerit sentiat, & quod senserit
cilij Cap. VI charitatis, unde concilio ipsum incipit, iterum con faciat. Quibus eius sermonibus satis apparet illo
Verba Cypria siderandam commemoremus. Audistis, inquit, tempore ab eis ista esse tractata, quo nondum de-
ni in concilio collegæ dilectissimi, quid mihi Iubaianus coepis- clarata sine ambagine hauriebantur, sed adhuc
Carthaginẽsi copus noster scripserit, consulens mediocritatem clausa magno molimine quærebantur. Nos ergo
nostram de illicito & prophano hæreticorum ba iam de baptismi simplicitate ubique agnoscenda
ptismo, & quid ego ei rescripserim, censens scilicet consuetudinem uniuersæ Ecclesiæ, etiam conci-
quod semel atq; iterum & sæpe censuimus, hæreti lijs uniuersalibus roboratã tenentes, accepta quo-
cos ad Ecclesiam uenientes, Ecclesiæ baptismo ba que ex uobis Cypriani maiore fiducia, per quẽ mi
ptizari & sanctificari oportere. Item lectæ sunt uo hi etiam tunc liceret saluo iure communionis di-
bis & aliæ Iubaiani literæ, quibus pro sua syncera uersa sentire, unitate quidem prælata atq; lauda-
& religiosa deuotione ad epistolam nostrã rescri ta, qualem beatus Cyprianus & eius collegæ qui
bens, non tantum consensit, sed & instructum se cum eo concilium illud fecerunt, cum diuersa sen
esse gratias egit. Superest ut de hac ipsa re singuli tientibus tenuerunt, hæreticorum & schismatico-
quid sentiamus proferamus: neminem iudicãtes, D rum seditiosas calumnias proturbantes atq; euer-
aut à iure communionis aliquem si diuersum sen tentes in nomine domini nostri Iesu Christi, qui
serit amouentes. Neq; enim quisquã nostrum Epi per apostolum suum loquens, ait: Sufferentes in-
scopum se esse Episcoporum constituit, aut tyran uicem in dilectione, studentes seruare unitatem *Ephes. 4*
nico errore ad obsequendi necessitatem collegas spiritus in uinculo pacis: per quem etiam ait, Si
suos adegit, quum habeat omnis Episcopus pro li quid aliter sapitis, id quoque uobis deus reuela- *Philip. 3*
centia libertatis & potestatis suæ arbitrium pro uit: sanctorum Episcoporum sentẽtias, saluo cum
prium, tanquam iudicari ab alio nõ possit, quum eis uinculo unitatis & pacis, in quo retinendo eos
nec ipse potest alterum iudicare: sed expectemus quantum ipse dominus adiuuat imitamur, consi-
uniuersi iudicij domini nostri Iesu Christi, qui u derandas & pertractandas aggredimur. Cecili- *Ca. VIII*
Dissensus à nus & solus habet potestatem & præponendi nos us à Bilta dixit: Ego unum baptismum in Eccle-
concilio præ in Ecclesiæ suæ gubernatione, & de actu nostro sia sola scio, & extra Ecclesiam nullum. Hoc erit
fatur libertatẽ iudicandi. Iam satis quantum arbitror non so- unũ ubi spes uera est & fides certa. Sic enim scriptũ
à Cypriano lum ad epistolam quam Iubaiano scripsit, sed eti est: Vna fides, una spes, unum baptisma: non apud *Ephes. 4*
concessam am ad illam quam ad Quintum dedit, & ad illam hæreticos ubi spes nulla est & fides falsa, ubi om-
Cap. VII quam cum quibusdam collegis ad quosdam colle nia per mendacium aguntur, ubi exorcizat dæmo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

niacus, sacramentum interrogat cuius os & uerba cancer emittunt, fidem dat infidelis, ueniam delictorum tribuit sceleratus, & in nomine Christi tingit antichristus, benedicit à deo maledictus, uitam pollicetur mortuus, pacem dat impacificus, deum inuocat blasphemus, sacerdotiũ administrat prophanus, ponit altare sacrilegus. Ad hæc omnia accedit & illud malum, ut antistes diaboli audeat eucharistiam facere: aut qui illis assistunt, dicant hęc omnia falsa esse de hæreticis. Ecce ad qualia cogitur Ecclesia consentire, & sine baptismo & uenia delictorum cõmunicare compellitur. Quam rem fratres fugere ac uitare debemus, & à tanto scelere nos seperare, et unum baptisma tenere, quod soli Ecclesiæ à deo concessum est. Ad hæc respõdeo quoniam talis est quisquis etiã intus confitetur se deum nosse, factis aũt negat, quales sunt auari & inuidi, & qui propter fraternum odium, non meo sed sancti Ioannis Apostoli testimonio dicuntur homicidæ: & spem non habent, quia malam conscientiam gerunt: & perfidi sunt, quia non id agũt quod deo uouerunt: & mendaces, quia falsa profitentur: & dæmoniaci, quia diabolo cũ angelis eius in suo corde locum præbent: & uerba eorum putredinem operantur, cum corrumpunt bonos mores per colloquia mala: & infideles sunt, quia qđ deus talibus minatur irridẽt: & scelerati, quia nefarie uiuunt: & antichristi, quia mores eorũ Christo aduersantur: & à deo maledicti, quia ubiq; tales sancta scriptura execratur: & mortui, quia carent uita iustitiæ: & impacati, quia cõtrarijs factis cum dei sermone confligunt: & blasphemi, quia per eorum perditos actus nomini Christiano derogatur: & prophani, quia ab illo dei sanctuario spiritaliter interiore secluſi sunt: & sacrilegi, quia in seipsis tẽplum dei male uiuendo corrumpunt: & antistites diaboli, quia fraudi & auaritiæ quæ est idololatria seruiunt. Tales aũt nonnullos, imò plurimos, & Apostolus Paulus & Episcopus Cyprianus etiam intus esse testantur. Cur ergo isti baptizant? Cur etiam quidam qui seculo uerbis & non factis renũciant, ab huiusmodi moribus non mutati baptizantur, & quando mutantur non rebaptizantur? Iam uero quod indignatur & dicit: Ecce ad qualia Ecclesia cogitur cõsentire, & sine baptismo & uenia delictorum cõmunicare cõpellitur: nisi essent cæteri Episcopi qui alios ad ista compellerent, nõ utique diceret. Vnde etiam ostenditur illos tunc ueriora sensisse, qui non recesserunt à pristina consuetudine, quæ postea concilij uniuersitate firmata est. Quid est aũt quod adiungit & dicit: Quamrem fratres fugere ac uitare debemus, & à tanto scelere nos seperare? Si enim hoc ita dicit, ut ista non faciat nec approbet, alia res est: Si autem ut diuersa sentientes damnet & segreget, prioribus resistit uerbis Cypriani, quibus ait: Neminem iudicantes, aut à iure communionis aliquem si diuersum senserit amouentes. Primus Felix à Migirpa dixit: Censeo omnem hominem ab hæresi uerientem baptizandum. Fruſtra enim illic putat se esse baptizatum, quum non sit baptisma nisi in Ecclesia unum & uerum, quia & dominus unus & fides una est in qua stat unum baptisma & sanctitas & cætera. Nam quæ foris exercentur, nullum habent salutis effectum. Ad ea quæ Felix à Migirpa dixit, hæc dicimus: Si non esset baptisma unum & uerum nisi in Ecclesia, non utique esset in eis qui ab unitate discedunt. Est autem in eis, nam id non recipiunt redeuntes, non ob aliud nisi quia non amiserant recedentes. Quod autem ait, nam quæ foris exercentur, nullum habent salutis effectum: consentio, & omnino uerum esse credo. Aliud est enim non ibi esse, aliud nullum habere salutis effectum. Venientibus enim ad catholicam pacem, prodesse incipiunt quæ foris inerant, sed foris non proderant. Polycarpo autem Hadrumetino, quoniam dixit: Qui hæreticorum baptismum probant, nostrum euacuant. Respondemus: Si hæreticorum est baptismus qui per hæreticos datur, auarorum & homicidarum est qui intus à talibus datur. Si autem hoc istorum non est, nec illud illorum est: ac per hoc apud quoscunque sit, Christi est. Nouatus à Thamugade dixit: Licet scimus omnem scripturam testimonium reddere de salutari baptismo, debemus tamen fidem nostram exprimere. Hęreticos & schismaticos ad Ecclesiam uenientes qui pseudobaptizati uidentur, debere eos in fonte perenni baptizare. Et ideo secundum testimonium scripturarum, & secundum decretum collegarum nostrorum sanctissimorum uirorum, omnes schismaticos & hæreticos qui ad Ecclesiam conuersi sunt baptizari, sed & quicunque ordinati uidebantur inter laicos recipi. Nouatus à Thamugade quid fecerit dixit, non autem aliquid attulit unde se ostenderet facere debuisse quod fecit: Nominauit autem testimonium scripturarum & decretum collegarum, sed non inde aliquid protulit quod considerare possemus.

Augusti. Augusti. Cap. X Augusti. Cap. XI Augusti.

Nemesianus à Tubunis dixit: Baptisma quod dant hæretici & schismatici non esse uerũ, ubiq; in scripturis sanctis declaratũ est. Quoniã ipsi præpositi eorum falsi Christi sunt, & falsi Prophetæ, dicẽte domino per Salomonem: Qui fidens est in falsis hic pascit uentos, idem aũt ipse sequitur aues uolantes. Derelinquit autẽ uias uineæ suæ, & à semitis agri sui errauit. Ingreditur autem per auia loca atque arida, & terram destinat à messe, colligit autem manibus sterilitatem. Et iterum: Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis, ut longum uiuas tempus, adijciantur etiam tibi anni uitæ. Et in Euangelio sua uoce dominus noster Iesus Christus locutus est dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in regnum dei. Hic est spiritus qui ab initio ferebatur super aquam: Neque enim spiritus sine aqua operari potest, neque aqua sine spiritu. Male ergo sibi quidam interpretantur, ut dicant, quòd per manus impositionem spiritum sanctum accipiant, & sic recipiantur, quum manifestum sit utroque sacramento debere eos renasci in Ecclesia catholica. Tunc quippe poterunt filij dei esse, dicente Apostolo: Curantes seruare unitatem spiritus

Esprit qui fit reno aqua q tu sanc Cap. XI

Ioan. 3

Ephes.

ritus in coniunctione pacis, unum corpus & unus spiritus, sicut uocati estis in una spe uocationis uestræ, unus dominus, una fides, unum baptisma, unus deus. Et hæc omnia ecclesia catholica loquit: & iterum in Euangelio dicit: Quod natum est de carne, caro est: & quod natum est de spiritu, spiritus est: quoniam spiritus deus est, & de deo natus est. Ergo omnes hæretici & schismatici omnia quę cunque faciunt carnalia sunt dicente Apostolo: Manifesta enim sunt opera carnis, quæ sunt, fornicationes, immunditiæ, incestus, idololatriæ, ueneficia, inimicitiæ, certamina, zelus, ira, diuisiones, hæreses, & his similia, de quibus prædixi uobis sicut prædico, quoniam quicunque hæc faciunt, regnum dei non hæreditabunt. Condemnat æque Apostolus cum omnibus malis & eos qui diuisionem faciunt, hoc est, schismaticos & hæreticos. Nisi ergo acceperint baptisma salutare in ecclesia catholica quæ una est, salui esse non possunt sed cum carnalibus in iudicio domini damnabuntur. Nemesianus à Tubunis multa posuit testimonia scripturarum, sed pro sententia catholicæ quam declarandam & commendandam suscepimus, multa locutus est: Nisi forte putandum est quia non fidit in falsis qui fidit in spe rerum temporalium, sicut omnes auari atq; rapaces, & qui seculo non factis, sed uerbis renuncIant, quales tamen intus & baptizare & baptizari etiam Cyprianus est testis. Ipsi sequuntur etiam aues uolantes, quia non apprehendunt quæ cõcupiscunt. Deserit aũt uias uineę suæ, & à semita agelli errat & ingredit per auia loca atq; arida & terram destinatam siti, consequitur autem manibus infructuosa, non hæreticus tantum, sed omnis qui male uiuit, quia omnis iustitia fructuosa est, & omnis iniquitas infructuosa. Qui uero aquam alienam de fonte extraneo bibunt, non hæretici tantum sunt, sed omnes qui nõ uiuũt secundũ ea quæ docet deus, & uiuũt secundũ ea quæ docet diabolus: Nam si de baptismo diceret, non diceret, ne de fonte extraneo biberis: sed de fonte extraneo non te abluueris. Iam uero quod dominus ait: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei, quid eum adiuuet ad id quod putat, omnino non uideo. Aliud est enim omnis qui intrabit in regnũ cœlorum prius nascitur ex aqua & spiritu, quia nisi renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum: quod dominus dixit & uerum est: Aliud autem, omnis qui nascitur ex aqua & spiritu intrabit in regnum cœlorum: quod utique falsum est. Nam & Simon ille Magus natus erat ex aqua & spiritu, & tamẽ non intrauit in regnum cœlorum: Sic fieri potest ut hæreticis etiam contingat. Aut si non nascitur ex spiritu nisi qui uera conuersione mutatur, omnes qui seculo uerbis & non factis renunciant, non utiq; de spiritu, sed ex aqua sola nascũtur, qui tamen & intus teste Cypriano sunt. Necesse est enim ut unum de duobus concedatur: aut illi qui fallaciter seculo renunciãt, nascuntur de spiritu, quamuis ad perniciem, non ad salutem, atq; ita possunt & hæretici: aut si illud quod scriptum est: Sanctus enim spiritus disciplinę effugiet fictum, etiam ad hoc ualet ut fallaciter seculo renunciantes, non nascantur de spiritu, potest quis baptizari aqua, & non nasci de spiritu: Et frustra Nemesianus ait: Neq; spiritus sine aqua operari potest, nec aqua sine spiritu. Iam uero & alibi sæpe dictum est, quomodo fieri possit, ut habeant communiter unum baptisma, qui Ecclesiam non habent unam: sicut fieri potest in ipsa intus ecclesia, ut non habeant unum spiritum sancti per iustitiam, & immundi per auaritiam, & tamen habeant unum baptisma. Sic enim dictum est, unum corpus, id est, ecclesia, sicut unus spiritus & unum baptisma. Iam cætera quæ dixit, nostræ potius assertioni suffragantur. Posuit enim ex Euangelio testimonium: Quod natum est de carne caro est, & quod natum est de spiritu, spiritus est: quia deus spiritus est, & ex deo natus est, & intulit: Ergo omnes hæretici & schismatici, omnia quæcunq; faciunt carnalia sunt, dicente Apostolo: Manifesta sunt enim opera carnis, quæ sunt fornicationes, immunditiæ, & cætera quæ ibi dicit Apostolus, ubi & hæreses commemorauit, iste executus est, quoniam quicunq; hæc faciunt, regnũ dei non hæreditabunt. Deinde adiecit & dixit: Condemnat itaq; Apostolus cum omnibus malis, & qui diuisionem faciunt: hoc est, schismaticos & hæreticos. Bene, quod enumerans opera carnis, inter quæ & hæreses sunt, inuenit & dixit, simul omnia dãnantem Apostolum. Interroget ergo ipse sanctum Cyprianum, & audiat ab eo cẽ multi etiam intus secundum opera mala carnis uiuunt, quæ cum hęresibus damnat Apostolus, & tamẽ baptizant & baptizantur. Cur ergo soli hæretici dicuntur baptismum habere non posse, quem habent socij damnationis ipsorum? Ianuarius à Lambese dixit: Secundum scripturarum sanctarum authoritatem decerno omnes hæreticos baptizandos, & sic in Ecclesiam sanctam admittendos. Huic respondetur, secundum scripturarum sanctarum authoritatem decreuit concilium catholicum orbis terrarũ, etiam in hęreticis inuentum Christi baptismũ non esse improbandum. Si autem poneret testimonia scripturarum: aut contra nos non esse, aut etiã pro nobis esse demonstraremus: sicut ecce qui eum sequitur Lucius à Castragalba dixit: Cum dominus in Euangelio suo dixerit: Vos estis sal terræ. Si aũt sal infatuatum fuerit, id quod salietur ex eo, ad nihilum ualebit, nisi ut proijciatur foras, & conculcetur ab hominibus: & iterum post resurrectionem suam mittens Apostolos suos mandauerit, dicens: Data est mihi omnis potestas in cœlo & in terra: ite ergo & docete omnes gentes baptizantes eas in nomine patris & filij & spiritus sancti. Quum ergo manifestum sit hæreticos, id est, hostes, non integram sacramenti confessionem habere: Item schismaticos nõ posse condire sapientia spiritali, quum ipsi ab Ecclesia, quæ una est, recedendo infatuati cõtrarij facti sint: fiat sicut scriptũ est: Domus contrariorũ legis debent emendationem: & cõsequens sit eos qui à cõtrarijs baptizati

Ioan. 3 — Gal. 5 — Augustin. — Ioan. 3 — Sapien. 1 — Ioan. 3 — Cap. XIII — Augustin. — Cap. XIIII — Matt. 5 — Matt. 28

inquinati sunt primo purgari, & tum demum ba-
Augusti. ptizari. Lucius à Castragalba ex Euangelio po-
Matt. 5 suit testimoniũ, dicente domino: Vos estis sal ter-
ræ, si autem sal infatuatum fuerit, id quod salietur
ex eo ad nihil ualebit, nisi ut proijciatur foras, &
conculcetur ab hominibus: quasi nos dicamus ho
mines ipsos foras proiectos aliquid ualere, uel ad
suam uel ad aliorum salutem. Sed & qui tales ui-
dentur intus: non solum spiritaliter foris sunt, sed
etiam corporaliter in fine separabuntur: Omnes
enim tales ad nihil ualẽt, nec ideo tamen sacramen
tum baptismatis quod in eis est nihil est: Nam &
in ipsis qui proijciuntur foras, si resipiscant & re-
deant, salus eis quę recesserat redit, baptisma uero
quia non recesserat non redit. Et illud quod ait do
Matt. 28 minus: Ite ergo docete omnes gentes baptizantes
eos in nomine patris & filij & spiritus sancti, non
permisit baptizare nisi bonos, quia malis non dice
Ioan. 20 ret: Si cui dimiseritis peccata, dimittentur ei: si cui
tenueritis, tenebuntur: Quomodo ergo intus ba-
ptizant mali, qui dimittere peccata non possunt?
Quomodo etiam baptizant malos non mutatos,
quorum peccata adhuc super eos sunt, sicut Ioan-
Ioan. 2 nes dicit: Qui odit fratrem suum, in tenebris est
usque adhuc. Si autem tunc dimittuntur, cum se
bonis & iustis per charitatis uinculum coniunxe-
rint per quos in Ecclesia peccata dimittunt, quam
uis à malis baptizati sint, intima charitate coniun
gunt: sic & illis qui forinsecus ueniunt, & ad ean-
dem compaginem corporis Christi, interno uincu
lo pacis accedunt, baptismus tamen Christi in u-
trisq; agnoscendus, & in nullis improbandus est:
siue antequam cõuertantur, quamuis eis nihil pro
sit, siue cum conuertuntur ut prosit. Cum ipsi ab
Ecclesia quæ una est, inquit, recedendo infatuati
cõtrarij facti sunt, fiat sicut scriptum est: Domus
contrariorum legis debent emundationem: con-
sequens est, inquit, eos qui à contrarijs baptizati,
inquinati sunt primo purgari, & tunc demũ bapti-
zari. Quid ergo raptores & homicidæ? non sunt
Exodi 20 contrarij legis dicentis: Non occides, non furabe-
ris? Debent ergo emundationẽ: quis hoc negaue-
rit? Et tamẽ nõ solum quicunq; à talibus intus ba-
ptizantur, sed etiam qui tales nõ mutati baptizan
tur, quamuis adhuc purgationem debeant ut mu-
tentur, non tamen amplius cum mutati fuerint ba
ptizantur. Tanta uis est in sacramẽto simplicis ba
ptismi, ut cum fateamur aliquẽ baptizatum, & ad-
huc male uiuentem debere mundari, uetemus ta-
Cap. XV men ulterius baptizari. Crescens à Cirta dixit:
In tanto cœtu sanctissimorum sacerdotum lectis
literis Cypriani dilectissimi nostri ad Iubaianum,
itemq; ad Stephanum, quæ tantum in se sanctissi-
morum ex scripturis deificis testimoniorum con-
tinent, ut merito omnes per dei gratiam adunati
consentire debeamus, censeo ego omnes hæreti-
cos siue schismaticos, qui ad catholicã Ecclesiam
uenire uoluerint, non ante ingredi nisi exorcizati
& baptizati fuerint, exceptis his sanè qui in Eccle
sia catholica fuerant ante baptizati, ita tamen ut
per manus impositionem in pœnitentiam Eccle-

A siæ reconcilientur. Respondetur: Hic admone- Augus.
mur iterum quærere, cur dixerit exceptis his sanè
qui in Ecclesia catholica fuerant ante baptizati?
An quia non amiserant quod intus acceperant? ergo quod habere foris poterant, cur non & tradere
poterant? An illicite foris traditur? Sed neq; licite
foris habetur, & tamẽ habetur: Sic illicite foris da
tur, sed tamen datur. Quod autem præstatur re-
deunti qui intus acceperat, hoc præstatur uenien-
ti, qui foris acceperat: id est, ut licite intus habe-
at, quod illicite foris habebat. Sed aliquis forsitan
quærat, quid de hac re beati Cypriani epistola ad
Stephanum differit, cuius in hac sententia com-
memoratio facta est, cum in exordio concilij non
sit commemorata: credo quia non sit putatum ne-
B cessarium: Nam & ipsam in isto cœtu consacerdo
tum lectam esse dixit, quod factum omnino nõ du
bito, quantum arbitror, ut fieri solet, quo possent
iam congregati Episcopi etiam de illa causa simul
aliquid cognoscere, quæ in illa epistola contine-
tur. Nam prorsus ad quæstionem præsentem non
pertinet, & magis miror cum eam iste comme-
morare uoluerit, quàm cur in exordio concilij cõ-
memoratio eius prætermissa sit. Quòd si quisquã
arbitratur me aliquid noluisse in medium profer-
re, quod in ea positum est præsenti causæ necessa-
rium, legat eam & sciat uerum esse quod dico:
Aut si aliud inuenerit, redarguat. Prorsus enim il-
la epistola de baptismo apud hæreticos uel schis-
maticos dato, unde nunc agimus, nihil habet.

C Nicomedes à Segermis dixit: Mea sententia Cap. XVI
hæc est, ut hæretici ad Ecclesiam uenientes bapti-
zentur, eò quòd nullam foris apud peccatores re-
missionem peccatorum cõsequantur. Cui respon- Augus.
detur: Vniuersę Ecclesiæ catholicę sententia hæc
est, ut hæretici quamuis in hæresi iam Christi ba-
ptismo baptizati ad Ecclesiam uenientes non ba-
ptizentur. Si eĩ nulla est apud peccatores remis-
sio peccatorum, nec intus peccatores peccata di-
mittunt, & tamen ab eis baptizati no rebaptizan-
tur. Monnalus à Girba dixit: Ecclesiæ catholi- Cap. X
cæ matris nostræ ueritas apud nos fratres semper
mansit & manet, uel maxime in baptismi trinitate,
domino dicente: Ite baptizate gentes in nomine Matt. 2
patris & filij & spiritus sancti. Cũ ergo manifeste,
D inquit, sciamus hæreticos nec habere patrem, nec
filium, nec spiritum sanctum, debent uenientes ad
Ecclesiam matrem nostrã uere renasci & bapti-
zari, ut cancer quod habebant, & damnationis &
iræ & erroris offectura, per sanctum & cœleste la-
crum sanctificetur. Huic respondemus, patrem Aug
& filium & spiritum sanctum in sacramento dun-
taxat habere omnes qui baptismo uerbis Euange-
licis consecrato baptizantur, in corde autem & in
uita nec illos habere, qui intus perdite & execrabi
liter uiuunt Secundinus à Chezas dixit: Cum Cap. X
dominus noster Iesus dicat: Qui mecum non est, Matt. 1
aduersum me est: Et Ioãnes Apostolus eos qui ab
Ecclesia exeunt antichristos dicat: indubitanter
hostes Christi, quiq; antichristi nominati sunt, gra
tiam baptismi salutaris ministrare non possunt: &

ideo

ideo censeo eos qui de hæreticorum insidijs con- A fugiunt ad Ecclesiam, baptizandos esse à nobis,
August. qui amici appellati sumus de eius dignatione. Cui
respondetur: Christi aduersarios omnes esse, qui-
Matt. 7 bus dicentibus: Domine in nomine tuo uirtutes
multas fecimus, & alia quæ ibi dicunt, in fine di-
cturus est: Non noui uos, discedite à me omnes o-
perarij iniquitatis: quæ tota palea si usq; in finem
in malitia perseuerauerit, siue ante uentilationem
eius aliquid foras uolet, siue intus esse uideatur,
igni destinata est. Si ergo propterea baptizandi
sunt ad Ecclesiam uenientes hæretici ut ab amicis
dei baptizentur, nunquid illi auari, raptores, ho-
micidæ, amici dei sunt, aut quos baptizauerint de
Cap. XIX nuo baptizandi sunt? Felix à Bagai dixit: Sicut
Matt. 15 cæcus cæcum ducens ambo in foueam cadunt, ita
B hæreticus hæreticum baptizans simul in mortem
cadunt. Hoc uerum est, sed non propterea uerum
August. est quod adiungit: Et ideo, inquit, *hæreticus* bapti
zandus est & uiuificãdus, ne nos *uiui mortuis* cõ-
municemus. Nónne *mortui erant qui* dicebant:
1. Cor. 15 Manducemus & bibamus, cras enim moriemur?
Non enim credebant *resurrectionem* mortuorũ.
Qui ergo *istorum colloquijs* malis corrumpeban
tur & eos *sequebantur*, nõne pariter cum eis in fo
ueam cadebant? Et *in* eis tamen erant *isti* quibus
scribebat Apostolus iã baptizatis, nec tamẽ ideo si
corrigerentur denuo baptizarentur. Nónne idem
Rom. 8 Apostolus ait; Sapere secundum carnẽ mors est?
Et utiq; secundum carnem sapiebant auari, frauda
tores, raptores, inter quos gemebat ipse Cypria-
C nus. Quid ergo illi in unitate uiuenti oberãt mor-
tui? Aut quis dicat baptismum Christi quod tales
haberent uel darent, eorũ iniquitatibus fuisse uio-
Cap. XX latum? Pollianus à Mileui dixit: Iustũ est hæreti
cum in Ecclesia Christi baptizari. Respondetur:
August. Nihil quidẽ breuius dici potuit. Sed puto & hoc
breue est: Iustum est baptismum Christi non exsuf-
Cap. XXI flari in Ecclesia Christi. Theogenes ab Hippo-
ne regio dixit: Secundum sacramentum gratiæ cœ
lestis quod accepimus, unum baptismum quod est
August. in Ecclesia sancta credimus. Respondetur: Potest
& mea esse sententia. Sic enim librata est, ut nihil
habeat contra ueritatem: Nam & nos unũ baptis-
mum quod est in Ecclesia sancta credimus. Si aũt
dixisset, quod est in sola Ecclesia sancta credimus:
respondendum erat sicut cæteris. Nunc uero quia
D sic dictũ est, unũ baptisma quod est in Ecclesia san-
cta credimus: ut esse quidem in Ecclesia sancta di-
ceretur, sed & alibi esse non negaret, quodlibet ille
senserit contra hæc uerba disputare non opus est.
Si enim de me singula quærerentur, utrum esset u
num baptisma: responderem unum esse. Deinde si
interrogarer, utrum hoc esset in Ecclesia sancta: re
spõderem hoc esse. Tertio si quæreretur, utrũ hoc
baptisma crederem: respõderem ita me credere: ac
per hoc unũ baptisma quod est in Ecclesia sancta
me credere responderem. Si autem quæreretur, u-
trum in sola sancta esset Ecclesia, & apud hæreti-
cos uel schismaticos non esset: non me ita credere
cum tota Ecclesia responderem. Sed quia hoc ille

in sententia sua nõ posuit, puto esse improbum ut
ego illi addam uerba contra quę disputem, quę ibi
non inueni. Ita enim si diceret, una est aqua Eu-
phratę fluminis, quæ est in paradiso: uerum utique
diceret: Sed si interrogaretur, utrum in solo paradi
so esset ista aqua, & ita esse diceret, falsum diceret.
Est enim & prẽter paradisum in his terris, in quas
ab illo fonte permanat. Sed quis est tam temerari-
us qui dicat hoc eum responsurum fuisse quod fal
sum est, cum posset fortasse hoc respondere quod
uerum est? Quapropter uerba huius sententiæ nõ
debent habere contradictionem, quia nihil impe-
diunt ueritatẽ. Datiuus à Badis dixit: Nos quã- *Cap. XXII*
tum in nobis est, hæretico non cõmunicamus, nisi
baptizatus in Ecclesia fuerit, & remissionem pec-
catorum acceperit. Respondetur: Si propterea uis *August.*
eum baptizari, quia non accepit remissionem pec
catorum, si intus aliquẽ inueneris qui tenens odiũ
aduersus fratrem sic baptizatus sit, cum dominus
mentiri nõ possit, qui ait: Si nõ dimiseritis, nec uo *Matt. 6*
bis dimittetur, iubebis correctum denuo baptiza-
ri? Non utiq;. Sic ergo nec hæreticũ. Sane iste cur
non breuiter dixerit: Nos hæretico non cõmunica
mus: sed addidit quantum in nobis est: non est præ
tereundum. Vidit enim plures huic sententię con
sentire, à quorum tamen consortio ne uiolaretur
unitas, se isti separare non possent, & addidit, quan
tum in nobis est: utiq; demonstrans non uolunta-
te se cõmunicare his quos arbitrabatur baptismũ
non habere, sed tamen omnia bono pacis & unita-
C tis esse toleranda: quod & illi faciebant qui istos
non recte facere sentiebant, & illud tenebãt quod
postea melius declarata ueritas docuit, & antiqui-
or consuetudo concilio posteriore firmata robusti
us persuasit: inuicem se tamen, cum salua charita-
te diuersa sentirent, solicita pietate tolerauerunt,
studentes seruare unitatem spiritus in uinculo pa-
cis, donec alteris eorum si quid aliter saperent, id
quoque deus reuelaret. Hoc isti audiant à quibus
per hoc concilium unitas oppugnatur, per quod
concilium quantum amanda sit unitas declara-
tur. Successus à Birgermaniciana dixit: Hære *Ca. XXIII*
ticis aut nihil licet, aut totum licet. Si possunt ba-
ptizare, possunt & spiritum sanctum dare: Si au-
tem spiritum sanctum dare non possunt, quia non
habent spiritum sanctum, nec baptizare spirituali-
D ter possunt: Propterea censemus hæreticos bapti-
zandos esse. Huic prope totidem uerbis ita respõ-
deri potest: Homicidis aut nihil licet, aut totum li- *August.*
cet. Si possunt baptizare, possunt & spiritum san-
ctum dare: Si autem spiritum sanctum dare non
possunt, quia non habent spiritum sanctum, nec
baptizare spiritualiter possunt. Propterea censẽ-
mus ab homicidis baptizatos, uel homicidas ba-
ptizatos atq; in melius nõ mutatos, cũ se correxe
rint baptizari. At hoc non est uerum. Qui enim o *1. Ioan. 3*
dit fratrem suum homicida est: Et tales nouerat in
tus Cyprianus, qui utiq; baptizabant. Frustra er-
go talia de baptizãdis hæreticis dicta sunt. For- *Ca. XXIIII*
tunatus à Thuccabori dixit: Iesus Christus domi-
nus & deus noster, dei patris & creatoris filius, su-

Universidad de Deusto
Biblioteca

per petram ædificauit ecclesiã suam, nõ super hæresim: & potestatem baptizandi Episcopis dedit, non hæreticis. Quare? Quia extra ecclesiam sunt, & contra Christũ stantes, oues eius & gregẽ spar-
Augusti. gunt, baptizare foris non possunt. Respõdemus: Ad hoc addidit, foris, ut ei iam breuiter responderi non possit: Nam & huic totidem penè uerbis responderetur: Iesus Christus dominus & deus noster, dei patris & creatoris filius, super petram ædificauit ecclesiam, non super iniquitatem: & potestatem baptizandi Episcopis dedit, non iniquis. Quare? Quia non pertinent ad petram super quã ædificant qui uerba dei audiunt & faciunt, sed contra Christum uiuentes audiendo uerba eius & nõ faciendo, ac per hoc super arenam ædificando, oues eius & gregem perditorum morum exemplo corrumpunt, baptizare non possunt. Nunquid non possit hoc uerisimiliter dici? & tamen falsum est. Baptizant quippe iniqui, quoniam iniqui sunt illi raptores, quos in unitate secum positos Cyprianus arguebat. Sed ideo, inquam, addidit foris. Cur ergo isti foris baptizare non possunt? An
De conf. dist. 4. cap. quomodo deus quia peiores sunt eo ipso quo foris sunt? Sed nihil interest ad integritatem baptismi, quanto peior id tradat. Neque enim tantum interest inter malum & peiorem, quantum interest inter bonum & malum: & tamen cum baptizat malus, non aliud dat quàm bonus: Ergo & cum baptizat peior, non aliud dat quàm ille qui minus est malus. An forte non ad hominis meritum, sed ad ipsius baptismi sacramentum pertinet, ut foris dari nõ possit? Si hoc ita esset, nec haberi foris posset, & toties necesse esset baptizari, quoties recedẽs quisque ab ecclesia rursus ad ecclesiam remeasset. Iam uero diligentius quæramus quid sit foris, maxime quia ipse cõmemorationem fecit petræ super quã ædificatur ecclesia, nónne illi sunt in ecclesia qui sunt in petra? Qui autem in petra non sunt, nec in ecclesia sunt. Iam ergo uideamus utrum super petram ædificium suũ constituant, qui audiunt Christi uerba & non faciunt. Contradicit eis ipse dominus dicens: Qui audit uerba mea hæc & facit ea,
Matt. 7 similabo eum uiro prudenti, qui ædificat domum suam super petram. Et paulopost: Qui audit uerba mea hæc & non facit ea, similabo eum uiro stulto, qui ædificat domum suam super arenam. Si ergo in petra est ecclesia, illi qui super arenam sunt, quia extra petram sunt, profecto extra ecclesiam sunt. Recordemur itaque quàm multos commemoret Cyprianus uelut intus positos qui ædificãt super arenam: id est, audiunt uerba Christi & non faciunt. Et ideo quia super arenam sunt, extra petram esse conuincuntur, quod est extra ecclesiam: Tamen quamdiu ita sunt, & nondum uel nunquã in melius commutantur, baptizant & baptizantur, & baptismus quem habent, illis ad damnationem destinatis integer manet. Neque hoc loco dici potest, quis enim facit omnia uerba domini, quæ in ipso sermone Euangelico cõscripta sunt, quem concludens, ait ædificare super petram qui eadem uerba audirent & facerent: super arenam autem, A qui audirent & non facerent: quia & si à quibusdam non implentur omnia, in eodem tamẽ sermone posuit medicinam dicens: Dimittite & dimit- *Luce 6* tetur uobis. Et post orationem dominicam in eodem ipso sermone commemoratam atque conserip- *Matt. 6* tam: Dico enim uobis, inquit, si dimiseritis peccata hominibus, dimittet & uobis pater uester peccata uestra: Si autem non dimiseritis hominibus, neque pater uester dimittet uobis. Hinc & Petrus *1. Pet. 4* ait, quia charitas cooperit multitudinem peccatorum, quam utique non habebant illi, ac per hoc super arenam ædificabant. De quibus idem Cyprianus dicit, quòd intus in maleuola inuidia etiam temporibus Apostolicis sine charitate conuersabantur, & ideo intus quidem esse uidebantur, sed B foris erant, quia in illa petra per quam significatur ecclesia non erant. *Cap. XXV* Sedatus à Tuborbo dixit: Inquantum aqua sacerdotis prece in ecclesia sanctificata abluit delicta, intantum hæretico sermõe uelut cancere infecta cumulat peccata: Quare omnibus pacificis quidem uiribus nitendũ est, ne quis hæretico errore infectus & tinctus, singulare & uerũ baptisma detracter accipere, quo quisquis non fuerit baptizatus à regno cœlorum fiat alienus. Huic respondetur: Quia si non sanctificatur aqua cum aliqua erroris uerba per imperitiam precator effundit, multi non solum mali, sed etiam boni fratres in ipsa ecclesia non sanctificant aquam. Multorum enim preces emendantur quotidie, si doctioribus fuerint recitatę, & multa in eis C reperiuntur contra catholicam fidem: Nunquid si manifestetur aliquos baptizatos, cum illæ preces dictæ super aquam fuissent, iubebuntur denuo baptizari? Quid ita? Quia plerunque precis uitium superat precantis affectus: & quia certa illa Euangelica uerba, sine quibus non potest baptismus consecrari, tantum ualent, ut per illa sic euacuentur quæcunque in prece uitiosa contra regulam fidei dicuntur, quemadmodum dæmonium Christi nomine excluditur. Nam utique hæreticus si afferat precem uitiosam, nec habeat bonum charitatis affectum, quo possit illa imperitia superari, & ideo similis est ei quicunque in ipsa catholica inuidus & maleuolus, quales illic arguit Cyprianus: afferat etiam, ut fieri solet, aliquam precem, D in qua loquatur contra regulam fidei: multi quippe irruunt in preces, non solum ab imperitis loquacibus, sed etiam ab hæreticis compositas, & per ignorantiæ simplicitatem, non eas ualentes discernere, utuntur eis arbitrantes quòd bonæ sint: nec tamen quod in eis peruersum est euacuat illa quæ ibi recta sunt, sed ab eis potius euacuatur: sicut in ipso homine bonæ spei & probabilis fidei, sed tamen homine, si quid aliter sapit nõ inde euacuantur quæ recte sapit, donec ei deus reuelet & quod aliter sapit. Si autem ipse malus est atq; per- *Philip. 3* uersus, si precem integram dicat, & nulla ex parte fidei catholicæ aduersam, non ideo ipse rectus est quia illa recta est: & si in aliquibus peruersam precem afferat, deus adest uerbis Euangelicis suis, sine quibus baptismus Christi cõsecrari non potest:

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& ipse sanctificat sacramentū suū, ut homini siue antecp̄ baptizet, siue cum baptizatur, siue postea quandocp̄ ad se ueraciter cōuerso, idipsum ualeat ad salutē, quod ad perniciē nisi cōuerteretur uale ret. Cæterum quis nesciat nō esse baptismū Christi, si uerba Euāgelica quibus symbolū cōstat illic defuerint? Sed facilius inueniūtur hæretici qui omnino nō baptizent, q̄m qui non illis uerbis baptizent. Ideocp̄ dicimus non omnē baptismum, nam in multis idolorū sacrilegis sacris baptizari homines perhibentur, sed baptismū Christi, id est, uerbis Euangelicis consecratū, ubicp̄ eundē esse, nec hominum quorūlibet & qualibet peruersitate uiolari. Sanè in ista quocp̄ sententia non negligenter omittēdum est, quod hic interposuit & ait, Quare omnibus pacificis quidem uiribus nitendum est, ne quis hæretico errore infectus, & cætera. Respexit enim uerba illa beati Cypriani dicētis, Neminem iudicātes, aut à iure communionis aliquē si diuersum senserit amouentes. Ecce quantū ualeat in bonis ecclesiæ filijs amor unitatis & pacis, ut quos dicebant sacrilegos & prophanos, sine baptismo ut arbitrabantur admissos, si eos quantum putabant corrigere nō ualerent, eligerent potius
Mat. 3 tolerare, q̄m propter eos sanctum illud uinculum rumpere, ne propter zizania eradicaretur simul & triticum, permittētes quantū in ipsis erat, sicut
3. Reg. 3 in illo nobilissimo iudicio Salomonis, infantile corp⁹ à falsa matre nutriri potius, q̄m cōcidi. Hoc autem & illi faciebant qui de baptismi sacramento uerius sentiebant, & isti quibus pro merito tan
Phil. 3 tæ charitatis deus erat reuelaturus, si quid aliter sa
Ca. XXVI piebant. Priuatianus à Sufetula dixit, Qui hæreticos potestatem baptizandi habere dicit, dicat prius quis hæresim condiderit. Si enim hæresis à deo est, habere indulgētiam diuinam potest: si uero à deo non est, quomodo gratiam dei aut habe-
August. re aut conferre alicui potest? Huic totidem uerbis ita responderi potest, Qui maleuolos & inuidos potestatē baptizādi habere dicit, dicat prius quis maleuolentiam inuidiamcp̄ cōsiderit. Si enim maleuolentia & inuidia à deo est, habere & indulgētiam diuinam potest. Si uero non est, quomodo aut gratiā dei habere aut conferre alicui potest? Sed sicut ista eodem modo dicta manifestissime falsa sunt, sic etiam illa quæ ut cōuincerentur hæc dicta sunt. Baptizāt enim maleuoli & inuidi, sicut concedit ipse Cyprianus, quia eos etiam intus esse testatur. Sic ergo possunt etiam hæretici baptizare, quia baptismus Christi sacramentum est. Inuidia uero & hæresis opera diaboli, quæ quisquis habuerit, non hinc efficit, ut si habet sacramētum Christi, etiam ipsum numeretur inter opera dia-
Caput boli. Priuatus à Sufibus dixit, Qui hæretico-
XXVII rum baptismum probant, quid aliud quàm hære-
August. ticis communicant? Huic respondetur, Non est baptismus hæreticorum, quem in hæreticis probamus: sicut nō est baptismus auarorum, inuidorum, quem probamus in eis, Omnes quippe isti iniqui sunt, sed iustus est Christus, cuius in se sacramentum quod ad ipsum attinet, sua iniquitate non uiolant: alioquin posset alius dicere, qui iniquorum baptismum probant, quid aliud quàm iniquis communicant? Quod ipsi catholicæ si qs obijceret, responderetur ei quod huic modo responsum est. Hortensianus à Laribus dixit, Caput
Quot sint baptismi, uiderint præsumptores aut XXVIII
fautores hæreticorum, Nos unū baptisma quod non nisi in Ecclesia nouimus, Ecclesiæ uendicamus: Aut quomodo possunt nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit aduer
August. sarios suos esse? Huic simili tenore uerborum ita respondemus, Viderint autem præsumptores aut fautores iniquorum, Nos unum baptisma nouimus, quod non nisi in Ecclesia nouimus, quod ubicunq̄ inuentum quando possumus ad Ecclesiam reuocamus: Aut quomodo possunt in nomine Christi aliquem baptizare, quos ipse Christus dicit aduersarios suos esse? Omnibus quippe iniquis dicit, Non noui uos, recedite à me qui operamini iniquitatem: & tamen cum baptizant non Mat. 7
Io. 1 ipsi baptizant, sed ille de quo Ioannes dicit, Ipse
Ca. XXIX est qui baptizat. Cassius à Macomadibus dixit, Cum baptismata duo esse non possint, qui hæreticis baptismum concedit, sibi tollit. Censeo itaq̄ flebiles & tabidos hæreticos baptizandos esse cū ad Ecclesiam uenire cœperint, & sacra & diuina lauatione lotos, & lumine uitæ illuminatos, non hostes sed pacificos, non alienos, sed fidei domini domesticos, nō adulterinos sed dei filios, non erroris sed salutis effectos, in Ecclesiam recipi, absq̄ his qui de Ecclesia fideles supplantati, ad
C hæresis tenebras transierunt, sed eos per manus impositionem restituendos. Respondetur, posset August.
alius dicere, Cū Christi baptismata duo esse non possint, qui iniquis baptismū concedit, sibi tollit. Sed nobiscū etiam isti resisterent & dicerent, Cōcedimus iniquis baptismum, qui non ab ipsis in ipsis est, sicut iniquitas, sed à Christo cuius est æquitas, & cuius sacramentum etiam apud iniquos non est iniquum. Quod ergo nobiscum de iniquis dicerent, hoc sibi de hæreticis dicant, & ideo quod sequitur, ita potius erat dicendū, Censeo itaq̄ flebiles & tabidos hæreticos non baptizandos esse cum ad Ecclesiam uenire cœperint, si habent iam baptismum Christi, sed à sua peruersitate corrigendos. Nam etiam de iniquis dici
D potest, quorum portio sunt hæretici, Censeo itaq̄ flebiles & tabidos iniquos, si iam baptizati sunt, non baptizandos esse cum ad Ecclesiam, id est, ad illam petram extra quam sunt omnes qui audiunt uerba Christi & non faciunt, uenire cœperint: sed sacra & diuina lauatione iam lotos, tūc autem & lumine uitæ illuminatos, nō hostes sed pacificos, nam iniqui non habent pacem: non alienos, sed fidei domini domesticos, nam iniquis dictum est, Quomodo conuersa es in amaritudinē Hier. 2
uitis aliena? non adulterinos sed dei filios, nam iniqui sunt filij diaboli: non erroris sed salutis effectos, nam nō saluat iniquitas: in Ecclesiam recipi, id est, in illam petram, in illā columbam, in illum ortum cōclusum & fontem signatum, qui nō nisi

in tritico, non aũt in paleis agnoſcitur, ſiue longe à uento ſeparentur, ſiue uſq; ad ultimã uentilationem frumento commixti uideantur. Fruſtra ergo Caſſius addidit, Abſq; his qui in eccleſia fideles ſupplantati, ad hæreſis tenebras tranſierãt. Si eñ & ipſi ab Eccleſia recedẽdo baptiſmũ amiſerãt, etiam ipſis reddatur: ſi aũt non amiſerãt, quod per eos datum eſt agnoſcatur. Alius Ianuarius à uico Cæſaris dixit, Si non obtemperat error ueritati, multo magis ueritas non conſentit errori, & ideo nos eccleſię aſſiſtimus in qua præſidemus, ut baptiſmum eius ipſi ſoli uendicantes, eos quos eccleſia nõ baptizauit, baptizemus. Reſpondetur, Quos eccleſia baptizat, utiq; petra illa baptizat, extra quam ſunt omnes qui audiunt uerba Chriſti & non faciunt. Baptizentur ergo quicũq; à talibus baptizati ſunt. Quod ſi non fit, ſicut in iſtis, ita in hæreticis baptiſmus Chriſti, eorum iniquitate & peruerſitate damnata ſiue correcta, agnoſcendus & approbãdus eſt. Alius Secundinus à Carpis dixit, Hæretici Chriſtiani ſunt an non? Si Chriſtiani ſunt, cur in eccleſia dei non ſunt? Si Chriſtiani non ſunt, fiant. Aut quò pertinebit ſermo domini dicentis, Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & q non colligit mecũ, ſpargit. Vnde cõſtat ſuper filios alienos & ſoboles antichriſti ſpiritum ſanctũ per manus impoſitionẽ tantũmodo nõ poſſe deſcendere, cũ manifeſtũ ſit hæreticos baptiſma non habere. Huic reſpondetur, Iniqui Chriſtiani ſunt an non? Si Chriſtiani ſunt, cur in illa petra non ſunt in qua ædificatur eccleſia: audiunt enim uerba Chriſti & non faciunt: Si Chriſtiani nõ ſunt, fiant: Aut quò pertinebit ſermo domini dicentis, Qui non eſt mecum, aduerſum me eſt: & qui mecũ non colligit ſpargit: Spargunt eñ oues eius, qui eas ad morum ſuorũ labem praua imitatione perducunt. Vnde cõſtat ſuper filios alienos q; oẽs iniqui appellanť & ſoboles antichriſti, q; ſunt omnes iniqui qui Chriſto aduerſantur, ſpiritum ſanctum per manus impoſitionem tantũ modo non poſſe deſcendere, ſi cordis non aſſit uera conuerſio, cum manifeſtũ ſit iniquos quamdiu iniqui ſunt, baptiſma quidẽ poſſe habere, ſed ſalutem cuius ſacramẽtum baptiſma eſt, habere non poſſe. Videamus enim ſi hæretici deſcribuntur in Pſalmo illo, ubi de filijs alienis ita dicitur, Domine libera me de manu filiorum alienorum, quorũ os locutũ eſt uanitatem, & dextera eorum dextera iniquitatis: quorũ filij uelut nouellæ conſtabilitæ, filiæ eorũ ornatæ ſicut ſimilitudo templi. Cellaria eorum plena, eructantia ex hoc in hoc: Oues eorum fœcundæ multiplicantes in exitibus ſuis, boues eorum craſſæ, Non eſt ruina maceriæ neq; exitus, neq; clamor in plateis eorum, Beatũ dixerunt populum cui hæc ſunt, beatus populus cuius eſt dominus deus ipſius. Si ergo iſti ſunt filij alieni, qui in rebus temporalibus & abundantia terrenæ fœlicitatis beatitudinem ponunt, & diuina præcepta contemnũt, uideamus ſi non ijdem ipſi ſunt de quibus Cyprianus ita dicit, in ſe quoque transfigurans eos, ut de his ſe dicere oſtẽdat,

Caput XXX

Auguſt.

Caput XXXI

Mat. 12

Auguſt.

Mat. 23

Pſal. 143

cum quibus ſacramẽta communicabat. Dum uiã domini, inquit, non tenemus, nec data nobis ad ſalutem cæleſtia mãdata ſeruamus, Fecit dominus noſter uoluntatem patris, & nos non facimus domini uoluntatem, patrimonio & lucro ſtudentes, ſuperbiam ſectantes: & cætera. At ſi iſti baptiſmũ & habere & tradere poterant, cur negať eſſe poſſe in filijs alienis, quos tamẽ hortatur ut cœleſtia mandata ſeruando, miſſa ſibi per unicum filium, fratres eius & filij dei eſſe mereantur? Victorianus à Thabraca dixit, Si licet hęreticis baptizare, & remiſſam peccatorum dare, quid illos infamamus ut hæreticos appellemus? Reſpondeť, Quid ſi alius diceret, Si licet iniquis baptizare, & remiſſam peccatorum dare, quid illos infamamus, ut iniquos illos appellemus? Quod huic reſpõdeť de iniquis, hoc & illi reſpondeatur de hæreticis: id eſt, neq; eorum eſſe baptiſmũ quod baptizant, & non eſſe conſequẽs ut quiſquis habet baptiſmũ Chriſti, etiam de peccatorũ remiſſione ſecurus ſit: ſi hoc in ſacramento tantum habet, nec ueraci cordis conuerſione conuerſus eſt, ut dimittenti dimitterẽtur. Alius Felix ab Vtina dixit, Nemini dubium eſt ſanctiſſimi conſacerdotes non tatũ poſſe humanam præſumptionem, quantum domini noſtri Chriſti adorandam & uenerabilem maieſtatem. Memores ergo periculi, hoc quoq; non tãtum obſeruare debemus, uerumetiã ab omnibus nobis confirmare, ut omnes hæretici qui ad ſinũ matris eccleſiæ accurrunt baptizẽtur, ut mẽs hæretica quę diuturna tabe polluta eſt, ſanctificatione lauacri purgata in melius reformetur. Fortaſſis iſte qui in diuturna tabe purgandi cauſam poſuit, cur deberent hæretici baptizari, parceret eis qui in aliquam hæreſim irruentes ex quo illic tẽpore fuiſſent, & cito correcti ad catholicam inde migraſſent. Deinde & ipſe parum aduertit ita dici poſſe, ut iniqui omnes qui ad illam petram in qua eccleſia ſignificatur accurrunt, baptizentur, ut mens iniqua quæ extra petram in arena ædificabatur, audiendo uerba Chriſti & nõ faciendo, ſanctificatiõe lauacri purgata in melius reformetur: & tamen non fit, ſi iam baptizati ſunt, etiam ſi probentur tales fuiſſe cum baptizarentur: id eſt, ut ſeculo uerbis & non factis renunciarent. Quietus à Buruc dixit, Qui fidem uiui- mus, obſequi his quæ inſtruẽdis nobis ante præ dicta ſunt, credula obſeruatione debemus, Nam ſcriptum eſt apud Salomonem, Qui baptizatur à mortuo, & iterum tangit mortuum, quid proficit lauatio eius? Quod utiq; de his qui ab hæreticis tinguntur, & de tingentibus loquitur. Si enim qui apud illos baptizantur per remiſſionem peccatorum uitam æternam conſequuntur, cur ad eccleſiam ueniũt? Si uero à mortuo nihil ſalutis accipitur, ac propterea cognito errore priſtino, ad ueritatem cum pœnitentia reuertuntur, uno uitali baptiſmate, quod in eccleſia catholica eſt, ſanctificari debebant. Reſpondetur, Quid ſit à mortuo baptizari, ſine præiudicio diligẽtioris eiuſdẽ ſcripturę conſiderationis, alibi iam diximus. Quæro autem

Caput XXXII

Auguſt.

Eccl. 34

Auguſt.

aut cur hæreticos solos uelint intelligi mortuos,
Rom.6.8 cũ Paulus Apostolus generaliter de peccato dixe
1.Tim.5 rit, Stipendiũ peccati mors. Et iterũ, Sapere autẽ
secundum carnẽ mors est. Et cũ mortuã dicat ui-
duã quæ in delicijs uiuit, quomodo nõ sunt mor-
tui, qui seculo uerbis & non factis renunciant?
Quid ergo proficit lauatio eius qui ab istis bapti-
zat, nisi quia & ipse si talis est, lauacrũ quidẽ ha-
bet, sed nõ ei proficit ad salutẽ? Si aũt ille à quo ba
ptizat talis est, iste uero nõ falso corde ad deũ cõ-
uertitur, nõ ab illo mortuo baptizat, sed ab illo ui
Io.1 uo de quo dictũ est, Ipse est qui baptizat: quolibet
corporaliter hoc operãte baptizet. Quod aũt ait
de hæreticis, Si eñ qui apud illos baptizãtur, per
remissionẽ peccatorũ uitam æternã cõsequuntur,
cur ad ecclesiã ueniunt? Respõdetur, ideo ueniũt,
quia etiã si Christi baptismũ usq; ad sacramenti ce
lebrationẽ perceperũt: tamẽ uitã æternam nisi per
unitatis charitatẽ nõ cõsequunt, Sicut nec illi ma
leuoli & inuidi quibus non dimitterent peccata,
nec si aduersus eos odiũ tenerent à quibus paterẽ
Mat.6 tur iniuriam, quia ueritas dixit, Si nõ dimiseritis,
nec pater uester dimittet uobis: quanto magis cũ
Psal.34 eos oderant, quibus retribuebãt mala pro bonis.
Nec tamẽ isti seculo uerbis solis & nõ factis renũ
ciantes, si postea corrigãtur rursus baptizarẽtur,
Mat.7 sed uno uitali baptismate sanctificarentur, Quod
Cant.6 quidẽ in catholica est, sed nõ in sola, sicut nec in
sanctis solis, qui ædificati sunt super petram, & ex
Caput quibus unica illa columba perficitur. Castus
XXXV à Sicca dixit, Qui contẽpta ueritate præsumit cõ
Dist.8.cap. suetudinem sequi, aut circa fratres inuidus est &
qui contẽpta malignus quibus ueritas reuelatur, aut circa deũ
Augst. ingrat⁹ est, cuius inspiratiõe Ecclesia eius instrui-
tur. Respondetur, Iste si cõuinceret eos qui diuer-
sa sentiebãt & hoc tenebãt, quod etiã totus orbis
postea Christiano cõcilio confirmatus obtinuit,
ita consuetudinẽ sequi, ut cõtemnerẽt ueritatem,
hæc uerba formidare deberemus. Cũ uero illa cõ
suetudo & à ueritate propagata & ueritate robo-
rata reperiatur, nihil in hac sententia pertimesci-
mus: & tamẽ si illi circa fratres inuidi erant & ma
ligni, aut circa deũ ingrati, ecce qualibus cõmuni
cabãt, ecce quales diuersa sentiẽtes, sicut Cypria-
nus prædixit, à iure cõmunionis nõ amouebant,
ecce à quibus nõ polluebant in cõuersatione uni
tatis, ecce quantũ amandũ sit uinculũ pacis, ecce
quid cõsiderãt qui nobis de prædecessorũ Episco
porũ cõcilio calumniant, quorũ charitatẽ nõ imi
tantur, & quorũ exẽplo cõsiderato iure dãnant.
si cõsuetudo erat sicut hæc sententia testis est, ut
hæretici uenientes ad Ecclesiã cũ baptismate quod
habebãt susciperent, aut hoc recte fiebat, aut ma-
li bonos in unitate nõ maculãt: si recte fiebat, cur
orbem terrarũ quia sic recipiũtur accusant? Si au
tem mali bonos in unitate nõ maculãt, quomodo
se à crimine sacrilegæ separationis excusant?
Caput Euceratius à Thenis dixit, Fidem nostrã & ba-
XXXVI ptismatis gratiam, & legis Ecclesiasticæ regulam
Mat.28 deus & dominus noster Iesus Christus suo ore
Apostolos docẽs, impleuit dicens, Ite docete oẽs
gentes, baptizantes eos in nomine patris & filij et
spiritus sancti. Falsum ergo hæreticorũ baptisma
& iniquum à nobis pellendũ est, & omni contesta
tione refutandũ, de quorũ ore uirus non uita, nec
gratia cœlestis sed blasphemia trinitatis exprimi-
tur: Et ideo uenientes ad Ecclesiã hæreticos inte-
gro & catholico baptismate baptizari debere ma
nifestum est, ut à blasphemia suæ præsumptionis
purificati, possint spiritussancti gratia reformari. Augst.
Respondet, Planè si non est baptismus patris & fi
lij & spiritussancti nomine cõsecratus, hæretico-
rum deputetur, & iniquus à nobis omni cõtesta-
tione refutetur: Si autem hoc in eo nomen agno-
scimus, melius uerba Euangelica ab hęreticorum
errore distinguimus, & quod in eis probũ est ap-
probamus, quod mendosum est emendamus.
Caput Liboſus à Vaga dixit, In Euangelio dominus,
XXXVII Ego sum, inquit, ueritas: non dixit, ego sum cõsue
Io.14 tudo. Itaq; ueritate manifestata, cedat consuetu-
do ueritati: ut & si in præteritũ quis in Ecclesia hę
Augst. reticus nõ baptizabat, nũc baptizare incipiat. Re
spondetur, Hic nihil conatus est ostẽdere quomo
do sit ueritas manifestata, cui debere dicit consue-
tudinẽ cedere, Plus tamen adiuuat nos aduersus
istos qui se ab unitate diuiserunt, ꝙ illã consuetu-
dinẽ fuisse cõfitetur, ẽꝫ quod eã ueritati quam nõ
ostendit, cedere oportere arbitratur. Illa est enim
consuetudo, quæ si sacrilegos ad altare Christi si-
ne baptismi purgatione admittebat, & nullum bo
norum in unitate polluebat, quicunq; se ab eadẽ
unitate, in qua nullorum malorũ contagione pol-
lui poterant, frustra separauerunt, manifestũ sacri-
legiũ schismatis admiserunt. Si aũt per illam con-
suetudinem omnes polluti perierũt, de qua cauer
na isti sine originali ueritate & cũ calumniæ calli-
ditate procedunt. Si uero recta fuerat cõsuetudo
qua sic susciepiebant hæretici, relinquãt furorem,
fateanẽ errorẽ, ueniant ad catholicã, nõ ut retingã
tur sacramẽto baptismatis, sed ut curẽtur à plaga
concisionis. Leutius à Thabeste dixit, Hæreti-
Caput cos, blasphemos atq; iniquos uerbis uarijs decer-
XXXVIII pentes sancta & adorabilia scripturarũ uerba, exe
crandos censeo, & ideo exorcizandos & baptizã
dos esse. Respondetur, Et ego execrandos censeo Augst.
sed non ideo exorcizandos & baptizandos, Ipso-
rũ est enim figmentum quod execror, Christi au-
tem sacramentum quod ueneror. Eugenius ab
Caput Ammedera dixit, Et hoc ego idem censeo hære-
XXXIX ticos baptizandos esse. Huic respõdetur, Sed nõ
Augst. hoc censet Ecclesia, cui deus iam plenario etiã cõ
Phil.3 cilio reuelauit, quod tũc adhuc aliter quidẽ sapie
batis, sed qa in uobis charitas salua erat, in unita-
te permanebatis. Itẽ alius Felix ab Accura di-
Cap.XL xit, Et ipse secutus diuinarum scripturarũ authori
tatẽ, hæreticos baptizandos esse cẽseo, sed & eos
qui se apud schismaticos baptizatos esse conten-
dũt. Si eñ secundũ cautum Christi priuatus fons
noster est, intelligãt cũcti Ecclesiæ nostræ aduer-
sarij, qa alienis esse nõ potest, nec duobus populis
salutarẽ aquã tribuere potest ille qui unius gregis
pastor est, Et ideo manifestũ est nec hęreticos nec
schismaticos

Universidad de Deusto Biblioteca

schísmaticos aliquid cœleste susc̃ipere, q̃ à peccãti bus hominib. & ab Ecclesia extraneis audẽt accipere, quando danti locus nõ est, utiq; nec accipiẽti ꝓdest. Huic respondet, Scripturas diuinas nusq; ꝓcepisse ut hæretici apd̃ hæreticos baptizati denuo baptizent: sed multis locis ostendisse alienos esse ab Ecclesia, oẽs qui non sunt in petra, nec ad colũbæ illius membra pertinent, & tamẽ baptizare & baptizari, et habere sine salute sacramentum salutis. Fons aũt noster q̃ similis est fonti paradisi, q̃ etiã sicut ille extra paradisum ꝓfluat, iam satis dictũ est, Et q̃ duob⁹ populis, id est, suo & extraneo salutarẽ aquã tribuere non potest ille q̃ unius gregis pastor est, concedo atq; cõsentio, Sed nunquid q̃a salutaris nõ est extraneis, ideo ipse nõ est? Aqua em̃ diluuij cõstitutis intra arcã salutaris fuit, extra arcã uero mortifera fuit, eadem tñ fuit, Et multi extranei, id est, inuidi, quos ex parte diaboli esse Cyprianus dicit & de scripturis ostẽdit, uelut intus uident, & tñ nisi essent extra arcã, non morerent̃ per aquã. Talis em̃ baptismus cum eo male utunt̃, necat, sicut illis de q̃bus ait Apostolus, bonus odor Christi erat in mortẽ. Cur ergo nõ suscipiunt aliquid cœleste uel schísmatici uel hæretici, sicut spinę siue zizania pluuiã, sicut ipsi q̃ extra arcam fuerunt, aquã de cataractis cœli uenientem susceperunt quidẽ ad pernicieꝫ nõ ad salutẽ: Ideoq; illud qd̃ in ultimo posuit, Quando dãti locus non est, utiq; nec accipienti ꝓdest: nõ laboro refellere, quia & nos dicimus accipientib. nõ prodesse cum in hæresi accipiunt cõsentientes hęreticis, & ideo ueniunt ad catholicã pacẽ atq; unitatem nõ ut baptismũ accipiant, sed ut eis prodesse incipiat quod acceperãt. Item alius Ianuarius Muzulensis dixit, Miror q̃ cum oẽs confiteant̃ unum esse baptismũ, non oẽs intelligant eiusdẽ baptismi unitatẽ: Ecclesia em̃ & hæresis duæ & diuersæ res sunt. Si hæretici baptisma habent, nos nõ habemus: si aũt nos habemus, hæretici habere nõ possunt. Dubiũ aũt non est Ecclesiam solã baptismũ Christi possidere, quæ sola possideat & gratiam Christi & ueritatẽ. Respon. Posset alius similiter dicere, & similiter non uerũ dicere, Miror q̃ cum oẽs confiteant̃ unũ esse baptismum, non oẽs intelligant eiusdem baptismi unitatẽ, Iustitia em̃ & iniquitas duę & diuersæ res sunt: si iniqui habent baptisma, iusti non habent: si aũt iusti habent, iniqui habere non possunt. Dubium autem nõ est iustos solos baptismũ Christi possidere, qui soli possideant & gratiam & ueritatẽ Christi, Hoc certe falsum est, illis quoque fatentibus. Et illi q̃ppe inuidi qui sunt ex parte diaboli intus positi, sicut dicit Cyprianus, atq; Apostolo Paulo notissimi, baptismũ habebãt, nec ad membra illius colũbæ quæ in petra tuta est pertinebant. Adelphus à Tasbalte dixit, Sine causa quidẽ falso & inuidioso uerbo impugnãt ueritatem, ut rebaptizare nos dicãt, quando Ecclesia hæreticos non rebaptizet sed baptizet. Respondetur. Imò uero modo non rebaptizat, quia nisi eos qui baptizati non sunt non baptizat, quam consuetudinem anteriorem perspecta diligentius ue-

Augusti. 2. Cor. 2 Cap. XLI Augusti. Cap. XLII Augusti.

A ritate etiam concilio posteriore firmauit. Deme Ca. XLII
trius Aleptuninus dixit, Vnum baptisma nos custodimus, quia Ecclesiæ catholicæ soli rem suam uendicamus. Qui aũt dicunt quia hæretici uere et legitime baptizant, ipsi sunt qui non duo sed multa baptismata faciunt. nam cũ hæreses multæ sint, pro earũ numero et baptismata cõputabũt. Huic Augusti.
respondet, Si ita est, tot ergo numerentur baptis- Gala. 5
mata quot sunt opera carnis, de quibus ait Apostolus, quoniam qui talia agunt, regnũ dei non possidebunt. Inter quæ numerantur & hæreses, & tam multa ipsorum opera intus tanquam in palea tolerantur, & tamen unum baptisma omnibus est, qd̃ Cap. XLII.
nullo iniquitatis opere uiolatur. Vincentius à Tibari dixit, Hęreticos scimus esse peiores quàm Ethnicos, Si ergo conuersi ad deum uenire uolue
B rint, habent utiq; regulam ueritatis, quã dominus Mat. 16
præcepto diuino mandauit Apostolis dicens, Ite, in nomine meo manum imponite, dęmonia expellite. Et alio loco, Ite & docete gẽtes, tingentes eas Mat. 11
in nomine patris & filij & spiritus sancti. Ergo primo per manus impositionẽ in exorcismo, secũdo per baptismi regenerationẽ possunt ad Christi pollicitationẽ uenire, aliàs aũt fieri censeo nõ debere. Augusti.
Respondet, Ex qua regula dicat hæreticos peio- Mat. 11
res esse q̃ ethnicos, nescio, cum dñs dicat, Si nec̃ Ecclesiam audierit, sit tibi tanq̃ ethnicus & publicanus, An etiam tali hæreticus peior est, nihil resisto: non tamen ꝓpterea quia ipse homo peior est
C ethnico, id est, gentili atq; Pagano, sacramentum etiam Christi quod habet, uitijs eius moribusq; mi-
scetur, & eadẽ permixtione corruptum perit, Nã & illi qui recedunt de Ecclesia, & fiunt hæresum non tantum sectatores sed etiam conditores: sicut baptizati recedunt, cum secũdum istam regulam peiores sint ethnicis, habent tamẽ baptisma: nam si correcti redeant non accipiunt, qd̃ si amisissent, utiq; acciperent, Potest ergo fieri ut aliquis peior sit ethnico: & tamen in eo Christi sacramentũ nõ solum sit, sed etiam non sit peius, quàm in homine sancto & iusto. Et si em̃ quantũ in illo homine est, non ipsum seruauit, sed animo & uoluntate uiolauit: tamen quantũ ad ipsum attinet sacramentum, & cum cõtemptore & repudiatore suo integrum 1. q. 1. cap.
inuiolatũq; permansit. Nónne Sodomitæ ethnici nonne
erant, id est, gentiles? Peiores ergo erant Iudæi, q̃ Matt. 11
D bus dñs dicit, Tolerabilius erit Sodomis in die iu Ezech. 16
dicij q̃ uobis: Et q̃bus Prophęta dicit, Iustificastis Sodomam, id est, in cõparatione uestra Sodoma iustificata est. Nunquid tamen ideo sacramenta diuina quæ apud Iudæos erant, talia erãt quales ipsi erant, quæ dñs quoq; ipse percepit, & ad ea cele- Luc. 17
branda leprosos quos mundauerat misit, & ea Za Luc. 1
chariæ ministranti angelus astitit, eumq; in tẽplo sacrificantẽ exauditum esse nunciauit? Hæc eadẽ sacramenta et in bonis hominibus illius temporis erant, & in malis peioribus q̃ sint ethnici, quãdoquidẽ Sodomitis in malitia prælati sunt, & tamen illa sacramenta erãt in utrisq; integra atq; diuina. Nam & ipsi gentiles si quid diuinum & rectum in doctrinis suis habere potuerũt, non improbauerũt

sancti

sancti nostri, quamuis illi per suas superstitiões & idololatriam & superbiã, cæteroscꝙ perditos mores detestandi essent, & nisi corrigerentur diuino
Act.17 iudicio puniẽdi. Nam & Paulus apostolus apud Athenienses cũ de deo quædã diceret, perhibuit testimoniũ quod quidã eorum tale aliquid dixerint, quod utiqꝫ si ad Christũ uenirent, agnoscerentur in eis nõ improbaretur. Et sanctus Cyprianus talibus aduersus eosdẽ ethnicos uiũ testibus, Nã cũ de magis loqueretur, quorũ tamen, inquit, præcipuus Ostanes, & formã ueri dei negat conspici posse, & angelos ueros sedi eius dicit assistere: In quo & Plato pari ratione consentit, & unũ deum seruans, cæteros angelos uel dæmones dicit. Hermes quoꝫ trimegistus unũ deũ loquit, & eũ incomprehensibilẽ atꝫ inæstimabilẽ confitetur. Si ergo isti uenissent ad percipiendã Christianam salutẽ, non utiqꝫ eis diceretur, hoc malũ habetis, uel falsum habetis, sed plane merito diceret, *hoc uobis quamuis integrũ & uerũ, nihil tamen prodesset nisi ad Christi gratiã ueniretis. Si ergo in ipsis ethnicis potest aliquid diuinũ inueniri rectecꝫ approbari, quamuis eis salus adhuc à Christo prẽstita desit, non oportet nos ita moueri etiam si peiores sint hæretici, ut quod in eis malũ ipsorum est uelimus corrigere, & quod in eis bonũ est Christi, nolimus agnoscere.* Sed iã cæteras huius concilij sentẽtias ꝓtractãdas, ab alio suscipiemꝰ exordio.

Libri sexti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE Baptismo contra Donatistas Liber septimus.

Confirmat superiora, respõdens & aliorum sententijs Cap. 1

ON simus molesti legẽtibus, si eadem uarie ac sæpe disserimus. Quamquam enim Ecclesia catholica sancta in omnibus gentibus aduersus ea quæ in ista quæstione de baptismo, utrũ & apud hæreticos uel schismaticos idẽ possit esse qui est in catholica, nonnullam caliginem offundunt, priscæ consuetudinis & plenarij concilij authoritate munita sit: tamen quia nõ contemnendis uiris, & maxime Cypriano in ipsa unitate aliquando aliter uisum est, cuius uti aduersum nos authoritate conant, qui longe ab eius charitate remoti sunt: propterea cogimur ex opportunitate tractãdi & considerandi omnia, quæ in eius cõcilio de hac re literisꝫ cõperimus, hanc eandẽ quæstionẽ aliquãto diutius tancꝫ in manibus uersare, & ostendere quãto uerius uniuersitati Ecclesiæ catholicæ placuerit, ut hæretici uel schismatici qui iã Christi baptismũ illic unde ueniunt acceperũt, in catholicam cõmunionẽ cũ illo admittantur ab errore suo correcti, in charitate radicati atꝫ fundati, ut quod attinet ad baptismi sacramentũ, nõ adsit quod deerat, sed prosit quod inerat. Et beatus Cyprianus quidem iã corpore quod corrũpitur non aggrauante animã, nec deprimẽte terrena inhabitatione sensum multa cogitantẽ, serenius perspicit ueritatẽ, quã meruit adipisci per charitatem. Adiuuet itaqꝫ nos orationibus suis in istius carnis mortalitate, tancꝫ in caliginosa nube laborãtes, ut donante domino quantũ possumus bona eius imitemur. Si qd aũt aliter sensit, & quibusdã fratribus collegisꝫ persuasit, quod nũc eo quẽ dilexit reuelante iã cernit, nos lõge impares meritis suis, Ecclesiæ tamen catholicæ authoritatẽ, cuius ipse egregium & clarissimũ membrũ est, pro nostra infirmitate sectãtes, aduersus hæreticos uel schismaticos enodemus: quos præcisos tancꝫ ab unitate quã tenuit, & arescẽtes à charitate qua uiguit, & elapsos ab humilitate qua stetit, tãto amplius improbat atꝫ cõdemnat, quãto magis nouit eos ad insidiandũ perscrutari uelle quod scripsit, & ad pacificandũ imitari nolle quod fecit, Sicut illi qui se Christianos Nazarenos uocant, & more Iudaico carnalia præputia circuncidũt, hæretici nati ex illo errore in quẽ Petrus deuians à Paulo reuocatus est, *in hoc uisꝫ* Gal. 2 perstitũt. Sicut ergo illi Petro in primatu Apostolorũ martyrij gloria coronato, in sua peruersitate præcisi ab Ecclesia remanserunt: sic isti Cypriano per abundantiã charitatis in sorte sanctorũ passionis claritate susceptο, seipsos exules unitatis agnoscunt, & cõtra unitatis patriã pro suis calumnijs ciuẽ unitatis opponũt. Iam itaqꝫ cæteras illius cõcilij sententias eadem ratione uideamus. Mar- Cap. 11
cus à Mactari dixit. Mirandũ nõ est si hæretici hostes atꝫ impugnatores ueritatis sibi rẽ uendicant potestatis & dignatiõis alienæ: illud mirandũ est qꝫ quidã nostri præuaricatores ueritatis hæreticis suffraganꝫ & Christianis aduersantꝫ, propterea decernimus hæreticos baptizãdos. Huic respondemus, Imò magis mirandũ est, & magna laude prędicandum, qꝫ tantũ isti dilexerũt unitatẽ, ut quos prędicatores ueritatis arbitrabantꝫ, cũ eis in unitate perseuerãtes, ab eis pollui nõ timerẽt. Nã cũ iste dixisset, Illud mirandũ est, qꝫ quidã nostri prędicatores ueritatis hæreticis suffraganꝫ & Christianis aduersantur: uidebaꝫ dicturus, propterea decernimus eis nõ esse cõmunicandum. Non hoc dixit, sed ait propterea decernimus hæreticos baptizãdos esse, seruans quod pacificus Cyprianus ante præstruxerat dicẽs, Neminẽ iudicãtes, aut à iure cõmunionis aliquẽ si diuersum senserit amouentes. Cũ ergo Donatistæ nobis calumniantꝫ, & nos dicunt traditores, si qs existat uel Iudæus uel Paganus qꝫ lecto isto cõcilio & nos & ipsos secundũ eorũ regulas unitatis appellet prædicatores, uelim scire ad hoc tã graue crimẽ refutandũ atꝫ diluendũ quomodo nobis agẽda sit causa cõmunis. Isti eos dicũt traditores, quos neqꝫ ullo tẽpore cõuincere potuerũt, neqꝫ nũc possunt ostẽdere, & in eodẽ crimine ipsi esse potius ostẽdunt, Sed qd ad nos? De istis certe prædicatoribus qd dicemus? Si em̃ nos quãuis falso ꝓpterea dicimur traditores, qa traditoribus nos in eadẽ cõmunione successisse criminantꝫ, prædicatoribꝰ illis oẽs successimus, quia nondũ se ab unitate diuiserat pars Donati beati Cypriani tẽporibus. Post passiõem quippe

August.

Universidad de Deusto
Biblioteca

quippe eius quadraginta, & quod excurrit, annis peractis, traditio codicū facta est, unde cœperunt appellari traditores. Si ergo propterea nos traditores, quia ex traditoribus sicut opinant uel confingunt exorti sumus, ab illis prævaricatoribus utriq; originem ducimus, Nō est enī quod dicāt nō se eis cōmunicasse, quando suos illos uocant, quod concilio loquitur, quod ipsi maxime præferūt, Quidā nostri, inquit, prevaricatores veritatis, hæreticis suffragātur. Accedit & testimoniū Cypriani satis demonstrantis, q̄ in eorū communione permanserit, dicendo, neminem iudicātes, aut à iure cōmuniōis aliquē si diversum senserit amouentes. Ipsi enim erant qui diversum sentiebant, quos iste prævaricatores uocat, quia scilicet hęreticis suffragabātur, sine baptismo eos in Ecclesiā recipiendo. Eamq; fuisse consuetudinē ut sic reciperent̄, & ipse Cyprian⁹ multis locis, & aliquot Episcopi in hoc cōcilio manifestant. Vnde appareret si hæretici nō habēt baptismū, Ecclesiā Christi temporū illorum prævaricatoribus fuisse plenā, qui eis suffragantes sic eos recipiebāt. Agatur ergo causa cōmunionis aduersus crimen prævaricatiōis quod negare nō possunt: & ibi agatur nostra causa aduersus crimen traditionis, quod conuincere nō potuerunt. Sed sic agamus quasi conuicerint. Quod utiq; respōderimus eis qui nobis obijciūt maiorū nostrorum prævaricationē, hoc nos istis respōdebimus qui nobis obijciunt maiorum nostrorū traditionē. Sicut enim per maiorū nostrorū traditionē unde se isti diuiserūt, nos mortui sumus: ita per maiorū prævaricationē, qui & nostri & ipsorū parētes fuerūt, & nos & ipsi mortui sumus. Sed quia se uiuere dicūt, credunt q̄ ad eos non pertineat illa prævaricatio, Ergo nec ad nos illa traditio. Et illa quidē prævaricatio secundum ipsos certa est: secundū nos aūt nec anterior prævaricatio uera est, quia & hæreticos dicimus posse habere baptismum Christi, nec posterior traditio, quia in ea causa ipsi sunt superati. Nō habēt ergo isti cur à nobis nefario scelere schismatis separētur, quia nostri maiores si traditores non fuerūt, sicut nos dicimus, nō est quod ad nos oīno pertineat. Si aūt traditores fuerūt, sicut ipsi dicūt, sic ad nos nō pertinet, quemadmodū nec ad nos nec ad ipsos illi prævaricatores. Ac per hoc quoniā ex maiorū nostrorū iniquitate nullū est crimē nostrū, ex proprio schismate certū est crimē illorum. Satius à Sicilibba dixit, Si hæreticis in baptismo suo peccata donātur, sine causa ad Ecclesiam ueniūt, Nā cū in die iudicij peccata sint quæ puniūtur, nihil est quod timere possint hęretici de iudicio Christi, si sunt peccatorū remissionē consecuti. Respondet̄, Et hæc poterat etiā nostra esse sententia, uiderit aūt author eius quo animo dicta sit, Verbis tamen ita modificata est, ut non me pigeat eo animo consentire atq; subscribere, quo & ego sentio baptismū quidē Christi hęreticos posse habere, sed remissionē peccatorū non habere. Non aūt ait, Si hæretici baptizant & baptizant̄: sed si hęreticis, inquit, in baptismo suo peccata donant̄, sine causa ad Ecclesiā ueniunt. Nanq; si pro hæreticis ponamus illos quos in Ecclesia nouerat Cyprianus, seculo solis uerbis & non factis renunciantes, totidē uerbis possumus hanc sententiā etiā nos uerissime dicere, Si fallaciter conuersis in baptismo suo peccata donant̄, sine causa ad ueram conuersionē postea perducūtur. Nam cū in die iudicij peccata sint quæ puniūtur, nihil est quod timere possint, qui seculo uerbis solis & nō factis renunciarunt, de iudicio Christi, si sunt remissionē peccatorū cōsecuti. Sed ista ratiocinatio tali cōnexione perficitur, ut adiūgamus dicētes, Debent aūt timere Christi iudicū, & ueraci corde aliquando cōuerti. Quod cū fecerint, non eos utiq; necesse est iterū baptizari. Potuerūt igit̄ accipere baptismū, & remissionē non accipere peccatorū, aut remissis peccatis, cōtinuo rursus onerari, Sic ergo & hęretici. Victor à Gor dixit, Cū peccata non nisi in Ecclesiæ baptismo remittantur, qui hęreticū sine baptismo ad cōmunicationem admittit, utrunq; cōtra rationē facit, nec hęreticos purgat, & Christianos inquinat. Huic respondemus, Ecclesiæ baptismū esse & apud hæreticos, quamuis ipsi nō sint in Ecclesia: sicut aquā paradisi in terra Aegypti, quāuis ipsa nō sit in paradiso. Nō itaq; hæreticos sine baptismo ad cōmunionē admittimus, sed quia correcti à sua peruersitate ueniūt, non eorū peccata, sed Christi sacramenta suscipimus: de remissione aūt peccatorum quod superius hoc & hic dicim⁹. Illud sanè quod in ultimo posuit dicēs, utrunq; cōtra rationem facit, nec hæreticos purgat, & Christianos inquinat: respuit primitus ac maxime Cyprianus ipse cū sibi cōsentientibus collegis suis: neq; enī inquinari se credidit, quādo talibus propter uinculū pacis cōmunicandū esse decreuit dicēs, Neminē iudicantes, aut à iure cōmunionis aliquem si diversum senserit amouentes. Aut si inquinant hæretici ad cōmunionem, sic ut nō baptizent̄ admissi, inquinata est tota Ecclesia per illā consuetudinē quæ totiēs hic cōmemoratur: Et sicut nos isti appellāt traditores propter maiores nostros, in quibus nihil tale quādo obiecerūt, probare potuerūt: si hoc fit quisq; quod est ille cui cōmunicauerit, omnes tūc hæretici facti sunt. Quod si quisquis dicit, insanit, falsum est quod iste ait: qui hęreticū sine baptismo ad cōmunionē admittit, nec hæreticos purgat, & Christianos inquinat. Aut si hoc uerū est, nō sine baptismo admittebant̄, sed habēbāt baptismū Christi, quāuis apud hæreticos datū & acceptū, qui secundū illā consuetudinē de qua isti cōfitent̄ sic admittebātur, ac per hoc recte etiā nunc sic admittūtur. Aurelius ab Vtica dixit, Cū dicat Apostolus, nō communicandum peccatis alienis, quid aliud q̄ peccatis alienis communicat, qui sine baptismo Ecclesiæ hæreticis cōmunicat? Et ideo cēseo baptizādos esse hæreticos ut accipiant remissam peccatorū, & sic illis cōmunicet̄. Respōdetur, Cōmunicauit ergo Cyprianus & isti oēs peccatis alienis, quia cū talibus in communione manserūt, quādo neminē qui diversum sensit

Universidad de Deusto

sensit, à iure cõmunionis amouerũt. Vbi est ergo Ecclesia? Deinde uti de hæreticis taceã, cũ uerba huius sentẽtiæ etiã de alijs peccatoribus dici possint, quales in Ecclesia beatus Cyprianus secũ uidebat, gemebat, arguebat, ferebat, ubi est Ecclesia quæ secundũ hæc uerba iam tũc perijsse existimabatur contagione peccatorũ? Si aũt sicut se habet firmissima ueritas, Ecclesia permãsit et permanet, nõ nisi in cõsensiõe intelligẽda est cõmunio peccatorum, quã uetat Apostolus. Baptizentur autẽ iterũ hęretici, ut accipiant remissam peccatorũ, si baptizant iterũ peruersi & inuidi, qui cum seculo uerbis & nõ factis renunciarẽt baptismũ quidem accipere potuerũt, sed remissionẽ peccatorũ non
Mat. 6 Cap. VI obtinere potuerunt, dicente domino, si non dimiseritis, neq; pater uester dimittet uobis. Iambus à Germaniciana dixit, Qui hæreticorũ baptismũ probant, nostrũ improbãt, ut extra Ecclesiã nõ dicam lotos sed sordidatos, negẽt *in Ecclesia bapti*
Augusti. *zari oportere*. Huic respondet, *neminẽ nostrũ* baptismũ hæreticorum probare *sed Christi*, quãuis in hæreticis uel paleis *exterioribus*, sicut in alijs iniquis uel paleis *interioribus*. Nã si extra Ecclesiã qui baptizãtur, *nõ lauant* sed sordidantur, profecto *extra petrã in qua* ædificatur Ecclesia, *g baptizantur, nõ lauantur* sed sordidãtur. Omes aũt *extra eandẽ petram* sunt, qui audiunt uerba Christi & nõ faciunt: Aut si baptismo lauantur quidẽ, sed *in iniquitatibus* suis à quibus in melius mutari noluerũt, sordidi remanent, sic & hæretici.

Cap. VII Gen. 1 Lucianus à Rucuma dixit, Scriptum est, Et uidit deus lucem quia bona est, & diuisit inter lucẽ & tenebras. Si potest luci & *tenebris* conuenire, potest nobis & *hęreticis aliquid esse cõmune*, Pro
Augusti. pterea censeo *hæreticos baptizãdos* esse. Huic respondet. *Si potest luci & tenebris* conuenire, potest *iustis & iniustis aliquid esse* cõmune. Censeat ergo *illos iniustos* denuo baptizari, quos in ipsa *Ecclesia* arguebat Cyprianus: aut si nõ sunt iniusti *qui seculo uerbis* & nõ factis renũciant, dicat q
Cap. VIII 3. Reg. 18 potest. Pelagianus à Luperciana dixit, Scriptũ est, Aut deus deus est, aut Baal deus est: Ita & nũc aut Ecclesia Ecclesia est, aut hæresis Ecclesia est. Porrò si hæresis Ecclesia non est, qũo esse apud
Augusti. *hęreticos* baptismа Ecclesię potest? Huic ita possum⁹ respõdere, aut paradisus paradisus, aut Aegyptus paradisus, Porrò si Aegyptus paradisus non est, quomodo esse in Aegypto aqua paradisi potest? Sed dicet nobis, etiã illuc exeundo peruenit: sic ergo ad hæreticos baptismus. Itẽ dicimus, aut petra Ecclesia, aut arena Ecclesia. Porrò quia nõ est arena Ecclesia, quomodo apud eos qui super arenã ædificant, audiẽdo uerba Christi & nõ faciẽdo esse baptismus ecclesiæ potest? & tamen
Cap. IX est, Sic ergo & apud hæreticos. Iader à Midilæ dixit, Scimus nõ esse nisi unũ baptismũ in Ecclesia catholica, & ideo nõ debemus admittere hęreticũ nisi baptizatus fuerit apud nos, ne se putet extra ecclesiã catholicã baptizatũ esse. Huic respon
Augusti. detur, Quia si hoc de iniquis illis qui extra petrã sunt diceret, falso utiq; diceret. Sic ergo & de hæreticis. Itẽ alius Felix à Marazana dixit, Vna fides, unũ baptismа, sed ecclesiæ catholicæ cui soli licet baptizare. Huic respõdetur, Quid si alius ita diceret, una fides, unũ baptismа, sed iustorum tantũ, quibus solis licet baptizare? Sicut hæc uerba refellerẽtur, ita & ista sentẽtia refellatur. An & iniusti in ipso baptismo mutati, dũ seculo solis uerbis & nõ factis renunciãt, ad mẽbra Ecclesiæ pertinent? Videant si ipsa est illa petra, si ipsa est colũba, si ipsa est sponsa sine macula & ruga. Paulus ab Obba dixit, Me nõ mouet si aliquis Ecclesiæ fidẽ & ueritatẽ non uẽdicat, quãdo Apostolus dicat, Quid em̃? Si exciderunt à fide quidam illorũ, Nũquid infidelitas illorũ fidẽ dei euacuauit? Absit, Est em̃ deus uerax, omnis aũt homo mendax. Si aũt deus uerax est, quomodo apud hæreticos baptismi ueritas esse potest, apud quos deus non est? Huic respõdetur, Quid? Apud auaros nunqd est deus? & tamen est baptismus, Ita & apud hęreticos. Apud quos enim deus est, templũ dei sunt. Quæ aũt cõpositio templo dei cum idolis? Porrò auaritiã, idololatriã Paulus sentit, Cyprianus consentit, & idẽ ipse inter collegas raptores, tamẽ baptizatores, cũ magna tolerantiæ mercede uersat.

Cap. XI Rom. 3 Augusti. 2. Cor. 6

Pomponius à Dionysiana dixit, Manifestũ est hæreticos nõ posse baptizare, & remissionẽ peccatorum dare, qui potestatẽ nõ habent, ut aut soluere aut ligare aliquid in terris possint. Respõdemus, Hanc potestatẽ nec homicidæ habẽt, id est, qui oderunt fratres: Nõ em̃ talibus dictum est, Si cui dimiseritis peccata, dimittẽtur ei: & cui tenueritis, tenebuntur: & tamẽ baptizãt, & eos in eadẽ baptismi cõmuniõe & Paulus tolerat, & Cyprianus agnoscit. Venantius à Tinisa dixit, Si maritus peregre proficiscẽs, amico suo commendasset uxorẽ suam custodiendã, commendatam sibi illequãta posset diligẽtia cõseruaret, ne ab aliquo castitas eius & sanctitas adulteraretur. Christus dominus & deus noster ad patrẽ proficiscens, sponsam suã nobis cõmendauit, utrũ ne eam incorruptam & inuiolatã custodimus, an integritatẽ eius & castitatẽ eius mœchis & corruptoribus prodemus? Qui em̃ baptismа Ecclesiæ cõmune cũ hæreticis facit, sponsam Christi adulteris prodit. Respondemus, Quid illi qui cũ baptizãtur labijs nõ corde cõuertuntur ad dominũ, nónne adulterinã mẽtem gerunt? Nónne ipsi sunt seculi dilectores, cui nõ factis sed uerbis renunciauerunt, & ideo corrũpunt mores bonos per colloquia mala dicẽtes, Mãducemus & bibamus, cras em̃ moriemur? Nónne etiã cõtra istos uigilauit sermo Apostolicus ubi dicit, Timeo aũt ne sicut serpẽs Euã sedu xit astutia sua, sic & uestræ mentes corrumpãtur à castitate quæ est in Christo? Cũ ergo Christi baptismа Cyprianus habebat cõmune cum talibus, nunquid ideo sponsam Christi prodebat adulteris, ac nõ potius monile sponsi etiã in adultera cognoscebat? Aymnius ab Ausuagiga dixit, Nos unum baptismа accipimus, & ipsum tenemus & exercemus, Qui aũt dicit ga & hæreticis licet baptizare, ipse duos baptismos facit. Huic respõde-

Augusti. Cap. XII Mat. 18 Augusti. Ioan. 20 Cap. XIII Augusti. 1. Cor. 15 2. Cor. 11 Cap. XIIII

Auguſt. tur, Cur non etiã ille duos baptiſmos facit, qui di A cit quia & iniqui baptizãt? Cũ eñ iuſti & iniqui ſibi contrarij ſint, baptiſmus quẽ dãt iuſti qualis erat Paulus, uel etiã qualis erat Cyprianus, nõ eſt cõtrarius baptiſmo quẽ dabãt iniqui illi qui oderant Paulũ, quos nõ hæreticos ſed malos catholicos Cyprianus intelligit, Et cũ contrariæ ſibi ſint ſemper, continẽtia quæ fuit in Cypriano, & auaritia quæ fuit in collegis Cypriani: baptiſmus tamen quẽ Cyprianus dabat, non erat contrarius baptiſmo, quẽ illi dabant, ſed unus & idẽ, quia ille baptizat de quo dictũ eſt, Ipſe eſt qui baptizat.

Cap. XV Saturninus à Victoriana dixit, Si licet hæreticis baptizare, excuſati ſunt & defenſi illicita faciẽtes, Nec uideo quare eos aut Chriſt⁹ aduerſarios ſuos, aut Apoſtolus antichriſtos eos appellauerit. B

Auguſt. Huic reſpõdetur, Sic dicimus nõ licere hæreticis baptizare, quomodo dicimus nõ licere fraudatoribus baptizare. Nõ eñ hæretico tantũ, ſed peccatori, inquit, dicit deus, Vt quid enarras iuſtificationes meas, & aſſumis teſtamentũ meũ per os tuũ? Huic utiq; dixit, Si uidebas furẽ cõcurrebas cum eo. Quanto ergo illi peiores ſunt, qui nõ cũ furibus cõcurrebant, ſed ipſi fundos inſidioſis fraudibus rapiebãt. ſed nõ eis concurrebat Cyprianus, quãuis eos in catholica ſegete toleraret, ne ſimul eradicaret & triticũ, Et tamẽ etiã ipſi quẽ dabant idẽ ipſe baptiſmus erat, quia nõ ipſorũ ſed Chriſti erat. Sicut ergo iſti quãuis in eis Chriſti baptiſm⁹ agnoſcat: nõ ſunt tamen excuſati & defenſi illicita faciẽtes, et recte illos Chriſtus aduerſarios ſuos C appellat, qa in talibus perſeuerãtes audituri ſunt,

Mat. 7 Recedite à me qui operamini iniquitatẽ: unde & antichriſti appellãtur, quia Chriſto cõtrarij ſunt, dũ cõtra quod præcipiũt uiuunt, Ita & hæretici.

Cap. XVI Alius Saturninus à Tucca dixit, Gẽtiles quãuis idola colant, tamẽ ſummũ deũ patrẽ creatorẽ cognoſcũt & confitentur. In hũc Marcion blaſphemat, & quidã nõ erubeſcunt Marcionis baptiſmũ probare. Quomodo tales ſacerdotes ſacerdotiũ dei aut ſeruãt aut uendicãt, qui hoſtes dei non ba-

Auguſt. ptizãt, & ſic illis cõmunicant? Reſpondet, Nimirũ cũ talia dicunt, exceditur modus, nec cõſideratur, quia & ipſi talibus cõmunicabant, neminẽ iudicantes, aut à iure cõmunionis aliquẽ ſi diuerſum ſentiebat amouẽtes. ſed habet iſte in hac ipſa ſentẽtia ſua unde admoneri poſſet, ſi aduerteret id in ſe quoq; corrigendũ eſſe quod prauũ eſt, quod autẽ rectũ eſt approbandũ. Quandoquidẽ ait, Gentiles quãuis idola colant, tamẽ ſummũ deum patrẽ creatorẽ cognoſcunt & cõfitentur. Si quis ergo ad deũ talis gentilis ueniret, nunquid uellet in eo corrigere atq; mutare, q̃ deũ patrẽ creatorẽ cõfitebatur & nouerat? Non puto, ſed emendaret in eo idololatriã quod malum habebat, et traderet ſacramẽta Chriſtiana quæ nõ habebat: & ſi quid rectũ noſſet in eo approbaret, ſi quid inueniret perſuaſum emẽdaret, ſi quid defuiſſet daret, Sic & in Marcioniſta hæretico agnoſceret baptiſmi integritatẽ, corrigeret eius peruerſitatẽ, doceret catho-

Cap. XVII licã ueritatẽ. Marcellus à Zama dixit, Cũ peccata nõ niſi in baptiſmo Eccleſiæ remittant, qui hæreticũ nõ baptizat, peccatori cõmunicat. Re- Auguſt. ſpon. Quid ille qui hoc faciẽti cõmunicat: Nonne peccatori communicat? Quid aũt aliud faciebant oẽs iudicantes neminẽ, aut à iure cõmunionis amouẽtes, diuerſa ſentientẽ? Vbi eſt ergo Eccleſia? An patiẽtibus, & ne triticũ eradicet, ziza- Mat. 13 nia tolerantibus iſta nõ obſunt? Dicant ergo iſtiq ſe ab orbe terrarũ fruſtra ſeparãdo ſacrilegiũ ſchiſmatis admiſerunt, ut quid habẽt in ore ſententiã Cypriani, qui nõ habẽt in corde Cypriani patientiã? Huic aũt Marcello reſpondetur ex his quę de baptiſmo & remiſſiõe peccatorũ ſupra dicta ſunt, quomodo poſſit eſſe baptiſmus in homine, quam uis nõ ſit in eo remiſſio peccatorũ. Irenæus ab Cap. XVIII

D Vlulis dixit, Si ideo Eccleſia hęreticum nõ baptizat q̃ dicat ſe baptizatus eſſe, hæreſis maior eſt, Auguſt. Reſpondetur, Hoc modo dici poteſt, ſi ideo auarũ Eccleſia nõ baptizat, q̃ dicatur ſe baptizatus eſſe, auaritia maior eſt: hoc aũt falſum eſt, ita ergo & illud. Donatus à Cibaliana dixit, Ego unã ec- Cap. XIX cleſiã & unũ baptiſmũ eius noui, Si eſt qui dicat eſſe apud hæreticos baptiſmi gratiã, ante eſt ut oſtendat & probet eſſe illic Eccleſiã. Huic reſpõde- Auguſt. tur. Si baptiſmi gratiã hoc eſſe dicis quod eſt baptiſmus, eſt apud hæreticos: Si aũt baptiſm⁹ ſacramentũ eſt gratiæ, ipſa uero gratia abolitio peccatorũ eſt, nõ eſt apud hęreticos baptiſmi gratia. Sic eſt aũt unũ baptiſmũ & una Eccleſia, quemadmodũ eſt una ſpes. Sicut ergo boni & mali qui nõ habent unã ſpem, poſſunt habere unũ baptiſma, ita quibus nõ eſt cõmunis Eccleſia, poteſt baptiſma eſſe cõmune. Zoſimus à Tharaſſa dixit, Re- Cap. XX latione facta ueritatis cedat error ueritati, quia & Diſt. 8 cap. Petrus qui prius circũcidebat, ceſſit Paulo uerita qui contrapatem prędicãti. Reſpõdetur, Poteſt etiã noſtra eſſe Gal. 2 ſententia iſta, & ita factum eſt in hac de baptiſmo Auguſt. quæſtione, Nã ueritate poſtea liquidius reuelata ceſſit error ueritati, cũ illa ſaluberrima cõſuetudo etiã plenarij cõcilij authoritate firmata eſt, Bene tamen q̃ totiens meminerunt etiã primũ apoſtolorũ Petrum potuiſſe aliter ſapere q̃ ueritas poſtulabat, quod accidiſſe etiã Cypriano ſine ulla eius cõtumelia credimus quicũq; diligimus Cyprianũ, quia non eum fas eſt diligi maiori chatitate q̃ Petrũ. Iulianus à Telepte dixit, Scriptũ eſt, Nemo Cap. XX poteſt accipere aliquid, niſi datum fuerit ei de cœlo: Si hęreſis de cœlo eſt, poteſt baptiſma dare. Re- Auguſt. ſpon. Audiat & aliũ dicentẽ, Si auaritia de cœlo eſt, poteſt baptiſmã dare, & tamẽ dant auari, ſic ergo & hæretici. Fauſtus à Timida regia dixit, Cap. XXI Non ſibi blandiant qui hæreticis patrocinantur. Qui pro hęreticis Eccleſiaſtico baptiſmo intercedit, illos Chriſtianos & nos hæreticos facit. Huic Auguſt. reſpondetur, Si quiſq; dicat eum qui cũ baptiſmũ acciperet, quia odium fraternũ tenebat in corde, non acceperat remiſſionẽ peccatorũ, non eſſe iterũ baptizandũ, quando illud odium de corde dimittit, nunquid Eccleſiaſtico baptiſmo intercedit pro homicidis, aut illos iuſtos & nos homicidas facit? Hoc ergo & de hæreticis intelligat.

Geminus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ca. XXIII Geminus à Furnis dixit, Quidã de collegis hę reticos præponere sibi possunt, nobis nõ possunt, & ideo quod decernim⁹ semel tenemus, ut ab hæ
Augus. reticis uenientes baptizemus. Respo. Et hic cõfite tur apertissime quosdã de collegis suis diuersa sen sisse, unde euã atq; etiã cõfirmatur amor unitatis, q; ab inuicẽ nullo schismate separati sunt, donec alteris eorũ si quid aliter saperent deus reuelaret. Huic respõdetur, collegas eius nõ sibi hæreticos pręposuisse, sed baptismũ Christi, sed sicut cognoscit in auaris, in fraudatoribus, in raptorib. homi-
Caput cidis, sic etiã in hæreticis cognouisse. Rogatia-
XXIIII nus à Noua dixit, ecclesiã Christus instituit, hęre sim diabolus, quomodo potest habere baptismũ
Augus. Christi synagoga satanę? Huic respondet, Nũqd quia pios Christus instituit, & inuidos diabolus, ideo nõ potest habere baptismũ Christi, quæ in in
Ca. XXV uidis cõuincitur esse pars diaboli? Therapius à Bulla dixit, Qui hęreticis baptismũ Ecclesię cõ cedit & prodit, quid aliud q̃ sponsę Christi Iudas
Augus. existit? Respon. O magna cõuictio schismaticorũ qui se ab hęreditate Christi toto orbe diffusa nefa rio sacrilegio separarũt, si Cyprianus talibus cõ municabat, qualis Iudas traditor fuit, & tamẽ ab eis nõ maculabant: aut si maculabant, tunc Iudæ facti sunt oẽs, ergo & modo Iudæ sunt oẽs: aut si nõ sunt, nõ ergo pertinẽt ad posteriores facinora priorũ, quãuis ex eadẽ communione propagatos. Cur ergo nobis traditores obijciũt, quos nõ cõui cerũt, & sibi Iudã non obijciũt, cui Cyprianus & collegæ eius cõmunicauerũt? Ecce concilium de C quo solẽt isti gloriari. Nos quidẽ dicimus, quia sic nõ prodit hęreticis Ecclesiæ baptismũ, qui baptismũ Christi & in hęreticis probat, sicut nõ prodit homicidis Ecclesiæ baptismũ, qui baptismũ Chri sti & in homicidis probat. Sed quia isti ex hoc cõ cilio nobis præscribere qd sentire debeamus, affe ctãt, ipsi priores ei cõsentiant. Ecce Iudæ traditori sunt cõparati, qui dicebãt hęreticos quãuis in hæ resi baptizatos nõ debere iterũ baptizari, Talib⁹ aũt Cyprianus cõmunicabat, qui dixit, neminem iudicãtes, aut à iure communiõis aliquẽ si diuer sum senserit amouẽtes, Tales etiam antea fuisse in ecclesia per illã sententiã manifestant, ubi ait, Sed dicit aliquis, Quid ergo fiet de his qui in prẽteritũ in Ecclesiã sine baptismo admissi sunt? Talẽ fuisse D Ecclesiæ consuetudinẽ ipsi qui hoc cõciliũ faciũt sæpe commemorant. Si ergo nihil aliud quicunq; hoc facit q̃ ispõsæ Christi Iudas existit, sicut ista sententia pronũciata est, Iudas aũt sicut docet Eu angeliũ, traditor fuit, traditoribus ergo cõmunica uerunt oẽs qui tunc etiã ista dicebant, & antequã ista dicerẽt traditores facti erãt oẽs per illã consue tudinẽ quã tunc Ecclesia retinebat. Omnes ergo id est, & nos & ipsi qui ex illa unitate propagati sumus, traditores sumus. Sed nos duobus modis defendimur, quia & huic cõcilio ubi hoc pronun ciatũ est nõ consentimus, saluo iure unitatis, sicut ipse Cyprianus prædixit, & bonis malos in unita te catholica, donec in fine à tritico palea separet, nihil obesse arbitramur. Isti aũt quia & hoc conci A liũ tanq̃ pro se proferunt, & malorũ cõmunione quasi cõtagione bonos perire cõtendunt, non in ueniũt qũo dicant aut priores Christianos unde isti propagant, nõ fuisse traditores, qa isto cõcilio cõuincuntur: aut ad se nõ pertinere facinora prio rũ, quia nobis maiores nostros obijciũt. Item a- *Caput*
lius Lucius à Mẽbresa dixit, Scriptum est, Deus *XXVI*
peccatorẽ nõ audit, Qui peccator est, quomodo *Io. 9*
auditi in baptismo potest? Respõdemus, Quomo *Augus.*
do auditi auarus & raptor & fœnerator & homi cida: an isti non sunt peccatores, quos tñ Cypria- nus in catholica oburgat & tolerat? Item alius *Caput*
Felix ab Vslaccenis dixit, In hæreticis sine bapti- *XXVII*
smo Ecclesiæ admittendis, nemo cõsuetudinẽ ra- *Dist. 8. ca. qui*
tioni & ueritati præponat, quia cõsuetudinẽ ra- *contempsit &*
tio & ueritas semper excludit. Huic respõdetur, *cap. ueritate*
Veritatẽ nõ ostẽdis, de cõsuetudine cõfiteris. Re- *Augus.*
cte igit cõsuetudinẽ teneremus plenario cõcilio posteriore firmatã, etiam si ueritas adhuc lateret, quã credimus iã esse manifestã. Alius Saturni- *Caput*
nus ab Itinis dixit, Si potest antichristus dare ali- *XXVIII*
cui gratiã Christi, possunt & hæretici baptizare, q; appellati sunt antichristi. Respondemus, Quid *Augus.*
si alius diceret, si potest homicida dare alicui gra tiã Christi, possunt & qui fratres oderũt baptiza re, q; appellati sunt homicidæ, Nẽpe quasi uerũ di cere uideret, & tamen possunt, Sic ergo & hæreti ci. Quintus ab Aggiua dixit, Ille potest dare ali *Ca. XXIX*
quid, qui aliquid habet: hæretici aũt quid possunt dare, quos constat nihil habere? Huic respondet, *Augus.*
Si ergo potest dare aliq̃d qui aliquid habet, mani festũ est posse dare hæreticos baptismũ, quia cum ab Ecclesia recedũt, habẽt lauacri sacramentũ q̃d ibi acceperãt, Nã redeũtes non recipiũt, quia non amiserãt cũ recesserũt. Alius Iulianus à Marcel *Cap. XXX*
lina dixit, Si potest homo duobus dominis seruire, deo & mãmonę, potest & baptisma duobus ser uire, Christiano & hæretico. Resp. Imo si potest *Augus.*
continenti & auaro & sobrio & ebrioso & pio & homicidæ seruire, cur nõ etiã Christiano & hære tico baptismus quidẽ nõ seruit, sed ministratẽ & il lis uel ab illis ad salutẽ bene utẽtibus, & ad iudi- ciũ male utẽtibus. Tenax ab Horreisceliæ di- *Caput*
xit, Baptisma unũ est, sed Ecclesiæ, ubi Ecclesia *XXXI*
nõ est, baptisma illic esse nõ potest. Huic respõde- *Mat. 6*
mus, Quare ergo potest ubi petra non est, sed are *Augus.*
na est, cũ Ecclesia in petra nõ in arena sit? Ali⁹ *Caput*
Victor ab Assuris dixit, Scriptũ est, qa deus unus *XXXII*
est, & Christus unus est, Ecclesia una, & baptisma *Ephe. 4*
unũ: Quomodo ergo illic baptizari aliquis potest ubi deus & Christus & Ecclesia non est? Respon. *Augus.*
Quomodo potest & in arena illa ubi nec Ecclesia est, quia in petra est, nec deus & Christus, quia nõ est ibi templũ dei & Christi. Donatul⁹ à Capse *Caput*
dixit, Et ego semper hoc sensi, ut hęretici qui nihil *XXXIII*
foris consecuti sũt, quãdo ad Ecclesiã conuertunt baptizent. Ad hoc respondetur. Nihil quidẽ con- *Augus.*
secuti sunt, sed ad salutẽ, nõ ad sacramentũ. Salus enim, ppria est bonis, sacramẽta uero cõmunia & bonis & malis. Verulus à Ruficcade dixit, Ho *XXXIIII*
mo hęreticus dare nõ potest q̃d non habet, multo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Auguſt. magis ſchiſmaticus qui quod habuit amiſit. Reſpon. Iam oſtendimus eos habere quia nō amittūt cum recedunt, Non eī recipiunt cū redeūt. Quapropter ſi propterea uidebātur dare nō poſſe, qa putabātur non habere; intelligantur iā dare poſſe, quia intelliguntur & habere.

Caput XXXV Pudentianus à Cuiculi dixit, Nouitas Epiſcopatus efficit fratres dilectiſſimi ut ſuſtinerem quid maiores iudicarēt: nā hæreſes nihil habere nec poſſe manifeſtū eſt, atq; ita ſi quis ex eis uenerit baptizari æquiſſime

Auguſt. ſtatutum eſt. Reſpon. Sicut ergo ſuperioribus reſponſum eſt quoş hic ſuſtinebat quid iudicarent,

Caput XXXVI ſic & huic ipſi reſpōſum eſſe intelligat. Pētrus ab Hippone Zarito dixit, Cū unū baptiſma ſit in catholica Eccleſia, manifeſtū eſt non poſſe extra Eccleſiā baptizari, & ideo in hęreſi tinctos ſiue in ſchiſmate uenientes ad Eccleſiā, cenſeo baptizari oportere.

Auguſt. Reſpon. Sic eſt unum baptiſma in Eccleſia catholica, ut cum exinde aliqui exierint, in his qui exeūt nō fiant duo, ſed idē unum maneat. Quod ergo in redeuntibus agnoſcitur, hoc & in eis qui à recedentibus acceperūt, quod illi cū recederent nō amiſerūt.

Caput XXXVII Item alius Lucius ab Auſa fa dixit, Secundum aūt motū animi mei & ſpiri-

Eph. 4 tuſſancti, cū ſit unus deus pater domini noſtri Ieſu Chriſti, & unus Chriſtus & una ſpes, unus ſpiritus, una Eccleſia, unū debet & eſſe baptiſma: & ideo dico, ſi quid apud hæreticos motum aut factū fuerit, reſcindi debere, & eos q̄ exinde ueniūt

Auguſt. in Eccleſia baptizandos eſſe. Reſpon. Reſcindat ergo quod baptizant, qui audiūt uerba dei & nō faciunt, cū ab iniquitate ad iuſtitiā, hoc eſt ab arena ad petram migrare cœperint, Quod ſi non fit, quia & in ipſis quod Chriſti erat, eorū iniquitatibus non uiolabatur, hoc etiā de hęreticis intelliga tur: nā nec eadē ſpes illis eſt quādiu in arena ſunt quæ illis qui ſuper petrā ſunt, tamē idē baptiſma eſt in utriſq;, quāuis ſicut ſpes una, ita unū bapti-

Caput ſma dictū ſit. Felix à Gurgitibus dixit. Ego cenſeo ut ſecundū ſanctarū ſcripturarū præcepta ba-

XXXVIII ptizati illicite ab hæreticis extra Eccleſiā, ſi ad eccleſiā cōfugere uoluerint, gratiā baptiſmi ubi licite dat cōſequantur.

Auguſt. Reſpon. Imò licite incipiant habere ad ſalutē, quod illicite habebant ad perniciē: quia ſub eodē baptiſmo iuſtificat, cū ſe quiſq; ad deū ueraci corde cōuerterit, ſub quo iudicabatur quando id accipiens ſeculo ſolis uerbis & nō

Caput factis renūciauerat. Puſillus à Lamasba dixit,

XXXIX Ego credo baptiſma ſalutare nō eſſe niſi in Eccleſia catholica: quicquid abſq; catholica fuerit, ſimulatio eſt.

Auguſt. Reſpon. Hoc quidē uerū eſt, q̄ baptiſma ſalutare non niſi in Eccleſia catholica eſt, Poteſt eī ipſum eſſe & extra catholicam, ſed ſalutare nō eſt ibi, ga nō ibi operat ſalutē: ſicut ille bonꝰ odor Chriſti non eſt utiq; ſalutaris in ijs qui pereūt, nō ſuo uitio ſed illorū. Simulatio eſt aūt quicquid extra catholicā fuerit, ſed inquantum nō eſt catholicū. Poteſt aūt aliquid catholicum eſſe extra catholicam, ſicut potuit nomē Chriſti eſſe extra cōgregationem Chriſti, in quo nomine pellebat dæmonia ille qui cum diſcipulis nō ſequebatur. Nam ſi-

A mulatio etiam in catholica eſſe poteſt, in his utiq; qui ſeculo uerbis ſolis & nō factis renunciāt, nec tamē eſt catholica ſimulatio. Sicut ergo eſt in catholica quod non eſt catholicū, ſic poteſt extra ca Cap. XI
tholicā aliquid eſſe catholicū. Saluianus à Gazaufala dixit, Hæreticos nihil habere conſtat, & ideo ad nos ueniunt ut poſſint accipere quod nō habebant. Reſpondemus, Non ſunt ergo hæreti- Auguſt.
ci ipſi qui hæreſes cōdiderunt, qui ab Eccleſia receſſerūt, & utiq; habebant quod ibi acceperunt. Quod ſi abſurdū eſt dicere q̄ illi non ſint hæretici per quos cæteri fiunt hæretici, poteſt fieri ut hære Cap. XII
ticus habeat quo male utendo diſpereat. Hono Diſt. 3. ca.
ratus à Tucca dixit, Cum Chriſtus ueritas ſit, ma qui contra
gis ueritatē q̄ conſuetudinē ſequi debemus, ut hę
reticos qui ideo ad nos ueniūt, quia foris nihil ac-
B cipere potuerunt, Eccleſiæ baptiſmo ſanctifice- Auguſ.
mus. Reſpondemus, Et iſte atteſtator eſt cōſuetudinis, ubi nos plurimū adiuuat quicquid aliud cō
tra nos dicere uideat: non aūt ideo ad nos ueniūt hæretici quia foris nihil acceperint, ſed ut eis utile eſſe incipiat quod acceperunt, hoc eī foris nul
lo modo poteſt. Victor ab Octauo dixit, Quod Cap. XI
& ipſi ſcitis, nō olim cōſtitutus ſum Epiſcopus, et ideo expectabā præceſſorū conſiliū. Hoc itaq; exiſtimo, ut quicunq; ex hæreſi uenerint, ſine dubio Auguſt.
baptizentur. Reſpōdemus, Quod ergo illis quos expectabat reſponſum eſt, huic quoq; reſponſum accipiatur. Clarus à Maſcula dixit, Manifeſta Cap. X
eſt ſentētia domini noſtri Ieſu Chriſti Apoſtolos mittentis, & ipſis ſolis poteſtatem à patre ſibi datā
C permittentis, quibus nos ſucceſſimus eadē poteſtate Eccleſiā domini gubernantes, & credentiū fidem baptizantes: & ideo hæretici qui nec poteſtatē foris, nec Eccleſiam Chriſti habent, neminē Auguſt.
baptizare baptiſmo eius poſſunt. Reſpondemus, Nunquid & impij homicidæ Apoſtolis ſucceſſerūt? Cur ergo baptizant? An quia nō ſunt foris? Sed à petra foris ſunt, cui claues dominus dedit, ubi ſe ædificaturū Eccleſiā dixit. Secundinus Ca. XLIII
à Tambeis dixit, Non debemus hæreticos noſtra præſumptione decipere, ut in Eccleſia domini noſtri Ieſu Chriſti non baptizati, ac per hoc remiſſionē peccatorū nō cōſecuti, cū iudicij dies uenerit, nobis imputent q̄ per nos nō ſint baptizati, & indulgentiā diuinæ gratiæ conſecuti. Propter quod
cū ſit una Eccleſia & unum baptiſma, quando ad Ephe. 4
D nos cōuertuntur ſimul cū Eccleſia & Eccleſiæ ba Auguſt.
ptiſmū cōſequātur. Reſpon. Imo trāslati ad petrā, & columbæ ſociati accipiant remiſſionem peccatorū. quā habere nō poterant extra petrā & extra colūbā, ſiue aperte foris, ſicut hæretici, ſiue tanq̄ intus, ſicut perditi catholici: quos tamē baptiſmū ſine remiſſione peccatorū & habere & dare manifeſtū eſt, cū & ab ipſis tales accipiunt, qui non in melius commutati deum labijs honorant, cor aūt Eſa. 29
eorū longe eſt ab eo. Tamē ſic eſt unū baptiſma, Mat. 15
quomodo eſt una colūba, cū poſſint qui non ſunt in colūba cōmuniter, baptiſma tamen habere cō
muniter. Itē alius Aurelius à Cillaui dixit, Ioan Cap. XLI
nes apoſtolus in epiſtola ſua poſuit, Si qs ad uos 2. Io. 1
uenit

uenit, & doctrinā Christi nō habet, nolite eum admittere in domū uestrā, et aue illi ne dixeritis. Qui em̄ dixerit illi aue, communicat factis eius malis. Quomodo tales admitti temere in domū dei possunt, qui in domū nostram priuatam admitti prohibentur? Aut quomodo cum eis sine Ecclesiæ baptismo cōmunicare possumus, quibus si aue dixerimus tantū, factis eorū malis cōmunicamus? Respon. De hoc testimonio Ioannis non est diutius differendū, quandoquidē ad quæstionē baptismi quā modo tractamus oīno nō pertinet. Ait em̄, Si quis ad uos uenerit, & doctrinam Christi non habet. Hæretici aūt relinquentes doctrinā erroris sui, ad Christi doctrinā conuertuntur ut incorporent̄ Ecclesiæ, & ad illā columbā incipiant pertinere, cuius sacramentum habebant: & ideo quod eius nō habebant eis datur, id est, pax & charitas de corde puro, & cōscientia bona, & fide nō ficta. Quod aūt eius habebant agnoscit̄, & sine ulla cō tumelia suscipit̄: sicut in adultera deus agnoscit dona sua, etiā cū illa sequitur amatores suos, quia fornicatione corrupta cū ad castitatē conuertitur, non dona illa culpant̄, sed ipsa emēdatur. Sicut se aūt posset defendere Cyprianus, si hoc ei Ioannis testimoniū obijceret̄ quādo talib⁹ cōmunicabat: ita se defendāt cōtra quos dicit̄. Nam ad istā quæstionem, ut dixi, omnino nō pertinet. Ioannes em̄ dicit, alienæ doctrinæ hominibus aue nō esse dicendū, Paulus aūt uehemētius dicit, Si quis frater nominat̄ inter uos, aut auarus, aut ebriosus, &c. cum eiusmodi nec cibū quidē simul sumere: & tamen cū collegis fœneratoribus, insidiosis, fraudatoribus, raptoribus non priuatā mēsam sed dei altare habebat cōmune Cyprianus. Quomodo aūt hoc defendat̄, iā in aliīs libris satis dictū est. Licēteus à Gemellis dixit, Cęcus cęcū si ducat, ambo in foueā cadūt. Cū ergo hæreticos cōstet nō posse illuminare quemq̄, utpote cæcos, baptisma eorū non ualet. Respon. Nec nos dicimus ualere ad salutē quandiu hæretici sunt, sicut & illis homicidis quandiu fratres oderunt: nam & ipsi in tenebris sunt, & si quis eos sequit̄, simul in foueam cadunt. Nec ideo tamen baptismū uel nō habēt uel nō tradunt. Natalis à Boea dixit, Tā ego præsens q̄ Pompeius Sabratēsis, q̄ etiam Dioga Leptimagnensis, qui mihi mandauerūt, corpore quidem absentes, spiritu præsentes: censemus quod & collegæ nostri, q hæretici cōmunicationē habere nobiscum non possunt, nisi Ecclesiastico baptismo baptizati fuerint. Respon. Cōmunicatiōem credo eam dicit, quæ pertinet ad colūbę societatē: nam in participatiōe sacramentorū proculdubio cōmunicabāt eis, neminē iudicātes, aut à iure cōmuniōis aliquē si diuersum sentiret amouētes. sed quolibet modo dixerit, nō magnopere uerba hęc refellenda sunt. Certe enim nō cōmunicet hæreticus, nisi ecclesiastico baptismo baptizatus. Constat aūt Ecclesiasticū esse baptismū etiā apud hęreticos uerbis euangelicis cōsecratum, sicut ipsum Euangeliū ecclesiasticū est, nec ad eorū pertinet peruersitatē, sed utiq; suam retinet sanctitatem.

Iunius à Neapoli dixit, Ab eo quod semel censuimus nō recedo, ut hæreticos uenientes ad Ecclesiā baptizemus. Respon. Hic quia nullā rationem uel testimoniū scripturarū attulit, diu nos tenere non debet. Cyprianus à Carthagine dixit, Meā sententiā plenissime exprimit epistola quæ ad Iubaianū collegā nostrū scripta est, hæreticos secundū euangelicā & apostolicā contestationem aduersarios Christi & antichristos appellatos, quando ad Ecclesiā uenerint unico baptismo Ecclesiæ baptizādos esse, ut possint fieri de aduersarijs amici, & de antichristis Christiani. Respond. Quid aliud hic disputandū est, quādo ipsam cuius mentionē fecit Epistolā ad Iubaianum datā, quāta potuimus diligentia pertractauimus? Et quod hic dixi, meminerimus dici posse de omnibus iniquis, quos & in catholica esse ipse testat̄, & baptismū habere & dare, nemo nostrū ambigit. Illi em̄ ueniunt ad Ecclesiā qui de parte diaboli ad Christū transeūt, & ędificant super petrā, & incorporātur columbæ, & in orto cōcluso & fonte signato muniuntur, ubi nō sunt oēs qui cōtra Christi prę ceptā uiuunt, ubilibet esse uideātur. Nā in Epistola quā scripsit ad Magnum, cū de hac ipsa re ageret, satis aperteq; ipse nos cōmonuit, in qualibet scietate oporteat intelligi Ecclesiā, Ait em̄ de quodā loquens, alienus fiat & prophanus dominicæ pacis, ac dominicę unitatis inimicus, non habitās in domo dei, id est, in Ecclesia Christi, in qua non nisi cōcordes atq; unanimes habitāt. Quod ergo hic dicimus paululū aduertāt, q nobis de Cypriano uolūt præscribere. Si enim in Ecclesia Christi nō nisi cōcordes atq; unanimes habitant, proculdubio nō habitabāt in Ecclesia Christi, quāuis intus esse uiderent̄ illi qui per inuidiā & cōtentionē sine charitate Christū annunciabant, quos ipse intelligit nō hæreticos uel schismaticos à Paulo Apostolo cōmemoratos, sed falsos fratres cū illo interius cōuersantes, qui certe baptizare non debebāt, qa in Ecclesia nō habitabant, in qua ipse dicit nō habitare nisi cōcordes & unanimes: nisi forte quisq̄ sic abhorret à uero, ut dicat cōcordes & unanimes fuisse inuidos & maleuolos, & sine charitate cōtentiosos: & tamen baptizabāt, nec eorū ista detestāda quęrsitas sacramentū Christi quod per eos tractabatur & dispēsabatur, aliqua ex parte minuebat atq; uiolabat. Totū sanè ipsum locū in eadem ad Magnum Epistola positū operæpreciū est pertractare, quem ita contexuit. Non habitās, inqt, in domo dei, id est, in Ecclesia Christi, in qua nō nisi cōcordes atq; unanimes habitāt, loquente in Psalmis spiritu sancto & dicente, Deus q inhabitare facit unanimes in domo. Denicq; unanimitate Christianos firma sibi atq; inseparabili charitate connexos, etiam ipsa dominica sacrificia declarant, Nā quando dominus corpus suum panē uocat, de multorū granorū adunatione congestū, populū nostrū quē portabat indicat adunatū: & quādo sanguinē suum uinū appellat, de botris atq; acinis plurimis expressum, atq; in unū coactū, gregē itē nostrū significat cōmixtiōe

Caput XLVIII Augustin.

Ca. XLIX Cyprianus in epistola ad Iubaianum

Augustin.

Cyprianus in epistola ad Magnum

Cap. L

Psal. 67

Ioan. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

adunatæ multitudinis copulatū. Hæc uerba beati Cypriani indicant eū etiā intellexisse decorem domus dei, quam domū ex unanimis & cōcordibus constare affirmauit & docuit testimonio prophetico & significatione sacramentorū, In qua utiq; domo nō erāt illi inuidi, & sine charitate maleuoli, qui tamē baptizabant. Ex quo apparet & in eis esse posse atq; ab eis dari posse sacramētum Christi qui nō sunt in Ecclesia Christi, in qua non nisi unanimes & concordes habitare Cyprianus ipse testatur. Neq; enim saltem hoc dici potest, tūc baptizare posse cum latent, quoniam illi Paulū apostolū non latebant, quos in epistola sua ueracissimus testis notat, & gaudere se dicit, quoniā et ipsi
Phil. 1 Christū annunciabant. De his quippe ait, Siue occasione siue ueritate Christus annūcietur, & hoc
Cap. LI gaudeo, sed & gaudebo. Quibus omnibus con-
24. q. 1. cap. sideratis, puto me non temere dicere alios ita esse
omnibus consideratis in domo dei, ut ipsi etiā sint eadē domus dei, quæ dicitur ædificari super petram, quæ unica columba appellatur, quæ spōsa pulchra sine macula & ruga, & ort⁹ cōclusus, fons signaus, puteus aquæ
Mat. 16. 18 uiuæ, paradisus cū fructu pomorū, Quæ domus etiam claues accepit, ac potestatē soluendi & ligādi. Hanc domū si quis corripientem corrigentēq; contempserit, sit tibi, inquit, tanq; ethnicus & pu-
Psal. 25. 67 & 121. 83 blicanus. De hac domo dicit, Domine dilexi decorem domus tuæ, & locum habitationis gloriæ tuæ. Et qui habitare facit unanimes in domo. Et iocundatus sum in his quæ dixerunt mihi, in domū domini ibimus. Et beati qui habitāt in domo tua domine, in secula seculorū laudabunt te: & in numerabilia talia. Hęc domus etiā triticū dicitur, siue tricenū, siue sexagenum, siue centenum fructū afferens cū tolerantia. Hæc domus est in uasis aureis & argēteis, & lapidibus preciosis, & lignis
Eph. 4 imputribilibus. Huic domui dicitur, Sufferentes inuicē in dilectione, studentes seruare unitatē spi-
1. Cor. 3 ritus in uinculo pacis. Et tēplum eīm dei sanctum est quod estis uos. Hæc quippe in bonis fidelibus est, & sanctis dei seruis ubiq; dispersis, & spiritali unitate deuinctis eadē cōmuniōe sacramentorū, siue se facie nouerint, siue nō nouerint. Alios aūt ita dici constat esse in domo, ut non pertineant ad cōpagem domus, nec ad societatem fructiferæ pacificæq; iustitiæ, sed sicut esse palea dicitur in fru-
2. Tim. 2 mentis: nā & istos esse in domo negare nō possumus, Paulo apostolo dicēte, In magna aūt domo
2. retract. non solū aurea uasa sunt uel argētea, sed & lignea
cap. 18 & fictilia, & alia quidē sunt in honorē, alia uero in contumeliā. Ex hoc numero innumerabili, nō solū turba intus premens cor paucorū in tantæ multitudinis comparatiōe sanctorum, sed etiam diruptis retibus hæreses & schismata existunt, in eis qui iā magis ex domo quàm in domo esse dicendi
1. Io. 2 sunt, de quibus dicitur, Ex nobis exierunt, sed nō erant ex nobis. separatiores enim sunt iā etiā corporaliter segregati, q̄m illi qui in terris carnaliter et
Cap. LII animaliter uiuūt, & spiritaliter separati sunt. Horum aūt omnium generum illi primi, qui sic sunt in domo dei ut ipsi sint domus dei, siue iam spirita-

A les siut, siue adhuc paruuli lacte nutriantur, sed tamen ad spiritalē habitū intento corde proficiant, nemo dubitat q; baptismū & utiliter habeant, & se imitantibus utiliter tradāt: fictis aūt quos spiritussanctus fugit, & si ipsi quantū in eis est utiliter tradunt, illi tamē inutiliter accipiunt, non imitantes eos per quos accipiūt. Illi uero qui sic sunt in magna domo tanq; uasa in contumeliā, & inutiliter habent baptismū, & se imitātibus inutiliter tradunt: illi porrō ab eis utiliter accipiūt, qui nō ipsis corde atq; moribus sed sanctæ domui copulātur. Qui aūt separatiores nō magis in domo q; ex domo sunt, neq; omnino utiliter habent, neq; ab eis utiliter accipit, nisi forte accipiendi necessitas urgeat, & accipiētis animus ab unitatis uinculo nō
B recedat: tamē & habēt, quamq; inutiliter habeāt, & accipitur ab eis etiam cū inutile est accipientibus, quod ut fiat utile ab hæresi uel schismate recedendum est, & illi domui cohærendū: quod nō solū hæretici & schismatici, sed etiā illi facere debēt, qui sic sunt in domo per cōmunionem sacramentorū, ut extra domū sint per diuersitatē morū. sic eīm ipsis utile incipit esse sacramentū, quod aliter inutile est. Solet etiā quæri, utrum appro- An non
bandum sit baptisma quod ab eo qui non accepit accipit, si forte hoc curiositate aliqua didicit quē- zatus ho
admodū dandum sit: & utrū nihil interfit quo ani- zet Cy
mo accipiat ille cui datur, cum simulatione, an si- Decons
ne simulatione: si cum simulatione, utrum fallens cap. fin
sicut in Ecclesia uel in ea quæ putatur Ecclesia:
C an iocans sicut in mimo. & quid sit sceleratius, in Ecclesia fallaciter accipere, an in hæresi uel schismate sine fallacia, id est, animo nō simulato. & utrū in hæresi fallaciter, an in mimo cū fide, si quisquam inter agendū repentina pietate moueatur, quamq; talem si etiam illi conferamus, qui in ipsa catholica fallaciter accipit, mirum si dubitat quis cui præferendus sit. Quid eīm prosit animus uera-
citer dantis fallaciter accipienti nō uideo: sed ubi tremur etiā fallaciter aliquē dantē, cū & tradēs & accipiēs fallaciter agant in ipsa unitate catholica, utrū hoc magis baptisma sit acceptandū, an illud quod in mimo dat, si quis existat fideliter, subito accipiēs cōmotus: an quantū ad ipsos quidē attinet homines, plurimū distat inter credentē in mi-
D mo, & irridentē in Ecclesia, ad ipsius aūt sacramēti integritatē nihil interfit. Si eīm nihil interest ad integritatē sacramenti in ipsa catholica, utrū id ali qui fallaciter an ueraciter agant, cū tamē hoc idē utriq; agāt: cur extra interfit, nō uideo, quando il ex ip
le qui accipit nō simulatiōe palliatus, sed religiōe mutatus est. an plus ualēt ad cōfirmandū sacramē tū illi ueraces inter quos agitur, q̄m ad frustrandū illi fallaces à quibus agitur & in quibus agit, & tamē si postea prodat nemo repetit, sed aut excōmunicādo punit illa simulatio, aut pœnitēdo sanat. Sed nobis tutū est in ea nō progredi aliqua temeritate sententiæ quæ nullo in catholico regionali cōcilio cœpta, nullo plenario concilio terminata sunt: id aūt sit cura securę uocis afferere, q̄d in gubernatiōe dñi dei nostri & saluatoris Iesu Christi,

uniuer

De conſ. diſt. 4. cap. ſolet

uniuerſalis Eccleſię cõfeſſione roboratum eſt. Ve
runtamen ſi quis forte me in eo concilio conſtitu-
tum, ubi talium rerum quęſtio uerſaretur, non prę
cedentibus talibus quorum ſententias ſequi mal-
lem, urgeret ut dicerẽ quid ipſe ſentirẽ: ſi eo modo
affectus eſſem, quo eram cum iſta dictarem: nequa
quam dubitarẽ habere eos baptiſmũ, qui ubicunq;
& à quibuſcunq; illud uerbis euangelicis cõſecra-
tum, ſine ſua ſimulatiõe & cũ aliqua fide accepiſ-
ſent, quanq; eis ad ſalutẽ ſpiritualem nõ prodeſſet
ſi charitate caruiſſent, qua catholicę inſererent Ec
1. Cor. 13 cleſiæ. Si enim habeã, inquit, fidẽ ut montes trans-
feram, charitatẽ aũt non habeã, nihil ſum: ſicut iam
præteritis maiorũ ſtatutis, non dubito etiã illos ha
bere baptiſmũ, qui q̃uis fallaciter id accipiant in
Eccleſia tamen accipiunt, uel ubi putatur eſſe Ec
1. Ioan. 2 cleſia ab eis in quorũ ſocietate id accipitur, de qui
bus dictum eſt, ex nobis exierunt. Vbi aũt neq; ſo
cietas ulla eſſet ita credentiũ, neq; ille *qui ibi acci-*
peret ita crederet, ſed totum ludicre & *mimice* &
ioculariter ageretur, utrum approbandus eſſet ba-
ptiſmus qui ſic daretur, *diuinum iudicium* per ali-
cuius reuelationis *oraculum*, concordi oratione,
& impenſis *ſupplici deuotione* gemitibus implo-
randum eſſe *cenſerem*: ita ſanè ut poſt me dicturos
ſententias, *ne* quid iam exploratum & cognitum
afferrent, humiliter expectarem: quanto magis er-
go nunc ſine præiudicio diligentioris inquiſitiõis
uel maioris authoritatis illud dixiſſe accipiendus
Concludit Do ſum. Sed iam ut exiſtimo tempus eſt hos etiam
natiſtas et he libros de quęſtione baptiſmi debito fine conclude
reticos ſicut re, ubi nobis oſtendit dominus deus noſter per pa
et malos Chri cificum Epiſcopum Cypriantũ, & illos qui ei con-
ſtianos dare et ſenſerunt, quantum ſit catholica unitas diligenda:
accipere poſ- ut in eo quod aliter ſapiebãt, donec id quoq; deus
ſe ſacramentũ reuelaret, tolerarẽt potius diuerſa ſentientes, q̃ ſe
baptiſmatis ab eis nefario ſchiſmate ſepararent, ubi Donatiſta
Cap. LIIII rũ prorſus ora claudunt, etiam ſi de Maximinianiſtis nihil dicamus. Si enim mali bonos in unitate
contaminant, nullam iam Eccleſiam cui ſociare-
tur uel ipſe Cyprianus inuenit. Si autem mali bo-
nos in unitate non maculant, nullam cauſam ſepa
rationis ſacrilegus Donatiſta proponit: Baptiſmũ
autem ſi habent & tradunt alij tam multi qui ope-
Gal. 5 rantur opera carnis, qualia qui agunt regnum dei
non poſſidebunt, habent ac tradunt & hęretici qui
inter illa opera numerati ſunt, quod quia recedendo non amiſerunt, & tradere manendo potuerũt:
ſed tam infructuoſe atque inutiliter tales talibus,
quàm & *illi cæteri* pares eorum, in eo quòd regnũ
dei non poſſidebunt. Et quemadmodum illis cor-
rectis baptiſma non incipit adeſſe quod deerat, ſed
prodeſſe quod inerat, ſic & hæreticis. Vnde Cy-
prianus & qui cum eo ſenſerunt, catholicæ Eccle-
ſiæ quam noluerunt præcidere, nõ potuerunt præ
ſcribere. Quòd uero aliter ſapuerunt, non expaue
ſcimus, quia cum eis ueneramur & Petrum: quòd
autem ab unitate non receſſerunt, gaudemus, quia
cum eis ædificamur in petra.

Libri ſeptimi finis.

AD LECTOREM

In ſuperioribus libris ſubinde durius tractat Petrũ Apoſtolum cui tribuit hæreticã ſententiam, quòd uoluerit gentibus imponere onus legis. Abſit tãtus error ab Apoſtolorũ principe. Hoc nec legitur apud Paulũ nec quiſquam Græcorum interpretatus eſt.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE VNICO BAPTISMO contra Petilianum, Liber unus.

Prodẽdæ quæ dum latent nocent Cap. I

ESPONDERE diuerſa ſentientibus & à regula ueritatis errantibus, Conſtantine frater, ſæpiſſime cogimur, etiam de his rebus quas aliis atq; aliis ſermonib. frequentauimus. Quod utiliter exiſtimo fieri, & propter eorũ ingenia tardiora, q̃ putant aliud dici cũ aliquid legit: & propter ipſam diſputationum copiam, ut nõ ſolum ad diligentiores res rara perueniat, ſed quolibet modo ex multis in manus etiã negligentiores incurrat. Proinde ſermonẽ de unico baptiſmo ab eis cõpoſitum à quibus baptiſmus iteratur, quem mihi cum in rure ſimul eſſemus, à neſcio quo Donatiſtarũ presbytero acceptum dediſti, atq; ut ei reſponderẽ multũ petiſti, non niſi uerborũ ſtrepitu inflatum & calũnioſis criminationibus aſperatũ, uide adiuuante domino quanta facilitate confutem. Prima illic inuidia eſt, q̃ uentilat in publico res ſecreta. Taceant ergo qui hoc fieri debere non putant. Aut ſi ad loquendum cogi ſe dicunt ut reſpondeant contra ſentientibus, hęc etiã noſtra cauſa eſt, ut reſpondeã, non ſolum cõtrà ſentientibus, uerumetiã cõtraria facientibus. Debet enim palàm redargui quod in occulto nocet, quia & palàm defenditur, cum ſuadet in occulto quod noceat cum perficitur. Nã quis corã prophanis quenq; baptizat: Et tamẽ baptizari Chriſtianos nullus prophanus ignorat, q̃ audit in publico, quod ſi credit, pcipit in ſecreto. Videam⁹ ergo de baptiſmatis itera- *Cap. II*
tione quid dicant, qui uerecundantur hoc in aperto dicere, quod utinam in aperto timerẽt admittere. Vbi ſit, inquit, uerũ baptiſma quęritur. Deinde ſubiungit: Vſqueadeo meũ eſt, ut quod à me unicum datũ eſt, nec ab ipſis ſacrilegis iteretur. Cui reſpondemus: Sacrilegus non eſt, qui unicũ baptiſmum, nõ quod tuũ ſed quod Chriſti eſt, iterare nõ audet. Chriſti eſt enim unica hominis in baptiſmate conſecratio, tua eſt autem unici baptiſmatis iteratio. Corrigo in te quod tuum eſt, agnoſco quod Chriſti eſt. Hoc enim iuſtum eſt, ut cum mala hominum reprobamus, quęcunq; in illis bona dei reperimus, approbemus. Hoc inquam, iuſtũ eſt, ut *Quod ultiatim eſt ſanatur tantum* Cap. III
etiã in ſacrilego non uiolem quod uerũ inuenio ſacramentum, nec ſic emẽdem ſacrilegũ, ut in eo permanere petrem ſacrilegium. Nam ſic ſunt iſti mali in baptiſmo bono, quemadmodum Iudæi mali in lege

Universidad de Deusto
Biblioteca

bona. Itaque ut illi per ipſam legem iudicabuntur, A quam malitia ſua malam nō fecerunt, ita & iſti per ipſum baptiſmum iudicabuntur, quem bonū mali tenuerunt. Ergo quemadmodum Iudæus cū ad nos uenerit ut Chriſtianus fiat, non in eo deſtruimus bona dei ſed mala ipſius: Nā quod errat non credendo q̄ Chriſtus iam uenerit, natusq̄ & paſſus ſit, & reſurrexerit, hoc emendamus, eaq̄ infidelitate deſtructa, fidem qua hæc creduntur aſtruimus, Item quòd errat umbris ueterum ſacramentorum inhęrendo, diſſuademus, iamq̄ uenille tempus quo hæc auferēda atq̄ mutanda Prophetę prędixerant demonſtramus. Quòd uero unum deum colendum credit qui fecit cœlum & terram, quòd omnia idola & ſacrilegia gentiū deteſtatur, q̄ futurum expectat iudiciū, quòd uitam ſperat æternā, B quòd de carnis reſurrectione non dubitat, laudamus, approbamus, agnoſcimus, ſicut credebat credenda, ſicut tenebat tenenda, firmamus. Ita etiam cū ad nos uenerit ſchiſmaticus uel hęreticus ut catholicus fiat, ſchiſma eius & hæreſim diſſuadendo & deſtruēdo reſcindim⁹: ſacramēta uero Chriſtiana ſi eadē in illo inuenimus, & quicquid aliud ueri tenet, abſit ut uiolemus, abſit ut ſi ſemel danda nouimus iteremus, ne dū uitia humana curamus, diuina medicamēta damnemus, aut quærēdo ſanare quod uulneratū non eſt, hominē ſauciū & ubi ſanus eſt uulneremus. Proinde ſi de aliqua re ad fidem Chriſtianā & catholicam pertinente, ſi deniq̄ de ipſa trinitatis unitate diſſentientē hæreticū inuenio, & tamen Euangelica & Eccleſiaſtica regula C baptizatum, intellectum hominis corrigo, non dei uiolo ſacramentū. Loquor de Iudæis & ſchiſmaticis uel hæreticis ſub Chriſti utcūq̄ nomine errantibus. De ipſis gētilibus idolorumq̄ cultoribus, multa utiq̄ a nobis diuerſitate diſtantibus, nihil aliud nobis demonſtrat Apoſtolus: niſi ut in ipſis quoq̄ ita quicquid prauū eſt corrigamus, ut quod forte rectū eſt approbemus. Nam utiq̄ idololatras & quod eſt grauius, nō tantū cultores, ſed etiam inſtitutores ſimulachrorū redarguebat, ubi ait, Qui cognoſcentes deum nō ſicut deum glorificauerūt aut gratias egerunt, ſed euanuerūt in cogitationibus ſuis, & obſcuratū eſt inſipiens cor eorum: Dicentes enim ſe eſſe ſapientes, ſtulti facti ſunt. Et immutauerunt gloriā incorruptibilis dei, in ſimi- D litudinem imaginis corruptibilis hominis et uolucrum & quadrupedū & ſerpentium. Talia quippe nouimus fuiſſe ſimulachra Aegyptiorū, ubi & inſtituta eſſe multiplicior multoque ignominioſior idololatria perhibetur. Nunquid tamen cognitionem dei denegauit illis fuiſſe, ac nō potius confirmauit, dicens, Cognoſcentes deū, non ut deū glorificaueruntr Si ergo iſtam cognitionem tanq̄ mendacium repellere & deſtruere conaretur, qd' eam in ſacrilegis inueniſſet, nónne quod abſit, ueritatis inimicus exiſteret? Ideoq̄ id quod immutauerunt in mendacium ſuum, Nam & hoc dixit, Immutauerunt gloriam dei in ſimilitudinē imaginis corruptibilis hominis: talē ſcilicet fingētes deū, qualis non eſt deus, & nō ſicut eū cognouerunt tradentes hominibus. Et paulopoſt de talibus dicit, Qui immutauerunt ueritatem dei in mendaciū, & coluerūt & ſeruierūt creaturæ potius q̄ creatori qui eſt benedictus in ſecula. Veritas q̄ppe creaturę à deo eſt, nō deus, quā illi in mendaciū conuerterūt, tanquam deos colētes Solē & Lunā & quęcūq̄ cœleſtia atq̄ terreſtria. Quod ergo immutauerūt in mēdaciū ſuū, culpat, deteſtat, euertit. Quod aūt uerū in doctrina quāuis multis falſitatibus permixta cō fuſaq̄ ſeruarūt, approbat, teſtatur, affirmat. Nā & hinc eundem locū ita cœpit ut diceret, Reuelatur enim ira dei de cœlo ſuper omnē impietatē & iuſtitiā hominum, eorū qui ueritatem in iniquitate detinēt: nō abnegans ueritatē, quāuis in iniquitate detentā. Et in Actibus Apoſtolorū, cū de deo uno et uero Atheniēſes doceret, q̄ in illo uiuim⁹, mouemur, & ſumus: continuo ſubiūxit, Sicut quidam ſecundū uos dixerūt. Hoc igitur q̄ in deo uiuimus, mouemur & ſumus, ex illa ueritate eſt quā & illi impij ſimulachrorū cultores in iniquitate detinent, qui cognoſcētes deum, nō ſicut deū glorificauerunt. Hāc tamen ueritatē ſicut uidemus apud impios & ſacrilegos inuentā, non deſtruit, ſed confirmat apoſtol⁹, eiuſq̄ utilē teſtimonio addocēdos eos q̄ iſta neſciebāt. Huiꝰ regulę Apoſtolicę ſectator Epiſcopus Cyprianus, de uno uero deo aduerſus multorū deorū falſorumq̄ cultores diſputans multa pfert teſtimonia de libris eorū quos præclaros authores habēt, hoc eſt illa ueritate q̄ in iniquitate detinent. Multo aūt mirabilius eſt quod fecit Apoſtolus, ut eorū phana circumiens, arā quandā C inter aras dæmonū inuentam, in qua ſcriptū eſſet, Ignoto deo: neq̄ hoc negādo & refellendo deſtruxerit, ſed potius cōfirmādo hinc etiā reperit oppor tuniſſimū ſuæ diſputationis exordiū dicēs, Quem uos ignorātes colitis, hunc ego annuncio uobis.

Idololatræ habēt aliquid quod probatur Cap. IIII

Roma. I

Hāc itaq̄ & nos per maiores noſtros traditā nobis ſequentes Apoſtolicam regulam, ſi quid recti etiam in peruerſis inuenerimus, eorū peruerſitate correcta, illud quod rectū eſt *minime uiolamus*: ut in uno homine ex ijs quæ uera tenet, etiam falſa emendentur, non ex falſis conuictis etiā uera deſtruantur. Temporibus Apoſtolorum qui dicebant, Ego quidem ſum Pauli, ego autem Apollo, ego autem Cephæ: quanuis nō per impiorum, ſed ſanctorum nomina, ipſi tamen impia ſchiſmata faciebant, hoc ipſorum erat deteſtabile uitium. Quòd uero ſciebant Chriſtum pro ſe eſſe crucifixum & ſe in eius nomine baptizatos, non erroris eorum, ſed diuini apud eos muneris erat. Hanc dei ueritatem in iniquitate ſuorum ſchiſmatum detinebant. Hanc apprehēdens beatiſſimus Paulus, non per illa uitia deſtructa etiam iſtā deſtruit, ſed per hanc confirmatam illa emēdanda conuincit. Nunquid Paulus pro uobis, inquit, crucifixus eſt, aut in nomine Pauli baptizati eſtis? ut per uerum dei quod tenebant, de ſuo falſo erubeſcerent quod agebant. Sicut ergo dicitur Iudæo, tene fidem reſurrectionis mortuorum ſicut tenebas, ſed crede iam Chriſtum reſurrexiſſe à mortuis, quod non credebas: Veritatem quippe dei de mortuis

Capt V

Act. 17

1. Cor. 1

reſur-

Universidad de Deusto
Biblioteca

resurrecturis in tua iniquitate detines, quia Chri- A
stum resurrexisse non credis. Sicut idolorū cultori dicitur, tene ab uno uero deo mundum conditum esse, qđ tenebas: sed noli credere deos esse ligna & lapides & ipsius mundi quaslibet particulas quas colebas. Dei enim ueritatem qua credis ab ipso mundum conditum in tua detines iniquitate, qua deorum cultor uis esse falsorum. Sic etiam hæretico dicitur qui sacramenta Christiana sicut in Ecclesia catholica traduntur nulla sua falsitate immutauit: Tene Christianum baptismum in nomine patris & filij & spiritus sancti sicut tenebas, sed agnosce Christi Ecclesiam toto sicut prophetatum est orbe crescentē, cui sacrilega uoce maledicebas. Dei enim ueritatē de unitate baptismatis in iniquitate detines tuę diuisionis. Corrige ini- B
quitatem hęretici figmenti, ne perdat te, & noli superbire de ueritate Christiani sacramenti, quæ ibi est ut iudicet te. Ego autem absit ut sic detester iniquitatem tuam, ut Christi abnegē ueritatem, quā in te inuenio ad damnationem tuam. Absit ut sic te corrigam, ut illud unde te corrigo destruam, nisi forte destruere debeo uerum quod inuenio in anima hæreticorum, cum Apostolus non destruxerit uerum quod inuenit in lapide Paganorū. Plus est unus deus quàm unus baptismus. Neque enim baptismus deus est, sed ideo magnum aliquid est, quia sacramentum est dei. Et tamē ipse unus deus etiam extra Ecclesiam ab ignorātibus colebatur. Sic ergo & unus baptismus etiā extra Ecclesiam ab ignorantibus datur. Qui dicit fieri non potuis- C
se ut unus deus & uerus ab ignorātibus extra Ecclesiam coleretur, uideat non quid mihi, sed quid
Acto. 17 ipsi Apostolo ualeat respondere dicenti: Quem uos ignorantes colitis, hunc ego annuncio uobis.
Cap. VI Quamobrem sicut nihil eis proderat ad salutem, qui uerum deum ignorantes eum tamen colebant, immo & oberat ad perniciem, quòd falsos deos simul colentes eidem uero deo sacrilegam iniuriam faciebāt: sic nihil prodest hæreticis ad salutem q extra Ecclesiam uerum baptismū per ignorantiā & tradunt & tenent, immo & obest ad dānationem quod in sacrilega iniquitate erroris humani, etiam diuini sacramenti, non per quā mundentur, sed per quam seuerius iudicent detinent ueritatem. Et sicut Apostolus quando illos sacrilegos D
corrigebat, deum tamen uerum qui extra Ecclesiā ab eis ignorantibus colebat, agnoscēbat potius q̄ negabat. Sic etiā nos quando hæreticorum sacrilege separationis errores corrigimus, baptismum tamen uerum quem per ignorantiā extra Ecclesiam tradunt utique agnoscere non negare debemus.

Ioannis baptismus Cap. VII Acto. 19

Sed Paulus, inquiunt, cum inuenisset in Epheso quosdam qui se dicebant Ioannis baptismate baptizatos, baptizari iussit in Christo. Quisquis hoc exemplo schismaticos & hæreticos baptizandos putat, audeat dicere si potest hæreticum uel schismaticum Ioannem fuisse. Hoc si nephas est dicere, profecto illis hominibus quod deerat datū est, non quod inerat improbatum: siue mentiti fuerint se habere baptismum Ioannis, sicut nonnulli arbitrantur: siue quia baptismus Ioannis non erat baptismus Christi, sed tamen militans Christo, sicut legis uetera sacramenta præcursorio quodam & præfiguratorio fungebantur officio. Si post Ioannem amicum sponsi baptizatum est, inquiunt, quanto magis post hæreticū baptizandum est. Potest alius uelut iusta similiter indignatione cōmotus dicere: Si post Ioannem baptizatum est, qui uinum penitus non bibebat, quanto post ebriosum iustius baptizandū est? Hoc ergo isti faciant si possunt: Baptizent post ebriosos suos, si post Ioannem sobrium Apostoli baptizauerūt. Quid hinc respondent, nisi propterea se post istos non baptizare, quia per eos qui baptizati sunt nō eorum sed Christi baptismū perceperunt. Credunt esse ergo propterea post Ioannē baptizatum, quia uel nullū illi baptismū habebant, uel Christi baptismū nondum habebant. Hoc quidem etiam ipse sibi cui respondemus opposuit, oppositumq; nō soluit. Ait enim: Dicit forsitan aliquis, sed hi quos Paulus iterum baptizauit, baptismo Ioannis abluti fuerant, non baptismo Iesu Christi. Vnde rebaptizari dico non oportere, quos constat esse à traditoribus tamen in Christi nomine baptizatos. Hoc sibi cū ipse proposuisset, attende quemadmodum frustra respondere conatus sit. Huic, inquit, rei dominus Iesus Christus respondit his uerbis: Qui mecum non colligit, dispergit. Et iterum: Non omnis qui dicit mihi dñe domine, intrabit in regnū cœlorū. Multi enim dicent mihi in illa die, domine domine, nónne in nomine tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia eiecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus? Et tunc dicam illis: Non noui uos: Recedite à me operarij iniquitatis. Perdidisse igitur falsum opus non dubium est, qui tametsi in nomine Iesu Christi sacrilegi tamen ausi sunt operari. Velint nolint, proinde traditores sacrilegis sacramentis Christum magis offendunt. Qui si & dicere audeant, in nomine tuo propheta uimus, dicet illis ut cæteris: recedite à me operarij iniquitatis, non noui uos. Recte illis hoc dicet, quoniamquidem in indignis non dissimiles causę sunt, baptizare, dęmonia pellere, cęterasq; mirabiles facere uirtutes. Vide q̄ multa dixit, & quod sibi ex aduerso ꝓposuit, soluere omnino nō potuit, nec solum, sed etiam nosipsos quæ aduersus eos dicere deberemus admonuit. Neq; enim tantum nihil eum adiuuant hęc Euāgelica testimonia, sed etiam causę nostræ plurimum suffragantur. De baptismo Ioānis agebatur, à quo baptizatos quosdā si baptizauit Apostolus, non utiq; Ioannis baptismum habentibus iterum Ioannis baptismū dedit, sed Christi baptismū non habentes baptizari iussit in Christo, ac per hoc neutrum destruxit, sed utrunque distinxit. Hoc etiam iste contra quem disseruimus uidit, qui cū sibi uelut ex aduersarijs partibus obiecisset, quia & hi quos traditores uocant baptismo Christi non Ioannis baptizant & baptizantur, et ideo post eos baptismū nec rescindi, nec iterare oportere: huic quæstioni dicit respondisse Christū cum ait: Qui mecum non colligit, spargit.

Matt. 12
Matt. 7

quasi

Universidad de Deusto
Biblioteca

quasi dixerit Christus, in eis qui mecum non colli A
gunt, etiam quod uerum & quod meũ inuentum
fuerit, negetur, exuffletur, destruatur. Ait etiã qui-
busdam dicentibus: Domine domine, in nomine
tuo prophetauimus, & in nomine tuo dæmonia e-
iecimus, & in nomine tuo uirtutes multas fecimus
eum respondurũ: Non noui uos: Recedite à me o-
perarij iniquitatis. Nunquid etiam hic dixit: Pro-
pter iniquitatẽ uestram negabo etiam ueritatẽ me
am in uestra iniquitate detentam? Neq; enim in re
gnum suum recepturus est omnes in quibus inue-
nerit aliquam ueritatẽ, sed in quibus inuenerit ue-
ritati congruã charitatem: Quæ si defuerit, iniqui-
tas erit. In qua tamen detenta ueritas neganda non
est, sed ipsa iniquitas nõ destructa ueritate damnan
1. Cor. 13 da est. Vnde & Apostolus dicit: Et si sciero omnia B
sacramenta & omnem scientiam, & si habuero o-
mnem prophetiã & omnẽ fidem, ita ut mõtes trãs
feram, charitatẽ autem non habuero, nihil sum. Se
dixit nihil esse, si charitatem no habeat, non sacra-
menta & scientiam & prophetiam & fidem: Illa e-
nim magna sunt, etiã si ille nihil sit, qui ea sine cha-
ritate habuerit, & eorum ueritatem in sua iniquita
te tenuerit. Hoc & nos istis hęreticis dicimus: Nõ
destruimus ueritatẽ baptismatis, quã in uestra ini-
quitate detinetis, sed cũ uos corrigimus, illã destru
imus & euertimus, hanc aũt agnoscimus & tene-
mus. Nihil itaq; istũ adiuuant plura Euangelica te
stimonia. Quẽadmodum aũt nobis etiam plurimũ
suffragentur, aduerte. Ecce ipsa uerba eius attẽde:
Perdidisse, inquit, falsum opus non dubium est, ꝙ C
tametsi in nomine Iesu Christi sacrilegi tamen au-
si sunt operari. Hoc omnino uerũ est, quoniã qui
sacrilegi in nomine Iesu Christi ausi sunt operari,
falsum opus propriũ perdiderunt. Nunquid ideo
tamen nomen ipsum Iesu Christi sacrilegũ est, etiã
cum per illum sacrilegi aliquid operantur? Quis
hoc audet uel demẽtissimus dicere? Quis iam isto
tempore uel Paganus audeat affirmare? Vnde &
Matt. 12 ipse Iesus Christus cum uerissime dixerit: Qui me
cum non colligit spargit: tamen cum ei discipuli di
xissent quendã se inuenisse, qui in nomine eius dę
monia eiecisset, & prohibuisse, quia cũ eis dominũ
Mar. 9 non sequebat: ad hoc respõdit: Nolite prohibere:
Nemo em uirtutes facit in nomine meo, & potest
male loqui de me. In hoc itaq; propria iniqtas erat,
quia non cũ domino colligebat, nec in eius gregis
unitate pastorẽ cum discipulis sequebatur, in qua
iniquitate sua ueritatẽ detinebat alienam, ꝙ in no-
mine Iesu Christi eiiciebat dæmonia, & de illo ma
le non loquebatur. Huius itaq; iniquitatẽ illis uer-
bis dominus damnat ubi ait: Qui mecum non col-
ligit spargit, ueritatẽ suam tamen in illo non negat
nec improbat cũ dicit: Nolite prohibere: Nemo e-
nim uirtutes facit in nomine meo, & potest mala
loq de me. Hoc dominicũ exemplũ sequentes etiã
nos pro uiribus nostris, baptismi ueritatẽ, & quic-
quid aliud uerum hęretici tenent, negare nõ possu
mus, impugnare ac destruere nõ audemus, ipsorum
aũt iniquitatem qua cum Christo nõ colligunt sed
spargũt, merito detestamur, & inuiolata quę in eis
est ueritate damnamus, uel quantũ sinimur emẽda
mus. Respiciat ergo iste quo errore dixerit qđ Cap. VI.
secutus adiunxit. Velint, nolint, proinde tradito-
res sacrilegis sacramentis Christũ magis offendũt.
Alia est quippe temeritas & utcunq; tolerabilis, ꝙ
traditores dicit homines, quos esse non probat. Il-
lud autem quis ferat quòd sacrilega dicit sacramẽ-
ta Christi, etiam si uere sicut calumniatur à tradito
ribus haberentur, quæ in nomine patris & filij &
spiritus sancti ritu Euãgelico celebrantur? Hic for
tasse dicat, iam non esse Christi sacramẽtum quod
à sacrilegis datur. Cur non ergo dicit non esse etiã
nomen Christi, quod à sacrilegis dicitur? Quod o-
mnino nõ ausus est dicere. Ait em: perdidisse igi-
tur falsum opus non dubiũ est, qui tametsi in nomi
ne Iesu Christi, sacrilegi tamen ausi sunt operari.
Tametsi, inquit, in nomine Iesu Christi, nunqd di
xit nõ esse nomen Iesu Christi? Sicut ergo nihil ꝓ-
dest sacrilegis quod operant in nomine Iesu Chri
sti, sic nihil prodest hæreticis ꝙ baptizãt uel bapti-
zantur in baptismo Iesu Christi. Sed tamẽ sicut il-
lud nomen est Iesu Christi, ita & iste baptismus Ie
su Christi. Et utrunq; agnoscendum, & approban
dum, non negandũ, & destruendũ est, ne tantus do
nis dei fiat iniuria, cum sacrilegorũ eisdem donis
male utentiũ corrigatur uita. Ille dicit sacrilegis di
cturum dominum: Recedite à me omnes qui o- Matt. 7
peramini iniquitatem, qui extra Ecclesiam bapti-
zant, uel dęmonia eiiciunt, uel aliquas uirtutes in
nomine Iesu Christi operantur: Nos aũt dicimus,
imò ipsa ueritas dicit, omnibus hoc deum esse di-
cturum, qui intra ipsa unitatis retia mali pisces cũ
bonis usque ad littus natant. Quid enim eis aliud
dicetur cum in uasa collectis bonis, illi mali sepa
rati proijciẽtur, nisi recedite à me qui operamini iniu
quitatem? Nec tamen in eis Christi sacramenta de
struimus, cũ uel tales baptizãtes, uel tales baptiza
tos intra eadẽ unitatis retia agnoscimus. Ipsos quo
que non arbitror tam esse impudentes ut audeant
dicere, tam multis malis & sceleratis qui in eorum
parte sunt, manifestis flagitijs & facinoribus perdi
ti & inquinati, hoc est auaris atq; raptoribus, siue
truculentis fœneratoribus, siue cruentis Circũcel-
lionibus dominũ non esse dicturũ: Recedite à me
omnes qui operamini iniquitatem: & tamen sciũt,
D uident, tenent, multos tales baptizare, multos à ta
libus baptizari, nec in eis Christi uiolant sacramẽ
tum, etiam illi quibus displicent scelera eorũ. Non
solum itaq; nihil cõtra nos dixit, cum hęc Euange
lica testimonia protulit, uerumetiã nos quid con-
tra eos diceremus admonuit. Proinde quod se- Capit.
quitur, exultans dicit: Solui breuiter quęstionem.
Vere soluit eam, sed pro nobis: quandoquidem di
cẽdo in indignis nõ esse dissimiles causas, baptiza
re, dęmonia pellere, cęterasq; nõ dissimiles fecisse
uirtutes, qbus dicentibus: In nomine tuo ita feci-
mus: Dicitur? est: Nõ noui uos, recedite à me ope Matt. 7
rarij iniqtatis: manifestauit tã uerũ esse ꝙ baptizãt Luce 13
baptismo Iesu Christi, etiã qui separati sunt ab Ec-
clesia, quàm uerum est, quod dæmonia pellunt in
nomine Iesu Christi. Sed eos utrũq; nec ad uitam
æternam

Universidad de Deusto
Biblioteca

æternam perducere, nec ab æternis ſupplicijs uin
dicare poteſt. Ac per hoc quemadmodum ſi ueni
ret ad Eccleſiam quiſquam eorum à quibus expu
lit dæmonia ille, quem uiderunt diſcipuli ſepara
tum à grege Ieſu Chriſti pellere dæmonia in nomi
ne Ieſu Chriſti, nequaquam uirtus quæ in illo fa
cta fuerat negaretur, ſed ei quod deerat adderetur:
Ita quiſquis extra Eccleſiam fuerit ab hęreticis uel
ſchiſmaticis, tamen Chriſti baptiſmate conſecra
tus, cum ad Eccleſiam uenerit, non eſt negandum
ſacramentum ueritatis quo imbutus eſt, ſed adiici
enda eſt pietas unitatis à qua ſeparatus eſt, & ſine
qua illud ineſſe illi poſſit, prodeſſe non poſſit. Hoc
facimus, hoc à maioribus traditũ accepimus, hoc
in catholica Eccleſia, quę toto orbe diffunditur, con
tra omnes falſitatis nebulas cuſtodimus. Quid er- B
go hinc à nobis amplius diſputandum eſt, quando
ipſe breuiter ſoluit quæſtionẽ, cõmemorando E
uangelica teſtimonia, quibus profecto ſi cõtentio
ſus eſſe nollet, & ſuũ damnaret errorẽ, & baptiſmi
cognoſceret ueritatẽ? Quid itaq; opus eſt omnia
eius uerba retexere, qbus argute ſibi uidet dicere,
& multa loquacitate uerſare, ideo apud ſe eſſe ue
rum baptiſmũ, quia & à nobis agnoſcit, non nega
tur? Nam quiſquis firmũ & inconcuſſum tenuerit
quod ueriſſima & inuiolabilis regula ueritatis o
ſtendit, id in unoquoq; improbandũ uel emendan
dum quod falſum atq; uitioſum eſt, agnoſcendum
autem & acceptandum quod uerum atq; rectum
eſt, ſimul uidet, & quid in Donatiſtarũ hæreſi de
teſtemur, & quid uiolare minime debeamus. Cũ C
enim in ſuæ ſeparationis iniquitate detinent bapti
ſmi ueritatem, iniquitas eorũ à nobis culpatur, ue
ritas autẽ baptiſmi ubiq; agnoſcitur & probatur.

Cap. X Qui enim dicit deſtruendum eſſe baptiſmum
Chriſti, quãdo illo hæretici baptizant, cõſequens
eſt, ut dicat negandũ eſſe etiã ipſum Chriſtũ, quan
do eum dæmones confitentur. Hinc laudatus eſt
Matt. 16 Petrus, quando dixit: Tu es Chriſtus filius dei ui
ui: expulſi ſunt dæmones, hoc ipſum dicentes: Sci
Mar. 1 mus qui ſis, filius dei. Ergo iſta cõfeſſio Petro fru
ctuoſa, dęmonibus pernicioſa, in utriſq; tamẽ non
falſa ſed uera, nõ neganda ſed agnoſcenda, non de
teſtanda ſed approbãda eſt. Sic & baptiſmi ueritas
datur à rectis catholicis tanq; à Petro illa cõfeſſio,
datur à peruerſis hereticis tanq; à dæmonibus. Ea- D
dem ipſa cõfeſſio illos adiuuat, hos condẽnat, in u
triſq; tamen agnoſcẽdo approbanda, in neutris ne
gando uiolanda. Vnde & Apoſtolus Iacobus cũ
quoſdã redargueret qui ſufficere dicebant homini
ſolam fidem, nec ei charitatis opera cõiungebant,
eos ex iſta dæmonum comparatione conuicit, ne
ideo ſe ad deum pertinere exiſtimarent, quòd ue
rum de deo crederent, etſi bona opera adiungere
Iacobi 2 fidei nõ curarent. Tu dicis, inquit, quoniam unus
eſt deus, bene facis: & dæmones credunt & cõtre
miſcunt. Eos igitur qui de deo uerum credunt &
male uiuunt, dæmonibus comparauit, non tamen
illud ipſum uerum quod de deo dæmones credũt,
propter odium dæmonum negando deſtruxit.
Quamobrem cum iſte ipſe cõtra quem diſputaui-

A mus propoſuerit Apoſtolũ dicere: Vnus deus, u- Ephe. 4
na fides, unum baptiſma, Ecce, inuenimus eundẽ
deum extra Eccleſiam ab ignorantibus coli. Ecce
inuenimus eandem de uno deo fidem extra Eccle
ſiam, nõ ſolum quoſdã homines, uerũetiam dęmo
nes cõfiteri, ſed utraq; ab Apoſtolis cõfirmata eſt
potius cꝫ negata. Cur nõ ſimiliter unum baptiſma
in quibus extra Eccleſiã conſtitutis inuenerimus
cõfirmamus, potius cꝫ negamus, ut nõ ex eo quod
in illis prauum eſt, etiam quod rectũ eſt deprauẽ
mus, ſed ex eo quod rectũ tenẽt, etiam illud in quo
deprauati ſunt, corrigamus? Quid eſt ergo qđ Cap. XI
dicit, illic eſſe uerum baptiſma, ubi eſt uera fides?
Prorſus fieri poteſt ut aliqui uerum habeant ba
ptiſmum & non habeant uerã fidem: ſicut fieri po
teſt, ut habeant uerum Euangelium, quod non re
cte intelligendo, falſi aliquid credant de deo. Nun
quid propter ipſam fidei falſitatem etiam Euange
lium quod uerum apud eos inuenitur, deteſtandũ
aut emendandum putabimus? Nec illos Corinthi
os arbitror, quos in ſchiſmata diſſiluiſſe redarguit,
ueram fidem habuiſſe, in eo quod dicebãt: Ego 1. Cor. 1
ſum Pauli: hoc etenim falſum erat: Veruntamen
baptiſmum habebant, ex cuius ueritate ut iſtam
corrigerent falſitatem, ab eoipſo audiunt: Nun
quid Paulus pro uobis crucifixus eſt, aut in nomi
ne Pauli baptizati eſtis? Erant illic etiam qui mor
tuos reſurrecturos non credebant, & in eo utique
non ueram tenebant neq; habebant fidem: Ex eo
tamen q̃ ueram habebant, quoniã credebant Chri
ſtum reſurrexiſſe in quo fuerant baptizati, dat ope
ram Apoſtolus etiã illud curare, in quo eis fides ſa
na non erat, dicens: Si mortui non reſurgunt, neq; 1. Cor. 15
Chriſtus reſurrexit: ut quoniam Chriſtum reſurre
xiſſe crediderant, & hoc in eis ſanum erat, illud eti
am ſanaretur, quòd reſurgere mortuos errore per
niciоſiſſimo nõ credebãt. Quamobrẽ cum in ſcri
pturis ſanctis canonicis nec illi inueniant hæreti
cos ad Eccleſiam catholicam uenientes denuo ba
ptizatos, nec nos inueniamus in eodem baptiſmo
quem in hæreſi acceperãt, ſuſceptos: in hac re dun
taxat par nobis cauſa eſt, quia nec illi quod faci
unt, ut hæreticos uel quos hæreticos putant de
nuo baptizent, nec nos quod facimus ut etiam a
pud hæreticos datum ſuſcipiamus baptiſmũ Chri
ſti, ullo temporum Apoſtolicorũ expreſſe confir- D
matur exemplo. Sed nos reperientes Apoſtolos in
quibuslibet errantibus, uel qualibet impietate ſa
crilegis, ſi quid ueri cognouerunt confirmaſſe poti
us cꝫ negaſſe, hominum autem errorẽ & impieta
tem, ſaluo quod in eis uerũ inuentũ eſt, emendaſſe
ſiue damnaſſe: hanc regulam etiam in baptiſmi ue
ritate ſectamur, ut apud quos eam inuenerimus ita
retentam atq; ſeruatam, ſicut in Eccleſia catholica
retinetur atq; ſeruatur, non eam negemus neq; de
ſtruamus, ſed ea manẽte quod uitioſum, quod pra
uum, quod falſum in unoquoq; fuerit, curem⁹, cor
rigamus, emendemus: aut ſi nõ poſſumus, deteſta
tum, damnatumq; uitemus. Proinde cum eos ſuſ-
cipimus, nõ ſuſcipimus iniquitatẽ eorũ, qua ſe ab
Eccleſia Chriſti diremptione ſacrilega diuiſerũt,

qua

qua orbem Christianum, cui deus per legem, per Prophetas, per Euangeliũ, per Psalmos, per Apostolos tam multa testimonia perhibet, calumnijs & maledicis criminationibus infectantur: nec eũ ipsorum errorem suscipimus, quo baptismũ Christi etiam apud hęreticos regula Ecclesiastica custoditum nolunt agnoscere, audẽt destruere, non dubitant iterare: quinetiã si quos inuenerint, non solum laicos, sed & clericos, nec quoslibet clericos, uerũ & presbyteros & Episcopos, & si in illis Ecclesijs baptizati sunt quas Apostoli labore ꝓprio fundauerunt, quos aliquo modo seductos ad se transferre potuerint, catechumenos faciũt. Hæc eorum detestabilia mala nequaquam suscipimus, quandoquidẽ nisi eis correctis ad nos transire non
Cap. XII possunt. Nec illud sine distinctione pręterimus, ut humiliorem agant pœnitentiam qui iam fideles Ecclesiam catholicam deseruerunt, quàm qui in illa nondum fuerunt. Nec ad clericatum admittuntur siue ab hęreticis rebaptizati sint, siue prius susceptι ad illos redierint, siue apud illos clerici uel laici fuerint. Et qui hæc nostrorum negligenter agunt, & eos forte clericos in catholica faciunt uel esse permittunt, quamuis à diligentioribus fraterno iure culpentur, tamẽ nec ipsi eis clericatum deferendum putant, nisi quos ab illis malis uel noxijs uerunt emendatos esse uel credũt. Ac per hoc frustra calumniantur Ecclesiæ catholicæ, quicunque
Rom. 1 ab eius unitate nephario scelere separantur. Vt enim uerbis Apostoli magis utar: Reuelatur ira dei de cœlo super omnem impietatem & iniustitiam hominum, qui ueritatẽ in iniquitate detinent. Hęc ira si non se correxerint, etiam istos iniustos inueniẽt qui ueritatẽ Christiani baptismatis in iniqui-
Cap. XIII tate detinent suæ sacrilegæ separationis. Ecclesia uero catholica quæ sicut de illa prædictum est, per omnes gentes copiosa fœcunditate diffundit, nullius sic emendat iniquitatem, ut in eo non ipsius, sed sui domini destruat ueritatem. Quid ergo iste quasi licenter ac fidenter exclamat? Baptizaui securus, quem tu sacrilegus inquinasti. Baptizaui, inquam, feci quod fecit Paulus Apostolus. Legat ubi hoc fecerit Apostolus Paulus. Quod si de illis apud Ephesum uult intelligi, audeat ergo dicere, ꝙ eos Ioannes sacrilegus inquinauerit. Quod si non audet dicere, quoniam apertissimũ nephas est, desinat tandem de re multum dissimili falsæ similitudinis nebulas excitare. Nam illud quod adiungit de Episcopo Carthaginensi Agrippino, de inclyto martyre Cypriano, de septuaginta prędecessoribus Cypriani, quia hoc fecerunt & fieri prædicauerunt, ò quàm detestandus est error hominũ, qui clarorum uirorum quædam non recte facta laudabiliter se imitari putant, à quorum uirtutibus alieni sunt. Sic enim & nonnulli Petro Apostolo cõparari se uolũt si Christum negauerint. Si uero etiam gentes Iudaizare coegerint, uocitari germani eius affectant, Apostolica gratia ut continuo declarentur: cum nec ei nõ dico præferri, sed saltem possit æquari, aut de proximo comparari, quiuis nostrorum temporum Christianus, aut etiam Episcopus qui nec Christum negauerit, nec gentes Iudaizare compulerit. Sic etiam in martyre gloriosissimo Cypriano, si apud Hæreticos uel schismaticos datum Christi baptismum nolebat agnoscere, dum eos nimium detestaretur, quos à catholica unitate, quam multum dilexit, separatos dolebat: tanta eius meritã usq; ad triumphum martyrij consecuta sunt, ut & charitatis qua excellebatur luce, illa obumbratio fugaretur, & ut sarmentum fructuosius fieret fructuosius, si quid habebat purgãdum, si nulla re alia certe passionis falce ultima tolleretur. Nec nos qui baptismi ueritatem etiam in hæreticorum iniquitate agnoscimus potius quàm negamus, ideo meliores Cypriano sumus: sicut nec Petro, quia gentes Iudaizare non cogimus.

Hoc de Agrippino alijsq; Episcopis, q illa cõcilia fecisse perhibentur, respõderim: qui sic diuersa sentiebant, ut cum eis contra quos de hac quæstione sentiebant in unitate persisterent, ubi charitas cooperit multitudinem peccatorum. Sic nanq; ambulantibus in Ecclesiæ unitate in quam peruenerãt, potuit deus, sicut Apostolus dicit, id illis reuelare Phil. 3
quod aliter sapiebãt. Noua enim tũc quæstio fuit, quemadmodum suscipiendi essent hæretici, quæ nonnullos fratres hæreticam perniciem uehementer merito detestãtes, ipsa nouitate turbauit, ut crederent hoc etiam in eis esse improbandum quod malo suo tenebant bonum. Ego autem ut quod de hac re sentio breuiter dicam, rebaptizare hæreticos quod illi fecisse dicuntur, tunc fuit humani erroris: rebaptizare autem catholicos quod adhuc isti faciunt, semper est diabolicæ prosumptionis.

Sed uolo soluat mihi iste quæstionem, quando Cap. XIIII
quidem Romanæ Ecclesiæ per ordinem commemorans Episcopos, inter eos commemorauit & Stephanum, quos Episcopatũ illibate gessisse confessus est. Cum ergo Stephanus non solum noxios baptizaret hæreticos, uerumetiam hoc facientes uel ut fieret decernentes excommunicandos esse censeret, sicut aliorum Episcoporum et ipsius Cypriani literæ ostendunt, tamẽ cum eo Cyprianus in unitatis pace permãsit. Quid hinc dicturi sunt? Excutiant ingenia sua quantum possunt, & utrum ualeant respondere cõsiderent. Ecce duo erant uno tempore, ut de alijs taceam, qui diuersa sentiebant. Duo erant eminentissimarum Ecclesiarum Romanæ scilicet & Carthaginensis Episcopi, Stephanus & Cyprianus, ambo in unitate catholica constituti. Quorum Stephanus baptismum Christi in nullo iterandum esse censebat, & hoc facientibus grauiter succensebat. Cyprianus autem in hæresi uel schismate baptizatos, tanquam non habentes baptismum Christi baptizandos in Ecclesia catholica existimabat. Multi cum illo, quidam cum isto etiam sentiebant, utrisq; cum eis in unitate consistentes. Si ergo uerum est quod isti dicunt, & unde causam suæ separationis asserere uel excusare conantur, quòd in una cõmunione sacramentorum mali maculãt bonos, & ideo corporali disiunctione à malorum cõtagione recedendum est, ne omnes pariter pereant: iam tunc Stephani & Cypriani

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cypriani temporibus cõstat periſſe eccleſiam, nec A
poſteris derelictam, ubi Donatus ipſe ſpiritaliter
naſceretur. Quod ſi dicere nefariũ iudicant, quia
reuera nefariũ eſt, ſicut mãſit eccleſia ex illis tem-
poribus uſq; ad tempora Cæciliani & Maiorini ſi
ue Donati, nec eã maculando perdere potuerunt
quicunq; in eam ſecundum ipſos ſine baptiſmo ad
miſſi ſunt, pleni omnibus peccatis & criminibus
ſuis, nec ulla facta eſt à Cypriano & eis qui pariter
de baptiſmo ſapiebant, ab illorum communione
diuiſio, quoniam non ſe arbitrabantur in unitate
& communione ſacramentorũ Chriſti, alienis ma
lis poſſe maculari: Sic potuit & deinceps eccleſia
permanere, quam toto, ſicut de illa prędictum eſt,
terrarũ orbe creſcentẽ nullo modo poterant quo-
rumlibet traditorum ac facinoroſorum aliena cri-
mina maculare: ſicut in una area uſq; ad tempus B
uentilationis maculari paleis frumẽta nõ poſſunt,
ſicut intra eadem retia uſq; ad tempus littoris ma-
li piſces bonos ſimul natando non perdunt. Nul-
la igitur ratio fuit, ſed maximus furor, quo iſti ue-
lut malorum communionem cauentes, ſe ab uni-
tate Chriſti quæ toto orbe diffunditur ſeparauerunt.
Niſi forte à crimínib. crimina mirabili arte diſcer-
nunt, non de ſcripturis ſed de cordibus ſuis diſtin
ctionum regulas proferentes, atq; dicentes, in uni
tate communionis ſacramentorum aliqua crimi-
na aliena ſine contaminatione tolerari, traditionis
autem crimine omnes qui cum talibus ſacramen-
ta communicauerũt detineri. Sed hinc diutius di-
ſputare ſuperfluum eſt, præſertim quia & hoc ra-
riſſime audent dicere, ipſi quoq; uerecundantes & C
ſentientes uana ſe loqui, & cum ea dicunt, nullo
diuino teſtimonio fulcire nitũtur. Magis enim ſo
lent in ore habere quando peccatis aliorum alios
criminantur, ad excuſandum nefas ſeparationis
ſuæ, *Videbas furem, & concurrebas cum eo: &* Pſal. 49
ne communicaueris peccatis alienis: et recedite & Eſaie 52
exite inde: & immundum ne tetigeritis: & qui teti-
gerit pollutum, pollutus eſt: & modicum fermen- 1. Cor. 5
tum, totam maſſam corrumpit: & alia huiuſmodi,
quibus non traditionis crimen ab alijs criminibus
aliqua proprietate diſcernitur, ſed omnis peccati
conſociatio prohibetur. Quæ tamen diuina teſti-
monia uel præcepta ſi eo modo quo iſti, intellige-
ret Cyprianus, profecto ſe ab Stephano ſepararet,
nec cum illo in catholicæ unitatis cõmunione per D
ſiſteret. Ille quippe ſecundum ſententiam quã de
baptiſmo iſti tenendam putant, hæreticos & ſchiſ-
maticos ſicut opinantur, baptiſmum Chriſti non
habentes, admittendo in eccleſiam communica-
bat peccatis alienis: quia uidelicet peccata eorum
qui baptiſmo uero abluti nõ erant, in eis utiq; per-
manebant. Debuit ergo Cyprianus ab huiuſmodi
communione diſcedere, ne cum fure cõcurreret,
ne peccatis communicaret alienis, ne contagione
inquinaretur immundi, ne pollutus fieret tangen
do pollutum, ne fermento corrumperetur aliorũ.
Hoc ergo quoniam non fecit, ſed cum eis in unita
te permãſit, tota ipſius unitatis tunc maſſa corru-
pta eſt, nec perſeuerauit eccleſia, quæ poſtea ſan-
ctos iſtorum Maiorinũ pareret ac Donatũ. Hoc
quia dicere nullo modo audent, reſtat ut fatean-
tur bonos cum malis in ſacramentorum Chriſtia-
norum communione ſine ulla ſua labe mãſiſſe, &
uſq; ad tempus Cæciliani perſeueraſſe eccleſiam
Chriſti, non ſine ullis hominibus malis, tanquam
in horreo iam reconditã, ſed adhuc commixta pa-
lea, tanquam in area cõſtitutam. Sic ergo & dein-
ceps potuit permanere, ſicut & permanet, donec
ultimo iudicij ꝛc. uentilata mundetur. Quid igi Cap. XV
tur ſibi uult tantus furor ſeparationis iſtorũ ab uni
tate corporis Chriſti, quę ſicut prophetari legitur,
impleri quoq; iam cernitur toto orbe terrarũ, atq;
in omnibus gentibus dilatatur. Hinc certe ſicut
ſcriptum eſt, Malus filius ipſe ſe iuſtum dicit, exi-
tum autem ſuum non abluit: hoc eſt, non excuſat,
non diluit, non defendit, quòd furore ſchiſmatico B
in hæreticam peſtem de domo dei exire propera-
uit, quia ſi uere iuſtus eſſet, ſicut apoſtolus Paulus
cum fratribus falſis de quibus in ſuis epiſtolis in-
gemit, & ſicut Cyprianus cum eis quos ſine ba-
ptiſmo ſuis peccatis præteritis plenos exiſtima-
bat, & admitti ad eccleſiam ab Stephano ſciebat:
ita in eccleſia Chriſti, cũ eis quos iniuſtos uel no-
uerat uel putabat, ſine ulla ſui contaminatione per
ſiſteret, nec bonos propter malos deſereret, ſed ma
los propter bonos potius toleraret, tanquam gra-
num cum palea pondere charitatis trituram ferẽs,
non tanquã leuiſſimus puluis ante uentilationem
flatibus cedens. Eo quippe modo etiam cum ini-
quis, quos neceſſe eſt uſq; ad littus retia iſta conti-
neant in unitate catholica perſeuerans, nõ tamen
cum fure cõcurreret, nec peccatis communicaret
alienis, nec cuiuſquam immunditiæ contrectatio-
ne macularetur, nec polluereturtangendo pollu-
tum, nec cuiuſquam fermento corrũperetur. Hæc
enim fiunt cõſenſione peccatorum, qua per fœmi
nam ſerpens hominem primum etiam in paradiſi
fœlicitate decepit, non communione ſacramento-
rum, in qua condiſcipulos Iudas mundos immun
dus contaminare non potuit. A malis autem cum
quibus ſacramenta dei communicant etiam nunc
in area nondum in horreo, iam tamen boni diſce-
dunt, & ſeparantur morũ diſſimilitudine, non cor
porũ ſegregatione, aliter uiuendo, non ad alia con
uenticula ueniẽdo: ſic nec cum malis unum fiunt,
nec ab eccleſiæ unitate diſcedunt. Quid ergo no- D
bis neſcio quorum traditorum crimen exaggerãt,
quos tamen nec ipſos unquam conuincere potue
runt: ſed ſi eos contra iſtorum calumnias defenda
mus, quorundam hominũ cauſam uidebimur age
re non eccleſiæ. Prorſus quicunq; & ubicunq; tra
ditores fuerunt, & non tantum traditorum pecca-
tum, ſed ipſorum etiam qui tradere compellebãt,
& omnium omnino facinoroſorũ, flagitioſorum,
ſacrilegorum admittebat Stephanus in eccleſiam
ſecundum iſtos, qui ſi baptiſmum non habebant,
omnia peccata quæcunq; grauia & horrẽda com-
miſerant in eis erant, & reos illos ſine ulla remiſſio
ne retinebant. Tales admittebat Stephanus, cum
talibus erat in unitate catholica Cyprianus, nec ta

mẽ perijt, ſed perſeuerauit eccleſia. Non igit quen quam in eius unitate maculãt aliena peccata. Fruſtra filius malus à familia patris exire properauit, fruſtra ſe iuſtũ dicit, exitũ autẽ ſuum nõ abluit. An forte dicturi ſunt, eos quos Stephan⁹ admittebat,
1.Pet.4 ipſius unitatis participatiõe mũdatos, quoniã charitas cooperit multitudinem peccatorũ? Vtinã dicant, Hoc enim & nos dicimus, quãdo eos ad unitatem uel urgemus ut redeant, uel monemus. Hoc autẽ pacto iam etiã nulla inter no⁹ baptiſmi quæſtio remanebit. Si enim apud hæreticos baptizati cum ad eccleſiam ueniunt unitatis ipſius charitate mundantur, profecto ſine cauſa rebaptizantur.

Ca. XVI Vides itaq; in hoc ſermone cui me reſpondere uoluiſti, & multa dixerit ille pro nobis. Quid ergo iam opus eſt, ut epiſcoporum Romanæ eccleſiæ, quos incredibilibus calumnijs inſectatus eſt, obiecta ab eo crimina diluamus? Marcellinus & preſbyteri eius Melchiades, Marcellus, & Syluester traditionis codicum diuinorum & thurificationis ab eo crimine arguuntur, ſed nunquid ideo etiam conuincuntur, aut conuicti aliqua documẽtorum firmitate monſtrantur? Ipſe ſceleratos & ſacrilegos fuiſſe dicit, ego innocentes fuiſſe reſpondeo. Quid laborem probare defenſionẽ meam, cũ ille nec tenuiter probare conatus ſit accuſationẽ ſuã? Si eſt ulla humanitas in rebus humanis, puto nos iuſtius poſſe reprehendi ſi ignotos homines quos criminantur inimici, nec eorũ crimen ulla teſtificatione demonſtrant, nocentes potius & innocẽtes crediderimus. Quia ſi forte ſe aliter ueritas habet, ipſi certe humanitati debitũ redditur, cum homo de homine nihil mali temere ſuſpicatur, nec cuiq; criminanti facile credit, quãdo ſine teſte ac ſine ullo documento crimen obijciẽs, maledicus potius cõuiciator quàm ueridicus accuſator extitit. Huc accedit, quia Melchiade tunc epiſcopo Romanæ eccleſiæ præſidente, ex præcepto Conſtantini Imperatoris, ad quem totã illam cauſam accuſatores epiſcopi Carthaginẽſis eccleſiæ Cæciliani per Anulinum proconſulem detulerunt, idem Cæcilianus innocens pronunciatus eſt. De quo iudicio cũ maiores iſtorũ importuniſſima peruicacia memorato Imperatori quererentur, quòd non plene nec recte fuerit examinatum atq; depromptũ, nihil de Melchiadis traditione uel thurificatione dixerũt. Ad cuius audientiam nec uenire utiq; debuerũt, hoc potius aut ſuggerentes Imperatori, aut ut ſuggereretur inſtãtes, quòd apud traditorẽ codicũ diuinorum & idolorum ſacrificijs inquinatum, cauſam ſuam agere non deberent. Cum hoc ergo nec ante ſuggeſſerint, nec poſteaquam contra eos pro Cæciliano iudicatum eſt, ſaltem uicti & irati obijciendum putarint, quid nunc inanes tam ſero cõnectunt calumnias, quaſi & innocentia Cęciliani, Melchiadis iudicis decoloratione ſuffuſcetur, & ipſa Romana eccleſia, ubi nec damnare quenquã ſuo qualicunq; iudicio potuerunt, nec aliquẽ ſuorum uelut in locum ſurrogare damnati, cõtra quã pauciſſimis Aphris partis ſuæ primo interuentores aduentitios furtim longeq; mittebãt, quos iſtũ nominatim commemorare non puduit, donec deceptæ plebeculæ quaſi proprios epiſcopos ordinarent? Nempe epiſcopum Abtunenſium Felicem poſt Cæciliani purgationem apud Imperatorẽ accuſauerunt, quòd ipſe eſſet manifeſtiſſimus traditor, & ideo Cæcilianus epiſcopus eſſe non poſſet, quòd ab illo traditore fuerit ordinatus. Tunc Conſtantinus nec huic eorũ accuſationi negauit locũ, quamuis eos in Cæciliani fictis criminibus calumnioſos fuiſſet expertus, & ideo præcepit ut cauſa Felicis diſcutereẽ. In Aphrica diſcuſſa eſt à proconſule Heliano. Felix quoq; innocẽs declaratus eſt. Extant geſta procõſularia: qui uoluerit ſumat & legat. Hoc autem non ſolum ad innocentię Cæciliani demõſtrandæ cumulũ pertinet, ipſiusq; Felicis euidentiſſimam purgationẽ atq; illorum calumnias declarandas, qui eum fontem omniũ malorum in concilio ſuo dixerant, uerumetiam ad cogitandam Melchiadis ab eorũ criminationibus puriſſimam uitã. Niſi forte quiſquã tam ſit inſipiens, ut credat eos cũ Felici non pepercerint, à quo Cæcilianus fuerat ordinatus, Melchiadi parcere potuiſſe, à quo fuerat abſolutus, ſi illius epiſcopi uitã quãuis nullum uulnus conſcientiæ peremiſſet, ſaltem qualiſcunq; fama culpaſſet. An uero quod de foro Abtunenſium factum fuerat ab iſtis accuſaretur, & quod in Capitolio Romanorũ factum fuerat taceretur? De Menſurio autem quid reſpodeã, cum ab eius tempore uſq; ad obitũ plebs unitatis nulla conſciſſa eſt, ipſæq; literæ Secundi Tigiſitani, quibus reprehenſus aſſeritur, eos ad ſe inuicem pacifice ſcripſiſſe confirmant, atq; in collegij ſocietate manſiſſe? Iam uero quod de Cirtenſi eccleſia dicere uoluit, & epiſcopos ibi catholicos maledictis inſectatus eſt qbus uoluit, quid aliud egit niſi ut uituperãdo ſanctos etiã noſtrorũ tẽporũ uiros nobiſq; optime cognitos, ſatis oſtẽderet quid etiã de ignotis, quib⁹ ſimiliter maledicit, ſentire debeamus? Proinde ſi Profuturus ante paucis. annos defunctus, & Fortunatus q in corpore adhuc eſt atq; illi ſucceſſit epiſcopo, quomodo Manichæi fuerunt, ſic fuerunt & illi traditores, quos longe à noſtris temporibus ignotiſſimos accuſare nõ ceſſant, etiã illorum nobis cura ab iſtorũ opprobrijs uita notiſſima eſt. Non ſanè parua eſt parumq; gloriosa cõſolatio cuiuſcunq; noſtrum, ſi ab inimicis eccleſię cum ipſa eccleſia criminamur, eius tamen defenſio non in eorum hominum defenſione conſiſtit, quos iſti nominatim falſis criminationibus appetunt, prorſus qualeſcunq; fuerint Marcellinus, Marcellus, Syluester, Melchiades, Mẽſurius, Cæcilianus, atq; alij quibus obijciunt pro ſua diſſenſione quod uolunt, nihil præiudicat eccleſię catholicæ toto terrarũ orbe diffuſæ, nullo modo eorum innocentia coronamur, nullo modo eorũ iniquitate damnamur. Si boni fuerunt, in areæ catholicæ tritura tanq; grana mundati ſunt: ſi mali fuerunt, in areæ catholicæ tritura tanq; ſtipulæ cõminuti ſunt. Intra iſtã areã boni & mali eſſe poſſunt, extra eam boni eſſe non poſſunt. Quiſquis ab hac unitate uento ſuperbiæ tanq; ſola palea ſeparatur,

areæ

areæ dominicę propter commixtam paleam quid
Cap. XVII calumniatur? Nos quoq; dicimus, nec tantum dicimus, uerumetiam literarum monimẽtis eccle siasticis & publicis comprobamus, Secũdum Ti gilicitanum, cuius congregato concilio Cæcilianũ dicunt esse damnatum, confessis traditoribus ne schisma fieret pacem dedisse, cum & eidem ipsi à Purpurio Limatensi crimẽ traditiõis fuisset obiectum. Dicimus Victorem Rusicarien sem, Donatũ Calamensem, Donatum Masculitanum, Marinum ab aquis Tibilitanis, Syluanũ Corien sem fuisse traditores, eosdemq; quasi traditorum seueríssimos damnatores. Hoc probamus & ecclesiasticis & municipalibus & iudicialibus gestis. Sed nec ideo traditores sunt omnes in parte Donati, quia in ea isti fuerũt: nec ideo est innocẽs pars Donati si isti innocẽtes à traditionis iniquitate monstrẽtur. Melius enim audimus sanctã scripturã, q̃ uel cuiq̃ calumniamur de peccatis alienis, uel cuiusquã similem calumniam formidamus. Anima eñ quæ peccat ipsa morietur. Et, unusquisq; proEzech. 18 prium onus portabit: Et, qui mãducat & bibit in-Galat. 6 digne, non alteri, sed sibi iudiciũ manducat & bi-1. Cor. 11 bit: Et sinuntur utraq; crescere ad messem, ne cum Matt. 13 ante tempus colligũtur zizania, eradicetur simul & triticum: & commixti optimis pascuis hædi agnicq; pascuntur, donec à pastore qui errare nõ potest segregentur: & ex omni genere piscium retia cõplentur unitatis, donec ad iudicium littoris perducantur: nisi quòd isti sua peruersa falsaq; sententia sibi præiudicant, qui propter aliena peccata iuste se dicunt ab orbis Christiani cõmunione separatos. Per hãc enim absurdam insanamq; opinionẽ ipsi faciunt, ut eis quorundam suorũ peccata omnibus imputentur. Quod si iustum esse arbitrãtur, rei sunt omnes cuiuslibet apud se in uno homine inuenti manifestissimi criminis. si autem hoc sicut iniustũ est, iniustũ esse cognoscunt, rei sunt omnes iniquissimæ separationis. Iam uero quoniam in
Conclusio totius disputationis Cap. XVIII hoc sermõe de unico magis baptismo quæstio est, ut unde cœpta est nostra disputatio concludatur, sic in ipsa unitate dominicæ areæ, nec propter bonos laudandi sunt mali, nec propter malos deserẽdi sunt boni: ut in homine nec ppter illud quod in eo integrum est, eius est accipienda peruersitas, nec propter id qd' in eo peruersum est, negari debet eius integritas: quia & in Iudæorum iniquitate detinetur ueritas resurrectionis mortuorum, & in gẽtilium iniquitate detinetur ueritas unius dei qui condidit mundum: & in eorum iniquitate qui cum Christo quia non colligunt spargunt, detinetur ueritas, quia in eius nomine pellunt spiritum immundum: & in templorum sacrilegorũ iniquitate inuenta est ueritas, qua colebãt ignotum deũ, & in dæmonũ iniquitate inuenta est ueritas, qua confessi sunt Christum: sic & in hæreticorum iniquitate inuenta ueritas non neganda est qua detinetur baptismi sacramentum.

FINIS

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER SIVE epistola contra Petiliani Constantinensis episcopi Donatistæ epistolam.

Hæc epistola tractat totam causam Donatistarum, instruens suæ cõmunionis episcopos, aduersus nephariæ hæreseos argumenta

AVGVSTINVS episcopus, dilectissimis fratribus ad nostrę dispensatiõis curam pertinentibus, Salus quæ in Christo est & pax unitatis & charitatis eius sit uobiscũ, & integer spiritus uester & anima & corpus in diẽ domini nostri Iesu Christi seruetur. Meministis fratres Petiliani Donatistarum Constantinensis episcopi, perCap. I uam epistolæ partem in manus nostras aliquando uenisse, eiq; particulæ quod responderimus scripsisse me ad dilectionem uestram. Sed cum postea tota & plena nobis à fratribus qui ibi sunt mitteretur, placuit ei ab exordio respondere, tanquã præsentes ageremus: Quemadmodum semper scitis nos cum eis agere uoluisse, ut sine studio contentionis, quid uel ab ipsis, uel à nobis dicatur, collata disputatione omnibus appareret. In multorum eñ manibus illam epistolam esse didicimus, qui etiam multa ex illa memoriter tenent, aliquid uerum aduersus nos eum dixisse arbitrantes. Sed nunc si legere uoluerint quæ respondimus, profecto intelligent quid sibi abiiciendum, & quid tenendum sit. Neq; enim illa nostra sunt, sicut ipsi possunt considerare, si uelint sine studio partium iudicare. Nam de scripturis sanctis ita sunt omnia prolata & probata, ut ea negare non possit, nisi qui illarum scripturarum se inimicum esse profitetur. Sed de illo opere nostro uideo quid possunt dicere illius tam malę cauſę pertinacissimi defensores: me uidelicet absentis epistolæ respõdisse, ubi uerba mea ille nõ audiret, quibus cõtinuo responderet. Defendat ergo uerba epistolæ suæ, & si potest ostendat responsionibus meis non ea fuisse refutata atq; conuicta. Aut si hoc nõ uult, faciat et ipse huic epistolę meę, quod ego illi ipsius, cui iam respondi. Illam quippe scripsit ad suos, sicut ego hanc ad uos. Cui si uelit etiã ipse respondeat. Quæstio certe inter nos Cap. II uersatur, ubi sit ecclesia, utrum apud nos, an apud illos. Quæ utiq; una est, quam maiores nostri catholicam nominarunt, ut ex ipso nomine ostenderent, quia per totum est. Secũdum totũ enim κατὰ ὅλου Græce dicitur. Hæc autem ecclesia corpus Christi est, sicut Apostol⁹ dicit, pro corpore eius, Coloss. 1 quæ est ecclesia. Vnde utiq; manifestũ est eum qui non est in membris Christi, Christianam salutẽ habere non posse. Membra uero Christi per unitatis charitatem sibi copulantur, & per eandem capiti suo cohærent, quod est Christus Iesus. Totum igitur quod annũciatur de Christo, caput & corpus est. Caput est ipse unigenitus Iesus Christus filius

Universidad de Deusto
Biblioteca

dei uiui, ipse saluator corporis, q̃ mortuus est pro-
pter delicta nostra, & resurrexit propter iustifica-
tionem nostram. Corpus eius ecclesia, de qua dici
Ephe. 5 tur, ut exhiberet sibi gloriosam ecclesiam, nõ ha-
bentem maculam, aut rugã, aut aliquid huiusmo-
di. Inter nos autem & Donatistas, quæstio est ubi
sit ecclesia. Quid ergo facturi sumus? in uerbis no
stris eam quæsituri, an in uerbis capitis sui, domini
nostri Iesu Christi? Puto quòd in illius potius uer
bis eam quærere debemus, qui ueritas est, & opti-
me nouit corpus suum. Nouit enim dominus qui
sunt eius. Quę sint autẽ uerba nostra, in quibus eã
quæri nõ oportet, aduertite, & uidete etiam ibi qd
interfit inter nostra uerba & illorum. Et tamen in
uerbis nostris ecclesiã quæri nolumus. Quicquid
nobis inuicem obiicimus, de traditione codicũ di-
uinorũ, de thurificatione, de persecutionibus, uer
ba nostra sunt. Et in talibus quidem nos hũc tene-
mus modum, ut uel utraq; uera esse deputẽt, siue
quæ à nobis, siue quę ab ipsis dicuntur, uel utraq;
falsa, uel nostra uera & sua falsa, uel nostra falsa &
sua uera: Et in his omnibus nullum crimen esse or
bis Christiani, cui nos communicauimus ostendi-
mus. Si enim uera sunt crimina & quæ à nobis in
illos & quæ ab ipsis in nos dicuntur, faciamus qd'
Ephe. 4 ait Apostolus, Donantes nobismetipsis, sicut &
deus in Christo donauit nobis: ut maligni homi-
nes, nec illi qui forte fuerunt uel sunt apud nos,
nec qui uel fuerunt uel sunt apud illos impediant
concordiam nostram & uinculum pacis, uno eo-
rũ scelere correcto, q̃ se frustra separauerũt ab uni
tate orbis terrarum, cum tales haberent. Si autem
utraq; falsa sunt, siue quæ nos illis, siue quæ illi no-
bis obiiciunt, uel de traditione, uel de persecutiõe
innocentium, nullam uideo litis causam, nisi quia
est causa ut illi se corrigant, qui se sine causa sepa
uerũt. Quòd si nos uera dicimus, quoniã gesta quę
proferimus, & literis Imperatoris ad quẽ tunc &
primo scripserunt & postmodum appellauerũt, &
totius orbis cõmunione firmamus: quæ autẽ illi
dicunt ideo falsa esse conuincuntur, quia ipsis tem
poribus cum eadem quæstio uersaretur obtinere
causam suam minime potuerunt: maior in eis ap-
paret sacrilegæ animositatis furor & animarũ in-
nocentium persecutio, q̃ si solo schismatis crimi-
ne tenerentur. Et illa quidem tribuant, non omni-
bus, sed quibus uoluerint suorum: schisma tamen
crimen est omnium. Porro si crimina traditiõis &
persecutionis uera uolũt esse, quæ obiiciunt, & fal
sa quæ obiiciunt à nobis, nec sic purgãtur à crimi-
ne schismatis: Ad quosdam quippe illa pertinere
possunt, non ad uniuersum orbẽ Christianũ. Quẽ
si contagione periisse arbitrantur, omitto dicere q̃
multi bono pacis etiã cognita mala in hominum
congregatione tolerauerint: illud dico, isti osten-
dant, quomodo eorum contagione nõ perierint,
quos sacrilegos incestatores consecratæ pudicitię
fœminarũ inter se latere uel latuisse, uel modo ne-
sciũt, uel aliquãdo nescierũt. Profecto dicturi sunt,
hoc ipso se nõ cõtaminatos q̃ nescierunt. Quomo
do ergo contaminatus est orbis qui nescit adhuc,
an uera sint ista quæ dicũtur? Putemus nobis mo-
do probata, modo demonstrata, quid agimus de
tot gentibus? Deserũt nescientes, ergo deseruntur
innocentes? Et cũ illud sit nullum crimẽ ill[illegible]m,
hoc esse incipit sceleratissimum nostrũ? An curre-
re debemus, & eos docere quod scimus? Vt quid
hoc? Sicut innocentes sunt, innocentes sunt etiam
dum nesciũt. Non enim malefacta hominũ cogno
scendo, sed cognitis nõ consentiendo, de incogni-
tis autẽ non temere iudicando, innocentiam custo
dimus. Ac per hoc, ut dixi, innocens est orbis ter-
rarũ, qui crimina quæ ab istis in quosdam dicũtur,
etiam si uera dicuntur, ignorat. Ab his autẽ inno-
centibus qui seipsos separauerũt, eodẽ ipso crimi-
ne separationis & schismatis innocẽtiam perdide-
runt, & modo nos docẽt, uera se dicere in quosdã,
ut ab eis nos separarent in quos non habent uera
quæ dicũt. Hoc enim eis dicit orbis terrarũ, quod
quidem sermone breuissimum est, sed robustissi-
mum ueritate. Aphri nempe inter se episcopi cõfli
gebant. Si finire inter se obortam dissensionẽ non
poterant, ut siue per concordiam compositis, siue
degradatis qui male contenderent, hi qui bonam
causam habebant in communione orbis terrarum
per unitatis uinculum permanerent: restabat utiq;
ut episcopi trãsmarini, quà pars maxima diffunde-
batur ecclesiæ catholicæ, de Aphrorum collega-
rum dissensionibus iudicarent, illis uidelicet in-
stantibus qui crimen malæ ordinationis alijs obij
ciebant. Hoc si factum non est, culpa eorum est à
quibus fieri debuit, non orbis terrarum, qui nõ ad
se perlata nesciuit. Si autẽ factum est, quid pecca-
uerunt ecclesiastici iudices, qui crimina etiã si ue-
ra & ad se delata, sibi tamen non probata, damna-
re nullo modo debebant? Nunquid eos mali pol-
luere poterant, qui eis manifestari non poterãt? Si
autem manifestati sunt eis, & aliqua uel segnitia,
uel cohibentia tales à communione remouere no-
luerunt, & peruerso iudicio pro eis etiam dixerũt
sententias: quid peccauit orbis terrarum, qui cau-
sam illam malos iudices habuisse nesciuit, & eos
male iudicasse nõ credidit de quibus iudicare nõ
potuit? Sicut enim reorum scelus si iudices latuit,
non eos utiq; cõtaminauit: sic & iudicum scelus
si aliquod fuit, quia orbem terrarum latuit, eũ pro-
fecto contaminare non potuit. His igitur innocen
tibus innocenter communicabimus, hodieq; ne-
scientes quæ tũc acta sint. Quapropter etiam siue
ra esse quæ in quosdam dicũt hodie didicerimus,
nulla causa est cur ab innocentib. qui hæc nesciũt
recedamus, & trãseamus ad eos, qui propterea cri
mine schismatis omnes implicati sunt, quia id fece
runt quod nos facere suadent, ut non exemplo a-
postolorum toleremus malos, sed exemplo hære-
ticorum deseramus bonos. Sed faciamus orbem
terrarum quod fieri nõ potest, hodie nobiscum ad
liquidum posse cognoscere uera esse quorundam
scelera, quos isti criminantur, nunquid ex hoc in-
nocentior fieri poterit quàm erat antequã nosset?
Sicut enim eos maculare non poterant incogniti
mali, etiã si adhuc in hac uita essent, ita qui iam ex

hac uita

Universidad de Deusto
Biblioteca

hac uita emigrarunt, etiam cogniti maculare non possunt. Si ergo talis est causa nostra in uerbis nostris de quorundam criminibus, quæ alternis nobis obijcimus, ut tam inuicta sit, etiam si falsa esse quæ ut quidam illorum dicimus, & uera esse quę in quosdam nostrum dicunt, hodie cognoscamus, quid habent quod respõdeant: Siue illa potius uera sint quæ nos dicimus, & falsa quæ dicunt, siue utraq; falsa sint, siue utraq; uera sint, quandoquidem & ipsi uincuntur ibi, quòd solum uotis omnibus sibi ut credatur exoptant. Cap. III Sed ut dicere cœperam, non audiamus, hæc dico, hæc dicis, sed audiamus, Hæc dicit dominus. Sunt certe libri dominici, quorum authoritati utriq; consentimus, utriq; credimus, utriq; seruimus: Ibi quæramus ecclesiam, ibi discutiamus causam nostram. Hic forte dicturi sunt, Quid quæris in libris quos ignibus B tradidisti? Ad hoc respondeo, Quid times ne legãtur libri, si eos ab ignibus custodisti? Eos certe ille tradidisse credatur, qui eis lectis non consentire conuincitur. Aut si forte *isti libri ita* designant traditorem suũ, sicut designauit *dominus* Iudam, legant in eis nominatim & expresse uel Cęcilianum uel ordinatores *eius*, eorundem librorum futuros fuisse traditores, & si non eos anathematizauero, *ipse cum eis iudicer* tradidisse. Sed neq; nos *in eis libris inuenimus* Maiorani ordinatores designatos esse traditores, quamuis hæc aliunde recitemus. Auferantur ergo illa de medio, quæ aduersus nos inuicem, non ex diuinis canonicis libris, sed aliunde recitamus. Quòd si nolint ut auferantur, uideant, quia & si utraq; uera sunt, nulla fuit C causa separationis illorum ut eos fugerẽt quos habebant: & si utraq; falsa sunt, nulla fuit causa separationis illorum ut eos fugerent, quos in nullo crimine reperiebant. Et si nostra uera, illorum autem falsa sunt, nulla fuit causa separationis illorum, quia potius se corrigere, atq; in unitate permanere debebant. Et si nostra falsa sunt, & illorum uera sunt, nulla fuit causa separationis illorum, quia innocentem orbem terrarum cui hæc demonstrare uel noluerunt uel non potuerunt, deserere non debebant. Quærat fortasse aliquis, & dicat mihi, Cur ergo ista uis auferri de medio, quando communio tua, etiam si proferantur, inuicta est? Quia nolo humanis documentis, sed diuinis oraculis sanctam ecclesiam demonstrari. Si enim sanctæ D *scripturæ in* Aphrica sola designauerunt ecclesiam, & *in* paucis Romæ Rupitanis & Montensibus, & *in* domo uel patrimonio unius Hispanæ mulieris, *quicquid* de chartis alijs aliquid proferatur, nõ tenent ecclesiam nisi Donatistę. Si *in* paucis Mauris prouinciæ Cæsariensis eam sancta scriptura determinat, ad Rogatistas transeundum est. Si in paucis Tripolitanis & Byzacenis & prouincialibus, Maximinianistæ ad eam peruenerunt. Si *in* solis Orientalibus, inter Arrianos & Macedonianos & Eunomianos, & si qui illic alij sunt, requirenda est. Quis autem possit singulas quasi hæreses enumerare gentium singularum? Si autem Christi ecclesia canonicarum scripturarum diuinis & certissimis testimonijs in omnibus gentibus designata est, quicquid attulerint & undecunq; recitauerint, qui dicũt, Ecce hic Christus, ecce illic: audiamus potius, si oues eius sumus, uocem pastoris nostri dicentis, Nolite credere. Illę quippe sin- *Matth. 24*
gulæ in multis gentibus, ubi ista est, non inueniuntur: hæc autem, quæ ubiq; est, etiam ubi illæ sunt inuenitur. Ergo in scripturis sanctis canonicis eã requiramus. Totus Christus caput & corpus *Ecclesia ubi*
est. Caput unigenitus dei filius, & corpus eius ec- *Cap. IIII*
clesia, sponsus & sponsa, duo in carne una. Quicunq; de ipso capite ab scripturis sanctis dissentiunt, etiam si in omnibus locis inueniantur in quibus ecclesia designata est, non sunt in ecclesia. Et rursus quicunq; de ipso capite scripturis sanctis cõsentiunt, & unitati ecclesiæ non cõmunicant, non sunt in ecclesia, quia de Christi corpore, quod est ecclesia, ab ipsius Christi testificatione dissentiunt. Verbi gratia. Qui nõ credunt Christũ in carne uenisse de uirgine Maria ex semine Dauid, qđ apertissime scriptura dei loquitur, aut non in corpore ipso resurrexisse in quo crucifixus & sepultus est, etiã si per omnes terras inueniãtur per quas est ecclesia, non utiq; sunt in ecclesia, quia ipsum caput *Ephe. 5*
ecclesiæ non tenent, quod est Christus Iesus. Nec in aliqua diuinarum scripturarum obscuritate falluntur, sed notissimis & apertissimis earũ testimonijs contradicunt. Item quicunq; credunt quidem quòd Christus Iesus, ita ut dictum est, in carne uenerit, & in eadẽ carne in qua natus & passus est resurrexerit, & ipse sit filius dei, deus apud deũ & cũ patre unum, & unũ incommutabile uerbũ patris, per quod facta sunt omnia: sed tamen ab eius corpore, quod est ecclesia, ita dissentiũt, ut eorum cõmunio non sit cum toto quacunq; diffunditur, sed in aliqua parte separata inueniat, manifestum est eos nõ esse in catholica ecclesia. Quapropter quia cũ Donatistis quæstio nobis est, non de capite, sed de corpore, id est non de ipso Saluatore Iesu Christo, sed de eius ecclesia, ipsum caput de quo cõsentimus, ostendat nobis corpus suum, de quo dissentimus, ut per eius uerba iam dissentire desinamus. Ille est autem unigenitus filius & uerbum dei, & ideo nec Prophetæ sancti uera loqui potuissent, nisi ab ipsa ueritate, quod est uerbum dei manifestaretur eis qđ dicerent, & iubereẽ ut dicerẽt. Proinde prioribus tẽporibus per prophetas sonuit uerbum dei. Deinde per seipsum, cum uerbũ caro factum est, & habitauit in nobis: Deinde per apostolos quos misit ad se prædicandũ, ut esset salus usq; ad fines terræ. In his igitur omnibus quærenda est ecclesia. Sed quoniam multa in alios, uel ob a- *Ioan. 1*
liud dicta in quos uolunt, & ad quos uolunt male- *Ca. V*
dici plerunq; conuertunt, multa etiam propter exercendas rationales mentes figurate atq; obscure posita per ænigmatis imagines uel ambiguitatis ancipitem sensum, fallaci aliquando interpretatione consonare & conuenire creduntur, hoc etiam prædico atq; propono ut quæq; aperta & manifesta deligamus. Quæ si in sanctis scripturis non inuenirentur, nullo modo esset unde aperirẽtur clau-

Universidad de Deusto
Biblioteca

sa & illustrarentur obscura. Verbi em̃ gratia, Vide
te quàm facile sit uel nobis in eos dicere, uel illis in
Matt. 23 nos quod ait dominus Pharisęis, Similes estis mo
numentis dealbatis quæ à foris apparent hominibus specioſa, intus uero plena sunt ossibus mortuorum & omni spurcitia: sic & uos à foris quidem apparetis hominibus iusti, intus aũt pleni estis hypocrisi et iniquitate. Hæc siue in illos à nobis, siue ab eis in nos dicantur, nisi prius probetur manifestissimis documentis qui sint, qui cum sint iniusti, iustos seipsos confingant, conuiciante magis leuitate cꝫ conuincente ueritate dici, quis mediocriter sanus ignoret? Aliter quippe illa dominus in Pharisæos dicebat tanquam dominus, id est, cognitor cordis & humanorum omnium secretorum & testis & iudex: Nos autem prius debemus inuenire & ostendere quid arguamus, ne ipsi potius grauissimo crimine insanæ temeritatis arguamur. Sanè, si ante docuerint nos tales esse, nequaquam recusare debemus talibus sanctarum scripturarum uerbis nos reprehendi atcꝫ contundi. Ita si nos eos tales esse docuerimus, erit similiter in potestate nostra, quibus dominicis increpationibus iã demonstratos conuictosq; feriamus. Sic & illa interim seponenda sunt, quæ obscure sunt posita & figurarũ uelaminibus inuoluta, et secundum nos, & secundum illos possunt interpretari. Est quidem acutorum hominum dijudicare atcꝫ discernere, quis ea probabilius interpretetur, sed nolumus in has ingeniorum contentiones in ea causa, quam populus tenet, nostram disputationem cõmittere. Nulli nostrum dubium est per arcam Noe salua rerum gestarum fide, ut deletis peccatoribus domus iusti à diluuio liberaretur, etiam ecclesiam fuisse figuram. Quæ forte humani ingenij coniectura uideretur, nisi hoc Petrus Apostolus in epistola sua diceret. Sed quod ille ibi non dixit, si quis nostrum dicat, propterea cuncta animalium genera ibi fuisse, quia in omnibus gentibus futura prænunciabatur ecclesia, fortasse Donatistis aliud uideatur, & aliter hoc interpretari uelint. Similiter & ipsi aliquid obscure & ambigue positum, si pro sua sententia interpretentur, si nobis pateat aliud inde dicere quod pro nobis sonat, quis erit finis? Nam quidam eorum Episcopus cum hic apud Hipponem, sicut audiuimus, sermonem in populo faceret, dixit eandem arcam Noe ideo bituminatam intrinsecus, ne aquam emitteret suam, ideo etiam extrinsecus, ne admitteret alienam, Ad hoc utiq; uolere uoluit hanc interpretationem, ne baptismus uel extra ecclesiam posse exire credatur, uel qui extra datus fuerit, acceptetur. Visus est aliquid dicere, & acclamatum est ab eis qui libenter audiebãt, nec diligenter de his quæ audierant cogitabant, ut quod erat facile, aduerterent fieri non posse, ut extrinsecus admittat aquam compago lignorũ, si nõ emittit intrinsecus: Si aũt ab ea parte quæ int⁹ est, emittit, consequens esse ut ab ea etiam quæ est foris admittat. Sed & si hoc de cõpacto ligno uerũ esset quod ille dixit, quis me prohiberet de arca ex utraq; parte bituminata, si possem aliquid aliud dicere, ut incertum esset, quid horum, uel quid fortasse aliud tertium res illa significaret? Neq; enim absurde dicitur, aut nõ etiam multo probabilius, per bitumen, quia uiolentum gluten et res feruentissima est, significatam esse charitatem. Vnde em̃ dicit in Psalmo, Agglutinata est anima mea post te, nisi flagrantissima charitate? Quæ quoniã præceptum est, ut sit nobis inuicem & in omnes, ideo & intus & foris arca bituminata. Aut certe quia scriptum est, Charitas omnia tolerat, uis ipsa tolerantiæ tenax unitatis per bitumen significata est, quo ideo intus & foris arca illita est, quia intus & foris mali tolerandi sunt, ne pacis compago soluatur. In hac ergo disputatione nostra parcamus talibus interpretationibus, & apertũ aliquid quo manifestetur ecclesia requiramus. Nempe scriptum est in libro Iudicum, Et dixit Gedeon ad dominũ, Iudicum 6
Quoniam tu saluum facies Israel in manu mea, quemadmodum locutus es: Ecce ego pono uellus lanæ in area, & si factus fuerit ros in uellere, in omnem uero terram siccitas, sciam quoniam saluum facis in manu mea Israel sicut locutus es. Et factũ est sic. Et diluculo uigilauit Gedeon in crastinum, & expressit uellus: Et decurrit ros de uellere plena peluis aquæ. Et dixit Gedeon ad dominum: Nõ irascatur furor tuus in me domine, & loquar adhuc semel, & tentabo adhuc semel in uellere. Fiat siccitas in uellere tantũ, in omnem autẽ terram fiat ros. Et fecit deus sic in nocte illa, & facta est siccitas in uellere tantũ, super omnẽ autẽ terrã ros. Non uideo quid hic aliud figuratum & prænunciatum sit, nisi ut areã intelligamus orbem terrarum, locum autem uelleris populum Israel. Nouimus enim illam quondam gentem diuini sacramẽti gratia tanc̃ cœlesti rore perfusam, cuius muneris per omnes in circuitu gentes, quia eo carebant, tanc̃ siccitas erat. Erat autẽ apud illum populum hoc munus in uellere, id est in uelamine & quasi in nube secreti, quia nondũ fuerat reuelatũ: Nunc autem uidemus orbem terrarũ iam reuelato rore saginari per euãgelium domini nostri Iesu Christi, quod tunc in illo tegmine figurabatur: illã uero gentẽ amisso sacerdotio qd̃ habebat, quia in scripturis nõ intelligit Christum, tanc̃ in sicco uellere remansisse. Nec tamen in talibus rerũ figuris, quãuis non uideam quid hic aliud possit intelligi, nolo quæramus ecclesiã. Prorsus quæ alicuius uel talis interpretationis indigẽt, interim seponamus: nõ quia falsa sint, quæ hoc modo de talib⁹ tanc̃ inuolucris interpretando soluũtur, sed quia uel interpretẽ quærunt, nolo in eis nostra ingenia cõparentur, sed aperta ueritas clamet & luceat, in obturatas aures irrũpat, dissimulantium oculos feriat, Nemo in eis latebris quærat falsæ suæ sententiæ locũ, omnẽ conatum cõtradicendi cõfundat, omnẽ frontẽ impudentis elidat. O Donatistæ Cap. 71 Gen. 22
Genesim legite, Per memetipsum iuraui dicit dominus, Propter quod fecisti uerbum hoc, & nõ pepercisti filio tuo amantissimo propter me, nisi benedicens benedicam te, & implendo implebo semen tuum tanc̃ stellas cœli, & tanquam arenam

quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ ſecus oram maris eſt, & hęreditate poſſidebit A ſemen tuum ciuitates aduerſariorum tuorum, & benedicentur in nomine tuo omnes gentes terrę, quia obaudiſti uocem meam. Quid ad hæc dicitis? An ad eorum nobiſcum peruerſitate conten ditis, ut dicatis in ſolo populo nato ex carne Abra hæ intelligendum ſemen Abrahæ? Sed Iudæi Pau lum Apoſtolum nō legunt in ſynagogis ſuis, quē uos legitis in conuenticulis ueſtris. Quid ergo di cat Apoſtolus, audiamus, Quærimus enim iam Gal.3 quemadmodum enim ſit intelligēdum ſemen A brahæ, Fratres, inquit, ſecundum hominem di co tamen hominis confirmatum teſtamentum ne mo irritum facit, aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Nō dicit, & ſemi nibus, quaſi in multis, ſed tāquam in uno, & ſemi ni tuo quod eſt Chriſtus. Ecce in quo ſemine bene B dicentur omnes gentes. Ecce teſtamentum dei, a perite aures, Hominis, inquit, confirmatum teſta mētum nemo irritum facit, aut ſuperordinat: Qua re uos irritum facitis teſtamentum dei, dicendo nec in omnibus gentibus eſſe completum, & per iiſſe iam de gētibus in quibus erat ſemen Abrahę? Quare ſuperordinatis dicendo, in nullis terris hæ redem permanere Chriſtum, niſi ubi potuerit co hæredem habere Donatum? Non inuidemus ali cui: Legite nobis hoc de lege, de Prophetis, de Pſalmis, de ipſo Euangelio, de Apoſtolicis literis: Legite & credimus, ſicut nos uobis legimus & de Geneſi & de Apoſtolo, Quia in ſemine Abrahæ Gen.22 qđ eſt Chriſtus benedicūtur omnes gētes. Audite hoc idem teſtamentum ad Iſaac etiam filium A C Gen.26 brahæ, Facta eſt autem fames ſuper terram, præ ter famem quæ ante facta eſt in tempore Abrahæ. Abiit autem Iſaac ab Abimelech regem Paleſtino rum in Gerara, & apparuit ei dominus & dixit, Noli deſcendere in Aegyptum, habita autem in terra quam tibi dixero, & habita in terra hac, & e ro tecum & benedicā te: Tibi enim & ſemini tuo dabo omnem terram hanc: Et ſtatuam iuſiuran dum tecum quod iurauí Abraham patri tuo, et am pliabo ſemen tuum tanquam ſtellas cœli: & dabo tibi & ſemini tuo omnem terram hanc, & benedi centur in ſemine tuo omnes gentes terræ, pro his quæ obaudiuit Abraham pater tuus uocem me am, & ſeruauit præcepta mea, & iuſtitias meas, & legitima mea. Reſpondete ad iſta. Semen quip D pe Abraham, hoc idem ſemen eſt Iſaac, quod eſt Chriſtus. Quomodo enim uenerit Chriſtus ex tri bu Iuda in carne per uirginem, quis quoquo mo do Chriſtianus ignorat? Audite hoc idem teſta Gen.28 mentum ad Iacob. Exiit Iacob à puteo iurationis, & profectus eſt in Charam, & deuenit in locum, & dormiuit in loco illo, quoniam ſolis occaſus e rat, Et ſumpſit lapidem ex lapidibus loci, & poſu it ad caput ſuum, & dormiuit in loco illo & uiſum uidit: Et ecce ſcala ſtabilita ſuper terram, cuius ca put pertingebat ad cœlum, & angeli dei aſcende bant & deſcendebāt per illam, & dominus incum bebat ſuper illam et dixit, Ego ſum dominus deus Abraham patris tui, & deus Iſaac; Noli timere, ter ram in qua dormis ſuper eam, tibi dabo & ſemini tuo: Et erit ſemen tuum ſicut arena terræ, & multi plicabit ſupra mare, & in Aphricum & in Aquilo nem & ad Orientem: Et benedicentur in te oēs tribus terræ, & in ſemine tuo: Et ecce ego ſum te cum cuſtodiens te in omni uia quacūq; ibis, & re ducam te in terram hanc, quia nō te derelinquam donec faciā omnia quæ tecum locutus ſum. Ecce cui promiſſioni reſiſtitis, ecce quàm firmum teſta mentum irritum facitis. Dicit deus, Nō te derelin quam donec faciam omnia quę tecū locutus ſum: & uos contradicitis dicentes, ut uobis potius cre damus quicquid criminis obiicitis ignoto & igna ro orbi terrarū: deo autem dicenti, nō relinquā do nec faciam, nō credamus. Legite nobis de ſcriptu ris canonicis eos tradidiſſe diuinos codices quos nominatim accuſatis. Legite tā aperta q̄; ſunt iſta quę uobis de Geneſi legimus. Non à uobis quæri mus quid lapis ille ſignificet, quē Iacob ſibi ad ca put poſuit cum dormiret, quid ſcala ſtabilita ſuper terram, cuius caput pertingebat ad cœlum, quid angeli dei deſcendentes & aſcendētes per illā. Re quirant iſta prudētiores atq; doctiores, & in popu lo pacato eloquant, ubi non obſtrepat improba contradictio, de obſcuritate ſacramenti et ænigma te lectionis armans impudentiam ſuam. Non de ſunt corda fidelium, quæ commemorat dominus ex Euāgelio, ubi ait, cū uidiſſet Iſraelitam in quo dolus nō erat, quia Iacob qui has uidit ſcalas, ipſe dictus eſt Iſrael. Non deſunt ergo quos inde cōme Gen.32 moret dominus, ibi quippe ait, Videbitis cœlum Ioan.1 apertum, & angelos dei aſcendētes & deſcenden tes ſuper filium hominis; id eſt, ſuper ſemen Abra ham, in quo benedicuntur omnes gentes. Sed hoc non inculco recuſantibus. Ecce quod audite, Erit ſemen tuum ſicut arena terræ, & multiplicabitur ſupra mare, & in Aphricum, & in Aquilonem, & in Orientem: Et benedicentur in te omnes tribus terræ, & in ſemine tuo. Date mihi hanc eccleſiam ſi apud uos eſt, oſtendite uos cōmunicare omnib. gētibus, quas iā uidemus in hoc ſemine benedici. Date hanc, aut furore depoſito accipite, nō à me, ſed ab illo ipſo in quo benedicuntur omnes gētes. Hæc de primo libro legis commemoraſſe ſuffece rit: Plura innoteſcent ſine impia contentione, & cū pia dilectione legentibus. Quid in Prophetis, Ex Prophetis quàm multa & quàm manifeſta ſunt teſtimonia ec Cap. VII cleſiæ per omnes gentes toto orbe terrarum diffu ſæ, unde pauca commemorabo, plura relinquens ocio diligentiæ cum dei timore legentibus. Accipiamus per os Eſaię ſancti diuina reſponſa, & eius ora tanquā dei oracula ſciſcitemur. Sileāt humana rum contentionum animoſa & pernicioſa certami na, inclinemus aurē uerbo dei. Dicat Eſaias ubi ec cleſiam ſanctam deo reuelāte præuiderit, ut in uer bis futura dicentis iam nunc preſentia uideamus, Repleta eſt, inquit, uniuerſa terra ut cognoſcat Eſaiæ 11 dominum, ut aqua multa operiat mare. Et erit in illa die radix Ieſſe, & qui exurget principium habe re in nationes, & in eum gentes ſperabunt. Radi cem Ieſſe Chriſtum eſſe ex ſemine Dauid ſecun

Universidad de Deusto
Biblioteca

dum carnem natum, nullus quoquo modo Chri-
stianus ignorat: & si contentiosus est, cum Apo-
Rom.1.15 stolo contendat, qui hoc testimonio in literis suis
Esaiæ 27 utitur. Item dicit, Germinabit & floresçet Israel, &
replebitur orbis terrarum fructu eius. Israel nem-
Gen.22 pe fuit filius Isaac, nepos Abraham, cui promis-
sum est quòd in semine eius benedicerent omnes
gentes: quod semen Christum interpretatur Apo-
stolus. Venit autem Christus ex semine Abraham
per Isaac & per Israel, & deinceps, sicut generatio
nes ad ortum Christi pertinẽtes Euãgelista conte-
Matth.1 xit. Qui ergo uult cõtra disputare, cõtradicat Euã-
gelio, neget ex semine Israel uenisse Christum, ut
possit negare qđ Esaias dicit, Germinabit & flore
scit Israel, & replebitur orbis terrarum fructu eius.
Esaiæ 41 Item dicit, Ego deus primus: & in his quæ aduení
ent ego sum. Viderunt gẽtes, & timuerunt fines
Apoca.22 terrę. Hoc est quod alibi dicit scriptura, Primus &
nouissimus, ut sit α & ω, quæ sunt literæ in signo
Christi omnibus notæ. Pro eo eñ q̃ ibi est nouissi-
mus, hic positum est, & in his quæ aduenient ego
sum. Huic ergo manifestationi contradicunt qui
nolunt credere, imò qui nolunt iam uidere cõpleri
Esa.42 quod sequit̃, Viderunt gentes, & timuerunt fines
terræ. Item paulopost, Iacob puer meus suscipiam
illum, Israel electus, suscepit eũ anima mea. Dedi
spiritũ meum in illum, iudiciũ gentibus proferet:
nõ clamabit neq; cessabit, neq; audietur foris uox
eius. Arundinem quassatam non confringet, & li-
num fumigans non extinguet, sed cum ueritate
proferet iudicium. Refulgebit & non cõfundetur,
donec ponat in terra iudiciũ, Et in nomine eius gẽ
tes sperabunt. Hoc testimonium de Christo intelli-
Matt.12 gendum, & in Euangelio positum est. Qui audet
contradicat, qui autem non audet, speret in eum
cum gentibus, & ab unitate gentium in eum spe-
rantiũ non recedat, aut si recesserat, redeat ne pere-
Esa.49 at. Item dicit Esaias, Et nũc sic dicit dominus, Qui
finxit me in utero seruum sibi, ut cõgregem Iacob
& Israel ad eum, appropinquabo illum, & honora-
bor coram domino, & deus meus erit mihi uirtus,
& dixit mihi, Maximum tibi erit hoc, uocari te
puerum meum, ut constituas tribus Iacob, & pro-
lem Israel conuertas, Et posui te in testamentũ ge-
neris in lucem gentiũ, ut sis salus usq; ad fines ter-
ræ. Et paulo post, Sic dicit, inquit, dominus Isra-
el, Tempore aptissimo exaudiui te, & in die salutis
adiuui te. Certe ista uerba cum commemorasset
Apostolus Paulus, non nisi in Christianis osten-
1.Cor.6 dit impleri. Connexuit enim dicens. Ecce nunc
tempus acceptabile, ecce nunc dies salutis. Audia-
mus ergo quid Esaias adiungat, Et dedi te, inquit,
in testamẽtum gentium, ut incolas terram, & possi
deas hæreditatẽ deserti. Et interpositis deinde con
nectit & dicit, Ecce isti à longinquo uenient: hi au
tem ab Aquilone & mari, alij autem ex terra Per-
sarum. Exulta cœlum, & in lætitia esto terra, emit
tant montes iucunditatem, quoniam misertus est
deus populi sui, & humiles populi sui allocut⁹ est.
Dixit aũt Sion, Dereliquit me dominus, & deus
oblitus est mei. Nunquid capiet obliuio mulierẽ
A filij sui, uel potest fieri ut non misereatur fœtus u-
teri sui? Nunquid ecce & si illam obliuio habebit,
me tamen tui nullo modo obliuio capiet, dicit do-
minus. Ecce super manus meas descripsi tuos mu
ros, in conspectu etiam meo es in perpetuũ, & in
breui ædificaberis ab his à quibus euersa es. Cum
igitur per Apostolicam uocem non sinamur hoc
de populo Iudæorum, sed de Christianorum intel-
ligere, quid intellecturi sumus in eo quod hoc loco
ait Esaias, Et breui ædificaberis ab his à quibus e-
uersa es: nisi reges terræ qui primo persequeban-
tur ecclesiam, post adiuturos eam tanto ante præ-
dictum? Sed quia multi eorum in suis iniquitati-
bus morituri erant, adiungit & dicit, Et qui deso-
lauerunt te, discedent à te. Deinde quia omnes gẽ
B tes adiungerentur ecclesiæ, sequitur & dicit: Cir-
cumspice ubiq; oculis tuis & uide uniuersos, Vi-
uo ego dicit dominus, omnes hos indues te, & di
spones eos ut ornamentum nouæ nuptæ: quoni-
am quæ deserta fuerunt in te, & corrupta & dela-
psa, nunc in maxima arctura erunt per eos qui cõ-
morantur. Isti elonge à te efficiantur, qui te transi-
uorabunt. Dicent enim in aures tuas filij tui quos
amiseras, Angustia nobis est in isto loco, facito
itaq; nobis etiam nunc locum in quo commore-
mur. Tu uero dices in corde tuo. Quis generauit
mihi istos, cũ sciam esse me sine filijs & uiduam?
Quis ergo istos educauit mihi? Ego enim dereli-
cta fui sola, hi autem mihi ubi erant? Sic dicit do-
minus, Ecce tollam in nationes manus meas, & in
C insulas signum meum, & adducam filios tuos in
sinu, filias etiã tuas super humeros portabunt: &e
runt reges educatores uestri, quæ autem princi-
pes sunt nutrices uestræ, super terram declinatis
facie deprecabuntur te, & uestigia pedũ tuorum
elingent, & scies quoniam ego dominus, nec eru-
bescas. Et paulopost adiungit & dicit, Audite me, Esa.51
audite populus meus, reges quoq; intendite mihi,
quoniam lex à me prodiet, & iudiciũ meum in lu-
cem gentibus. Appropinquat mature iustitia mea,
& salutare meum proficiscetur, & in brachio meo
gentes saluãtur. De hoc autem brachio scripturas
Apostolicas consulamus. Quando eñ Apostolus
Paulus de Iudęorum infidelitate eiusdem Prophe- Rom.10
tæ testimonium posuisset, quòd eis Christus non Esa.53
D fuisset reuelatus, hoc posuit, Quis credidit auditui
nostro, & brachium domini cui reuelatum est? De
inde in cõsequentibus adiũgit Esaias & dicit, Erũ Esa.54
pat lætitia simul deserta Hierusalem, quoniam mi-
sertus est eius, & eruit Hierusalẽ, & patefaciet do-
minus brachium suum sanctum in conspectu uni-
uersarum gentium, & uidebunt omnes nationes
usq; ad ultima terræ salutẽ quæ à deo est. Quis tam
surdus, quis tam demens, quis tam mente cęcus ut
his tam euidentibus testimonijs obloquatur, nisi
qui nescit quid loquatur? Sed ad manifestiora ue-
niamus. Certe sãctissimas nuptias in scripturis no-
uimus, sponsum & sponsam, Christum & eccle-
siam. Vtrunq; descripsit Esaias, ne forte in eorum
aliquo erremus, quod cui acciderit, utrunq; amit-
tit. Quia de hoc coniugio in sacramento dictum
est

Ephe. 5 est, sicut testatur Apostolus, Erunt duo in carne A una. Sicut ergo prior ipse describitur post multa, quæ de illo ita dicit Esaias, ut & ipsi obtumescant Iudæi: ne longum sit omnia memorare, hoc paululum adiuerte. Et peccata, inquit, eorũ ipse portabit, Esaie 53 ideo hæreditate possidebit multos, & fortium partiet spolia, propter quos tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos deputatus est, & ipse peccata multorum sustinuit, & propter iniquitates nostras traditus est. Hæc de domino nostro Iesu Christo tanto ante prædicta & pphetata fatemur. Hic ergo sponsus ut quid traditus est ad mortem, ut quid inter iniquos deputatus est tanta humilitate celsitudinis suæ? Quid egit, quid acquisiuit? Quis ita surdus est ut hæc non audiat? Quis ita obtusus ut nõ intelligat? Quis ita cæcus ut non uideat? Ideo, inquit, ipse hæreditate possi- B debit multos, & fortium partietur spolia, propter quos tradita est in mortem anima eius, & inter iniquos deputatus est. Quid est hæretici quod de paucitate gloriamini, si propterea dominus noster Iesus Christus traditus est ad mortem ut hæreditate multos possideret? Et qui sint hi multi, uel quàm late occupent terram, quæ sequuntur audiamus, Prænunciato spõso & expresso, procedat & sponsa. In uerbis Esaiæ legamus eam, in ueritate paginarum sanctarum, & agnoscamus in orbe terrarum. Hoc testimonium de sancta ecclesia prædictum etiam Paulus Apostolus posuit. Nõ est quò Esaie 54 fugiat contentiosa tergiuersatio hæreticorum, Lætare, inquit, sterilis quæ non paris, erumpe & exclama, quoniam multi filij desertæ magis quàm e- C ius quæ habet uirum. Vbi est, inquam, quod de paucitate gloriamini? Nonne isti sunt multi de quibus pauloante dictum est, Ideo ipse hereditate possidebit multos? Nam quæ est hæreditas eius, nisi ecclesia eius? Multi, inquit, filij desertæ magis, quàm eius quæ habet uirum: Synagogam scilicet Iudæorum uolens intelligi uirum habentem, quoniam acceperat legem. Hinc iam potest dijudicari quod dicimus. Comparent isti multitudinem suam in Aphrica constitutã, cum multitudine Iudæorum per omnes terras quacũq; dispersi sunt, & uideant quàm sint in illorum comparatione pauciss imi. Quomodo ergo de se dictum assignabũt, Multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum? Rursus comparent multitudinem Christianorum D per omnes gentes quibus non communicant, & uideant quàm pauci sint in comparatione omnes Iudæi, & tandem aliquando intelligant in ecclesia catholica toto orbe diffusa, istam prophetiam esse completam, Multi filij desertæ magis quàm eius quæ habet uirum. Sed cui habenti uirũ hæc deserta prælata fuerit in multitudine filiorum, sit obscurum, sit in ænigmate, Hanc tamen esse ecclesiam Christi, de qua dictum est, Multi filij desertæ, quisquis contradicit, non mihi, sed Apostolo contradicit. Vnde autem multos filios esset habitura, consequẽter adiungit & ait, Dixit enim dominus, Esaie 54 Dilata locum tabernaculi tui & aularum tuarum fige, noli parcere, longos fac funiculos tuos, & cla uos tuos cõfirma. Adhuc in dextram & sinistram extende, & semen tuum gentes possidebit, & ciuitates desertas inhabitabis. Ne timeas, quoniam prævalebis, neque uereris quòd detestabilis fueris. Confusionem æternam obliuiscēris, ignominiæ uiduitatis tuæ non eris memor, quoniam ego dominus qui facio te, dominus nomen illi, & qui liberauit te, dominus Israel uniuersæ terræ uocabitur. Ecce quousq; iussa est extendere funiculos, donec deus eius Israel uniuersæ terræ uocetur. De illa quippe & ei dicitur alio loco per eundem Prophetam, Propter Sion non tacebo, & propter Hie Esaie 62 rusalem non quiescam, donec prodeat sicut lux iustitia mea, salutatio autem mea sicut facula ardebit, & uidebũt omnes gentes iustitiam tuam, & reges honorem tuum, & uocabit te nomine tuo nouo quod dominus uocauit illud, & eris corona pulchritudinis in conspectu domini, & diadema regni in manu dei tui, & iam non uocaberis derelicta, & terra tua non uocabitur deserta, Tu enim uocaberis uoluntas mea, & terra tua orbis terrarũ. Quid dici adhuc manifestius exigendum est? Ecce ex uno Propheta quàm multa, quàm clara: & tamen resistitur & contradicitur, non cuiquam homini, sed spiritui dei, & euidentissimæ ueritati, Et tamen ab eis qui nomine Christiano gloriari uolunt, gloriæ Christi ipsius inuidetur, ne ista quæ tanto ante de illo prænunciata sunt, credantur impleri, cum iam non prænuncientur, sed ostendantur, uidentur, tenentur. Iam uero si de omnibus Prophetis ecclesiæ signatæ, quam sicut legimus, cernimus, testimonia colligere in hanc epistolam uelim: uereor ne ipse uidear iudicare pauca esse quæ tã multa sunt, ut ex isto solo Esaia si omnia cõgregare uellem, modum debiti sermonis excede- Ex Psalmo tertio Ca. V III rem. Iam ergo pauca de Psalmis audiamus, tanto antè cantata, & nunc iam compleri cum magno gaudio uideamus. Et prius illud ipsum quod Petilianus in epistola sua, quo ore posuerit nescio, audiant & iudicent, Dominus dixit ad me, filius Psal. 2 meus es tu, ego hodie genui te, Postula à me, & dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam fines terræ. Quis enim Christianus unquam dubitauit hoc de Christo esse prædictum, aut hanc hæreditatem aliud quàm ecclesiam esse intellexit? Et quia bonos & malos intra eadẽ retia sacramentorum erat habitura, Reges eos, inquit, in uirga ferrea, tanquam uas figuli conteres eos. Eadem quippe firma & inflexibili iustitia boni reguntur, mali conteruntur. Quis tam deuius & absurdus est à diuinis eloquijs, qui non ipsum Euangelium recognoscat, cum cantatur ille Psalmus ubi scriptum est, Foderunt manus meas et pedes meos, di Psal. 21 numerauerunt omnia ossa mea, Ipsi uero cõsiderauerunt & conspexerunt me, diuiserunt sibi uestimenta mea, & super uestimẽtum meum miserunt sortem? Quando etiam cum hoc factum Euange- Matt. 27 lista narraret, huius testimonij memor fuit. Quid Ioan. 19 autem huius crucis precio, quid tantę celsitudinis tanta humilitate, quid illo innocẽtissimo & diuino sanguine comparatum est, nisi quod illic in consequentibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

sequentibus dicitur, Commemorabuntur & conuertentur ad dominum uniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius, uniuersæ patriæ gentium, Quoniam domini est regnum, & ipse dominabitur gentium? Nonne Apostolus de prædicatoribus Noui testamenti dictum exposuit quod Rom.10
Psal.18 scriptum est, In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum? De quo alio nisi de Christo intelligitur, Deus deorum dominus locutus est, & uocauit terram à solis ortu usq; ad occasum: ex Sion species decoris eius? Cuius, nisi Christi uox est, Dormiui cõturbatus?
Psal.56 Et unde conturbatus, sequitur & dicit, Filij homi num dentes eorum arma & sagittæ, & lingua eorum machæra acuta. Quorum nisi eorum qui cla-
Luc.23 mauerunt, Crucifige, crucifige? Vt quid hoc totum, cui bono, cui lucro? Audi quid sequatur, Ex
Psal.56 altare super cœlos deus, & super omnẽ terram gloria tua. Ecce habes Christum in passiõe dormisse, & resurrectione super cœlos ascendisse. Et unde gloria eius super omnem terram, nisi quia ecclesia eius per omnem terram? In his duabus sententijs breuissimis, uos hæretici totum quod inter nos agitur interrogo. Exaltare, inquit, super cœlos deus, & super omnem terram gloria tua. Cur dominum Christum exaltatum super cœlos prędicatis, & eius gloriæ super omnem terram non communicatis? Psalmus septuagesimus primus in Salomonem titulatur, Sed quia ita dicta sunt quæ in illum regem temporalem, & postea grauiter peccantem conuenire non possunt, etiam contra ipsos Iudæos de Christo esse prædicta inuictissime defendunt. Nullus autem hoc Christianus negat, Talia enim dicta sunt, de quibus dubitari non possit, q ad Christum pertineant. Ibi enim dicuntur hæc, ubi agnoscatur ecclesia toto orbe diffusa, omnib.
Psal.71 etiam regibus Christo subiugatis, Et dominabitur, inquit, à mari usq; ad mare, & à flumine usq; ad terminos orbis terræ. A flumine utiq; ubi eum spiritus sanctus in columbæ specie, & uox de cœlo manifestauit. Deinde sequitur, Coram illo decident Aethiopes, & inimici eius terram lingẽt, Reges tharsis & insulæ munera offerent, reges Arabum & Saba dona adducent, Et adorabunt eum omnes reges terræ, oẽs gentes seruient ei. Et paulopost, Et benedicentur in eo omnes tribus terræ, D
omnes gentes magnificabunt eum, Benedictus dominus deus Israel, qui fecit mirabilia solus. Et benedictum nomen gloriæ eius in æternum & in seculum seculi. Et replebitur gloria eius omnis terra, fiat fiat. Ite nũc Donatistæ & clamate, non fiat, non fiat. Vicit uos uerbum dei dicens, fiat fiat. Ecce manifestata est in Psalmis ecclesia toto orbe diffusa, super quam requiescit gloria regis eius. Vnde & ipsa regina est sponsa eius, de qua ei dicitur in quadragesimo quarto Psalmo, Astitit regina à dextris tuis, in uestitu deaurato, circũamicta uarietate. Et ad eam ipsam exhortandã continuo diuinus sermo dirigitur, Audi filia & uide, & inclina aurẽ tuam, & obliuiscere populum tuum & domũ patris tui, quoniã concupiuit rex speciem tuam, quia A ipse est deus tuus. Attendite unde cœperit alloqui sponsam Christi diuina prophetia, Audi, inquit, filia & uide. Vos autem nec audire uultis hæc prædicta, nec uidere completa, & tamẽ & audistis & uidistis inuiti. Audite ergo quid paulopost ei dicit, Audite hoc ex pagina diuina quomodo prænuncietur, & uidete in omni terra quomodo cõpleat. Pro patribus tuis, inquit, nati sunt tibij filij, constitues eos principes super omnẽ terrã. Quàm multa præteream de hac re testimonia scripturarum, norunt qui legũt, & ego noui, sed onerare epistolam nolo, cui responderi flagito. Quid ad hæc di- Ex Eus.
cturi sunt quæ commemoraui ex lege & Prophe- Cap.17
tis & Psalmis, de Christi ecclesia, quæ toto orbe diffunditur, cui malunt repugnare peruersi, quàm
B communicare correcti? Quid, inquã, dicturi sunt, utrum hæc falsa esse, an obscura? Sed falsa esse nõ audent dicere, Premuntur enim mole tantæ authoritatis. Hæc ergo cum uera esse fateantur, impleri non posse contendunt: quasi aliud sit prophetiam crimine falsitatis arguere, quàm dicere quæ prænunciauit non posse compleri. Hoc est enim dicere, non esse Prophetiam, sed potius pseudoprophetiam. Et cum quæsieris ab eis, cur hæc impleri non possint? Respondent, quia homines nolunt, Cum arbitrio quippe, inquiunt, libero homo creatus est, & si uult credit in Christum: si nõ uult, non credit. Si uult, perseuerat in eo quod credit: si non uult, non perseuerat: & ideo cum cœpisset per orbem terrarum crescere ecclesia, noluerũt ho-
C mines perseuerare, & defecit ex omnibus gẽtibus Christiana religio, excepta parte Donati. Quasi uero nescierit spiritus dei futuras hominum uoluntates. Quis hoc insanissimus dixerit? Cur ergo nõ hoc potius prænunciauit, quod de uoluntatibus hominum sciebat futurum? Hoc enim modo quo isti putant hæc esse prędicta, quisquis uoluerit potest esse Propheta, ut cum ea quæ prędixerit impleta non fuerint, respondeat, homines noluerunt, Libero enim arbitrio Christiani sunt. Hoc modo poterat aliquis prophetare Christũ non in cruce passurum, sed gladio moriturũ: ut cum aliter factum esset responderet, Quid ego feci? Homines in libero arbitrio constituti noluerũt ei facere quod ego prędixeram, & hoc fecerunt quod ipsi uoluerunt. Iam cui non occurrat, q̃ multa isto modo poterãt prophetari, uel etiam possunt à quibuslibet homi-
nibus? Quis enim dubitauerit, quòd Iudas Christum si uoluisset, non utiq; tradidisset: & Petrus si uoluisset, ter dominum nõ negasset? Sed ideo fuit de istis certa prædictio, quia & deus etiam futuras præuidet uoluntates. Veruntamẽ quanquam hæc & tardis cordibus pateant, audiamus hinc & ipsius uerbi uocem ore propriæ carnis expressam. Certe cum post resurrectionem præberet se etiam Luc.
contrectandum atque palpandum manibus dubitantium discipulorum, & cum accepisset coram illis & manducasset quod ei porrexerant, dixit eis, Isti sunt sermões quos locutus sum ad uos, cum adhuc essem uobiscum, quia oportebat adimpleri omnia scripta in lege Moysi, & Prophe-
tis

tis & Psalmis de me. De quo autẽ, nisi de illo scripta sunt, quæ nos quoq; commemorauimus ex lege & Prophetis & Psalmis, sicut per singula demonstrauimus? Cum ergo ipse dicat qui ueritas est, Oportebat adimpleri omnia: quomodo isti negant, nisi quia ueritatis inimici sunt? Si autem obscura esse adhuc dicunt, & hinc ipsum caput audiamus uerissimum demonstratorem corporis sui. Cum enim dixisset, quia oportebat adimpleri omnia scripta in lege & Prophetis & Psalmis de me: tanquam quæreremus utrum in eo quod dixit de me, illic intelligẽda esset ecclesia, propter id quod scriptum est, Erunt duo in carne una, ut nõ solum de capite, uerum etiam de corpore certa diuina oracula teneremus, sequit Euangelista & dicit, Tunc aperuit illis sensum ut intelligerent scripturas, & dixit illis, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christũ pati, & resurgere à mortuis tertia die. Hic ipsum caput ostenditur, quod etiam se manibus discipulorum præbuit contrectandum. Vide quemadmodum de corpore adiungat, quod est Ecclesia, ut nos nec in sponso nec in sponsa errare permittat. Et prædicari, inquit, in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorũ per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Quid hac uoce uerius, quid diuinius, quid manifestius? Me piget eam cõmendare uerbis meis, & hæreticos nõ pudet eam oppugnare uerbis suis. Dicant ea testimonia quæ posui de lege & Prophetis & Psalmis obscura esse & figurate dicta, etiam aliter posse intelligi, quanquã & in eis egerim quantũ potui, ut nec audeant dicere. Sed ecce dicant, Nunquid & obscure dictum, aut ænigmatis uelamento adumbratum est, quod ipse Christus dixit, Quia sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitẽtiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipiẽtibus ab Hierusalem? Si obscurum est, Dormiui conturbatus: nunquid obscurum est, qa oportebat Christum pati? Si obscurũ est, Exaltare super cœlos deus: nunquid obscurũ est, & resurgere tertia die? Si obscurum est, Super omnem terram gloria tua: nunquid obscurum est, & prędicari in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorum per omnes gentes? Si obscurum est, Deus deorũ dominus locutus est, & uocauit terram, à solis ortu usq; ad occasus: nunquid obsurum est, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorum per omnes gẽtes? Sic enim terra uocata est à solis ortu usq; ad occasum, quemadmodum ipse ait, Non uenit uocare iustos, sed peccatores in pœnitentiam. Si obscurum est, Ex Sion species decoris eius, nunquid obscurum est in cipientibus ab Hierusalem? Ipsa est enim Sion quæ Hierusalem. Sed quid ad me? Dicant ea quæ posui de lege & Prophetis & Psalmis, non pertinere ad hæc uerba domini, quæ in Euangelio leguntur. Non curo, non resisto. Certe tamen nisi in lege & Prophetis & Psalmis hoc prædictum esset, siue in eis testimonijs, quæ ipse adhibui, siue in alijs, nequaquam dixisset dominus, Oportet im-

Ioan.14
Luc.24
Gen.2
Luc.24
Obiectio
Solutio
Psal.56
Psal.107
Psal.56
Psal.45
Matth.3
Psal.49
Luc.24

pleri omnia quę scripta sunt in lege Moysi, & Prophetis & Psalmis de me: Ac deinde aperto eorum sẽsu ut intelligerẽt scripturas, doceret ea ipsa quæ de illo scripta sunt in lege et Prophetis & Psalmis, eo modo ut diceret, Quoniam sic scriptum est, & sic oportebat Christum pati et resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiã & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Non ego potuerim in lege & Prophetis & Psalmis hæc scripta cognoscere, Ibi tamẽ hoc esse scriptum ille dicit qui ueritas est. Sed & si hæc ibi scripta esse non diceret, proculdubio sufficeret Christianis quod Christus ipse dixisset, oportere prædicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Sed dubitantes discipulos suos quamuis conspecto & contrectato eius corpore, maiori documento scripturarum uoluit confirmare, quàm quòd se ipse uisibilẽ atq; palpabilem mortalium sensibus admouebat.

Ex actis Apostolicis Ca. X

Teneamus ergo Ecclesiam ex ore domini designatam, unde cœptura, & quousq; peruentura esset, cœptura scilicet ab Hierusalem, & peruentura in omnes gentes. Hic iam quisquis dixerit, Hierusalem non illam uisibilem ciuitatem intelligendam, sed figurate positam, ut spiritaliter accipiatur tota Ecclesia æterna in cœlis, & ex parte in terris peregrina, potest dicere etiam illud figurate dictum, Quia oportebat Christum pati, & resurgere tertia die. Quod quisquis dixerit, nec quo quo modo Christianus habendus est. Sicut ergo illud proprie positum est, ita & quod adiunctum est de omnium gentium ecclesia incipiente ab Hierusalem. Exposuit enim dominus hæc de se dicta esse in lege & Prophetis & Psalmis, & utiq; ipsa expositio non potuit esse figurata, alioquin non esset expositio. Deinde cum Hierusalem figurate posita & spiraliter intellecta, uniuersam Ecclesiam significet, quomodo uniuersa Ecclesia incipit ab uniuersa ecclesia, tanquam Hierusalem incipiat ab Hierusalem? Manifestum est ergo proprie positum de illa ciuitate, unde etiam cœpisse probatur Ecclesia, etiam atq; etiam ipso manifestãte, & nullam insidiarum latebram calliditati hæreticæ relinquente. Sic enim sequitur & dicit, Et uos horum testes, & ego mittam promissionem meam super uos. Vos autem sedete in ciuitate quoadusq; induamini uirtute ex alto. In qua utiq; ciuitate sedere eos iussit quoadusq; induerẽtur uirtute ex alto, id est, spiritu sancto, quem se missurum esse promiserat, ab ea cœpturã prædixit Ecclesiam. Si autem non eam putant esse Hierusalem, audiant quod sequitur, Perduxit autem illos usq; Bethaniam, & leuauit manus suas, & benedixit illos. Et factum est cum benedixisset illos, discessit ab eis, Et ipsi reuersi sunt cum gaudio magno in Hierusalẽ, & fuerũt semper in templo laudantes deum. Ecce ubi oftendit illa ciuitas in qua eos sedere iussit, donec induerentur uirtute ex alto. Et hic quidẽ quot diebus cum eis fuerit, postquam se uiuum post passionem suam oculis eorum & manibus eorum demõstrauit

Luc.24

Universidad de Deusto
Biblioteca

uit, prætermissum est: non autem taceturin Actibus Apostolorum, ubi rursus eadem manifestatione uerborum dominicorum futura per orbem terrarum prænunciatur Ecclesia: ubi nullus omnino dubitare permittatur, nisi qui de sanctarū scripturarum fide dubitat, illā esse Hierusalem uisibilem ciuitatem, unde cœpit Ecclesia post domini nostri Iesu Christi resurrectionem & ascensionem: nec aliud eum uoluisse ostendere, nisi huius terræ loca unde illi daret initium, & quomodo eam per cuncta inde diffunderet. Sic enim scriptum est in Actibus Apostolorum. Primum quidem sermonem feci de omnibus ô Theophile, quæ cœpit Iesus facere & docere usq; in diem quo Apostolos elegit per spiritum sanctum, mandans eis prædicare Euangelium: quibus & manifestauit seipsum post passionē suā in multis signis, per dies quadraginta apparens eis, & disputans de regno dei. Et cum cō uersaretur cum eis, præcepit eis ne discederent ab Hierosolymis, sed expectarēt promissionem eius, quam audistis, inquit, ex ore meo. Quia Ioannes quidem baptizauit aqua, uos autem baptizabimini spiritu sancto, quem & accepturi estis non post multos hos dies. At illi cōuenientes interrogabāt eum, dicentes, Domine, si in tempore hoc restitues regnum Israel? Quibus respondens dixit, Non est uestrum scire tempora uel momenta, quæ pater posuit in sua potestate, sed accipietis uirtutem spiritus sancti superuenientem in uos. Et eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in totam terram. Ecce & hic manifestatum est unde cœptura, & quousq; esset peruentura Ecclesia. Quid ad hæc dicūt qui Christianos se superbissime dicunt, & Christo apertissime contradicunt? Nos hanc Ecclesiam tenemus, contra istas diuinas uoces nullas humanas criminatiōes admittimus, Mouet enim nos plurimum, quod dominus noster ait, cui non credere sacrilegum & impium est, nouissimis uerbis suis quæ habuit in terra, hæc primitiuæ Ecclesię documenta salubria & nouissima dereliquit. His ēm dictis mox ascendit in cœlum, præmunire uoluit aures nostras aduersus eos quos procedentibus temporibus exurrecturos esse prędixerat, et dicturos, Ecce hic Christus, ecce illic. Quibus ne crederemus admonuit. Nec ulla nobis excusatio est si crediderimus contra uocem pastoris nostri, tam clarā, tam apertam, tam manifestam, ut nemo uel obtusus & tardus corde posset dicere, non intellexi. Quis enim non intelligat, Sic oportebat Christum pati, & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum in omnes gētes, incipiētibus ad Hierusalem? Quis non intelligat, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in totam terram? His dictis, eleuatus est, & nubes suscepit eum, & uiderunt eum euntem in cœlum. Quid hoc est rogo? cum uerba nouissima hominis morientis audiuntur ituri ad inferos, nemo eum dicit esse mentitum, & impius iudicatur hæres qui forte illa contempserit. Quomodo ergo effugiemus iram dei si uel nō credentes uel contemnentes repulerimus uerba nouissima, & unici filij dei, & domini nostri ac Saluatoris, & ituri in cœlū, & inde prospecturi, quis ea negligat, quis obseruet: & inde uenturi, ut de omnibus iudicet? Habeo manifestissimam uocem pastoris mei commendantis mihi, & sine ullis ambagibus exprimentis Ecclesiam, mihi imputabo si ab eius grege, quod est ipsa Ecclesia, per uerba hominum seduci atq; aberrare uoluero, cum me præsertim admonuerit dicēs, Quę sunt oues meę, uocem meam audiunt & sequuntur me. Ecce uox eius clara & aperta, ac audita. Qui eum non sequitur, quomodo se ouē eius dicere audebit? Nemo mihi dicat, O quid dixit Donatus, aut quid dixit Parmenianus, aut Pontius, aut quilibet illorum. Quia nec catholicis Episcopis consentiendum est, si cubi forte fallunt, ut contra canonicas dei scripturas aliquid sentiant. Sed qui custodito unitatis & charitatis uinculo in hoc incidunt, fiet in eis quod Apostolus ait, Et si qd aliter sapitis, hoc quoq; deus uobis reuelabit. Iam uero istæ diuinæ uoces de uniuersa Ecclesia, ita manifestatæ sunt, ut contra eas nisi hæretici animosa peruersitate & cæco furore latrare non possint. Sed prædictam demonstrauimus Ecclesiam in uerbo dei sponso eius, siue per legem & Prophetas & Psalmos, siue per os proprium, ab Hierusalem cœpturam, & peruēturam usq; ad terminos orbis terræ. Quomodo autem cœperit ab Hierusalem & in omnes gentes inde diffusa fructificet, in eodem uerbo dei etiam per Apostolos demonstratur, sicut scriptum est in Actibus Apostolorum, quod iam commemorauimus dixisse dominum, Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in totam terram. Deinde sequitur: Hæc cum dixisset, uidentibus illis eleuatus est, & nubes suscepit eū ab oculis eorum. Et cum intuerentur in cœlum euntem illum, ecce duo uiri astiterūt illis in ueste candida, qui & dixerunt, Viri Galilæi quid statis aspicientes in cœlum? Iste Iesus qui assumptus est a uobis in cœlum, sic ueniet quemadmodum uidistis eum euntem in cœlum. Tunc reuersi sunt in Hierusalem à monte qui uocatur Elæon, qui est iuxta Hierosolymam sabbati habēs iter. Et cum introissent, ascenderunt in superiora, ubi erant inhabitantes, Petrus & Ioannes, Iacobus & Andreas, Philippus & Thomas, Bartholemeus & Matthæus, Iacobus Alphæi & Simon Zelotes, & Iudas Iacobi. Hi omnes erant asseruientes unanimes orationi cum mulieribus & Maria, quæ fuit mater Iesu, & fratribus eius. In his autem diebus surgēs Petrus in medio discipulorum, dixit, Erat autem turba hominum circiter centumuiginti. Deinde narratur Petro faciente sermonem, quemadmodum Matthias in locum Iudæ traditoris domini surrogatus sit. Et post eius ordinationem sequitur scriptura dicens, Et cum complerentur dies Pentecostes, erāt omnes simul in eodem loco, & factus est repente de cœlo sonus, uelut decurrentis spiritus uehementis, & repleuit totam domum ubi erant sedentes, & uisæ sunt illis distributæ linguæ uelut ignis

Act. 1

Matt. 24

Luc. 24

Acto. 1

Ioan. 10

Act. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

ignis: consedit autem super unumquẽq; eorum & A repleti sunt omnes spiritu sancto, & cœperunt loqui uarijs linguis, prout spiritus sanctus dabat pronunciare illis. Erant autem inhabitantes Hierusalem uiri religiosi Iudæi, ex omni gente quæ est sub cœlo. Cunq; facta esset hæc uox, conuenit multitudo ac mẽte cõfusa est, quia audiebat unusquisq; eorum, sua lingua loquentes eos. Stupebãt autem & mirabantur adinuicẽ dicentes, Nonne omnes isti qui loquũtur Galilæi sunt? Et quomodo eos audiuimus unusquisq; propriam linguam in qua nati sumus? Parthi & Medi & Elamitæ, & qui inhabitant Mesopotamiã Iudæi & Capadociam, Pontum & Asiam, Phrygiam & Pamphiliam, Aegyptum & partes Lybiæ, quæ sunt ad Cyrenem, & qui aduenerant Romani, Iudæi quoq; & aduenæ Cretenses & Arabes audiebant loquẽtes illos suis B linguis magnalia dei. Stupebant autem & hæsitabant adinuicem dicẽtes, Quid nam uult hoc esse? Alij uero irridebant eos dicentes, quia musto pleni sunt isti. Stans uero Petrus cum undecim discipulis, eleuauit uocem suam & locutus est dicens, Viri Iudæi & uniuersi qui habitatis Hierusalem, Hoc uobis notum sit: & cætera quibus eos exhor
Actu. 2 tabatur ad fidem. Quæ cum terminasset, sequitur scriptura ita narrans, His igitur auditis, compuncti sunt corde, dicentes ad Petrum & ad Apostolos, Quid faciemus uiri fratres? Ostendite nobis. Petrus autem dixit ad eos, Pœnitentiam agite, & baptizetur unusquisq; uestrũ in nomine Iesu Christi in remissionem peccatorum, & accipietis gratiam spiritus sancti: Vobis est enim promissio & filijs C uestris, & omnibus qui longe sunt, quoscunq; aduocauerit dominus deus nøster. Et alijs quidem uerbis plurimis testificabatur eis dicens, Saluami ni à generatione praua hac. Illi uero recepto uerbo hoc, crediderunt & baptizati sunt. Et adiectę sunt in illa die animæ circiter tria milia. Ecce quemadmodum cœpta est ab Hierusalem, inde itura ecclesia per omnes linguas: quod etiam præsignatum est in eis, qui ibidem constituti accepto spiritu sancto linguis omnibus sunt locuti. Iam per alias gentes quemadmodũ ierit, quod etiã ipse Petrus prædixerat, ubi ait, Vobis est ꝓmissio & filijs uestris, & omnibus qui longe sunt quoscũq; aduocauerit dominus deus noster: deinceps uideamus. Narrãtur enim consequenter ea quæ tunc gesta sunt Hie D rosolymis usq; ad passionẽ Stephani diaconi, Vbi etiam Saulus cõmemoratur consentiens occisioni eius. Qua completa, ita deinde narratur, Facta est
Actu. 8 autem in illa die persecutio magna in Ecclesia quę erat Hierosolymis, omnesq; dispersi sunt in regionibus Iudęæ & Samariæ, exceptis Apostolis, qui remanserunt Hierosolymis. Videte quemadmo-
Actu. 1 dum deinceps impleatur, quod per ordinem dominus dixerat, Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudea & Samaria, & usq; in totam terram. Iam in Hierusalem factum erat, sequebatur in Iudæa & Samaria, propter quod illi dispersi sunt in regionibus Iudææ & Samariæ. Hoc enim de illis mox dicitur, At illi qui dispersi erant transeuntes per ciuitates & castella, euangelizabant uerbum domini. Quia uero erant & Apostoli, audito qd' recepisset Samaria uerbum dei, quando per impositionem manus eorum acceperunt spiritum sanctum, ita dicitur de Petro & Ioanne, Petrus autem Actu. 8 & Ioannes testificati uerbũ domini, redibant Hierosolymam, multisq; uiris Samaritanorũ Euangelizabant transeuntes. Deinde narratur de illo eunucho qui rediens ab Hierosolymis, à Philippo baptizatus est, & de ipso Philippo dicitur, Angelus autem domini rapuit Philippum ab eo, & amplius non uidit eum eunuchus, Ibat autem uia sua gaudens: Philippus autem inuentus est uenisse in Azotum. Vnde reuertens euangelizabat per omnes ciuitates usquedum ueniret in Cæsaream. Sic ergo inuenitur & per Iudęæ & per Samarię ciuitates prædicatũ Euangelium. Restabat ergo ut prædicaretur ex ordine etiam per omnes gentes, sicut dominus dixerat, usq; in totam terram. Vocatur Actu. 6 ergo Saulus de cœlo, fit ex persecutore prædicator, & dicit de illo dominus ad Ananiam, Vade, quoniam uas electionis est mihi, ut portet nomen meum corã gentibus & regibus & filijs Israel magnificari. Ego enim monstrabo ei quanta patietur propter nomen meum. Iam itaq; tenemus Ecclesiam in Hierusalem, & per totam Iudæam & Samariam. Vnde apertissime paulopost dicitur, Ecclesiæ quidem per totam Iudæam & Galilæam & Samariam habebant pacem, instructiæ & confirmatę in timore domini, & consolatione spiritus sancti replebantur. Deinde paucis interpositis, uenitur ad Actu. 10 eum locum ubi Cornelius centurio credidit, & baptizatus est cum suis, qui omnes gentiles erant in circuncisi. Quod antequam fieret, Petrus uidit in assumptione mentis cum oraret, cœlum apertum, & quatuor initijs ligatum uas quoddam tanquam linteum limpidum, in quo erat omne genus quadrupedum ac ferarum & uolucrum cœli. Et facta est uox, Petre surge, occide & manduca. Ait autẽ Petrus, Domine nunquã manducaui omne commune & immundum. Et uox rursus ad eum, Quę deus mundauit, tu communia ne dixeris. Quòd autem per hoc uisum gentes credituræ significatę sint, non est opus ut conijciamus: Ipse quippe Apostolus hoc exponit in illo uase sibi demonstratum. Cum enim ingressus esset domum ubi erat Cornelius, & multi conuenissent, dixit ad eos, Vos melius scitis quomodo abominandum sit uiro Iudæo iungi, aut accedere ad alienigenam, sed mihi ostendit deus nullum communem aut inquinatum dicere hominem. Ita exposuit illam uocẽ quam de animalibus in illo linteo demonstratis audierat, Quæ deus mundauit, tu ne communia dixeris. Iam cui non appareat illo uase significatum orbem terrarum, cum omnibus gentibus? Vnde etiam quatuor initijs erat alligatum, propter notissimas quatuor partes, Orientem, Occidentem, Austrum & Aquilonem, quas ꝑspicuissime scriptura commendat. Iam uero Paulus missus ad gentes, quæ loca circumierit disseminans uerbum dei, & natas cõfirmans ecclesias, longum est commemo-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rare. Cui Iudæi cum reſtitiſſent Antiochiæ, ipſe
Acto.13 & Barnabas dixerunt ad eos, Vobis oportebat primum loqui uerbum dei, ſed quoniam repuliſtis illud & indignos uos iudicaſtis uita æterna, ecce conuertimur ad gentes. Sic enim præcepit nobis
Eſaiæ 46 dominus, Poſui te lumen gentibus, ut ſis in ſalutem uſq; ad extremum terræ, Et ſequitur dicens, Audientes autem gẽtes, perceperunt uerbum dei, & crediderunt quotquot erant deſtinati ad uitam æternam. Ecce & hic commemoratum eſt teſtimonium ex Propheta Eſaia, quod & nos poſuimus, ut ſit ſalus uſq; ad extremum terræ. Vt ergo non commemorem gentes, quæ poſt Apoſtolorum tempora crediderunt, & acceſſerunt eccleſiæ: illæ ipſæ ſolæ quas in ſanctis literis in Actibus & epiſtolis Apoſtolorum & in Apocalypſi Ioannis inuenimus, quas utriq; amplectimur, & quibus utriq; ſubdimur, dicant iſti nobis quemadmodum Aphricana ſeditione perierint. Has enim accepimus non ex concilijs contendentiũ Epiſcoporũ, non ex diſputationibus nouitijs, non ex forenſibus uel municipalibus geſtis, ſed ex literis ſanctis canonicis. Antiochena Eccleſia ubi primum ap-
Acto.11 pellati ſunt diſcipuli Chriſtiani, quomodo potuit Aphrorũ perire criminibus? Quis tam uehemẽs Aphricus tam longe potuit ablatam ſpargere peſtilẽtiam, ubi nec nomina eorum per quos ortum eſt, uel de quibus ortum eſt hoc malum, nota eſſe potuerunt, Athenis, Iconio, Liſtris? Quis deleuit Eccleſias apoſtolico labore fundatas? In extremis
Rom.15 epiſtolæ ad Romanos dicit idẽ Apoſtolus doctor gentium, Audacius autem ſcripſi uobis ex parte, tanquam commemorans uos, reducens propter gratiã quę data eſt mihi à deo ut miniſter ſim Chriſti Ieſu in gentibus, conſecrans Euangelium dei, ut fiat oblatio gentium acceptabilis, ſanctificata in ſpiritu ſancto. Habeo ergo gloriã in Chriſto Ieſu ad deum. Non enim audeo quicquam eorũ loqui quorum non perfecerit Chriſtus per me in obedientiam gentium uerbo & operẽ in poteſtate ſignorum & prodigiorũ, in uirtute ſpiritus ſancti, ita ut ego ab Hieruſalem & in circuitu uſq; in Illyricum repleuerim Euãgeliũ Chriſti. Quærite Donatiſtę, ſi neſcitis, quærite ab Hieruſalem per terrena itinera in circuitu uſq; in Illyricũ quot mãſiones ſint, ſi tot Eccleſias cõputemus? Dicite quemadmodũ per Aphricanas cõtentiones perire potuerũt? Ad Corinthios, ad Epheſios, ad Philippẽſes, ad Theſſalonicenſes, ad Coloſſenſes, uos ſolas Apoſtoli epiſtolas in lectione, nos autem epiſtolas in lectione ac fide, & ipſas Eccleſias in cõmunione, retinemus. Iã uero Galatia nõ una Eccleſia eſt, ſed in ea
2.Cor.1 regione innumerabiles. Corinthios autẽ uidete quemadmodũ ſalutauerit: Paulus Apoſtolus Ieſu Chriſti per uoluntatẽ dei, & Timotheus frater Eccleſiæ dei, quæ eſt Corinthi cũ ſanctis omnib. qui ſunt in uniuerſa Achaia. Quot putatis eſſe Eccleſias in uniuerſa Achaia? Fortaſſe ubi Achaia ſit, neſcitis, & de tam incognita prouincia tãta cæcitate
Pet.1 iudicatis, ut eam criminib. Aphrorum perijſſe dicatis. Nonne plena ſunt florentiſſimis Eccleſiis omnia loca quæ Petrus nominauit, Põtus, Galatia, Cappadocia, Aſia, Bithynia? Quid Ioannes quibus ſcripſit Smyrnæ, Pergami, Sardis, Thiathyræ, Philadelphiæ, Laodiciæ, quæ ſunt Eccleſiæ? Iam eñ Epheſum cõmemoratimus. Dicat mihi aliqs ueſtrũ, ubi ſint, quãtum ab inuicẽ diſtent? Fortaſſe modo id quæritis uel legẽdo uel audiendo cognoſcere. Cognoſcite ergo etiã & lõge ab Aphrica remotæ ſint, & dicite nobis cur eas omnino uobis incognitas, & in Apoſtolicis literis manifeſtas tam ſacrilega temeritate accuſetis, & tanta demẽtia criminib. Aphrorum periſſe dicatis? Poſtremo quid de illis in ſanctis canonicis libris ſcriptum ſit ſcio, quid de illis uos dicatis, neſcio. Certe ſicut nos eas legimus Eccleſias Chriſti ex codicibus quos & uos ueneramini: ſic & uos ex codicibus quos & nos ueneramur quẽadmodũ perierint legite nobis. An placet uobis, ut contra Eccleſias quę membra ſunt unius Eccleſiæ toto orbe diffuſæ, quas nobis ſpiritus ſanctus per ſcripturas ſuas cõmẽdauit & tradidit, undelibet prolata quęlibet hominũ maledicta credamus? Hoc quidẽ uobis placet, ſed nobis non placet. Quibus aũt iuſtius placeat, & uos uidetis, ſed uicti animoſitate nõ uultis uinci ueritate. Ecce ſunt ſcripturę dei. Ecce ſunt in Eccleſia Eccleſiæ, & uniuerſali totius orbis nomine & nominatim deſignatæ & expreſſæ. Quid maiores ueſtri collegis ſuis obiecerint, neſcierũt, quales ea cauſa iudices habuerit, neſcierũt, quomodo ergo perierunt? Ecce ſunt ſcripturę quibus credo, Ecce ſunt Eccleſiæ quibus cõmunico. Vbi *tibi* ergo nomina earũ, ibi mihi lege crimina earũ. *Si autem* aliud declamas uel recitas, nos poſt uocem paſtoris noſtri per ora Prophetarum, per os proprium, per ora Euangeliſtarum nobis apertiſſime declaratam, uoces ueſtras non admittimus, non credimus, nõ accipimus. Quæ ſunt oues meæ, inquit paſtor cœleſtis, uocem meam audiunt & ſequuntur me. Vox eius de Eccleſia nõ eſt obſcura. Quiſquis ab eius grege errare non uult: hunc audiat, hunc ſequatur. Fideliſſimus diſpenſator eius doctor gentium in fide & ueritate, quia ipſe in eo loquebatur, hęc dicit, Miror quod ſic tam cito transferiminí ab eo qui uos uocauit in gratiam Chriſti in aliud Euangeliũ, quod non eſt aliud, niſi aliqui ſunt conturbantes uos, & uolentes conuertere Euangelium Chriſti, Sed licet ſi nos aut angelus de cœlo uobis euangelizauerit, præterquam quod euãgelizauimus uobis, anathema ſit. Sicut prędiximus, & nunc iterum dico, Si quis uobis euangelizauerit præterquam quod accepiſtis, anathema ſit. Euangelizata eſt nobis Eccleſia per totum orbem terrarum futura. Hoc in lege & Prophetis & in Pſalmis eſſe prænunciatum ipſe dominus teſtificatus eſt, qui eam cœpturam ab Hieruſalem & per omnes gentes permanſuram eſſe prædixit, teſtes ſibi futuros in Hieruſalem & in tota Iudæa & Samaria, uſq; in totam terrã cum iam in cœlum aſcenderet prænunciauit. Hæc uerba, facta ſecuta ſunt. Quomodo cœptum ſit ab Hieruſalem, & deinde proceſſum in Iudæam & Samariam, & in totam

terram

terram, ubi adhuc crescit Ecclesia donec usq; in finem etiam reliquas gentes, ubi adhuc nō est, obtineat scripturis sanctis testibus cōsequenter ostenditur: quisquis aliud euāgelizauerit anathema sit.

Refellitur argumēta Donatistarum Cap. XII

Aliud autem euāgelizat qui perijsse dicit de cætero mundo Ecclesiam, & in parte Donati in sola Aphrica remansisse dicit, Ergo anathema sit. Aut legat mihi hoc in scripturis sanctis, & non sit anathema. Lego, inquit. Nam Enoch unus inter omnes homines placuit deo, & translatus est. Postea toto mundo aquarum inundatione deleto, solus Noe cum coniuge & filijs & nuribus suis in arca meruit liberari. Adiūgunt etiam de Loth, q̄ solus cū filiabus de Sodomis liberat⁹ sit. De ipso quoq; Abrahā & Isaac & Iacob, quòd pauci fuerint deo placentes, cæteri idolis dediti & dæmonibus. Postremo iam multiplicato populo Israel, iam temporibus regum in terra promissionis, quæ fuerat omnibus duodecim tribubus distributa, cōmemorat decem tribus diuisas & traditas seruo Salomōis, Duas autē remānsisse filio Salomonis ad regnum, quod erat Hierusalem. *Sic & nunc, inquiunt, totus mundus apostatauit, nos autem tanquam duæ illæ tribus in templo dei, hoc est, in Ecclesia permānsimus. Dominum etiam Iesum Christum cum plurimi sequerentur, septuagintaduobus apostatantibus, soli cum illo duodecim remānserunt. His atq; huiusmodi exemplis hæretici suam paucitatem commendare conantur, & in sanctis Ecclesiæ multitudinē toto orbe diffusam, blasphemare non cessant. Sed quæro ab eis, quod absit: si nollem credere uera esse ista quæ ab eis commemorantur exempla, unde me cōuincerent? Nonne de scripturis sanctis ubi legunt tanta manifestatiōe, ut quisquis illas literas in fidem recepit, non possit nisi & ista uerissima confiteri? Porrò si hæc exempla ideo cogerer credere uera esse, quia ibi scripta sunt ubi non possum dicere falsa esse quæ scripta sunt, cur nō & ipsi de Ecclesia toto orbe diffusa eisdem scripturis credunt? Ecce nos omnia illa credimus, credant & ipsi quod ait dominus, prędicari in nomine suo pœnitentiam & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Credant quòd ascensurus in cœlum nouissime dixit, Eritis mihi testes in Hierusalem, & in tota Iudæa & Samaria, & usq; in totam terram. Et illa & ista uera esse credantur, & nulla inter nos contentio remanebit, qa nec illis ueris ista, nec istis ueris illa impediuntur. Et ista, inquiunt, credimus & cōpleta esse confitemur, sed postea orbis terrarum apostatauit, & sola remansit Donati communio. Hoc nobis legant, sicut legunt de Enoch, de Noe & de Abraham, Isaac & Iacob, & de illis duabus tribubus, quæ decem separatis reliquæ factę sunt, & de duodecim Apostolis qui cæteris apostatantibus remanserunt, & hoc similiter legant, & nihil resistimus. Si autem non ea de scripturis sanctis legunt, sed suis contentionibus persuadere conantur, credo illa quæ in scripturis sanctis legūtur, nō credo ista quæ ab hæreticis uanis dicuntur. Sed quia se duabus illis tribubus, quę cum Salomonis filio remanserunt comparandos putant, legant, & eos hoc legisse pœnitebit. Sic enim commemorantur in scripturis ipsi duo populi, Pars quæ erat ad Hierusalem, Iuda nominatur: illa uero alia quę cum seruo Salomonis in ampliore numero segregata est, Israel uocatur. Legant quæ dicant Prophetæ de utriusq;, quemadmodum priorem dicant Iudam q̄; Israel, ita ut iustificatā dicant aduersatricem Israel peccatis præuaricatricis Iuda: id est, tā grauia esse peccata huius, ut in eius cōparatiōe illa iusta dicenda sit. Nec huius tamen nec illius peccata obfuerunt aliquid iustis, qui & hic & illic fuisse inueniuntur. Nam & in illa parte, quām pro exemplo perditionis ponūt, id est, in Israel, fuerūt sancti Prophetæ. Ibi erat ille memorabilis Helias, ut de alijs taceam, cui etiam dictū est, Reliqui mihi septē milia uirorum qui non curuauerunt genua ante Baal. Ideo nequaquam pars illa populi, tanquam hæresis fuisset deputanda est. Deus enim eisdem tribus iusserat separari, non ut religio, sed ut regnū diuideretur, & hoc modo uindicaretur in regnum Iuda, Deus autem nunquam iubet schisma uel hæresim fieri. Neque enim quia & in orbe terrarum plerunq; regna diuiduntur, ideo & Christiana unitas diuiditur, cū in utraq; parte catholica inueniatur ecclesia. Hoc ideo de Iuda & Israel commemorandum arbitratus sum, maxime ut admoneantur isti, non obesse iustis in medio impiorum constitutis, quicquid in ipsos populos propter impiorum multitudinem dicitur: ut desināt colligere testimonia, quæcūq; siue per Prophetas, siue per os domini, siue per Euangelistas in zizaniam uel paleam orbis terrarū dicta inueniūtur. Plerunq; ēm sermo diuinus impias turbas ecclesię, quę nec in ecclesia deputantur, tamen propter sacramenta quæ cum sanctis communiter habent, quia in eis est quædā forma pietatis, cuius uirtutem negant: sicut ait Apostolus, Habētes formam pietatis, uirtutem autē eius abnegantes: sic redarguit tanquam omnes tales sint, & nullus bonus omnino remanserit. Inde quippe admonemur in suo quodam numero eos dici omnes, id est, omnes filios gehennæ, quò eos deus pertinere præsciuit. Isti ergo imperite, uel fallaciter agentes, colligūt de scripturis talia, quæ uel in malos bonis usq; in finem permixtos, uel de uastatione prioris populi Iudæorum dicta reperiunt: & uolūt ea detorquere in ecclesiam dei, ut tanquā defecisse ac perijsse de toto orbe uideatur. Desinant ergo talia proferre, si respondere huic epistolę uolunt. Neq; enim nos ita dicimus per totum orbem diffundi ecclesiam, ut in sacramentis eius solos bonos esse dicamus, ac nō etiam malos & eos etiam multo plures, ut eorū in cōparatione pauci sint, cum per se ipsos ingentem numerum faciant.

Ezec.16

3.Reg.11

2.Tim.3

Reijcit alia Donatistarum argumenta Cap. XIII

Habemus innumerabilia testimonia, & de commixtiōe malorum cum bonis in eadem cōmunione sacramenti, sicut Iudas ab initio malus inter bonos undecim conuersatus est, & de bonorum paucitate, propter malorum plurimam comparationem, & rursus de bonorum multitudine per se ipsam considerata. Ex quibus ne longum faciam,

Canti.2 pauca cõmemorabo. Eſt in Canticis Canticorũ, quod de ſãcta eccleſia dictum omnis Chriſtianus agnoſcit, Sicut lilium in medio ſpinarum, ita proxima mea in medio filiarũ. Vnde appellat ſpinas, niſi propter malignitatem morum? Et eaſdem unde filias niſi propter communionem ſacramentorum? Videt etiã Ezech. ſignatos quoſdam, ne cũ Ezech.9 malis interirent, de quibus dicitur, Qui gemũt & mœrent peccata & iniquitates populi mei, quæ fiunt in medio eorum. Populum ſuum non diceret, quem ſolis illis illæſis perire mox iubet, niſi eum populum qui eius ſacramẽta geſtabat. Dicit & do Matt.13 mínus de ſuperſeminatis zizanijs, Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem: id eſt, triticum & zizania. Et ipſe interpretatur meſſem, finem eſſe ſeculi, Agrum uero ubi utrunq; ſeminatum eſt, mundum esſe. Oportet itaq; uſq; in finem ſeculi creſcere utrunq; per mundũ, Vnde iam nõ permittuntur iſti ſuſpicari, aut differere q̃ dicunt omnes bonos defeciſſe de mundo, ut in ſola parte Donati remanerẽt. Conantur eñ contra apertiſſimam ſententiam domini dicẽtis, Ager eſt hic mundus: Et, Sinite utraq; creſcere uſq; ad meſſem: &, meſſis eſt finis ſeculi. Eſt alia ſimilitudo apertiſſima de cõmiſtione malorum & bonorum intra eandem ſacramentorum cõmunionem & connexionem, quam dominus ipſe & ponit & exponit. Simile eſt, inquit, re- Matt.13 gnum cœlorum ſagenæ miſſæ in mari, quæ cõgregat omnia genera piſcium. Cum autẽ eſſet impleta, eduxerunt eã ad littus, & ſedentes elegerunt optimos in uaſa ſua, malos aũt foras miſerunt: Sic erit in conſumatione ſeculi, Exibũt angeli & ſeparabunt malos de medio iuſtorum, & mittent eos in caminum ignis, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ. Nulla ergo malorum commixtio terret bonos, ut propterea uelint tanquam retia rumpere, & à congregatione unitatis exire, ne homines nõ pertinẽtes ad regnum cœlorum in ſacramẽtorum conſortio patiantur. Quãdoquidem cum ad littus, id eſt, ad finem ſeculi uẽtum fuerit, fiet debita ſeparatio, non humana temeritate, ſed diuino iudicio. De paucitate autem bonorum ipſe dominus apertiſſi- Matt.7 me dicit, Intrate per anguſtam portam, Quoniam lata & ſpatioſa uia quæ ducit ad interitũ, & multi ſunt qui pergunt per illam. Quàm anguſta porta, & arcta uia quæ ducit ad uitam, & pauci ſunt qui ingrediuntur per illam. Iſtos paucos Donatiſtæ ſe putant eſſe, & ideo dicũt periſſe orbem terrarum, ſe autem in hac paucitate quã laudauit dominus, remanſiſſe. Qui quando comparantur cum eis lõge pauciores Rogatiſtas aut Maximinianiſtas obijcimus, qui ſe ab eis ſeparauerũt, ſi exiſtimant ſibi de paucitate eſſe gloriandum. Veruntamen hanc paucitatem in comparatione multitudinis malorum, eſſe à domino commendatam: multitudinem autem bonorum cum per ſeipſam conſideratur nõ tacuiſſe ſcripturas, legant & uideant q̃ plura teſtimonia reperiantur. Vnde enim ipſum ſemẽ Abra- Gen.15 hæ, ſicut ſtellæ cœli & ſicut arena maris promittitur, niſi propter innumeram multitudinem? Cum Rom.9 dicat Apoſtolus ideo dictum eſſe, In Iſaac uocabit tibi ſemen: quia non filij carnis, ſed filij promiſſionis deputantur in ſemine? Vnde mihi filij deſertę, Eſa.5 magis quàm eius quæ habet uirum? Vnde multi Matt.8 ab Oriente & Occidente uenient, & recumbent cum Abraham & Iſaac & Iacob in regno cœlorũ, filij autem regni ibunt in tenebras exteriores: hoc Ad Tim. eſt, impij Iudæi? Vnde dicit Apoſtolus, Vt mundaret, inquit, nos ſibi populum abundãtem, æmulatorem bonorum operum? Vnde Apocalypſis Apoc.5 milia milium dicit eſſe ſanctorum eccleſiæ filiorum? Ecce ipſi dicuntur multi, qui dicũtur & pauci. Quare, niſi multi per ſeipſos conſiderati: pauci autem, in comparatione iniquorum? De nobis, in Matt.22 quiunt, dictum eſt, Erunt primi, qui erant nouiſſimi. Ad Aphricam enim poſtmodum Euangelium uenit, & ideo nuſquam literarum Apoſtolicarum ſcriptum eſt, Aphricã credidiſſe. De Orientalibus autem & cæteris gentibus, quæ in ſanctis libris cõmemorantur fidem recepiſſe Chriſtianam, dictum eſt, Erũt nouiſſimi qui erãt primi, quia receſſuri erant à fide. Nonne iſta eſt hæreticorum cauenda calliditas, uolentium conuertere uerba dei à uerita te propter quam dicta ſunt, ad peruerſitatẽ in qua ipſi ſunt? Cur enim hoc non potius de Iudæis intelligimus, qui nouiſſimi facti ſunt cum fuiſſent primi, & de Chriſtianis ex gentibus, qui primi facti ſunt cum fuiſſẽt nouiſſimi? Quem intellectum ſi aliquo certiore documento probare nõ poſſem, ſufficere debuit bene iudicanti auditori, q̃ inuenerim exitum in his uerbis, unde iſtos appareat nihil pro ſe attuliſſe tanquã certũ, ut dubitari non poſſit: quia etſi non eſſent Iudæi & Gentes de quib. hoc dictum intelligerem, nonnullæ etiam Barbaræ nationes poſt Aphricam crediderunt. Vnde certum ſit Aphricam in ordine credendi non eſſe nouiſſimam. Huc accedit quod ipſe dominus de quibus hoc dixiſſet expoſuit, & ora calumniatorum oppilauit. Loquens enim Iudæis qui ei dicturi ſunt, In Luc.13 plateis noſtris docuiſti: Cũ uideritis, inquit, Abraham, Iſaac, & Iacob & omnes Prophetas in regno dei, uos autem expelli foras: & uenient ab Oriente & Occidente & Aquilone & Auſtro, & accumbent in regno dei: & ecce ſunt nouiſſimi qui erant primi, & ſunt primi q̃ erant nouiſſimi. Hic certe q̃d contradicatur non inuenitur. Item dicunt de apoſtaſia orbis terrarũ dictum eſſe quod ait dominus, Filius hominis ueniẽs putas inueniet fidem in ter- Luc.18 ra? Quod nos intelligimus dictum uel propter ipſam fidei perfectionem, quæ ita difficilis eſt in hominib⁹, ut in ipſis quoq; admirabilib⁹ ſanctis, ſicut in ipſo Moyſe inueniat̃ aliquid ubi trepidauerint uel trepidare potuerint: uel propter illam iniquorum abundantiam & paucitatem bonorũ, de qua ſatis diximus. Propterea enim tanquam dubitans hoc dominus dixit. Neq; enim ait, ueniẽs filius hominis non inueniet fidem in terra: ſed, putas inueniet fidem in terra? Cui utiq; cuncta ſcienti & præſcienti de aliqua re dubitare non conuenit, ſed illius dubitatio noſtram dubitationẽ figurauit: quia propter multa ſcandala circa finẽ ſeculi pullulantia, hoc quoq; erat quandoq; infirmitas humana

dictura

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.118 dictura. Vnde in Psalmis dicitur, Dormitauit ani
ma mea præ tedio, cõfirma me in uerbis tuis. Qua
re dormitauit præ tædio, nisi propter illud quod
Matt.24 dominus ait, Quoniam abundauit iniquitas, refri
gescet charitas multorum? Et quare, confirma me
in uerbis tuis, nisi propter id quod sequitur, Qui
autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit?
Sunt ergo per totum mundum, in quibus quo-
niam abundat iniquitas, refrigescet charitas multo
rum, Et sunt rursus per totũ mundũ qui perseueran
Matt.13 do usq; in finem salui erunt, quia, Sinite, inquit, cre
scere utraq; usq; ad messem: & messis est finis se-
culi, ager autem mundus. Cuius humanæ infirmi
tatis est etiam uox illa, Saluum me fac domine,
Psal.11 quoniam deficit sanctus, quoniam diminutæ sunt
ueritates à filijs hominum. Et inter hos tamen est B
unum cor & una in deum anima fidelium clamãs,
Saluum me fac domine. Quia enim sic unus est
iste homo qui dicit, saluum me fac domine, ut ex
multis constet: paulopost in eodem Psalmo dici-
tur, Propter miseriam inopum & gemitum pau-
perum, nunc exurgam dicit dominus, Et rursus
post paululum plurali numero dicitur, Tu uero ser
uabis nos, & custodies nos à generatione hac in
æternum. Qua generatione, nisi de qua superius
dictum est, Defecit sanctus, & diminutæ sunt ueri
tates à filijs hominum? Sed utrunq; hoc genus per
totum mundum usq; in finem: quia sinite, inquit,
utraq; crescere usq; ad messem: & ager est mũdus,
messis finis seculi. Ipse enim unus homo quod est
Gen.5.7. corpus Christi ex multis constans, tãquam Enoch C
& 19 deo placens transferetur, & tanquam Loth de So
domis, & tanquam Noe de diluuio liberabitur, In
ipso est miseria inopum & gemitus pauperum, qa
eius anima dormitat à tædio, cum se petit cõfirma-
Psal.118 ri in uerbis dei. In eo autem Psalmo dicit unde sit
ipsum tædium. Tædium, inquit, detinuit me à pec
catoribus relinquentibus legem tuam. Ipse item
clamat, cum eodem tædio cor eius angitur: sed ui-
deãt unde clamat, A finibus terræ, inquit, ad te cla
maui, dum angeretur cor meum. Ipse persecutio-
nem uere pro iustitia patitur, non solum si tormen
tis corporalibus patiatur, hoc enim non semper,
sed qd semper quandiu transeat iniquitas, patitur
cruciatus uidelicet cordis, cum eum tædium deti-
net à peccatoribus relinquẽtibus legem dei. Neq; D
enim nullam persecutionem Loth in Sodomis pa
tiebatur, ubi tamen ei habitanti nullus per corpo-
rales pœnas molestus fuit, sed aspectu & auditu
2.Tim.3 iustus inhabitans animã iustam iniquis aliorum fa
ctionibus cruciabat. De hoc dicit Apostolus, Sed
& oẽs qui uolunt pie uiuere in Christo, persecutio
nem patientur. De illis autem qui relinquunt legẽ
Psal.118 dei, de quibus dicit idem ipsum corpus Christi, Vi
di insensatos, & tabescebã. Mali, inquit, & facino-
rosi proficient in peius, ipsi errantes & alios in er-
Matt.13 rorẽ mittentes. Sed utrunq; hoc genus per totum
mundũ usq; in finem: quia sinite, inquit, utraq; cre
scere usq; ad messem: ager aũt est mundus, messis
finis seculi. Veruntamen istos miror non atten-
dere quid dicant, cum uelut pro se commemorant

quod ait dominus, Filius hominis ueniens putas Luc.18
inueniet fidem in terra? quasi Aphrica nõ sit terra.
Si enim hoc ita dixit, tãquam omnino in nullis in-
uenturus sit fidem, aut de quadam terra dixit, & in
certum est de qua dixerit, & non inueniũt quomo
do de Aphrica nõ dixerit, sanè uideant ne forte cõ
sequentibus uerbis tales tetigerit quales isti sunt.
Cum enim dixisset, filius hominis putas inueniet
fidem in terra: credo quia poterat quibusdã superbis
hæreticis qui in aliqua parte terrarum se ab or-
bis unitate separauerãt, ascendere in cor uana & in
flata cogitatio, quòd ipsi essent iusti, deficientibus
& pereuntibus à fide cæteris gentibus, per quas
ecclesiæ communio dilatatur: continuo sequitur
Euangelista, Dixit autem, inquit, ad quosdam qui
sibi iusti uidebãtur, & spernebãt cæteros, similitu B
dinem istam, Et sequit de illis duobus in templo
orantibus, Pharisæo & publicano: in quibus duo-
bus figuratur superba gloriatio bonorũ operum,
& humilis confessio peccatorum. Desinant ergo
isti, si respondere huic epistolæ parant, ea testimo-
nia cõmemorare quæ nos cum ipsis commemora
mus, uel in perditionẽ eorum, uel in zizania, siue
paleã, siue malos pisces totius mundi. Et sicut nos
manifestissimis testimonijs asseruimus ecclesiã to
to orbe diffusam, sic & ipsi manifestũ aliquid pro-
ferant, unde ostendant esse prædictum cæteris gen
tibus à fide Christi pereuntibus, solam Aphricam
remansurã, & quocunq; Episcopi ex Aphrica mit Cant.1
terentur. Scriptum est, inquiunt, in Canticis Rursus alia de
Canticorum, sponsa, id est, ecclesia dicẽte ad spon- liramenta re-
sum, Annuncia mihi quem dilexit anima mea, ubi fellit
pascis, ubi cubas in meridie? Hoc est unicum testi Ca. XIIII
monium quod pro se isti resonare arbitrantur, eo
quòd Aphrica in meridiana orbis parte sit consti-
tuta. Vnde primũ quæro, quomodo Christum in
terrogat ecclesia, ut annũciet ei ubi sit ecclesia. neq;
enim duæ, sed una est? Aut isti ostendant, quoni-
am non negant hæc uerba ecclesiam Christo dice-
re, quæ sit ecclesia quæ interrogat, & quæ sit eccle
sia de qua interrogat. Quærit enim quò ueniat ad
sponsum suum, & dicit ei, Annuncia mihi quem
diligit anima mea, ubi pascis, ubi cubas in meri-
die? Iam ista Ecclesia est quæ loquit & quærit, ubi
sit Ecclesia in meridie. Neq; enim interrogat ubi
pascis, ubi cubas, & ei respondetur in meridie: tan- D
quam sponsus respondeat, in meridie pasco, in me
ridie cubo: sed omnia ista uerba ad interrogationẽ
pertinent, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Ad-
huc enim ipsa dicit, Ne forte fiam sicut operta su-
per greges sodalium tuorum? Iam uero ille respon
det, Nisi cognoueris temetipsam, ô decora inter
mulieres: & cætera. Non ergo his uerbis ostendit
in sola parte meridiana esse Ecclesiam, sed in alijs
mundi partibus constituta, interrogat fortasse
quid ad eius communionem pertineat in meridie,
id est, ubi sponsus eius pascat & cubet in meridie,
quia suos pascit & in suis cubat. Veniũt enim quæ
dam membra eius, id est, boni fideles ex partibus
transmarinis in Aphricam, & cum audierint hic
esse partem Donati, timentes ne incidant in ma-

nus alicuius rebaptizatoris, inuocãt Christũ oran
tes & dicentes, Annuncia mihi quẽ dilexit anima
mea, ubi pascis, ubi cubas in meridie? Id est, qui
sint meridies ubi tu pascis & cubas, id est, q habẽt
charitatem & non diuidunt unitatem. Et uide qd
adiungat, Ne forte fiam uelut operta super greges
sodalium tuorum: id est, uelut latens & incognita
& non reuelata. Hoc est enim operta fiam, non su
per gregem tuum, sed super greges sodalium tuo
rum, qui cum primo tecum essent, extra colligere
uoluerunt non tuum gregem, sed suos greges, nec
Matth. 12 audierunt te dicentem, Qui mecum non colligit,
Ioan. 21 spargit: nec quod Petro dixisti, Pasce oues meas,
Matt. 5 non tuas. Nõ est aũt ista operta, qa non est sub mo
dio, sed super candelabrum, ut luceat omnib. qui
in domo sunt. Et de illa dictum est, Non potest ci
uitas abscondi super montẽ constituta. Sed Dona
tistis uelut operta est, quia audiunt tã lucida & ma
nifesta testimonia quæ illam toto orbe esse demon
strant: & malunt clausis oculis offendere in mon
tem, quàm in eum ascendere, qui cum esset lapis
præcisus de monte sine manibus, creuit & factus
est mons ingens, & impleuit uniuersam terrã. Po
test & alio modo intelligi, ubi pascis, ubi cubas in
meridie? Ipsius em̃ uox est in Psalmis ex persona
Psal. 89 Moysi famuli dei, Dexteram tuam notam fac mi
hi, & eruditos corde in sapientia. In illis enim meri
dies dicitur, propter ingentem sapientię lucem, &
ingentem charitatis ardorem. Vnde quẽdam cum
Esaiæ 58 exhortaretur spiritus dei ad bona opera per Pro
phetam, hoc illi etiam promittit, Et tenebræ tuæ si
cut meridies erunt. Sed si aliquis mundi locus in
telligendus esset, quod dictum est in meridie, tamẽ
ipsa uerba sicut dixi, quæ omnia unam faciunt in
terrogationem, nullo modo permitterent quen-
quam ad suum sensum istam detorquere sententi
am. Et si tanquam quęrenti ubi pasceret, & ubi cu
baret, de terreno loco responderetur, in meridie:
non continuo Aphricam accipere deberemus. A-
phrica enim in parte quidem meridiana mũdi est,
sed ad Aphricum, non ad Austrum, ubi uere meri
dies est. Ibi enim sol facit mediũ diem, sub qua cœ
li plaga potius Aegyptus inuenitur. Si ergo spon
sus ab sponsa tanquam de loco familiarius dilecto
& cubili quodam suo secreto interrogatus, respon
deret esse in meridie, multo probabilius Ecclesia
catholica in his membris suis hoc agnosceret, quæ
sunt in Aegypto in milibus seruorum dei, qui per
eremum sancta societate uiuunt, perfectionem pre
cepti euãgelici studentes tenere, quod dictum est,
Matt. 19 Vis perfectus esse, uade, uende omnia quæ habes,
& da pauperib. & habebis thesaurum in cœlis, &
ueni sequere me. Quanto enim melius ibi secreti?
pascere & accumbere, id est, requiescere filius dei
dici potest, quàm in turbis inquietis furiosorũ Cir
Esaiæ 19 cumcellionum, quod malum Aphricæ proprium
est. Nam de Aegypto ita Esaias prophetat, Illo die
erit altare domini in regione Aegyptiorum, & ti
tulus ad fines eorum domino, & erit in signum in
æternum domino in regione Aegyptiorum. Quo
niam clamabunt ad dominum aduersus eos qui
A eis pressuram faciebant, & mittet eis dominus ho
minem qui saluos eos faciet, iudicãs seruabit eos,
Et cognitus erit dominus Aegyptijs, Et timebũt
Aegyptij dominum illo die, & facient sacrificia,
& uota promittent domino, & reddent: Et feriet
dominus Aegyptios plaga, & sanabit eos sua mise
ricordia, & conuertẽtur ad dominum & exaudiet
eos. Quid ad hæc dicit? Quare non communicãt
Ecclesiæ, quæ prædicta est, Aegyptiorum? Aut
si præfiguratione prophetica Aegyptus mundum
significat, quare non communicant Ecclesiæ or
bis terrarum? Proinde perserutentur scripturas,
& cõtra tam multa testimonia, quibus ostenditur
Ecclesia Christi toto orbe terrarũ diffundi, uel u
num proferant tam certum & tam manifestum cũ
B illa sunt, quo demonstrent Ecclesiam Christi pe
risse de cæteris gentibus, & in sola Aphrica reman
sisse, tanquam ab alio initio, non ab Hierusalem,
sed à Carthagine, ubi primo Episcopum cõtra E
piscopum leuauerunt. Si autem uoluerimus intel
ligere Donatum principẽ Tyri, quia Tyrus Car
thago cognominata est, quæ in eum per Ezechie
Ezec. 28 lem prophetãtur, ubi eum maxime designat, quòd
ei dicitur, Ostendam tibi, quia homo es & non de
us. Isti enim de huius magis quàm de dei nomine
gloriantur. Et cum solus deus sine peccato sit, &
sacerdos ille qui interpellat pro nobis, quia & de
ipso dictum est, Qui est super omnia deus benedi
Rom. 9 ctus in secula: isti Donati imitatores ita sine pecca
to se uolunt uideri, ut etiam iustificatores hominũ
Psal. 140 C se asserant, & suum oleum quod non sit oleum pec
catoris: merito dicitur principi Tyri, Dixisti, deus
sum, es autem homo non deus. Cui etiam dicitur,
Nunquid tu melior quàm Daniel? Confitetur e
nim Daniel peccata sua & peccata populi sui: Isti
Dan. 9 autem pertinentes ad principem Tyri, ideo se di
cunt orantes audiri pro peccatis populi, quia ipsi
sine peccato sunt. Merito dicitur principi Tyri,
Nũquid tu melior es quàm Daniel? Ecce nos pos
sumus inuenire aliquid proprium, & hoc malum
maximum à capite Aphricæ, id est, Carthagine
exortum. Norunt enim homines quàm congruen
ter Tyrus pro Carthagine accipitur, & tamen nõ
agimus talibus. Fortassis enim aliquid aliud signi
ficet Tyrus, quanto magis meridies, cum & ipsa
D uerba ad alium cogant intellectum. Sed quamuis
non permittantur saltẽ quærere aliquid quod pro
bent esse prædictum, deficientib. à fide Christiana
cæteris gẽtibus, in sola Aphrica Ecclesiam remã
suram: attendant illud quod sæpe commemoraui,
Sinite utraq; crescere usq; ad messem, & agrũ esse
mundũ, messem finẽ seculi, non nobis sed ipso do
mino interpretante parabolam suam. Est aliud cui
dentissimũ, quod eis omnino auferat laborẽ quẽrẽ
di, unde probent Ecclesiã mundo perdito ad solos
Aphros redactã. Potest enim aliquid esse & nõ in
ueniri, non esse aũt & inueniri non potest. Desinãt
ergo quærere quod inuenire non poterunt, non
quia occultum est, sed quia non est, Sunt enim ad
huc non nullæ gentes, in quibus nondum est E
uangelium prędicatum, necesse est autem impleri

omnia

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnia quæ de Christo & ecclesia prædicta sunt: Oportet ergo & in eis prædicari: Quod cū impletū fuerit, tunc erit finis. Quomodo ergo isti dicūt iam esse cōpletum quod dominus ait: prędicatum in nomine eius pœnitentiā & remissionē peccatorū in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalē: sed postea cæteris deficientibus, solā Christo Aphricā remansisse, cum adhuc illud implendū sit, nondum impletū? Cum autem impletum fuerit, ueniet finis. Sic enim dominus ait: Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Quomodo ergo cū adimpleta esset fides omnium gentiū, tunc perditio gentiū, excepta Aphrica cō secuta est? Quandoquidē ipsa fides omnium gentiū nondū impleta est. Nisi forte hoc restat hominū insaniæ, ut dicāt non ex illis ecclesijs, quæ fundatæ sunt per apostolorū labores, adimpleri prædicationē euangelij in omnibus gentibus, sed illis pereuntibus & earū reparationē ex Aphrica per partē Donati & residuarū gentiū acquisitionem. Puto q̄ ipsi etiam rideant cum hoc audiunt, & tamē nisi hoc dicant, quod erubescūt si dicant, non habent omnino quod dicāt. Sed quid ad nos? Nemini inuidemus, legāt nobis hoc de scripturis sanctis & credimus. Hoc, inquā, nobis ex canone diuinorum librorū legant, tot ciuitates quæ usq; ad hodiernum diem baptismū per apostolos sibi cōsignatum tenuerunt, propter Aphrorū sibi incognita crimina perisse à fide Christi, & denuo baptizandos esse à parte Donati, atq; inde cæteris gentibus, quæ nondū audierunt, prædicandum euangelium. Hoc nobis legant. Quid morantur? Quid tergiuersantur? Quid impediunt salutē gentiū? Legant hoc, & cū ipsa lectione nouos apostolos mittant ad tot gentes rebaptizandas, & ad residuas baptizandas. Sed planē uideant, cū ad Colossenses uenerint, quomodo ibi uel legant uel audiant ad eos epistolam datā, ubi eis dicit Apostolus: Gratias agimus deo patri domini nostri Iesu Christi, semper pro uobis deprecantes, audientes fidem uestram in Christo Iesu, et dilectionē quam habetis in oēs sanctos propter spem quæ reposita est uobis in cœlis, quā ante audistis in uerbo ueritatis euangelij, quod peruenit in uos, sicut in omni mundo est fructiferās & crescens, sicut & in uobis ex qua die audistis & cognouistis gratiam dei in ueritate. Hæc enim uerba conueniunt cum euangelio ubi dictum est: Simile est regnum cœlorum homini seminati bonū semen in agro suo. Postea exponitur, ager esse hic mundus. Sicut enim hic ex quo seminatū crescere prædictum est usq; ad messem, ita & Apostolus dicit: In oēm mūdo fructificans & crescēs, sicut & in uobis ex qua die audistis, Crescit autem usq; ad finem, quia usq; ad messem. Messis enim est finis seculi. Dicent ergo non solum Colossenses, ad quos data est, sed etiam cæteri omnes apud quos legitur hæc epistola, ubi per apostolicas literas constat bonum semē esse seminatum, etiam tunc crescere & fructificare cœpisse. Quid nobis affertis nouū? Nūquid iterum seminandum est bonum semen, quando ex quo seminatum est, crescit usq; ad messem? Si dicitis periisse in illis locis quod erat per apostolos seminatum, & ideo esse rursus ex Aphrica seminandum, Respondetur: Legite nobis hoc ex diuinis oraculis. quod profecto legere non potestis, nisi prius ostenderitis falsum esse quod scriptū est, semen illic ante seminatū, crescere usq; ad messem. Et quia nullo pacto sibi diuina eloquia contradicunt, nullo modo in eis inuenietis, qd̄ contra hoc tam manifestum recitare possitis. Restat ergo ut non ex diuinis libris, sed ex uobis ista dicatis. Proinde dignissime respōdebitur, anathema sitis. Tenent enim ecclesiæ apostolico labore fundatæ cū quanta cura sibi prædictum sit: Si quis uobis euā gelizauerit præterquam quod accepistis, anathema sit. Quoniā igitur in scripturis sanctis ecclesia manifeste cognoscitur, incipiēs ab Hierusalē, & per alias gentes crescēs donec omnes occupet usq; ad finem seculi, non autem sola frumenta, sed & purgamenta eius commemorantur: prius correcti communicate frumentis, & tunc uidebitis quid in eis zizania uel paleam dicere debeatis: alioquin & malos bonorum laudibus exornare, & bonos malorum criminibus accusare detestando errore cogimini. Nempe in manibus documenta gestamus quib⁹ probemus maiores uestros quorum schisma sectamini & in municipalibus gestis sanctos libros ignibus tradidisse, & ecclesias non polluisse, eosdemq; inter iudices fuisse illos, qui apud Carthaginem contra Cæcilianum & collegas eius absentes sententias contulerunt. Nempe ijdem leguntur gestis & municipalibus & ecclesiasticis traditores, qui postea proferūtur à uobis tanq; traditorum absentium damnatores. Nempe Nundinarius illius tēporis diaconus uester, apud Zenophilum consularem omnes Lucillæ nundinas patefecit, quæ damnationē Cæciliani emit ab episcopis, qui ei factus fuerat inimicus, uerū prædicās. Nempe ipsi postea literas ad Imperatorem Constantinum dederunt, datisq; ab eo, sicut petiuerāt, disceptatoribus episcopis nō consenserūt, eosdemq; postmodum apud illum tanq; iniquos iudices accusauerūt, & ab alijs sibi ad Arelatum datis, ad ipsum Imperatorem appellauerunt: eodemq; inter partes audiente, calumniatores inuenti atq; damnati, in eadem furoris pertinacia permanserunt. Nempe uosipsi qui propterea dicitis Christianam sanctitatē de tot gentibus in quibus apostoli eam fundatissimam reliquerunt, penitus esse deletam, quia communicauerūt eis, quos uestri maiores septuaginta episcoporū concilio Carthaginensi damnauerant. Nónne illis quos trecenti decem Vagaiensi concilio cum Maximiniano damnastis modo communicatis? Nónne Prætextatus Assuritanus in ipso cōcilio damnatus legitur, & gestis procōsularibus à uobis accusatus & oppugnatus: & tamē in quo damnatus erat honore susceptus, & in uestra cōmuniōe defunctus est? Nónne Felicianus Musticanus eodem modo in eadem causa, eodem concilio damnatus ab episcopis

Cap. XV
Luce. 24
Matth. 24
Coloss. 1
Matth. 13
Galat. 1
Ca. XVI

piſcopis, accuſatus apud iudices, poſtea receptus à uobis, nunc uobiſcum epiſcopus uiuit? Nónne alij qui ab iſtis damnatis baptizati ſunt, in eodem baptiſmo uobis modo communicant? Sed uideli cet tot eccleſiæ trãſmarinæ apoſtolico labore fundatæ, ſi cõmunicauerint ſacramẽta cum eis, quos nec apud ſe accuſatos ipſi damnauerũt, alijs poſtea purgatos & abſolutos audierunt, amittunt ſalutem religionemq; Chriſtianam: pars autem Donati & damnat quos uoluerit, & in ipſa damnatione ſacrilegia ſchiſmatis eorum ſic exaggerat,
Num. 16 ut illis quos uiuos terra ſorbuit comparare nõ dubitet, & eis rurſus cum uoluerit in eodem honore ſuſceptis cõmunicat, & ſancta atq; integra perſeuerat. O regula iuris Numidicici, ò priuilegia Vagaitana, & baptiſmus Chriſti exufflatur in eis qui eum in eccleſijs apoſtolicis acceperunt, in eis autem quos damnati ſacrilegi, ſicut in Vagaitano concilio ſcriptum eſt, Prætextatus & Felicianus bsptizauerunt, parcitur baptiſmo Chriſti: non quia baptiſmus Chriſti eſt, ſed quia per eos datus eſt qui à ſuis damnatoribus epiſcopis recedere & ad ſuos damnatores epiſcopi redire meruerunt. Nempe hæc omnia quæ iam diu commemoro, regalibus literis & eccleſiaſticis & municipalibus & procõſularibus geſtis facta recitamus: tamen ò Donatiſtæ, ſi uos teneretis eccleſiam toto orbe diffuſam, quæ manifeſtiſſimis canonicarum ſcripturarũ teſtimonijs deſignata & expreſſa eſt, nihil aduerſum uos omnia iſta ualere deberent: quia neq; uobis paleæ crimina præiudicarent, ſi uos in ea triticum eſſetis, nec ſi uos eſſetis palea & ueſtra eſſent crimina, tritico dominicæ ſegetis aliquid præiudicaretis, quod ita in agro domini ſeminatum eſt, ut creſcat uſque ad meſſem: id eſt, quod ita in mundo ſeminatum eſt, ut creſcat uſque in finem ſeculi. Eo ergo modo, ſi forte quod adhuc nobis nunquam probaſtis, aduerſus paleam noſtram talia documenta gereretis, nos autem aduerſus uos tanta iſta quæ commemorauimus nõ haberemus: etiam ſic nihil frumẽtis noſtris toto orbe diffuſis omnino præiudicaret quicquid in eorum paleam quamuis ueriſſimum, quamuis manifeſtiſſimum, quamuis probatiſſimum diceretis. Proinde remoueantur omnes moratoriæ tergiuerſationes, quicquid de peccatis hominum falſum obijcitur, cõueniatur conſcientia, & non obijciatur. Quicquid de peccatis hominum etiam uerum dicitur, uel probari non poteſt, uel cum debuit probari non potuit, nõ obijciatur. Quicquid de peccatis hominum & uerum & probatum obijcitur, nec tamen ad frumenta quæ inter paleam latent, ſed ad ipſam paleam quæ in fine ſeparabitur pertinet, nõ obijciatur. Hæc enim & nos multo copioſius & probabilius obijcere poſſumus, non ea inanitate qua illi, ut in eis cauſam noſtram cõſtituamus, ſed ut eis oſtendamus, non ideo nos nolle talibus fidere, quia nõ inuenimus talia quæ dicamus, ſed ne tẽpus rebus neceſſarijs utile, in rebus nõ neceſſarijs conteramus. Quod propterea illi faciũt, qa robuſta & firma ueritate ſubnixa documenta, quibus cauſam ſuã tueãtur inuenire nõ poſſunt, & uolunt uideri aliquid dicere, dum tacere erubeſcunt, & inania loqui nõ erubeſcunt. Remotis ergo omnibus talibus, eccleſiam ſuam demonſtrent ſi poſſunt, nõ in ſermonibus & rumoribus Aphrorũ, non in concilijs epiſcoporũ ſuorũ, non in literis quorũlibet diſputatorũ, nõ in ſignis & prodigijs fallacibus, quia etiã cõtra iſta uerbo domini præparati & cauti redditi ſumus: ſed in præſcripto legis, in Prophetarũ prædictis, in pſalmorum cantibus, in ipſius paſtoris uocibus, in euangeliſtarũ prædicationibus & laboribus, hoc eſt in omnibus canonicis ſanctorum librorum authoritatibus. Nec ita, ut ea colligant & cõmemorent, quæ obſcure uel ambigue uel figurate dicta ſunt, quæ quiſque ſicut uoluerit interpretetur ſecundum ſenſum ſuũ. Talia enim recte intelligi exponiq; nõ poſſunt, niſi prius ea quę apertiſſime dicta ſunt, firma fide teneantur. Quiſqs ergo huic epiſtolæ reſpõdere ſe prẽparat, ante denunciatiõnẽ mihi dicat, Illi codices dominicos ignibus tradiderunt, illi ſimulachris gentiũ ſacrificauerunt, illi nobis iniquiſſimã perſecutionẽ fecerũt, & uos eis in omnibus conſenſiſtis. Breuiter enim reſpõdeo quod ſæpe reſpondi, aut falſa dicitis, aut ſi uera ſunt, non ad frumenta Chriſti, ſed ad eorum paleam pertinent iſta quæ dicitis, Non inde perit eccleſia, quæ optimo iudicio uentilata, iſtorum omniũ ſeparatione purgabitur. Ego ipſam eccleſiã requiro, ubi ſit, quæ audiendo uerba Chriſti & faciendo ædificat ſuper petram, & audiendo & faciẽdo tolerat eos, qui audiendo & nõ faciẽdo ædificant ſuper arenã. Vbi ſit triticum quod inter zizania creſcit uſq; ad meſſem, non quid fecerint Matth. 13
uel faciant ipſa zizania. Vbi ſit proxima Chriſti in medio filiarum malarum, ſicut lilium in medio Cant. 2
ſpinarum, nõ quid fecerint uel faciant ipſæ ſpinę. Vbi ſint piſces boni, q donec ad littus perueniãt, tolerant piſces malos pariter irretitos, nõ quid fecerint uel faciant ipſi piſces mali. Omiſſis ergo iſtis morarũ tendiculis, oſtendat eccleſiam uel in ſola Aphrica perditis tot gẽtibus retinendam, uel ex Aphrica in omnibus gentibus reparãdam atq; adimplendam: & ſic oſtendat, ut nõ dicat, uerum eſt quia hoc ego dico, aut quia hoc dixit ille collega meus, aut illi collegæ mei, aut illi epiſcopi uel clerici uel laici noſtri: aut ideo uerum eſt, quia illa & illa mirabilia fecit Donatus uel Pontius, uel quilibet alius, aut quia homines ad memorias mortuorum noſtrorum orãt & exaudiuntur, aut quia illa & illa ibi contingũt, aut quia ille frater noſter, aut illa ſoror noſtra tale uiſum uigilans uidit, uel tale uiſum dormiens ſomniauit. Remoueantur iſta uel figmenta mẽdacium hominum, uel portenta fallacium ſpirituum: aut enim non ſunt uera quæ dicuntur, aut ſi hæreticorum aliqua mira facta ſunt, magis cauere debem⁹: quòd cum dixiſſet dominus quoſdam futuros eſſe fallaces, qui nonnulla ſigna faciendo etiam electos ſi fieri poſſent fallerent, adiecit uehemẽter commendans & ait, Ecce prædixi uobis. Vnde & Apoſtolus Matt. 24

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Tim.4 stolus admonens. Spiritus autem manifeste dicit, A quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, intendentes spiritibus seductoribus, & doctri
nis dæmoniorum. Porrò si aliquis in hęreticorum
memoriis orans exauditur, non pro merito loci,
sed pro merito desiderij sui recipit siue malũ siue
bonum. Spiritus autem domini, sicut scriptũ est,
Sapien.1 repleuit orbem terrarum: Et, Auris zeli audit om
nia, & multi deo irato exaudiuntur. De qualibus
Rom.1 dicit Apostolus, Tradidit illos deus in concu-
piscẽtias cordis illorum. Et multis propitius deus
nõ tribuit quod uolũt, ut qđ utile est tribuat. Vn-
2.Cor.12 de idem Apostolus ait, de stimulo carnis suæ an-
gelo Satanę, quem sibi datum dicit, à quo colaphi
zaretur: ne magnitudine reuelationum extollere-
tur. Propter quod ter dominum rogaui, ut auser-
ret eũ à me. Et dixit mihi: Sufficit tibi gratia mea. B
Nam uirtus in infirmitate perficitur. Nónne legi-
mus ab ipso domino deo nonnullos exauditos in
excelsis montium Iudææ, quæ tamen excelsa ita
displicebant deo, ut reges qui ea nõ euerterẽt cul-
parentur, & qui euerterent laudarẽtur? Vnde in-
telligitur magis ualere petentis affectum quàm pe
titionis locum. De utilis autẽ fallacibus legant quę
2.Cor.11 scripta sunt, & quia ipse satanas trãsfigurat se tan-
quam angelum lucis, & quia multos seduxerunt
somnia sua: audiant etiam quæ narrent Pagani de
templis & dijs suis mirabiliter uel facta uel uisa,
Psal.95 & tamen dij gentium dæmonia, dominus autem
cœlos fecit. Exaudiũtur ergo multi & multis mo-
dis, non solum Christiani catholici, sed & Paga-
ni & Iudæi hæretici, uarijs erroribus & superstitio C
nibus dediti. Exaudiuntur autem uel ab spiriti-
bus seductoribus qui tamen nihil faciunt, nisi per-
mittãtur deo sublimiter atq; ineffabiliter iudicãte
qd cuiq; tribuẽdum sit: uel ab ipso deo, uel ad pœ
nam malitiæ, uel ad solatium miseriæ, uel ad moni
tionem quærendæ salutis æternæ. Ad ipsam uero
salutem acuitam ęternam nemo peruenit, nisi qui
Coloss.1 habet caput Christum. Habere autem caput Chri
stum nemo poterit, nisi qui in eius corpore fuerit,
quod est ecclesia, quam sicut ipsum caput in scri-
pturis sanctis canonicis debemus agnoscere, non
in uarijs hominum rumoribus & opinionibus, &
factis & dictis & uisis inquirere. Nemo mihi hæc
opponat qui mihi respõdere paratus est: quia nec
ego dico ideo mihi esse credendum, communio- D
nem Donati non esse ecclesiam Christi, quia qui-
dam qui apud eos episcopi fuerunt diuina instru-
mẽta ignibus tradidisse gestis ecclesiasticis & mu-
nicipalibus & iudicialibus cõuincuntur: aut quia
in iudicio episcoporum, quod ab Imperatore pe-
tiuerant, causam suam non obtinuerunt: aut quia
prouocãtes ad ipsum Imperatorem, etiam ab ipso
contrariam sibi sententiam meruerunt: aut quia ta
les sunt apud eos Circumcellionum principes: aut
quia tanta mala committũt Circumcelliones, aut
quia sunt apud eos qui se per abrupta præcipitẽt,
uel concremando ignibus inferant, quos ipsi sibi-
met accenderunt: aut trucidationem suam etiam
inuitis hominibus terrendo extorqueant, & tot
spontaneas & furiosas mortes, ut colantur ab ho-
minibus appetant: aut quòd ad eorum sepulchra
ebriosi greges uagorum & uagarum permixta ne
quitia die noctuq; se uino sepeliant, flagitijsq; cor-
rumpant. Sit ista omnis turba palea eorũ, nec fru-
mentis præiudicet si ipsi ecclesiam tenent. Sed u-
trum ipsi ecclesiam teneant, non nisi diuinarum
scripturarum canonicis libris ostendant: quia nec
nos propterea dicimus nobis credere oportere q̃
in ecclesia Christi sumus, quia ipsam quã tenemus
commendauit Mileuitanus Optatus, uel Medio-
lanensis Ambrosius, uel alij innumerabiles no-
stræ communionis episcopi, aut quia nostrorum
collegarum concilijs ipsa prædicata est, aut quia
per totum orbem in locis sanctis, quæ frequentat
nostra communio, tanta mirabilia uel exauditio-
num uel sanitatum fiunt, ita ut latentia per tot an-
nos corpora martyrum, quod possunt à multis in-
terrogantes audire, Ambrosio fuerint reuelata,
& ad ipsa corpora cæcus multorum annorum ci-
uitati Mediolanensi notissimus oculos lumenq;
receperit: aut quia ille somnium uidit, & ille spiri-
tu assumptus audiuit, siue ne iniret in partem Do-
nati, siue ut recederet à parte Donati. Quæcunq;
talia in catholica fiunt, ideo sunt approbãda, quia
in catholica fiunt: non ideo ipsa manifestatur ca-
tholica, quia hæc in ea fiunt. Ipse dominus Iesus Luce 24
cum resurrexisset à mortuis & discipulorum ocu-
lis uidendum manibusq; tãgendum corpus suum
offerret, ne quid tamen fallaciæ se pati arbitraren-
tur, magis eos testimonijs legis & prophetarum
& Psalmorum confirmandos esse iudicauit, osten
dens ea de se impleta, quæ fuerant tanto ante præ-
dicta. Sic & ecclesiam suam commendauit dicẽs,
prædicari in nomine suo pœnitentiam & remissio
nem peccatorum per omnes gẽtes, incipientibus
ab Hierusalem. Hoc in lege & prophetis & psal-
mis esse scriptum ipse testatus est, hoc eius ore cõ-
mendatum tenemus. Hæc sunt causæ nostræ do-
cumenta, hæc fundamenta, hæc firmamenta. Le-
gimus in Actibus apostolorum dictum de qui- Actio.17
busdam credentibus, quod quotidie scrutarentur
scripturas, an hæc ita se haberent. Quas itaq; scri-
pturas, nisi canonicas legis & prophetarum? Huc
accesserunt euangelia, apostolicæ epistolæ, Ac-
tus apostolorum, Apocalypsis Ioannis. Scruta-
mini hęc omnia, & eruite aliquid manifestum quo
demonstretis ecclesiam, uel in sola Aphrica re-
mansisse, uel ex Aphrica futuram esse, ut implea-
tur quod dominus dicit: Prædicabitur hoc euan- Matth.24
gelium regni in uniuerso orbe in testimonium o-
mnibus gẽtibus, & tunc ueniet finis. Sed aliquid
proferte quod non egeat interprete, nec unde con
uincamini, quod de alia re dictum sit, & uos illud
ad uestrum sensum detorquere conemini. Vide-
tis enim illud unicum quod proferre consuestis,
Vbi pascis, ubi cubas in meridie: quemadmo- Cant.1
dum excussis omnibus eiusdem loci uerbis, longe
aliud indicat quàm uos putatis. Et si hoc sona-
ret quod uultis, Maximinianistæ uos in eo uince-
rent. Magis enim meridies prouincia Byzantium
tripolis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tripolis,ubi illi sunt quicũq; sunt, quàm Numidia ubi uos præpolletis. Ita ergo ipsi germanius & distinctius possunt de meridie gloriari,ut eos excludere ab hac sententia nõ possitis, nisi in illis uerbis uerum sensum & catholicum teneatis,ostẽdentes eis secũdum quatuor angulos orbis terrarum ab Austro magis quàm ab Aphrica esse meridiẽ: secundum figuratas autem scripturarum locutiones, perfectam mentis illuminationẽ feruoremq; maximum charitatis,uocari meridiem. Vnde scri-
Esaiæ 58 ptum est,& tenebræ tuæ tanq; meridies erunt. Aliquid ergo proferte quod non cõtra uos uerius interpretetẽ,sed quod interprete omnino non egeat.
Gen.22 Sicut non eget interprete, In semine tuo benedicẽtur omnes,quia semen Abrahę Christum, non
Galat.3 ego sed Apostolus interpretatur. Sicut non eget
Esaiæ 62 interprete, Tu enim uocaberis uolũtas mea in ea, & terra tua orbis terrarum, quia ei dicitur, quam nemo Christianus, nisi ecclesiam Christi intelli-
Psal.21 git. Sicut non eget interprete, Commemorabuntur & conuertuntur ad dominũ uniuersi fines terræ, Et adorabunt in conspectu eius uniuersæ patriæ gentium, quoniã ipsius est regnũ, & ipse dominabitur gentium: quia in eo psalmo dicitur ubi passio domini etiam teste euangelio declaratur. Si
Luce 24 cut nõ eget interprete, Quia oportebat Christum pati & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionem peccatorum
Acto.1 per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Sicut nõ eget interprete, Eritis mihi testes in Hierusalem & in tota Iudæa & Samaria & usq; in totam terram. Cœpisse enim ecclesiam ab Hierusalem atq; inde esse circum Iudęam & Samariam & cæteras gentes,consequentia gesta testantur canonicis firmata documentis. Sicut non eget interpre-
Matt.24 te, Et prædicabitur hoc euangelium regni in uniuerso orbe in testimonium omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Interrogatus enim dominus de fine huius seculi, cum quædam initia parturitionum dixisset,ait, Sed nondum statim finis. Finem autem futurum prædixit post prædicationẽ euangelij in uniuerso orbe in omnibus gentibus. Sicut
Matth.13 non eget interprete, Sinite utraq; crescere usq; ad messem:quia cum egeret interprete,ipse dominus interpretatus est,& ipse exposuit cui nemo cõtradicere potest, maxime in ea parabola quæ ab illo prolata est:& ipse ait, bonum semen esse filios regni,agrum mundum,messem finẽ seculi. Tale aliquid proferte uel unum quo apertissime Aphrica declaretur,uel in reliquis sola derelicta,uel ad principium renouandi & implendi orbis sola seruata. Neq; enim tot testimonijs commendaretur quod erat cito periturum: & sic taceretur, aut quod solum esset relinquẽdum, aut ex quo solo totum esset reparandum & implendum. Si autem non potestis quod tam iuste à uobis flagitamus ostendere, credite ueritati, conticescite, obdormiscite, à furore expergiscimini ad salutem. An adhuc dicitis, Si apud uos est ecclesia, ut quid nos ad eius pacẽ persequendo compellitis, aut si mali sumus quid nos quæritis? Et si zizania sumus, sinite nos crescere usq; ad messem: quasi nos quibus modis possumus aliud agamus, nisi ne triticum simul eradicetur dum ante tempus zizania separantur. Quicunq; enim boni inæternum futuri sunt,& si adtẽpus mali sunt,non zizania,sed triticũ sunt in præscientia dei. Sic autẽ nos accusatis, quare uos quęramus si mali estis,quasi non eo perieritis quo mali estis,& ideo sitis quærendi,quia peristis, ut perditi quæramini,quæsiti inuenìamini,inuenti reuocemini, sicut illa ouis à pastore, sicut illa drachma à muliere,sicut ille filius,qui mortuus erat,reuixit, perierat & inuentus est. Ille uos enim quærit qui in sanctis habitat,& imperat ut quæramini. De persecutione autem uestra querela sedabitur, si cogitetis & intelligatis,prius non omnẽ persecutionem esse culpabilem,alioquin non laudabiliter di-
B ceretur, Detrahentem secreto proximo suo,hunc persequebar. Nam quotidie uidemus & filium de patre tanquã de persecutore suo conqueri, & coniugem de marito,& seruum de domino, & colonum de possessore, & reum de iudice, & militem uel prouincialem de duce & rege, cum illi plerũq; ordinatissima potestate sibi homines subditos per terrores leuiorum pœnarum à grauioribus malis prohibeãt atq; compescant,plerũq; autem à bona uita & à bonis factis minando & sæuiendo deterreant. Sed cum à malo & illicito prohibent, correctores & consultores sunt: cum autem à bono & licito persecutores & oppressores sunt. Culpantur etiam qui prohibẽt à malo,si modum peccati modus coertionis excedat. Item iure culpandi sunt,
C qui turbide atq; inordinate in eos coercendos insiliunt, qui nulla sibi lege subiecti sunt. Proinde Circumcellionum uestrorum inordinatas licentias & superbas insanias iuste reprehẽdimus, etiam cum aliquibus pessimis uiolenti sunt: quia illicita illicite uindicare,& ab illicitis illicite deterrere, nõ est bonũ. Cum uero & innocentes uel causa incognita uel iniquissimis inimicitijs persequuntur, quis eorum latrocinia non perhorrescit? At uero quòd Maximinianistarũ furorem legibus publicis coercendum putastis, ut eos per iussa iudicum & executionem officiorum,& auxilia ciuitatum pulsos de Basilicis quas tenebant, ad cõsiderationem sui sceleris argueretis,non reprehendimus,nisi quia hoc in eis insectati estis quod ipsi fecistis, immo multo
D leuius quàm feciſtis. Illi enim aduersus partẽ Donati, uos autem aduersus orbem terrarum,& aduersus eius uerba,qui ecclesiam suam incipiẽtem ab Hierusalem per omnes gentes commẽdauit, sacrilegæ dissensionis altare erexistis. Porrò si Maximinianistæ iussionibus iudicum aduersum se impetratis illicite & furiose resistere auderẽt,nónne ipsi sibi iudicium acquirerent? dicẽte Apostolo: Qui enim resistit potestati,dei ordinationi resistit: Qui autem resistunt, ipsi sibi iudicium acquirunt: Principes enim non sunt timori bono operi, sed malo. Cum ergo eorũ malum opus existeret, quod uos per ordinatas potestates cohibere conabamini, si uellent illi pro ipso malo opere suo peiore opere legibus aduersari, nunquid à uobis & non à seipsis

De persecutione Capit. XVII Psal.110

Luce 14

Rom.13

quic

Universidad de Deusto
Biblioteca

quicquid eis mali accideret paterẽtur? Quẽadmo
Dan.3 dum quicũq; uoluisset dicere blasphemiã in deum Sidrach Misach & Abdenago, & secundum edictum regis ccũ domo sua disperderet, nunquid hoc ab illis tribus uiris, quib⁹ de igne liberatis rex cõmotus illud edixerat, aut uero etiam ab ipso rege, ac non potius à seipsis illa digna mala paterentur?
Actor.23 Si etiam quadraginta illi Iudæi, qui Paulum interficere coniurauerant, in armatos à quibus ordinata tuitione idem Paulus deducebatur irruissent, nunquid eos Paulus ac non seipsi potestatibus resistendo peremissent? Quapropter & uos sine tumultu animi, sine turbulenta cõtentione, sine amaritudine odiorũ considerate diligenter ea quæ cõtra uos reges nostræ cõmunionis constituunt, qua causa patiamini. Et si uos in ecclesia Christi esse
Matth.5 inueneritis, gaudete & exultate, qa merces uestra multa est in cœlis. Vos enim tanquã martyres coronamini, illi autem tanquam persecutores martyrum iudicantur. Si autẽ uos contra ecclesiam Christi altare erexisse, & à Christiana unitate, quæ toto orbe diffunditur, sacrilego schismate separatos esse, & corpori Christi quod est ecclesia toto orbe diffusa, & rebaptizãdo, & blasphemãdo, & quantum potestis oppugnando aduersari sancta & canonica scriptura conuincit, uos impij atq; sacrilegi, illi autem qui uos pro tanto scelere tam leniter damnorum admonitionibus uel locorum, uel honorum uel pecuniæ priuatione deterrendos coercendosq; decernunt, ut cogitantes quare ista patiamini, sacrilegium uestrum cognitum fugiatis, & ab æterna damnatione liberemini, & rectores diligẽtissimi & cultores pijssimi deputantur. Hãc uobis dilectionem debent Christiani catholici Imperatores, ut sacrilegia uestra & propter Christianam mansuetudinem, non pro merito punienda decernant, & propter Christianam solicitudinem non omnino impunita dimittant. Hoc in eis deus operatur, cuius misericordiam etiam in his molestijs, de quibus conquerimini non uultis agnoscere. Nos autem quantum in nobis est, quantum dominus donat atq; permittit, nec ipsas leges lenissimæ coertionis aduersus uos mouemus, nisi ut ecclesia catholica propter infirmorum fragilitatem, ut eis liceat sine timore eligere quid teneant uel sequantur, à uestris terroribus libera præstetur: ut si aliquid uestri in nostros uiolẽter fecerint, tũc uos quos tanq; obsides in fundis & in ciuitatibus habemus, non qualia uestri faciunt patiamini, sed per ordinata iudicia subiecti legibus damno pecuniario uapuletis. Quod si uobis graue uidetur, uestri nobis parcant & quiescant. Si autem in nos non quiescendo illi sæuiũt, qui uel sub uobis, uel uobiscum sunt, quod de nobis conqueramini non habetis, qui in uestra, uel uestrorum potestate posuimus, ut etiã sectantes hæresim uestram, nulla damna patiamini, si nullas catholica, siue à uobis siue à uestris uiolentias patiatur. Quòd si aliquæ factæ fuerint uobis inuitis & compescere nõ ualentibus, misericorditer ipsis damnis & iuste admonemini, quales habeatis à quibus contaminari non putatis, atq; hinc intelligere cogamini, quàm inanes calumnias ecclesiæ Christi toto orbe diffusæ faciatis. Neq; iam nobis obijciatis, quòd persequimur uos, sed uestris potius, si & nos suis uiolentijs infestari, & uos publicis legibus malunt cõteri, quàm se à solito furore sedari. Si qd sane à nostris Christianæ charitatis modum uotumq; non custodientibus, odiose & perniciose patimini, nõ esse illos nostros cito dixerim, sed aut futuros, si se correxerint, aut in fine separãdos, si in malitia perdurarint, Nos tamen nec propter pisces malos retia rumpimus, nec propter uasa in contumeliam facta domum magnam deserimus. Quod si uos quoq; illos à quibus talia catholica patitur, nõ esse uestros eadem regula dicitis, probate animum uestrum, corrigite errorem, amplectimini unitatem spiritus in uinculo pacis. Nam si nec uos illi contaminant, nec nos isti, non nobis inuicem alienis criminibus calumniemur, In una charitate frumenta crescamus simul, usq; ad uentilabrum paleam toleremus. Quamobrem si nullo interprete indigent Canonicarum scripturarum testimonia, quæ commendant ecclesiam in totius orbis communione cõsistere, & separationi uestræ in Aphrica constitutæ, ex eisdem libris nulla talia potestis inuenire suffragia, nec iuste de persecutiõibus conquerimini quas grauiores ipsa perpetitur, quo latius diffunditur, fide ac spe & charitate omnia tolerat, non tantum talia, qualia uestri Circumcelliones & eorum similes ubi possunt membris infligunt, sed omnia uariarum iniquitatum scãdala per uniuersum mundum scatentia, de quibus dominus exclamauit, Væ mũdo ab scandalis. Grauius enim persequitur filius patrem male uiuendo, q̃ pater filium castigando. Et grauius ancilla Sara persecuta est per iniquam superbiam, quàm eam Sara per debitã disciplinam. Et grauius dominum persequebãtur, propter quos dictum est, Zelus domus tuæ comedit me, quàm eos ipse cũ eorum mensas euertit, & eos flagello de templo expulit. Quid haberis amplius quod dicatis? An illud ultimum uestrum iam placet, in medium proferamus? Ecce, inquiunt, uos tenetis ecclesiã, Quomodo nos suscipitis si ad uos transire uoluerimus? Breuiter respõdeo, Sic uos suscipimus quomodo suscepit ecclesia, quam in sanctis libris canonicis inuenimus. Deposita quippe animositate cõtradicendi, qua tument omnes qui ueritate dei uinci nolunt, & sua peruersitate uincuntur, facile potestis intelligere & in bonis esse & in malis sacramenta diuina, sed in illis ad salutem, in malis ad damnationem. Et cum tantum distet inter eos qui hæc digne indigneq; tractauerint, ipsa tamen eadem sunt, illis ad præmium ualentia, illis ad iudicium. Quapropter quando plures quàm Ioannes dominus baptizabat, sicut in euangelio scriptum est, ubi subiecit euangelista; quamuis ipse non baptizabat, sed discipuli eius, cũ tantum distaret inter Petrum & Iudam, nihil tamen distabat inter baptismũ, qui dabatur per Petrum, & qui dabatur per Iudam. Illud enim quod per eos dabatur, unũ erat, cum

Matth.18 Gen.16 Psal.68 Ioan.2 Ca. X VIII Ioan.4

Universidad de Deusto
Biblioteca

erat, cum ipsi non essent unum. Et illud Christi e-
rat, illorum autem, unus ad membra Christi, alter
ad partem diaboli pertinebat. Cum uero Ioānes
Baptista & Paulus apostolus unum essent, quia u-
terq; sponsi amicus erat, tamen quia nō erat unus
baptismus qui dabatur à Ioanne, & qui dabatur à
Paulo, iussit Paulus Christi baptismo baptizari
eos, qui baptismo Ioannis fuerant baptizati. Itaq;
ille baptismus Ioannis dictus est, qui autē per Pau
lum datus est, non est dictus baptismus Pauli, sed
Actu.19 iussit eos, inquit, baptizari in Christo. Ecce unum
sunt Ioannes & Paulus, & non unum dant. Ecce
non sunt unū Petrus & Iudas, & unū dant. At ue-
ro Petrus & Paulus, & unū sunt & unū dāt. Abra
ham & Cornelius ex fide iustificati unum sunt, &
non unum sacramentum acceperunt. Idemq; Cor
nelius & Simon magus non sunt unum, & unum
sacramentum acceperunt. At uero Cornelius, &
Actu.8 ille spado, quē Philippus in itinere baptizauit, &
unum sunt & unū sacramentum acceperunt. Cū
ergo unum est sacramentum, nec diuersi datores,
nec diuersi perceptores, faciunt quod non sit unū
quod unum est. Isti autem cum uolunt hominum
esse quod Christi est, res falsissimas & absurdissi-
mas persuadere conantur, ut prope tot sint baptis-
mi, quot homines per quos dātur. Itaq; illud quod
Matt.7 dominus ait de homine & opere hominis, Arbor
bona bonos fructus facit, arbor mala fructus ma-
los facit, isti ad hoc detorquere conātur, ut à bono
baptizatus bonus sit, & à malo baptizatus malus
sit: Tum sequitur eos etiam si nolunt, ut à meliore
baptizatus melior sit, & ab inferiore baptizatus
sit inferior sit. Ex quo fit, ut illi quos ante domini pas-
sionem non ipse Iesus baptizabat, sed discipuli e-
ius, multo sanctius nascerentur si ab ipso baptiza-
rentur. Quis enim uel cogitare possit, quantū in-
tererat inter ipsum, & discipulos eius à quibus ba-
ptizabantur? Ergo inuidit eis sanctiorē generatio-
nē, quos à discipulis suis se hic constituto maluit
baptizari? Quod utiq; quisquis credit insanus est.
Quid ergo dominus eo ipso demōstrare dignatus
est, nisi suum esse quod daretur per quēlibet dare-
tur, & se baptizare, de quo amicus ille sponsi dixe
Ioan.1 rat, Hic est qui baptizat, per cuiuslibet manus mi
nistri baptizaretur qui credidisset in eum. Dicit e-
1.Cor.1 tiam Paulus, Gratias deo quòd neminē uestrū ba
ptizaui, nisi Crispum & Caium, ne quis dicat q̄ in
nomine meo baptizaui. Et iste ergo credatur inui
disse hominibus meliorē sanctificationē, si quāto
melior erat tanto melius poterāt baptizari, qui ab
illo baptizarentur: Imò uero ad hoc ipsum uigila-
uit cautissimi & fidelissimi dispensatoris intentio,
ne q̄squā ideo sāctius se baptizatū putaret, q̄ à mi
nistro sanctiore baptizaret, & quod domini erat
seruo tribueret. Cum igitur boni & mali dent &
accipiāt baptismi sacramentū, nec regenerati spiri
taliter in corpus & membra Christi coædificētur
nisi boni, profecto in bonis est illa ecclesia, cui dici
Cant.2 tur, Sicut lilium in medio spinarum, ita proxima
mea in medio filiarū. In his est em̄ qui ædificāt su-
pra petrā, id est, q̄ audiunt uerba Christi & faciūt:

A quia & Petro cōfitenti se Christum filium dei, sic Matth.
ait, Et super hanc petrā ædificabo ecclesiam meā.
Non est ergo in eis qui ædificāt super arenā, id est
qui audiunt uerba Christi & nō faciunt. Ipse enim
dixit, Qui audit uerba mea & facit ea, similabo eū
uiro sapiēti qui ędificat domū suam super petram.
Et ibidē paulopost, Qui audit, inquit, uerba mea Matth.7
& non facit ea, similabo eum uiro stulto qui ædifi
cat domum suam super arenam. Qui ergo compa
ge charitatis incorporati sunt ædificio super pe-
trā cōstituto, & lilio inter spinas cādenti, ipsi utiq;
possidebunt regnū dei. Qui autem super arenam
ædificant, uel in spinis deputantur, quis dubitaue-
rit, quòd regnū dei non possidebunt? Nihil utiq;
prodest talibus baptismi sacramentum, nec tamen
propter eorum instabile fundamentum sterilemq;
B malitiam sacramento quod habent ulla iniuria fa-
cienda est. Proinde in loco illo ex epistola Pauli a-
postoli quā scripsit ad Galatas, sine studio conten
tionis aduertite, q̄q; recte fiat, ut hæretici cū corrigen-
tes errorem, si sacramentum hoc habent quod ha-
bere debuerunt, illud accipiāt quod eis deerat, nō
improbetur & blasphemetur quod inerat. Manife Galat.
sta, inquit, sunt opera carnis, quæ sunt, fornicatio-
nes, immunditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus, ue-
neficia, inimicitiæ, contentiones, ęmulationes, ani
mositates, dissensiōes, hæreses, inuidiq;, ebrietates,
comessationes, & his similia, quæ prædico uobis
sicut prædixi, quoniā qui talia agunt, regnum dei
non possidebunt. Omnes itaq; isti non sunt in li Hæretici q
lio, nec super petram, inter hos autē & hæretici po modo rec
C siti sunt. Cur ergo uos, ut omittam cætera, non ba ptentur.
ptizatis post ebriosos, luxuriosos, inuidos, qui re- Cap. XIX
gnū dei non possidebunt, & ideo in petra nō sunt:
& quia in petra non sunt, proculdubio in ecclesia
non deputantur, quia super hanc petrā inquit, ędi
ficabo ecclesiā meā: Et nos uultis ut baptizemus
post hæreticos, qui inter easdem spinas regnū dei
nō possessuras enumerati sunt, & quibus similiter
sacramenta insunt quando eadem sunt, sed nō pro
sunt, quia cum illa recta sint ipsi peruersi sunt. Hęc
sine pertinacia considerantes atq; cogitātes, facile
potestis intelligere, id in quoq; corrigendum esse
quod prauum est, quod autem rectū est approban
dum: & hoc dādum esse quod deerit, quod autem
inerit agnoscēdum. Veniens itaq; hęreticus ut ca-
tholicus fiat, errorem corrigat proprium, nō Chri
sti uiolet sacramentum. Accipiat uinculum pacis
quod non habebat, sine quo illi prodesse non pote
rat baptisma quod habebat: Vtrunq; enim neces-
sarium est ad regnū dei adipiscendum, & baptis-
mus, & iustitia. Et in cōtemptore quidem baptis-
mi Christi non potest esse iustitia: baptismus autē
& in eo qui iustitiam non habet, potest esse, sed
nō potest prodesse. Sicut em̄ ueritas dixit, Si quis Ioan.3
non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit
in regnum cœlorum: ita eadem ueritas dixit, Nisi Matth.5
abundauerit iustitia uestra super scribarum & pha
risæorum, non intrabitis in regnum cœlorum: ut
non baptismus solus, sed etiā iustitia perducat ad
regnum. Cui autem uel utrūq; uel unum defuerit,

illuc

Universidad de Deusto

illuc peruenire non possit. Quapropter cum dicat hæreticis: Iustitia uobis deest, quam sine charitate ac uinculo pacis habere nullus potest: cumq; & ipsi fateãtur multos baptismum habere & iustitiam non habere, & si non fateantur, eos conuincat scriptura diuina: miror quomodo putent, cum eos habentes non suum, sed Christi baptismum, iterum nolumus baptizare, ita nos agere, ac si eis iam nihil deesse iudicemus: & quia baptismus eis in catholica non datur, quem habere inueniũtur, nihil se illic accipere arbitrãtur, ubi hoc accipiunt, sine quo illud quod habent eis ad perniciem ualeat, nõ ad salutem. Quod si nolunt intelligere, sufficit nobis, q̃ eam tenemus Ecclesiã quæ manifestissimis sanctarum & canonicarũ scripturarũ testimonijs demonstratur. Dicat mihi nunc hæreticus: Quomodo me suscipis? Cito respondeo: Sicut suscipit ecclesia, cui Christus perhibet testimonium. Nunquid tu melius potes nosse quomodo *suscipiẽdus sis*, q̃ saluator noster medic⁹ *uulneris tui*? Hic forte dicis: Lege ergo mihi quemadmodum Christus suscipi iusserit eos qui ab *hæreticis* transire ad Ecclesiam uolunt. Hoc *aperte* atq; euidẽter, nec ego lego, nec tu. *Si enim hæreticus* esset Ioannes, & in nomine *patris & filij* & spiritus sancti baptizaret, post *cuius baptismũ* iussit Paulus homines baptizari, *tu obtineres* quod dicis, ita ut cõtrà quid dicerem, nõ haberẽ. Rursus si Petrus in nomine patris & filij & spiritus sancti ab hęreticis baptizatus fuisset, cui dominus ait: Qui lotus est semel, non habet necessitatẽ iterum lauandi: ego obtinerẽ quod dico, ita ut tu cõtrà quid diceres, nõ haberes. Nũc uero cũ in scripturis nõ inueniamus aliquos ad Ecclesiam trãsisse ab hæreticis, & sicut ego dico, aut sicut tu dicis, esse susceptos, puto si aliqs sapiẽs extitisset, cui dominus Iesus Christus testimoniũ perhibet, & de hac quæstione cõsulereẽ à nobis, nullo modo dubitare deberemus id facere quod ille dixisset, ne nõ tam ipsi q̃ domino Iesu Christo, cuius testimonio cõmendabaẽ, repugnare iudicaremur. Perhibet aũt testimonium Christus Ecclesiæ suæ: Ecce Euangeliũ, lege ubi ait: Oportet Christũ pati & resurgere tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorum in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Quomodo ergo suscipit ista Ecclesia per omnes gẽtes incipiẽtibus ab Hierusalem remotis omnibus ambagibus & tergiuersationibus, sic suscipiendus es. Quod si non uis, non mihi, aut cuiq; homini, qui uult ita suscipere, sed ipsi saluatori contra salutem tuam pernicioſissime reluctaris, qui te sic suscipiẽdum esse non uis credere, quẽadmodũ suscipit illa Ecclesia, quã testimonio suo cõmendat ille cui fateris nefarium esse non credere. At enim dixit Hieremias: Facta est mihi ut aqua mendax, non habẽs fidem. Non de hac aqua dixit quã putas. Lege diligenter. Ipsam enim hominũ mendacium multitudinem dixit aquam mendacẽ, more prophetico, sicut figurate loqui solent, sicut in Apocalypsi, populos aquarũ nomine nouimus appellatos. Nã sic ait Hieremias: Vt quid qui cõtristant me pręualent? Plaga mea ualida est, unde sanabor? Facta est mihi ut aqua mendax non habens fidem. Plagam suã sibi dixit faciam ut aquam mendacem: eandem uero plagam suam eos appellauit qui se contristabãt. Quod enim ait, qui cõtristant me: hoc dixit postea plaga mea: & quod supra dixit, pręualent: hoc postea dixit, ualida est. Sic & illic facitis ubi scriptum est: Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis. Putatis eñ de baptismo dictum, qui est apud hæreticos, ut ideo sit aqua aliena, quia hęretici regnũ dei nõ possidebũt: quasi nõ ita sit & apud ebriosos & apud inuidos, & cæteros huiusmodi, de quibus pariter dictum est: Regnũ dei non possidebunt: & tamen in omnibus talibus si secundum Euangelium baptizati sunt, Christi est baptismus non ipsorum. Vnde aqua illa non est aliena, cũ ipsi alieni sint, quibus dicturus est: Non noui uos. Cur non ergo potius intelligam aquam alienã & fontem alienum, doctrinam esse maligni spiritus qua decipiuntur & seducuntur alienati à deo per ignorantiam, quę est in illis propter cęcitatẽ cordis eorum? Hoc expressius cõmendante Apostolo: Spiritus autem manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide attendentes spiritibus erroris & doctrinis dæmoniorum? Hæc est aqua aliena & fons alienus. Si enim aqua in bono intelligiẽ & spiritus sanctus, cur non aqua in malo intelligiẽ & spiritus malignus? Non enim semper, ubi aquam nominat scriptura, hoc uisibile baptismi sacramẽtum uult intelligi, sed aliquãdo ipsum, aliquando aliud. Iam enim hoc uisibili baptismo etiam alios discipuli domini baptizauerant, antecq; ueniret in eos secundũ eius promissionẽ spiritus sanctus. De quo tamen idem Iesus dicit: Si quis sitit ueniat & bibat: q̃ credit in me, sicut dicit scriptura, flumina aquę uiuæ fluẽt de uentre eius. Et sequitur Euangelista, & exponit unde sit dictũ: Hoc autem, inquit, dicebat de spiritu quẽ accepturi erãt ij qui in eum erant crediturí. Spiritus enim nondũ erat datus, quia Iesus nondũ fuerat clarificatus. Ecce aquam dicit spiritũ, qui nõdum erat datus, cum iam aqua illa baptismi multis fuisset data. Vnde et illud quod similiter nõ intelligitis, quod scriptum est: Bibe aquam de tuis uasis & de puteorum tuorum fontibus, & fons aquę tuæ sit tibi proprius, et nemo alienus cõmunicet tibi, & non superfluãt tibi aquę foras, & in plateis tuis discurrãt aquæ tuę. Non uisibilem baptismũ quem possunt habere & alieni, id est, qui regnum dei non possidebunt, sed hoc donum cõmendat spiritus sancti, quod proprium est eorũ tantum, qui regnabũt cum Christo in ęternũ. Quoniã charitas dei, sicut dicit Apostolus, diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis. Ipsa eñ latitudo cordis, quam charitas facit, unde illã diffusam dicit, & unde ad Corinthios ita loqtur: Os nostrum patet ad uos ó Corinthij, cor nostrũ dilatatum est: platearũ nomine significata est. Quod ergo aperte audim⁹: Nolite omni spiritui credere, sed ꝓbate spiritus si ex deo sint, hoc figurate audimus: Ab aqua aliena abstine, & de fõte alieno ne biberitis. Et qđ aperte au-

Ioan. 13 — Luc. 24 — Hierem. 15 — Apoc. 17 — Prouer. 9 — 1. Cor. 6 — Gal. 5 — Matt. 7 — 1. Tim. 4 — Prouer. 5 — Rom. 5 — 2. Cor. 6 — 1. Ioan. 4 — Ioan. 7 — Prouer. 5

te audiuimus: Charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum qui datus est nobis: hoc figurate audimus, Fons aquæ tuæ sit tibi proprius, & nemo alienus communicet tibi. Multa enim munera dei possunt habere & alieni, non solum ista cõmunia cum lapidibus & arboribus, sicuti est esse & uigere, nec solum cõmunia cum pecoribus, sicuti spirare, sentire: sed etiã maiora iam hominum propria, sicut est ratio, locutio, artes utiles innumerabiles, & alia multa. Ipsa etiam quę domui dei data sunt, nonnulla ex eis habent alieni, id est, non possessuri regnum dei, quibus in fine dicetur: Non noui uos, etiam cum dixerint, in nomine tuo prophetauimus & uirtutes multas fecimus: quia etsi habeam, inquit, prophetiam, & sciam omnia sacramenta & omnem scientiam, et si habuero omnem fidem, ita ut montes transferam, charitatẽ autem non habeam, nihil sum. Hoc est ergo donum spiritus sancti proprium sanctorum, unde nemo cõmunicat alienus. Hoc deest omnibus malignis & gehennę filijs, etiam si Christi baptismo baptizent, sicut Simon fuerat baptizatus. Hoc deest etiam hæreticis. Hoc accipiunt cum correcti ueniunt & unitatis uinculum synceriter amplectũtur. Quod si non acciperent, etiam habentes baptismũ Christi, non erant possessuri regnum Christi, quia non introierant ad fontem illum proprium aquarum discurrentium in plateis sanctorum & foras non excurrentium, quo fonte charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritũ sanctum qui datus est nobis. Desinite itaque illa testimonia commemorare, quæ aut non intelligitis, aut pro nobis contra uos esse intelligitis. Quòd si ambigue posita, & pro nobis, & pro uobis possent interpretari, nihil utiq; adiuuarent causam uestram: quia & nos si talibus uti uellemus, innumerabilib. uteremur, quę causam nostram nihil similiter adiuuarẽt. Sed plane talia malam causam uel moras faciendo sustentant. Ecce, inquiunt, de corpore domini aqua profluxit. Et quid te hoc adiuuat ò hæretice? Multum, inquit. Baptisma enim significat non esse, nisi in corpore domini, id est, in Ecclesia. Melius diceres de corpore dñi, hoc est, de Ecclesia, etiã si iam constet, quod adhuc forte diligentius requirendũ est, aqua illa baptismum esse significatum. Nam et nos baptismum quem habetis, de corpore domini esse dicimus, hoc est de Ecclesia, quamuis in ea ipsi nõ sitis, sicut omnes qui nõ ædificãt super petrã sed super arenam. Quare tamen non attendis aquam illam, qua baptismũ significatum dicis, non tantum in corpore domini fuisse, sed etiam de corpore eius foras exisse, & hoc per uulnus persecutoris? Neq; enim & hęretici & omnes mali secum foras sacramenta traxissent, si unitatis integritatẽ in corpore domini custodissent. Sed etiam hoc uidetis quàm profundum sit, & quanta mysterij altitudine occultum. Iam sufficiat: Desinite talibus agere. Omnia quæ huiusmodi protuleritis aut pro nobis sunt, aut ut multum causæ nostræ minuam, incertum est pro quibus sint. Sed libenter in operis immoramini, ne fateri aperta cogamini. Ecce Ecclesia, rogo quid patiamini? Ecce Ecclesia tot manifestissimis sanctarum scripturarum testimonijs commendata & expressa, prædicta & demonstrata: Sicut audiuimus, ita & uidimus. Quid tergiuersaris quomodo suscipiaris? Cur detractas sic suscipi quomodo illa suscipit, cui testimonium perhibet qui mentiri non potuit? Doce scripturas canonicas aperte dixisse, baptizandũ esse in Ecclesia catholica, q apud hæreticos in nomine patris et filij & spiritꝰ sancti fuerit baptizatus. Quod si hoc docere non potes, illud doce: huic communioni tuæ, id est, parti Donati, ubi hoc didicisti, apertum aliquod & manifestum testimoniũ à scripturis canonicis perhiberi: et fateor ad te esse transeũdum, nec aliter esse suscipiendos hæreticos quàm sicut suscipit Ecclesia in qua es, quia tali testimonio declarata est. Quid æstuas? quid perturbaris? Non inuenis in scripturis canonicis quod à te iustissime exigimus? Nam quod dicere soletis: Vbi pascis, ubi cubas in meridie: uides quale sit, & quàm pro te non sit. Noli ergo talia quærere, quia & si in partibus Aquilonis esset pars Donati, quæ contrariæ sunt partibus Meridianis, diceret de se esse dictũ: Montes Sion, latera Aquilonis, ciuitas regis magni. Nam utique ciuitas regis magni non est nisi Ecclesia, & hoc potius indubitanter sonat Ecclesiam, quàm illud: Vbi pascis, ubi cubas in meridie. Sed fortasse illo testimonio Marcion hæreticus uteretur, qui dicitur Ponticus fuisse, quæ partes ad Aquilonem sunt. Rursus si in occidente esset pars Donati, diceret de se esse dictum: Iter facite ei qui ascendit super occasum, dominus nomen est illi. Fortassis em̃ sublimius esse diceret, ascẽdit super occasum: q̃ cubat in meridie. Hæc mystica sunt, operta sunt, figurata sunt, aliquid manifestũ quod interprete non egeat flagitamus. Ego itaq; sic te suscipio, quemadmodum suscipit semen Abrahæ, in quo benedicuntur omnes gentes. hoc forte obscurum esset, nisi Paulus aperuisset semen Abrahæ quod est Christus. Sic te suscipio, quemadmodũ suscepit illa sterilis, cuius multi filij magis quàm eius quæ habet uirum. Quod obscurum esset, nisi Paulus dixisset ipsam esse Ecclesiam matrem nostram, cui dictum est: Dominus qui eruit te, ipse deus uniuersæ terræ uocabitur: cui dictum est: Terra tua orbis terrarũ. Sicut suscipit regina illa, de qua in Psalmis dicitur: Astitit regina à dextris tuis: & cui dicitur: Pro patribus tuis nati sunt tibi filij, cõstitues eos principes super omnem terram. Postremo ne multa cõmemorem: Sic te suscipio, sicut suscipit Ecclesia per omnes gentes incipiens ab Hierusalem & in tota Iudæa & Samaria, & usq; ad totam terram. Ille enim te suscipit, qui hoc de illa dixit, qui in talibus eam uerbis ne quisquam de illa dubitaret ostendit. Sic te suscipio quemadmodum suscipit triticum seminatum in agro, quod cum zizanijs crescit usque ad messem. Hi sunt enim filij regni, ager autem est mundus, messis est finis seculi: Dominus exposuit, Euangelium est, uerba domini sunt, manifesta sunt. Possem tibi dicere, sic te suscipio, quemadmodum & uos suscepistis quos

Matt. 25

1. Cor. 13

Cant. 1

Psal. 67

Gal. 3

Gal. 4

Esa. 54

Psal. 44

Prętextatus

Universidad de Deusto
Biblioteca

Prætextatus & Felicianus à uobis damnati, extra uestram cõmunionem baptizauerunt. Cui rei quid contradicas omnino non habes. Sed hoc potius dicam, quod & aduersus ipsos Maximinianistas ita res se habet, sublime ualeat, qui uos in duobus præcipue testimonijs, quibus imperitissime, tamen creberrime uti soletis, omnino uicerunt, & de paucitate, & de meridie. Hoc ergo dicam quod uos omnes tanquam pariter contra nos insurgatis, extinguat. Sic uos suscipimus si corrigi uultis, quemadmodum suscipit ecclesia, quam dominus Iesus dixit ab Hierusalem cœpturam, & in Actibus Apostolorum legimus inde cœpisse: & per omnes gentes ituram, & in Actibus Apostolorum legimus per multas isse antequam ueniret in Aphricam, & per omnes gentes ituram antequam ueniat finis, Matt. 14 quia ipse dominus ait: Prædicabitur hoc Euangelium in omnibus gentibus, & tunc ueniet finis. Ecce purgamenta eius, Quoniam abundabit iniquitas, refrigescet charitas multorum. Ecce frumenta eius, Qui autem perseuerauerit usq; in finem, hic saluus erit. Vbi hic Aphrica nominata est in parte 1. Tim. 3 Donati? Ecce iterum frumenta eius: Vt scias, inquit Apostolus, quẽadmodum te oporteat in domo dei conuersari, quæ est Ecclesia dei uiui, colũna & firmamẽtum ueritatis. Et sine dubio magnũ est pietatis sacramentum, quod manifestatum est in carne, & iustificatum est in spiritu, apparuit angelis, prædicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptum est in gloria. Ecce purgamen- 1. Tim. 4 ta eius: Spiritus autẽ, inquit, manifeste dicit, quia in nouissimis temporibus recedent quidam à fide, attendentes spiritibus seductoribus doctrinisq; dæmoniorum &c. Vbi hic Aphrica in parte Donati nominata est, ut in ea remanserit colũna & firmamentum ueritatis aut pietatis sacramentũ, de quo usq; in finem ita cucurrit, ut diceret: Prædicatum est in gentibus, creditum est in mundo, assumptũ est in gloria? Quid ergo pluribus teneam? Qui respondere cogitat huic Epistolæ, scrutetur scripturas: & aut manifestum de Aphrica, uel in qua sola, uel ex qua sola est pars Donati, proferat testimonium: quod ideo proferre non potest, quia illis tam manifestis, quę à nobis prolata sunt, repugnare scriptura non potest: aut si suarum suspicionum uel criminationum uel calumniarum sectatores credulos quærit, & uult traducere in aliud Euangelium quod non est aliud, atq; annunciare nobis præterquam quod accepimus, & si angelus de cœlo esset anathema esset: quoniam & diabolus qui propterea de cœlo cecidit, quia in ueritate non stetit, si anathema fuisset homini, quando ei præterquam quod à domino deo acceperat annunciauit, primi parentes carnis nostræ, nec in pœnam mortis incidissent, nec de loco fœlicitatis exijssent. Quapropter uos charissimi quibus hanc Epistolã scribo, præceptum pastoris qui animam suam posuit pro ouibus suis, & nunc glorificatus & exaltatus sedet ad dextram dei patris, corde fidelissimo & firmissimo retinete dicentis: Quę sunt oues meæ, uocem meam audiunt & sequuntur me. Audistis e-

Conclusio libri in Donatistarũ periculi narratione & fidelium cõsolatione constitũta Ca. XX

A ius uocem manifestissimam, non solum per legem & Prophetas & Psalmos, sed etiam per os proprium commendantis Ecclesiam suam futuram. Et ea quæ prædixit quemadmodum ex ordine consecuta sint, in Actibus & literis Apostolorum, quæ diuinarum scripturarum canonem complent, legendo perspicitis. Non est obscura quæstio in qua uos fallant, quos ipse dominus prædixit futuros atque dicturos: Ecce hic est Christus, ecce illic, ecce in de- Matt. 24 serto, quasi ubi nõ est frequentia multitudinis: ecce in cubiculis, quasi in secretis traditionibus atq; doctrinis. Habetis Ecclesiã ubiq; diffundi, & crescere usq; ad messem. Habetis ciuitatẽ de qua ipse qui eam condidit, ait: Non potest ciuitas abscondi Matt. 5 super montem constituta. Ipsa est ergo quæ non in B aliqua parte terrarum, sed ubiq; notissima est. Hęc temporales aliquando etiam in suis frumentis patitur tempestates, ut in quibusdam locis nõ cognoscantur, sed tamen illic latent. Neq; enim falli potest diuina sentẽtia, quoniam crescũt usq; ad messem. Itaq; & in alijs gentibus sæpe nonnulla membra Ecclesiæ prævalentibus hæresum & schismatum seditionibus, pressa atq; obumbrata sunt, & tamen quia inerant, paulopost nullo dubitante ceciderunt: & in ipsa Aphrica post illud Secundi Tigisitani apud Carthaginem seditiosum turbulentumq; concilium, ubi & à fœmina nobili Lucilla operata corruptio, postea iudicialibus gestis commemorata est, cum inde literæ penè per totam Aphricam, qua Ecclesiæ Christi iam germinauerãt, C missæ fuissent, creditum est literis concilij, neq; eũ aliter oportebat, & quasi ussa sunt per aliquam partem agri frumenta dominica defecisse: nullo modo autem defecerant quæ uere frumenta erant prędestinata atq; seminata, & alta radice ueraciter germinantia. Salua enim conscientia literis cõcilij crediderant: neq; enim ab hominibus de alijs hominibus aliquid incredibile dicebatur, aut eis contra Euangelium credebatur: Sed posteaquã illi furiosa pertinacia usq; ad dissensionem sacrilegam contra totum orbem Christianum contentione obstinatissima perdurarunt, atque innotuit bonis fidelibus quos à Cæciliano alienauerat falsa criminatio, uiderunt se, si in illa communione persisterẽt, non iam de quodam homine, uel de quibusdam D hominibus, sed de Ecclesia terrarum orbe diffusa prauũ habere iudiciũ, & maluerunt Christi Euangelio, quàm collegarum consilio credere. Itaq; illis relictis, mox ad catholicam pacem multi & Episcopi & clerici & populi redierunt, quòd & antequam facerent, in tritico deputabantur. Tunc enim non faciebant, cum aduersus homines male sibi à collegis insinuatos, non aduersus Ecclesiã dei quæ in cunctis gentibus crescit, illa eorum contradictio tenebatur. Itaq; & in Aphrica triticũ quod filius hominis seminauerat, triticum mansit: Ex illo usq; adhuc creuit, & crescit, & deinceps usq; ad messem fructificabit & crescet, sicut in omni mundo. Nonnulli etiam bonæ uoluntatis per carnalẽ caliginem, etiam post confirmatum contra Ecclesiam dei malignorum furorem, in illa dissensione

diutius errauerunt, tanquam si adhuc mollia conculcarentur frumenta, & radice uiua herbæ uigor attereretur: etiam ipsa tamen frumenta sua nouerat deus, quamuis ut reuiuiscerent arguenda & increpanda. Non enim eo modo dictum est Petro:
Mat. 16 Redi post me satana: quomodo dictum est de Iu-
Ioan. 6 da, Vnus ex uobis diabolus est. Quidam quoque & apertissimę ueritati malo studio contradixerũt: Illi uero eradicati uel præcisi erant, sed non permanentes in infidelitate, sicut de quibusdam ramis fractis Apostolus dicit, manu diuina replantati, aut iterũ inserti sunt. Tunc enim quisq; infructuosus & nondum à radice præcisus est, cum mala cupiditate agit quidem illa opera, de quibus dictum
Gal. 5 est: Quoniam qui talia agunt, regnum dei nõ possidebunt: sed cum pro ipsis operib. etiam ueritati apertissime qua redarguitur, resistere cœperit, tũc præciditur. Et multi tales sunt in sacramentorum communione cum Ecclesia, & tamen iam nõ sunt in Ecclesia: Alioquin & tunc quisque præciditur cum uisibiliter excommunicatur; consequens erit ut tunc rursus inseratur, cum uisibiliter communioni restituitur. Quid si ergo fictus accedat, atque aduersus ueritatem & Ecclesiam cor inimicissimum gerat, quamuis peragatur in eo illa solennitas, nunquid reconciliatur, nunquid inseritur? Absit. Sicut ergo iam denuo communicans nondum insertus est: sic & antequam uisibiliter excõmunicatur quisquis contra ueritatem qua conuincitur & arguitur, inimicum gestat animum, iam præcisus est. Ita fit, ut & semen bonum & semen malum utraq; per agrum crescant usque ad messem: id est, & filij regni & filij malígni utrique per mundum crescant in finem seculi, illis fructum ferentibus cum tolerantia, illis cum sterilitate amarícantibus. Vos autem innitentes tot euidentissimis testimonijs, legis, Prophetarum, Psalmorum, ipsius domini, & Apostolorum, de sancta Ecclesia toto terrarum orbe diffusa, exigite ab istis ut ostendant ex Aphrica, quod attinet ad partem Donati, aliqua manifesta de canonicis libris testimonia. Neque enim, sicut iam dixi, ullo modo fieri posset, ut Ecclesia, sicut dicunt, & quod absit, tam cito ex tot gentibus peritura, tot testimonijs tam sublimiter, & tam indubitanter prędicaretur: & de ista, quam uolunt, sua, quę usque in finem sicut contendunt permansura fuerat, taceretur. Mementote enim quid illi diuiti dictum sit, cum apud
Luce 16 inferos torqueretur, & ad fratres suos aliquem ex mortuis mitti uellet: Habent illic, inquit, Moysen & Prophetas. Et cum ille diceret, non eos creditu-
ros, nisi ad eos isset aliquis mortuorum: Si
Moysen, inquit, & Prophetas non
audiunt, nec si quis ex mor-
tuis resurrexerit,
credent.

Epistolæ de unitate Ecclesiæ Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, OPERIS BREVICULI COLLATIONUM Præfatio.

VM catholici Episcopi & partis Donati, iussu Imperatoris disputando inter se gestis apud Tribunum & Notariũ Marcellinum cognitorẽ habitis contulissent, multũ prolixa eorundẽ gestorũ est facta conscriptio, cuius posset totum multo breuius agi. Sed qui causam bonam nõ se habere sciebant, id egerunt primũ quantum potuerunt, ut ne ipsa collatio fieret, & ut prorsus causa ipsa non ageretur. Sed quia hoc obtinere minime potuerunt, id effecerunt multiplicitate gestorum, ut quod actum est, non facile legeretur. Vnde uisum est isto breuiario cuncta complecti, ut ad signa numerorum, quæ & in isto breuiculo & in ipsis gestis annotantur, sine difficultate quisque inueniat quod uoluerit. Ingressis itaq; utrisque partibus, primo loco recitatũ est rescriptũ Imperatoris, quo iussit collationẽ inter memoratos Episcopos fieri, ut superstitionẽ manifesta ratio cõfutaret. Secundo loco recitatũ est edictũ ipsius cognitoris, quod per prouinciam misit ut cõuenirentur utriusq; partis Episcopi, & intra diẽ calendarum Iuniarũ conferendi causa congregarentur Carthagine. In eo edicto basilicas sine iussione Imperatoris reddidit Donatistis, qui se pollicerentur esse uenturos, ut eo modo eos ad conferendũ etiã beneficijs inuitaret. In eodẽ etiã edicto obtulit eis, ut aliũ quem uellent cũ illo iudicẽ constituerẽt, iurauitq; se hoc iudicaturum quod ueritas suasisset, & cætera quæ ad exhortationẽ congregationis illorum eodẽ continentur edicto. Tertio loco recitatum est alterũ cognitoris edictũ, quod ꝓposuit iam præsentibus apud Carthaginẽ utriusq; partis Episcopis, q̃ locus & qui modus collationis futurus esset, supradicto die itidẽ cõmemorato & cõstituto: & admonuit ut ei pars utraq; rescriberet, utrũ placerẽt quæ cõprehendit edicto. Quarto loco cũ partis Donati Episcopi exigerent proponi sibi ab aduersarijs qua causa fuissent cõgregati, cognitor distulit, ut ex ordine prius omnia recitarentur quę ante diem collationis acta fuerant. Et recitata est notaria Donatistarũ, in qua dixerũt, nõ sibi placere quod in edicto suo posuit, ut hi soli ex Episcopis cõuenirent ad collationis locũ, quos ad ipsam causam peragendã cæteri delegissent, q̃ omnes triginta sex cõplebant, decem & octo hinc, & decem & octo inde: id est, septẽ qui inter se disputarẽt, & alij septẽ qui cõcilio si opus esset adhiberent, & alij quaterni qui gestis custodiẽdis & cõscribẽdis præessent: sed petiuerũt se omnes potius q̃ uenerãt adesse debere, ut eorũ numerus appareret, dicẽtes q̃ eos aduersarij paucos esse mentiti sint. Ibi dixe-

runt

runt, ita ſe omnes uenisse usq; ad gratuissimos senes ut hi soli deessẽt, quos aduersa ualetudo corporis impedisset, & cætera quæ ipsa notaria continẽtur.

V Quinto loco, recitatæ sunt literæ catholicorũ, quas tetenderũt cognitori sicut edicto cõmonuerat, insinuantes cõsentire se ad omnia, quæ illo edicto fuerant ordinata. In eisdẽ literis etiã se obstrinxerunt, & polliciti sunt, si in parte Donati ueritas eis demonstraret Ecclesię, nõ se illic Episcopalem honorẽ quęsituros, sed conciliũ eorum secuturos pro salute Christiana: si aũt in sua cõmunione potius ueritas ostẽderetur Ecclesiæ, honores Episcopales eis nõ se negaturos: & hoc à se fieri bono pacis, ut intelligerent hi quibus hoc præstaret, q̃ in eis catholici non Christianã consecrationẽ, sed humanũ detestarent errorem. Quòd si plebes duos in una Ecclesia Episcopos ferre non possent, utrisq; de medio recedentibus, singuli cõstituerent Episcopi, ab eis Episcopis ordinãdi, qui in suis plebibus singuli inuenirentur. In eisdem literis cõmemorata est etiã causa Maximinianistarũ, ex qbus à se damnatis propter pacem partis Donati quosdã in honoribus integris susceperunt, & ab eis datum in sacrilego schismate baptismũ non rescinderũt, & cætera quæ in memoratis literis continentur.

VI Sexto loco recitatum est etiam edictum ipsius cognitoris, quod proposuerat cum supradicta notaria Donatistarum, & supradictis literis catholicorum, insinuãs populo, quæ illi pars utraq; referri
VII pserit. Septimo loco recitatæ sunt literæ catholicorum ad cognitorem datæ. Quibus Donatistarũ notariæ responderunt, cõcedentes eis quod petierant, ut uniuersi qui uenerant præsentes essent in eo loco ubi erat futura collatio: cum tamen illic ex catholicis Episcopis illi soli adessent quos edicto suo cognitor definierat: ut si aliquis tumultus existeret, quod catholici ualde metuebant, nõ illis imputaretur qui paucissimi adessent, sed eis potius qui multitudinem suam præsentẽ esse uoluissent. In eisdem literis etiam tota ipsa causa cõprehensa est, ut ostenderetur Ecclesia catholica nõ esse pars Donati, sed illa potius quæ per totũ mundum fructificaret & creſceret, incipiens ab Hierusalem secundum sacram scripturam: & quia nihil ei præiudicarent quicunque in ea mali fuissent, diuino in fine iudicio separandi: & quia nec in ipsum Cæ D cilianum maiores eorũ aliquid probare potuerũt, qui iudicijs Ecclesiasticis & maxime Imperatoris apud quem ab eis fuerat accusatus, innocens inuentus & pronunciatus est. & quia de iussionib⁹ Imperatorum quæ pro catholica cõstituuntur, solent facere inuidiam, cõmemoratũ est etiã de sancta scriptura, reges decreuisse in regno suo grauissia pœnas eis, qui blasphemassent deum: commemorata etiam causa Maximinianistarum, quos & iudicijs ipsi publicis insectati sunt, & ex quibus damnatis quosdam in honoribus integris susceperunt, nec ab eis in schismate datum baptismum destruxerunt, q̃ eos quibus dilationẽ dederũt Maximiniano cõmunicantibus, dixerũt illius contagio non fuisse pollutos: & cætera quæ eisdem literis A continentur. Hęc autem omnia ideo ibi cõmemorata sunt, ne forte si secũ cogitassent Donatistæ, & uiderent q̃ malam causam haberet pars Donati, ad hoc uoluissent omnes qui uenerant ingredi locum collationis, ut pax atq; unitas fieret. Octa- VIII uo loco cum cognitor inquisisset, utrum sicut à catholicis uidebat, ita etiã à parte Donati electi iam essent qui susceptam causam peragerent. Respon sum est à parte Donati, quòd iam esset acta à catholicis causa antequam esset consligentiũ statura persona, propter illas catholicorum literas quę totam causam breuiter continebant. Deinde instare cœperunt, ut prius ageretur de tempore, de mandato, de persona, de causa, tunc ad negocij merita ueniretur. Et cũ cognitor interlocutus esset, nihil de B causa esse mutilatum, & rursus inquisisset, utrum de constituendo numero disputantiũ edicto eius paritum fuerit, quia per hoc oporteret agi omnia quæ agenda essent: cœperunt Donatistæ agere de tempore, quoniam causa ipsa agi non posset quin dies pręteriisset. Quartodecimo enim calendarum Iuniarum die completi fuerant quatuor menses ex die edicti cognitoris quod ad prouinciam miserat, sicut interrogatum respondit officium. Et quoniam inter quatuor menses agi causam præceperat Imperator, ideo diem iam transisse dicebant, & petebant ut tanquam in contumaces catholicos sententia proferretur: quasi catholici absentes essent, aut Donatistæ aliquãdo ad agendam causam illis absentibus intrauissent, aut admoniti catholici uel C euocati defuissent. Ista ergo calũnioſe & tergiuersatorie, quæ nec in foro iure agerentur, dicebant, nolentes ut aliquid ageret. Sed ad hoc eis respondit ipse cognitor, quòd in calendas Iunias pars utraque consenserit, quamuis etiã si quælibet pars adhuc usque non occurrisset, duos alios menses superesse potuisse, quos Imperator adiũxit trinis edictis fuisse seruãdos. Nono loco, quoniã cognitor IX superius dixerat de tempore præscribere, ut causa non ageretur, non esse Episcopalis, sed forensis potius esse obiectionis: inuenit occasionem pars Donati, qua diceret, nihil ergo secum agi publico iure debere, sed tantũ diuinis scripturis. Vnde cum quæsisset cognitor, quid utriq; parti de hac re placeret, responsum est à catholicis, ut iuberet mandatum catholici cõcilij recitari, ubi electis disputatoribus agendi modus iniunctus est. ibi posse melius apparere, q̃ non forensibus tergiuersationibus, sed magis diuinis testimonijs ageretur. Et aliquandiu conflictio producta est, cum catholici instarent recitari mandatum, illi autem recusarent. Sed postea remotis omnibus moratorijs contentionibus, recitari mandatũ cognitor iussit. Decimo loco man- X datum catholici concilij recitatum est, quo electis ad disputandum Episcopis, catholicę Ecclesiæ est iniuncta defensio aduersus criminationes Donatistarum. Hoc mandato iterum sicut in superioribus literis breuiter tota causa comprehẽsa est prius, ut causa Ecclesiæ quæ toto sicut promissa est terrarũ orbe diffunditur, à causa Cæciliani qualiscunq; illa fuisset, sic distingueret, ut ostẽderetur malos in

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ecclesia, qui uel ignoranter uel pro unitate pacis tolerantur à bonis, nõ eis ad mala cõsentientibus obesse non posse, similitudinibus Euangelicis & exemplo Prophetarum & ipsius domini Christi & Apostolorum & Episcoporum & iudicio ipsorum etiam Donatistarum propter Maximinianistas. Deinde ipsius Cæciliani causa non mala fuisse certis documentis demonstrarẽt, quibus & ipse & ordinator eius Felix Aptuginensis, quẽ in concilio suo criminosius accusauerunt, probarẽt esse purgatus. Et cætera quæ mandato eodẽ cõtinentur, siue de baptismo, siue de persecutione quę solet catholicis obijcere pars Donati. Nam cõmemorata ibi est iterũ, sicut in superioribus literis, causa Maximinianistarum: qua demonstrarentur Donatistę suo iudicio cuncta diluisse, quæ obijcere catholicis, uel de baptismo, uel de persecutione, uel de cõmunionis contagione consueuerunt. Adiectum est etiam, ut si qua etiam nunc episcopis catholicis morarum interponẽdarum gratia uoluissent crimina obijcere, propter finiendam quæ prius urgeret causam, audienda & discutienda postea differrentur. hoc autem, id est, ut tota causa & superioribus literis & isto mandato comprehenderetur, eo consilio à catholicis factum est, ne forte sicut fama iactabat aliquas moratorias præscriptiones Donatistæ ingerere conarentur, & forsitan non permissi ab ipsa collatione resilirent, acta licet breuiter Ecclesiæ catholicæ causa, in conscriptione gestorum legenda remanerent, quã timuisse intelligerẽtur, et
XI ideo noluisse conferre. Vndecimo loco cum cognitor interlocutus esset in mandato catholicorũ, magis diuina testimonia q̃ forensia uincula esse prolata, & iussisset etiam subscriptiones omniũ recitari, conflictius exortus est, & aliquandiu productus est, cum Donatistæ exigerent eorum præsentiam qui mandato subscripserant, obijcientes, q̃ eis suppositis qui Episcopi non fuerint, potuissent fallere cognitorem, quo prẽsente subscripsisse legebantur, & q̃ antiquis cathedris alios Episcopos addiderint, ut numerus augeretur. Catholici aũt ne sui præsentarentur resistebant, uerentes, ne illi tumultum aliquẽ prẽpararẽt, per quem rursus abrumperetur ipsa collatio, quam fieri Donatistę nolle omnino uidebantur, maxime quãdo de tempore, quasi iam causa lapsa esset & audiri non posset, præscribere uoluerunt. Quem tumultum ideo putabantur nondũ fecisse, quia si fieret, uidebãt non posse imputari catholicis qui paucissimi aderant, sed sibi potius, quorum præsens fuerat multitudo. Sed uoluntati eorum cedentibus catholicis, ut omnes qui subscripserant ingrederentur, apparuit postea hoc ideo uoluisse Donatistas, quia existimabant non cõuenisse Carthaginem tot catholicos, quot subscriptiones ostendebanẽ. Hoc aũt propte rea credidisse putati sunt, quia catholici nõ ea pompa qua illi Carthaginẽ fuerant ingressi, & ob hoc
XII eos paucos uenisse suspicabantur. Duodecimo loco ingressis Episcopis catholicis, quorũ præsentia petebatur, omnes singillatim recitati & in medium procedentes à Donatistis recogniti sunt, uel uicinis suis, uel cum quibus in uno loco erant: & quicunq; recitabantur catholici Episcopi ex his locis, ubi non erat pars Donati, satis & ipsis Donatistis notũ erat se ibi nõ habere collegas, uel cõmunionem suã, & esse illic catholicos, uel quos nouerant, uel de quibus audierant in suæ uicinitate regionis. Ita factũ est, ut omnino nullius catholici recitaretur subscriptio, de cuius prẽsentia dubitarẽt. Sane cum uentũ esset ad nomen Victoriani Mustitani catholici Episcopi, & in mediũ procedens respondisset se habere cõtrarios duos, Felicianũ in ciuitate Mustitana, et Donatũ in loco Turrẽsi, exegerunt catholici ut actis cõstaret Felicianũ in cõmuniõe esse Primiani: ipsum enim inter alios cum Maximiniano damnauerant, damnatorẽ Primiani & ordinatorẽ ipsius Maximiniani, quem postea in integro honore receperãt, nec destruxerant baptismum in eis quos in Maximiniani schismate baptizauerat: sed ad interrogationẽ catholicorũ respondere noluerũt, dicentes nõ debere hoc ab eis exigi. Et cum iterũ pressius exigeretur, dixerunt iam interne actionis hoc esse. & secundũ eos interlocutus est cognitor, ut hoc quod cœptũ fuerat ageretur, & illud si opus esset postea quæreretur. In ipsa autem dioecesi Mustitana apparuit et ipsos Episcopũ alium antiquæ cathedræ addidisse, quod inani inuidia catholicis obiecerãt: hoc & in alijs locis eos fecisse postea declaratũ est. Tertiodecimo loco, XIII recensitis & recognitis prẽsentibus catholicis qui subscripserant, cognitor obtulit petẽs, ut cõsidentes potius agerẽt q̃ stantes. Donatistę aũt recusauerunt, gratias tamẽ agentes q̃ talibus senibus obtulisset cõsessum: & in ea recusatiõe multa dicẽtes in laudem suã, & in laudem ipsius cognitoris, quæ legat q̃ uoluerit in cõscriptiõe gestorũ. pertinet enim ad rem, quomodo quẽ sic laudauerũt, ut dicerent, honorificũ, iustũ, reuerentẽ, benignũ, causam tamen propter cuius actionẽ tam multi conuenerant, apud eum agi nolebant. Quartodecimo XIIII
hoc mandatum etiam Donatistarum prolatum & recitatum est, breuiter factum, ut hi quos elegerãt agerent uelut aduersus traditores & persecutores suos. Recitata sunt etiam eorum nomina, cum hoc catholici fieri petissent, ut constaret utrũ apud Carthaginem præsentes subscripserant. Sed Donatistæ multo instantius hoc ut fieret cognitori extorserunt, ut eorũ quoq; numerus appareret, quod se magna intentione uelle monstrabant. In ea sane recitatione inuenti sunt quidam pro quibus absentibus alij subscripserunt. Inuẽtus est etiã unus qui cum suo nomine recitato nõ responderet, dixerũt eum in itinere esse defunctum. Et cũ quærerẽt catholici, quomodo potuerit apud Carthaginẽ subscribere, qui fuerat in itinere defunctus, illi diu fluctuauerunt perturbati, & nescientes quid responderent: Nã primo dixerũt, nõ de ipso sed de alio fuisse suggestũ. Et cum catholici putassent de alio, id est de clerico eos dicere, q̃ pro mortuo subscribere potuit: quęsitũ est utrũ clericus suo nomine an illius pro mortuo subscripserit. sed potius responderunt, ipsum quidẽ subscripsisse prẽsentẽ, cũ octauo

calendas

Universidad de Deusto
Biblioteca

calendas Iunias mandatū fieret: sed quoniā æger subscripserat, remeantē ad propria in itinere desecisse. Quo audito, catholici petierūt superiora eorum uerba recitari, ut ipsa uarietas deprehēsa clareret. Quod cū factū fuisset & appareret, quæsiuit cognitor, utrum saltē sub dei testificatione firmarēt eum fuisse Carthagini, quādo præsens presentibus mādauerit ut subscriberēt. Vbi uehemētius perturbati responderunt, Quid si & alius pro eodē apposuit? Hanc eorū falsitatē deprehensam iudicio dei relinquēs, iussit cætera nomina recitari. Quibus recitatis, quęsiuit de numero Episcoporum partis utriusq; Respondit officium, nomina Donatistarū Episcoporū esse ducēta septuaginta nouē, annumeratis etiā illis pro quibus absentibus alij subscripserant, cōputato & illo defuncto. Catholicorū aūt omniū præsentiū nomina esse cōstitit ducenta octogintasex: Viginti enim nō subscripserant, qui tamen suā exhibentes præsentiā & in medium procedentes, nisi quos infirmitas corporis illic apud Carthaginē tenuit, præsentibus gestis se mandare & consentire professi sunt. In loco ergo collationis, hoc est in thermis Gargilianis, quia ipse postea locus placuerat, ex his catholicis qui mandato subscripserant & qui præsentes gestis mandauerant, hi soli defuerunt qui illic apud Carthaginē incōmoda ualetudine tenebātur. Ex his aūt quorū nomina Donatistarū subscriptio cōtinebat, non solū illi deerāt quos apud Carthaginē ægrotare responderant, sed etiā illi pro quibus absentibus, id est, apud Carthaginē non constitutis alij subscripserant. Quoniam itaq; se Donatistę de numerositate iactabant, excepto eo q̄ catholicos plures uenisse Carthaginē constitit, dictū est à catholicis alios Episcopos centū uiginti non uenisse Carthaginem, q̄ quidam eorum senectute, quidā infirmitate, quidā diuersis necessitatibus impediti. Quod cū audissent Donatistæ responderunt, etiā suos multo plures non uenisse Carthaginē, & multas esse apud se cathedras uiduatas Episcopis: cū in sua notaria quam cognitori dederāt, apertissime dixerint usq; adeo se oēs uenisse Carthaginem, ut nec grauissimos senes ætas & labor potuerit deterrere: eosq; solos nō uenisse quos aduersa ualetudo in suis sedib⁹, uel in itinere tenuisset. Sanè ,ppter cathedras quas Episcopis uacuas apud se esse dixerunt, respōsum est etiam à catholicis, sexaginta esse quibus successores Episcopi nondū fuerant ordinati, ac per hoc in istis utriusq; partis subscriptionibus & falsitates in Donatistis constitit fuisse deprehensas, & eorū numerū Episcoporum minorem, quando quidem soli ægroti non uenerant Carthaginē, pro quibus tamen in itinere ægrotantibus alij subscripserant, & omniū nomina cū ipsis etiam pro quibus alij subscripserant, ducēta septuagintanouē subscriptio cōtinebat. Neq; ullo modo credibile sit, multo plures q̄ centū uiginti, hoc est, tertiā partē omniū eorū in suis sedibus ægrotasse potuisse, & ideo nō uenisse
XV Carthaginē. Quintodecimo loco egressis omnibus qui iā superfluo præsentes erāt, & remanentibus eis quos necessarios utriq; delegerant, ita perendinū diē collatio dilata est utrorūq; consensu, quoniam dies præsens iam uidebatur emēsus.

Collationis primi diei finis.

SECVNDI DIEI COLLATIO.

PRIMO loco cū die intermisso ad memoratū locum sicut placuerat & constitutū fuerat cōueniretur, obtulit consessum iterum cognitor, deprecans ut fieret. Et mox catholici consederunt, Donatistę autem recusauerunt. In qua recusatiōe, inter cætera id quoq; dixerunt, quod scriptum sibi esset cū talibus nō sedere. Ad hoc catholici, ne moræ fierent, tunc non responderunt, sed opportuniore loco in tertij diei collatione. Tunc ergo etiā ipse cognitor stādo se cogniturum esse respondit. Secundo loco recitata est notaria quam pridie dederant, petentes, ut sibi mandatū catholicorum æderetur, quo cōsiderato possent in diem constitutum instructi adesse, eo q̄ exceptores cum conscriptione gestorum occurrere non ualerent, & responsio cognitoris in eadem notaria, qua iussit fieri quod petebant.

Tertio loco cum quæsisset cognitor, quid etiā de subscriptionibus respōderent: id est, utrum eis placeret q̄ edicto proposuerat, ut prosecutiōibus suis quisq; subscriberet: & respōdissent catholici, iā se in hoc consensum suū literis expressisse, illi se multū moueri dixerunt, q̄ hoc consuetudo non haberet. Et cum cognitor interrogasset, utrum eis sufficeret q̄ dati fuerant gestorū conscribendorū ex utraq; parte custodes: dilationem petere cœperunt, ut sibi cōscripta gesta æderentur, & tunc responderent. Hic ortus est diuturnus conflictus cū eis, cū cōsensus eorū, quo placuerat ut illo die res ageretur, sępe recitaretur ex tabulis. Et cum se notas ignorare dicerent, petentes ut prius eis æderētur gesta cōscripta: cognitor iussit, ut quod eorum notarij exceperant perlatis codicibus qui signati custodiebantur, eis recitarentur, ne contra suum cōsensum uenirēt. Cumq; & ipsi sæpe de gestorū æditione causarentur, q̄ exceptores nō occurrissent gesta conscribere: etiā hoc eis responsum est, q̄ notaria sua ideo se petisse dixerant ædi sibi catholicorum mandatum, ut ad præsentem diem instructi occurrerēt, quia exceptores occurrere cū gestorū æditione non possent. Vbi non inuenientes quod dicerent, uoluerunt iterū præscriptionē diei refricare, de qua fuerat eis satis superq; respōsum, & inde iā fuerat primo die trāsitum. Sed tūc eis catholici etiā ad hoc responderunt, q̄ non solum in edicto cognitoris calēdarum Iuniarū dies cōstitutus legeretur, sed etiā ipsi octauo calendas Iunias suū mandatū conscripsissent, cum iam trāsisset dies, quo dicebant agi debuisse causam, id est, quartodecimo calendas Iunias. dictū est etiā, ipsum Primianū ad calendas Iunias se pollicitum occurrere. Quę oīnia ideo à catholicis dicta sunt,

q audierant eos etiã in populo suo de hac re inuidiose locutos, & tamẽ inter hæc omnia illi in petẽda dilatione uehementissime perstiterunt. Quod cũ uidissent catholici, ad hoc eos diu nugari, ut gesta multis uerbis onerarentur, petierunt cognitorẽ, ut eis quã petebant dilationem concederet. Et concessa est sex dierum dilatio, respõdentibus exceptoribus, quãdo æditio gestorum posset occurrere, & illis promittentibus cũ gesta ædita fuerint se suis prosecutionibus subscripturos.

Collationis secundi diei finis.

COLLATIO TERTII DIEI.

TERTIO die collatiõis, id est, sexto idus Iunias, ingressis partibus: Primo loco, utrũ ædita eis gesta fuerint cognitor inquisiuit. Respondit officium, se ante diẽ quã promiserat ædidisse, quod ex utriusq; partis cautionibus probaretur. Et recitatæ sunt cautiones q bus constitit catholicos accepisse gesta octauo idus Iunias hora diei quinta, Donatistas autẽ eodem die, tertia. Secundo loco cum cognitor iussisset principale negociũ iam proponi, dictum est à catholicis, olim se agere uelle principale negocium, & hoc esse ut crimina, quæ solent Donatistæ dicere in Ecclesiã toto orbe diffusam, si possent probarent. Respõsum est à Donatistis ut pri⁹ quæreretur qui essent qui agerent, ut moræ fierẽt de discussiõe personarum. De qua re cum diu cõfligeretur, catholicis recusantibus, & ut remotis superfluarum morarũ tergiuersationibus ad causam ueniretur uehementer instantibus, cõtrà Donatistæ obnixissime contendebant, ut personæ discuterentur, & flagitabant, ut exprimerent̃ qui petissent ab Imperatore istam fieri collationẽ. Volebant enim ut constaret catholicos esse petitores, ut ex forensi iure possent discutere personas petitorũ: cum iã in actione prima recitatũ fuisset catholicorũ mandatũ, ubi se ostendebant non petitores esse, sed defensores aduersus crimina, quæ illi eorũ communioni obijcere solent: cũ ipsi prius exegerint, ut Ecclesiæ causa non forensibus formulis, sed magis diuinarũ scripturarum testimonijs ageretur, confestiq; fuerint lecto catholicorũ mandato, scripturis sanctis eos Ecclesiæ causam firmare uoluisse, seq; ex eadem diuinæ legis authoritate uicissim acturos esse promiserint. Tunc ergo quasi obliti quid exegerint, & quid etiã ipsi polliciti fuerint, cum de Ecclesiæ criminatiõe & purgatione catholici proposuissent agi oportere, cœperãt personas quærere petitorũ, ut eas possent ex forẽsi iure discutere. Contra ergo catholici resistebãt, & propter præscindendas moras, quas eos & prę parare audierãt & innectere iã uidebant, perseueranter instabant, ut Ecclesiæ causa potius agerẽt in cõflictu. Peruentũ est, ut Imperatoris pręceptũ quo collationem iussisset fieri legeretur, ut eo modo petitorũ persona constaret. Videbat̃ enim & cognitori, ne quid Donatistis etiã de ipso iure forensi ueluti iusta poscentibus negaretur, prius petitorũ constituendas esse personas. Præcepto ergo imperiali recitato, collationem petisse catholicos declaratũ est, eamq; esse concessam. Tũc Donatistæ etiã preces quibus ab eis illa collatio petita est, postulare cœperũt. Hic cum eis ipse cognitor respõderet, in pragmatico rescripto preces inseri nõ solere: ad id se conuerterunt, ut mandatum catholicorũ, quo mandauerant peti ab Imperatore collationẽ, eosdemq; legatos quos ad hoc impetrandũ miserant, sibi æderent atq; proderent, asserentes discutere se debere quæ mãdata sunt, atq; ibi inuenire posse mandata catholicorum quæ de illis Imperatori locuti sunt. Hoc cum intelligerẽt catholici, ad hoc inquiri ut inuenirentur occasiones quibus prolixi temporis moræ ac dilationes ingererent̃, asserebant omnino quod peterẽt ad causam nõ pertinere: quandoquidẽ collationẽ ab eis petitã ipse Imperator apertissime ostẽderet, cui cognitorem dederat, ut superstitionem manifesta ratio confutaret. Et uehementer urgebãtur, ut remotis omnibus morarũ interpositionibus, & aliarũ interponendarum inquisitionibus, id potius ageret̃ quod ea collatione agi ab Imperatore præceptũ est, quam & petitam ab illo & concessam esse cõstabat. Inter hæc etiã de catholico nomine apud quos potius esset, pauca ab utraq; parte inuicẽ dicta & obiecta sunt, & iussum est principali causæ potius reseruari. Et post aliquanta identidẽ cũ catholici nominis facta mentione, dicerent Donatistæ apud se potius esse catholicam, interlocutus est cognitor: se interim sine cuiusquã præiudicio nõ posse aliter appellare catholicos q; eos appellauit Imperator, à quo cognitor datus est: illos autẽ quanto magis se esse catholicos dicerent, tãto magis iã causam ipsam remotis morarũ interpositionibus agere debere, in qua probare possent se potius esse catholicos. Hic Donatistæ post tãtas moras & tot interlocutiões cognitoris cõtra eos prolatas, exigentis ut causa potius ageretur, atq; testimonis de legatorum personis, uel mandato quod eis iniunctũ est, nec ad causam aliquid pertinere, nec sibi aliquid ut hinc requireret fuisse præceptũ: dixerunt ut si in legatis, uel mãdato quod eis datum est manifestando, noluissent catholici obtẽperare iudicatis, saltem hoc responderent, utrum loco petitorũ consisterent: multum mirantibus catholicis, cur eos Donatistæ dixerũt in ędendo legatorũ mandato nõ parere iudicatis, cũ potius contra ipsos tam multis interlocutionibus cognitor pronunciauerat. Interrogauerunt ergo catholici quibus iudicatis non paruerint. Et Donatistis ad hoc non respondẽtibus, interlocutus est cognitor: ad illud quod de loco petitoris Donatistę quęsierãt, catholici respõderent. Et respõderunt, se hoc proponere, ut crimina quæ solent Donatistæ cõmunioni eorum obijcere uel probentur, uel diluant̃, ut possit Donatistarum separatio uel defendi uel corrigi. Tunc cognitor cũ respõsionem à Donatistis exigeret, respõderũt, Aphros q se catholicos

dicerent

Universidad de Deusto
Biblioteca

dicerent, alienã causam uelle defendere, hoc est, to
tius orbis Ecclesiã: de qua sibi nihil debere præiu
dicari, cũ inter Aphros hoc negociũ uẽtiletur: &
expectare potius Ecclesiam trãsmarinã, ut qui ui-
derint, ipsi ad eã pertinere uideantur, & ipsi habe-
ant catholicũ nomẽ, Sed in fine prosecutionis suę
rursus de persona petitoris ut sibi respõderetur,
postulauerunt. Hic catholici ad utrũq; breuiter re
sponderunt. Et quia de personis iã primo & secũ-
do iudicio quæstio fuerit terminata, & quia Eccle
siæ toto orbe diffusæ, cui testimoniũ perhibet scri
ptura diuina, ipsi non Donatistæ cõmunicant, un
de catholici merito & sunt & uocãtur. Donatistæ
aũt responderũt, nõ catholicũ nomẽ ex uniuersita
te gentiũ, sed ex plenitudine sacramentorũ institu
tũ: & petiuerunt, ut probarẽt catholici sibi cõmu
nicare oẽs gentes. Quod catholici cũ gratissime
acciperent, & peterent, ut hoc probare permitte-
rent, rursus illi de mandato illo, quod legatis iniũ
ctum ædi sibi petiuerant, quęstionẽ refricare cœ-
perunt, & à causa Ecclesiæ, quæ iã in medio discu
tienda peruenerat, iterũ resilire, modo mãdatũ su-
pradictũ petẽdo, modo de petitoris persona ut cõ
staret instando, modo ut de his ipsis quæ petierãt
iudicaret cognitor, exigendo, de quibus iã totiẽs
fuerat interlocutus, & eos illa frustra petere pro-
nunciauerat. Sed cognitor, quamq; uiderẽt non
recte petere, ædi sibi mandatũ quod legatis iniun
ctũ est: qa id quod sufficiebat ad causam, collatio-
nem petitam confessamq; cõstabat: nõ ei tamẽ ui
debaẽ iniuste illos petere ut petitoris persona con
staret. Catholici aũt uidentes, quod iã sibi fuerat
antea nunciatũ, & hoc eorũ intentione satis intel-
ligebant, non ob aliud Donatistas personas quæ-
rere petitorũ nisi ut liceret eis personarũ discussio-
ne lõgissimas tẽporum & dilationũ moras infere-
re: quoniã uehemẽter nolebãt, ut peruenirẽtur ad
causam, in qua se nihil habere quod dicerẽt, sicut
res ipsa uel sero postea patefecit, pleniss ime scie-
bãt. Hoc ergo uidẽtes catholici noluerũt personã
susc ipere petitorũ, asserentes nõ se obijcere crimi
na, sed obiecta defendere, quæ cũ defendissent &
falsa esse demonstrassent, cõsequenter eos appare
re qui sint, & quãta iniquitate se ab unitate diuise-
rint. Hic Donatistæ asserebant, quocunq; modo
etiam de ipsis criminibus quæ uellent diluere, ul-
tro catholici cogerent sibi aduersarios respõdere,
petitorũ eos habere personã. Sed catholici respõ-
debant ad hoc se petisse collationẽ, non ubi obij-
cerent diluenda, sed ubi obiecta diluerẽt: quoniã
& mandatũ Donatistarum aduersus traditores et
persecutores factũ erat, & uerba Primiani, quãdo
prius à catholicis de collatione conuentus est, cri-
mẽ eis eũ obijcere testabanẽ, ubi dixerat: indignũ
est ut in unũ cõueniant filij martyrũ & progenies
traditorũ: & quãuis tũc cõferre noluissent, postea
tamẽ in iudicio præfectorũ se audiri & discuti uel-
le dixerat. Quẽ eorũ de collatione cõsensum tenẽ
tes catholici, hoc ut fieret ab Imperatore petiue-
rant. Tunc iussit eos cognitor obiecta à se crimina
iam probare, nec de petita collatione personã peti
toris ostẽdi, si etiã utriq; petisse probarentur. Hic A
Donatistæ identidẽ petere cœperunt, ut de perso-
na pronunciaret. Et pronũciauit cognitor, dicẽs:
Si collationẽ pars utraq; petiuisset, eũ esse petito
rem, qui crimina obijceret. Et exegerunt Donati
stæ, ut probaretur à catholicis, utrum collatiõem
utriq; petiuerint. Vbi cognitor cũ dixisset, hoc ca
tholici probare debebunt: ortus est iterũ morato-
rius conflictus de catholico nomine & Donatista
rũ & Cæcilianistarũ. Deinde obtulerunt catholi-
ci gesta habita in iudicio præfecturæ, quibus pro-
barent etiã Donatistas collationem petisse. Quæ
cum iussisset cognitor recitari, rursus illi ad præ-
terita redierunt, & de his ut pronunciaret cogni-
tor flagitare cœperunt, de quibus totiens pronun
ciauerat: id est, de persona & de mandato legato- B
rum, quod sibi ut æderetur totiens superfluo po-
stulauerant. Hoc aũt agebant, quantũ intelligeba-
tur, timẽtes ne gesta præfectoria legerenẽ, ubi suã
causam quibusdam inconsideratis & temerarijs
respõsionibus uulnerauerant. Diu itaq; conflicta
tum est ab eis, & maxime cũ ipso cognitore: cum
ipsi peterent ædi sibi mandatũ legatis iniunctum,
aut pronunciaret eos hoc superfluo petiuisse: ille
autem & pronunciasse se diceret, & pronunciaret
hoc omnino ad præsens non pertinere iudicium,
ubi declararetur imperialibus literis quid petitũ
esset quidue concessum. Et tandem aliquando ad
iussum eius cœperant gesta præfectoria recitari.
Quorum gestorũ cum dies & consules fuissent re
citati, continuo rursus Donatistæ interruperunt,
& eadẽ illa præterita poscere cœperunt. Sed cum C
cognitor interloqueretur, debere gesta recitari, ut
de petitoris persona cõstaret, illi contra ab initio
cœperũt dicere, esse gesta priora, quę deberẽt po-
tius recitari. Contra à catholicis dictũ est, ideo il-
los nolle ut gesta præfectoria legerentur, q̃ in eis
prosecutiones proprias formidarẽt. Obtulerunt
ergo Donatistæ gesta procõsularia, & uicarię præ
fecturę, ubi catholici petierant eos actis municipa
libus cõueniri, ut collatione utrorũq; facta error
de medio tolleretẽ, longe anteq̃ ipsam collationẽ
ab Imperatore petiuissent: et his gestis catholicos
uolebãt ostẽdere, loco assistere petitorũ, quia illic
eos dixerãt hæreticos multa cõtra diuinas leges
humanasq; cõmittere. Contra hoc catholici dice-
bãt, ideo se etiã tũc flagitasse collationẽ, ut contra D
eorũ crimina pro Ecclesia respõderẽt. Itaq; petiue
rũt sæpius ut si ea gesta recitanda essent, quę prio
ra esse cõstaret, illa potius legerenẽ, ubi Donatistę
primit⁹ causam Cæciliani ad Imperatorẽ Cõstan
tinũ p̃ Amillinũ procõsulẽ accusando miserũt: re
citatisq; gestis quę ipsi p̃ferebãt nõ sunt recitata il
la quæ apd̃ præfectos habita iã cœperãt recitari:
& cœpit esse cõflictus, ut si p̃pterea gesta quę Do
natistæ protulerant prælata sunt gestis quæ à ca-
tholicis prolata fuerant, qa priora reperta sunt, ut
ipsa poti⁹ recitarenẽ, saltẽ post ipsorũ recitationẽ
recitarenẽ etiã illa lõge priora, ubi eos appareret
in hac tota causa quę agebaẽ, primit⁹ accusatores
extitisse p̃ p̃consulẽ apud Imperatorem. Ista ergo
ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

ne recitarentur, uehemẽter Donatiſtæ obluctabã A
tur, multis & multiplicibus proſecutionibus reſi
ſtentes, ſicut obluctati fuerãt & extorſerant ne illa
præfectoria legerent. In hac aũt obluctatione ſæ-
pe repetebãt illud iam detritũ & tot interlocutio-
nibus cognitoris repulſum, de mandato legatorũ
ſibi ædendo. Repetebant etiã quæſtionẽ quæ fue
rat iã ante tranſacta, Vtrũ teſtimoniis legis, an pu-
blicis geſtis catholici agere mallẽt. Et dicebãt, ut
ſi teſtimonia diuinę legis eligerẽt, facerent omniũ
legũ publicarũ geſtorumq; iacturam: ſi aũt publi
cis legibus & geſtis agere potius uellent, omitte
rent diuina documẽta. Et tamẽ ſi hoc eligerent ca
tholici, ut publicorũ geſtorum documẽtis potius
agerẽt, dicebãt ſe Donatiſtæ nec hoc permiſſuros
ut ea quæ à catholicis offerebantur geſta legerẽtur:
eo q; haberent ualidã tẽporis preſcriptionem, illã B
ſcilicet, de qua eis fuerat ſufficienter & à catholi-
cis & ab ipſo cognitore reſpõſum, quia ipſam cau
ſam lapſam & agi iã non poſſe dicebãt, quia dies
tranſierat quo mẽſes quatuor cõplerentur. Vehe-
menter eĩm eos timere apparebat, ne geſta legerẽ-
tur, quibus docereť à maioribus eorũ Cæcilianũ
apud Imperatorẽ primitus accuſatũ, & deinde iu
dicijs & Eccleſiaſticis & imperialibus abſolutũ
atq; purgatũ: Hoc eſt, ne ipſa cauſa omnino pro-
pter quã uentũ fuerat, ageret, ubi ſe euidentiſſime
ſuperari poſſe ſentiebãt. Sic aũt nolebant & time-
bant, ut hoc etiã confiteri cogerentur, dicentes q;
ſenſim, id eſt, paulatim inducerent in cauſam, &
ad cauſæ interna deducerẽtur: quod utiq; optare
deberẽt, ſi non de inanibus & moratorijs præſcri- C
ptionibus, ſed de ipſius cauſę ueritate cõſiderent.
Cõtra ergo catholici cũ uehemẽter conarẽtur ut
ad cauſam peruenireť, quò eos prorſus nolle per-
uenire cernebãt, reſpõdebãt tamẽ iterũ atq; iterũ
eiſdem ipſis quæ illi totiẽs iã tranſacta repetebãt.
Et quoniã duo erant quæ in mediũ uenerant, unũ
de æditione mandati quod legatis iniunctum eſt,
alterum utrũ diuinis teſtimonijs, an geſtis publi-
cis catholici agere mallent, De mandati illius ędi
tione & catholici reſponderunt, non ad eos, neq;
ad preſentẽ cauſam omnino pertinere. Ipſe cogni
tor, quod ſæpius pronunciauerat, iterũ pronũcia-
uit, legatorũ perſonam & mandatũ quod ſuſcepe
runt omnino ſe nõ poſſe diſcutere, & ab eo quod
ſibi iniunctum eſt non debere diſcedere: quando- D
quidẽ ſatis apparebat imperialibus literis, quibus
iudex huic cauſæ fuerat cõſtitutus, collationẽ ab
Imperatore cõceſſam. De illo aũt altero, ubi quæ-
rebant quid eligerent catholici utrum diuina do-
cumenta, an geſta publica: ſępius catholici reſpõ
derunt, ſi Donatiſtæ hominum crimina non obij-
cerent, quæ uelut traditoribus obijcere conſueue
runt, ſed tantummodo id quæreretur, quę, uel ubi
eſſet Eccleſia, nihil ſe acturos publicis geſtis, ſed
ſcripturarũ diuinarum tantũmodo teſtimonijs. ſi
aũt in illa hominũ accuſatione & criminatiõe per
ſiſterent, quia & ipſi iſta niſi talibus geſtis demon
ſtrare nõ poſſent, ſine dubio & catholicos huiuſ-
modi crimina geſtis publicis defenſuros. aliter
eĩm iſta nec accuſari poterãt, nec defendi. Hæc eis
ſæpius & à catholicis & ab ipſo cognitore repeti-
ta & inculcata ſunt, multis & uarijs modis multa-
rũ proſecutionũ illis ad eadẽ redeuntibus, & eadẽ
repetẽtibus, ne ageretur cauſa, & ne geſta legerẽ
tur quæ iã in manibus eſſe cernebãt. Sed aliquã-
do uicit cognitor tam longas obſtinationes, &
iuſſit recitari quæ à catholicis data ſunt, & cœpit
tandẽ agi cauſa propter quam tot Epiſcopi partis
utriuſq; cõuenerant. Quod mirabiliter factũ eſt,
ut cũ Donatiſtæ propterea quærerent petitoris
perſonã ne peruenireťur ad cauſam, ipſa inquiſi-
tio petitoris ſubito in medium mitteret cauſam. III

Tertio ergo loco hæc acta ſunt. Lecta eſt rela-
tio Amillini proconſulis ad Imperatorẽm Con-
ſtantinũ: quam quærentibus Donatiſtis unde pro
lata ſit, catholici reſponderunt, in archiuo pro- B
conſulis ſi dubitarent, eſſe quærendũ. In qua rela-
tiõe euidẽtiſſime cõtinetur, ipſos primitus ad Im
peratorẽ Conſtantinum per memoratum procõ
ſulẽ ea quæ Cæciliano crimina obijciebãt, accu-
ſando miſiſſe. Qua perlecta, Donatiſtæ quærere
cœperunt, quẽ ſibi catholici dicerent patrẽ. Qui- Matt.
bus cũ ab eis eſſet reſponſum ſecundum Euange-
liũ, ubi ſcriptũ eſt, Ne uobis dicatis patrẽ in terra,
unus eſt enim pater ueſter deus: etiã hoc audito
nihilominus quærere cœperunt, utrũ eis Cæcilia
nus pater eſſet, an mater. Cum iã dictũ fuiſſet à ca
tholicis, nec patrẽ ſibi eum eſſe nec matrẽ, ſed fra-
trem, ſiue bonũ, ſi bonus eſſet, ſiue malum, ſi ma-
lus eſſet, quia & malus propter ſacramenta cõmu
nia frater eſſet: hinc aliquãto diutius cõflixerunt, C
Donatiſtis eadẽ repetentibus, & catholicis eadẽ
reſpondentibus. Nam & hoc obiecerũt Donati-
ſtæ, quomodo diceret Apoſtolus, Et ſi multos pę 1. Cor. 4
dagogos habetis in Chriſto, ſed non multos pa-
tres: In Chriſto eĩm Ieſu per Euangeliũ ego uos ge
nui. Et reſponſum eſt à catholicis, hoc honorificẽ
tiæ cauſa dictũ propter Euangelicũ miniſterium
quod diſpenſabat Apoſtolus, Nã patrẽ ad fidẽ ſa-
lutemq; æternã non eſſe niſi deũ. Neq; eĩm poſſet
contrariũ Chriſto Apoſtolus loqui, ut cum ille di
ceret, Ne uobis dicatis patrẽ in terra, unus eĩm pa-
ter ueſter deus: contra Apoſtolus tanquam reſi-
ſtens uerbis Chriſti patrẽ ſe diceret eorũ quibus
annunciauerat Euangelium: niſi eſſet utiq; diſtin
guendum, quid diuinæ gratiæ, quid humanæ ho-
norificẽtię, cauſa diceret. Quæſierunt etiam quis
ordinauerit Auguſtinum, neſcio quas ſicut iacta-
bat, calumnias præparantes. Vbi cũ eis intrepide
reſpõderet, à Megalio ſe ordinatũ, qui tũc fuerit
primas Epiſcoporum in Numidia Eccleſię catho
licæ: & urgeret inſtanter, ut iã proferrent quæ pre
parauerunt, ut ibi etiã calumnioſi demonſtraren
tur: illi intentionẽ in aliud detorſerũt, redeũtes ad
Cæciliani perſonã, quã dicebãt catholicę eccleſię
nõ obeſſe, etiã ſi uera eius crimina mõſtrarent: &
tamẽ etiã ipſa nõ poſſe uera mõſtrari. Tunc itaq;
Donatiſtę protulerũt literas, quas ab uniuerſo cõ
cilio ſuo ſe accepiſſe dicebãt, quibus reſpõderetur
mandato catholicorũ, quod primo die actiõis fue

ra allegatum: & die sequenti anteq; ad secundã actionem die tertio ueniretur, data notoria Donatistæ ædi sibi popoſcerant, ut inſtructi poſſent ad cognitionẽ uenire. Et fortaſſe propter has literas diligẽter ſcribendas etiã ipſa ſecunda actione dilationẽ petiuerunt, quæ illis ſex dierũ conceſſa eſt.

IIII Quarto itaq; loco hæc acta ſunt, lectæ ſunt ſupradictæ literæ Donatiſtarũ, quibus conati ſunt reſpondere mandato catholicorũ, quod geſtis primæ actiõis inſertũ eſt. Cui mãdato nõ eos potuiſſe reſpondere inueni, & qui utraq; legere & conſiderare uoluerit, comperiet: quia teſtimonia ex lege & prophetis & pſalmis & apoſtolicis atq; euãgelicis literis deprompta, quibus oſtẽditur Eccleſia catholica per totũ mundũ diffundi incipiẽs ab Hieruſalẽ, unde in propinqua & lõginqua creſcẽdo etiã in Aphricam uenit, & in alia loca & ciuitates per quas primitus dilata eſt: in quibus multæ Eccleſiæ ad ipſam unicã pertinentes, apoſtolico labore fundatæ ſunt, quibus Donatiſtas nõ communicare manifeſtũ eſt: nõ ſolum nõ pertractare, ſed oñino nec attingere uoluerũt: nec aliquod teſtimoniũ in tam prolixa epiſtola ſua proferre auſi ſunt de ſcripturis ſanctis, q̃ aſſereret Eccleſiã partis Donati eſſe prædictã & prẽnunciatã: ſicut tam multa catholici protulerũt pro Eccleſia cui cõmunicant, quæ incipiens ab Hieruſalẽ toto orbe diffunditur. Has ergo partes teſtimoniorũ tantorũ cũ omnino non attigiſſent, ſed tanq; in illo mandato catholicorũ, cui reſpondere uidebantur, dicta nõ fuerint, præteriſſent: illud oſtendere tentauerunt prolatis multis teſtimoniis diuinarũ ſcripturarũ, q̃ Eccleſia dei nõ cũ malorum hominũ cõmixtione futura prædicta ſit: & tamen poſtea cũ ad euangelicã ſimilitudinem ueniſſent, quam catholici in mandato ſuo poſuerant de retibus in mare miſſis, quibus cõgregari dixit dominus oñia genera piſciũ, & bonos à malis in littore, hoc eſt, in fine ſeculi ſeparari: etiã ipſi faſſi ſunt in Eccleſia eſſe permixtos ſaltẽ occultos malos. Zizania uero inter triticũ non in Eccleſia, ſed in ipſo mũdo permixta dixerũt, quoniã dominus ait, Ager eſt hic mũdus. De area ſane cui paleã catholici dixerant uſq; ad tẽpus uentilationis admixtã, tanq; omnino in Euangelio nihil tale ſcriptũ ſit, exponere ſimilitudinem iſtã nec conati quidẽ ſunt, ſed quaſi hoc à ſeipſis catholici dixerint, eã tantummodo reprehẽderunt, uelut ex teſtimonio Hieremiæ prophetæ qui ait, Quid paleis ad triticũ? non attẽdentes unde hoc ille dixiſſet, Non enim aiebat de Eccleſia, ſed de diuinis Prophetarũ uiſionibus & humanis ſomniis, ne ullo modo cõpararentur. Illam quoq; ſimilitudinẽ de ouibus & hædis qui ſimul paſcũtur, et in ſeculi fine ſegregabunt, quã inter alias catholici ex Euangelio poſuerãt, omnino attingere noluerunt. Neq; eñ poterãt illic dicere etiam hædos à paſtoribus in cõmunibus paſcuis ignorari, ſicut dixerãt inter retia piſces malos in mari à piſcatoribus nõ uideri. Itẽ cũ catholici in mandato ſuo uolẽtes oſtẽdere toleratos à bonis in Eccleſia malos, nec bonos malorũ cõtagione pollutos, cõ

Luc. 24

Hier. 23

Mat. 13

Mat. 15

memoraſſent exẽpla prophetarũ & ipſius domini Chriſti & Apoſtolorũ, & poſt hæc etiam bonorũ Epiſcoporũ, & iudicio ipſorũ quoq; Donatiſtarũ qui quoſdã ſuorũ in Maximiniani ſchiſmate poſitos negauerũt Maximiniani cõtagione pollutos: Illi in ſuis literis ad hæc reſpõdere conati de Prophetis & de domino Chriſto & apoſtolis, quodcunq; dixerũt, de Epiſcopis aũt & Maximinianiſtis ſiluerũt. In Epiſcopis eñ premebantur authoritate Cypriani, cuius uerba ex epiſtola eius prolata catholici in ſuo mãdato poſuerũt: quibus manifeſtiſſime oſtẽdebatur, & præcepiſſe ut pro unitate in Eccleſia mali tolerarent, nec propter ipſos Eccleſia relinqueret: & quoſdã collegas ſuos etiã ipſum à quorũ malis moribus lõge abhorrebat, et de quorũ factis peſſimis nõ tacebat, in Eccleſia toleraſſe. Huius ergo authoritate oppreſſi Donatiſtæ cũ de Prophetis & domino Chriſto & Apoſtolis aliq̃d dixiſſent: ad hoc tamẽ, nõ tolerandos in Eccleſia pmixtos malos, de Epiſcopis oñino nihil dicere uoluerũt. Et tamẽ etiã de Iuda traditore, & de ijs quos Paulus tolerauit per inuidiã Chriſtũ annũciantes, ipſe Cyprianus ſic intellexit, ſic ſcripſit, quẽadmodũ ea catholici in ſuo mandato poſuerũt: q̃ & dominus Iudam ad exẽplum malorũ in Eccleſia tolerandorũ pertulerit, & Paulus eos de quibus talia dixit, non extra ſed intra Eccleſiã ſuſtinuerit. de Maximinianiſtis aũt quid reſpõderẽt cũ adhuc homines uiuerẽt, de quibus poſſent apertiſſime facilliméq; conuinci? Proinde ad illud quod in mandato ſuo catholici dixerãt, eoſdẽ Maximinianiſtas à Donatiſtis per iudicia publica baſilicis pulſos, ut cũq; reſpõdere conati ſunt: non ſe criminaliter accuſaſſe, aut ad cõmunionem ſuam inuitũ aliquẽ coegiſſe, ſed res ſuas uel ſuorũ ciuiliter repetiſſe: obliti q̃ Primianus aliquando dicendũ apud acta mãdauit, Illi auferunt aliena, nos intermittimus ablata. Ad illa uero quæ de Maximinianiſtis in catholicorũ mandato dicta ſunt, q̃ à ſe damnatos in integro honore ſuſceperint, q̃ Maximiniani ſocios ab illo pollutos eſſe negauerint, q̃ baptiſmũ ab eis in ſchiſmate datũ approbare potius q̃ reſcindere atq; iterare maluerint, nec leuiter reſpondere tentauerũt: ſed illa oñia miro quodã ſilentio tanq; dicta non fuerint, tranſierunt. De ipſo etiã baptiſmo, q̃ in illo mandato à catholicis dictũ eſt Apoſtolum de quibuſdã dixiſſe, Veritatẽ in iniquitate detinent: ut oſtẽderetur fieri poſſe, ut nõ deſtruenda ueritas in deſtruenda iniquitate teneatur: aut nõ intellexerũt, aut id quod ipſi intellexerãt, ne ab alijs intelligeretur, uerbis ſuis obſcurare uoluerũt, dicentes, hoc Apoſtolũ de gentilium errore dixiſſe: quaſi ad rem pertineat, de quorũ errore dixerit, cũ tamẽ oſtẽderit poſſe ueritatẽ in iniquitate detineri: ut hæc duo cũ in uno homine inuenta fuerint, & approbẽ ueritas & iniqtas corrigat: ſicut catholica facit, cũ agnoſcit in Donatiſtis & amplectitur ſacramẽti ueritatẽ, deteſtatur aũt in eis & corrigit hæreticã iniquitatẽ. Et illud quod à catholicis in mãdato dictũ eſt, nõ ideo deſtruẽdum baptiſmum Chriſti, quia eum etiã hæretici

Iō. 6

Phil. 1

Rom. 1

retici tradunt, sicut non ideo negandus est Christus, quia eũ etiã dęmones cõfitentur: similiter aut non intellexerũt, aut obscurare uoluerũt, dicẽtes catholicos contra martyres locutos, nõ tamẽ exprimentes quos martyres dicerent. Dicentes etiã eos dæmoniis uelle cõmunicare: quasi hæreticis cõmunicetur quando eorũ anathematizat iniquitas, quãuis in eorũ consecratione inuentus baptismus nõ destruat: sicut anathematizat iniquitas dæmonũ, quãuis in eorũ confessione auditum nomen domini nõ negetur. De persecutionibus etiã quas perpeti se queruntur, multa in suis literis posuerũt: nec tamẽ respõdere ausi sunt ad illud quod mandato catholicorũ dictum est, ꝙ ipsi primitus apud Constantinum Imperatorẽ accusauerũt Cęcilianum: qui de Imperatorum legibus cõquerun
tur inuidiam catholicorũ exaggerantes, siue mor
tes, quas eorũ Circumcelliones sibimetipsis inferunt, siue omnia quæ non pro cõmunione Donati, sed pro sceleribus quibus uiolẽter sæuiũt, nefarieq; uiuũt per leges publicas disciplinasq; patiũtur: sicut etiã de oppido Vagaitano cõmemorasse ausi sunt, ubi manifestatũ est, quanta mala cõmiserint, & ꝙ minora perpessi sunt. Ad illud quoq; in catholicorũ mandato, quod dictũ est de purgatione & absolutione Cęciliani & Felicis Aptuginẽsis, de quorũ criminibus apud imperitos solebant catholicis magnã inuidiam concitare: cũ illic tota causa propter quã uenerãt uersaretur, nihil omnino respondere in tã prolixis literis uoluerũt: quia & in eo quod dicebãt, & diuinis testimoniis uelut astruebãt, nõ esse malos in Ecclesia tolerãdos, sed ab eis recedendũ propter contagiũ peccatorũ: ita se dicere demonstrabant, ut tamen ignoratis peccatis alienis neminem maculari posse faterentur. Hoc enim & de malis piscibus dixerãt, ꝙ sicut illos latẽtes in fluctibus, quãuis iã inter retia nõ uidẽt piscatores: sic latentes malos in Ecclesia nesciunt sacerdotes, & ab eis ideo minime polluunt. Nec tamen uel leuiter uel tenuiter in tã prolixis & tanta dilatione accepta conscriptis literis probare conati sunt, quod maxime in mãdato catholicorum commemoratũ est: ut probarent nõ solũ uera esse crimina Cæciliani, nã hoc parũ est, sed etiã Ecclesiæ, quæ per oẽs gentes usq; ad terræ terminos dilatatur, ea probari & innotescere potuisse, ut cõsequenter saltẽ secundũ ipsos posset cognitorũ peccatorum contagione maculari. Cũ itaq; literę Donatistarũ recitatæ fuissent, uoluit cognitor, ut etiã quæ catholici recitanda dederant legerẽtur. Sed Donatistæ ad ea quæ scripserant ut responderẽt flagitare cœperunt. Quod & catholici magis uolebant, ne illæ literæ sic manerent, quasi eis nõ potuerit responderi. Incipiẽtibus ergo catholicis respondere, Donatistę interrũpere & obstrepere cœperunt, ne perpetuus respondẽtis sermo decurreret, sicut eorũ literę nullo interpellante fuerãt recitatę. Volẽtibus ergo catholicis diuina testimonia quæ ipsi posuerant, & ea quæ illic cõmemorauerant ostẽdere quemadmodũ essent accipienda, ne inter se deprehenderẽtur esse cõtraria, cum essent utraq; diuina, & utiq; consona nõ dissona esse deberent, primitus de areæ similitudine cœperũt dicere. Tunc Donatistæ interrũpentes dixerunt, ꝙ de area nõ legeretur in Euãgelio scriptũ. Cumq; expressius à catholicis locus Euangelij cõmemoraret, rursus irrũpendo dixerunt occultos malos dictos esse paleã postea uentilandã. Inde inter strepitus & interruptores eorũ de zizaniis & tritico dissensio nata est propter mundi nomẽ, quod Donatistæ nolebant intelligi Ecclesiã, quia scriptum est, Ager est hic mundus. Et multa testimonia protulerũt, quibus sancta scriptura mundũ non nisi malos cõmemorasset, sicuti est, Qui dilexerit mũdum, nõ est charitas patris in illo: & cætera talia, ut quasi ex hoc ostenderẽt mundi nomine Ecclesiã significari minime potuisse. Contra catholici alia testimonia proferebãt, quibus in bono mũdi nomen esse positũ ostẽderetur, sicuti est, Deus erat in Christo mundũ reconcilians sibi: & cætera huiusmodi, ubi ostẽderetur Ecclesia, quoniã ipsa utiq; per Christũ reconciliatur deo. Et hæc agebãtur, catholicis sermonem suũ prosequendo perpetuare conantibus: illis aũt ne id fieret perstrepentibus: cum suam responsionẽ non reseruarent, sicut catholici fecerãt cũ eorum epistola legeretur, sed crebras contradictiones interponendo, ne catholicorũ prosecutio imperturbata procurreret, impedirent. Flagitantibus itaq; patientiam eorũ catholicis, & per multas cognitoris interlocutiões uix impetrantibus, responderũt literis eorũ, ostendentes multis sanctarũ scripturarum testimoniis & exemplis, malos in Ecclesia sic non esse permixtos, ut quãuis debeat uigilare ecclesiastica disciplina, ad eos nõ solũ uerbis sed etiã excõmunicationibus & degradationibus corripiendos, tamẽ non solũ in ea latentes nesciantur, sed plerũq; propter pacẽ unitatis etiã cogniti tolerẽtur: sic ostendentes diuina testimonia cõsonare, ut & illa quibus cõmendaretur Ecclesia cũ malorũ cõmixtione, hoc tẽpus eius significarent, qualis est in præsenti seculo: & illa testimonia quibus cõmẽdatur nõ habere cõmixtos malos, illud eius tẽpus significarent, qualis uenturo seculo in æternũ futura est: sicut nũc mortalis est, id est, ex mortalibus hominibus cõstat: tunc aũt immortalis erit, quando in ea nemo morietur: sicut ipse Christus isto tempore fuit pro illa mortalis, post resurrectiõem aũt iam nõ moritur, & mors illi ultra non dominabitur, quod etiã Ecclesiæ suæ in fine seculi præstiturus est. Hæc duo tẽpora Ecclesię, quæ nunc est, et qualis tunc erit, significata esse etiam duabus piscationibus: Vnũ ante resurrectionẽ Christi, quãdo mitti iussit retia, nec sinistram, nec dexterã nominans partem, ut nec solos malos, nec solos bonos, sed cõmixtos bonis malos intra retia suorũ sacramentorum futuros doceret, Post resurrectionem aũt quando iussit retia mitti in dexterã partẽ, ut post resurrectionem nostrã bonos solos in Ecclesia futuros intelligeremus, ubi alterius hæreses & schismata nõ erũt, quibus modo retia dirũpuntur. Nam & Euangelium non tacuit in prima piscatione

Matt. 13

1. Io. 2

2. Cor. 5

Rom. 6

Luc. 5

Io. 21

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcatione cõmemorare retia eſſe dirupta: & in no-
Io.21 uiſſima dictũ, Et cũ tam magni eſſent piſces, retia
non ſunt dirupta: De tali Eccleſia dictũ eſſe, ꝙ per
illam nõ erat tranſiturus incircunciſus & immun
dus. Ad immũdos enim pertinere ſchiſmaticas ſe
parationes, quia tũc non erunt, quia retia nõ ſunt
dirupta. Hoc etiam ſignificaſſe, ꝙ coruus auis im
Gen.9 munda exierit de arca, & non redierit. Quæ tamẽ
arca exeunte coruo non utiq; omnibus immũdis
animalibus caruit, ſed in ea fuerunt & munda &
immũda uſq; ad diluuiũ, ſicut in Eccleſia boni &
mali uſq; ad ſeculi finẽ. Sed ſicut nõ de immundis
ſed de mundis animalibus Noe obtulit ſacrificiũ,
ita non ij qui mali ſunt in Eccleſia, ſed ij qui boni
ſunt perueniunt ad eũ. De Prophetis etiã, quia di
xerant Donatiſtæ in literis ſuis, non eos cõmuni-
care illis in quos mala tanta dixerunt: Reſponde-
runt catholici, ꝙ unum tẽplum fuerit quo uniuer-
ſi utebantur, nec quemq; Prophetarũ qui tanta di
xerunt in malos, cõſtituiſſe ſibi aliud templum, ſa
crificia, ſacerdotes. Et ꝙ Donatiſtæ in literis ſuis
poſuerãt teſtimonia ſcripturarũ, qbus oſtenderẽt
ad peccata parentũ etiam filios pertinere, cũ hoc
utiq; nunq; recte intellectũ ſit, niſi de ijs filijs qui
parentũ iniquitates imitarentur. Reſponderũt ca
tholici, Cũ tantum in illum populum & acerba di
cta ſint diuinis eloquijs, quæ etiã ipſi in ſuis literis
cõmemorauerunt, ut quaſi nullus illic remanſiſſe
uideretur bonus, nõ ſolũ ibi fuerunt ijdẽ ipſi Pro-
phetæ ſancti, uerumetiã ex ipſo populo exorti e-
rãt, quos ipſe dominus in ſuæ carnis aduentu lau
Luc.1.2 dabiles reperit, ſicut fuerũt Zacharias & Heliza
bet, & ſicut Ioãnes filiꝰ eorũ, ſicut Simeon ſenex
& Anna uidua. Vnde apparet ꝙ impie, ꝙ calum-
nioſe obijcerẽtur catholicis toto orbe diffuſis cri
mina Cæciliani, cũ Simeoni & Annæ & cæteris
talibus obijci nõ poſſent crimina illius populi in
quo nati fuerant ſacramẽtis eiuſdẽ populi conſe-
crati, quæ crimina eidem populo nõ humana opi
Zach.9 nio, ſed ſermo diuinus obiecerat. Cõmemoratum
eſt etiam teſtimoniũ propheticũ, ubi ſignati ſunt,
ne cũ malis perirent, qui gemebãt facinora, quæ
fiebant in medio eorũ: nec tamen corporaliter ſe-
parati ſunt. Deinde ubi cõmemoratum eſt qualis
ſeparatio bonis hoc tẽpore ab impijs & malis fie-
ri debeat, ne cõmunicẽt peccatis alienis, corde ui
delicet & uitæ morumq; diſſimilitudine, nec ali-
Eſa.52 ter intelligi debere quod ſcriptũ eſt, Exite de me
dio eorũ, recedite inde, & immũdũ ne tetigeritis:
id eſt, diſcernamini aliter uiuẽdo & immũdicię nõ
cõſenſeritis: ibi etiã opportuniſſimo loco reſpon-
ſum eſt Donatiſtis ad illud ꝙd dixerãt, cũ eos pete
ret cognitor ut ſederent, ſcriptũ ſibi eſſe, ut cũ ta-
libus nõ ſederẽt. Dictũ eſt em̃ à catholicis cũ eorũ
literis reſpõderent, nõ ſic intelligendã eſſe ſepara-
tionẽ à malis hoc tẽpore, quemadmodũ illi intel-
lexerant, qui ſecũ tanq; cũ impijs non ſederũt, qa
Pſal.25 ſcriptum eſt, Nõ ſedi in cõcilio impiorũ: cũ utiq;
ſi impios putarent nec illud quod in eodẽ Pſalmo
cõſequenter prohibetur, facere debuerũt, Nã ibi
ſequitur, Et cũ iniqua gerẽtibus nõ introibo. Cũ
A ergo illi intraſſent cum eis quos impios putarent,
quare nõ etiã ſederunt, ut in utroq; non corpora-
lẽ ſed ſpiritalẽ cõſeſſum & ingreſſum deuitaſſe ui
derent. Ibi cõmemorata eſt etiam cauſa Maximi-
nianiſtarum totiens iã illis obiecta, ubi & ſe & il-
los quibus dilationem dederunt in Maximiniani
ſchiſmate poſitos, eiuſdẽ in damnatiõe Primiani
ſocios: tamẽ illius cõtagio dixerunt nõ eſſe pollu
tos, qui Cæciliani criminibus orbẽ Chriſtianum
uſq; ad terminos terræ periſſe cõtenderẽt. Ad hęc
Donatiſtæ cũ ualidiſſimis ſcripturarũ documen-
tis & exemplo ſuo de Maximianiſtis reſpondere
nõ poſſent, ad illud quod iã peractũ fuerat redie-
runt, dicentes mũdum nõ bene intelligi Eccleſiã,
in qua ſimul & triticum & zizania iuſſa ſunt cre
ſcere: cũ catholici & tot teſtimonia diuina iã com
B memoraſſent, quibus oſtẽderetur mundus etiam
in bona ſignificatione poſitus, & in ea non niſi ec
cleſia poſſet intelligi: & quomodolibet acciperẽt
mundus, quando utrunq; ſemen per mundũ cre-
ſceret, nõ debere propter zizania totius mũdi tri
ticũ deſeri. Cũ ergo hæc iã dicta fuiſſent, & quæ- ὥστε ἀλ
ſtio ipſa iam terminata uideret, ad eã rurſus ſum- ἀπορῆ
ma inopia redierunt eadem per eadem replicãtes,
quærentes quomodo potuerit diabolus in Eccle
ſia ſeminare zizania, Deinde calũniantes ꝙ duas
Eccleſias catholici dixerint, unã qtæ non habet
permixtos malos, aliã quę poſt reſurrectionẽ eos
non eſſet habitura, ueluti nõ ijdẽ futuri eſſent ſan
cti cũ Chriſto regnaturi, qui nunc pro eius nomi
ne cũ iuſte uiuunt tolerãt malos. Ad hæc catholi
C ci reſponderunt, etiã ipſos iã fuiſſe confeſſos, eſſe
in Eccleſia uel occultos malos: & uiciſſim quæſie
runt, quomodo eos in Eccleſia diabolus ſemina-
uerit, quod illi quaſi fieri nõ poſſet de zizanijs re
quirebant. Repetierunt etiã catholici teſtimoniũ
Cypriani, qui eandẽ euãgelicã ſimilitudinem nõ
aliter intellexit, ꝙ ut in Eccleſia diceret eſſe zizza
nia, nec latere ſed cerni. Contra quod teſtimoniũ
illi omnino nihil auſi fuerant reſpondere, cum au
thoritatẽ Cypriani tanti habeãt, ut per illã conen-
tur defendere, quod male de iterando baptiſmo
ſentiunt & faciunt. De duabus etiã Eccleſijs calũ
niam eorũ catholici refutarũt identidẽ, expreſſius
oſtendentes quid dixerint: id eſt, nõ eã Eccleſiam
quæ nunc habet permixtos malos alienã ſe dixiſ-
ſe à regno dei, ubi nõ erunt mali cõmixti: ſed ean-
D dem ipſam unã & ſanctã Eccleſiam nunc eſſe ali-
ter, tunc aũt aliter futurã: nunc habere malos mi-
xtos, tũc nõ habiturã: ſicut nunc mortalẽ quod ex
mortalibus conſtaret hominibus, tũc aũt immor
talem, ꝙ in ea nullus eſſet uel corpore moriturus:
ſicut nõ ideo duo Chriſti, quia prior mortuus po
ſtea non moriturus. Dictum eſt etiam de homine
exteriore & interiore: quæ cũ ſint diuerſa, non ta-
men dici duos homines, quanto minus dici duas
Eccleſias, cũ ijdem ipſi qui nunc boni tolerãt per
mixtos malos & reſurrecturi moriuntur, tũc nec
mixtos malos habituri ſint, nec oñino morituri.
De ipſo quoq; numero, quoniam Donatiſtæ ſcri-
pturarũ teſtimonio unam Eccleſiam commenda

uerũt,uelut cõtra duas quas catholicos affirmaſ- A
ſe iactabant:reſponſum eſt à catholicis, etiã mul-
tas Eccleſias in ſcripturis inueniri dictas,& ſeptẽ
Apoc.1 ad quas Ioannes ſcribit,quæ tamen multæ illius
unicæ mẽbra eſſe intelligerent:ut hinc appareret
multo minus ſibi debere obijci duas, cum eandẽ
ipſam unã dixerint,non talẽ nũc eſſe qualis in re-
ſurrectione futura eſſet,quandoquidẽ Apoſtoli-
cis literis non obijciãtur multæ,ex quibus ipſa u-
na conſtaret. Ad hæc Donatiſtæ rurſus,eadem re
plicare non deſtiterunt,inſuper adijciẽtes & inui-
dioſe iactantes,q̃ Eccleſiã mortalẽ catholici dixe
rint,& ideo negantes eam mortalẽ eſſe,quia trini
tas immortalis eſt,cuius gratia cõſecratur Eccle-
ſia. Et quia Chriſtus ideo pro ea mortuꝰ ſit, ut eã
faceret immortalẽ:quaſi catholici dixerint, nõ eã B
fieri immortalem gratia dei, & effuſo pro ea ſan-
guine ſaluatoris: ſed tẽpora eſſe diſcernenda dixe
runt,præſens uidelicet quo moriũtur omnes ſan
cti,ſicut mortuus eſt ipſe Chriſtus:& futurũ, quo
reſurgent & nullo morituro uiuent cũ illo,qui iã
reſurrexit. Hæc inter eos cũ agerentur & quãuis
manifeſta atq; dilucida Donatiſtis certantibus ſu
perflua replicarentur, promiſit cognitor de his ſe
quæ ſatis audiſſet extrema ſentẽtia iudicaturum,
& iuſſit illud agi potius unde extiterit prima cau-
ſa diſſidij. Tunc Donatiſtæ urgere cœperũt,ut de
his quæ audiſſet primitus iudicaret. Quod cũ etiã
catholici exigerẽt,& ille in eo quod dixerat per-
maneret,iuberetq; illud agi potius,ut cauſa primi
diſſidij mõſtraret,petierunt catholici, ut quæ offe C
rebant recitarentur. Quod cũ fieri prȩcepiſſet,ob
nixius Donatiſtæ reſiſtere cœperũt, & cogere ut
iã de cognitis iudicaret,eadẽ quȩ tranſacta fuerãt
repetentes:& addentes,q̃ omnino iudicare de il-
la cauſa non deberet, quã uolebat agi recitatione
eorum,quæ à catholicis oblata fuerant recitãda:
dicentes huius cauſæ Chriſtũ iudicẽ eſſe debere,
& inuidiam facientes catholicis,q̃ hominem pe-
tiuerant iudicẽ, dicẽtes etiã ſolita de perſecutioni
bus quas perpeti uiderentur. Ad hoc catholici re
ſponderũt,Nec de homine iudice poſtulato eos
debere facere inuidiã,qui & de cauſa Maximinia
niſtarũ iudicauerunt,nec eã Chriſto iudici ſerua-
uerũt,& ipſam Cæciliani cauſam primitus ad ho
minẽ,hoc eſt,ad Imperatorẽ Conſtantinum accu D
ſantes miſerunt. Nec de perſecutionibus,q̃ aliqd
ab Imperatoribus pro Eccleſia catholici peterẽt,
cũ eorum Circũcelliones ducibus clericis tã hor-
renda mala cõmitterent. Vbi fruſtra reſponderũt,
nihil hoc ad ſacerdotes pertinere, cũ clericis duci
bus illi talia feciſſe aſſerebant. Ibi etiam cũ dictũ
eſſet, q̃ calce & aceto humanos oculos perſecuti
ſint,in quo ſcelere diabolũ crudelitate peruicerũt
Iob 2 qui hoc in ſancti uiri carne non fecit,quam in po
teſtatẽ acceperat affligendã: hic Donatiſtæ quæ-
ſierunt,utrum qui faciunt filij eſſent diaboli,an q̃
patiuntur: quaſi catholici aliud q̃ paſſiones ſuas
dixerint immaniſſimas à clericis & Circuncellio
nibus eorũ. Veruntamẽ etiã hic nõ prætermiſerũt
catholici, occaſione oblata eis, Maximinianiſtas
obijcere,& dixerunt ſecundũ eorũ ſentẽtiam me-
liores eſſe Maximinianiſtas quos apud tres uel
eo amplius proconſules perſecuti ſunt, Illi em̃ ſi
paſſi ſunt,uicti fecerũt. Et urgebãt catholici ut re
ſponderẽt utrũ ex ipſis quos dãnauerunt & perſe
cuti ſunt,nõ ſuſceperint Felicianũ,& utrũ non eũ
habeant in collegio ſuo. Ad quod illi obiectum ſi
cut ſemper omnino obmuteſcẽtes in aliud ierũt,
obijciendo catholicis, q̃ diabolum defendiſſent,
quia dixerant eũ ſancti Iob oculis peperciſſe, un-
de illũ iſti crudelitate uiciſſent. Et ſuſceperunt ac-
cuſare diabolũ uelut defenſum à catholicis, dicẽ-
tes eũ magis crudeliter in carne Iob oculis peper-
ciſſe,ut manerẽt ad ſpectaculũ uulneris, quod u-
niuerſo corpori inflixerat. Quod multũ mirũ eſt
quare hoc pro magno dicere uoluerint,niſi forte B
ut intelligerentur pie feciſſe,qui oculos in hom-
nibus perſecuti ſunt,ne cruciarentur uidendo uul
nera ſua, quȩ ab eis per totum corpus acceperãt.
Sed cũ iterum Donatiſtæ perſecutiones quas pa
tiunt exaggerantes,ſuorum quaſdã mortes com
memorarẽt in oppido Bagaienſi,Reſponſum eſt
à catholicis eos hoc paſſos eſſe,dum eorũ uiolen
tiæ reſiſteretur, quã & iudici inferri conati ſunt.
In illo oppido cõmemorauerunt catholici ab eis
horrenda eſſe cõmiſſa,ita ut etiam baſilica eſſet in
cenſa,& in ignẽ miſſi codices ſancti. Mortes aũt
illorũ magis eſſe ex cõſuetudine quã habent,ut ſe
ipſi prȩcipitent. Cũq; his Donatiſtis reſpondẽtes
exaggerarent identidẽ uelut perſecutiones, quas
paterẽtur,tanq̃ ex his fructibus ſuos aduerſarios
malã eſſe arborẽ iactantes,& petentes identidẽ ut
de agro & zizanijs & de una immortali Eccleſia
iudicaretur:contrà aũt catholici fructus eorũ cõ
memorarent ſchiſmata & rebaptizationes, & q̃
ipſi primitus maiores ſuos apud Imperatorem ac
cuſaſſent,atq; in huiuſmodi mutuis obiectis diu
cõflictio uerſaretur:maluit cognitor hæc oñia co
hibere,promittens de his iudiciũ poſteriore ſentẽ
tia. Et recitari iuſſit quod à catholicis oblatum iã
legi cœperat & fuerat interruptum. Sic peracta
eſt cauſa Eccleſiæ,quã magnopere catholici cura
uerãt à Cȩciliani cauſa diſtinguere, quoniã ei nõ
poſſet cuiuslibet præiudicari criminibus,quæ cõ
tra oẽs humanas criminationes tot teſtimonia di-
uina meruiſſet. Ex hoc iã cœpit agi etiã cauſa Cæ
ciliani. Quinto ergo loco hæc acta ſunt. Recita V
tæ ſunt duæ relationes Amillini proconſulis ad
Conſtantinũ Imperatorẽ. Vna quæ iã ſuperius e-
rat recitata,quȩ oſtendit maiores Donatiſtarum,
id eſt,de parte Maiorini, dediſſe ſibi chartas crimi
nũ Cæciliani,& poſtulaſſe Conſtantino mitten-
das,ſecq; illas memorato imperatori miſiſſe. Alte-
ra aũt qua oſtẽdit,ex eiuſdẽ Imperatoris iuſſione
denos ex utraq; parte,ad agendã cauſam ut mitte
rẽt eos ſe cõueniſſe,atq; illos promiſiſſe facturos.
Tũ deinde lectæ ſunt etiã literȩ ſupradicti Impera
toris ad Epiſcopos datæ,ubi eis cauſam Cæcilia-
ni iniunxit audiendã. Atq; inde ex ordine legi cœ
pit etiã epiſcopale iudicium Melchiadis Romani
Epiſcopi & aliorũ cũ illo Gallorũ & Italorũ Epi-
ſcoporum

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcoporum, in eadē urbe Romę factū. cuius iudicij prima parte, id eſt, geſtis primi diei recitatis, ubi accuſatores Cæciliani qui miſſi fuerant, negauerunt ſe habere quod in eū dicerēt, ubi etiā Donatiſtæ à Cæſis nigris in præſenti cōuictus eſt, adhuc diacono Cæciliano ſchiſma feciſſe Carthagine: de Carthaginis eīm ſchiſmate exorta eſt aduerſus Eccleſiā catholicā pars Donati: ubi etiam ꝓmiſerūt ijdē aduerſarij Cęciliani alio die ſe præſentaturos, ꝙs cauſæ neceſſarios ſubtraxiſſe arguebātur, & hoc mētiti, ulterius ad iudiciū accedere noluerūt. Hac ergo iudicij parte recitata, cū cœpiſſet recitari, quod alio die geſtū ſit, interruperunt Donatiſtæ, & petere inſtātiſſime cœperunt, ut prius ea quæ offerebant recitarenī, aſſerentes non eſſe ordinis, ut prius abſolutio Cęciliani, quē nondū accuſauerant legeretur: & de hoc aliquanto diutius conflixerunt, cū catholici dicerēt non debere interrumpi quod legi iā cœperat, donec eiuſdem iudicij omnia geſta terminarentur: illi aūt è diuerſo aſſererent, ea quæ interrūpebantur, nec incipi debuiſſe ut legerentur, quoniam nō cōpeteret prius defendi hominē ꝙ accuſari. Ad hoc catholici reſpondebāt, Cū cauſa ſchiſmatis à cognitore quęreretur, petiſſe ut illa legerētur, quæ oblata fuerant ad legendū cū ageret de perſona petitoris. Duas itaq; ob res illas uoluiſſe recitari: ut appareret eos primitus in hac cauſa hominē iudicē poſtulaſſe, ꝙ faciebant catholicis inuidiā, ꝙ in hac collatiōe homo cognitor reſidebat: et ut petitori cōſtaret, quoniam legi cœpta fuerant, nō debere interrūpi, ſed uſq; ad finē recitādo perduci. Inter hæc cognitor cū hoc primo uoluiſſet, quod à catholicis petebatur, ut ea quæ recitari cœperant finirenī: poſtea tamen ei Donatiſtæ extorſerūt, ut ea quę ipſi offerebant dilatis illis legi permitterenī. Tunc Donatiſtæ aliquantū prælocuti ſunt, ꝙ Mēſurius qui fuerat ante Cæcilianū Eccleſiæ Carthaginenſis Epiſcopus, tēpore perſecutionis tradiderit perſecutoribus ſanctas ſcripturas. Et hoc ut probarēt, legerūt eius epiſtolā ad Secundū Tigiſitanū datā, qui tūc habebat primatū Epiſcoporum Numidiæ. In qua epiſtola uidebaī Mēſurius uelut de ſuo crimine cōfiteri, qui tamē nō ſcripſerat ſe ſanctos codices tradidiſſe, ſed potius ne à perſecutoribus inuenirentur abſtuliſſe atq; ſeruaſſe: dimiſiſſe aūt in baſilica nouorū quæcunq; reproba ſcripta hæreticorū, quæ cū inueniſſent pſecutores & abſtuliſſent, nihil ab illo amplius poſtulaſſe. Verūtamē quoſdā Carthaginenſis ordinis uiros poſtea ſuggeſſiſſe procōſuli, ꝙ illuſi fuerāt qui miſſi erāt ad Chriſtianorū ſcripturas auferēdas & incendēdas, quia nō inuenerāt niſi neſcio quę ad eos nō pertinētia: ipſas aūt in domo Epiſcopi cuſtodiri unde deberēt proferri & incēdi: proconſulē uero ad hoc eis cōſentire noluiſſe. In eiſdē etiā literis lectū eſt, eos qui ſe offerrēt perſecutionibus nō cōprehenſi, & ultra dicerent ſe habere ſcripturas, quas nō traderēt, à quib⁹ hoc nemo quæſierat, diſplicuiſſe Mēſurio, & ab eis honorādis eū prohibuiſſe Chriſtianos. Quidā etiā in eadē epiſtola facinoroſi arguebant & fiſci debitores, qui occaſione perſecutiōis uel carere uellēt oneroſa multis debitis uita, uel purgare ſe putarēt, & quaſi abluere facinora ſua, uel certe acquirere pecuniā, et in cuſtodia delicijs perfrui de obſequio Chriſtianorū. Crimen tamen Donatiſtæ non ingerebant Menſurio, niſi de codicibus traditis. mentitū eum quippe dicebant, ꝙ illi nō fuerint codices ſancti, & peccatū ſuū tegere uoluiſſe, quāuis & ipſam fictionē criminarentur. Recitarunt etiā reſcripta Secūdi Tigiſitani ad eūdem Menſuriū pacifice data, ubi & ipſe narrauit, in Numidia perſecutores quæ egerint. Et qui cōprehenſi & ſcripturas ſanctas tradere nolentes, et multa mala paſſi & grauiſſimis ſupplicijs excruciati & occiſi ſunt: eoſq; honorandos pro martyrij ſui merito cōmendauit, laudās eos nō tradidiſſe ſcripturas ſanctas, illius mulieris exemplo, quæ duos exploratores in Hiericho, in quibus figurarent duo teſtamenta uetus & nouū, tradere perſecutoribus noluit. Quod quidē exēplū ſi ſub hac figura eſt intelligendū, Menſuriū potius adiuuabat. In ſuis eīm literis Menſurius reprehendebat eos, qui ſcripturas ſanctas, quāuis eas nō traderēt, ſe tamē habere faterenī, quod mulier illa nō fecit. Neq; eīm eos exploratores, qui quærebanī, apud ſe eſſe cōfeſſa eſt, ſed negauit. Scripſit etiā Secundus & ad ſeipſum miſſos à curatore & ordine Cēturionē & beneficiarium, qui peterēt diuinos codices exurēdos, e. ſcq; reſpōdiſſe: Chriſtianus ſum & Epiſcopus, nō traditor. Et cū ab eo uellent aliqua echola, aut quodcunq; accipere, neq; hoc eis dediſſe exēplo Eleazari Macchabęi, qui nec fingere uoluit ſuillā carnē ſe manducare, ne alijs præberet præuaricationis exemplū. Hæ literæ Menſurij & Secundi donec legendo terminarentur, catholici patienter audierunt, quāuis teſtati fuerint eas eſſe familiares, nec ad cauſam Eccleſiæ pertinere. Cognitor ergo cōmonens Donatiſtas, ut patientiæ uicē redderent, iuſſit perlegi quæ oblata à catholicis iā ex parte fuerant recitata. Hic Donatiſtæ popoſcerūt ut prius etiā legeretur, quod de cauſa Cæciliani offerebant. Hoc quoq; ſine ulla difficultate catholicis permittentibus & cōmendantibus, ꝙ patienter hoc permitterēt, ut hoc eis & illi repēderent, iuſſit quod offerebaī cognitor recitari. Et recitatū eſt à Donatiſtis cōciliū ferme ſeptuaginta Epiſcoporū contra Cæcilianū apud Carthaginē factū, ubi eum abſentē dānauerunt, ꝙ ad eos uenire noluerit tanq; à traditoribus ordinatus, & quia cū eſſet diaconus, uictum afferri martyribus in cuſtodia cōſtitutis, prohibuiſſe dicebaī. Nominati ſunt etiā quidā collegæ Cęciliani, qui traditores aſſerebanī publicis geſtis, quæ tamē geſta nō legebanī. Inter hos aūt maxime Felix Abtugnēſis acerbius accuſatus eſt, ita ut fons malorū omniū diceretī. Deinde ſententiæ à ſingulis dictę ſunt. Primitus à Secundo Tigiſitano qui eorū princeps fuit, Deinde à cęteris, qbus expreſſerunt ſe Cæciliano & collegis eius non cōmunicare. Hoc itaq; cōcilio recitato catholici reſpōderunt, illas literas Menſurij & Secundi adinuicem datas

datas, satis demonstrasse pacatos, nihil postea cri- A minis de facto Mẽsurij uel accusatũ uel iudicatũ: concilĩũ uero quod contra Cæcilianũ factũ lege- rãt, nõ quidẽ habere consulẽ & diem, sed hinc se in illũ crimen obijcere, quod magis negligẽtiæ, q̃ fraudis esse potuerit. Sed obtulerũt ijdẽ catholici aliud concilĩũ sub eodẽ Tigisitano habitũ in ciui- tate Cirtensi, cuius cõsul & dies cũ legeretur, Do natistæ dixerũt, nec consulẽ, nec diẽ talia solere ha bere decreta. Hic catholici respõderũt, illorũ esse istũ forsitan morẽ, qui cõcilia sua nollẽt in aliqua falsitate cõuinci, catholicorũ aũt concilia cõsules & dies semper habuisse. Deinde cœpit idẽtidem concilĩũ, quod catholici attulerãt recitari, ubi Se- cũdus quosdã de quorũ traditiõe audierat, & sin gillatim interrogabat, & eos cõfessos à cõfessu re B mouebat. Quod eo modo recitabaẽ, ut cũ ex Cir tensi cõcilio lecta esset cõfessio traditorũ, legereẽ etiã de cõcilio Carthaginensi nomẽ eius uelut tra ditoris in Cæciliani causa dãnati. Deinde uẽtum est ad ipsius Secũdi Tigisitani à Purpurio Lima- tensi crimẽ obiectũ, cui Purpurio idẽ Secundus occisos ab eo in carcere Milei filios sororis eius obiecerat, Vbi ille uicissim ei crimẽ traditiõis ob- iecit, dicẽs detentũ eũ fuisse à curatore & ordine ut scripturas daret, nec eũ potuisse dimitti nisi ali- quid tradidisset. Hoc aũt quod ei obiecit Purpu- rius, detentũ eũ fuisse à curatore & ordine, ut scri- pturas daret, idẽ Secundus in literis quas Mensu rio rescripserat penè confessus est: ubi ait missum ad se fuisse à curatore & ordine centurionẽ & be- C neficiariũ, & à se scripturas petitas, uel quælibet ἔκβολα ecbola, quę quidẽ se nõ tradidisse dixit. Sed cum ipse illic cõmemorauerit tot martyres qui cũ tra- dere noluissent, excruciati & occisi sunt, quod ipse detẽtus & cõuictus & nolẽs aliq̃d tradere, ni hil pati & dimitti potuerit, nec Mensurio scripsit, nec Purpurio respondit. Non emi cẽturioni & be- neficiario dixit se scripturas nõ habere, sed respõ dit se omnino non tradere. Quod illi auditũ quo- modo illo dimisso renunciare potuerint sine suo exitio, nõ apparet, præsertim qa idẽ Secundus nõ quoslibet infimos, sed etiam patresfamilias, cum hoc ijdẽ persecutoribus respondissent, crudelissi- mis mortibus dixit occisos. Sed de hac re catholi ci nullũ Secundo crimen obiecerunt, sed tantum D modo quid ei Purpurius obiecit, & propter quod pacẽ ne schisma fieret omnia illa deo dimittẽs, cũ traditoribus fecit, recitari uoluerũt, ut quales ho mines in absentem Cæcilianũ sententias dixerint appareret. Hoc aũt recitato, petierunt catholici ut etiã illa quę dilata fuerant legerentur de concilio Carthaginensi, in quo lectum fuerat absentẽ Cæ cilianũ à multis Episcopis fuisse damnatũ. Hoc il- lud consilium quia catholici recitauerant relatio- nes Amillini proconsulis, quibus appareret char tas criminũ Cęciliani Cõstantino Imperatori esse transmissas. Quod utiq; agentes cõfirmauerunt à maioribus suis Cæcilianũ apud Imperatorẽ accu satum. Responsum est aũt à catholicis, illud Car- thaginense concilium sic nõ præiudicare absenti Cæciliano, quẽadmodũ nõ præiudicauit absenti Primiano cõcilĩũ eorũ, à quibus in Maximiniani causa dãnatus est: quoniã magis tenuit pars Do- nati, quod actũ est postea pro Primiano, cui illius cõcilij authoritatem quo fuerat ante dãnatus: sic ergo & in Cæciliani causa debere attẽdi quod po stea gestũ est. Hic Donatistę de Maximiniani cau sa coarctati dixerunt, nec causam causę, nec perso nã præiudicare personæ. Quã sententiã in ore ha bere solent oẽs catholici, cũ Donatistæ aliorũ cri- mina alijs obijciẽtes suã separationẽ defenderẽt, & orbẽ Christianũ nescio quibus Aphrorũ crimi nibus accusarent. Nã & ista collatione totũ quod egerant catholici, ut Ecclesiæ causam à causa Cæ ciliani distinguerent, asserentes in Ecclesia permi xtos malos nõ obesse bonis, nec eos suis macula- re peccatis, hoc utiq; egerant, ut nec causa causæ præiudicaret, nec persona personæ. Quod ab ad- uersarijs dum aliud ageret, uoce apertissima cõfir matũ est. Sed cognitor cũ quæsisset qd de Cartha ginensi cõcilio catholici responderẽt, iterũ respõ- derũt nõ esse cõtemnendã similitudinẽ causę Pri- miani, quia & dominus Christus Iudęos de factis eorũ cõuincens perducebat ad uerũ. Deinde Do natistæ longa prosecutione agebãt, ut ex illius au thoritate Carthaginẽsis cõcilij cõfirmaretur Cæ ciliani dãnatio, q̃ ad tot sacerdotes uenire nolue- rit: quasi non & Primianus ad eos à quibus dãna tus est, cũ eorũ factionẽ cognosceret, simili uolun tate nõ uenerit. & q̃ nõ expectauerit Cæcilianus ut princeps à principe ordinaretur, cũ aliud habeat Ecclesiæ catholicæ cõsuetudo, ut nõ Numidiæ, sed propinquiores Episcopi Episcopũ Ecclesiæ Carthaginis ordinẽt, sicut nec Romanę Eccleśię ordinat aliquis Episcopus Metropolitanus, sed de proximo Ostiensis Episcopus. Hoc aũt dicen tes de sua cõsuetudine, quã nescio quãdo instituerũt, Eccleśię catholicę prę̃iudicare conabanẽ, quę cõsuetudo si antiqua esset, hoc ipsum obiecissent Cæciliano quãdo eũ absentẽ dãnauerunt. Dixe- rũt etiã scripsisse Optatũ, q̃ Cæcilianus dixerit, Si traditores sunt qui me ordinauerũt, ipsi ueniãt & ordinẽt me. Quod quidẽ si dictũ est, ideo dici po- tuit ad illos irridẽdos, quibus hoc mãdasse perhi- beẽ, quoniã certus erat ordinatores suos non esse traditores. Non emi ait, quia traditores sunt: sed, si traditores sunt: ut innocẽtia eorũ probanda resta- ret, ubi ꝓbari recte potuisset. Ad hęc & si qua alia prolixa prosecutione dixerunt, breuiter respõde rũt catholici, non sufficere ad causam Cæciliani Carthaginẽse conciliũ, ipsos etiã iudicasse, qui eã ad Imperatorẽ accusando miserunt: & sic demon strarũt hoc potius esse expectandũ, quo res perue nerit usq; ad Imperatoris sentẽtiã, cui eandẽ cau- sam mittendã dixerũt. Hoc emi catholici instabãt, ut omĩbus maiorũ umbraculis amputatis illa po- tius legerentur, quibus lectis olim causa finita & Cæciliani innocentia manifestata luce clarius ap pareret. Quę Donatistę ut legerenẽ, omĩno nolen tes, quidlibet aliud interponẽdo impediebãt. Nã cum cognitor quæsisset, utrum prius esset factum

Romanus Vpi scopus quo- modo ordina batur

Carthą

Universidad de Deusto
Biblioteca

Carthaginense conciliū, & postea missa fuerit ad Imperatorē causa Cæciliani: dixerunt catholici, quoniā consulē & diē illud concilium non haberet, ad utrunq; se respōdere, quia si prius causa ad Imperatorē missa est, quo exitu terminata sit expecta ri oportere. Si aūt postea, nihilominus non iltorū, sed illius iudiciū esse quęrendū, quò eam post iudi cium suū mittēdam putarūt. Sed cū multa Donatistę insererēt de consule & die, cur in suorū maio rum concilio non legeret, ne hinc falsitatis argue rent, & assererent hanc esse Ecclesiasticā consue tudinē, ne dies & cōsules decretis Episcoporum cōscriberētur, legi uolentes etiā cōcilium Cypria ni, ut hoc probarēt, quia nihil aliud nisi morę quę rebantur: neq; em̄ catholici in eo causam cōstitue rant quādo ad utrunq; responderant, siue prius, si ue posterius esset illud conciliū, quod contra Cæ cilianū apud Carthaginē fecerant: iussit cognitor catholicis instātibus, ut ista potius quæ dilata fue rant legerentur. Tunc Donatistæ aliam quæstio nē interposuerūt morarū plenissimā, sed re uera in qua pro se laborare uoluerunt, si possent ostende re quod uolebāt, illud scilicet Cirtense cōcilium falsum esse, ubi lectæ fuerant confessiones tradito rū inuicem sibi ignoscētiū ne schisma fieret, quia ipsi legebant inter cæteros cōtra Cęcilianū absen tem sententias protulisse. Hoc ergo falsum demō strare conantes multa dixerunt, sed alia leuia esse ipsi iudicantes, duo quædam in ea quæstione mul tū cōmendauerūt, & in eis multū immorati sunt. Vnum, quia contra Ecclesiasticā consuetudinem ipsum Cirtense conciliū diē & cōsulem haberet. Alterū aūt q̄ persecutionis tempore nō posset cō cilium congregari. Exigebant ergo Donatistæ à catholicis, ut uel alia concilia proferrent antiqua Episcoporū, ubi ostēderent cōsules & dies etiam cōscriptos, uel de ipsis sanctis scripturis tale aliqd recitarent. Vbi catholici cū uiderent de re inanis sima moras mirabiles & inexplicabiles interpo ni: quis em̄ eos hinc falsitatē crederet obiecturos, ubi ad maiorē diligētiam temporū attestatio præ notata legeretur, ne forte per hanc esset aliquādo necessaria indagatio ueritatis? quis ergo eos cre deret hoc obiecturos ut præpararet antiqua cōci lia, quibus hanc consuetudinē demonstraret? aut quis tunc iret & uetusta Ecclesiastica archiua re uolueret? Cū hoc uiderēt catholici & in Melchia dis cōcilio diē & consulē demōstrabāt, & de ipsis sanctis scripturis cōmemorauerunt prophetas, in dicia antiquissimorū temporū suis literis præno tasse, quoto anno, cuiusq; mense anni, quoto die mēsis factum esset super eos uerbum domini. Co gnitor aūt illud de die & cōsule obiectū contēnen dum & remouendū existimans, iussit gesta apud Melchiadē habita cętera recitari, & recitata sunt. Quibus apparuit omniū qui tunc cōsederant Epi scoporū sententijs & ipsius Melchiadis, Cæcilia nū absolutū atq; purgatū, Donatū uero damnatū, qui præsens in prima fuerat actione cōuictus, ille scilicet Donat⁹ à Casis nigris, quē præsentē fuisse tūc cōstitit. Sed hoc recitato, cū quæreretur à Do natistis, q̄d respōderent ad illud Cirtense cōciliū, eò redierūt conātes falsum esse mōstrare. Tū dixe runt tēpore persecutionis cōgregare nō potuisse conciliū. Quod cognitor nō contēpsit, & ualidū existimās, à catholicis responsionē poposcit, atq; inter hæc quæsiuit, unde probaretur tēpus fuisse persecutiōis. Tunc Donatistæ protulerunt marty rū gesta, ubi auditi & pro confessione passi sunt. Iussit etiā cognitor cōputare officiū, & renuncia re cōsideratis utriscq; cōsulibus & diebus, & q̄ de cōcilio Cirtensi, & qui de gestis martyrū legebā tur: quia dictū fuerat à catholicis, post illorū mar tyrū passionem, unde persecutionis tēpus proba batur, prope annū consecutū fuisse usq; ad consu lem & diē cōcilij Cirtensis. Responsio aūt cōputa tionis officij mēlem interfuisse suggesserat. Volue runt ergo catholici de tabulis tolli quod dixerāt, ut hoc solū gesta retinerēt quod officiū respōde rat, hoc em̄ uerius esse crediderāt: Sed Donatistæ quod à catholicis dictū erat noluerunt de tabulis tolli: unde catholici non cōtenderunt, ut eorum in hoc calumniosus animus appareret. Porrò aūt illud erat uerius quod catholici dixerant, Officiū aūt in cōputando errans falsum renunciauerat, quod postea conscripta & diligentius cōsiderata gesta docuerūt, sicut potest probare, quē libuerit legere & nō piguerit cōputare. Nā gesta martyrū quibus ostēdebatur tempus persecutionis, cōsuli bus facta sunt Diocletiano nonies, & Maximia no octies, pridie idus Februarias: gesta aūt Epi scopalia decreti Cirtēsis post eorundē consulatū, tertio nonas Martias, ac per hoc tredecim menses interesse inueniūtur, plures utiq; q̄ undecim, q̄s prius catholici minus diligēter cōputando respō derant: sed officiū ut falleretur & mēsem interesse responderet, eundē cōsulatum putauit, post cōsu latū aūt non aduertit ubi annus iā alius agebatur. Proinde catholici tanq̄ ex uera officij responsio ne cogebantur ostendere tēpore persecutionis il los undecim uel duodecim Episcopos in domum priuatā cōuenire potuisse, Donatistis instantibus, ut hoc ex alijs concilijs ostenderent, si aliquo tem pore persecutionis facta Episcoporū cōcilia repe rire potuissent. Quod catholici quoniā tūc inquі rere & ad horam ueteres chartas in archiuis Ec clesiasticis discutere non poterant, respondebant multo facilius duodecim homines in domū cōue nire potuisse eo tēpore, quo etiam congregatiōes plebium fieri solebant, quāuis persecutione ferue te, sicut ipsis gestis martyrū monstrabatur, qui cō fitebantur in passionibus suis se collectā & domi nicū egisse. Hoc aūt catholici dixerant, & antecq̄ supputaret & responderet officium. dictū est etiā à catholicis, Episcopalia gesta illa Cirtensia quæ diligentia maiorū usq; ad hæc tēpora seruari & in ueniri potuerint, sic habenda quemadmodū illæ Epistolæ Mensurij & Secundi, quas Donatistę re citauerunt. Conciliū quippe Carthaginense, ubi absentē Cæcilianum septuaginta damnauerunt, cōmemoratum est, etiam à Melchiade habitum, ubi Cęcilianus est absolutus. Literæ uero illę Mē

surij & Secundi nusq; alibi cõmemoratæ dicebã
tur, unde nullo alio testimonio ueritas earũ asserebat, nec tamen ideo dicebant catholici falsas esse.
Dictũ est etiã hoc à catholicis, ut probarẽt Donatistę si possent, tẽpore persecutiõis sic ad se inuicẽ scripsisse Episcopos, quemadmodũ Mensuriũ & Secundũ scripsisse proferebãt. Quod nõ ideo dicebãt catholici, ut hinc illas Mẽsurij & Secundi literas falsas esse mõstrarent, quæ seu ueræ seu falsę essent causę nihil officerẽt: sed ut hinc intelligerẽt Donatistæ, q; uana tergiuersatione catholicos cogerẽt alia proferre cõcilia persecutiõis tẽpore congregata: quia si eis simili obstinatiõe diceret, proferte & uos alias epistolas persecutiõis tẽpore sic scriptas & missas, quæ si aliquo modo deprehenderent, & codices occultati exigi possent, & ordo & curator & cẽturio & beneficiarius ad discrimẽ capitis peruenire, qui Secũdũ tradere nolentẽ impunitũ dimisisse prodebant, nullo modo ad horã reperirẽt alias Epistolas tẽpore persecutionis ab Episcopis ad Episcopos in tã longinqua terrarũ similiter datas. Cũ ergo hinc diuturna cõflictatio fieret, sæpe repetẽtibus Donatistis nõ potuisse tẽpore persecutionis cõciliũ congregari ad Episcopum ordinandũ, quia in apostatia erat mũdus, nec erant quibus ordinaretur, & cætera talia: catholicis aũt respondentibus, q; & Episcopi facile congregarẽtur tam pauci, ut nec cõciliũ dici debeat, quando plebes congregabãtur, sicut gesta martyrum testarent: & erant sine dubio quibus ordinarent Episcopi, ipsæ utiq; plebes quas tunc solitas cõgregari gesta martyrũ loquebant. Hæc cũ assidue multis & uarijs modis dicerentur, & respõderẽtur: nã & domũ priuatã Christianis congregandis præstitam constitit tempore persecutiõis, sicut in quibusdã gestis martyrũ loquebat, quia Donatistæ dixerunt fieri non potuisse, ut illo tẽpore domũ suã quisq; præberet: & cõmemoratum est usq; adeo non esse incredibile, q; in priuatam domum pauci illi Episcopi persecutiõis tempore cõuenerunt, ut feruente persecutione etiã in carcere docentur baptizati martyres, & illic à Christianis celebrata sacramẽta, ubi Christiani propter eadẽ sacramẽta tenebant inclusi. Inter hęc ergo tandẽ aliquando, sæpe etiã cognitor interlocutus, fieri potuisse illũ conuentũ ab Episcopis, quando & plebes cõgregatę probabant, cõpulit Donatistas, ut cõtra concilũ iudiciumq; Melchiadis, quo Cęcilianus purgatus atq; absolutus legebatur, si haberent aliquid dicerẽt, quoniã illic potius q; in illo Cirtensi concilio causa consisteret. Tunc Donatistæ ipsum Melchiadẽ cœperũt crimine traditiõis arguere, & dicere maiores suos ꝓpter ea illius iudiciũ refugisse, q; traditor fuisset: quasi nõ iã iudicio eius assisterẽt, & respõderent se in Cęcilianũ non habere quod dicerẽt. Sed tamẽ facto iudice intento, utrũ de traditiõis crimine Melchiadis aliquod iudiciũ uel publicũ, uel ecclesiasticũ proferret, ipsisq; catholicis id ut probaret expectantibus & exigentibus, legerũt Donatistæ gesta quædã prolixissima apud præfectũ, ubi nec præfectus ipse cuiusmodi esset apparebat, nec locus legebatur, ubi hæc agebant. Sed gesta ipsa multos multa Ecclesiastica tradentes longissima recitatione sonuerũt, ubi nomẽ Melchiadis oĩno nõ sonuit. Quibus peractis cũ cognitor miraret aliud promissum & aliud recitatũ, illi adhuc eius patientiã deposcentes, gesta alia recitarunt: in quibus legebat Melchiades misisse diaconos cũ literis Maxẽtij Imperatoris & literis præfecti prætorij ad præfectũ urbis, ut ea reciperẽt quæ tẽpore persecutionis ablata memoratus Imperator Christianis iusserat reddi. Et cũ his quoq; gestis nullũ Melchiadis crimẽ & cognitori & catholicis defensoribus appareret, dixerunt Donatistę, Stratonẽ diaconũ, quẽ cũ alijs Melchiades ad recipienda loca Ecclesiastica miserat, superioribus gestis recitatum esse traditorẽ, & ideo uolebant etiã Melchiadẽ crimine traditionis aspergere, q; diacono illo nõ degradato uteret. In prosecutione aũt sua dixerũt Melchiadẽ tertiũ Episcopũ fuisse ab illo, qui tunc erat cũ traditio illa facta esset. Hic cognitor requisiuit, utrũ saltẽ in illis traditiõis gestis esset expressum, q; Straton diaconus fuerit. Et recitatũ est eũ hortatorẽ uanissimæ superstitionis appellatũ: quod non solũ ipse, sed etiã cæteri qui tradebãt, appellabãtur. Sed Donatistę respõderunt, à gẽtibus persecutoribus in cõtumeliã religionis & diaconos & presbyteros ita uocitatos. Ergo catholici respõderũt. Cũ mirũ nõ esset, essetq; in rebus humanis usitatissimũ, ut non duo tantũ, uerumetiã plures homines uno nomine uocarent: fieri quidem potuisse ut ille traditor Straton presbyter fuerit, iste aũt alius Strato diaconus, quoniã Donatistæ dixerant & diaconos & presbyteros hortatores uanissimæ superstitionis à gentilibus appellari: quãquam omnes clericos isto contumelioso nomine gentiles appellare potuerint, & multo esset incertius cuius gradus clericus ille traditor fuerit: ueruntamen etiã si eum diaconum fuisse posset ostẽdi, neq; hoc esse incredibile aut mirũ, cũ ante paruum tẽpus in ipsa urbe Roma duo Petri diaconi fuerint. Illud quoq; additum est à catholicis, quia etsi demonstraretur, quod omnino nõ demonstrabatur, eundẽ Stratonem diaconũ tradidisse, quẽ postea Melchiades ad recipienda loca ecclesiastica cũ alijs diaconis misit, nõ continuo Melchiadẽ isto crimine aspergi, quem potuit persecutio longe facere absentẽ, ut hoc omnino nesciret, eumq; innocentẽ putaret, quẽ nemo reũ accusando mõstrarat. Contra hic frustra Donatistæ eadẽ per eadem diutissime clamauerunt. Post collationẽ sanè etiã de Cassiano Melchiadi calumniati sunt, quia etiã hoc nomẽ & in diaconis inuenit, quos ad præfectũ misit Melchiades, & in illis gestis ubi facta traditio recitata est. Quod si in collatiõe diceret, facile potuit à catholicis respõderi, in tanta turba Romanorũ clericorũ nihil mirũ fuisse si duo uel plures nõ solũ Stratones, sed etiã Cassiani reperirentur, cũ in duodecim Apostolis non solum duo Iudæ, sed etiã duo Iacobi legerẽtur, nisi forte ipsis licuisset Casensem à Donato Carthaginẽsi distinguere

Universidad de Deusto
Biblioteca

guere, cum timerēt, ne maior author ipsorū Donatus Carthaginēsis dānatus in Melchiadis iudicio putaretur: & catholicis non liceret in tanta multitudine clericorū Romanorum habere plures simi libus hominib. appellatos. Falsum ēm erat quod Donatistæ dixerant, cōuenire personas, cōuenire loca, cōuenire regiones: quādo nec loca, nec regiones, nec ipsę expressæ psonarū dignitates de utrisque gestis, sed sola nominū conuenientia legebat, quam in diuersis personis generis humani consuetudo frequētare non cessat. Spernēs itaq; cognitor incertissimas suspitiones, iussit aliquid manifestū contra illa gesta proferri, aut certe Cōstantini iudicium, cuius mentio iam facta fuerat, recitari. Et recitatū est iudiciū Constantini, quemadmodū se inter partes causam Cęciliani cognouisse, & ad Eumeliū uicariū Aphricę scripsisset, q; remotis omnibus arbitris Cæcilianū innocentem, illos calumniosissimos cognouisse testatus est, cōmemorans etiam in Arelatensi oppido pro Cæciliano factum episcopale iudiciū, cui iudicio iam plurimi ex dissensiōe consenserant, reliquis adhuc resilientibus & discordantibus: unde ipse de re tota inter partes coactus est iudicare. Post harū imperialium literarum recitationem, quęsiuit cognitor à Donatistis quid contradicerēt. Ibi Donatistæ rursus ad Melchiadis calūniosam criminationem redire conati sunt: unde cū essent cognitoris interlocutione depulsi, & ab eis esset flagitatū, ut cōtra iudiciū Melchiadis, uel imperialem sententiā si haberēt aliqd recitarēt, respondērūt etiā imperatorias aures pra uis suggestiōibus inflatas. Ibi eis cognitor respondit, quod attētissime aduerterat inter partes fuisse iudicatū. At illi exigere cœperūt, ut hoc legeret, utrum inter partes iudicauerit Imperator. Quod cum fuisset cognitore iubente recitatū, nihil inuenientes quod dicerent, cœperūt de cōsule memoratis imperialibus literis calūniari, q; sine consule fuerant recitatæ. Hinc exorto cōflictu, cum Donatistæ inidiose dicerēt episcopale conciliū cum consule fuisse recitatū, & imperatoris literas consulem nō habere: & catholici respōderent, non ibi causam consistere, cognitor etiā interlocutus est euidentissimis legibus definitū: imperialia cōstituta, etiā si consules non legerent, in dubiū non uocari. Deinde catholici urgebant, ut aperte dicerēt falsum esse quod lectū est. posse ēm archiua cōquiri. Sed hinc repulsi, uelut aliquid ualidissimū prolaturi, petierunt Optatū legi, quod & ante petiuerant: unde se pbaturos dicebant Cæcilianū ab Imperatore dānatum: & promissum eis fuerat, sed dilatū. Prius ergo uolebat cognitor ut exprimerēt, utrū literas imperatorias arguere falsitatis auderent. Quod quidem illi minime audebāt, tamen nihilominus cōsulem deesse inuidiosissime causabant. Optatum uero legi multo instantius flagitabant. Hęc cum diutius agerentur, in alia charta illarū imperialium literarū inuentus est consul. Quod cum esset suggestum, Donatistæ dixerunt. Certe cōsulem habere nō debuit: quasi hoc aliquādo dictum esset q; habere nō debuerit, ac non etiā si consul de fuisset non impediri imperialis constituti ueritatē. Quod cū eis cognitor identidē respondisset, recitatus est & Optatus. Recitantibus Donatistis ubi ait: Eodē tempore idem Donatus petijt ut ei reuerti licuisset & ad Carthaginē accederet: tūc à Philomeno suggestore eius Imperatori suggestū est, ut bono pacis Cæcilianus Brixę teneret, & factum est. In quibus uerbis Optati, cū omnino nulla Cęciliani damnatio, sicut illi demōstraturos se esse promiserant, reperiri potuisset, iussit cognitor totā paginam recitari, ut de superioribus et inferioribus uerbis uoluntas eius q scripserat nosceretur. & ex offi cio recitatū est: Cæcilianus omnium supra memoratorum innocens est pnunciatus. Quod cum recitaretur, Donatistæ dixerunt, hoc se nō petisse recitari, stomachantes aduersus eos, qui risum tenere non poterant, cum audissent ēp apertam contra semetipsos paginā protulisse. Deinde cū illis uerbis quæ ipsi recitauerant, extenuasse dicerent Optatum damnationē Cæciliani, & exprimere noluisse: flagitatum est ab eis ut aliunde manifestū legerent, quod ab illo dicerent extenuatū. Quod cū minime potuissent, etiā inde post aliquantas morarū inanium perplexitates, cum & de Donati nomine contendissent q; non Carthaginensis, sed Casensis Donatus in iudicio Melchiadis aduersus Cęcilianum astitisset, quod & catholici cōcedebāt, aliquādo transitū est. Deinde quia Cōstantini literis, q; bus eum inter partes cognouisse, & pro Cęciliano cōtra illos iudicasse cōstabat, cognitor eos si quid haberent respondere cogebat: petiuerunt suum libellum esse recitandum, quē dicebant datum Constantino à maioribus suis. In quo libello satis aperteq; monstrauerūt, ēp falsum dixerint de dānatione Cæciliani apud Brixā. Idem quippe libellus ostendit quēadmodum cōtra eos senserit Cōstantinus. Nam ibi dicunt nullo modo se cōmunicaturos antistiti ipsius nebuloni, paratosq; esse ppeti quicqd eis facere uoluisset. Quē Constantini antistitē nebulonem utiq; Cæcilianū intelligi uolebant. Quo modo ergo eum Constantini antistitē dicebāt, cui se contra Constātinum loquentes non cōmunicare cōfirmabant, si eum apud Cōstantinum superauerāt, ita ut ab illo Brixæ scirēt esse damnatū. Cū ergo catholici dixissent, hoc eos cōtra seipsos recitasse, hoc idem ipse etiam cognitor esset interlocutus, addiderūt etiā illi fuæ fallitati cōuincendę magnum aliud firmamentum, recitantes ipsius Constantini literas scribentis ad Verinū uicarium, ut libero eos dimittat arbitrio, se iussisse insinuās ut de exilio remearent. In quibus literis Cōstantinus sic eos detestat, ut nihil illa indulgētia possit deformius inueniri. Quos utiq; nō ita culpasset, sed magis laudasset, si ab eis Cęcilianus apud illum uictus ab eoq; damnatus Brixæ relegaret. Ac per hoc ita cōtra seipsos proferentes atq; recitantes, & à Cęciliano se superatos memorati Imperatoris iudicio manifestissime mōstrauerūt: & suā fallitatē, qua eum dicebant esse damnatum, apertissime conuicerūt. Et quia catholicos persecutionem facere, se autē pati gloriabantur, Cęcilianū tamen per suas accu-

sationes ab Imperatore damnatū etiam falso glori A
ari uoluerunt. His itaq; recitatis cum catholici di-
cerent & cognitorem breuiter admonerent, quod
etiā ipse cernebat, pro se illa, hoc est, pro innocen-
tia Cęciliani contra illos fuisse recitata, & hoc idē
etiā ipse fuisset interlocutus, Donatistæ respondē-
runt dicētes: De libero arbitrio nihil dicit potestas
tua. hoc enim putantes secundū Constantini lite-
ras sibi posse à præsente cognitore cōcedi, eas etiā
contra se pro Cęciliani causa recitandas existima-
uerunt. Hic cū eis cognitor respondisset, aliud sibi
esse à præsentis tēporis Imperatore præceptū, ie-
runt in aliud quod contra se identidem multo mi-
rabilius protulerūt. Recitauerunt etiā alias literas
eiusdem Constantini Imperatoris ad Probianum
proconsulem datas, quæ quidē consules nō habe B
bant: sed nihil quasi de obiectione mutua catholici
agere uoluerūt, quāuis & hinc seipsos Donatistæ
conuincerent q; calumniose catholicis id obiece-
rint: cum prior chartula ex qua recitatū est iudiciū
Constantini, quo absolutus est Cæcilianus, consu
les non haberet, qui tamē mox in alia chartula in-
uenti sunt. Istę itaq; literę ad Probianū proconsulē
datæ, continent imperatoris iussionē, qua præce-
pit ut ad se Vigentius mitteret, cuius confessione
in procōsulis Heliani iudicio Felix Abtugnensis
ordinator Cæciliani à crimine traditiōis fuerat ab
solutus. Hoc autem imperiale præceptū ideo Do-
natistæ se recitare dicebāt, ut quasi ostenderēt Cæ
ciliani causam adhuc fuisse suspensam, etiam post
illud iudiciū quo se Constantinus inter partes om C
nia terminasse iam scripserat: cum & in ipsis literis
quas ad Probianū procōsulem datas recitauerint,
quibus quasi ostenderent adhuc pendere iudiciū,
quoniam ad se mitti iusserat Imperator Vigentiū,
tanta contra se legerunt, ut omnino mirum sit qui
bus illa oculis aspicere, uel quo ore pronūciare po
tuerint. Ibi enim Constantinus dixit, ab Heliano
procōsule audientiā præstitam cōpetentem. Feli-
cemq; innocentē ab exustione codicū diuinorum
constitisse. illos aūt esse in præsentia confutandos
qui diuturnis diebus eum interpellare nō quiesce-
rent: ut eis liquido appareret frustra eos Cęciliano
inuidiam cōparare, & aduersus eum uiolenter in-
surgere uoluisse. Hic ergo per illas literas non solū
Cæcilianū, sed etiam Felicē purgatum, secq; inno D
cētium persecutores apud Imperatorem extitisse
docuerunt. Hac aūt accepta opportunitate catho-
lici recitandā protulerunt & ipsius Heliani tunc
proconsulis relationē, de hac re ad Cōstantinū da
tam, ubi se causam Felicis audisse & finisse cōme-
morat & ipsa gesta proconsularia, quibus absolu-
tus est Felix, & omniū necessariarū personarum te
stimonio à traditionis crimine innocens cōproba-
tus. Quibus recitatis quid cōtradici posset cogni-
tor inquisiuit. Tunc Donatistæ quod & ante dice
re cœperant, identidē repetierunt, quęrentes utrū
ex pręcepto Imperatoris directus ad comitatū fu-
isset Vigentius: & quid postea gestū est, ut ostende
retur à catholicis exigentes & gesta procōsularia,
quibus possent uerbis refellere conātes, quibus ab

solutus est Felix: obiicientes gratiam iudicis, uel
suppositas fuisse personas, & cętera quę solent ho-
mines cōtra gesta quibus uincunt suspicionia queri
monia iactitare. Dicebant etiā non recte Felicē ab
sentem fuisse absolutū. Ad ista responsum est à ca-
tholicis, omia quę lecta sunt ad absolutionē Cæci
liani & Felicis apertissime ptinere, si quid aūt Do-
natistæ arbitrarent missō ad comitatum Vigentio
pro se fuisse iudicatū, & mutatum esse iudiciū, quo
Cōstantinus inter partes cognoscens purgato Cæ
ciliano illos calūniosissimos iudicauerat, ipsos de-
bere proferre. Quando aūt hoc catholici dicebāt
in illa temporis breuitate non poterāt considerari
consules: quorum ordinē in ipsis gestis qui uolue-
rit considerans, inueniet posterius ab Imperatore
Constantino absolutū esse Cæcilianum, q; Felicis
causam ab Heliano procōsule discussam atq; pur-
gatam. Post aliquot etiā annos Constantinū scri-
psisse ad Verinum uicariū, quas literas ipsi recita-
uerunt, ubi sibi asserebant liberū arbitrium ab illo
Imperatore cōcessum, in qbus literis eos tanq; pes-
simos & Christianę pacis inimicos ostēdit. Quod
utiq; nō fecisset, si aliqd pro illis cōtra Cæcilianū
iudicasset cū ad comitatū missus esset Vigentius.
Cognitor ergo interlocutus est, non posse gesta,
quę tāta roborauit antiqtas remoueri, nisi alijs po-
sterioribus gestis ecōtrario recitatis. Dictū est etiā
à catholicis magis ad declarandā Felicis innocen
tiam profuisse q; absens fuerat absolutus, quia gra
tiæ suspitio si præsens esset potius oriretur. Vrge-
re deinde cognitor cœpit, ut si qua posteriora gesta
Donatistæ haberēt contra absolutionem Cęcilia-
ni uel Felicis, iamiamq; proferrent. Hic illi ad ea
quę iam totiēs dixerant & catholicis totiēs ad om
nia respondētibus transacta iam fuerāt, rursus qua
si à capite redire et ea replicare conati sunt. Vbi cū
interlocutus esset cognitor, admonens ut eos iam
pigeret eadē repetere quæ pacta & transacta iam
fuerant, & identidē proferre cōpelleret si quid re-
citandū haberent aduersus Cęciliani & Felicis sic
euidentissimas absolutiōes: et illi nihil omnino ad
uersus illa pferentes, eadē repetere non cessarent,
ut de illis quæ dixerant iudicaretur: & contra co-
gnitor illud potius flagitaret, ut legerent si haberēt
quod legi posset aduersus imperiale & pconsula-
re iudiciū, ut posset de omnibus pronūciari, quo-
niam legibus prohibet semiplenā proferre senten
tiam: Instarent etiā catholici ut rebus omnibus co
gnitori manifestatis, & Donatistis quid respondē
ant non inueniētibus, eadē repetentibus tandē ali
quando causa finiret: in ultimo cognitor dixit: Si
contra nihil est quod legatis, exire dignemini ut
possit plena de omnibus scribi sentētia. Et utrisq;
exeuntibus, sententiā scripsit, quam rursus intro-
missis partibus recitauit, qua cōplexus est omnia
quę de prolixa triū dierū actione potuit recordari.
In quibus quædā nō eo ordine quo gesta sunt cō-
memorauit, omnia tamen ueraciter posuit, cōfuta
tos à Catholicis Donatistas omnium documento
rum manifestatione pronuncians.

Collationis tertij diei finis.

Ad

Universidad de Deusto

AD LECTOREM

Hoc loco sequebatur Epistola nomine concilij Cirtensis ad Donatistas scripta post collationē, quam ipse Augustinus negat esse inter Epistolas suas. Certe nos inter Epistolas comperimus, eóque non usum est hic repetere. Est aūt inter Epistolas clij. fo. cxxxiiij. col. ij

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI LIBER CONTRA DONATISTAS POST COLLATIONEM.

Caput I

VID adhuc Donatistę seducimini ab episcopis uestris, quorum fallaces tenebræ clara luce discussæ sunt, quorum apparuit error, quorum pertinacia superata est? Quid adhuc uobis iactant uana mēdacia? Quid adhuc creditis hominibus uictis? Cū uobis dicunt iudicē prędmio fuisse corruptū, quid nouum faciunt? Quid aliud omnes uicti facere consueuerunt, qui ueritati consentire nolunt, nisi ut de iudicis iniquitate mentiātur? Quęrite ab eis, & ad hoc primū uobis respondeant, quare ausi sunt uenire Carthaginē, & in unum locum nobiscū collationis gratia conuenire? Iam ante aliquot annos conueneramus eos publice, ut nobis cōferentibus ueritas appareret, & dissensio quæ nos diuidit de medio tolleret. Sed ipsā ueritatem refugientes, actis responderūt: Indignū est ut in unum conueniant filij martyrū, & progenies traditorum. Quare ergo modo nobiscum conuenire uoluerunt? Puto quod non facerent quod eis uidebatur indignum, nisi cognoscerent nō esse nos progentē traditorum. Aut certe ipsi uobis respondeant, quare dixerūt indignū esse ut in unum conueniāt filij martyrum & progenies traditorū, & in unum postea nobiscū conuenerint. Quæ res eos coegit facere quod indignū est? Non enim ligati adducti sunt, sed omnino liberi cōuenerūt. Si dixerint, quia iusserat Imperator: ergo tunc faciūt quod indignum est quando iusserit Imperator? Quid ergo irascuntur nescio quibus traditoribus ad causam nostrā non pertinentibus? Codices ēm dominicos persecutoribus dare, utiq; indignū est. Quod cum fecit traditor, non habet crimen, quia iusserat Imperator. Hoc dicimus non secundū ueritatem, sed secundum ipsorum peruersitatem: Ipsi enim dixerūt, publica gesta proclamant, apud acta dixerunt. Non quilibet ignotus, sed Carthaginensis Episcopus eorum Primianus hoc dixit. Primianus hoc scriptum magistratui Carthaginis dedit, & à diacono dicendum apud acta mandauit: Indignum est, ut in unum cōueniant filij martyrum & progenies traditorum. Ecce cōuenimus in unum, quid ad ista respondēt? Si dicunt non est indignū: quare mentiti sunt, quando indignū esse dixerūt? Si dicunt, indignum est: quod indignum est quare fecerunt? Vno modo se poterunt asserere quod indignum est non fecisse, & in illis Primiani uerbis non fuisse mentitos, si dicant, indignum est ut in unum conueniant filij martyrum & progenies traditorum: sed nos ideo uobiscum in unum conuenimus, quia cognouimus uos non esse progeniem traditorum. Quod si ita est, quare nobis iam conuenientes in unum, ipsas calumnias obiecerūt, nisi forte ut etiam nos eos cognosceremus nō esse filios martyrum? Martyres enim testes dicuntur, testes aūt Christi, ueri testes sunt. Isti aūt falsi testes inuenti sunt, qui traditionis crimina & aliena alijs obiecerūt, & nec ipsa probare potuerūt. Quid adhuc attenditis humana mendacia, & diuina testimonia non attenditis? Quid adhuc uictis hominibus creditis, & ueritati quæ numq̄ est uicta nō creditis? Veritas enim dei, sicut in ipsa etiam collatione probauimus, perhibuit testimonium Ecclesiæ suæ per multa documenta scripturarum sanctarum, per Prophetícas & Euāgelicas literas, & locus designatus est, unde Christi Ecclesia fuerat inceptura, & finis terræ quousq; peruentura. Per omnes gentes futurā Ecclesiā suam dominus dicit, incipientē ab Hierusalem. Diuina lectio recitatur, quemadmodū cœperit ab Hierusalem, ubi primū congregatis fidelibus missus est de cœlo spiritus sanctus. Diuinæ lectiones recitant quemadmodū se ab Hierusalem per uicina & longinqua diffuderit. Expressa sunt nomina locorum, manifesta sunt nomina ciuitatū, in quibus Ecclesia Christi Apostolico labore fundata est. Quę loca & ciuitates etiam epistolas ab Apostolis accipere meruerunt. Quas epistolas & ipsi in uestris cōgregatiōibus legunt, & tamē non cōmunicant eorum locorū & ciuitatum Ecclesiis, quę ipsas epistolas accipere meruerunt, obijciētes eis nescio quę crimina Aphrorum, quod eorū contagione perierūt, cū ipsi dixerint in hac ipsa collatiōe, quā modo Carthagini habuimus, q̄ nec causę causa, nec personæ p̄sona prę iudicet. Tunc aūt hoc dixerunt, quando eis diximus: Concilīū quod contra Cæcilianū profertis, sic non obest absenti Cæciliano, quemadmodum concilium, quod in causa Maximinianí factū est, ubi dānatus est Primianus, non obest absenti Primiano. Protulerūt ēm ibi septuaginta & quod excurrit Episcopos, q̄ absentē damnauerunt Cęcilianum, cum p̄ferantur non minus centum Episcopi partis ipsorū qui damnauerant absentem Primianum. Quia ergo diximus eis, sic illud non obesse Cęciliano, quemadmodū hoc nō obest Primiano, quoniam contra absentes facta sunt ambo cōcilia: continuo nō inuenientes quid responderēt, et horribiles angustias passi, dixerūt nec causam causæ, nec personā præiudicare personæ: quod aduersus oēs humanas calūnias in ore habet uniuersa catholica Ecclesia, nūc aūt multo fortius multoq; liberius, quādo id qd' semp ueritas tenuit, etiā inimicorum confessio cōfirmauit. Quis ergo hęc sine tristitia perferat grauí? Quis gemitū cohibeat? Quis non in lachrymas & in uocē doloris erumpat, qui hoc digne cōsideraueritt? Ecce ut ab episcopis par-

Cap. II

Luce 24

Actio. 2

Cap. III

tis

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis Donati damnatus Primianus non amittat epi-
scopatum, aut ut Primianus damnatus non inquie
tet partē Donati, nec causæ causa, nec ꝓsonæ per-
sona præiudicat: ut aūt Cæcilianus, quem absentē
inimici similiter damnauerunt, non deputet Epi-
scopus, & contaminet omnes Christianas gentes
usq; ad terminos terræ, & causæ causa, & personę
persona præiudicat? Sed uoce ipsius unitatis cla-
ment Ecclesiæ Pōti, Bithynię, Asiæ, Capadociæ,
cæterarūq; orientaliū regionū, ad quas beatus Pe-
trus Apostolus scripsit: O pars Donati, non noui
mus qd dicatis, quare nobis nō cōmunicatis? Si
Cęcilianus mali aliqd fecit, quod nobis nō proba-
tum est nec demonstratū, tamen si mali aliquid fe-
cit, quare nobis præiudicat? Si nos audire nō uul-
tis, uosipsos audite dicentes: nec causæ causa, nec
personę persona præiudicat. An usqueadeo potest
uestra peruersitas, ut hæc uerba ualeant ne uobis
præiudicet Primianus, & hæc uerba nō ualeant,
Cap. III ut nobis pręiudicet Cęcilianus? Clament etiā si
Apoc. 1 militer Ecclesiæ septē orientales ad quas scribit A
postolus Ioānes, Ephesi, Smyrnæ, Thyatyrę, Sar-
dis, Philadelphię, Laodiciæ, Pergami, & dicant:
Quid uobis fecimus fratres, qui potius Donati q̄
nostræ cōmunionis esse uoluistis? Si Cęcilianus
peccauit, q̄uis & ipsius crimen nō potuistis ostен
dere, quia sicut Primianus uester, sic etiam absens
iste dānatus est. Veruntamen qualiscunq; ille fue-
rit, nos uobis quid fecimus? Quare Christiani cū
Christianis pacē habere nō uultis? Quare in nobis
cōmunia sacramenta rescinditis? Quid uobis feci
mus? Quare Primiani causa non præiudicat parti
Donati, nisi quia uerū est quod dixistis, nec causæ
causa, nec ꝓsonę persona præiudicat? Quare ergo
causa Cæciliani præiudicat hæreditati Christi, in
qua sumus Apostolorū labore plātati? Ad unā no
Apoc.3 strum scribit Apostolus Ioānes, quod habeat pau
ca nomina in Sardis, eorū, qui nō inquinauerūt ue
stimenta sua: nec tamē in eis q ab ipsa Ecclesia im-
mundi fuerūt, illorum paucorū uestimenta pollu
ta sunt: quoniā uerū est quod dixistis, nec causam
causæ, ner personā præiudicare personę. Quomo
do ergo potest causa & ꝓsona Cæciliani præiudi-
care nobis? Aut si nō pręiudicat, quare separamini
à nobis? Dicāt etiā Ecclesię ad quas Paulus Apo-
stolus scribit, Romanorū, Corinthiorū, Philippen D
sium, Colossensiū, Thessalonicensiū, nam de Gala
tia & Epheso iā supra dictū est. Dicāt ergo & isti,
literas ad nos datas fratres quotidie legitis, q uul-
tis adhuc esse de parte Donati. In ipsis epistolis per
nomen pacis nos Apostolus salutauit, dicēs: Gra-
tia uobis & pax à deo patre et domino nostro Iesu
Christo, Quare pacem in nostris epistolis legendo
didicistis, & eā nobiscū tenere noluistis? In tā lon
ginquis terris trans mare positis Aphrū nobis ob
ꝛjcitis Cęcilianū. Certe uerū est quod dixistis, nec
causæ causa præiudicat, nec personę persona. Quę
est ista priuata & peculiaris sanctificatio, qua uo-
bis licet ut Aphræ parti Donati causa nō præiudi
cet Aphri Primiani, nec ꝓsonę Primiani Carthagi
nensis præiudicet Musticani Feliciani, & ad nos

A Aphricana pręiudicia tā longe præmittant. ut no-
bis præiudicet causa Cæciliani? Dicat etiā catholi
ca Ecclesia in ipsa Aphrica cōstituta, & per pacem
atq; unitatē Christi illis omnibus cōmunione co-
pulata. Dicat etiam ipsa: Nec mihi Cæciliani cau-
sa præiudicat, contra quem absentē septuaginta B
piscoporū est prolata sententia, quia non præiudi-
cat Ecclesiæ quæ toto orbe diffundit, in cuius cō-
munione permaneo: aut certe pręiudicet parti Do
nati causa Primiani, quē sui collegæ similiter ab-
sentem in numerosiore cōcilio damnauerūt. Si aūt
ideo nō præiudicat, q̄ nec causa causæ, nec perso
na personæ: multo magis seruanda est ista iusticia
erga unitatē catholicam Christi, si eam seruari er-
ga se postulat pars Donati. Hoc ecclesia catholica
B in Aphrica constituta proclamat: O pars Donati,
tu ista uerba dixisti, tu ista uerba tua recognouisti,
tu istis uerbis etiā subscripsisti, nec causa causę, nec
persona ꝓsonæ pręiudicat. Ego inter spiritus olim
requiescentiū recito Cæcilianum, tu adhuc uides
& tecum habes in corpore Felicianū, à quo dam-
natus est Primianus. In ipsa Primiani causa dāna-
ti, & postea sicut erat Episcopi tibiq; sociati, si tan
tum ualet q̄ nec causa causæ pręiudicat, nec perso
na personæ, ut tibi non præiudicet hodie tecū ui-
uentis cōmunio Feliciani, mihi quomodo præiu-
dicat olim defuncti memoria Cæciliani? Quid ad
ista respōdent, q nobis adhuc iactant inania, & suę
saluti si non se correxerint, nocitura mendacia?
Quid adhuc dicunt nos iudicē corrupisse, ut pro
C nobis sententia ꝓferretur? Nunquid & tanti apud
nos meriti Episcopū præclarissimū defensorē cor-
rupimus, ut pro nobis talia loqueretē? Hoc em̄ age
bamus omnibus uiribus, hoc instabamus, ut Cęci
liani causa atq; persona qualiscunq; fuerit, ad cau-
sam & personam Ecclesiæ, quā deus suis testimo-
nijs roborauit, nō pertinere monstrarē. Hoc age-
bamus similitudinib. euangelicis, ut causa & ꝓso-
na zizaniorū non pręiudicaret causæ & personæ
tritici, q̄uis in eodem agro eadē pluuia simul cre-
scerent usq; ad messem, quādo separari oporteret.
Vt causa & ꝓsona paleæ nō pręiudicaret personę
frumenti, q̄uis in eadem area simul triturarent̄ do
nec nouissima uentilatiōe separarētur: ut causa &
persona hædorū non præiudicaret causæ & perso
nę ouiū, quamuis cōmunibus pascuis utraq; peco
ra permixta seruent̄, donec à pastore summo, in iu
dicio nouissimo, alij ad sinistrā, alij ad dextrā segre Mat. 25
gentur. Vt causa & persona piscium malorū non
præiudicet causæ & personæ piscium bonorū, q̄uis
intra eadem retia tenerent̄ in extremo littore sepa-
randi, hoc est in fine maris, quod significat finē se- Mat. 13
culi. Quibus parabolis & figuris Ecclesia prēnūci
ata est usq; in finē seculi bonos & malos simul ha-
bitura, ita ut nec mali bonis obesse possint, cū uel
ignorant̄, uel pro pace & trāquillitate Ecclesię to
lerantur, si eos prodi aut accusari nō oportuerit,
aut alijs bonis nō potuerit demonstrari: ita sane ut
nec emēdationis uigilantia quiescat, corripiendo,
degradando, excōmunicando, cæterisq; coertiōi-
bus licitis atq; concessis, quę salua unitatis pace in

Ecclesia

Ecclesia quotidie fiunt secundum præceptum A
1. Thes. 3 postolicum charitate seruata, qui dixit: Si quis aũt
non obaudit uerbo nostro, per epistolam hunc no
tate, & nolite commiscери cum eo ut erubescat, &
non ut inimicum existimetis, sed corripite ut fra
trem. Sic enim & disciplina seruat patientiam, &
patientia temperat disciplinam, & utrunq; referẽ
ad charitatem, ne forte aut in disciplinata patiẽtia
foueat iniquitatem, aut impatiens disciplina dissi-
Caput V pet unitatem. Ista cum fiunt à bonis non inqui-
nantur à malis, quia nec eorum peccatis consenti
endo cõmunicant, & ab eis & si non corporali se-
gregatiõe, tamẽ spiritali uitę dissimilitudine & mo
rum diuersitate discedũt, eo modo obedientes prę
Esa. 52 cepto dominico quo ait: Discedite inde, & immũ-
dum ne tetigeritis. Nam qui hoc non spiritualiter B
obseruandũ putãt, arrogantia uanitatis in illud in-
cidunt quod per eundẽ prophetã dominus detesta
Esa. 65 tur dicens: Qui dicũt, noli me tangere, quoniam
immundus sum, hi sumus indignatiõis meæ. Hoc
Episcopi uestri faciendum putauerunt, quando u-
triusq; nostrum à iudice oblato confessu, nobiscũ se-
dere noluerũt, dicentes sibi scriptũ esse, ne cum ta-
libus sedeant: illud utiq; nõ spiritaliter, sed carnali-
Psal. 25 ter intelligentes quod in Psalmis positũ est: Et cũ
impijs non sedebo. & tamen fecerũt quod in eodẽ
ipso loco psalmi pariter prohibeт. Nã ibi dicit Pro
pheta: Et cum iniqua agentibus nõ introibo. Si er
go nos, quia iniquos uel nouerant uel putabant,
ideo nobiscũ sedere noluerunt, quare quod simili-
ter prohibetur nobiscum introierunt, ex parte san C
cti, ex parte polluti: nisi quia scripturas sanctas nõ
intelligendo & carnaliter sapiendo ipsam unitatẽ
dissipauerũt: Non itaq; polluunt mali bonos in eo
dem agro, in eadem area, in eisdẽ pascuis, in eisdẽ
tetibus constituti, quia non eis cõmunicant bo-
ni, sed altari & sacramẽtis dei. Cõmunicant aũt ma
lis, qui cõsentiunt malorũ factis. Scriptũ est enim:
Rom. 1 Non solũ qui faciunt ea, uerũetiam qui cõsentiunt
Cap. VI facientibus. Dum uero mali pacis cõseruandæ
necessitate tolerãtur, non iniquitatis cõmunican-
dæ societate appetuntur, ut cum zizanijs triticum
suauem pluuiã pariter bibat, seruet tamen uberta-
tem suam, nec cõuertatur ad zizaniorũ sterilitatẽ,
sed utrunq; simul usq; ad messem crescat, ne forte
cum colliguntur zizania, eradicetur simul & triti- D
cum, nullam cum bonis habent mali participatio-
2. Cor. 6 nem salutis uel perditionis. Quæ enim participa-
tio iustitiæ ad iniquitatem? Nullam habent cũ bo
nis mali societatẽ regni, aut ignis æterni. Quæ eñ
societas luci ad tenebras? Non habent mali cũ bo
nis consonantiam uitæ ac uoluntatis. Quæ enim
consonantia Christi ad Belial? Non habent boni
cum malis partẽ, nec in pœna criminis, nec in prę
mio pietatis. Quæ enim pars fideli cum infideli?
Et cum intra eadẽ retia donec ad littus perueniãt,
pariter diuina sacramenta percipiant, isti sociãtur,
illi dissociantur: isti consonant, illi dissonant: isti ha
bent partem cum misericordia, illi cũ iudicio: quo-
Psal. 110 niam misericordiam & iudiciũ cantat Ecclesia do-
1. Cor. 11 mino: & qui manducat indigne, indiciũ sibi man-

ducat, non alteri. De ipso quippe panẽ, & de ipsa
dominica manu, & Iudas partem, & Petrus acce-
pit: & tamẽ quę societas, quę cõsonantia, quę pars
Petro cum Iuda? quoniã nec causa causę præiudi-
cat, nec persona personæ. Siue ergo exeãt, de qui-
bus scriptũ est: Ex nobis exierunt, sed nõ erant ex 1. Ioan. 2
nobis: siue intus iudicanť esse, de qbus beatus Cy
prianus apertissime logtur dicẽs: Nam etsi uiden-
tur in Ecclesia esse zizania, nõ tamen impediri de
bet aut fides aut charitas nostra, ut quoniã zizania
esse in Ecclesia cernimus, ipsi de Ecclesia receda-
mus. Quibus uerbis episcopi uestri nihil omnino
ausi sunt respõdere, ẽquis diu frustra cõtenderint,
q̃ non in Ecclesia prædicta sint futura zizania qa
dixit dominus: Ager est hic mundus: nec dixit, a- Matt. 13
ger est Ecclesia. Nos aũt mundum pro Ecclesia si-
gnificatione positũ dicebamus, sicut etiã Cypria-
nus intellexit, quia per totum mundũ futura prę-
figurabať Ecclesia. Vnde illi dicebãt, mundũ semp
in malã significationẽ positũ, & testimonia de scri
pturis dabãt, quia scriptũ est: Si quis dilexerit mũ- 1. Io. 2
dum, non est charitas patris in illo: & cætera talia.
Nos uero nõ solum in malã, sed etiam in bonã si-
gnificationem mundũ in scripturis positũ respon-
debamus, & cõmemorabamus etiam illud quod
scriptũ est: Deus erat in Christo mundũ reconcili- 2. Cor. 5
ans sibi: qui utiq; non sibi reconciliat nisi Ecclesiã.

Siue ergo exeant mali, siue intus uel ignorenť, Cap. VII
uel uideantur, hoc agit misericordia & iustitia dei
ut sibi ad mala non cõsentientibus bonis, mali nõ
obsint, sed utriq; propriam sarcinam portant: ut
nec filius accipiat peccata patris, nisi cum fuerit Ezech. 18
in malis imitatus, sed anima quæ peccauerit ipsa
morietur. Cũ ergo malis consentit ad malum, iam
unam causam habet cum eis, & totius societatis
malorum fit una persona: ac per hoc cũ simul pe-
reunt simulq; damnantur, causa sua & persona sua
cuiq; præiudicat, nõ aliena. Cum uero boni & ma
li idem uerbum dei simul audiunt & simul dei sa-
cramenta percipiunt, & tamen dissimiles habent
actuũ suorum causas, & dissimiles gerũt uolũtatis
diuersitate personas, eundẽ cibum sanctum, alijs
manducãtibus digne, alijs indigne, nec causa cau-
sæ prejudicat, nec persona personę: ac per hoc quę
cunq; testimonia diuinarum scripturarũ Episcopi
nostri commemorare potuerunt, quibus ab omni
malorum hominum permixtione pura prænuncia
batur Ecclesia, non qualis nunc est illis testimonijs
prænunciabatur, sed qualis post istam immortali-
tatem in uita ęterna futura est. Et quæcũq; testi Cap. VIII
monia scripturarũ posuerunt de filijs, quos merito
parentũ imitando malitiã, unam cum eis causam
habere noluerunt: quod non intelligentes diuina
testimonia secũ pugnare cogebant, nec utrasq; uo
ces dei pro diuersitate temporũ, causarum, perso-
narumq; distinguẽtes in concordiã redigebãt, sed
sicut cõtra nos ipsi, etiã uolebant inter se ipsa diui-
na documenta pugnare. Nec mirũ si pacẽ scriptu-
ræ dei non intelligebant, qui pacem cum eius Ec-
clesia nõ habebant. Nos aũt utraq; accipiẽtes testi-
monia, demonstrabamus utrorumq; cõcordiam.

Nam

Nã & illud accipiebamus, quod in suis literis cõ
Esa.52 memorauerunt Ecclesiæ dictũ esse: Nec adijciet
ultra per te transire incircũcisus & immundus: &
Matt.13 illud scriptum est: Sinite utraq; crescere usque ad
messẽ: sed hoc esse in agro, illud futurũ in horreo.
Denique & ipsi qui diu contenderunt, dicentes zi
zania quæ cum tritico simul crescere usq; ad mes
sem permissa sunt, nõ in Ecclesia, sed in mũdo esse,
contra intellectũ martyris Cypriani qui dixit: Et
si uidentur in Ecclesia esse zizania, non tamen im
pediri debet aut fides, aut charitas nostra, ut quo
niam zizania in Ecclesia esse cernimus, ipsi de Ec
clesia recedamus. Et nolentes cõsentire mundi no
mine Ecclesiã posse significari, contra uerba Apo
2.Cor.5 stoli qui dixit: Deus erat in Christo mundum re
concilians sibi: & contra ipsius uerba domini qui
Ioan.3.& 12 dixit: Non uenit filius hominis ut iudicet mundũ,
sed ut saluetur mundus per ipsum. Neq; enim re
conciliari deo & saluari per ipsum mundus potest,
nisi mundi nomine intelligatur Ecclesia, quæ sola
per eum deo reconciliata saluatur: tamen in illa si-
Matt. 13 militudine quam ex Euanglio cõmemorauimus,
q̃ & boni & mali pisces quousq; in littore, hoc est,
in fine seculi separentur, intra eadem retia cõtinen
tur, uicti euidentia ueritatis, malos in Ecclesia usq;
in finem seculi permixtos esse confessi sunt, sed oc
cultos eos esse dixerunt, quoniã sic à sacerdotibus
ignorantur, quẽadmodum pisces intra retia cum
adhuc in mari sunt à piscatoribus non uidentur.
Quomodo ergo testimonium propheticum quod
in sua responsione posuerunt quod Ecclesiæ dictũ
Esa.52 est: Non adijciet ultra per te transire incumcisus
& immundus, ad hoc tempus pertinere intelligit,
quando Ecclesia retibus comparata est, quibus in
mari adhuc positis pisces malos bonis permixtos
uel occultos esse confessi sunt? Vnde manifestum
est nõ nisi de futuro seculo post iudicium nullum
incircumcisum & immundum per Ecclesiam tran
siturum uiolentia ueritatis, quæ suos non in carne
sed in corde torquet inimicos, ut etiam confitean-
Cap.IX tur inuiti. Ecce manifestum est quod dicebatur
à nobis, distinguenda esse tẽpora Ecclesię, nõ iam
nunc esse talem, qualis post resurrectionẽ futura
est: nunc malos habere permixtos, tunc omnino
non habituram: ad illam eius puritatẽ non ad hu
ius temporis permixtionem illa diuina testimonia
pertinere, quibus eam dominus prædixit ab omni
malorum permixtione penitus alienam. Ecce etiã
ipsi ueritate euangelica non aliud coacti sunt con
fiteri, quàm malos occultos nunc ei permixtos es
se. Sed dixerũt: Ecce nunc transit per illã licet oc
cultus immundus, nõ est ergo tẽpus quod prædi
ctum est dicente Propheta: Non adijciet ultra per
te transire immundus & incircumcisus: nũc ergo
transeunt uel occulti. Nam & hoc ipsum quod ait
non adijciet ultra: ostendit eos prius solere trãsire,
sed ultra nõ transituros. Et à nobis inuidiose regre
bant, quomodo potuerit in Ecclesia Christi diabo
lus seminare zizania, cũ ipsi faterent in Ecclesia
malos saltem occultos esse, permixtos, nec uellent
attẽdere à diabolo utiq; seminatos. Hoc etiã ipsum
quod sibi acutum inuenisse uidebantur, contra se
potius proferebant. Si enim propterea retibus Cap. X
bonos & malos cõgregantibus Ecclesiam compa
rauit, quia malos in ecclesia non manifestos sed la
tentes intelligi uoluit, quos ita nesciũt sacerdotes,
quẽadmodum sub fluctibus quid acceperint retia
nesciunt piscatores. Propterea ergo & areæ cõpa
rata est, ut etiã manifesti mali cũ bonis in ea prenũ
ciarent futuri. Neq; enim palea quæ in area est per
mixta frumentis, etiã ipsa sub fluctibus latet, quæ
sic omniũ oculis est conspicua, ut potius occulta
sint in ea frumenta cum sit ipsa manifesta. De hac
aũt areæ similitudine, quia & ipsam intra cæteras
ex Euãgelio posueramus, nihil in literis suis cõtra
nos scribere potuerũt, nisi Hieremiã Prophetam
dixisse: Quid paleis ad triticum? Quod ideo dixit, Hier. 23
quia similia nõ sunt, non quia pmixta esse non pos
sunt: quia in horreo nõ simul erunt, non quia in a
rea pariter non triturant. quanq; Hieremias cum
hoc diceret nõ agebat de populo dei, sed de som
nijs hominũ & uisionibus Prophetarum: quia hęc
duo nulla similitudine cõparanda sunt, sicut pleni
tudini tritici, inanitas paleæ non potest cõparari.
Tentauerunt sanè Episcopi uestri negare in Euã
gelio scriptum, q̃ areæ sit Ecclesia comparata, sed
mox Euangelicorũ uerborum commemoratione
cõuicti, ad idem se conuerterunt, ut etiam ibi dice
rent ocultos malos significatos, nõ manifestos, de
quibus scriptum est: Veniet ferens uentilabrũ in Matt.3
manu sua, & mundabit aream suam, frumenta re
cõdet in horreo, paleas aũt comburet igni inextin
guibili. Vos aũt iudicate, aperite oculos, aures in
tendite ueritati, si propterea sicut ipsi dixerunt, do
minus Ecclesiam retibus cõparauit, quia nõ mani
festos sed latẽtes in eo uoluit intelligi, quos ita nõ
uident sacerdotes, quemadmodũ pisces intra retia
sub fluctibus non uident piscatores: nunquid & a
rea sub aqua uel sub terra triturat? aut certe no
cturnis horis, nõ in sole conterit, aut in ea rusticus
cæcus operatur? Quanto ergo melius seipsos cor
rigunt q̃ Euangelia sancta peruertunt, & ad uanũ
suæ mentis errorem eloquia dominica detorquere
conãtur. Aut enim illa piscium similitudo nõ pro
pter occultos, sed tantum propter mixtos in Eccle
sia malos, q̃ sicut illi ante littus, sic isti ante uenti
labrum bonis in Ecclesia misceantur. Ipsi em̃ nos
admonent, ut in areę palea manifestos in Ecclesia
malos intelligamus, qui pisces intra natantia retia
propter occultos malos intelligi uolunt, quia sicut
illos nesciunt piscatores, sic istos nesciunt sacerdo
tes. Cur enim non dicamus, sic ergo & palea ma-
nifesti sunt mali, quia in aperto eam uident tritura
tores? Sed sicut illi non possunt ante littoris exitũ
separari, sic nec illa potest ante finem debitum uen
tilari. Custodit aũt deus innocentiam sanctorum
& fidelium suorum, sicut piscium bonorum, sicut
pinguium frumentorum, ut intra ista retia non eis
noceant permixta genera reprobanda, & in ista a
rea non eis noceãt permixta palea uentilãda: quia
sicut ipsi dixerũt, relegerũt, subscripserũt, nec cau
sa causę, nec personæ poterit prędiudicare persona.

Hęc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ca. XI Hæc uerba negarēt se forte dixisse, nisi sua pos- A
sent subscriptione conuinci. Ecce quàm diligēter
actū est pro salute nostra, ut uerbis nostris subscri
beremus: quod fieri omnino nolebant, & ut face-
rent tandem aliquādo pudore cōpulsi sunt. nam
extāt uerba eorū ubi hoc facere recusarunt: rur-
sus alia uerba ubi hoc facere consenserunt, quod
primo negauerant. Omnia scripta sunt, omnibus
subscriptum est. Ideo enim uidebantur nolle sub-
scribere, ut negare se possent dixisse qđ dixerāt, &
de gestis corrupti iudicis calumniari. Quod mo-
do quia nō possunt, dicunt ipsum esse corruptū:
quod ut cōtra illos iudicaret, nō nisi ipsi fecerūt,
qui contra seipsos pro nobis tāta dixerūt. Quæ ut
negare nō possent, etiam si coacti & inuiti, suis ta
men prosecutionibus subscripserūt. Ideo ergo no
lebant subscribere, ut liceret eis per calumniā cor B
ruptorū gestorum negare quod dixerant: & ideo
postea instante iudice consenserunt, quia sentie-
bāt oīibus apparere, nihil sibi adiudicari nolen-
do subscribere, nisi se uerba sua ut sibi legerentur
timere. Maluerūt em̄ prosecutiones suas quibus-
cūq; nebulis postea defendere, q̄ eas tā cito dāna
re. Sed uidete, rogamus uos, quēadmodum ipsa
sua defensione se prius implicent, & agāt causam
nostrā & omnino perimant suā. Nam post colla-
tionem posteaq; uicti appellare uoluerūt, obiecta
sunt eis hæc uerba, & ea conantur peiore sua im-
plicatione defendere, quando ab eis quid egerint
quæritis. Ita em̄ uos putant non habere cor, ut nō
intelligatis eos omnino esse superatos, quādo uo-
bis ea dicunt quæ omnino nō dicerent si aliquid C
Ca. XII utile quod dicerent inuenirēt. Quis em̄ ferat ui
ctos homines cōqueri q; nocte contra eos est pro
lata sententia: quasi nō sæpe iudices audiendi ne-
cessitas teneat, ut usq; ad multā partē noctis sede-
re cogantur? Aut ideo non est uerū quod dicitur,
quia per noctem dicitur? Nec audiūt scripturam
Psal. 41 clamantē: Per diem mādauit dominus misericor
Psal. 91 diā, & nocte declarauit. Et iterū, Ad annuncian-
dū mane misericordiā tuā, & ueritatē tuā per no-
ctē. At quod dixerunt, nocte uenisse ad dominum
tenendum persecutores, nō attendunt quoniam
ipsis nocturnis horis etiam dominus ueritatē suis
discipulis prædicauit: nec aduertere uolunt, qđ
scriptū est, apostolum Paulū usq; ad medium no-
ctis produxisse sermonē. Si haberēt uerum quod D
dicerēt, nox eos impedire nō posset: sed sanè tene
brosissimā noctem in suis mentibus patiebantur,
quādo cōtra seipsos tāta proferebāt, nec ad uerita
tis lucē peuersum animū corrigebant. Et adhuc
utiq; dies erat, quādo nobis forensi more de tēpo
re præscribebant, dicentes causam lapsam esse, &
agi iam omnino non posse: nec intelligentes nihil
se hominibus ostendisse, nisi quātum timuerūt ne
agerēt, ubi eorū peuersitas, & catholica ueritas
monstrarēt. Adhuc dies erat, quando uolentes de
struere iudiciū Romani episcopi Melchiadis, quo
purgatus & absolutus est Cæcilianus, etiā ipsum
Cap. XIII Melchiadē traditorē fuisse dixerunt. Cuius cri
minationis cū ab eis esset exacta probatio, gesta

prolixissima recitarūt, ubi Melchiadis nomē qđ
aliquid tradiderit nō fuit. Et recitauerunt etiā alia
gesta, ubi Melchiadē legebatur misisse diaconos
cū literis Maxentij Imperatoris & præfecti præto
rij ad præfectum urbis, ut reciperēt loca quę fue-
rant à Christianis tēpore persecutiōis ablata. Vbi
cū Melchiadis crimē nullum appareret, dixerunt
superioribus traditionis gestis traditorem Strato
nem fuisse recitatū, quod uocabatur unus etiā ex
diaconis quos ad recipiēda loca miserat Melchia
des, eundem ipsum esse contendentes & nō ostен
dētes. Neq; enim Stratonē qui tradiderat, saltem
diaconum fuisse monstrabant. Quod etiā si esset,
respondimus eis, ante paruum tempus in eodē cle
ro ecclesię Romanę duos Petros diaconos fuisse.
Ita mēte cæci, tenebrosas calumnias innectebāt,
addentes etiā manifestissimā falsitatē, quòd nō so- B
lum nomē, sed etiam loca & regiones & personæ
cōuenirent, quibus non alius sed ipse esse Straton
ostenderetur: cū in illis gestis omnino nihil cōue-
niens, prēter similitudinē nominis legeretur, qua
plena est consuetudo generis humani, ut nō solū
duos, sed etiā plures uno nomine uocitent. Nam
ipsi quoq; Donatū suū Carthaginensem, ne in iu-
dicio Melchiadis ipse dānatus putarēt, quē multi
pro magno habent, à Donato Casensi distinguen
dū esse clamauerunt, quia Donatus Carthaginen
sis contra Cæcilianū missus fuerat ad Melchiadis
episcopale iudicium: tā crassam noctē in corde ge
stantes, ut Donatū infamari nollent similitudine
nominis sui, & Melchiadē maculari uellent simili
C tudine nominis alieni. Nunc autē Stratoni etiam
Cassiani nomen addere dicunt, quod in collatiōe
tacuerūt, quasi Straton solus cognomē tale habe
re potuisset, & Cassianus nō potuerit. Nec attēde
re potuerūt interna sua nocte impediti, nō solum
duos Ioānes, unum baptistā, alterū euangelistam,
sed etiam duos Simones, unū Petrum, alterū ma-
gum: in ipso deniq; tam paruo numero apostolo-
rum, non solum duos Iacobos, unum Alphæi, al-
terum Zebedæi, sed etiam duos Iudas, unum san-
ctum, alterū diabolum: cui tamen Iudæ apostolo
sancto quisquis similiter mente cæcus de crimine
Iudæ traditoris calumniarēt, nō nisi istos imitare
tur. Non em̄ mirū est si tales istos calumniatores
post tā longū tēpus patitur existimatio Melchia-
dis de duobus Cassianis, uel de duobus Stratoni D
bus, qualis euāgelica ueritas patit de duobus He
rodibus. Nam quia nō est expressum quis Hero-
des pro Christo occisis infantibus cōtinuo mor-
tuus fuerit, & quis Herodes cū Pilato dominum
persecutus sit, putātes unū fuisse, obijciūt euange
lio crimē falsitatis: Sic isti putātes unū fuisse Stra
tonē uel Cassianū, obijciūt Melchiadi maculā tra
ditionis: & tamē illi tolerabilius errāt, quū nō so-
lū nomē, uerūetiā dignitas consonat, uterq; enim
legitur rex Herodes: isti autē dignitatē cōsonare
mentiti sunt, qa utroq; diaconos fuisse nullo mo
do legere potuerunt. Adhuc dies erat quando Ca. XIIII
Cirtense concilīū, si tamen concilīū dicendū est,
in quo uix undecim uel duodecim episcopi fue-

Universidad de Deusto
Biblioteca

rũt, ubi recitauimus traditores fuisse quosdã, qui cũ Secundo Tigisitano cõtra Cęcilianũ sentẽtias protulerunt, falsum uolẽtes ostẽdere, dixerũt persecutiõis tẽpore nõ potuisse in aliquã domũ illos undecim uel duodecim episcopos cõgregari: & ut probarent tẽpus fuisse persecutiõis, protulerũt martyrũ gesta, ut diebus & cõsulibus cõsideratis, quod tẽpus fuerit appareret. Quæ martyrũ gesta, cõtra seipsos protulisse cõuicti sunt. In eis quippe gestis, manifestũ est illo tẽpore persecutiõis Christianas plebes solitas cõgregari. Vnde cõstitit nõ esse incredibile, ꝙ etiã illi episcopi in priuatã domum similiter conuenisse legebant, ut plebi quæ poterat, sicut gestis martyrũ cõtinebatur, etiã persecutiõis tẽpore cõgregari, occulte ordinaret episcopus, qui posset sibi etiã ipsi occulte clericos ordinare in tãta necessitate, ubi anterior episcopus cũ clero lapsus, per epistolã ipsius Secũdi, quę abistis allegata est, monstrabat. Ex his martyrũ gestis q̃ ipsi proferebãt, admoniti sum⁹ & in alia gesta martyrũ intendere, & inuenimus, & diximus, feruẽte tẽpore persecutionis, & priuatã domũ, ꝙ illi fieri potuisse negauerant, cõgregationi Christianorũ fuisse cõcessam, & in carcere fuisse baptizatos: ut uideret q̃ nõ esset incredibile tẽpore persecutionis in priuatã domũ paucos episcopos cõgregari, quãdo & in ipso carcere celebrabãtur sacramẽta Christi, in quo inclusi homines tenebant pro fide Christi. Quantũ nos ergo adiuuerint gesta martyrũ proferendo, quis nõ uideat qui nõ similẽ noctẽ habet in corde, qualẽ illi habebant qui hoc nõ uidebãt?

Cap. XV

Qui etiã hinc gestis ipsis Cirtensibus calumniabant, quia ibi dies & consules legebant, & exigebant à nobis, ut aliqua ecclesiastica cõcilia proferremus, ubi dies recitarẽtur, & cõsules. Ipsi em̃ Carthaginense conciliũ factũ sine die & consule proferebant. Dicebant em̃ etiã conciliũ Cypriani consules nõ habere, ubi tamẽ legitur dies. in illo autẽ ipsorũ Carthaginẽsi nec dies. Nos autẽ, quod in manibus erat, Romanum conciliũ Melchiadis sicut illud Cirtense & diẽ habere demonstrabamus & cõsules: neq; em̃ tunc ad horã antiqua archiua ecclesiastica discutienda nobis fuerũt, unde ista consuetudo etiã ueterũ fuisse doceretur. Nec tamẽ inanes eis etiã nos calũnias mouere uoluim⁹, quare in Cypriani cõcilio dies inueniretur, in ipsorũ autẽ non inueniretur: quia illi uanas moras uolebãt innectere. Nam etiã hoc exigebãt, ut de scripturis sanctis ostenderemus alicubi dies & consules esse conscriptos: quasi episcoporũ cõcilia scripturis canonicis aliquãdo fuerint cõparata, aut possint etiã ipsi de scripturis sanctis proferre cõciliũ, ubi apostoli iudices sederint, & accusatũ aliquẽ uel damnauerint, uel absoluerint. Et tamẽ respondimus eis, etiam prophetas libros suos prænotatis & definitis cõmendasse temporibus, quo anno, cuius regis, quoto mẽse anni, quoto die mẽsis factũ fuerit super eos uerbum domini: ut ostẽderemus q̃ inaniter & calumniose de diebus & consulib. episcopaliũ conciliorũ quæstiones uanissimas excitarent. Fieri autem potest ut in codicibus sit uarietas, dũ alij etiã dies & consules diligentia maiore describũt, alij superfluum prætermittũt. Sicut etiã codex de quo primũ legimus iudiciũ Cõstantini, quo inter partes Cęcilianũ innocentẽ, illos autẽ calumniosissimos pronũciauit, diẽ & consulẽ non habebat. Quo etiã illi in uidiosissime proclamauerunt, ꝙ Imperatoris literas sine die & consule recitauimus: & tamẽ etiam ipsi alias eiusdem Imperatoris literas in causa Felicis ordinatoris Cæciliani, quas mirabili cæcitate cõtra seipsos protulerũt, sine die & consule recitarũt: nec eis inde aliquid obiecimus, ne similiter ut ipsi tẽpora necessaria superfluis uerbis occuparemus. Hæc autẽ modo dicimus, ut uobis saltẽ oculos aperiamus, & tenebrosa nocte careatis, quam uestri episcopi corde gestabant, qui nocturnã sententiã cogitationi iudicis obiecerũt, & ipsi per diẽ interioribꝫ tenebris inuoluti, mirabili cæcitate cõtra seipsos tãta dixerũt. Legũtur in Actis apud Carthaginis magistratum expressa uerba Primiani, ubi dicit, ꝙ parentes eorũ, nostri maiores uarijs exilijs uexauerũt: & in collatione probare conantur accusantibus maioribꝫ suis, ab Imperatore Cęcilianũ exilio esse damnatũ. Dicunt in literis suis cõmunionẽ suam esse ecclesiã ueritatis, quę persecutionẽ patitur, nõ quæ facit: & conãtur ostendere Cæcilianũ damnatũ iudicio Imperatoris persequentibus maioribus suis. Et hoc dicunt factũ nõ per Donatũ Casensem, sed per eũ quem præ cæteris prædicãt Donatũ Carthaginẽsem. Hoc em̃ scriptis suis per suos modo iactare dicuntur, ubi uicti iudicẽ accusant, quia noctẽ in corde ipsorũ nocturna ueritas cõfutauit. Donatũ illũ, illum inquã Donatũ, quẽ dixerũt ecclesiæ Carthaginensis ornamentũ & martyrialis gloriæ uirũ, sic commendare uoluerunt ut dicerẽt, ꝙ apud Imperatoris Cõstantini cognitionẽ, ipse reũ & asseruerit & conuicerit Cæcilianũ. Illum ergo uirũ glorię martyrialis apud Imperatoris cognitionẽ, Cæciliani damnatio cõsecuta est. Illo uiro gloriæ martyrialis accusante & instante, Cæcilianus ab Imperatore damnatus est. Quod quidẽ nos falsum esse cõuincimus, qui eiusdẽ Imperatoris literas quibus se inter partes audisse & iudicasse testat, ubi Cęciliano absoluto atq; purgato illorũ calumnias detestatus est, prolatas archiuo publico recitauimus. Contra quas omnino qd responderent nihil inuenire potuerũt, ad eas cõfirmandas cõtra seipsos alia protulerũt. Proinde à maioribus eorũ apud Imperatorẽ accusatũ constitit Cæcilianũ, damnatũ autẽ non constitit, immo etiã constitit absolutũ. Sed tamen uel uos uidete quantum adiuuerint causam nostram episcopi uestri, qui de illa uoluerũt etiã falsitate gloriari. Si em̃ Donatus ille uir gloriæ martyrialis apud Imperatoris cognitionẽ reũ asseruit Cæcilianũ, & illo uiro gloriæ martyrialis accusante & instante, Cæcilianus ab Imperatore damnatus est, respõdeant nobis quando hæc agebantur, quis erat martyr, utrũ Donatus qui hominẽ apud Imperatorẽ persequebatur, an Cæcilianus, qui illo persequẽte ab Imperatore damnatus

Cap. XVI

est? Vbi

Universidad de Deusto
Biblioteca

est: Vbi est nunc illa definitiua regula ipsorū communionis Donati, esse ecclesiam ueritatis quæ persecutionē patitur, non quæ facit? Ecce patitur Cæcilianus, Donatus facit. Quis eorum est uir glorię martyrialis? Attendite, aduertite, nolite in errorē perniciosum adhuc usq; seduci. Veritatē quæ uobis occultabatur, deus aperire dignatus est: falsitatem quæ nobis ostendebatur, deus cōfutare dignatus est: Tanto eius beneficio, quare adhuc estis ingrati? Hoc est nempe quod uobis sæpius dicebāt, unde cordis uestri oculos astuta fallacia caligabāt.

Ca. XVII Et adhuc etiā cōuicti inde se iactāt, inde nos lacerant, quia nos facimus persecutionē, ipsi patiuntur. Hoc eis remānsit omni ex parte superatis, unde adhuc nebulas faciāt imperitis, hinc se quasi ostēdentes ecclesiā ueritatis, quæ persecutionē patit, nō quæ facit. Non uos ergo adhuc fallant: hoc eis facimus, quod maiores suos, & ipsum quē prædicāt uelut martyrialis gloriæ uirū Cæciliano fecisse gloriant. Hoc ille egit apud Imperatorē, ut conuictus Cęcilianus illius iudicio dānaretur. Hoc & nos egimus, ut isti cōuicti similia paterētur. Si male fecit, quare hoc ille Donatus faciebat? Si autem recte fecit, quare hoc catholica ecclesia parti Donati nō faciat? Immo recte fieri nec illi dubitāt, qui hoc maiores suos quos multū laudant fecisse gloriantur: nec nos dubitamus, qui hoc esse faciendū negare nō possumus, ut sine effusione sanguinis, qui uerbis nō emēdant, aliqua mitissima pœna legū corripiant inquieti. Et si forte Imperator permotus mēte, sacrilegā pertinaciā grauiore supplicio statuit esse plectendā, mitius agāt iudices quibus semper licuit lenire atq; emollire sentētiā, quā uis nō possit ostēdi Cæcilianū ab Imperatore Cōstātino esse damnatū. A uobis tamē error ille sublatus est, quo putabatis eā esse uerā ecclesiam quæ persecutionē patit nō quę facit: fecit em̄ Donatus, passus est Cæcilianus. Et si persecutionem patitur pars Donati, patit cū illa etiā pars Maximiniani, quā & ipsi Christi ecclesiam nō esse cōfirmāt. Ac per hoc & facere persecutionem nō est iniquitatis indiciū, quia & boni faciunt malis, & mali bonis: & pati persecutionē nō est iustitiæ documentum, quia eā nō soli boni ꝓ pietate, sed mali pro iniqta

Matth. 5 te patiunt. Cū em̄ dixisset dominus, Beati qui persecutionē patiunt: ne inde se iactent hæretici, addidit, propter iustitiā. Nam quanta mala nostris fecerint furiosissimi clerici & Circūcelliões partis Donati, nostis & uos. Incēsæ sunt ecclesiæ, missi in flāmas codices sancti, incēsæ etiā priuatæ domus, rapti homines de sedibus suis, & omnibus quæ inerant ablatis aut perditis, ipsi etiā laniati & excæcati. Nec ab homicidio potuit tēperari, quāuis sit mitius huic luci mori, cū istam lucem auferre uiuēti. Ventū est ad homines, nō ut retēti aliquò ducerentur, sed tamē ut ista paterentur. Nec tamē nostros ideo iustificamus, qa ista perpessi sunt, sed qa pro Christiana ueritate, pro Christi pace, pro ecclesiæ unitate perpessi sunt. Illi autē sub tā multis, sub tā seueris legibus, & sub tāta ecclesiæ catholicæ quā dominus ei tribuit, potestate quid tale patiuntur?

A Si quando enim morte mulctantur, aut ipsi se occidunt aut eorū cruentæ uiolentiæ dum resistitur occiduntur, non pro cōmunione partis Donati, nec pro errore sacrilegi schismatis, sed pro apertissimis facinoribus suis & sceleribus suis, quę more latronū ruentes furore & crudelitate committūt. Pro parte autē Donati uix aliquid tale patiuntur, quale Cęcilianum Donato instante passum esse dixerunt. Aut ergo persecutio nō omnis iniusta est, aut non est persecutio dicēda cū iusta est: Quapropter aut persecutionem pars Donati patitur iustā, aut persecutionem non patitur, quia patitur iuste. Non autē iuste passus est Cæcilianus, quia innocens probatus & absolutus est. Quod quidē illi negauerūt, & potius ab Imperatore damnatū esse dixerunt, & ideo maiores suos maximeq; Donatū, à

B se tanta prædicatione laudatum, Cæciliano persecutionē fecisse confessi sunt. Illum autem conuictū atq; damnatum probare minime potuerūt, immo etiam, quòd nos dicebamus eū esse absolutū atq; purgatum, ipsi quoq; multa contra seipsos legēdo firmarunt, & tamē liberū arbitrium sibi ab Imperatore cōcessum esse iactant. Victi itaq; & confusi, id sibi etiā nunc flagitabant debere cōcedi, quod maiores eorū Cęciliano nō cōcedebant: quē sic apud Imperatorē accusarūt, quē illis accusationibus ab Imperatore damnatū isti etiā mentiri uoluerunt. Si uoluntas libera unicuiq; tribuenda est, Cæciliano prius tribueretur. Si hæc nō homini iudici permittēda, sed deo potius dimittenda sunt, Cæcilianus prius apud Imperatorē nō accusaretur. Ex- Ca. XVIII

C pergiscimini aliquādo, nō uos tartareus obliget somnus, non in profundū sacrilegi erroris adhuc impia cōsuetudo demergat. iā consonate paci, cohærete unitati, acquiescite charitati, cedite ueritati, ecclesiam catholicā incipientem ab Hierusalem cognoscite usquequaq; diffundi: nō cōmunicat pars Donati, cui causa præiudicat Cæciliani. Totiens enim purgatus, totiēs absolutus, etiā si nō esset innocēs, nec causa causę pręiudicat nec persona personæ. Hæc uerba per orbē terrę uniuersa personat ecclesia, clamat etiā membrū illius in Aphrica. Testimoniū dei noui, negotiū Cęciliani nō noui. Credo innocentē à uestris maioribus insectatū, quem lego totiēs absolutū: sed qualiscunq; sit causa eius, causæ meæ nihil præiudicat: qualiscunq; sit persona eius, personæ meæ nihil pręiudicat. Vos hoc dixistis, uos ad hoc subscripsistis, nec causa causæ

D prędiudicat, nec persona personę. Ecce dominus dicit per omnes gētes incipiētibus ab Hierusalē: diuinā ueritatē in una ecclesia teneam⁹, & humanas lites aliquādo finiamus. Nunqd em̄ uerba ista ubi dixerūt, nec causam causæ, nec personā præiudicare personæ, ullo modo post istam collationē defendere potuerunt, ac nō potius se multo perplexius implicarūt? Sic nāq; in quibusdā scriptis suis locuti sunt, causam causę & personam nō præiudicare personæ. A uobis, inquiunt, dictū esse, memori- Cap. XIX ter recensitū est, sed alloquimur nobis nō præiudicari ab ijs qui à uobis uel reiecti sunt, uel damnati: ij autē qui ex Cæciliani ordinatione descendunt,

Luce 14

Universidad de Deusto
Biblioteca

quos de prædeceſſore origo numerat ad reatum, A quẽadmodũ nõ poſſunt ordinatoris ſui criminib⁹ obligari, cũ per ſeriem protenſus peccatorũ funis quoſcũq; cõmuniõis uinxerit uinculo, neceſſe eſt ut conſortes faciat eſſe peccati. O mira defenſio. Tam denſum & arctũ eſt ubi eis adhæſerũt pedes, ut eos euellere conãtes, fruſtra & manus & caput figant, & in eodẽ luto hæſitantes arctius inuoluan tur. Ex eis enim quos uel reiecisse ſe, uel damnaſſe cõmemorant, hoc eſt ex Maximinianiſtis, ſecũ habent Felicianũ & damnatorẽ Primiani, & à ſe damnatũ in cauſa Primiani. Quid eſt quòd funem tã longũ à Cæciliano uſq; ad hæc tẽpora catholicę eccleſiæ implicare contendunt, & catenam ſuam in proximo non attendunt? Præclara quippe il la Bagaitana ſententia de Maximiniano & ſocijs eius: Trahit, inquit, ad cõſortiũ criminis plurimos B catena ſacrilegij. Felicianus ergo iſta catena trahe batur. Sed illis non præiudicat Felicianus, quare nobis Cæcilianus? An ſorte ubi uolũt prę iudicat, ubi autẽ nolunt, cauſæ nõ prę iudicat cauſa, & pro libidine ipſorũ fortior eſt funis antiquus q̃ noua catena? Non prę iudicat Maximinianus Feliciano à quo dãnatus eſt, non præiudicat Maximinianus & Felicianus Primiano à quo dãnatus eſt, nõ prę iudicat Maximinianus eis qui dilationem accepe rũt, quibus in uno ſchiſmate ſociatus eſt, nõ præiu dicat Felicianus parti Donati, à qua in eodẽ ho nore ſuſceptus eſt, nec baptiſmus quẽ in ſacrilego ſchiſmate dedit, ibi deſtructus eſt: & præiudicat Cæcilianus tot Chriſtianis gẽtibus, q̃ ſemel dãna tus eſt abſens? Quomodo Primian⁹ ter abſolutus C eſt præſens, quomodo nõ Primianus? Prę iudicat nobis olim defunctus ignotus, & iſtis nõ prę iudi cat uiuus, à quibus legit paulò ante dãnatus, & q̃ bus cernit modo ſociatus? Nobis inuoluit funis Cæciliani à quibus ignorat, & illis nõ inuoluitur catena Feliciani quorũ in eũ ſententia recitat ubi ipſa catena dãnatur? Illis licet dicere, ſuſcepimus quos dãnauimus pro pace Donati, q̃ nec cauſa cauſę prę iudicat, nec perſona perſonę: & nobis nõ licet dicere propter eos quos damnaſtis, nõ deſeri mus pacẽ Chriſti, q̃ nec cauſa cauſæ præiudicat nec perſona perſonæ? O ferreã frontẽ, o furoris te nebras, nocturnã ſententiã iudici obijciẽtes, & ui ſu cordis nocte palpãtes, offendẽtes, cadẽtes, cõtra nos rabide litigantes, & pro nobis tanta dicentes. D

in eodem luto hæſitantes

Cap. X X Inſuper adhuc etiã modo cõmemorare audent prophetica et apoſtolica teſtimonia, q̃bus nos uni uerſaliter in illa collatiõe reſpõdimus, oſtendentes ipſos prophetas ſanctos cũ iniquis in uno templo, ſub eiſdẽ ſacerdotibus, inter eadẽ ſacramẽta uerſa tos, nec tamẽ à malis fuiſſe pollutos: q̃ nouerant inter ſanctũ & immundũ, nõ ſicut iſti ſentiũt cor poraliter populũ diuidẽdo, ſed bene iudicando & bene uiuẽdo diſcernere. Et hoc ſine intermiſſione
2. Tim. 2 faciebãt, ut in illa domo magna, ſicut dicit Apoſt. alia uaſa in honorẽ, alia in contumeliã, ſeipſos à ta libus morũ diuerſitate mũdarent, & eſſent uaſa in honorẽ utília domino ad oñe opus bonũ parata. Sed bene quod ipſi ex multis teſtimonijs, q̃ in lite- ris ſuis nõ intelligẽtes inſeruerũt, quas in collatiõe protulerũt & legerũt tanq̃ præcipuum de Aggeo propheta teſtimoniũ modo poſt collationẽ dicti cõmemorarũt. In iſto ergo propheta multo euidẽ tius quod uolumus demõſtramus, q̃a nõ corpo lis ſed ſpiritalis cõtact⁹, qui fit per cõſenſionẽ, ipſe polluit homines, quorũ cauſam unã facit ipſa con ſenſio. Nã quando impios dominus etiam uiſibili pœna perdere uoluit, ipſe ab eis iuſtos admonitio ne ſeparauit. Sicut Noe cũ domo ſua ab eis quos diluuio fuerat perditurus. Sicut Loth ab eis quos igne fuerat cõſumpturus. Sicut populũ ſuũ à ſyna goga Abiron, quã fuerat extincturus. Ideo & illũ qui nõ habebat ueſtem nuptialẽ, nõ illi qui inuita uerũt, ſed ipſe dominus cuius erat conuiuiũ, ligari iuſſit & proijci. Neq; eñ & ipſe ſicut piſcis ſub flu ctibus erat, & ſic ab inuitatorib. quomodo piſcis à piſcatoribus uideri nõ poterat. Proinde ne puta reẽ, ſicut iſti putãt, q̃ uelut unus in turba latenter ſubrepſiſſet ignaris, cõtinuo dominus in eodẽ ipſo uno, quẽ ligatis manibus & pedib. in tenebras ex teriores ex illo cõuiuio proijci iuſſit, multã ſocieta tẽ malorũ eſſe intelligendã, inter quos pauciores boni in cõuiuio domínico uiuũt, ſignificare nõ di ſtulit. Nam poſteaq̃ dixit: Ligate illi manus & pe *Matt. 22* des, & proijcite eũ in tenebras exteriores, ibi erit fletus & ſtridor dentiũ: cõtinuo ſubiecit: Multi eñ ſunt uocati, pauci uero electi. Quomodo hoc ue rum eſt, cũ potius unus è multis fuiſſet proiectus in tenebras exteriores, niſi q̃a in illo uno grãde cor pus figurabat omniũ malorũ ante domini iudiciũ cõuiuio dominico permixtorũ? A quibus ſe boni corde interim ac moribus ſeparant, ſimul manducantes & bibẽtes corpus & ſanguinẽ domini, ſed cũ magna diſtinctiõe: q̃a iſti in honore ſpõſi indu ti ſunt ueſte nuptiali, nõ ſua quęrẽtes, ſed quæ Ieſu Chriſti: illi autẽ nõ habẽt ueſtẽ nuptialẽ, hoc eſt, fi deliſſimã ſponſi charitatẽ, ſua quærẽtes nõ quę Ie ſu Chriſti. Ac per hoc etiã etſi in uno eodẽq; cõui uio, iſti miſericordiã mãducant, illi iudicium, quia ipſius cõuiuij canticũ eſt, quod & ſupra cõmemo raui: Miſericordiã & iudiciũ cãtabo tibi domine: *Pſal. 100* nec ideo tamen dormit eccleſiaſtica diſciplina, ut corripiat inquietos. Neq; eñ à populo dei ſepara mus, quos uel degradando uel excõmunicãdo ad humiliorẽ pœnitẽdo locũ redigimus. Et ubi hoc facere pacis & trãquillitatis eccleſię gratia nõ per mittimur, nõ tamen ideo eccleſiã negligimus, ſed toleramus quæ nolumus, ut perueniamus quò uo lumus, utẽtes cautela præcepti dominici, ne cũ uo luerimus ante tẽpus colligere zizania, ſimul eradi cemus & triticũ: Vtentes etiã exẽplo & præcepto beati Cypriani, q̃ collegas ſuos fœneratores, frau datores, raptores, pacis contẽplatione pertulit ta les, nec eorũ cõtagiõe factus eſt talis. Vnde & nos ſi triticũ ſumus, eiuſdẽ beati martyris uerba fiden tiſſime dicimus: quia etſi uidentur in eccleſia eſſe zi zania, nõ tamẽ impediri debet aut fides, aut chari tas noſtra, ut quoniã zizania in eccleſia cernimus, ipſi de eccleſia recedamus. Hæc uerba iuſtiſſime ac piiſſime dicerẽt maiores noſtri, etiã ſi Cęcilianũ & aliquos

& aliquos episcopos eius malos uiderent, quos tamen ab ecclesia separare nō possent, propter illos quibus mali demōstrari nō poterāt, & eos bonos & innocētes putabāt: Hæc uerba omnino dicerēt, hoc omnino sentirēt, ne cum uellent temere zizaniam separare, simul & triticum eradicarēt. Quòd
3.Reg.13 ergo iussus est quidam propheta nec panem manducare nec aquam bibere in Samaria, quò missus fuerat ut corriperet eos, qui uaccas constituerant adorandas more idolorum Aegyptiorū, hoc omnino facere debuit quod præceperat dominus, cui tūc eo modo illos corripere placuit, ut nihil ibi tāgeret Propheta quem miserat. Nunquid enim in ecclesia non fit quotidie, quando eos quos acrius corripimus, etiā si in eorum possessione sumus, nihil ibi apud eos contingimus, ut sentiant quātum eorū peccata doleamus. Nunquid tamē ideo etiā plebis discessio facienda est, ut sicut mollis herba indiscrete eradicētur infirmi, qui de pectoribus hominum & ignotis factis, etiam si nobis sint cognita, iudicare non possunt? Nam in ipsa Samaria & Helias & Heliseus erant, & si ipsi in solitudine, nō tamē deuitādorū sacramētorū causa, sed quia persecutionem ab impijs regibus patiebantur: Nam illic erant, nō utiq; in solitudine, separata, quę ipse ignorabat Helias, septem milia uirorum, qui non curuauerunt genu ante Baal. Deniq; inter præcipuos sanctos habitus Samuel & grauiter Saulem corripuit, & cum eo tamen ad offerendum deo sacrificium sine excusatione perrexit: nec peccatorū eius contagione pollutus est, sed omnino mūdus meritorū suorū conseruatione permansit. Sed istā nobis quæstionem quamuis euidenter & in collatione & modo soluta sit, euidentius tamen soluit Aggeus, cuius testimoniū præ cæteris elegerunt, ut solū adhuc præ omnibus iactent. Arguit domi-
Aggei 1 nus per Aggeum prophetā, populum ex Babylonia residuum ubi captiuus tenebatur, q̄ domum dei negligerēt, & suas domos extollerent, & dicit propterea se plaga sterilitatis eorum percussisse regionē. Tunc Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech sacerdos magnus, & omnis ille populus diuinitus inspiratus operari cœpit in domo
Ibidem domini dei sui. Sicut eīm eadē scriptura dicit: Et suscitauit dominus spiritū Zorobabel filij Salathiel ex tribu Iuda, & spiritū Iesu filij Iosedech sacerdotis magni, & spiritū residuorū omnis populi, & introierūt & faciebant opera in domo 'domini oīmpotētis dei sui quarta & uicesima die mensis sexti: secundo anno sub Dario rege. Ecce & dies & mēsis & annus definitus est, quādo intrauerūt ad operandum in domo domini. Credo q̄ illi uiri, & ille populus operās in domo domini immundus, præsertim quia dixerat ei dominus: Ego uobiscū? Deniq; uidete quid sequitur, contexuit eīm eadē scriptura & dicit: Septima mense una & uicesima die mensis, locutus est dominus in manu Aggei prophetæ dicens ad Zorobabel filiū Salathiel ex tribu Iuda, & ad filium Iosedech sacerdotē magnum
Aggei 2 & ad omnem populum residuum, dicēs: Quis ex uobis uidit domum hanc in claritate pristina? Et quomodo uidetis eam modo, cum non sit in conspectu uestro? Et nūc prœuale Zorobabel dicit dominus, & prœuale Iesu fili Iosedech sacerdos magne, & prœualesce omnis populus terræ, dicit dominus omnipotens, & spiritus meus prœest in medio uestrū. Bono animo estote, quoniā hæc dicit dominus omnipotēs: Adhuc semel & cōmouebo cœlum & terram, mare & aridam, & concutiam omnes gentes, & uenient omnia electa gētium, & implebo domū hanc, dicit dominus omnipotens: & cætera quæ addidit, etiā futura prophetās, quæ domini nostri Iesu Christi rectius intelligi solent, cuius populus uerissimū & sanctissimū est tēplum dei, non etiā in eis qui permixti tolerantur, sed etiā in eis qui nunc interim à talibus bene uiuendo spiritaliter separātur, pòst uero etiā corporaliter separandi sunt. Veruntamen illum populū cui prophetia ista prænunciata est, & qui tunc operabatur in domo dei, ubi erāt & illi duo, Zorobabel filius Salathiel, & Iesus filius Iosedech, quomodo sit exhortatus & cōmendatus à domino, satis in prōptu est uidere in his uerbis prophetiæ quę sicut dicta sunt inseruimus. Nunquid nam ergo istum populū immundū possumus dicere, ad quē si quis accesserit inquinabit, cui populo dicit: Et nunc prœuale Zorobabel dicit dominus, & prœuale Iesu fili Iosedech sacerdos magne, & prœualesce omnis populus terræ, dicit dominus omnipotens, & spiritus meus præest in medio uestrū? Quis demētissimus dixerit istum esse populum ad quem si quis accesserit inquinabitur? Nunc ergo attendite quid post illam prophetiā, quæ huic populo de Christi tēporibus annūciata est, cōsequenter scriptura cōtexit. Quarta & uicesima noni mēsis anno secundo sub Dario rege, factum est uerbum domini ad Aggeū Ibidem prophetā, dicens: Hæc dicit dominus omnipotēs: Interroga sacerdotes legē domini, dicēs: Si sumpserit homo carnē sanctificatam in summo uestimēti sui, & attigerit summū uestimenti sui, panē aut pulmentū aut uinū, aut omnē escā, si sanctificabitur? Et responderunt sacerdotes & dixerunt, nō. Et dixit Aggeus: Si tetigerit inquinatus in anima aliqua horū, si inquinabit? Et respōderūt sacerdotes & dixerūt, inquinabit. Et respondit Aggeus & dixit: Sic populus hic & gens hæc in cōspectu meo dicit dominus, & sicut opera manuū ipsorum, & quicūq; accesserit ad illum inquinabitur propter præsumptiones eorū matutinas à facie labiorum suorū, & odio habebatis in portis arguentes. Quis est iste populus tam immundus, ut quisquis ad illos accesserit, inquinetur? Nunquid ille cui dictū est, Prœualesce, & spiritus meus in medio uestrū? Absit ut ille sit. Duo igit erūt: Vnus immundus, & alter qui ad immundum prohibetur accedere, qui exhortabatur prœualescere, quia spiritus dei erat in medio eorum. Si ergo duo erant, ostendantur & duo templa, unum quo iste, alterum quo ille ingrediebatur. Ostendantur & duo altaria, unū in quo iste, alterum in quo ille uictimas offerebat. Ostendātur & sacerdotes, huius alij, & illius alij, qui pro suo quisq; populo seperatim sacrificabant. Si

Universidad de Deusto
Biblioteca

autẽ quiſquis hoc affirmare conaꝰ, inſanit, ſic erãt A
iſti duo populi in uno populo, ſub uno ſacerdote
magno, unũ tẽplum intrantes, ſicut erant etiã ſub
uno Moyſe quidã deum offendentes, quidam deo
1. Cor. 10 placentes, de quibus Apoſtolus dicit: Non in om-
nibus illis beneplacitũ eſt deo. Neq; enim ait, in o-
mnibus illis beneplacitũ non eſt deo, tanq; omnes
diſplicerent deo: ſed ait, non in omnibus illis bene
placitũ eſt deo: ergo in quibuſdã, nõ in omnibus.
Et omnes ſub eiſdem ſacerdotibus erãt in uno eo-
demq; tabernaculo, in uno eodemq; altari hoſtias
offerebant: & tamẽ diſtinguebantꝰ factis, nõ locis,
animo, nõ tẽplo, moribus, nõ altaribus. Sicut ali)
ad alios non accedebãt, ne ab eis inquinarentꝰ: hoc
eſt, eorũ malis factis non conſentiebant, ne ſimul
damnarentur. Non eñ & illos malos Moyſes tan-
tus propheta neſciebat, quorũ impia murmura & B
horrendas amaritudines quotidie ſufferebat. Sed
iſtum neſciſſe faciamus. Nunquid & Samuel Sau
lem neſciebat, quẽ per os eius æterna ſententia da
mnarat deus? Veruntamẽ & ipſum & ſanctũ Da-
uid unũ dei tabernaculum intrantes inter eadẽ ſa-
crificia uidebat, ſed diſtincte utiq; uidebat, quia di
ſtinctos uidebat, & unũ eorũ in æternũ amabat, a-
lium pro tempore tolerabat. Sicut & Aggeus no-
uerat in uno populo duos populos, unũ templum
intrantes, ſub uno magno ſacerdote uiuẽtes, & al-
terũ oſtendebat immundum, alterũ ad immundũ
accedere ꝓhibebat: & tamẽ nec illos nec ſeipſum
ab eodẽ tẽplo & ab eiſdem altaribus ſeparabat. Er
go ſpiritalem prohibebat acceſſum conſenſionẽq;
factorũ: quod & ipſa uerba clamant, ſi aures aſſint C
quas animoſitas furioſa nõ claudat, aut ſtrepitus
uariæ cõtentiõis nõ impediat. Aít eñ propheta,
Aggei 2 Omnis qui acceſſerit illò, inquinabitꝰ. Vitium no-
tat quò accedi prohibuit, nõ homines ab homini-
bus corporali diſiunctiõe ſeclusit. Acceditur autẽ
ad uitiũ corruptiõis, uitio cõſenſionis. Ac ne quiſ-
quã diceret illũ populũ, cui primo dictũ eſt, Prẽua
leſce, quoniã ſpiritus meus prẽeſt in medio ueſtrũ:
paucis interpoſitis diebus in deterius cõmutatũ,
ut audire mererẽtꝰ: Sic populus iſte & gens iſta, o-
mnis qui acceſſerit illò, inquinabitur: dies eñ fer-
mè nonaginta cõputantur inter uerba illa quę bo-
na in populũ dicta ſunt, & iſta quibus eius immũ-
dicia uitãda præcipitꝰ: ne quis ergo hoc putaret, bo
nũ illũ populũ, quãuis hoc paruo tẽporis interual D
lo tã peſſimũ effectum, uidete quod ſequitur, atten
dite quid dicatur eo ipſo die, hoc eſt, uiceſima &
quarta noni menſis, quo die dictum eſt: Sic popu
lus iſte & gẽs iſta, oñis qui acceſſerit illò, inquina
bitur. cũ enim hoc dixiſſet & mala eorũ cõmemo-
raſſet, quorũ merito demõſtrarentꝰ immũdi, addẽs
Ibidem etiã & dicẽs: Odio habebatis in portis arguẽtes:
cõtinuo ſubiũxit: Et nũc ponite in cordibus ueſtris
à die hoc, & ſuprà, priuſquã ponaꝰ lapis ſuper lapi
dem in tẽplo domini: qui eratis cũ mittebatis in ca
pſella uiginti ſata hordei, & fiebant decem ſata, &
intrabatis in torculari exhaurire quinquaginta am
phoras, & fiebant uiginti. Percuſſi uos inſœcundi
tate, & uenti corruptione & grandine omnia ope-

ra ueſtra, & nõ eſtis cõuerſi ad me, dicit dominus.
Conſtituite igitꝰ corda ueſtra à die hoc & deinceps
à quarta & uiceſima noni mẽſis, & à die qua funda
tũ eſt tẽplum domini, ponite in cordibus ueſtris,
ſi adhuc cognoſcetur in area, aut ſi uitis, aut malũ,
aut ficus, aut malogranatum, & ligna oleæ quę nõ
fecerunt fructum à die hoc benedicam. Ecce ipſo
die etiã benedici meruerũt. Benedictio ergo hæc
puto quod non pertineat ad illos ad quorũ immũ-
ditiam prohibet accedi, ſed ad illos bonos qui pro
hibentur accedere. In uno ergo fuerunt & permi-
xti & ſeparatiꝰ: permixti quippe corporali tactu, ſe
parati autẽ uoluntatis abſceſſu. Sed more ſuo ſcri-
ptura loquitꝰ, quæ ſic arguit malos, tanq; oñes in
eo populo mali ſint, & ſic conſolatꝰ bonos, tanquã
oñes ibi tales ſint. Pro nobis ergo epiſcopi ueſtri,
etiã in eo quod poſt collationẽ uicti ſubſcripſiſſe
dicunꝰ, Aggei prophetiã poſuerunt, unde cõme-
morant euidentius probari quod dicimus, quia in
uno populo, in uno tẽplo, ſub eiſdẽ ſacerdotibus,
inter eadẽ ſacramenta, hominibus diſſimili uolun
tate in mentibus & diuerſis moribus ſeparãtibus,
nec cauſa cauſæ nec perſonæ poteſt præiudicare
perſona. Id etiã quod ex Apoſtoli epiſtola, ſcriptis
ſuis etiam modo cõmemorant, ubi aít: Nolite iu- 2. Cor. 6
gũ ducere cũ infidelibus: quę enim participatio lu
ci ad tenebras? &c. quę ſupra cõmemorauímus, &
quomodo recte intelligeretur oſtendímus, quid a-
liud agũt, niſi ut nos cõmemorent quibus hoc A-
poſtolus ſcripſerit? In eo quippe populo Corin-
thiorũ quod dicímus demõſtramus, ne forte arbi-
trentur prophetarũ tantũmodo moris fuiſſe, & nõ
ad noui Teſtamẽti, ſed ad ueteris conſummationẽ
pertinere, ſic arguere reprehẽſibiles, quaſi oñes in
eo populo arguanꝰ, & ſic alloqui laudabiles, quaſi
omnes ibi laudenꝰ. Ecce & ad Corinth. ſic Apoſt.
loquitꝰ: Paulus uocatus apoſtolus Ieſu Chriſti per 1. Cor. 1
uoluntatẽ dei, & Soſthenes frater, eccleſiæ quę eſt
Corinthi, ſanctificatis in Chriſto Ieſu uocatis ſan-
ctis, cũ omnibus qui inuocãt nomẽ domini noſtri
Ieſu Chriſti in omni loco ipſorũ & noſtro: Gratia
uobis & pax à deo patre noſtro & domino Ieſu
Chriſto. Gratias ago deo meo ſemper pro uobis,
in gratia dei quæ data eſt uobis in Chriſto Ieſu, qa
in oñibus diuites facti eſtis in illo, in omni uerbo
& in oñi ſcięntia, ſicut teſtimoniũ Chriſti cõfirma-
tum eſt uobis, ita ut nihil uobis deſit in ulla gratia.
Quis hęc audiẽs credat in eccleſia Corinthiorum
eſſe aliquos reprobos, quandoquidẽ uerba iſta ſic
ſonãt, uelut ad oñes directa ſit iſta laudatio? Et ta-
mẽ paulopoſt dicit: Obſecro autẽ fratres ut idipſũ
dicatis oñes, et nõ ſint in uobis ſchiſmata. Rurſus
tanq; in hoc horrẽdo uitio uelut oñes arguẽs atq;
increpãs, dicit: Diuiſus eſt Chriſtus? Nunqd Pau-
lus crucifixus eſt pro uobis, aut in nomine Pauli
baptizati eſtis? Puto autẽ eos q in eo populo dice
bãt: Ego ſum Chriſti: nõ duxiſſe iugũ cũ eis qui di
cebãt: Ego ſum Pauli, ego autẽ Apollo, ego uero
Cephę: & tamẽ omnes ad unũ altare accedebãt, &
eadem ſacramẽta cõmunicabant, qui eadem uitia
nõ cõmunicabãt. His enim Corinthijs, etiã illud

dictum

Universidad de Deusto
Biblioteca

dictum est, Qui manducat & bibit indigne, iudici A
um sibi manducat & bibit. Quid enim aliud Apo-
stolus nisi istos uaniloquos cogitabat, ut ei nō suf-
ficeret dicere, iudicium manducat & bibit: nisi ad
deum, sibi ne hoc etiā ad illos pertineret, qui pari-
ter quidē sed non iudicium manducabāt? In ipsis
etiā Corinthijs ibi erant qui non credebāt resurre-
ctionē mortuorū, quæ singularis fides est Christia
norū. Quod eis ita dicit Apostol⁹, Si aūt Christus
prædicat̄ ꝙ resurrexerit à mortuis, quomodo qui-
dam dicūt in uobis, quia resurrectio mortuorum
nō est? Nō dixit in hac terra uel in hoc mūdo: sed,
in uobis, inqt. Neq; posset de Christi resurrectione
præscribere, nisi iā utiq; Christianis, q̄bus de ipsa
resurrectione Christi, dicit, Sic prædicamus, & sic
credidistis. Nunc attendam⁹ uerba illa q̄bus Co- B
rinthiorū Ecclesiā in Epistolę principio sic laudat,
ut dicat, Gratias ago deo meo sēper ꝓ uobis in gra
tia dei quę data est uobis in Christo Iesu, q̄a in om
nibus diuites facti estis in illo, in omni uerbo & in
omni scientia, sicut testimonium Christi confirma
tum est in uobis, ita ut nihil uobis desit in ulla gra
tia. Ecce sic erant ditati in Christo in omni uerbo
& in omni sciētia, ita ut eis nihil deesset in ulla gra-
tia, ut in illis essent qui resurrectionem mortuorū
adhucusq; non crederent. Puto autē quòd isti qui-
bus nihil deerat in ulla gratia, non ducebant iugū
cum eis qui resurrecturos mortuos nō credebant.
Ecce quomodo non ducunt iugum cum infideli-
bus, quamuis eidem populo misceātur, & sub eis-
dem sacerdotibus, eisdem sacramētis imbuantur. C
Deniq; ipse Apostolus ne huic infidelitati consen-
tirēt, quorū iam fides tenebat resurrectionē mor-
tuorum, non eis præcepit corporalem separationē:
multi quippe erant, non sicut ille unus, qui uxo-
rem patris sui habuit, quem liberiore correptione
& excōmunicatione iudicat dignum: Longe aliter
iste, aliter uitiosa curanda & sanāda est multitudo,
ne forte si plebe separetur, per schismatis nefas etiā
triticum eradicetur. Eos ergo qui iam credebant
resurrectionem mortuorum, ab his qui eam in eo-
dem populo non credebant, non corporaliter sepa
rat, sed spiritaliter separare nō cessat, dicēs: Nolite
seduci, Corrumpūt mores bonos colloquia mala.
Non corū congressum, sed cōsensum timet, ne ma
lis colloquijs accomodent fidem, quæ corrumpūt
bonos mores. Moribus ergo eos nō altaribus ad- D
monet separari. Postremo anteq; eis hæc Apostо-
lus scriberet, in eadē Ecclesia erant qui resurrectio
nem non credebant, in qua erant quibus nihil dee-
rat in ulla gratia: & illi istos infidelitate sua nō in-
quinabāt, q̄a isti illis ad eandē infidelitatē non cō-
sentiebant. Ecce quomodo illò non accedit, ne q̄s
quis accesserit inquinet: Ecce quomodo nulla par
ticipatio est lumini ad tenebras: Ecce quomodo
quanuis intra eadem retia natēt pisces utriq;, nec
causa causæ prę̄iudicat, nec persona p̄sonæ. Quod
cum ita sit, quæ tam cruda stultitia, q̄s tam ferreus
cordis somnus posset nō aliquādo sentire, Cęcilia
ni causam catholico orbi terrarum, cui non cōmu
nicat pars Donati, præiudicare nō posse, si nō præ
iudicat parti Donati causa Maximiniani, uel poti-
us causa Feliciani & Primiani modo cōiunctorū,
pauloante damnatorū? Sufficit certe ut secundum
ipsos loquamur, ꝙ pisces mali sub fluctibus latitan
tes ignaros non polluūt piscatores: quanuis nō sit
de piscatorib. quę̄stio, quos fortasse in illa similitu-
dine dominus angelos intelligi uoluit. Magis eīt
attēdendum est intra ipsa retia pisces bonos à ma-
lis non posse maculari. Neq; em̄ & ipsi non uident
inuicē simul natātes, sicut à piscatorib⁹ intra aquā
positi non uidentur. sed, ut dixi, sufficit causæ no-
strę, ꝙ mali non polluunt, quorū malefacta nesci Ca. XXI
untur. Fuerunt quidem tēpore Cæciliani
beati pacifici, qui eum etiam si innocens nō esset,
scientes pro catholica unitate tolerarēt, cū eum ui-
derent tot ignotis gentibus, per quas ipsa unitas di
latat̄ sacramentorū participādorum, cōmunione
cohęrere: eisq; talem non posse monstrari, qualem
ipsi eum esse cognoscerent: ipsiq; se cōtra istas ca-
lumnias defenderēt uerbis beati & pacifici Cypri
ani, clamarēt̄q; fideliter & dicerēt. Ideo ꝓpter Cæ-
cilianum nō deserimus unitatē, quia etsi uidentur
in Ecclesia esse zizania, nō tamen impediri debet
aut fides aut charitas nostra, ut quoniā zizania esse
in Ecclesia cernim⁹, ipsi de Ecclesia recedam⁹. Isto
rum pacificę patiētię cōueniret pręclarissima laus
illa qua laudat̄ angelus Ecclesiæ Ephesi: Eū nemo
recte intelligēs dubitat ipsius Ecclesiæ gestare per
sonā, cui dicit in Apocalypsi, Scio opera tua & la- Apoc. 2
borē & patientiā, & quia non potes sustinere ma-
los, & tentasti eos q̄ se dicūt Apostolos esse & nō
sunt, & inuenisti eos mēdaces, & patientiā habes,
& sustinuisti eos propter nomē meum, & non de-
fecisti. Sicut illi laudant̄ qui in ista uita Cæciliani
tēpore fuerunt, qui propter nomen domini, qđ si-
cut unguentū effusum per innumerabiles gētes to
to iam orbe fragrabat, non deficerēt patiētissime
sustinendo etiā quem malum nossent: si malus ille
esset, qui eorū iudicio alijs monstrari & ab eis uel-
le separari non posset. Nostra alia causa est, arroga
re nobis laudem huius patiētię non debemus. Nō
em̄ possumus dicere nos pro pace toleravisse quod
ad nostram cognitionē prorsus non potuit perue- Ca. XXII
nire. Nobis Cęciliani causa sub fluctib⁹ fuit,
uox nostra talis est qualis Christianarum gentiū
cæterarum, contra quas isti non inuenerunt omni
no quod dicerent. Veruntamen ignotam Cæcilia-
ni causam recte credimus bonā, quem semel inimi
corum factione damnatum, ipsis autem accusanti
bus tertio legimus absolutum. Aut credāt isti cen-
tum fermè Episcopis partis Donati de criminib⁹
Primiani, & tunc cogant nos credere septuaginta
maioribus suis de criminibus Cęciliani. Quod au
tem dicunt Cæcilianum obiecta sibi nullo cōcilio
crimina cum absens fuerit tacendo firmasse, fir-
mauit ergo & Primianus crimina, quæ à cētum E-
piscopis sibi obiecta nec postea saltē ostēdit dilui-
se. Sed uidelicet nec causa causæ præiudicat, nec
persona p̄sonę, ne pars Donati minuat̄: prę̄iudicat
aūt, ut Christi hæreditas diuidatur. An uero Cæci
liani causa non prædicat unitati catholicæ quam

Universidad de Deusto
Biblioteca

tenemus, & cuius societate gaudemus, cum fuerit Cæcilianus Carthaginensis Episcopus, & præiudicat ei causa Nouelli Tyricēsis, Faustini Tuturbitani, quos nec accusandos postea sicut Cæcilianū Felicemq; putauerūt, quorū nomina, imò uero ipsarum in qbus fuerunt ciuitatum, nec uniuersę Aphricæ nota sunt, aut fortasse nec uniuersæ ꝓconsulari prouincię? Ecce quorū piscicolorū, etiam si mali fuerunt tā in ꝓfundo latentium causam uolūt præiudicare causæ tantæ piscationis, cuius plena retia toto orbe diffusa sunt, qui piscib. iuxta natantibus uix noti esse potuerunt. Cur aūt nō credam⁹ etiam istos innocētes fuisse, quādo nec accusari ab eis, sicut dixi, postea meruerūt, & ille purgari potuit quē maiores eorū malorum omnium fontem in cōcilio illius inimica cōspiratione dixerūt? Sed qualescunq; isti fuerint, qd pertinet ad nos? Neq; em̄ uere non nobis cōcedunt, ut istorū nescio quorum causa atq; persona non præiudicet causæ atq; personæ Ecclesiæ catholicæ, uel si nec causa causę præiudicat, nec persona personæ: & tamē obijciūt nobis ut adhuc uos seducāt, quod aurum iudici dederimus, ut pro nobis cōtra illos sententiam diceret: uos dicite si potestis, quantū dare debuerimus electis defensoribus Episcopis uestris, ut tanta cōtra se pro nobis uel dicerent uel proferrent, ut sic agerent causam nostrā, sic perimerent suam? Quāti emere debuimus, ut post uerba Primiani, quib. dixerat, Indignum est ut in unum conueniant filij martyrum & progenies traditorum: uenirent tamen, & in unum nobiscum, quod indignum dixerant, cōuenirent? Quanti emere debuimus, ut more forensium aduocatorū de temporibus & dieb⁹, de personis etiam nobis præscribere conarētur, & sic omnibus hominibus etiam illis qui nostras disputationes intelligere non possent, satis apparēre monstrarent quàm malam causam haberent, quā proferre & agere sic timebant apud eum iudicem, cuius erga se benignitatē atq; iustitiam tanto præconio laudauerant, & cuius motum aduersum se nullum adhuc senserāt? Quanti emere debuimus, ut ipsi deinde exigerent non secum agi debere forēsibus formulis, sed diuinis potius testimonijs, & de scripturis sanctis similiter se respōsuros esse promitterent: & cum mādatum concilij catholici, qd̄ obtuleramus, recitatum esset, atq; in eo ipsis etiam confitentibus claruisset, nos Ecclesiæ catholicæ testimonijs sanctarū scripturarū agere uoluisse, rursus tanquam obliti quid sibi placere dixissent, ad easdem forēses præscriptiōes perplexis & odiosis contentionibus remearent? Quanti emere debuimus, ut subscriptionum nostrarum quæ in eodem mandato demōstrabantur, numerositate commoti, exigerent totius concilij nostri præsentiam, ex quo concilio non nisi decem & octo secundum edictum cognitoris aderamus, & quæstionem falsitatis inferrēt quòd alij subscribere non potuerūt? Sic enim peruētum est, ut eorum quoq; numerus recenseretur, & ipsi in ea falsitate deprehenderentur, cuius in nos suspicionem intēdere uoluerunt: ita ut non solum quidam eorum mandato legeren

Caput XXIII

A

B

C

D

tur subscripsisse pro absentibus, qui nec Carthaginem uenerant: uerumetiam quendam recitatum & non respondentem cum in itinere defecisse dixissent, quæsitumq; ab eis esset, quomodo apud Carthaginem subscribere potuerit qui in itinere iam defecerat: post magnas angustias perturbationis atq; in constantis & uariæ responsionis suę, nō uenientem, sed posteaquam subscripsit ad propria remeantē in itinere defecisse asseuerarent. Deniq; sub diuina testificatione interrogati, utrum eum constaret fuisse Carthagini, uehementius perturbati dicerent, quid si & alius se pro eodem apposuit? atq; ita uerbis suis falsitatem quam nobis obiecerant, in suo mandato apparuisse, & conuictā clamasse firmarunt. Quanti emere debuimus, ut cum uellēt de numerositate gloriari, etiam in hoc mendacia sua prodiderunt? Nam cum aliquanto amplior nostrorum numerus affuisset, dictumq; à nobis esset, alios centum fermè Episcopos catholicos, partim senectute, partim ualetudine, partim diuersis necessitatibus impeditos non uenisse Carthaginem, illi hoc audito, multo plures suos non uenisse dixerunt: Sicut etiam nunc plusquam quadringentos per totam Aphricam se esse iactantes, obliti sunt quòd in sua notaria posuerunt, usqueadeo se omnes uenisse Carthaginem, ut eis solis exceptis quos uel in propris sedibus, uel in itinere tenuit corporis ægritudo, nec grauissimos senes annositas & labor prolixi itineris potuerit impedire. Et lectæ sunt in mandato eorum subscriptiones, sicut facta supputatione respondit officium, ducenti septuagintatres, annumeratis etiam ijs in quibus falsitas deprehensa est, & qui pro absentibus subscripserant, ꝙ ægritudine detenti non potuerūt uenire Carthaginē. Quomodo ergo uerū est plures quadringentis eos esse, quando illos solos Carthaginem non uenisse dixerunt, quos ualetudo corporis impediuit: cum & pro ipsis quibusdam alij subscripserint, ut non dicamus hoc pro omnibus ægrotantibus esse factum? An forte sic eos inuaserat pestilentia, ut eorum tertiam partem repente prosterneret? Sic autem à primate suo per tractoriam fuerunt euocati, cum illis prętermissis properarent conuenire Carthaginē, ut scirent se decepisse quod haberent optimum in causa, ut ingens eorū numerus appareret: quasi tanto plus profit ad aliquid facilius inueniendū, quanto maior fuerit quę rentiū multitudo eorū? Quanti emere debuimus, ut in diem perendinum utriq; nostrū cōsentientibus cognitione dilata, pridie per notariū peterent, ut sibi nostrum mandatum ab officio ædereť, quo instructi adesse possent, causantes quòd cōscribendis gestis tam anguſto tempore occurrere nō posset officium? Sic enim factum est ut sequenti die cognitionis, quamuis iniuste petentes, acciperent dilationem. Qui considerata causa quæ mandato nostro tota continebatur, magnas patiebantur anguſtias cum uincerentur, tamen contra suos uenire consensus. Quid enim iustius quàm petere dilationem tanta ueritatis firmitate conturbatos? Quod his utinā profuisset, ut cōsiderato mandato

Caput XXIIII

nostro

Universidad de Deusto
Biblioteca

nostro cui respondere minime potuerũt, corrigere potius prauitatẽ q̃ in deterius augere maluissent: Iuste itaq; dilationẽ petebant: Sed pridie nõ debuerant in notaria sua dicere, ideo sibi nostrũ ædi debere mutatũ, ut parati ad diem constitutum ueni rent, quia exceptores occurrere cum gestorum cõscriptione non possent: Nam istud quanti emendũ fuit ut ipsam peterent dilationẽ & acciperent sex dierum, ut nemo possit eos dicere angustia temporis impeditos, nõ potuisse nostro respondere mandato dato? Ipso uero tertio nostræ collationis die quanti emendũ fuit, ut inanissimis & superuacuis morarũ interpositionibus se omnino peruenire ad causam nolle monstrarent? Et q̃ malã causam haberẽt ipso suo timore clamabant, quanquam eorum timor etiam in testimonium manifestissimæ uocis erupit, quando dixerunt, Sensim inducimur in causam. Et alio loco, Prouidet, inquiunt, potestas tua sensim nos in causę interna deduci. O uiolentia ueritatis, quolibet ueculeo, quibuslibet ungu
Cap. XXV lis fortior ad exprimẽdam confessionẽ. Congregãtur ex uniuersa Aphrica Episcopi, ingrediũtur Carthaginem, cum tanta speciosi agminis pompa, ut tam magnę ciuitatis oculos in se intentionemq; conuertant. Qui loquantur pro omnibus, eligũtur ab omnibus. Locus etiam re tanta dignus in urbe media procuratur. Vtriq; conueniunt, iudex præsto est, tabulæ patent, suspensa omnium corda exitum tantæ collationis expectant. Tunc à lectissimis & disertissimis uiris, quantis uiribus agi debuit aliquid, tantis agitur ut agatur nihil. Quærũt personas forensi more discutere, in qua quæstione annosa etiam tempora litigatores conterere consueuerunt. Ista quippe actione catholicos mandatum suum diuinis potius testimonijs quàm forensibus formulis cõfessi sunt, et similiter se de scripturis respõsuros esse ꝓmiserunt. Et quoniã mirifica opitulatione deus uoluit, ut cum quærũt personã petitoris, ne ueniret ad causam, ipsa inqsitio petitoris in mediã subito mitteret causam, clamãt præclari uiri qui ad agendum uidebantur electi, ac se potius ad non agendum electos esse testantur, & inuidiose iudici conqueruntur, sensim se in causæ interna deduci: quasi aliquid aliud prætermissis omnibus agi debuerit, q̃ illud quod tanto post, uel sero agi uolebant, quia nunq̃ prorsus agi uolebãt ubi uinci metuebant. Huius timoris apertissimam uocem, quis de illorum clauso pectore excuteret, & non dico si eos donis largissimis ditaret, sed si eos pœnis crudelissimis torqueret? Cum em̃ personam petitoris forensi tritura cõquirerent, & uolẽtes ostẽdere nos esse petitores, ut personas nostras permitterentur iure discutere, & moras annosissimas inuenire, legerunt libellum nostrum aliquando proconsuli datum, quo eos petimus conuenire ut ipsa inter nos tunc collatio fieret, quod modo ab Imperatore ut fieret impetrauimus, ut eo libello nos quasi petitores esse monstrarent. responsum est à nobis, ideo nos semper uoluisse fieri collationem, non ubi eis crimina obijceremus, sed ubi ea quæ solent obijcere purgaremus: ꝓpter hoc hęreti
A ci & ab Ecclesiæ unitate separati, qa crimina obijciunt quæ probare nõ possunt. Deinde quia uidebatur cognitor secutus ordinem temporum, ut gestis quæ protuleram⁹, ubi & ipsi apud præfectos collationem protulerant, ideo præferret libellum nostrũ ab ipsis prolatũ, quia gesta illa præfectoria tempore præcedebnat: facillime nos atque iustissime hac occasione oblata à cognitore impetrauimus, ut si ea præferret quæ tempore priora esse cõstaret, illud iuberet potius recitari, ubi ipsum apud Imperatorem Constantinum per Amillinum proconsulem accusarunt Cæcilianum, cuius crimina nostræ communioni obijciunt, quæ uolebamus illa collatione purgare. Proinde posteaquã legi cœpit, quoniam illic apertissime in omnibus uince-
B bantur, clamare cœperunt, Sensim inducimur in causam. Et iterum, Prouidet potestas tua sensim nos in causæ interiora deduci. O magna, sed nõ miranda cõfusio: Quando em̃ dęmon sic exorcistam timeret, quomodo timuerunt ne illa legerẽtur, ubi apparebat Cæcilianus & ab eorum prædecessoribus apud Imperatorem accusatus, & tot iudicijs non solum episcopalibus sed etiam imperialibus absolutus? Vel quanto precio emere possemus, q̃ ipso timore turbati, redire ausi sunt etiam ad illius temporis præscriptionẽ, ubi dixerant, lapsam iam esse causam, & quatuor mẽsibus euolutis agi iam omnino non posse? Quid est hoc? Quis tam idoneus iudex inueniri potest animi eorum, q̃ timor iste
C sic expressus, sic apertus, ut cum timor soleat adimere libertatem, isti tam libere timuerint, ut iudicium suum de mala sua causa nec silẽtio texerint, sed uerbis apertissimis prodiderint? O uehementem trepidationem ad extorquendã confessionẽ. Tam fortis ex ore ꝓfiluit timor, ut eius impetu de fronte fugerit pudor. Sed cum legerentur ea quibus ostendebatur Cæcilianus accusatus atq; purgatus, petitores ꝓpter agẽdã causam inquirebant, personę discutiebant. Et quanuis morarum tendiculæ, ne ad ipsam causam peruenirẽtur, tergiuersatione necterent, tamẽ ꝓpter agendã causam etiã ista postulari ueluti iure uidebãtur. Postq̃ causa optima Cæciliani recitãda prolata est, reuocat explosa & cõuicta præscriptio, diem causæ agẽdę iã transisse Ca. XXVI
clamatur. Quid adhuc expectatis, quid pro nobis pronũciauerit cognitor, cũ uideatis qd contra
D seipsos Episcoporum uestrorũ pronunciauerit timor? Dederat certe ipse cognitor potestatẽ, ut aliũ cum ipso quẽ uellent iudicem cõstituerent. Quod illi recusarunt, quoniã si aliquem delegissent, mẽtiri uobis nõ possent etiã à nobis ipsum fuisse corruptum. Sed fecerunt quod recusauerũt: cõstituerũt prorsus cum illo alium iudicẽ, nõ quemlibet extraneum, sed intimũ suum. Ecce ipse timor eorũ alius iudex fuit, certe ipse à nobis nihil accepit & pro nobis libere iudicauit. Nõ gratificatus est eorũ personæ quib. internus hærebat, de quorũ secreto cubiculo ꝓcedebat: Et anteq̃ causa diceret prior iudicauit, quia eã prior in ipsorum corde cognouit. Denique processit ille ut causam nosset, processit iste q̃ nouerat. Ille iudicauit stando, audiendo, loquendo

Universidad de Deusto
Biblioteca

quendo, iſte tantũmodo in medium procedendo, puto quòd melius dicerent, ut cauſa iam non ageretur. Quanto eñ citius eam finiuit litigatoris timor q̃ cognitoris labor? Ille quærebat quid ex eorum chartulis legeretur, iſte indicauit quid in eorum cordibus ageretur. Quomodo autẽ ad hoc uenerant territi eis quæ prolata fuerãt recitanda, ut dicerent iam lapſam cauſam eſſe temporib. & agi non poſſe? Propoſuerunt nobis quod iam fuerat ante tranſactũ, ut ſi de ſcripturis ſanctis ageremus, illa miníme legerent: Si autem illa recitanda legeremus, habere ſe ualidã præſcriptionem, ut lapſam temporib. cauſam omnino agi nõ ſineret, cum ipſi non ſeruauerint, quod ante promiſerãt ſe mãdato noſtro ubi nos Eccleſiæ cauſã agim⁹, ſcripturarũ teſtimoníjs reſponſuros: q̃ petitorũ diſcutendas eſſe perſonas, nõ more diſputantiũ, ſed more litigantium contendebant. Reſpondimus ergo eis, ut ſi nihil aliud agi mallẽt niſi ut quærereẽ quæ uel ubi ſit catholica Eccleſia, cauſam eius nos non niſi diuinis quibus prænũciata eſt, teſtimoníjs agere mus: Si autem hominib. aliqua crimina obijcerent, quoniam nec ipſi poſſent ea teſtimoníjs diuinis, ſed aliquibus alijs talibus documentis oſtendere, etiam nos ea documẽtis talibus purgaturos. Sic illis aſſidue inania repetentibus, hæc à nobis perſeuerãtiſſime repetita ſunt: ſic eos ueritas uicit, ut ad illa quæ protuleramus audienda, cõfutatos, ſuperatosq̃ cõſtrinxerit. Videbãt enim, ſi nulla crimina Cæciliani obijcerent cõmunioni noſtræ, nihil ſibi remanere unde ſuã ab unitate ſeparationẽ quoquo modo excuſarent: Si aũt obiecerint crimina Cæciliani, nec à ſe nihil talib. documẽtis poſſe aſſeri, nec à nobis poſſe aliter defendi. Iam uero inter hos eorũ cõtentioſiſſimos ſtrepitus quãti emẽdum fuit, q̃ cum diceremus hoc nos proponere, ut crimina quæ ſolẽt obijcere noſtrę cõmunioni, quę per omnes gentes dilatatur, probarent ſi poſſent, ut hinc eorũ ſeparatio, utrum iuſta fuerit noſcereꝛtur: reſponderũt alienam cauſam nos agere uelle, hoc eſt, tranſmarinarum Eccleſiarum quibus hęc non obijcerent, quoniã inter Aphros eſſet iſta cõtentio: illas uero Eccleſias potius expectare debere, ut eos ſibi copulẽt q̃ in hac collatione uicerint, & ipſi cũ eis habeant catholicum nomen.

Caput XXVII

Caput XXVIII

Quid ergo adhuc quæritis, quidue dubitatis, quam Eccleſiam tenere debeatis? Ecce habetis eam, contra quã ipſi Epiſcopi cauſam ſe nõ habere cõfeſſi ſunt, cui communio noſtra cõiuncta eſt, unde ipſorũ cõmunio ſeparata eſt. Si eñ modo eam expectare debere dixerunt, ut qui noſtrum uicerint ipſi ei copulentur, & cum illa teneant catholicum nomẽ: iam uticq̃ maiores noſtri, maiores eorum ante uicerũt, ideo illi Eccleſiæ copulati catholicum nomen in eius unitate tenuerunt: Iſti autem ſi à maioribus noſtris iam in ſuis maioribus uicti ſunt, quare nobiſcum adhuc uſq̃ contendunt? Si autem uicti non ſunt, quare non cõmunicant illi Eccleſiæ quam negare catholicam non ualentes, nullã cauſam cõtra eam ſe habere confeſſi ſunt? Ecce Eccleſia catholica tranſmarina in tot gentibus dilatata, quam debere expectare dixerunt, ut eos qui uicerint copulet: quomodo expectare debet eos ſibi copulari qui uicerint, niſi ab eis criminib⁹ de quibus inter nos agit̃ aliena ſit? Porrò ſi ab his criminibus ſicut fatẽtur aliena eſt, alieni & nos ſumus qui eidem cõmunioni cohæremus. Nam ſi propter cõmunionem nos contaminat crimen alienum, & ipſam cui cõmunicamus crimen contaminat noſtrum. Sed ipſam profeſſi ſunt non pollutam crimine Aphrorum, quamuis eis ſacramẽtorũ cõmunione ſocientur. Ibi ergo conuicti ſunt nec nos pollui potuiſſe crimine eorũ, quibus ſacramẽtorũ cõmunione ſociamur, qa nullo nexu conſenſionis inuoluimur: quanq̃ & ipſius Cæciliani uictrix cauſa eiſdẽ uerbis iſtorũ facilime demonſtrat̃. Si eñ confligentibus nobis expectare debet Eccleſia trãſmarina ab iſtis criminib. aliena, ut eos qui uicerint ſibi & catholico nomini adiungat: tunc expectabat quãdo maiores iſtorum cum Cæciliano acriter confligebant. Ille ergo uicit, quẽ ſibi poſt conflictũ illa quę hoc expectauerat copulauit. Aut ſi potuit & pollutum ſibi in ſacramentorum communione copulare, & ſicut iam cõfeſſi ſunt ab his criminibus impolluta perſiſtere: multo magis euincimus oſtendẽtes proprium onus quemq̃ portare, et nec cauſam cauſæ, nec perſonam præiudicare perſonæ.

Caput XXIX

Iam uero ut mãdato noſtro ubi uniuerſam cauſam cõplexi fueramus, nec repẽtinis uerbis ſed cõ ſcriptis literis reſpondendũ putarẽt, quanti emendum fuit? Sic eñ conſtitit eos reſpondere nõ potuiſſe his omnibus quæ in noſtro mandato poſita, nec attingere uoluerũt. Neq; eñ poteſt aliquis dicere, ꝓſecutionem noſtrã memoriter eos non potuiſſe retinere, & ꝓpterea rebus neceſſarijs, non omnibus reſpondere uoluiſſe. Aeditũ eſt eis mandatum noſtrũ per notariũ poſtulantib⁹, & hoc ipſum allegantibus, ut inſtructi poſſent ad omnia reſpondere. Et cũ iam ſeptem eſſent electi à cæteris q̃ omnia pro omnibus agerent, literas tamẽ ipſas quib. noſtro mandato reſpondere conati ſunt, totius cõcilij ſui nomine protulerunt, tanq̃ epiſtolam ab omnibus illis ad cognitorẽ datã. Quam ſi nollemus admittere, iure optimo faceremus: neq; enim ordinis erat ut poſt iniũctam ſeptem hominib. cauſam, iam quicq̃ niſi per illos qui delecti fuerant ageret̃. Sed ne literis noſtris, literas eorũ timuiſſe uideremur, ſine ulla hęſitatione ut legerent̃, admiſimus. Optandum enim, & ut dixi, emẽdum fuit, ut poſt tot dierũ dilationẽ quam eis petentibus cõceſſeramus, afferrent elucubratũ laborẽ, in quo eos mandato noſtro non reſpondiſſe, ſatis utraſq; literas legentib. appareret, & nos eiſdẽ literis ipſis ſine ulla dilatione mox reſpõdiſſe conſtaret. Si enim homines tam tardo ingenio ſunt, ut eos arbitrentur aliquid dixiſſe in quibus locis mandati noſtri tacere noluerunt, neminem puto eſſe tam ſtolidum qui etiam in his locis aliquid eos reſpondiſſe exiſtimet in quibus omnino tacuerunt. Non enim parua uel quaſi contemnenda ſunt, cum in his potius omnis cauſa conſiſtat. Nam teſtimonia ſcripturarum quibus aſſeruimus Eccleſiam cui communicamus

Universidad de Deusto
Biblioteca

nicamus ab Hierusalem cœptam, in toto terratū orbe diffundi, tanquam omnino dicta nō fuerint, prætercierūt magna mole diuinæ authoritatis oppressi. Item quod in nostro mandato positum est de Beato Cypriano, qui tolerādos potius in Ecclesia malos quàm propter eos Ecclesiam deserendā, & præcepto admonuit, & suo cōfirmauit exēplo, attingere omnino ausi non sunt. Cæterum intelligentes q̄ Cypriani authoritatē si in aliquo scripto eius labefactare tentarēt, faterent etiam recte nos authoritati eius nō obedire, in eo quod deiterādo baptismo solēt proferre: quam nec ipsam de baptismo Cypriani sententiā aperte cōmemorare uoluerunt, sciētes etiam illic si facerent se offensuros esse naufragiū, quoniam Cyprianus non reliquit unitatem, & cū eis in illa permāsit, qui de hac re diuersa sēserūt: unde aut tunc Ecclesia perisse dicēda est, et nō iā erat ex qua nasceret Donatꝰ illorū, aut si qd' uerum est permansit Ecclesia, nō in ea cōtaminat mali bonos, sicut etiā Cyprianus iudicauit, qui cū diuersa sentientib. in eadem diuersitate permansit: ac per hoc isti se detestādo sacrilegio schismatis induerunt, qui ꝓpter nescio quorum crimina non probata etiam si uera essent, nullo modo se ab unitate toto orbe diffusa separare debuerunt. Hoc illi quantum intelligitur prævidentes, illud testimonium Cypriani quod in nostro mandato commemoratum est, toto silētio transierūt. Illud etiam qd' in causa Maximinianistarū ipsi quoq; suo iudicio declararunt, non ꝓpter malos unitatē deserendam, qui Maximiniani socios à Maximiniano dixerunt non fuisse pollutos, & eos qui damnauerunt in honore integro susceperunt, & baptismum Christi licet foris ab Ecclesia datum, agnoscendum potius quàm destruendum esse monstrarunt, cum à Feliciano in schismate baptizatos, & cum illo postea receptos iterum baptizare non ausi sunt: hoc ergo cum in nostro mandato legerent, tacēdum potius & prætermittendū, q̄s ulla contradictione refutandum esse censuerunt. Causam etiā Cęciliani à causa Ecclesiæ distinctam, & tamen etiam ipsam ex omni parte defensam, respondendo prorsus nō attigerunt. Quis ergo eos illi mandato nostro respondisse arbitret, quando cōtra hæc omnia nullū uerbum facere, nec saltē qualiscunq; responsionis obumbratiōe conati sunt? Quod aūt nisi sunt respondere, legat q̄ uoluerit & iudicet, eidē ipsi mandato nostro cōferens literas eorū, prēterea respōsionē, quam continuo reddidimus, qua omnia uanitatis eorum machina mēta subuersa sunt. Iam illud si

Caput XXX

mōtes aureos daremus, quāto emere possemus, q̄ obiecta sibi Maximiniani causa, ut intelligerēt eo modo non obfuisse Cæciliano concilium, quo in eum absentem septuaginta Episcopi quod uoluerunt pronunciauerunt, quomodo non obfuit Primiano cū similiter absentē pro Maximiniano centum ferme Episcopi damnauerūt: uehementissime perturbati, & in horrendas contrusi angustias responderunt, nec causam causæ, nec personam prę iudicare personę: his paucissimis uerbis totam nostram causam, de qua cum eis superius confligebamus, omnino inuictam esse firmantes. Quid em̄ aliud agebamus tot testimoniis sanctorum eloquiorum, tanta authoritate Prophetarum, Apostolorum, Episcoporū ipsorumq; aduersariorū, demonstrantes bonos à malis sacramentorum cōmunione nō pollui, si corde, uoluntate, moribus, operib. diuersas habeant causas gerantq; personas? Quid em̄ aliud laborabamus, nisi ut appareret, nec causam causæ, nec personā præiudicare personę? Hoc ipsi breuiter compulsi summa necessitate dixerūt, qui cum à nobis diu diceretur, ueritati cedere noluerunt. Illud etiā quibus thesauris, quibus opibus, quibus preciosorū lapidum aggeribus emendum fuit, q̄ maiores suos apud Imperatorem Cōstantinum persecutos Cæcilianū nō cōfiteri tantū, uerum etiam profiteri atq; gloriari minime dubitarunt, eumq; ab Imperatore damnatum etiā mentiendo asseuerare conati sunt? Vbi est illa uox, qua uos decipere consueuerunt, nobis inuidiam concitantes, q̄ apud Imperatorē causam agamus Ecclesię? Vbi sunt uerba Primiani apud acta magistratꝰ Carthaginēsis expressa: Illi portant multorum Imperatorum sacras, nos sola portamus Euangelia. Vbi est illa præclara laudatio, qua extollunt separationem suam, dicentes eam esse Ecclesiam ueritatis, quæ persecutionem patitur, non quæ facit? Nempe elisa est, nempe prostrata, leguntur persecutiones eorum, negare nō possunt, quia legūtur subscriptiones eorum. Tenemus eos cōfitentes, profitentes, gloriantes maiores suos Cæcilianum apud Imperatorē grauiter persecutos: tenemus etiam Cæcilianū eis persequētibus ab Imperatore damnatum. Non ergo iam clamēt segregationem suam ideo esse Ecclesiam ueritatis, q̄a persecutionem non facit sed patitur: aut fateantur nō eam fuisse Ecclesiam ueritatis, quādo à maioribus eorum Cæcilianus patiebatur. Si em̄ continuo boni sunt qui persecutionem patiuntur, bonus erat Cæcilianus quādo patiebat. Si aūt potest quidē fieri ut & mali persecutionem patiātur, sed boni nō possunt esse qui faciunt: nō erant boni maiores eorū quando Cæcilianum persequebantur. Porrò si fieri potest ut & boni faciant, & mali patiantur, non ideo nos culpādi sumus, nec ideo isti laudandi, quia tale aliquid patiuntur, quale Cæcilianum maioribus suis facientibus passum esse gloriantur: & tamen Cæcilianum ab Imperatore damnatū omnino nō constitit: sed in eius absolutione atq; purgatione, quæ iudicij Episcopalis & imperialis recitatione constiterat, nihil postea probari potuit immutatū. Ita factum est ut remota Cęciliani damnatione, de qua ipsi mentiti sunt, remanserit persecutio, quam maiores suos fecisse confessi sunt. Parū fuit ut Cæcilianum ab Imperatore damnatum, & mentiendo gloriari auderent, & asserendo probare non possent: insuper etiam probauerunt, & nostra in eam rem documēta fortius adiuuerūt, Cæciliani absolutionē mansisse firmissimā, nō sicut mētiti fuerāt Imperatoris posteriore iudicio in contrariū commutato. Nam primo Mileuitanæ Ecclesiæ catholicum Episcopum Optatum recitandū putauerūt,

Caput XXXI

pollicen-

Universidad de Deusto
Biblioteca

pollicentes inde se probaturos Cæcilianum ab Im A
peratore damnatum. Quæ lectio cum magis con-
tra eos recitaretur, nemo risum potuit continere.
Qui tamen risus non utiq; cõscriptioni gestorum
potuisset adiũgi, & omnino latuisset, nisi & ipsum
latere non sinerent dicentes, audiant qui riserunt,
hoc sanè scriptum est, & subscriptum. Quod enim
pro se legi uoluerunt, ambiguum fuit. Vnde cũ re
ctissime cognitor iussisset paulò superius recitari,
ut inde si possent uerba illa clarescerent, hoc recita
tum est quod nolebant: id est, Cæcilianum fuisse
purgatum, quem prius legendum dederant, non si
cut iactabant damnatum, sed Brixię bono pacis re
tentum. Hic cum dixissent, illis uerbis Optatum
damnationem Cęciliani extenuare uoluisse, dictũ
est eis, ut euidentem Cæciliani damnationem ali- B
unde recitarẽt, ut ab Optato eam extenuatã posset
ostendi, qui apertissime scripserat Cæcilianũ fuisse
purgatum. Hoc enim cum facere omnino nõ pos-
sent interiectis atq; consummatis omnium mora-
rum superfluis ambagibus, apertissime nos adiu-
uare cœperunt. Tanquam enim à nobis essent in-
structi, uel tanquam nobiscum ad innocẽtiam Cę
ciliani defendendam declarandamq;, cum quære-
retur ab eis ut si possent ostẽderent quod dicebãt,
posteriore iudicio Cæcilianũ ab Imperatore dam-
natũ, cuius Imperatoris literas legeramus, quæ il-
lum ostenderant absolutum: protulerunt libellum
maiorum suorum ad eundem Cõstantinum Impe-
ratorem datum, quo apertissime demonstrarent il
lius iudicio se potius fuisse damnatos. Cõtigit eñ C
eis apud Imperatoriam potestatem, quòd inimicis
sancti Danielis, qui hoc ab eisdem leonibus passi
sunt. Hic cum breuiter admonuissemus illum libel
lum pro nobis contra se potius recitasse, alias addi
derũt eiusdem Imperatoris literas ad Verinum ui-
carium datas, ubi eos grauiter detestatur, & domi-
ni iudicio qui iam in eos cœperat uindicare dimit-
tens ignominiosissima indulgẽtia de exilio relaxa
uit. Ita manifestissime constitit, non solum nullam
Cæciliani damnationem fuisse postea cõsecutam,
uerũ etiam eius absolutionem atq; purgationem,
& pœnam illorum & detestabilem indulgentiam
fuisse firmatam. Hæc tam excellentia documenta,
quod fatendum est, non habebamus in manibus,
sed forsitan si alicubi esse audiremus unde nobis D
gratis dare non possent, per quælibet præmia per-
ueniremus ut nobis scribẽda permitterent. Quan
tum autem daremus, si uenale proponeret, ut pro
nobis etiam ab ipsis aduersarijs legerentur?

Caput XXXII. Quid uidetur addi iam posse ut nos cumulatius adiuuarent? Et tamen addiderunt, Cõmemoraue-
runt eñ causam Felicis Aptugnensis à quo Cæci
lianus fuerat ordinatus, cui Felici traditiõis crimẽ
intenderant. Absoluto aũt Cæciliano cum perfici
endæ instaretur unitati, quæstionẽ de isto Felice
commouerant, eo modo arbitrantes posse Cæcilia
num iam purgatũ alienis criminibus irretiri. Cau
sa ergo hęc Felicis discussa est procõsulari iudicio:
ubi liquidissime de innocẽtia Felicis falsum se fe-
cisse cõfessus est, nec puniri facile debuit ubi causa
Episcopi uertebatur, nec facile à procõsule dimitti
potuit tãti criminis reus, nisi Imperatore cõsulto,
quo instante illa omnia gerebãtur. retulit inde pro-
consul, & rescripsit Imperator, ut ad eius comitatũ
idem Vigentius mitteretur, uolens maiores istorũ
à quibus quotidie interpellabatur in præsentia cõ-
futari: nihil tamen dubitans de purgatione, imò
eam uerborum quoq; suorum manifestatione con
firmans sicut rescriptum eius ostendit. Hęc nos o-
mnia documẽta causę Felicis in manibus habeba-
mus, & dispositeramus tradere recitanda. In quo
ipsi nos præuenerunt, & easdem Imperatoris lite-
ras de Vigẽtio ad se mittẽdo priores protulerũt &
recitauerũt, iã fortasse nobis ea non recitaturis, qa
sufficere putabamus etiam causam Cæciliani ita
peractã esse ut nihil amplius exigi uideretur. Sed
aduersarijs nostris id agentibus, ut prosecutio quę
per maiores eorũ apud Imperatores nostros maio
ribus nostris acta est, & eorum calumnia superata
cumulatius apparuerit: quid faceremus, nisi obla-
ta libẽter accipere, & gratias domino in omnibus
agere? Constantini ergo literas ipsi protulerunt, ipsi
recitauerunt. Incredibile uidetur esse quod dico,
sed gesta testantur. Conscriptæ sunt eorum prose-
cutiones, tenentur subscriptæ. Ipsi, inquam, recita
uerunt Constantinũ subscripsisse, ꝙ Heliano pro-
consuli in causa Felicis audientiã præbuerit com-
petentem, & ꝙ à criminibus traditionis innocen-
tẽ Felicem fuisse constiterit. Sed Vigentiũ ad co-
mitatũ suum propterea mitti uoluisse, ut his, inqt,
qui in prẽsentiarum agunt, & diuturnis diebus in- C
terpellare non desinunt, præsentib. & coràm assi-
stentibus apparere & intimari posset frustra eos
Cæciliano inuidiam comparasse, et aduersus eum
uiolenter insurgere uoluisse. Ipsi recitauerunt, qs
nostrum hoc non audire optaret, ut quos iniqui-
tas fecerit nostros impugnatores, æquitas nostros
faceret defensores? Sicut & illum Balaam, quem Num. 23
temporibus antiquis ad maledicendum dei popu-
lum conduxit iniquitas, benedicere copulit verí-
tas. Sicut autem ordo consulum ostendit, quẽ tũc
considerare angustia temporum non sinebat: neq;
enim præsto erant libelli qui consulares uocantur,
aut quisq; eos rem tam inanem crederet obiectu-
ros, ut respondere nos uellent, quid misso Vigẽtio
gestum fuerit, uel utrum omnino sit missus Vigen
tius, cum & innocẽtiam Felicis proconsularis sen
tentia declarauerit, et eandem sententiam respõsio
Imperatoris ab ipsis prolata & recitata firmauerit.
Quod magis utiq; ipsi protulissent, si qd misso Vi
gentio pro se gestum fuisse confiderent. Si- Caput
cut ergo consulum ordo declarat, primo Cæcilia- XXXII.
nus Episcopali iudicio Melchiadis est absolutus,
deinde non post longum tempus Felicem procon
sulis iudicio constitit innocentẽ, ac sic postea Cęci
lianus etiam ab Imperatore inter partes cogno-
scente purgatus est. Deinde post annum aduersa-
rij eius ignominiosa illa indulgentia relaxati sunt.
Nam Melchiades iudicauit Constantino tertium
& Luciano iterũ consulibus nonis Octobris, He-
lianus ꝓconsul causam Felicis audiuit Volusiano
& Aniano

Universidad de Deusto
Biblioteca

& Aniano cõsulibus quintodecimo calẽdas Martias, id est, post menses ferme quatuor. Constantinus ad Romanum uicarium de purgatione Cæciliani scripsit, Sabino & Ruffino cõsulibus, quarto Idus Nouembris, id est, post biennium & menses prope octo. Et idem Imperator ad Valerium uicarium de illorum exilio soluto, & eorũ furore deo uindici remittendo, literas dedit Crispo & Constantino iterum consulibus tertio nonas Maias: id est, post quartum annum & mẽsem fermè sextum. Vnde sine ullis ambagibus liquidissime constat si ue misso ad comitatum siue nõ misso, nihil postea contra Cæcilianũ fuisse iudicatum, imò eum iudicijs quoq; Imperatorijs uictorem aduersariorum & persecutorum suorum postea declaratum.

Caput XXXIIII

Eat nunc pars Donati totiens mendax, totiens confutata, totiens modis omnib. superata atq; cõfusa, adhuc iactet iudicem à nobis fuisse corruptũ, quasi non uox illa uictis esse consueuerit. Prorsus iudex corrumpẽdus fuit, ut qđ illi bene egerãt, illius infirmaret authoritas. Sed nec male illos egisse dixerim, Imò uero optime egerunt, qui cõtra suos errores pro ueritate tanta dixerunt. Nam si causa eorum consideretur, re uera contra ipsos, si aũt prosecutiones eorum legãtur magis secundum ipsos, iudicauit. An uero in ea causa, ille qui medius erat aduersaretur nobis, in qua illi qui ex aduerso stabant dixerunt, protulerunt, recitauerunt tanta pro nobis. Quid emere ab iudice deberemus, quãdo ab aduersarijs illa non emimus quæ iudicem coegerunt, etiam si ab ipsis accepisset pecuniam, pro nobis ferre sententiam: Quanquã si non eum nossemus deum timẽtem & iustitiæ dilectorem, & ab omnibus huiusmodi sordibus alienũ, nos nullam talem suspitionem diligere deberemus: qui nimia patientia cum eos uideret premi ueritate, nec eis uideri uellet aduersus, nimiũ patienter pertulit homines per inania uagantes, & tam multa superflua dicentes, & ad eadem totiens conficta redeũtes: ut gesta tantis uoluminibus onerata penè omnes pigeret euoluere, & quemadmodum acta sit causa legendo cognoscere: quod illi utrum magis inopia ueritatis, an industria calliditatis egerint, nescio. Hinc tamen suam causam tam pessimam, utcunq; adiuuare potius, quàm deserere putauerunt. Denique si in illos qui egerunt intendant cæteri accusationem, eosq; potius asserant à nobis fuisse corruptos, ut tot persecutionibus, uel à se prolatis lectionibus sic adiuuarẽt causam nostram, sic perirent suam: nescio quemadmodũ se possent defendere, & ab ista suspitione purgare, nisi forte dicant, Si corrupti essemus, causam tam malam & per nos et per illos cõuictam, cito etiam finiremus: nũc uero uel inde credite nos ex animo affuisse & aliquid prodesse uoluisse, quod multum loquendo egimus ne quod actum est facile gereretur, & nos esse uictos cito cognosceretur. Si hoc ab eis non fieret, nec ipsis nec nobis iurantibus forsitan crederentur illa quæ pro nobis contra se & tam multa dixerunt & tam multa legerunt, gratis eos nobis omnia præstitisse. Nec tamen ipsis sed deo potius hinc agimus gratias. Vt eñ illa omnia uel loquendo uel legendo pro causa nostra promerẽt atq; propalarent, ueritas eos torsit, non charitas in uitauit. Quapropter fratres, si tamen non irascimini quia fratres uocamus, Illi enim cum hoc à nobis audirẽt, iniuriam sibi fieri apud acta dixerũt, nec mandato nostro admoniti, ubi hoc ex prophetæ testimonium positum est, recolere potuerũt deum præcepisse, Dicite fratres nostri estis, qui uos oderunt & qui uos detestantur, ut nomen domini honorifice appareat illis in iocunditate, ipsi autem erubescebant. Ergo iam fratres appareat uobis nomen domini in iocunditate, quod super nos inuocatum est, & cuius utriq; sacramentum portantes, non immerito dicimur fratres: iam pacem amate, cõsuetudinem calumnioſam & litigioſam iam saltem conuictam confusamq; relinquite: nec eos oderitis quãdo ad nos correcti transeunt, sed quando in errore nefario permanentes, uos adhuc usq; seducunt: nec ipsi sibi magni uideantur, quòd eis honorem in unitate deferimus quem possidebant liberandi: hunc enim habentes extra unitatem magis sunt inde dãnandi. Signa quippe militaria pernicioſius ab usurpatoribus habentur, quàm si omnino non haberentur: nec tamẽ eis correctis & in castra Imperatoris redactis illa frangũtur aut abolentur, sed eos quos ante prodebãt atq; puniebãt, iam ornare incipiunt et munire. Quid adhuc attenditis ad eorũ insanas querelas, & uana mẽdacia? Nocte causa finita est, sed ut nox finiretur erroris. Nocte dicta sententia est, sed fulgens lumine ueritatis. Inclusos & tanquam in carcere se fuisse conquesti sunt, ibi & nos eramus. Aut utriſq; facta est iniuria, aut utriſq; adhibita diligentia. Sed quomodo dicamus iniuriam, quando in tam spatioso & lucido & refrigerãti loco nos fuisse recolimus? Aut quomodo erat carcer, ubi erat & iudex? Postremo clausos fuisse nos nesciebamus, sed q fugere fortasse uoluerũt. Ista inania & ridenda potius, quàm refellenda de tali cognitore non dicerent, si pro sua causa possent ualidũ aliquid inuenire qđ dicerent. Scimus quàm multi uestrum, et forte omnes aut penè omnes, dicere soleatis, O si in unum locum conuenirent, ò si aliquando cõferrent, atq; illis disputantibus ueritas appareret. Ecce factum est, ecce cõuicta est falsitas, ecce apparuit ueritas. Quid adhuc cõtemnitur charitas? Quid nobis est per hominum nomina diuidi? Qui nos creauit unus est Christus, qui nos sociare debet unus est Christus. Iam nomen domini honoretur, & appareat uobis in iocunditate, ut cognoscatis fratres uestros in ipsius unitate. Iam in prosecutionibus Episcoporum uestrorum, error qui nos separabat est uictus, aliquando in cordibus uestris uincatur & diabolus, & gregi suo collecto atq; pacato sit propitius qui hoc præcepit Christus.

Caput XXXV

Libri contra Donatistas post Collationem finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, SVPER gestis cum Emerito Sermo.

LACRITATEM uestræ charitatis quãto gaudio suscipiamus, agnoscitis. Exultemus enim in domino deo nostro, de quo Apostolus ait, Ipse est em̃ pax nostra, q̃ fecit utraq; unum. Agimus ergo eidẽ dño & saluatori nostro Iesu Christo gratias, Hic præstitit nobis ut antequã habeamus fratris nostri Emeriti uolũtatẽ, iam cognouerimus, quantũ diligit unitatẽ. Quæ tamen principia deus uoluerit, ut de ore ipsius audirem⁹, accipite. Mox ut ingressus est istam Ecclesiam, illo loco stans ubi primum cœpimus cum eo colloqui um, inspirante domino qui & cor instruit, & linguam regit, ait nobis, Non possum nolle quod uultis, sed possum uelle quod uolo. Videte quid promiserit, qui se dixit, nõ posse nolle quod uolumus. Si enim non potest nolle quod uolumus, scit quid uelimus. Hoc enim uolumus quod & uos uultis: hoc oẽs uolumus, quod uult dominus. Quid autẽ uelit dominus, occultum non est. Legitur enim te

Ioan. 14 stamentũ eius qui nos sibi fecit cohęredes, in eo re citatur, Pacem meã do uobis, pacem meã relinquo uobis. Siue ergo cito, siue sero, non potest nolle quod uolumus. Moras autem aliquas nobis facit secunda sententia, Possum uelle quod uolo, sic em̃ dixit, Non possum nolle quod uultis, sed possum uelle quod uolo. Potest uelle quod uult, sed nõ potest nolle quod uolumus. Illud enim quod se dicit posse, uidemus, Nam uult modo quod uult, ipsum autem quod non uult, non uult deus. Quid enim modo uult, esse in dissensione à catholica Ecclesia, esse adhuc in cõmunione partis Donati, esse adhuc in schismate, esse adhuc inter illos qui dicunt, Ego

1. Cor. 1 sum Pauli, ego uero Apollo, ego uero Cephæ? Sed hoc nõ uult deus, dũ increpat Apostolus. Diuisus est Christus? Potest ergo uelle qd' uult, sed ad tẽpus, sed ad horã, sed ad uerecundię, non ad rationem sapiẽtiæ potest uelle qd' uult. Nam modo hoc est quod uult, & potest uelle qd' uult. Sed q̃a non potest nolle quod uolumus, nolit deus quod uult, & faciat quod uolumus. Non uos ergo permoueat fratres aliqua morula dũ quod uult uult, sed orate ut faciat quod promisit, ut non possit nolle quod uolumus. Et ab omnib. acclamatum est, aut hic, aut nusquam. Qui corda uestra declarastis uocibus, adiuuate nos & orationibus. Potens est dominus qui præcipit unitatẽ, mutare in melius uoluntatem. Quod autẽ acclamauit charitas uestra, aut hic aut nusquã: uocẽ in illum uestrę charitatis agnouimus & amamus. Hoc etiam nos nõ nunc primum, sed semper cogitamus, semper optamus.

A Idem est & animus, quod præcipue necessariũ est, fratris & coepiscopi nostri, Episcopi uestri Deuterij. Olim nobis notus est animus eius. Nobiscum preces de hac re domino fudit, cũ consilio ubi hoc illis qui foris sunt promisimus & obtulimus. Iam de hac re subscriptiones nostrę retinent. Nunquã enim nos ita honorem nostrum fouemus, ut unitati inuideamus. Minores sumus honore, cum simꝰ maiores dilectione. Nouimus quemadmodũ inuitãda sit infirmitas, ut perficiatur unitas. Nec ideo dicimus hæc fratres, quasi illi qui sub schismate remanserint, aliquam spem habeant ad dominum. Multi enim disputant parum intelligentes quid loquantur, & dicunt, Si schismatici sunt, si hæretici sunt, quare sic illos suscipiũt? Audite fratres mei,

B Si eos susciperemus, iam istum susciperemus fratrem nostrũ Emeritũ, siue bonũ, siue malum, tamẽ fratrem. Quod ideo dico, q̃a & ipse nouit per prophetam nobis dictũ esse, quod illis etiã in collatione diximus, Dicite, fratres nostri estis, his qui uos oderunt. Oderunt nos, credimus finiendum esse quod odiunt. Tamẽ & quandiu odit, frater audit, donec finiatur odium, erit nomẽ in testimonium. Nõ ergo sic illos suscipim⁹ ut sunt, Absit à nobis, Nã hæretici sunt. Suscipimus aũt catholicos. Mutantur, suscipiũtur. Sed propter malũ quod habẽt, non in eis possumus persequi bona quæ agnoscimus. Malũ em̃ dissensionis schismatis, hæresis malum suũ habẽt. Bona uero quæ in illis agnoscim⁹, non sunt sua, domini nostri habent bona, Ecclesię

C habẽt bona. Baptismus nõ est ipsorũ, sed Christi. Inuocatio nominis dei super caput ipsorũ quando ordinantur Episcopi, inuocatio illa dei est, nõ Donati. Non eum suscipio Episcopũ, si quãdo est ordinatus, super caput eius Donatus est inuocatus. In errante & deserente milite, crimen est desertoris, character aũt non est desertoris, sed Imperatoris. Sed frater noster nõ deseruit, ubi adhuc nunquã fuit. Siquidẽ in illo desertoris error est natus, quando est à desertore signatus. Qui primo schisma fecit, q̃ se ab Ecclesia catholica separauit, cũ his q̃s secum traxit, desertor fuit. Cæteri à desertoribus signati sunt, nõ tamẽ signo desertoris, sed signo Imperatoris, Non em̃ desertor characterem suũ fixit.

D Quid est quod dico, desertor characterẽ suum nõ fixit? Donatus nõ baptizauit in nomine Donati. Nam si Donatus quãdo schisma fecit, in nomine Donati baptizaret, desertoris characterem infigeret: ego quãdo uocarẽ ad unitatẽ si inuenirem desertoris characterẽ, exterminarem, delerem, abolerẽ, abijcerem, nõ approbarẽ, respuerem, anathematizarem, damnarẽ, Nunc uero ipse desertor characterem fixit Imperatoris sui. Deus & dominus noster Iesus Christus quærit desertorẽ, delet erroris crimen, sed non exterminat suum characterẽ. Ego quando uenio ad fratrem meũ, & colligo errantẽ fratrem meum, attendo fidem in nomine patris & filij & spiritus sancti. Iste est character Imperatoris mei. De isto charactere militibus suis, uel potius comitibus suis, ut hunc imprimerent eis quos congregabãt castris eius, præcepit dicens: Ite baptiza

te

Universidad de Deusto
Biblioteca

te gentes in nomine patris & filij & spiritus sancti. A
1.Cor.1 Istum characterem à domino dictum omnibus credentibus imprimendum, quia nouerat Paulus, expauescẽs ad eos qui uolebãt esse Pauli, & dicit eis, Numquid Paulus pro uobis crucifixus est? Quid uultis esse mei, & non magis domini mei? Quid uultis esse mei, & nõ potius cuius ego sum? Agnoscite, aduertite characterem uestrum. Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? Sic ergo eos colligimus, ut nõ sibi blandiant illi quos nõ colligimus. Et ipsi colligantur, nõ inflent: ueniant, suscipiant. Non in eis odimus quod dei est: non odimus & ipsos, quia dei sunt. Et quod habent, dei est: dei sunt, qa homines sunt. Et omnis homo creatura dei est: dei est quod habet nomen patris & filij & spiritus sancti. Baptismꝰ trinitatis, dei est: dei est Euãgeliũ quod habent, dei est fides quã habent. Et quid nõ B
habẽt, ait mihi aliqs, qui hæc habẽt? Tu dicis, Habent baptismũ Christi. Dico. Tu dicis, habẽt fidẽ Christi. Dico. Si ergo hæc habẽt, quid nõ habent? Quid est baptismũ? Sacramentũ. Audi Apostolũ,
1.Cor.13 Si sciero omnia sacramẽta. Multũ est, scire omnia dei sacramenta. Quantacunq; sciamus sacramenta, quis nouit dei omnia sacramenta? Quid ait Apostolus? Si sciero omnia sacramenta, si habeam omnem prophetiam. Adde adhuc, Et omnem scientiam. Sed de fide dixeras. Audi adhuc, Si habeam omnem fidem. Difficile est habere omnem fidem, quomodo difficile est nosse omnia sacramenta. Et quid est quod dicit, omnem? Ita ut montes transferam, charitatem autem non habeam, nihil sum. Intendite fratres, intendite obsecro uos Apo C
stoli uocem, & uidete quare cũ tantis laboribus & periculis fratres nostros quæramus. Charitas eos quærit de cordib⁹ nostris. Propter fratres meos,
Psal.121 & propinquos meos, dicit Psalmꝰ, loquebar pacẽ de te: ad sanctã Hierusalẽ loquẽs. Videte ergo fratres mei qd dixit Apostolus, Si habuero omnia sacramenta, omnem scientiam, pphetiã, fidem. Qualem fidem? Ita ut montes transferam, charitatẽ autem non habeam, nihil sum. Non dixit illa omnia nihil sunt: sed, si charitatem nõ habeam, nihil sum. Quis enim demens diceret, nihil sunt dei sacramẽta? Quis demens diceret, nihil est prophetia, nihil scientia, nihil fides? Non illa nihil sunt, sed cum illa magna sint, ego magna habens si charitatem nõ habeam, nihil sum. Magna illa sunt, & magna ha- D
beo, & nihil sum si charitatẽ non habeo, per quam mihi prosint quæ magna sunt. Si enim non habeo charitatẽ, illa inesse possunt, prodesse non possunt. Attende ergo frater, attende obsecro te. Dicis mihi, Quid me quæris? Respõdeo, Quia frater meus es. Respondes mihi & dicis, Si perij, quid me quæris? Et ego respondeo, Si non perisses, non quærerem. Quid me queris dicis mihi, si perij, quid me quæris? Cum ego respõdeam, quæro quia peristi. Et quare quæro? Quo fructu quæro? Vt aliquan-
Luce 15 do dicatur mihi, Frater tuus mortuus erat, & reuixit, perierat & inuentus est. Respondes & dicis mihi, Sed habeo sacramentum. Habes, agnosco. Propter hoc te quæro. Magnã causam addidisti, quare te diligentius queram, Quis es enim de grege domini mei, cum signo errasti. Ideo quæro magis, qa ipsum signum habes. Quare unam Ecclesiam nõ possidemus? Vnum signum habemus, quare in uno ouili non sumus? Ideo te quæro ut hoc sacramentum sit tibi in salutis adiutorium, non in damnationis testimonium. Nescis quia desertor de character damnatur, de quo militãs honoratur? Ideo te quero ut nõ pereas cum signo. Salutis eñ signũ est, si habeas salutem, si habeas charitatẽ. hoc enim signum salutis extra tibi inesse potest, prodesse nõ potest. Veni ut prosit tibi quod habebas, non ut accipias quod habebas: sed ut prodesse tibi incipiat quod habebas, & accipias quod nõ habebas. Habebas enim signum pacis, ipsam pacem nõ habebas. In domo illa, id est, in te discordia habita- B
bat, & in limine titulos pacis figebat. Agnosco titulos, sed quæro habitantem. Lego titulum pacis, baptismum in nomine patris & filij & spiritus sancti, Titulus pacis est, lego. Quis habitat quero, fratrem meum attẽdo, titulum pacis agnosco. Ipsum & ego habeo, intrare uolo. Quid est intrare uolo? Fratrem me accipe, ut simul oremꝰ patrẽ. Non tecum oro. Tituli pacis sunt, & mihi discordia cõtra dicit? Plane laborabo adiuuãte domino, eijcere discordiã male possidentẽ, & introducere pacem tanquam legitimũ possessorẽ. Cum ergo discordiã excludo, pacem introduco, titulos pacis quare depono? Dico plane domino meo. O Christe q es pax nostra, qui fecisti utraq; unum, fac nos unum ut re Ephe.15
cte cantemus, Ecce q̃ bonum & q̃ iocundum ha- Psal.132
bitare fratres in unũ. Introduc concordiã, pelle discordiã, introduc teipsũ in titulos tuos. Tu mane, Non alter possideat, & de tuis titulis fallat. Tu muta istũ cõtradictorẽ, qui una hora in cruce mutasti Luc.23
latronem. Et certe uideamus quid habes. Habeo, inquit, sacramentum, habeo baptismũ. Si dicam tibi, proba: ostẽdis mihi quid acceperis, dicis quid cõfessus fueris, dicis quid teneas. Agnosco, nõ muto, nõ exufflo. Absit ut cũ quæro salutẽ desertoris, faciam iniuriã imperatori. Ergo probasti mihi qd habeas sacramentum, exponendo sacramentum. Probasti mihi te habere fidem, proba mihi q̃ habeas charitatem. Tene unitatem, nolo mihi dicas, habeo charitatem. Proba, unum patrem habemus, simul oremus. Quid tu dicis quando oras, rogo te? Pater noster q es in cœlis. Deo gratias. Secundũ Matt.6
magisteriũ domini nostri addidisti, qui es in cœlis. Singulos enim patres habebamus in terris, unum inuenimus simul in cœlis. Pater noster q es in cœlis, ipsum inuocas patrem. Pater noster unam coniugem uoluit habere. Qui ergo adoramus unum patrem, quare non agnoscimus unam matrem? Si natũ te dicis de alia, & de sinu alieno ipsa te peperit. Quod dixi, nõ omnes intelligere potuistis. Nouimus per legitimas cõiuges factum esse, ut etiam qui nõ de legitimis coniugibus nascerentur, in eadem hæreditate sociarentur: hoc uoluntas cõiugis fecit. Nam Hismael exhæredatus est. Ipsum Sara pepererat, etsi de utero alieno. Sara pepererat utero alieno, uoto suo. Ipsa enim dixit, Volo enim de

Universidad de Deusto
Biblioteca

ista mihi filios facias. Et ideo fecit Abrahã. Vxor enim non habet potestatem corporis sui, sed uir: Similiter uir non habet potestatem corporis sui, sed mulier. Nam filius esset, si non superbisset. Superbus est exhæredat⁹ Hismael. Erexit enim ancilla ceruicem, ut diceret, Eijce ancillam & filiũ eius: Gen. 21 nõ enim hæres erit filius ancillę, cũ filio meo Isaac. Nam uis nosse quid ualeat pax, quid ualeat cõcordia, quid ualeat humilitas, & quid impediat superbia? Hismaelem exhæredauit. Filios aũt ancillarũ de Iacob, quia & illi ut nascerentur coniugia iusta uoluerunt, filios ergo ancillarum de Iacob nouimus in unã hęreditatem aduocatos. Simul numerati sunt omnes Patriarchæ duodecim, nullum ab altero uteri diuersitas separauit, quia oẽs charitas sociauit. Quid interest ergo ubi baptismum acceperis? Baptism⁹ meus est, dicit tibi Sara, Baptism⁹ meus est, dicit tibi Rachel. Noli superbire, ueni ad hæreditatem, maxime quia ipsa hæreditas non est illa terra, quæ data est filijs Iacob. Filijs Israel data est terra. Quanto à pluribus possidebat̃, tanto plus angustabatur. Hæreditas nostra pax uocatur. Te- Iohn. 14 stamentum lego, Pacem meam do uobis, pacem meam relinquo uobis. Simul teneamus, quod diuidi nõ potest. Non eam angustat numerosus possessor, quãticunq; uenerint, sicut ꝓmissum est. Sic Gen. 22 erit semen tuum tanquam stellæ cœli, & sicut arena quæ est ad labium maris: In semine tuo benedicentur omnes gentes. Et uidi, inquit in Apocaly- Apoc. 7 psi, multos in stolis albis, & habẽtes palmas, quos numerare nemo potest. Venientes ex omnib. gentibus ueniant, pacem teneant. Angusta non sit nostra possessio. Angustias non facit, nisi sola dissensio. Ecce fratres mei, ut angustias adhuc patiamur, dissensio facit fratris nostri. Consentiat in pace, & facta est latitudo. Sed quid faciamus, nisi fraternã infirmitatem feramus & non deficiamus? Sudor iste meus credimus quod erit fructuosus. Dominus deus noster qui uoluit ut ueniremus ad uos, qui iussit ut eum quæreremus, qui fecit ut eum interim facietenus inueniremus, adiutos orationib. uestris faciet nos inuenire cor eius, lætari de concordia eius, gratias agere deo de salute eius, quam non potest habere nisi in Ecclesia catholica. Extra Ecclesiã catholicam totum potest præter salutem. Potest habere honorẽ, potest habere sacramentũ, potest cantare hallelu ia, potest respõdere amen, potest Euãgeliũ tenere, potest in nomine patris et filij et spiritus sancti fidem & habere & prędicare, sed nusquam nisi in Ecclesia catholica salutem poterit inuenire, Transeunt enim omnia ista fratres mei. Modo putat qa magnus erit apud suos si non consenserit, & dictus fuerit martyr partis Donati. Absit, tollat̃ in nomine domini de corde eius iste typhus. Nouit & ipse, legit & ipse, si tradidero cor 1. Cor. 13 pus meum ut ardeam, charitatem aũt nõ habeam, nihil mihi prodest. Ego non dico, si aliquas iniurias quasi iactet se passum esse ꝓ parte Donati, aut aliqua damna terrena, nihil ei prodest. Ego plus dico, si patiatur foris inimicum Christi, non catholicum fratrem suum quærentẽ salutem eius, sed inimicum Christi si foris patiatur, & dicat ei foras ab Ecclesia Christi, inimicus Christi, Pone thus idolis, adora deos meos, & non adorans occidatur ab inimico Christi, sanguinẽ fundere potest, coronã accipere non potest. Ipsi nouerunt quãdo in collatione nostra fuerunt, quã Carthagine habuimus, quomodo cõfessi sunt, quia parentes eorũ fecerũt persecutionem Cæciliano Episcopo. Tũc à catholica discordantes, schisma fecerunt, persecuti sunt illum parentes ipsorum, id est, primi qui fecerunt partem Donati, persecuti sunt Cęcilianũ, perduxerunt illum persequendo usq; ad iudicium Imperatoris. Miserunt crimina ipsius Imperatori, quæ uera non existebant, Iussit audire causam Imperator. Audita est apud Episcopos, falsa illa crimina inuẽta sunt, absolut⁹ est Cæcilian⁹. Nec illi à persequẽdo destiterũt, sed Imperatorem sæpe interpellarũt, ubi postea iudicẽ causæ constituerũt. Et ipse inter partes audiuit & cognouit, Cognouit Imperator, innocentẽ Cęcilianum iudicauit. Et cũ hoc obijcerem, contẽderunt nobiscum & dixerunt, qa Cęcilianũ dãnarit Imperator in exiliũ. Quod falsum est. Sed tamen uidete quid dixerunt. Quia persequentibus maioribus suis adductus est ad Imperatorẽ Cæcilianus & missus in exilium. Gesta legimus, ꝓsecutiones ipsius sunt, manus ipsius tenent̃ subscribẽtis uerbis suis, intẽdite obsecro uos, dijudicate modo causam nostrã. Certe persecuti sunt maiores sui Cæcilianum, certe ad Imperatorẽ perduxerunt, certe ut damnaret̃ fecerunt. Nolo dicere, quia non est damnatus, nolo dicere qa innocẽs est pronunciatus. Sed hoc sit quod dicunt. Quando eũ persequebant̃, quando damnari fecerũt, tũc quid erat Cæcilianus? Quando persecutionem patiebatur à maioribus istorũ, quid erat? Dicatur mihi, quid erat? Christianus erat? catholicus? aut qd erat? Non dicunt, non erat catholicus, sed criminosus. Possunt ergo pati persecutionem à sanctis hominés criminosi? Prorsus hoc accipiamus. Criminosus erat Cæcilianus, qui persecutionem patiebatur, Sic em̃ non dico mentiebant̃, sed fallebant̃, ut & nos illis cõsentiam⁹. Criminosus erat. Quid faciebant, quid erant? Quod uis elige, Si iniqui erant, desere iniquos, ueni ad nos. Si aũt sancti erãt, potest ergo fieri, ut sancti persequantur iniustum? Noli nobis irasci, si persequimur, noli dicere, iniusti estis qui persequimini. Iam enim ostendistis, qa fieri potest, ut & iusti persequantur iniustum. Fieri potest, aut nõ potest? Vnum de duobus dicatur mihi. Si fieri nõ potest, quare uestri persecuti sunt Cæcilianum? Si autem fieri potest, quid miraris? Quid laudas pœnam, & nõ ostendis causam? Bea- Matt. 5 ti, ait dominus, qui persecutionem patiuntur, Adde, propter iustitiam, & separasti latrones, separasti maleficos, separasti adulteros, separasti impios, separasti sacrilegos, separasti hæreticos. Tales persecutionem patiuntur, sed non propter iustitiam. Et tamen qualẽ persecutionẽ patitur frater noster qui adductus est ad nos? Ipsa est persecutio gloriosior. De illa prorsus profiteor. Reprehendat qui uult, talem persecutionem profiteor. Psalmum le-

go

Psal.100 go, Detrahentem proximo suo occulte, hunc per-
sequebar. Si recte persequor occulte proximo de-
trahentem, nō rectius persequor dei Ecclesiam pu
blice blasphemantem, quando dicit, non est ipsa:
quando dicit, nostra est quæ in parte est: quando
dicit, illa meretrix est? Ergo blasphemantem Ec-
clesiam nō persequar? Persequar planè, quia mem
brum sum Ecclesiæ: persequar planè, quia filius
sum Ecclesiæ. Ipsius uoce Ecclesiæ utor, ipsa Ec-
Psal.17 clesia per me dicit in Psalmo, Persequar inimicos
meos & comprehendam illos, & nō conuertar do
nec deficiant. Deficiant in malo, proficiant in bo-
num. Fratres, ne putetis aliquid nouū factum esse
fratri nostro. Pars Donati quando prævalebat Cō
stantię, laicum nostrum catechumenū, natū de pa-
rentibus catholicis, Petilianus tenuit, uim fecit no
lenti, scrutatus est fugientem, inuenit latentem, ex B
traxit pauentem, baptizauit tremētem, ordinauit
nolentem. Ecce qualem uiolētiam fecit in nostro.
Rapuit ille ad mortem, nos non trahimus ad salu-
tem? Hæc locutus sum charitati uestræ, propter il-
lud quod dixistis, aut hic, aut nusquam. Hoc enim
& nos uolumus, ut hic hic, sed in unitate in pace,
hic hic, sed in charitatis societate. Tunc bene hic.
Nam melius nunquā quàm hic. Sed præstet domi
nus, ut hic potius, quàm nusquā. Si non hic, absit
ut non alibi: absit hic, aut alibi. Audistis, audiuit,
Quid in eius animo deus egerit, ipse nouit. Nos e-
nim aurē forinsecus percutimus, ille nouit intus lo
qui, ille intus prædicat pacē, nec cessat prædicare
si audiat. Aderit misericordia eius, adiuuantibus
orationibus uestris, ut sit fructuosus labor noster. C
Tamen si hodie cōmunicare noluerit, quanuis fati
gari non debeamus, sed instare quantū possumus
debeamus, nec sic tamen fatigari debemus. Differ
ri possumus, auferre instantiam nostram nec possu
mus nec debemus. Aderit ille qui huc illū ad nos
perduxit, ut nos faciat cum illo in unitate uobiscū
& in sua pace gaudere.

Concionis Augustini super gestis cum
Emerito Donatist. Episcopo finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE GESTIS cum Emerito Donatistarum Episcopo Liber unus.

LORIOSISSIMIS Imperatorib⁹, Honorio duodecimum, & Theodosio octauum consulibus duodecimo calendas Octob. Cæsarię in Ecclesia maiori, cum Deuterius Episcopus Metropolitanus Cæsariensis, unà cum Alipio Tagastensi, Augustino Hipponensi, Possidio Calamensi, Rustico Cartenitano, Palladio Tigabitano, & cęteris Episcopis, in exedrā, peęssissent, prę
sentibus presbyteris & diaconib⁹, & uniuerso cle-
ro, ac frequētissima plebe, adesset etiam Emeritus
partis Donati Episcopus, Augustinus Episcop⁹
Ecclesiæ catholicæ dixit, Fratres charissimi, q ab
initio catholici fuistis, & quicunq; ad catholicā ex
Dontistarū errore ueneristis, & pacē huius sanctæ
Ecclesiæ catholicæ cognouistis & ueraci corde te
nuistis, & q adhuc forte de catholicæ unitatis ueri
tate dubitatis, audite nos solicitos pura dilectione
pro uobis. Quando uenit ad hanc ciuitatē die nu-
diustertiana frater noster Emeritus, Donatistarū
adhuc Episcopus, perlatum est ad nos subito eum
esse præsentem. Et quoniam charitate, quam deus
uidet, desiderabamus eius præsentiam, ad eum ui-
dendum cōtinuo conuolauimus, inuenimus eum
stantem in platea. Facta inuicē salutatione, admo- B
nuimus, q̄ durum esset ac turpe eū in platea rema-
nere, ut ad Ecclesiam nobiscum ueniret. At ille no
bis sine ulla recusatione consensit, ubi nos putaui
mus eū ita cōmunionem catholicā non recusatu-
rum, quēadmodū uel spontaneū obtulit aduētum,
uel ad Ecclesiam uenire minimè dubitauit. Illo au
tem in peruersitate hæretica quanuis intra Eccles
am catholicā diutius remorante, allocutus sum di
lectionē uestrā, sicut meminisse dignamini, Multa
dixi quæ audistis, & quæ sine dubio quantū pote-
stis etiam meministis. Multa de pace, multa de cha
ritate: multa de sanctę Ecclesię catholicæ, quā de⁹
p̄misit & prestitit, unitate. In quo meo sermone &
uos alloquebar, & illum exhortabar, & quantū in
me poterant uiscera charitatis, oēs in periculo ani
mæ suę cōstitutos in illo meo sermone parturiebā
& párere domino cupiebā, Hoc em̄ & beat⁹ Pau- Gal.4
lus Apostolus dixit quibusdam, Filioli mei, quos
iterum parturio donec Christus formet in uobis.
Sed etiam post sermonem nostrum cum adhuc in
illa sua perduraret pertinacia, nec sic desperandū
putauimus, sed nec de quoquā quamdiu uiuit in
hoc corpore homine desperandū putamus. Neq;
enim sic dixi nudiustertius me non desperasse, ut
hodie audeam desperare. Sed ad hunc articulum
causa perducta est, ut quoniam uenit, & quantum
cognouimus, sponte uenit, nō sit huic Ecclesiæ in
fructuosus eius aduentus. Aut enim quod magis
optamus & cupimus etiā de illius salute uobiscū
D in catholica pace gaudebimus: aut si, quod abomi-
namur & detestamur, ipse in illa pertinacia perdu-
rauerit, debetis uos eius præsentia melius nosse qd
interfit inter catholicam pacem & hæreticā dissen
sionem. Partis enim Donati Episcopus est, sed à
Donatistis huius ciuitatis ordinat⁹. Quos Dona-
tistas in nomine Christi in gremiū catholicū iam
magna ex parte suscepimus, ita ut penè omnes cō
munioni catholicæ sociatos esse gaudeamus. Sed
quoniā & qui iam communicauerūt non quidem
uniuersi, sed quidā uidentur de ipsa, ut pauloante
dixi, catholica ueritate dubitare, quidā uero nō sal
tem dubitant, sed adhuc corde positi in parte Do-
nati, præsentiam nobis exhibent corporalem, siue
uiri siue fœminę, carne intus, spiritu foris: bonum

esse æstimamus Episcopũ ipsorum interrogare, ut si habet aliquid quod pro ipsa parte adhuc dicat post factam apud Carthaginem omnibus notam collationẽ, si habet aliqd quod adhuc dicat, dicat sine prẽiudicio partis Donati, quod tamen ꝑ desse existimet uobis, in quorũ ciuitate ꝑ uestra in Christo salute se existimat ordinatũ: & nos respondebimus sine præiudicio catholicæ, quoniã modo nullus partes defensionis imposuit: qđ tamẽ, sicut existimamus & uolumus, prodesse uobis possit præsentibus cõtra præsentẽ: ut si seductus est, nõ seducat: si aũt nos seducebamus, ipso prẽsente qui foris fortasse multa iactitat, arguamur, refellamur, cõuincamur, doceamur. Hoc propterea dixi, ne ideo loqui nolit, qa potest dicere, nullas mihi modo pars mea partes defensionis imposuit. Non em̃ post ipsam collationẽ non loquebatur, aut post illam collationem non ad istã ciuitatẽ uenit, aut de ista prouincia aliquando discessit, aut credimus eum omnino post illã collationẽ nulli homini uerbum pro parte Donati fecisse. Noui quæ uobis dicebantur, eos alloquor, qui ex ipsa parte uenistis, noui quid dicebatur uobis, nos cognitoris emisse sentẽtiam. Noui dictum esse uobis, quòd ille fuerit cõmunionis nostræ, & propterea istos loqui omnia quę uellent minime permisit, & eos potestate potius oppressit, cꝫ probitate qđ loquebant nõ accepit. Ista omnia iactata sunt post collationẽ, siue ab ipso, siue ab hominibus cõmunionis illius. Quid interest à quo uos perturbemini, quos uolumus in catholica pace esse trãquillos? Si absens esset, dicerem de illo uobis, Qui autem cõturbat uos, portabit iudicium quicunq; est ille: Hæc em̃ quę dixi, beati Pauli uerba sunt aduersus absentes, à quib⁹ simplices turbabantur. Nunc aũt prẽsens est, modo nobis dignet̃ dicere quare aduenerit. Frater Emerite, præsens es, collationibus interfuisti, si uictus es, quare uenisti? Si autem te uictum esse nõ putas, loquere unde tibi uictor esse uidearis? Tunc enim uictus es, si ueritate uictus es. Si autem uideris uictus potestate, & uicisti ueritate, non est hic potestas, qua uictus uideris. Audiant ciues tui, unde te uictorem prẽsumis esse. At si nosti aduersus te uictricem fuisse ueritatẽ, quid adhuc respuis unitatẽ? Emeritus Episcopus partis Donati, dixit, Gesta indicant, si uictus sum, aut uici. Si ueritate uictus sum, aut potestate oppressus sum. Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit. Quare ergo uenisti? Emeritus Episcopus partis Donati dixit, Vt hoc dicerem quod requiris. Augustinus Episcopus Ecclesiæ catholicæ dixit, Requiro quare ueneris, hoc nõ quærerẽ si nõ uenisses. Emeritus episcop⁹ partis Donati dixit notario qui excipiebat, Fac. Cumq; reticeret, August. Episcop⁹ Ecclesiæ catholicæ dixit, Si ergo sub ueritate tacuisti, nõ sine causa uenisti, nisi quia istos decipere uoluisti. Cumq; diu reticeret, Augustinus Episcop⁹ Ecclesiæ catholicæ dixit, Videtis fratres diu tacẽtem, moneo ut optetis resipiscentẽ, obsecro ne sequamini pereuntẽ. Veruntamen quoniam gesta communionis nostræ cõmemorauerit, ubi apparere posse dixit, utrũ ueritate sit uict⁹, an potestate oppressus: multa sũt quidẽ, ubi superfluis & moratorijs prosecutionib. gesta cumularũt, nihil aliud magnis uiribus agẽtes, nisi ut nihil ageret̃. Sed domino præsidente, & causam suã agente, uentũ est quò noluerunt. Dicta causa atq; definita est. Sed si omnia gesta uobis legere uelimus, quanquã præsentibus uobis fratrem & coepiscopũ meum Deuteriũ obstringo, ut quẽadmodũ fit apud Carthaginem, apud Tagastẽ, apud Constantinã, apud Hipponem, apud oẽs diligentes Ecclesias, sic etiã dein ceps facere nõ pigrescat. Vt annis omnibus per iuniorum dies, id est, quadragesima ante pascha, quãdo uobis maxime ieiunãtib. plus uacat audire, eadẽ gesta collationis per annos singulos, uniuersa à capite in finẽ ex ordine recitẽtur. Tamẽ ut dicere cœperã, quia non omnia uobis modo legere possumus, dignamini prius audire ante collationẽ, quas literas dederimus ad cognitorẽ, ubi promisimus, uel quẽadmodũ suscipi uellemus si uicti fuissemus, uel quemadmodũ eos susciperemus si uinceremus, ut uideret̃ nõ in cõtentione, sed in humilitate esse uictoria. Alipius Episcop⁹ Ecclesię catholicæ Epistolã recitauit: Honorabili ac dilectissimo filio uiro clarissimo & spectabili, tribuno & notario Marcellino, Aurelius Siluan⁹, & uniuersi Episcopi catholici. Dicto spectabilitatis tuæ, quo nostræ collatiõis trãquillitati quietiq; seruãdæ, & ueritati manifestandæ ac munitẽdę consultũ est, in omnib. nos cõsentire, sicut admonere dignat⁹ es, per has intimam⁹: illa etiã ueritate cõfisi, nos uinculo conditionis obstringimus, ut si nobis hoc cũ qbus agim⁹ demõstrare potuerint, cũ secundũ dei promissa populi Christiani usquequaq; crescendo, iam magnã partem orbis impleuissent, & in cæteram dilatarent̃ implendã, subito Ecclesiã Christi nescio quorũ, quos isti accusant peccatorũ perisse cõtagione, & in sola remansisse parte Donati, Si hoc ut dictũ est demõstrare potuerint, nullos apud eos honores Episcopat⁹ requremus, sed eorũ sequemur pro sola salute consiliũ, quibus tanti gratiã beneficij pro cognita ueritate debebimus. Si aũt nos potius ualuerimus ostẽdere Ecclesiam Christi omnium, non solũ Aphricanarũ, uerũetiam transmarinarũ prouinciarũ, multarũ gentiũ spatia, feracissima populorũ copia iam tenentẽ, & sicut scriptum est, toto mũdo fructificantẽ atq; crescentẽ, nullorum hominũ sibi cõmixtorũ peccatis perire potuisse: Si deniq; ipsorum, qui tunc accusare uoluerunt potius cꝫ conuincere ualuerunt, quæstionem definitam, quãuis nõ in eis Ecclesia cõsistat, & Cęcilianũ innocentẽ, illos aũt uiolentos & calumniosos esse iudicatos ab eo Imperatore, ad cuius examen criminationes suas ultrò accusando miserũt, Postremo si qđ de peccatis quorumlibet hominũ dixerint, uel humanis documentis, uel diuinis probauerimus: aut eorũ innocentiã falsis criminibus appetitã, aut Christi Ecclesiam, cuius cõmunioni cohæremus, nullis eorũ delictis esse destructã: sic eius nobiscum teneant unitatem, ut non solum uiam salutis inueniant, sed nec honorẽ Episcopatus amittant

Gal. 5

amittant. Neq; enim in eis diuinæ sacramenta ueri A
tatis, sed commenta humani detestamur erroris.
Quibus sublatis, fraternum pectus cõplectemur
Christiana nobis charitate cõiunctum, quod nũc
dolemus dissensione diabolica separatum. Poterit
quippe unusquisq; nostrum honoris sibi socio co
pulato uicissim sedere eminẽtius, sicut peregrino
episcopo iuxta considentem collegam hoc cum al
ternis basilicis utrumq; conceditur, utroq; alterũ
cum honore mutuo præueniẽte: quia ubi præce
ptio charitatis dilatauerit corda, possessio pacis
non fit angusta, ut uno eorum defuncto, deinceps
iam singulis singuli pristino more succedant. Nec
nouum aliquid fiet. Nam hoc ex ipsius separatio
nis exordio in eis, qui damnato nefariæ discissio
nis errore unitatis dulcedinem uel sero sapuerũt,
catholica dilectio custodiuit. Aut si forte populi B
Christiani singulis delectãtur episcopis, & duorũ
consortium inusitata rerum facie tolerare nõ pos
sunt, utriq; de medio discedamus, & ecclesijs sin
gulis damnata schismatis causa in unitate pacifica
constitutis, ab his singulis in ecclesiis singulis an
nuentibus unitati factæ, per loca necessaria singu
li constituantur episcopi. Et cũ legeret, Augu
stinus episcopus dixit: Dicam charitati uestræ &
cõmemorẽ rem dulcissimam & suauissimã, quam
domino adiuuante sumus experti: Cũ ante ipsam
collationẽ inter nos aliqui fratres de hac re collo
queremur, quia pro pace Christi episcopi debẽt es
se, aut debent non esse: quod uobis fatendũ est, cir
cumspicientes omnes fratres & coepiscopos no
stros, non facile nobis occurrebant, qui hoc uellẽt C
suscipere, et de hac humilitate domino sacrificare:
dicebamus ut fieri solet: ille potest, ille non potest:
ille consentit hoc, ille non tolerat: loquentes ma
gis pro suspicionibus nostris, qui corda illorũ ui
dere minime poteramus. Quando autem uentum
est ut hoc palam fieret, in concilio uniuersorũ tam
frequenti penè trecentorum episcoporum, sic pla
cuit oĩbus, sic exarserũt omnes, ut parati essent
episcopatum pro Christi unitate deponere, & nõ
perdere, sed deo tutius cõmendare. Duo ibi uix
inuenti sunt, quibus displiceret. Vnus annosus se
nex, qui hoc etiã dicere liberius ausus est, alter uo
luntatẽ suã tacito uultu significauit. Sed posteaq;
illum senẽ libertius hoc dicentẽ obruit omniũ fra
terna correptio, illo mutante sententiã, uultũ etiã D
ille mutauit. Audite ergo quibus modis etiã ipsa
exhortatio facta est, propter illum qui ait: Qui se
Luce 8 humiliat exaltabit. Item legit: Quid enĩ dubite
mus redẽptori nostro sacrificiũ istius humilitatis
offerre? An uero ille de cœlis in humana membra
descendit, ut membra eius essemus, & nos ne ipsa
eius mẽbra crudeli diuisione lanientur, de cathe
dris descendere formidamus? Propter nos nihil
sufficientius, quàm Christiani fideles & obedien
tes simus. Hoc ergo semper sumus. Episcopi au
tẽ ꝓpter Christianos populos ordinamur. Quod
ergo Christianis populis ad Christianam pacem
prodest, hoc de nostro episcopatu faciamus. Au
gust. episcop⁹ dixit: Propter uos hoc debemus es
se quod uos. Quid debes esse tu, cuicũq; loquor ue
strũ? Christian⁹ fidelis, obediẽs: hoc tu propter te,
hoc & ego propter me. Ergo quod tu propter te,
& ego ꝓpter me, semper esse debemus. Quod aũt
sum propter te, sim, si tibi prodest: non sim, si tibi
obest. Ecce quod dictũ est, attẽdite. Itẽ legit: Si ser
ui utiles sumus, cur domini æternis lucris pro no
stris temporalib. sublimitatibus inuidemus? Epi
scopalis dignitas fructuosior nobis erit, si gregem
Christi deposita magis collegerit, cũ; retẽta dis
perserit. Cũq; recitaret: Aug. episcopus dixit: Fra
tres mei, si dominũ cogitamus, locus iste altior spe
cula uinitoris est, nõ fastigiũ superbiẽtis. Si cũ uo
lo retinere episcopatũ meũ, dispergo gregẽ Chri
sti, quomodo est damnum gregis, honor pastoris?
Itẽ legit: Nã qua frõte in futuro seculo promissũ à
Christo sperabimus honorẽ, si Christianã in hoc
seculo noster honor impedit unitatẽ? Hæc propte
rea prestãtiq; tuæ scribẽda curauimus, & ut per te
innotescãt omnibus postulamus, ut in adiutorio
domini dei nostri, quo admonẽte ista promittim⁹,
& quo adiuuãte nos implere posse cõfidimus, etiã
ante collationẽ si fieri potest, corda hominum uel
infirma, uel dura, pia charitas, aut sanet, aut edo
met: ac sic iã pacificis mẽtibus nõ resistamus mani
festissimę ueritati, & disputationẽ nostrã, uel præ
cedamus cõcordia, uel sequamur. Neq; eũ despe
rare debemus, si recolũt esse pacificos beatos, quo
niã ipsi filij dei uocabuntur, multo dignius & faci
lius eos uelle, ut pars Donati uniuerso orbi Chri
stiano reconciliet, cũ; uniuersus orbis Christianus
à parte Donati rẽbaptizet: cũ prẽsertim de Maxi
miniani sacrilego & dãnato schismate uenientes,
quos etiã terrenarũ potestatũ iussionibus insectan
do emẽdare curarũt, tanta diligentia quæ fierunt,
ut nec baptismũ ab eis datũ rescindere auderẽt, &
quosdã eorũ damnatos sine ulla honoris diminu
tione susciperẽt, quosdã uero in illius discissionis
societate impollutos esse cẽserent. Quorũ inter se
cõcordiæ nõ inuidemus: Sed eos oportet aduerte
re cũ; pie ramũ à se fractũ tanto studio radix catholi
ca ingrit, si ramus ipse similiter à se partũ fragmẽ
incisum sic colligere laborauit. Et alia manu. O
ptamus te fili in domino bene ualere. Quo recita
to August. episcopus dixit: Audite qui nescitis, au
dite obsecro uos. Deo gratias, quia ipso præsente
loquor. Causam istã Maximinianistarũ, quã uolo
modo uobis exponere, ubi omniũ calũniarũ sua
rũ tanq; malarũ merciũ nauẽ fregerũt: causam er
go istam Maximinianistarũ cũ totiens obiecisse
mus in nostra collatione, nihil aduersus eã dicere
potuerunt: id est aduersus obiectionem nostrã to
tiens insertã, totiẽs repetitã, totiens eorum fronti
bus illisam, nihil omnino respondere potuerunt,
quia quod respõderent nõ inuenerũt. Audite ergo
illam diligenter. Ecce hic est, audit me, si mentior
redarguat, probare me cõpellat. Gesta quidẽ ipsa
hic nõ sunt, sed ibi sit causa. Feramus quaslibet di
latiões, ut ad documẽta necessaria ueniamus, si ꝓ
bauero qd' dico. Si tamẽ inde dubitat, aut qd' abiit
dubitare se fingit, quod pace eius dixerim, nõ cõ

municet,si non probauero. Si autẽ scit iam me ue A rum dicere, & nouit propterea respondere noluis/se,quia quod responderet non potuit inuenire,ro/go uos ut ipsi iudicetis,quid sit tolerabilius,in ho/nore suo susciperè à se damnatum,an fratrẽ agno/scere non aliquando à se conuictum. Intendite ob/secro, audite narrationẽ. Maximinianus quidam diaconus fuit Carthaginẽsis,in parte Donati, siue merito superbiæ suæ,siue ut ipsi putant merito iu/stitiæ suæ;offendit episcopum suum,id est Primia num Carthaginensem,siue inique,si superbus me liorẽ,siue iuste,si probus improbiorẽ.Excõmuni-catus est à Primiano, perrexit ad episcopos uici/nos, concitauit inuidiã Primiano, accusauit eũ a/pud illos. Ventũ est ad Carthaginẽ. Voluerũt qui uenerunt multi episcopi Donatistæ, ad se uenire Primianum, sicut uoluerunt maiores istorum ad B se uenire Cæcilianum. Factiõe cognita, noluit ad istos uenire Primianus,sicut ad illos noluit uenire Cæcilianus. Damnatus est ab istis absens Primia nus,sicut ab illis dãnatus est absens Cæcilianus. Qualẽ imaginẽ rerũ uoluit deus ante oculos no/stros recenti tẽpore ponere,quoniã nimis antiqua iam delebat obliuio. Dãnatus est absens. Ab alijs episcopis partis Donati, Primianus cõmuniõi est restitutus,imò quia eũ non deposuerunt, in sua se/de firmatus est. Dãnati sunt Maximinianistę,sicut à peregrinis episcopis & trãsmarinis absoluto Cæciliano meruit dãnari Donatus. Dãnatus est Ma/ximinianus cũ duodecim ordinatoribus suis. Fa-ctio quidẽ ipsa plurimos cõtinebat, centũ erãt for/tassis episcopi. Sed ne maior præcisio fieret,isti no C luerunt paucis dejectis,multis imponere disciplinã. Damnarunt solos qui affuerũt ordinatiõi Ma/ximiniani,quãdo contra episcopũ suũ illicite est e/leuatus episcopus. Cæteri in ipsa factione constitu ti,si redire ad ecclesiã uellent, in suis permitteren/tur honoribus. Verbis quidem suis ostendebant, eos foris esse ab ecclesia. Quem enim hortaris ut intret,foris est. Constituto ergo die, intra quẽ diẽ si redirent eis nihil obessent quæ aduersus Primia num dicebantur,decreto Bagaiensi firmarũt. Da-mnatus est Maximinianus cũ duodecim. Cœpit agi,ut damnati de basilicis pellerẽtur. Interpellan/tur iudices,interpellantur proconsules, in iudiciũ allegatur episcopale Bagaiense conciliũ. Dicũtur hæretici,demonstrantur damnati,impetrãtur ius- D siones,auxilia cõgregantur,uenit ad ejciẽdos de basilicis homines dãnatos & in sua pertinacia cõ/stitutos. Illis cõdemnatis, populi qui fauebant re/stiterunt. Vbi non potuerunt,uicti sunt. In locũ eo rũ q uicti sunt & expulsi, alij ordinati sunt. Ex qui/bus duos nouimus,ut de cæteris taceamus,unum Felicianũ,alterum Prætextatũ Assuritanũ. Quos post annos duos aut tres,per Optatũ Gildonianũ post multas illis illatas persecutiones, iudiciarijs persecutionibus & tota acrimonia potestatum,in suis honoribus susceperunt. Post damnationem suã,post ejectionẽ, post persecutiones susceperũt illos in honorib. suis,adiunxerunt sibi socios atq; collegas. Nam in loco unius ipsorum Prætextati Assuritani,alium iam ordinauerũt nomine Roga tum,qui modo catholicus est, cui exercitus istorũ, id est agmen Circumcellionum, linguã & manũ præcidit. Illi autem qui per ipsum tempus quo illi damnati foris erãt,fermè per triennium baptizati sunt à dãnatis,baptizati sunt foris ab ecclesia istorũ,sic sunt susceptι. Nemo dixit,nõ habes baptis-mũ,quia foris es baptizatus. Et rebaptizatur qui uenit de Epheso,de Smyrna, de Thessalonica, de cæteris ecclesijs quas suo labore apostoli planta/uerunt, & ad quas legimus missas apostolorũ epi/stolas, quas audimus in ecclesia recitari. Senten-tia tenetur:Et quantum audiuimus ab ipso fratre nostro,quem deus faciat pacatum fratrem nostrũ, ab isto Emerito est dictata sententia ubi illi damna ti sunt. Legatur ipsa sentẽtia ubi illi damnati sunt, & legatur sententia ubi Cæcilianũ damnauerunt maiores istorum, & uideamus qui rei peiores fa/ctι sunt, qui grauiore sententia puniti, qui strepitu maiore damnati. Ibi dixit. Licet enim uiperei semi nis noxios partus uenenati uteri alueus diu texe/rit, & concepti sceleris uda coagula in aspidum membra tardo se calore uaporauerint, tamẽ cõce ptum uirus euanescente umbraculo occultari nõ potuit. Nam & si sero, publicum tamẽ parricidiũ & facinus suum, fœta scelerum uota pepererunt. Quod ante prædictum est: Parturijt iniustitiã,con Psal.7 cepit dolorem, & peperit iniquitatẽ. Sed quoniã serenum iam fulget è nubilo, nec est cõsusa crimi/num sylua cũ ad pœnam designata sunt nomina: indulgentiæ enim antehac fuerat, dum clementię dimittimus lineam,inuenit causa quos puniat. Et inter cętera:Loquamur charissimi fratres,schisma Contra Cre/tis causas, quia iam nõ possumus tacere personas. sconium lib.3 Maximinianũ fidei æmulum,ueritatis adulterum, cap.19.& 33 ecclesiæ matris inimicũ, Dathan, Chore, & Abi/ron ministrũ. Hęc uerba sunt partis Donati in Ma ximinianistas, isto ut audiuimus dictãte prolata. Scitis aũt qui sint Dathan Chore & Abiron, Ipsi primo schisma fecerũt, qbus pœna usitata nõ suffe cit,uiuos aperta terra deuorauit. Dathan Chore & Num.16 Abiron ministrũ (uerba ipsius sunt)de pacis gre/mio sentẽtiæ fulmẽ excussit. Audite adhuc: Et q adhuc eum,inquit, dehiscẽs terra nõ absorbuit, ad maius iudiciũ superis reseruauit. Raptꝰ emꝫ pœnã sui cõpẽdio lucrauerat funeris, usuras nũc grauio/ris colligit fœnoris, cũ mortuus interest uiuis. Ver ba sũt ipsius Maximinianũ dãnantis, uel potius ut ipse dicit, ore ueridico fulminantis. Et tamen colle cti sunt aspides, uiperæ, parricidæ, nec exufflatẽ ba ptismus quem dedit aspis, uipera, parricida. Audi istis quãtus ignis exarserit eloquentię, quãdo inue nit fœnum quod posset incẽdere. Frater Emerite amplexus es fratrẽ tuũ Felicianũ, tui oris fulmine cõdemnatũ, agnosce fratrẽ tuũ Deuteriũ, tibi etiã genere sociatũ. Quotiescunq; fratres mei causam istam Maximinianistarum, quam sicut potui uo/bis exposui, eis cũ in collatione ageremus obiecι/mus, plus inde tacuit, q̃ modo in omnibus tacet. Non se occultent tergiuersatoria, nõ defensione, sed fuga. Dicunt emꝫ quod dilationẽ illis dederint,

& intra

Universidad de Deusto
Biblioteca

& intra dilationē illos ſuſceperint. Hoc falſum eſt. Duodecim enīm cum Maximiniano damnati ſunt, cæteri autē nō aderant ordinationi eius, quando ei manus impoſita eſt. Illis dilationē dederunt. Nā uerba ipſius iſta ſunt: Nec ſolum hunc, inquit, ſceleris ſui mors iuſta condemnat, trahit etiā ad conſortiū criminis plurimos catena ſacrilegij, de quibus ſcriptū eſt: Venenū aſpidum ſub labrijs eorum, quorum os maledictione & amaritudine plenum eſt, ueloces pedes eorū ad effundendū ſanguinē: Contritio & infelicitas in uijs eorū, & uiam pacis non cognouerunt. Non eſt timor dei ante oculos eorū. Nollemus quidem tanctā proprij corporis ſecare iunctiuram, ſed quoniam tabeſcentis uulneris putredo peſtifera plus habet in abſciſione ſolaminis, ctā in remiſſione medicaminis, inuenta eſt cauſa ſalubris, ne per cuncta mēbra peſtilens irreperet uirus, ut cōpendioſo dolore natū decidat uulnus. Famoſi ergo criminis reos eſſe nominat duodecim, inter quos & Felicianū & Prętextatum: Sed nomina omnium mihi nō occurrunt. Et infert ſic: Qui funeſto opere perditiōis uas ſordidum collecta ſeculentia glutinarunt: Sed & clericos aliquando eccleſię Carthaginis, qui dū facinori interſunt, illicito inceſtui præbuerūt lenocinium, dei præſidentis arbitrio uniuerſalis concilij ore ueridico dānatos eſſe cognoſcite. Eos autem quos ſacrilegi ſurculi nō polluere plantaria, hoc eſt, qui à Maximiniani capite proprias manus uerecundo fidei pudore retraxerunt, ad matrē eccleſiā redire permiſimus. Volebant pumicare faciē ſuā quia ſacrilegis ignoſcebāt, & aperte ſchiſmaticis uiā redeundi cō cedebant. Quid eſt hoc? Rogo modo mihi dignentur exponere, quomodo eos ſacrilegi ſurculi non polluere plantaria? Quare illis dilationē das ſi nullam partem in Maximiniani ſchiſmate habere potuerunt? Si autem ſocij ſunt factionis, quamuis nō fuerint præſentes ordinationi, quomodo illos nō inquinat Maximinianus, & totum orbem terrarū ſemel abſens damnatus, tertio præſens abſolutus inquinat Cæcilianus? Nō inquinat Apher Aphros, uiuus uiuos, notus notos, particeps ſocios, & Cæcilianus inquinat tranſmarinos, inquinat lōge poſitos, inquinat nō damnatos? Tecum ſedit à te damnatus, & non te inquinat Felicianus. Ego illum non uidi, tu iſtum noſti: Ego illum innocentē credo, tu iſtum nocentem damnaſti. Aut ſi fateris innocentis te fuiſſe receptorem, fateris te innocentis fuiſſe damnatorem. Et tamen fratres mei non inuidemus concordiæ ipſorum, inter ſe ſuſcitata odia diabolica finierunt, quomodo putant, in pacem redierūt. Sed hoc dico: Si ramus fractus quęſiuit uirgultum à ſe fractū, qua diligentia debet arbor ipſa quęrere ramum ex ſe fractum? Ideo ſudamus, ideo laboramus, ideo inter eorum arma & cruentas furias Circumcellionū periclitati ſumus, & adhuc reliquias eorum qualicunq; donata à deo patiētia toleramus, dum arbor quærit ramū, dum grex ex ouili Chriſti, ouem perditam quærit. Si paſtoralibus uiſceribus præditi ſumus, per ſepes & ſpinas nos coarctare debemus. Membris laceratis ouem quæramus, & paſtori principiq; omnium cum lætitia reportemus. Multa diximus etiam fatigati, & tamē frater noſter, propter quē iſta dicimus uobis, & cui pariter dicimus, & pro quo tanta agimus, adhuc pertinax conſiſtit. Conſtantem ſe putat fortitudo crudelis. Non adhuc de uana & falſa fortitudine glorietur: Audiat Apoſtolum dicentem: Virtus in infirmitate perficitur: Oremus pro illo, Vnde ſcimus quid uelit deus? Multæ cogitationes ſicut ſcriptum eſt in corde uiri, conſiliū autem domini manet in æternum. 1. Cor. 12. Prouerb. 19.

AD LECTOREM

Huic loco congruebat liber ad Bonifacium comitem de correctione Donatiſtarum. Cuius Auguſtinus meminit in retractationibus, ſed is excuſus eſt inter epiſtolas, numero quinquageſima: ſatis uoluminum eſt, etiā ſi non iterentur eadem, quemadmodum factum eſt in æditione prima.

FINIS

Huius libelli non meminit Auguſtinus in Catalogo ſuo. Multa tamen inſunt, quæ congruunt cum illius phraſi, quædam diſcrepant. Videtur alicubi mutilus.

DIVI AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA Fulgentium Donatiſtam Liber.

LIBELLVM, quem mihi religio tua frater Fulgenti direxit, non aſpernatus accepi, quem utrum ipſe dictaueris, an aliūde quęſieris nō ſatis admiror. Eſt enīm & hoc noſtræ religionis officium, nō perſonas intēdere, ſed ueritatem in omnibus quærere, inuentam agnoſcere, & agnitam cuſtodire. Sic enim Apoſtolus Paulus dicit: Omnia probate, quod bonum eſt tenete. Ab omni ſpecie mala uos abſtinete. Breuiter igitur dicam quod ingenioſius literis dilataſti. Dixiſti unum eſſe baptiſma, quod Samaritanus, id eſt hæreticus habere nō meruit. Vnū ortū concluſum, qui eſt eccleſia, fontē habere ſignatū, de quo nullus alienus attingit. Vnū oleum quod eſt chriſma ſanctiſſimū, quod morituræ muſcæ corrūpunt, & peccatores oīmino nō dabūt. Contra hęc mihi in adiutorio domini parāda reſpōſio eſt, nec aliunde ſumēda, niſi ex lectiōe diuina. Verbi ergo principiū iam ſumamus, imò ipſum uerbū principiū Ieſum dominū, ducē ac principē cœleſtis militiæ teneamus, bella geramus, & eius manu ſacrata tuba petamus muros ualidiſſimos ciuitatis nefariæ Hiericho: id eſt, altitudinē mūdanę ſapiētiæ teſtamētis dominicis circūdemus, ueritatis & libertatis uocib. cōcrepemus, aduerſarios in domo Raab. i. eccleſię q̄ nuncios eius ſuſcipit, propter mundi excidiū cōfugere compellamus 1. Theſ. 5. Ioan. 8

compellamus:pertinaces anathemate condemne A
mus, ut hactenus uictores esse possimus. Hęc ergo
ex lege aduersus legem, ex dei testamento aduer-
sus dei testamentum, ex ueritatis fonte aduersus
ueritatis fontē tam obice forti prima frōte sumpsi-
sti, quasi possit ueritas à semetipsa deuinci, aut glo
1 ria luminis sua luce fuscari. Donatista dixit: Do
minus & saluator noster Iesus Christus unici ba-
ptismi doctor & custos ne sitiētes animas per ari-
dos lacus mētis error abduceret, perennes haustus
sibi esse proclamās, in euāgelio suo ita testatus est,
Ioan.7 dicēs: Qui sitit, ueniat & bibat, qui credit in me,
sicut Esaias dicit. Cath. respon. Non habet, sicut
dicit Esaias: sed, sicut dicit scriptura. Sed ista uelut
impedimenta despiciā, ne longo sermone utilitatē
2 legentis excludā. Don. dixit: Qui credit in me,
sicut dicit Esaias, flumina de uētre eius fluent aquę B
uiuæ: & ne passim & ubicȝ bibi posse dicerēt, me-
rita aquarū ipse discreuit, dū Samariæ apostasiæ o-
Ioan.4 riginē in proprio fonte damnauit. Qui biberit, in-
quit, ex hac aqua, sitiet iterum: qui biberit ex aqua
quā ego dedero, non sitiet in æternū, sed fiet in eo
fons aquæ salientis in uitā ęternā. Cath. respon.
Hęc uticȝ ideo posuisti, ut nos catholicos quasi Sa
maritanos & sine baptismo demonstrares. Iam er-
go Donatistas in Samaritanis incipe speculari. Sa
maritanorū dogma Regnorum libro docente tale
fuit: Deum timebant, & simul figmenta colebant:
diuinā legē seruabant, & patrum errores minime
deserebant: circū cisionis signū habebant, & Isra-
elitarū collegiū non tenebant. Hoc & uos facitis:
Deum metuitis, & figmentū luteum Donatū pari C
ter colitis. Et hic enim ex terræ puluere figuratus
est. Diuinā legē seruatis, & parentū errorē non re-
linquitis. Baptismi habetis sacramentū, & catholi-
corum non uultis habere cōsortium. Ecce uos eis
per omnia similatis. Sicut ergo tunc Samaritano-
rum circumcisio secundo dari nō poterat, ita nūc
Donatistarum baptisma iterari nō debet, domino
Ioan.13 Christo dicente: Qui semel lotus est, nō habet ne-
cessitatē iterum lauandi. Circūcisio enim Samari-
tanorum baptisma significat Donatistarū, dicente
Coloss.2 Apostolo: Circūcisi estis circūcisione nō manu fa
cta in expoliatione corporis carnis, sed in circum-
cisione Christi, cōsepulti ei in baptismo. Quòd au
tē ait dominus: Qui biberit ex hac aqua sitiet ite-
rū: nō de baptismate, sed de terreno locutus est ele D
mento. Nā si baptisma hic uellet ostendere, nullo
modo à Samaritana muliere postulasset. Denicȝ
puteus ille nō Samariæ dictꝰ est sed Iacob, & utiq;
Iacob non fuit hæreticus, sed deo dilectus, semper
charus, & ipse ex eo bibit, & filij eius & pecora e-
3 ius. Don. dixit: Nunc ergo ecclesiæ spiritus pa
titur iungi quod ore diuino meruit diffamari, legis
Eccl.32 præconio præmonente: Duo contra duo, unum
Matth.24 cōtra unū. Et dominus in euāgelio: Tunc, inquit,
duo erūt in agro, unus assumet, & unus relinque-
tur: duæ molētes in molendino, una assumetur &
una relinquetur. Vides ergo duo genera esse ba-
ptismatū & duo præmia meritorum, dum unū le-
talis ingenij ardor exurit, & bibulæ sitis perennes

hausus excoquit: alterum quod semel potandarū
meatibus sitiū uitę perennitatē sanciuit, utiq; in ef-
fossis gurgitibus perpetuas ariditates ostendit, &
dū eius pie meritū clausit, mortis aditum patefe-
cit, dicēte Hieremia: Duo mala fecit populus iste: Hier.2
Me dereliquerunt, & effoderūt sibi lacus detritos,
qui copiā non possunt portare. Et iterum: Omnes Hier.17
qui derelinquūt te, cōfundentur: recedentes à te,
scribent in libro mortis, quoniam dereliquerūt te
fontē uitæ. Cath. respon. Tu unū cōtra unum,
ego multa baptismata assero contra unū: Etenim
Paganus baptizat, & Iudæus baptizat, & Saddu
cæus baptizat, & multi extra regulā datę legis ba-
ptizare nō cessant: sed illud est unū quod uerū, il-
lud uerum quod Christi, illud Christi quod patris
& filij & spiritus sancti: hoc est uerū, hoc salubre,
huic nullum est cōparandum. Hoc qui nō accipit,
ipse sibi & uitæ meritum clausit, & mortis aditum
patefecit. Don. dixit: Quòd sicut asseris una si- 4
des in utroq; consistit, cur inter fidelem aquam &
perfidam iusta separatiōe discreuit, testante domi-
no per Esaiam: Quis nūciauit uobis quia ignis ar- Esaiæ 33
det? Quis nunciauit uobis locum illum æternum?
Ambulans in iustitia, prædicans uiam rectam, o-
dio habens facinus & iniustitiam, & manus absti-
nens à muneribus, & grauans aurē ut nō audiat iu
diciū sanguinis, & comprimens oculos suos ne ui
deant iniquitatē, hic inhabitabit in alta spe fortis,
panis illi dabit, & aqua eius fidelis. A cuius fide
perfidiā separans, Hieremia testante, sic posuit, Vt Hier.15
quid iniuriantes me prævalent? plaga mea solida
facta est, unde sanabor? facta est mihi sicut aqua mē
dax non habens fidem. Cath. respon. Hæretici
omnes licet in sua sibi disputatione discordent, in
baptismi tamen traditione solenni uerbo concor-
dant. Sicut circūcisio una, sed fide uaria in Iudæis
& Samaritanis ueteribus consistebat. Necesse est
ergo sicut tūc ita & nūc fieri oportere cōuersis, ut
quod disputatiōe sola petatur, sola iterum disputa
tione soluat, ut audire de domino possint: Iam mū- Ioan.15
di estis propter sermonē quem locutus sum uobis:
Manete in me, & ego in uobis. Omnia enim in fi- 1.Cor.10
gura cōtingebant illis, scripta sunt autē ad corre-
ptionē nostram, in quos finis seculorum obuenit.
Donatista dixit: Ezechiel quoq; sic dixit: Et ui- 5
debunt, quia plures sunt qui auerterūt aquā anti-
quæ piscinæ, & nō aspexerūt ad eū qui fecit eā ab
initio, & eū qui illam condidit nō uiderunt. Inau-
dita dementia perfidorum, nec diuinis uelle uoci-
bus credere, nec Apostoli simplicem doctrinā er-
roris sui faucibus uelle seruare. Cath. respondit:
Absit, absit ut aquā antiquæ piscinæ, sicut uos in
partē ducamus, aut diuinis eloquijs nō credamus,
quod legimus credimus: & quod credimus, prædi
camus. Audi quę sit origo nostra, & ubi eius aqua
diffusa. In Zacharia sic habes: Exibūt aquæ uiuæ Zach.14
de Hierusalē, medium earum ad mare oriētale, &
mediū earum ad mare nouissimū: hoc est, ab Hie-
rusalem usq; ad fines terræ: æstate & hyeme erūt:
id est, omni tēpore erunt. Et erit dominus rex su-
per omnē terram; hoc est, omni terræ Christus do
minabitur

Universidad de Deusto
Biblioteca

minabitur,nō Donatus.Hæc est possessio,hęc hæ A ram hominibus, dominus autem nouit corda ue-
reditas Christi,quæ à sanctis colit, & perenni fon- stra: quia quod altū est hominibus, abominabile
Psal.2 te rigat, de qua ei dictū est:Dabo tibi gentes hære- est apud deū. Si iustus es,& fons uitę in manu tua
ditatē tuam, & possessionē tuam terminos terræ. est,non homo,sed deus es:Ad te confugiatur,tibi
Qui in ipsa est,hæres ascriptus est:qui in ipsa non credat,in te spes oīnis uitæ ponat, ipsum baptis-
est, iam dānatus & morti destinatus est, scriptura ma in nomine tuo det,et de domino taceatur.Vis
dicēte: Qui egressus fuerit fores domus tuæ, ipse scire ubi hunc fontem uitæ requiras?in psalmo ha-
6 sibi reus erit. Donatista dixit: Hinc sibi deus u- bes:Apud te est fons uitæ,& in lumine tuo uide- Psal.35
nicū baptisma esse proclamat: hinc Apost. unum bimus lumē.Nō legisti:Filius malꝰ superbos ocu-
cūctis dixisse cōfirmat, deo per Salomonē ꝓban- los habet:filius malus ipse se iustū dicit, exitus au-
Cant. 4 te:Ortus cōclusus,soror mea,sponsa mea, fons si- tē suos non abluet:Nisi te ut hominem reū esse co-
gnatus,puteus aquæ uiuæ,paradisus cū fructu po- gnoueris, nisi te peccatorē ueraci corde clamaue-
morū. Cath.respondit:Recordare, lege omnia, ris,iustificari omnino nō poteris,dicente Prophe-
aduerte diligenter, & uide ꝙ ex hoc paradiso, ex ta,Dic prior iniquitates tuas ut iustificeris. Et Io- Esaie 43
hoc orto concluso, ex hoc fonte signato,etiā foris annes apostolus: Si dixerimus quia peccatū non
salutis unda decurrat,quę uadit cōtra Assyrios,cō habemus,nosipsos decipimus,& ueritas in nobis 1.Ioan.1
tra uos uidelicet Donatistas: Ex Assyriis enim Sa B nō est. Donatista dixit:Et Dauid dicit:Oleum 9
maritani illi nascūtur qui uobis sunt cōparati: Ipse autem peccatoris non impinguet caput meum. Psal.140
Gen.2 est,inquit scriptura,fluuius qui uadit contra Assy- Cath.respond.Dic ergo mihi aliquem tuorum
rios,cōtra inimicā dei populo gentē: non pro illis quē probes non esse peccatorem,ut oleum uestrū
uadit,sed contra. Quibusdā enim est odor mortis nō possit esse peccatoris,cum scriptum sit:Nullus Eccle.7
2.Cor.2 in mortē,quibusdam uero odor uitæ in uitam: Si est hominū qui non peccet.Interpretes malo desu-
1.Cor.11 cut enim qui manducat & bibit sanguinē domini per.Lege,ut sensum possis accipere,sic ait: Corri-
indigne,iudiciū sibi manducat & bibit: Sic & qui piet me iustus in misericordia,& increpabit me,o-
accipit indigne baptisma, iudiciū accipit nō salu- leū autē peccatoris non ungat caput meū:hoc est,
tem. Nam & Iudas proditor bonū corpus, & Si- Melior est misericors increpatio ꝙm lenis adulatio:
mon magus bonū baptisma Christi percepit, sed sicut & illud:Meliora sunt uulnera amici ꝙm uolun- Prouerb.27
quia bono bene nō usi sunt,mali male utēdo dele- taria oscula inimici. Oleum peccatoris blandimē-
ti sunt.Bonū est baptisma,bonū est Christi sanguis tum est adulatoris,de quo alibi dicit: Molliti sunt Psal.54
1.Tim.1 & corpus,bona est & lex,sed si qs ea legitime uta- sermones eius super oleum,& ipsi sunt iacula. O-
tur.Nec; enim & quia foris est, diuina nō est, aut leum iusti spiritus est dei,dicēte Petro:Iesum à Na- Actu.10
quia ab alienis habet, aliena putabitur, aut quia à C zareth,quē unxit deus spiritu sancto.Desine itaq;
malis iniuste tractatur,à nobis iuste dānabitur.A- spiritum sanctum oleum dicere peccatoris,ne deū
qua paradisi,aqua trinitatis est,hanc ubi agnosci- incipias asserere peccatorem. Donatista dixit: 10
mus,paradisi nō negamus,hāc ubi nō perspicim⁹, Aperta confessio perfidorum isto loco mōstratur,
paradisi oīnino nō dicimus,quęcūq; foris nata est, quæ inimica præsumptione à facinoroso sacerdo-
paradisi nullo modo dicēda est.Vt puta Manichę- te coniuncta polluitur, cuius sacrificium uelut o-
us, quia nunq; fuit in paradiso,nec sicut uos de ec leū uoce diuina respuitur.Facinorosus,inquit,qui Esaie 66
clesia foras egressus est,aqua paradisi potādus est, sacrificat mihi uelut qui canē occidat:& qui offert
quia foris exortus est.Hic opus habet ut uiuat, ne similaginē,quasi sanguinem porcinū:& qui offert
inæternū moriatur,sed ut legitime uiuat,in ipsa ui- thus in memoria,quasi blasphemus. Cath.respō-
7 uat,ne iudiciū manducet & bibat. Donat.dixit: dit:Certū est,ꝙ sacerdotis et plebis execretur deus
Econtra Apostolus dixisse testatur: Vnus deus, ac despiciat holocausta,si bona nō affuerit cōscien-
Ephe.4 una fides,unum baptisma:Nulla in doctrina diui- tia:Aut si de sacerdotibus solum dictum cupis in-
na uarietas,per omnia dominum sequitur seruus, telligi,quomodo apud uos facinorosorum nō pol
in nullo differt à magistro discipulus:quem seque- luitur confectio sacerdotū? Dicis,quādiu mali la-
ris, quē imitaris,quem huius flagitij arbitraris au- D tent,inquinare non possunt.Propter quod scriptū
thorem? Cath.respondit:Da mihi aliquem san- est:Quæ occulta sunt,mihi:quæ manifestata sunt,
ctorum post trinitatē rebaptizare,quod facis. Le- uobis. Si ergo quādiu mali latēt inquinare nō pos-
ge mihi nō illas scripturas quarum authoritate nō sunt, cur lōge positas nationes,quibus nomē Do-
teneor,sed noui & ueteris Testamēti qbus utriq; nati & Cæciliani habetur incognitū, rebaptizare
subijcimur:Si unū est baptisma,cur duplicas unū? nō times? Quis uestrū aliquorū mala in eorū per-
Non enim aliud iteras ꝙm quod inuenis uerū.Quo tulit aliquādo notitiā?Et si pertulisset & non pro-
niam ergo quæ destruxistis, ea iterum reædifica- basset, in nullo prorsus obesset, iuxta illud: Quæ
8 tis,præuaricatores uos esse monstratis. Donati- occulta sunt,mihi:quæ manifestata sunt,uobis.
sta dixit: Aut si unum putas cum reis aliqua per- Donat.dixit: Adhuc eius aquas turbidas pro- 11
mixtione coniunctū sacramentum baptismi, audi pheta spiritu manifestat: Impositisti,inqt, in mari Abac.3
prophetas quibus sit recte dispensum, dicēte Salo- equos tuos turbātes aquas multas: Me contēpsit Osee 6
mone:Fons uitæ in manibus iusti. Cath.respon- Galaad ciuitas, quę operātes stulta,turbas aquas,&
dit:Bene de uobis dominus dixit, qui errorem ue- fortitudo tua sicut hominis piratæ. Cath.respon-
strū ante præuidit:Vos estis qui iustificatis uos co- dit:Agnosce in te tua tela conuerti,sicut scriptum
est,Gla-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Psal.36 est, Gladius eorum intret in corda ipsorū, & arcus eorum cōfringatur. Fortitudo tua Donatista, sicut hominis piratæ, qui uiribus rebaptizas, uiribus in aqua pugnas, uiribus in aqua necas, Ista gerens, pirata captus occideris, nisi cōuersus pœnitueris, 12 & regi Christo in catholica militaueris. Donatista dixit, Si ergo unico fonte Ecclesia gloriatur, utiq; traditorum spelūca est, quę in aquarum multitudine extollitur, & baptismi sui ebrietate confusa, cum regibus fornicatur, dicente Ioanne, Veni ostendam tibi damnationem meretricis magnæ sedentis super aquas multas, & inebriati sunt omēs inhabitantes terrā à uino fornicationis eius. Rogo quæ sunt aquæ multæ, nisi plura baptismata? quæ mulier fornicaria, nisi traditorū spelunca, quæ regū uoluptatibus seruit obnoxia, à quibus persecutionibus poculū bibēs, ebria cæcitate populis mi- B scet, & in amentia quos rigauerit ducit? Cuius accessum sapiētissimꝰ Salomō interdixit, Ab aqua, inquit, aliena abstine te, & de fonte alieno ne bibe ris, ut longo uiuas tēpore, & adijciētur tibi anni uitæ tuę: Fons aquę tuę priuatus sit tibi, Ne quisquā extraneus cōmunicet tibi. Solus ergo priuatū nō habet fontē, qui meretricis aquarum possidet multitudinem. Ioannes quoq; Apostolus aquarū multitudinem improbat dicēs, Et dixit mihi angelus, Apo.17 Aquas quas uidisti, super quas sedet fornicaria illa, populi, turbæ & nationes sunt. Cath. respōdit, Vt uideo ubicūq; aqua nominata est male, bene baptisma credidisti. Sed in bono tibi, in malo mihi illam tribuere uoluisti, ut de uobis impleret quod 1.Tim.1 Paulus Apost. dixit, Nescientes neq; quæ loquunt, neq; de quibus affirmant. Quemadmodum enim 2.Tim.3 Iannes & Mambres restiterunt Moysi, ita hi resistūt ueritati. Angelus dicit, Aquas quas uidisti, populi, turbæ & natiōes sunt, Et tu angelo exponēti dicis, Rogo quæ sunt aquæ multæ, nisi plura baptismata? quæ mulier fornicaria, nisi traditorū spelunca? Si & traditorum uocabula cupis addiscere, habes uestros, Syluanū Cirtensem, Felici curatori sacramenta tradentem. Habes Marianū ab aquis Tibilitanis, Romano curatori tres codices offerētem: Habes Victorē Rusiccazensem quatuor euāgelia ueluti deletitia cōburentē, qui Cæcilianū absentem damnare ausi sunt innocentē. Hæc est spelunca latronū, hæc progenies traditorum, hæc mulier fornicaria, quę relicto Christo, Donato prosti- D Prouerb.7 tuit lupanaria: cuius domus iuxta Salomonē secessus est mortis, cuius uiæ sunt inferorū, quę se mundam uocat, cū sit sordibus plena: quæ se innocentē clamat, cum sit sceleribus irretita: quæ pudēda cōmittit, & facta sua in alteram dicit, ne prior audiat q̄ cōmisit. De factis ēm uestris catholicos infamatis, ut populos à domino separetis. Proinde q̄ qua si tuos ut ab aqua nostra se abstineant, hortaris & dicis, Ab aqua aliena abstine te, & de fonte alieno ne biberis: fons aquę tuæ priuatus sit tibi, ne quisquam extraneus cōmunicet tibi: quis non uideat Prophetā coniugibus pudicitiā cōmendasse, & te à ueritate procul errasse? Aut si fonti tuo cōmunicare nullꝰ debeat extraneus, cur extraneos quęris, cur catholicos rebaptizas? Donatista dixit, Claret ergo apud traditores esse multitudinē aquarū, 13
ubi diuersa schismatum semina, ubi hæreticorum multimodas pestes, ubi Manichæorum detestanda sordium fæculēta, uel in abruptum cœnosi gurgitis lacum in æterna morte abrepto, charybdis uidit, & exterminij oleum flammis edacibus animauit. Cath. respondit, O probare, ò errare, ò delirare. Claret ergo apud traditores esse multitudinem aquarū, ubi diuersa schismatū semina, ubi hęretico rum multimodas pestes, ubi Manichæorū detestā da sordium fæculenta, quomodo probas nobiscū esse schismaticorū multimodas pestes? Si nobiscū essent, nō hæretici, sed catholici essent. Donati- 14
sta dixit: Audi dicēte Salomone, Muscę morituręę Eccl.10
exterminat cōfectionē suauitatis: Olei est ergo genuina suauitas, quæ si tactu improbo fuerit uiolata, fit ingrata cōfectione polluta. Et recte spiritum sanctū immundis alitibus traditores ęquatis, quòd in aliena mensa improbi corruant, & olei suauitatem immundis tactibus fœdent. Cath. respondit: Quis tactu improbo uiolat, qui qđ inuenit seruat, an q̄ confectū impudenter exterminat? Quando oleum uestrū tetigimus, quando spiritum sanctum iniuriādo fugauimus? Docete aliquem nostrū in diuinitatis oleum improbe cecidisse, aut trinitatis baptisma, sicut uos, illicite uiolasse. Muscæ morituræ Donatistę circūuolant per totius corporis mēbra, sicubi reperiāt uulnerata, sana pungūt, ægra lambunt, & eorū ulceribus peccatorum uermes fundunt, quæ conscientiā mordeant, quę anC mā finiant, quę putredinem nutriant, quę nec ipsis mortuis cadaueribus parcant. Muscæ morituræ cum oleum exterminant, oleo perimuntur: neq; enim uiuitis, qui spiritum sanctum efflatis. Do- 15
natista dixit: Hoc proprie Dauid sanctissimus, nostræ fidei regulam subministrās edocet, idem peccatoris oleū, nec salutē afferre, nec cuiusquam caput debere cōtingere. Oleū, inquit, peccatoris nō Psal.140
ungat caput meū. Ergo diligenti examine peccatoris requirenda persona est, si nō de sacerdote sacrilego, ut prophani asserūt, domin⁹ dixit. Cath. respondit: Cū sis peccati cōscius, audes dicere, peccatoris requirēda persona est. Audi quę sit peccatoris ista persona. Apostolus dixit: Omnes ēm pec Rom.3
cauerūt, & egēt gloria dei. Et Salomō: Nullus est Eccle.7
hominū qui nō peccet. Et Iob: In angelis suis repe Iob 4
rit prauitatē: quanto magis in filijs hominum, qui terrenum habent domicilīū. Hæc est persona peccatoris, id est omnis homo peccator. Si sacerdos es, homo es: & si homo es, peccator es. Quem teipsum facis? Dixisti te solū esse sanctum, solum iustum, solū sine peccato, solum sine macula. Dixisti tuū esse baptisma, tuum oleum sanctum, tuā mensam dominicā, tua illa omnia quæ fidelibus diuinitus tribuunt. Quid restat, nisi ut scelerate & impie deum te esse pronuncies? Sed audi quid caput superbiæ audire meruit: Quomodo cecidisti de cœ- Esaie 14
lo lucifer q̄ mane oriebaris, qui uulnerabas gētes, qui dicebas in corde tuo: Super cœlū ascendā, & super astra dei exaltabo sedē meā, sedebo in monte testa

Universidad de Deusto

te testamẽti in lateribus Aquilonis, & ero similis altissimo? Veruntamẽ in infernum descendes, & in profundũ laci. Nisi ergo pœnitueris, nisi cõuersus fueris, nisi deposita superbia peccatorũ ueniã postulaueris, audies qđ & ille, quia cũ sis homo, 16 facis teipsum deum. Donatista dixit, Similiter dominus per Aggeum prophetam, immundos tactus, inquinamenta conferre, nec pollutum quenquã posse sanctificare, si illicita præsumptiõe conetur attingere quod sanctum uideat contineri, salubri expositione mõstrauit, dum pro nobis prophetã cautũ exhibuit. Interrogauit, inqt, dominus sacer
Aggei 2 dotes dicẽs: Si alligauerit homo carnẽ sanctam in summo uestimẽto, & tetigerit summitas uestimẽti aliquã creaturã panis aut uini, aut olei, si sanctificatur? Et responderũt sacerdotes & dixerũt, Nõ. Et dixit dominus: Si tetigerit inquinatus in animã horum aliquid, si inquinabitur? Et dixerũt sacerdotes, inquinabitur. Et dixit dominus: Sic & populus hic, & sic gens ista: Omnis qui illuc acceserit, inquinabitur. Cath. respõdit: Hoc aduersum te usus es testimonio, qui donum dei in tuo ponis arbitrio. Si enim tactus sancti, immundi inquinamenta non tollit, uanũ est quod geritur qđ cõficitis, quod lauatis. Si tetigerit, inquit, quod sanctũ est, creaturã panis aut uini uel olei, sanctificabit? Et responderunt sacerdotes & dixerũt, Non. Vbi est quòd uos extollitis, quòd sanctitatem uestram munditiam conferre iactatis? Aut si illud mouet quod ait: Sic populus hic, & sic gens ista, Omnis qui illuc acceserit inquinabitur: docete Aggeum qui ista dicebat, de medio eiusdẽ plebis exijsse ne inter eos etiam & ipse pollutus uiueret. Tactus ille opera significat. Si sanctus, inquit, tetigerit immundum, non sanctificabitur. Si immundus tetigerit sanctũ, inquinabitur: id est, facilius sanctus qui iunctus fuerit genti huic pessimæ pessimatur, q̃m gens ista in melius cõmutetur: quia procliuius ad imitationẽ malorũ curritur, q̃m ad uirtutes bonorum animus excitatur: sicut melli plurimo parũ absinthij iniectum, uelocem amaritudinem trahit, mellis uero etiam si duplum injciatur, nõ poterit eius obtineri dulcedo. Exeundum ergo nobis est è medio malorũ mẽte, nõ carne: operibus,
Ephe. 5 non corporibus. Nolite, inquit Apostolus, communicare operibus infructuosis tenebrarum. operibus ait, non altaribus. Scriptũ est enim in Esaia:
Esaie 65 Qui dicunt, recede à me, nõ appropinques mihi, quia immũdus es: isti fumus erũt in ira mea, ignis ardens tota die. Si te hominum dicta non terrent, 17 saltem dei minantis ira conuertat. Dona. dixit: Nũquid latro in lucẽ protulit prædã, semper operarij noctis, gratam bonis omnibus lucem sæpius horruerunt, solus traditor dei minis frangitur, & in aliena ueste improbus gloriatur. Contra quem per Sophoniã dominus proclamat, nec auditur
Sopho. 1 Erit, inquit, in die sacrificij domini, & uindicabo in principibus, & in omnes uestitos ueste aliena.

Cath. respondit: Tua non timeo crimina, quia mea munita est conscientia. Quem dicis tradidisse, nomen locumq; traditoris ostende; nunc̃ id ua

A lebis ostẽdere, sicut nec antea ualuisti: Sed & si aliquem protuleris, mihi obesse non poterit, dicente domino: Anima patris mea est, anima filij mea est, Ezech. 18 anima quæ peccauerit, sola morietur. Ego tamen non in aliena ueste congaudeo, qui in catholica fide semper exulto. Illa est quã habeo, qua me in die redemptionis misericors & benignus pater in decore uestiuit. Afferte, inquit, stolã illam primã Luce 15 & induite illũ, quia hic filius meus mortuus erat & reuixit, perierat & inuẽtus est. Illam nimirum de qua Paulus apostolus dixit: Quotquot in Christo baptizati estis, Christum induistis. Hanc habeo, in hac gaudeo, in hac semper glorioſior apparebo. Hæc est quã uos aut ut latrones abstulistis, aut miseri sordidatis. Don. dixit: Inquantũ 18
enim improbitas deuios errores alienis bonis cupit astruere, & falsa catholica mẽdacij nebulas co
B natur obtegere, per colles tortuosos incedit. Cui per Hieremiam dominus contradictor obuiauit: Nolite, inquit, fidere in uobis in uerbis falsis, quia Hierc. 7 per omnia non proderunt uobis, dicẽtes: tẽplum domini, tẽplum domini est. Et dominus in Deuteronomio: Attende tibi ne offeras holocaustomata in omni loco quẽcunq; uideris, sed in loco quẽ elegerit dominus deus tuus in tribu tua, in hac offeres holocaustomata, & ibi facies omnia quæcunq; præcipio tibi hodie. Cath. respon. Optime, & saluti tuæ multum conueniens testimoniũ posuisti: Attende tibi ne offeras holocaustomata in omni loco quẽcunq; uideris, sed in loco quem elegerit domin⁹ deus tuus in tribu tua, in hac offeras holocaustomata, & ibi facies oĩa quęcũq;
C præcipiet tibi. Audi ergo qui sit locus electus, & quę trib⁹ domini prædicata, in psalmo CXXXI habes: Quoniam elegit dominus Sion, elegit eã in habitationẽ sibi. Hæc requies mea in seculũ seculi, hic habitabo quoniam prę elegi eam. Item in psalmo CXXI. Stantes erãt pedes nostri in atrijs tuis Hierusalem. Hierusalem quę ædificatur ut ciuitas: Illuc enim ascẽderunt tribus, tribus domini testimonium Israel. Hic est locus electus, hic mõs sanctificatus, hæc ciuitas super montẽ posita, ita ut abscondi nõ possit, hæc radix catholica, hæc uitis fructifera longe lateq; diffusa, quæ in ecclesiasti
co clamat & dicit: In Sion fundata sum, & in Hie Eccl. 24
rusalem potestas mea. Etenim oportuit pati Chri Luce 24
D stum, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentiam & remissionẽ peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierusalẽ. Recte me argueres si in hac hæreditate maneres. At cum in hac dei patris hæreditate nõ maneas, in hac Christi regis tribu non milites, cur desertor corripis militem, cur reus increpas innocẽtem? Et ego tibi dico: Attende tibi ne offeras in omni loco, hoc est, in omni hæresi, & dicas, & hic deus, & ibi deus est: sed in loco quem elegerit dominus deus tuus in tribu tua, hoc est, in tribu eius, ibi offeres holocaustomata tua, & ibi facies oĩa quæcunq; præcepta sunt tibi: hoc fac & uiues.

Dona. dixit: Baptisma utiq; dici non potest qđ 19
aquarum turba dispersit, quod ab ecclesiæ fonte

Universidad de Deusto
Biblioteca

malitia ſeparauit, quod ſterilis unda ſiccauit, quod nec angelũ uidit, nec prophetã qui ſe mederi poſſet inuenit, ſicut in libro Regnorum quarto letales aquas Heliſæus ſanctiſſimus diſcuſſa morte ſanauit, & maritãte ſermõe in fœtus uberes meare permiſit. Et dixerunt uiri ciuitatis ad Heliſæum: Ecce cõmoratio ciuitatis bona, ſicut & tu domine uides, ſed aquę multę & ſteriles ſunt hic. & dixit Heliſæus: Accipite mihi unũ uas fictile, & immittite in illud ſal. Et acceperunt illud, & uenit ad exitus aquarũ, & proiecit ſal et dixit: Hęc dicit dominus, ſanaui aquas iſtas, & nõ erit mors in eis neq; ſterilitas: & ſanatæ ſunt aquæ uſq; in hũc diẽ. Cath. reſpon. Gratias deo patri, qui quod futurũ oſtendit, in nobis fidelis impleuit. Gratias, inquã, deo patri, qui nobis nõ angelos ſolũ, nõ prophetas, ſicut prius in Hiericho noſtrã, id eſt, in hunc mundum, ſed propriũ filiũ deſtinauit, dominũ uidelicet angelorũ & principẽ prophetarũ, qui aquarũ ſterilitatẽ, hoc eſt, gentium infœcunditatem diſcuſſa morte ſanaret. Accepit uas fictile: hoc eſt, corpus fragilitatis humanæ: ſal miſit, id eſt ſapientia diuina repleuit. In aquam proiecit, hoc eſt, in Iordanẽ deſcendit: aquas ſuo deſcenſu ſanauit, id eſt gentes ſuo aduentu redemit, & maritante ſermone, eccleſiam ex gentibus congregauit, & in fœtus uberes longe lateq; diffudit. Hoc in nobis impletum qui non uidet, cæcus: qui non credit, inſanus eſt. Attende uberes fœtus, dic ubi hæc nõ ſit eccleſia, dic ubi tua, præterquam in angulo Aphricæ inueniatur male collecta: tanquam ſarmentum inutile, ex hac ubi præciſa eſt, ibi remanſit, ultra extendi non potuit, quia de radice pręciſa ſtatim exaruit. Donat. dixit: Accepit una ciuitas ſalutaris aquę ſubſtantiam, accepit & olei dona una cum liberis uidua, nec beneficium diuinum paſſim propheta cõmiſit, niſi ei quam unũ uas olei habere cognouit, Regnorũ ueritate probante: Et mulier una ex mulierib. prophetarũ clamabat poſt Hæliſæũ dicẽs: Seruus tuus uir meus mortuus eſt: Et tu ſcis quomodo ſeruus tuus erat timens dominum: Et ecce qbus debeo, uenerũt accipere duos filios meos in ſeruos. Et dixit Heliſæus: Quid faciam? Indica mihi, quid eſt tibi in domo tua? At illa dixit: Non eſt mihi ancillæ tuæ aliquid in domo niſi uas unũ olei. Et dixit Heliſæus: Vade, pete tibi uaſa de foris ab omnibus commorãtibus tecum uaſa copioſa, & introibis, & claudes oſtium ad te & ad filios tuos, & implebis uaſa oleo, & reddes debitum. Heliſæus enim per ueri baptiſmi liniamenta operatus eſt: Nam quia tuum non comprobo, ideo tuos fideles exufflo. Cath. reſpõ. Omnes enim hoc faciunt, quod & tu, omnes fideles exufflant, dum unicum baptiſmi ſibi uendicant ſacramentũ. Talem cum inueneris, non capies, non tenebis, non iſto uinculo colligabis, ſed agnito ſigno piratico, ut tecum artem peragat, ſecurum abire permittis.

Fulgen. dixit: Abſit ut abire permittam, quoniam deus dixit: Compelle omnes introire, ut impleatur domus mea. Qui omnes dixit, nullum excepit. Auguſtin. reſpondit: Quid ergo facies?

4. Reg. 2

4. Reg. 4

Luce 14

Fulgen. dixit: Docebo illum eccleſiam meã eſſe certiſſimam. Auguſt. reſpon. In quo? Nunquid Chriſtum qui à patre omnes gentes accepit, ad Aphricanam particulam tantum remanſiſſe mõſtrabis? Fulgen. dixit: Dicam quòd in paucis conſtet. Auguſt. reſpondit: Quid ſi & eius paucos habebit? Omnes enim in cõparatione catholicæ paucos habẽt. Fulgen. dixit: Oſtendam quoniã hæc eſt uera quæ perſecutionem patitur, non quæ facit. Auguſt. reſpondit: Quid ſi & eius perſecutionem omnino non fecit? Fulgen. dixit: Inſinuabo ſecundum Apoſtolum, quod eccleſia mea rugas & maculas ſola non habeat. Auguſtin. reſpon. Continuo probabitur habere. Scriptum eſt enim: Nemo mundus à ſorde, nec ſi unius diei fuerit uita eius ſuper terram. Sed quid pluribus? quolibet ingenio capies & tenebis, quomodo ſuſcipis qui fideles tuos forte retinxit, qui ſpiritũ ſanctum in corde credẽtis extinxit? Fulgẽ. dixit: Diſtringo illum, exufflo, & in remiſſione peccatorum uera aqua baptizo. Auguſtin. reſpondit: Quomodo eius peccata dimittis, cũ ſcriptum ſit, blaſphemiam ſpiritus ſancti in ſeculum dimitti nõ poſſe? Sed hunc omittamus, alterum uideamus. Dic & Maximinianiſtæ ęmulo tuo, quod & mihi dixiſti, quomodo alter habere poteſt, ſi mihi ſoli conceſſum eſt? Aut ſi iuri tuo aſſeris traditum, quare cõprobas alienum? Reſpondebit & iſte Maximinianiſta: Quomodo alter habere non poteſt, cũ & mihi ſicut tibi tu probaueris eſſe conceſſũ? Chriſtianos eñ meos & clericos extra eccleſiam tuã baptizatos uel ordinatos abſq; ulla demutatione baptiſmi uel honoris in integro recepiſti, quod ubi Marcellini geſtis obiectũ eſt, refellere nullatenus ualuiſti. Item Auguſtinus reſpõdit: Si iuſtus es, cur ſententia tua diuerſa eſt? Cur Maximinianiſtas ſuſcipis, & meos fideles exufflas? Fulgen. dixit: Quia ille meus erat. Aug. reſpon. Et tu meus eras, cur in ſchiſmatico tuo pius, in catholico impius & implacabilis perſeueras? Fulgen. dixit: Plus peccaſti, & ideo in te aliter uindicatur. Auguſtin. reſpondit: Quid ergo? baptiſma pro uindicta ponis, & quod ad ſalutem promittitur, à te pro pœna tribuitur? Si in baptiſmo nõ delicta donas, ſed peccata caſtigas, ſi in aqua non liberas, ſed flagellas, piratam te eſſe aperte demõſtras: & tamẽ quid plus peccaui, quid feci? Fulgen. dixit: Codices tradidiſti, & idolis immolaſti. Auguſt. reſpõdit: Doce, nõ feci, facta tua mihi ſupponis. Fulgen. dixit: Pater tuus fecit. Aug. reſpon. Ego patrem neſcio niſi deum. Scriptum eſt enim: Nolite uobis patrem uocare ſuper terram, unus eſt enim pater ueſter cœleſtis. Fulgen. dixit: Patrem tuum dico Cęcilianum, ipſe tradidit, ipſe thurificauit, ipſe omnia mala commiſit. Auguſtin. reſpon. Lege quis illum accuſauit, quis conuicit, quis coram poſitum condemnauit? Eſto, fecit quod nõ fecit, nunquid filius pro patre damnabitur, cum ſcriptũ ſit: Anima patris mea eſt, & anima filij mea eſt: Anima quæ peccaueuerit, ſola morietur? Fulgen. dixit: Tu filius eius non quidẽ tradidiſti, ſed nobis perſecu

Ephe. 5

Iob 14

Matth. 12

Matth. 23

Ezech. 18

Universidad de Deusto
Biblioteca

persecutionem feciſti. Aug. reſpon. Equidem non feci, credo tamen quòd mei facere potuerint. Quære cauſam quare, quid ſi merebamini? Non enim malos perſequi peccatū eſt. nam & ſanctos & ſanctum ſanctorum dominum malos legimus perſecutos: dæmones namq; perſecutionem domi
Marci 1 ni non ferentes, clamabant: Quid nobis, & tibi Ie-
Acto. 13 ſu fili dei? uenisti perdere nos? Et Paulus Elimā magum ultus eſt cæcitate, & blaſphemum homi-
Acto. 8 nem tradidit ſatanæ. Et Petrus Ananiā & Saphiram eius uxorem mēdaces occidit: Et Simonē magum tamdiu perſecutus eſt donec morte perimeret. Sed & Dauid in perſona Chriſti clamat & dicit: Perſequar inimicos meos, & comprehendā illos, & nō conuertar donec deficiant: Affligā illos, nec poterūt ſtare: Non igitur omnis qui perſecutionē paſſus eſt, iuſtus continuo putandus eſt: ſed
1. Pet. 2 qui propter iuſtitiā paſſus eſt, ille profecto beatus eſt, dicente Petro, Quæ enim gloria eſt ſi peccantes colaphizati ſuffertis, ſed ſi bene facientes patimini, & patienter ſuſtinetis, hæc eſt gratia apud deum. Fulgen. dixit: Sancti quos memoras edicta iudicum ſecularium non meruerunt quod ueſtri fecerunt. Auguſt. reſpondit: Licet? an non licet? Si licet, de licito murmurare non decet: Si nō licet, tuum crimen emenda dum licet. Maximinianiſtas enim ſchiſmaticos tuos, ſicut geſta declarāt, & authoritatibus iudicum ſecularium, & adminiculis ordinum uirorum, & executione militum diuerſorum inſtitutis defenſoribus eccleſiæ perſecutus es, ut eos à ſuis baſilicis depuliſſes. Qui me increpas, cur non teipſum primum emēdas? Ful- C
gen. dixit: Ideo ſchiſmaticis noſtris baſilicas tulimus, ut ueræ eccleſiæ redderemus. Auguſt. reſpondit: Hoc & noſtri fecerunt uobis, ſuis ſchiſmaticis tulerūt, & matri catholicæ reddiderūt. Quod ueſtri fecerunt pro pace Donati, hoc noſtri fecerunt pro pace corporis Chriſti. Fulgen. dixit: Vos eſtis ſchiſmatici, q & thurificaſtis & codices tradidiſtis. Aug. reſpon. Efficiamur infirmis infirmi, ut infirmos lucrifaciamus. Video quod fieri nō poteſt, pars Donati, totū Chriſti corpus deuicit. Angulus Aphricanus, orbem terrarū excluſit: Gens una, uniuerſas gentes adduxit: ſarmentum de uite precidit, & ramuſculos arborū amputauit: ſaltem priorum tuorum circa nos cōſtitutas ſeruares leges, non rebaptizares, ſed per pœnitentiā er- D
rantium ut æſtimas, animas liberares. relege deciſa patrum tuorū, & uide quid de traditoribus thurificatis & ſchiſmaticis quū aduerſus Cęcilianum Carthaginem conſpirati ueniſſent, fieri oportere decreuerint. Marcianus ueſter inter cęteros talem ſententiam protulit dicens: quam utiq; ſeptuaginta qui aderant non improbabant. Eam probās: in
Ioan. 15 euangelio ſuo, inquit, dominus ait: Ego ſum uitis uera, & pater meus agricola: omnem palmitem in me non afferentem fructum, excidet & proijciet, & omnem manentem in me & fructum ferentem purgat illum. Sicut ergo palmites infructuoſi amputati proijciūtur, ita thurificati traditores abhorrentes deo, manere in eccleſia dei non poſſunt, niſi cognito ululatu ſuo per pœnitentiam recōcilientur. Vnde Cęciliano in ſchiſmate à traditoribus ordinato non communicare oportet. Hæc eſt patrū tuorum fixa ſententia. Ecce, quod abſit, nos tradidimus, nos thurificauimus, nos ſchiſmata commiſimus, quur tranſgredimini mandatum ſeniorum ut ueſtras traditiones ſtatuatis? Sicut palmites, inquit, infructuoſi amputati proijciuntur, ita thurificati traditores, & qui in ſchiſmate à traditoribus ordinantur, manere in eccleſia dei non poſſint, niſi cognito ululatu ſuo per pœnitentiam reconcilientur: Per pœnitentiam, non per tinctionem. Si dignaris, uel tui te principes uincant, aut illorum confirma decreta, & tua depone figmenta: aut ſi tua uis ualere ſtatuta, illos erraſſe pronuncia. Apud nos ueritas regnat, quur traditio ueſtra diſcor-
Matth. 12 dat? Saluator in euangelio ſic ait: Omne regnum in ſeipſum diuiſum non ſtabit, ſed deſolabitur.

Libri contra Fulgentium Donatiſtam Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE PECCAtorum meritis & remiſſione, & debaptiſmo paruulorū ad Marcellinum, Liber primus.

VAMVS in mediis & magnis curarum æſtibus atq; tædiorum, quæ nos detinent à peccatorib. de- Cap. 1
Q reliquentibus legem dei, licet ea quoq; ipſa noſtrorum etiam peccatorū meritis imputemus: ſtudio tamen tuo Marcelline chariſſime, quo nobis es gratior atq; iocundior, diutius eſſe debitor nolui, atq;, ut uerum dicam, non potui. Sic enim me cōpulit uel ipſa charitas, qua in uno incommutabili unum ſumus in melius cōmutandi, uel timor, ne in te offenderem deum, qui tibi deſiderium tale donauit, cui ſeruiendo illi ſeruiam, qui donauit. Sic, inquam, me compulit, ſic duxit & traxit ad diſſoluendas pro tātillis uiribus quæſtiones, quas mihi ſcribendo indixiſti, ut ea cauſa in animo meo pauliſper uinceret alias, donec aliquid efficerem quo me bonę tuæ uoluntati & eorum quibus hæc curæ ſunt, & ſi non ſufficienter, tamen obedienter deſeruiſſe conſtaret. Qui *An Adæ ſi nō peccaſſet, fuiſſet moriendū* dicunt Adam ſic creatum, ut etiā ſine peccati merito moreretur, non pœna culpę ſed neceſſitate naturæ, profecto illud quod in lege dictum eſt: Qua *Cap. 11* die ederitis, morte moriemini: non ad mortem corporis, ſed mortem animæ quæ in peccato fit, refer- *Gen. 2* re conātur. Qua morte mortuos ſignificauit domi- *Matth. 8* nus infideles de quibus ait: Sine mortuos ſepelire *Luc. 8*

mortuos suos. Quid ergo respondebunt, cum legi tur hoc deum primo homini etiam post peccatum
Gen.3 increpando & damnando dixisse: Terra es, & in terrā ibis? Neq; enim secūdum animam, sed quod manifestum est secūdum corpus terra erat, & mor te eiusdem corporis erat iturus in terram. Quamuis enim secūdum corpus terra esset, & corpus in quo creatus est animale gestaret, tamē si non peccasset in corpus fuerat spiritale mutandus, & in illam incorruptionem quæ fidelibus ac sanctis promittitur, sine mortis periculo trāsiturus. Cuius rei desiderium nos habere nō solum ipsi sentimus in
1.Cor.5 nobis, uerumetiam admonente Apostolo cognoscimus, ubi ait: Etenim in hoc ingemiscimus habitaculum nostrū, quod de cœlo est, superindui cupientes, si tamē induti non nudi inueniamur. Etenim qui sumus in hac habitatione ingemiscimus grauati, in quo nolumus expoliari sed superuestiri, ut absorbeatur mortale à uita. Proinde si non peccasset Adam, nō erat expoliandus corpore, sed superuestiendus immortalitate, & incorruptione, ut absorberetur mortale à uita: id est, ab animali in
Aliud est esse mortalē, aliud morti obnoxiū spiritale transiret. Neq; enim metuendum fuit, ne dū forte diutius hic uiueret in corpore animali senectute grauaret, & paulatim ueterascendo per
Cap. III Deut.19 ueniret ad mortē. Si enim deus Israelitarum uestimentis & calciamētis prēstitit quòd per tot annos nō sunt obtrita, quid mirū si obediēti homini eiusdem potētia præstaretur, ut animale ac mortale habens corpus, haberet in eo quendam statum quo sine defectu esset annosum, tempore quo deus uellet à mortalitate ad immortalitatē, sine media morte uenturus. Sicut enim hæc ipsa caro quam nūc habemus, nō ideo nō est uulnerabilis quia nō est necesse ut uulneretur: sic illa nō ideo non fuit mortalis, quia nō erat necesse ut moreretur. Talem puto habitudinē adhuc in corpore animali, atq; mortali, etiā illis qui sine morte hinc trāslati sunt fuisse
Gen.5 concessam. Neq; enim Enoch & Helias per tā lon
4.Reg.2 gam ætatem senectute marcuerunt. nec tamen credo eos iam in illam spiritalē qualitatē corporis cōmutatos, qualis in resurrectione promittitur, quæ in domino prima præcessit: nisi quia isti fortasse nec his cibis egent qui sui cōsumptione reficiunt, sed ex quo translati sunt, ita uiuunt ut similem habeant satietatem illis quadraginta diebus, quibus Helias ex calice aquę & ex collyride panis sine cibo uixit: aut si & his sustentaculis opus est, ita fortasse in paradiso pascuntur, sicut Adam priusquā propter peccatū exinde exire meruisset. Habebat enim quantū existimo & de lignorū fructibus refectionem contra defectionē, & de ligno uitæ stabilitatem contra uetustatē. Præter hoc autē quod puniens deus dixit: Terra es, & in terrā ibis: quod nisi de morte corporis, quomodo intelligi possit, ignoro: Sunt & alia testimonia quibus euidentissime appareat, non tantū spiritus, sed etiam cor-
Mors corporis etiā ex peccato. C. IIII poris mortem propter peccatū meruisse genus humanum. Ad Romanos Apostolus dicit: Si autem
Rom.8 Christus in uobis est, corpus quidem mortuū est propter peccatum, spiritus autem uita est propter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum à mortuis habitat in uobis, qui suscitauit Christū Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra, per inhabitantē spiritum eius in uobis. Puto quòd non expositorem, sed tantum lectorem oportus habet tā clara & aperta sententia. Corpus, inquit, mortuum est, nō propter fragilitatē terrenā, quia de terræ puluere factū est, sed propter peccatum: quid amplius quęrimus? Et uigilantissime nō
Mortale & mortuum ac moriturum Ca. V aiit, mortale: sed, mortuū. Namq; antequam mutaretur in illam incorruptionem quæ in sanctorū resurrectione promittitur, poterat esse mortale, quamuis non moriturum, sicut hoc nostrū potest, ut ita dicam, esse ægrotabile, quamuis non ægrotaturū. Cuius enim caro est quæ non ægrotare possit, etiam si aliquo casu priusquam ægrotet occumbat? Sic & illud corpus iam erat mortale, quā mortalitatem fuerat absumptura mutatio in æternam incorruptionem, si in homine iustitia, id est obedientia, permaneret, sed ipsum mortale nō est factum mortuum nisi propter peccatum. Quia uero illa in resurrectione futura mutatio, no solū nullam mortem, quæ facta est propter peccatum, sed nec mortalitatem habitura est, quā corpus animale habuit ante peccatum, non ait: Qui suscitauit Christum Iesum à mortuis, uiuificabit & mortua corpora uestra: cū supra dixisset, corpus mortuū: sed uiuificabit, inquit, & mortalia corpora uestra: ut scilicet iam non solum non sint mortua, sed nec mortalia, cū animale resurget in spiritale, & mortale hoc induet immortalitatem, & absorbebitur mortale à uita. Mirum si aliquid quæritur hac
Quomodo corpus mortuū ob peccatum Cap. VI Coloss.3 manifestatione liquidius, nisi forte audiēdum est, quod huic perspicuitati contradicitur, ut mortuū corpus secundum illum modum hic intelligamus quo dictum est: Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Sed hoc modo corpus propter iustitiam mortificatur, non propter peccatum. Vt enim operemur iustitiam mortificamus membra nostra quæ sunt super terram. Aut si putant ideo additū propter peccatū, ut non intelligamus quia peccatū factum est, sed ut peccatum non fiat, tanq; diceret, corpus quidem mortuum est, propter non faciendum peccatū: Quid sibi ergo uult quod cū adiunxisset: Spiritus autē uita est: addidit, propter
Rom.8 iustitiam? Sufficeret enim si adiungeret, uita spiritus, ut etiā hic subaudiretur propter nō faciendum peccatū: ut sic utrunq; propter unam rem intelligeremus, & mortuū esse corpus, & uitā esse spiritum propter nō faciēdum peccatū. Ita quippe etiam si tantūmodo uellet dicere, propter iustitiā, hoc est, propter faciendam iustitiā, ad utrumq; posset hoc referri, & mortuū esse corpus, & uitam esse spiritū propter faciendam iustitiā. Nunc uero & mortuū dixit esse corpus propter peccatū, & spiritū uitam esse propter iustitiam, diuersa merita diuersis tribuens rebus, morti quidem corporis, meritū peccati, uitę autē spiritus, meritū iustitiæ. Quocirca si, ut dubitari nō poterit, spiritus uita est propter iustitiā, hoc est, merito iustitię: profecto corpus mortuum propter peccatum, quid aliud quàm merito

peccati

Universidad de Deusto
Biblioteca

peccati intelligere debemus aut possumus, si aper-
tissimum scripturæ sensum nō pro arbitrio peruer
tere ac detorquere conamur? Huc etiā uerborum
consequentiū lumē accedit. Cum enim præsentis
temporis gratiā determinans diceret, mortuū quidē
esse corpus propter peccatum, quia in eo nondum
per resurrectionem renouato, peccati meritū ma-
net, hoc est necessitas mortis: spiritum autem ui-
tam esse propter iustitiam, quia licet adhuc corpo-
re mortis huius oneremur, iam secundum interio
rem hominem cœpta renouatione in fidei iustitiā
respiramus: Tamen ne humana ignorantia de re-
surrectiōe corporis nihil speraret, etiā ipsum quod
propter meritū peccati in præsenti seculo dixerat
mortuum, in futuro propter meritū iustitiæ dicit
uiuificandum, nec sic ut tantū ex mortuo uiuum
Initium uitæ per fidem Ca. VII fiat, uerumetiam ex mortali immortale. Quan-
quam itaq; uerear ne res manifesta exponēdo po-
tius obscuretur, apostolicæ tamen sententiæ lumē
attende. Si autē Christus, inquit, in uobis est, cor-
pus quidem mortuum est propter peccatum, spiri
tus autem uita est propter iustitiam. Hoc dictum
est, ne ideo putarent homines uel nullum, uel par-
uum se habere beneficium de gratia Christi, quia
necessario morituri sunt corpore. Attendere quip
pe debent corpus quidem adhuc peccati meritum
gerere, quod conditioni mortis obstrictum est, sed
iam spiritu cœpisse uiuere propter iustitiam fidei,
qui & ipse in homine fuerat quadam morte infide
litatis extinctus. Non igitur, inquit, uobis parum
muneris putetis esse collatū, per id quod Christus
in uobis est, q̄ in corpore propter peccatū mor-
tuo, iam propter iustitiā uester spiritus uiuit, nec
ideo de uita quoq; ipsius corporis desperetis: Si e-
nim spiritus eius qui suscitauit Christū à mortuis
habitat in uobis, qui suscitauit Christum Iesum à
mortuis, uiuificabit et mortalia corpora uestra per
inhabitantē spiritū eius in uobis. Quid adhuc tātę
luci fumus contentionis offunditur? Clamat Apo
stolus: Corpus quidē mortuū est in uobis propter
peccatum, sed uiuificabuntur etiam mortalia cor-
pora uestra propter iustitiam, propter quam nunc
spiritus iam uita est, quod totū perficietur per gra-
tiā Christi, hoc est, per inhabitātem spiritū eius in
uobis, & adhuc reclamatur? Dicit etiam quemad-
modum fiat, ut uitā in se mortē mortificando con
uertat. Ergo fratres, inq̄t, debitores sumus nō car-
ni, ut secundum carnem uiuamus: Si enim secun-
dum carnem uixeritis, moriemini: Si autem spiri-
tu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Quid est
aliud, quàm hoc: si secundum mortem uixeritis, to
tum morietur: si autem secundum uitam uiuendo
Mori corpori Ca. VIII mortem mortificaueritis, totum uiuet. Item
quod ait: Per hominem mors & per hominem re-
surrectio mortuorum: quid aliud quàm de morte
corporis intelligi potest, quando ut hoc diceret de
resurrectione corporis loquebatur, eamq; instan-
tissima & acerrima intentione suadebat? Quid est
1.Cor.15 ergo quod hic ait ad Corinth. Per hominē mors,
& per hominem resurrectio mortuorum. Sicut e-
nim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo
omnes uiuificabuntur: nisi quod ait etiam ad Ro-
manos: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors? Rom.5
Hanc illi mortē non corporis, sed animæ intelligi uolunt, quasi a-
liud dictum sit ad Corinthios: Per hominē mors,
ubi omnino animæ mortem accipere non sinun-
tur, quia de resurrectione corporis agebatur, quæ
morti corporis est contraria. Ideo etiam sola mors
ibi per hominem facta commemorata est, non e-
tiam peccatum, quia non agebatur de iustitia quę
contrariatur peccato, sed de corporis resurrectio-
ne, quæ contraria est corporis morti. Hoc au-
tem Apostolicum testimonium in quo ait: Per u-
num hominem intrauit peccatum in mundum, &
per peccatum mors: conari eos quidem in aliā no
uam detorquere opinionem, tuis literis intimasti,
sed qd nā illud sit, quod in his uerbis opinētur ta-
cuisti. Quantum autē ex alijs comperi, hoc ibi sen
tiunt, quòd & mors ista quæ illic cōmemorata est,
non sit corporis, quā nolunt Adam peccando me
ruisse, sed animæ quæ in ipso peccato sit: & ipsum
peccatum non propagatione in alios homines ex
primo homine, sed imitatione trāsisse. Hinc enim
etiam in paruulis nolunt credere per baptismum
solui originale peccatū, quòd in nascentibus nul-
lum esse oīno contendunt. Sed si Apostolus pec
catum illud commemorare uoluisset, quod in hūc
mundum nō propagatione sed imitatione intraue
rit, eius principē nō Adam, sed diabolum diceret,
de quo scriptū est: Ab initio diabolus peccat. De 1.Ioan.3
quo etiam legitur in libro Sapiētię: Inuidia autem Sapien.2
diaboli mors intrauit in orbem terrarum. Nam
quoniam ista mors sic à diabolo uenit in homines,
non quòd ab illo fuerint propagati, sed q̄ eum fue
rint imitati, continuo subiunxit: Imitantur autem
eum qui sunt ex parte eius. Proinde Apostolus cū
illud peccatum ac mortem cōmemoraret, quæ ab
uno in oīes propagatiōe trāsiisset, eū principē po
suit, à quo propagatio generis humani sumpsit ex
ordium. Imitantur quidē Adā quotquot per ino-
bedientiā transgrediuntur mandatū dei. Sed aliud
est quod exemplū est uoluntate peccātibus, aliud
quod origo est cum peccato nascentibus. Nam &
Christum imitantur sancti eius ad sequendam iu-
stitiam. Vnde & idē Apostolus dixit: Imitatores 1.Cor.4
mei estote, sicut & ego Christi. Sed prēter hāc imi
tationem gratiæ eius, illuminationem iustificatio-
nemq; nostram etiā intrinsecus operatur illo ope-
re de quo idē prædicator eius dicit: Neq; qui plan 1.Cor.3
tat est aliquid neq; qui rigat, sed qui incrementum
dat deus. Hæc enim gratia baptizatos quoq; par-
uulos suo inserit corpori, qui certe imitari aliquem
nōdum ualent. Sicut ergo ille in quo omnes uiui-
ficabuntur, præterquam quòd se ad iustitiam exē-
plum imitantibus præbuit, dat etiam sui spiritus
occultissimam fidelibus gratiam, quam latēter in-
fundit & paruulis: Sic & ille in quo oīes moriun
tur, præterquam quòd eis qui præceptum domini
uoluntate transgrediūtur, imitationis exemplum
est, occulta etiam tabe carnalis concupiscētiæ suæ
tabificauit in se oīes de sua stirpe ueniētes. Hinc

Peccatum propagatione nō imitatione tantum transisse in omnes Cap. IX

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.5 omnino nec aliunde Apostolus dixit: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiuit, in quo omnes peccauerunt. Hoc si ego dicerem, relisterent isti, meq; non recte dicere, non recte sentire clamarent. Nullam quippe in his uerbis intelligerent sententiã cuiuslibet hominis qui diceret hæc, nisi istam quam in Apostolo intellige re nolunt. Sed quia eius uerba sunt, cuius authoritati doctrinæq; succumbunt, nobis obijciunt intelligendi tarditatem, cum ea quæ tam perspicue dicta sunt, in nescio quid aliud detorquere conãtur. Per unum, inquit, hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors. hoc propagationis est, non imitationis. nã per diabolum diceret. quod autem nemo ambigit, istum primum hominem dicit, qui est appellatus Adam: & ita, inquit, In solo Christo iustificamur in omnes homines transiit. Deinde quod sequitur: In quo omnes peccauerunt: quàm circumspecte, quàm proprie, q̃ sine ambiguitate dictum Cap. X est. Si enim peccatũ intellexeris quod per unum hominem intrauit in mundum, in quo omnes peccauerunt: certum manifestumq; est, alia esse propria cuiq; peccata, in quibus hi tantum peccant, quorum peccata sunt: aliud hoc unum, in quo omnes peccauerunt, quando omnes ille unus homo fuerunt. Si autem non peccatum, sed ille unus homo intelligitur, in quo uno homine omnes peccauerunt, quid etiã ista manifestatione manifestius: Nempe legimus iustificari in Christo qui credũt in eum, propter occultam communicationẽ & inspirationẽ gratiæ spiritalis, qua quisquis hæret do c mino unus spiritus est, quamuis eum & imitẽtur sancti eius. Legatur mihi tale aliquid de ijs, qui sanctos eius imitati sunt, utrum quisquã dictus sit iustificatus in Paulo aut in Petro, aut in quolibet horum, quorũ in populo dei magna excellit authoritas, nisi quòd in Abrahã dicimur benedici, sicut ei Galat.3 dictum est: Benedicentur in te omnes gentes propter Christum qui semen eius est secũdum carnẽ: quod manifestius dicitur, cum hoc idem ita dicit, Benedicentur in semine tuo omnes gentes. Dictũ autem quenq̃ diuinis eloquijs peccasse, uel peccare in diabolo, cũ eum iniqui & impij oẽs imitentur, nescio utrum quisquã reperiat: quod tamẽ cũ Apostolus de primo homine dixerit, in quo oẽs peccauerũt, adhuc de peccati propagine discepta- D tur, & nescio quæ nebula imitationis opponitur.
Rom.5 Attende etiã quæ sequuntur. Cum eñ dixisset: In quo omnes peccauerũt: secutus adiunxit: Vsq; ad legẽ enim peccatũ in mundo fuit: hoc est, quia nec lex potuit auferre peccatũ, quæ subintrauit ut magis abundaret peccatum, siue naturalis lex in qua quisq; iam ratione utens, incipit peccato originali addere & propria, siue ipsa quæ scripta per Moysen populo data est. Si eñ data lex esset quæ posGalat.3 set uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed cõclusit scriptura oẽia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daret credentibus. Peccatũ autẽ non deputabatur, cum lex non esset. Quid est, nõ deputabatur, nisi ignorabat, & peccatum esse nõ putabatur? Neq; enim ab ipso domino deo tanq̃ non esset habebatur, cum scriptum sit: Quicunq; Rom.2 sine lege peccauerunt, sine lege peribunt. Sed Regnum mortis destruit Christi gra. C.4.X1 regnauit, inquit, mors ab Adam usq; Moysen, id est, à primo homine usq; ad ipsam etiam legẽ quæ diuinitus promulgata est, quia nec ipsa potuit regnum mortis auferre. Regnum enim mortis uult intelligi, quando ita dominatur in hominibus reatus peccati, ut eos ad uitam æternam, quæ uera uita est, uenire non sinat: sed ad secũdam etiam, quæ pœnaliter æterna est, mortẽ trahat. Hoc regnum mortis sola in quolibet homine gratia destruit saluatoris, quæ operata est etiam in antiquis sanctis, quicunq; antequam in carne Christus ueniret, ad eius tamen adiuuantem gratiam, non ad legis literam, quæ iubere tantum, non adiuuare poterat, pertinebãt. Hoc namq; occultabatur in uetere B Testamento pro temporum dispensatione iustissima, quod nunc reuelatur in nouo. Ergo in omnibus regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen, qui Christi gratia non adiuti sunt, ut in eis regnum mortis destrueretur. Ergo & in eis qui nõ peccauerunt in similitudine præuaricationis Adæ: id est, qui nondum sua & propria uolũtate sicut ille peccauerũt, sed ab illo peccatũ originale traxerunt, qui est forma futuri: quia in illo cõstituta est forma condẽnationis futuris posteris qui eius propagine crearentur, ut ex uno omnes in condẽnationẽ nascerẽtur, ex qua non liberat nisi gratia saluatoris. Scio quidem plerosq; Latinos codices sic habere. Regnauit mors ab Adam usq; ad Moysen in eos qui peccauerũt in similitudinẽ præuaricatiõis Adæ, quod etiã ipsum qui ita legũt, ad eundem referũt intellectum: ut in similitudinẽ præuaricationis Adæ peccasse accipiãt, qui in illo peccauerunt, ut ei similes crearentur, sicut ex homine homines, ita ex peccatore peccatores, ex morituro morituri, damnatoq; damnati. Græci autem codices, unde in Latinam linguã interpretatio facta est, aut omnes aut penè oẽs, id quod à me primo positũ est habent. Sed nõ, inquit, sicut delictũ, ita & donatio. Si enim ob unius delictũ multi mortui sunt, multo magis gratia dei & donũ in gratia unius hominis Iesu Christi in multos abundauit: non magis multos, id est multo plures homines, neq; eñ plures iustificantur q̃ condemnantur, sed multo magis abũdauit. Adã quippe ex uno delicto suo reos genuit. Christus autẽ etiã quæ homines delicta propriæ uoluntatis ad originale in quo nati sunt addiderũt, gratia sua soluit atq; donauit, quod euidẽtius in cõsequẽtibus dicit. Verum illud diligẽtius intuere, Vnum peccatũ etiam infantibus cõmune Cap.XII quod ait, ob unius delictũ multos mortuos. Cur eñ ob unius illius, & nõ potius ob delicta sua propria, si hoc loco intelligẽda est imitatio, nõ propagatio? Sed attẽde quod sequit: Et nõ sicut per unũ peccãtem, ita est & donũ. Nam iudicium quidem ex uno in cõdemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationẽ. Nunc dicant, ubi locũ habeat in his uerbis illa imitatio. Ex uno, inquit, in condemnationem: quo uno, nisi delicto? Hoc enim explanat, cũ adiũgit: Gratia autem ex multis de-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tis delictis in iustificationē. Cur ergo iudicium ex uno delicto in cōdemnationē, gratia uero ex multis delictis in iustificationē? Nonne si nullū est originale delictū, non solum ad iustificationē gratia, sed etiā iudicium ad condemnationē ex multis delictis homines ducit? Neq; enim gratia multa delicta donat, & non etiam iudiciū multa delicta condemnat. Aut si propterea ex uno delicto in condēnationē ducuntur, quia omnia delicta quę cōdemnantur, ex illius unius imitatione cōmissa sunt: eadem causa est, cur ex uno delicto etiam ad iustificationem duci intelligant, quia omnia delicta quę iustificatis remittunt, ex illius unius imitatiōe commissa sunt. Sed hoc uidelicet nō intelligebat Apostolus, cū dicebat, Iudicium quidē ex uno delicto in cōdemnationem, gratia uero ex multis delictis in iustificationem? Imò uero nos intelligamus Apostolum, & uideamus ideo dictū iudiciū ex uno delicto in condemnationem, quia sufficeret ad cōdemnationem etiam si nō esset in hominibus nisi originale peccatum. Quamuis enim cōdemnatio grauior sit eorum, qui originali delicto etiam propria coniunxerūt, & tanto singulis grauior, quanto grauius quisq; peccauit: tamen etiam illud solū quod originaliter tractum est, non tantum à regno dei separat, quò paruulos sine accepta Christi gratia defunctos intrare nō posse illi ipsi etiā confitentur: uerum & à salute ac uita æterna facit alienos, quæ nulla esse alia potest præter regnum dei, quò sola Christi societas introducit. Ac per hoc ab Adam in quo omnes peccauimus non omnia nostra peccata, sed tantum originale traduximus: à Christo uero in quo omnes iustificamur, nō illius tantum originalis, sed etiam cæterorum quæ ipsi addidimus peccatorū remissionē cōsegmur. Ideo non sicut per unum peccantem, ita est & donum. Nam iudiciū quidem ex uno delicto si non remittitur, id est, originali, in cōdemnationē iam potest ducere: gratia uero ex multis delictis remissis, hoc est, nō solū illo originali, uerumetiā omnib. cęteris ad iustificationem perducit. Si enim ob unius delictum mors regnauit per unum, multo magis qui abundantiā gratiæ & iustitiæ accipiunt, in uita regnabūt per unū Iesum Christū. Cur ob unius delictum mors regnauit per unū, nisi quia mortis uinculo tenebātur in illo uno in quo omnes peccauerunt, etiā si propria peccata nō adderēt? Alioquin nō solum ob unius delictū mors per unū regnauit, sed ob delicta multa multorū per unūquenq; peccantē. Nam si propterea cæteri ob alterius hominis delictū mortui sunt, quia illum in delinquendo pręcedentē, subsequētes imitati sunt; ille quoq; & multo magis ob alteri⁹ delictū mortuus est, quem diabolus delinquendo ita præcesserat, ut ei delictū etiam ipse suaderet: Adam uero nihil suasit imitatoribus suis, & multi qui eius imitatores dicuntur, eum fuisse & tale aliqd commisisse uel non audierunt, uel omnino non credunt. Quanto ergo rectius, sicut iā dixi, diabolum principē cōstituisset Apostolus, à quo uno peccatum & mortem per omnes transisse diceret, si hoc loco non propagatio nem, sed imitationē dicere uoluisset. Multo enim rationabilius Adam dicitur imitator diaboli quem suasorē habuit peccati, si potest quisq; imitari etiā illum qui nihil ei tale suasit, uel omnino quē nescit. Quid est aūt quòd abundantiam gratiæ & iustitię accipiūt, nisi quòd non ei tantū peccato in quo omnes peccauerunt, sed eis etiam quæ addiderunt, gratia remissionis dat: eisq; hominib. tanta iustitia donatur, ut cum Adam consenserit ad peccatū suadenti, non cedāt isti etiā cogenti. Et quid est: multo magis in uita regnabunt, cū mortis regnū multo plures in æternā pœnā trahat: nisi intelligamus eos ipsos in utroq; dici qui transeunt ab Adam ad Christū, id est, à morte ad uitā: quia in uita æterna sine fine regnabunt, magis cę in eis mors temporaliter & cum fine regnauit. Itaq; sicut per unius delictum in omnes homines ad condemnationē, ita & per unius iustificationē in omnes homines ad iustificationē uitæ. Hoc unius delictū, si imitationem attendamus, non erit nisi diaboli, sed quia manifestum est de Adam nō de diabolo dici, restat intelligenda non imitatio, sed propagatio peccati

Christus unus iustificat

Nam & quod ait de Christo, per unius iustificationem: magis hoc expressit, quàm si per unius iustitiam diceret. Eam quippe iustificationē dicit, qua Christus iustificat impium, quam non imitandam proposuit, sed solus hoc potest. Nam potuit Apostol⁹ recte dicere, Imitatores mei estote sicut & ego Christi: nunquam autem diceret, iustificamini à me, sicut & ego sum iustificatus à Christo: quoniam possunt esse, & sunt, & fuerunt multi iusti homines & imitandi, iustus autem & iustificās nemo nisi Christus. Vnde dicitur, Credēti in eum qui iustificat impiū, deputatur fides ad iustitiam. Quisq; ergo ausus fuerit dicere, iustifico te: consequens est, ut dicat etiam, crede in me. Quod nemo sanctorū recte dicere potuit, nisi sanctusſanctorū: Creditis in deum, & in me credite: ut quia ipse iustificat impiū, credenti in eum qui iustificat impiū, deputetur fides ad iustitiam.

Ca. XIIII

1. Cor. 4

Rom. 4

Ioan. 14

Confirmat ex propagatione peccatū esse, quemadmodū & iustitiā ex regeneratione Cap. XV

Nam si sola imitatio facit peccatores per Adam, cur non etiam per Christū sola imitatio iustos facit? Sicut enim, inqt, per unius delictum in omnes homines ad condemnationem, sic & per unius iustificationē in omnes homines ad iustificationē uitæ. Proinde isti, unus & unus, non Adam & Christus, sed Adam & Abel constitui debuerunt. Quoniam cum multi nos in huius uitæ tēpore pręcesserint peccatores, eosq; imitati fuerint q posteriore tempore peccauerunt: ideo tamen uolunt isti non nisi Adam dictum, in quo omnes imitatione peccauerunt, quia primus hominū ipse peccauit. Ac per hoc Abel dici debuit, in quo uno similiter oēs imitatione iustificent, quia ipse primus hominū iuste uixit. Aut si ꝓpter quendam articulum temporis ad Noui testamenti exordium pertinentē, Christus est positus propter imitationē caput iustorū, Iudas ei⁹ traditor, caput poni debuit peccatorum. Porrò si propterea Christus unus est in quo omnes iustificentur, quia non sola eius imitatio iustos facit, sed per spiritum regenerans gratia: propterea & Adam unus est in quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

omnes peccauerũt: quia non ſola eius imitatio pec A catores facit, ſed per carnẽ generãs pœna. Ob hoc etiam dictum eſt, omnes, & omnes: neq; enim qui generantur per Adam, ĩdem ipſi omnes per Chriſtum regenerantur: ſed hoc recte dictũ eſt, quia ſicut nullius carnalis generatio niſi per Adã, ſic ſpiritalis nullius niſi per Chriſtũ. Nam ſi aliqui poſſent carne generari nõ per Adam, & aliqui regenerari ſpiritu non per Chriſtũ, non liquide oẽs, ſiue hic, ſiue ibi dicereẽt. Eoſdem aũt omnes poſtea multos dicit: Poſſunt quippe in aliqua re oẽs eſſe qui pauci ſunt. Sed multos habet generatio carnalis, multos & ſpiritalis, quãuis nõ tam multos hæc ſpiritalis q̃ illa carnalis. Veruntamen quemadmodũ illa omnes habet homines, ſic iſta omnes iuſtos homines. Quia ſicut nemo præter illã homo, ſic nemo B præter iſtã iuſtus homo, & in utraq; multi. Sicut enim per inobedientiã unius hominis peccatores cõſtituti ſunt multi, ita per obedientiã unius hominis iuſti conſtituunt multi. Lex aũt ſubintrauit, ut abũdaret delictũ. Hoc ad originale homines addiderunt uolũtate iã ꝓpria, non per Adam, ſed hoc quoq; ſoluitur ſanaturq; per Chriſtum, quia ubi abundauit peccatũ, ſuperabũdauit & gratia: ut quẽ admodũ regnauit peccatum in mortẽ etiam quod non ex Adam traxerunt homines, ſed ſua uoluntate addiderunt, ſic & gratia regnet per iuſtitiam in uitam æternam. Non tamen aliqua iuſtitia præter Chriſtum, ſicut aliqua peccata præter Adam. Ideo cum dixiſſet, quẽadmodũ regnauit peccatum in mortem: hic nõ addidit per unum, aut per Adam, quia ſupra dixerat etiam de peccato illo quod ſubintrãte lege abũdauit, & hoc utiq; nõ eſt originis, ſed iam propriæ uolũtatis. Cum aũt dixiſſet, ſic & gratia regnet per iuſtitiam in uitam æternam: addidit per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Quia generãte carne illud tantũmodo trahitur, quod eſt originale peccatum. Regenerante autem ſpiritu, non ſolum originalis, ſed etiam uoluntariorũ fit remiſſio peccatorum. Poteſt proinde recte dici, paruulos ſine baptiſmo de corpore exeuntes in damnatione omniũ mitiſſima futuros. Multũ aũt fallit & fallitur, qui eos in damnatiõe prædicat nõ futuros, dicente Apoſtolo, Iudicium ex uno delicto in condemnationem. Et paulopoſt, Per unius delictum in omnes homines ad cõdemnationem. D Quando ergo peccauit Adam non obediens deo, tunc eius corpus quanuis eſſet animale atq; mortale gratiam perdidit, qua eius animę omni ex parte obediebat. Tunc ille extitit beſtialis motus pudendus hominibus, quẽ in ſua erubuit nuditate. Tunc etiam morbo quodam ex repẽtina & peſtifera corruptione concepto factum eſt in illis, ut illa in qua creati ſunt ſtabilitate ætatis amiſſa, per mutabilitates ętatũ irent in mortẽ. Quanuis ergo annos multos poſtea uixerint, illo tamẽ die mori cœperunt, quo mortis legẽ, qua in ſenium ueteraſcerẽt, acceperunt. Non em̃ ſtat uel tẽporis pũcto, ſed ſine intermiſſione labitur, quicquid cõtinua immutatione ſenſim currit in finẽ, non perficientẽ ſed conſumentẽ. Sic itaq; impletum eſt, quod dixerat deus,

Infantes non baptizati leniſſime quidẽ, ſed tamẽ damnantur Cap. XVI

Qua die ederitis, morte moriemini. Ex hac igitur Gen. 2
inobediẽtia carnis, ex hac lege peccati & mortis, q̃ſquis carnaliter generatur, regenerari ſpiritaliter opus habet, ut nõ ſolum ad regnũ dei perducatur, uerumetiã à peccati damnatione liberetur. Simul itaq; peccato & morti primi hominis obnoxij naſcuntur in carne, & ſimul iuſtitiæ uitæq; æternæ ſecundi hominis ſociati renaſcunt̃ in baptiſmo. Sic & in Eccleſiaſtico ſcriptum eſt, A muliere initium Eccl. 15
factum eſt peccati, & per illam oẽs morimur. Siue autem à muliere, ſiue ab Adam dicatur, utrũq; ad primum hominẽ pertinet: quoniã ſicut nouimus, mulier ex uiro eſt, & utriuſq; caro una eſt. Vnde & illud quod ſcriptum eſt, Et erũt duo in carne una. Igitur iam nõ duo, inquit dominus, ſed una caro. Quapropter qui dicunt paruulos ideo bapti *Quidã infan-*
zari, ut hoc eis remittatur quod in hac uita propri *tibus peccatũ*
um contraxerunt, nõ quod ex Adam traduxerũt, *perſonale ui-*
nõ magno molimine refellendi ſunt. Quando em̃ *buerãt, de quo*
ſecũ ipſi paululũ ſine certandi ſtudio cogitauerint, *dicubi dubita-*
q̃ ſit abſurdum nec dignum diſputatione quod di *Auguſtinus*
cunt, continuo ſententiam cõmutabunt. Quòd ſi *quũ hic uelut*
noluerint, non uſqueadeo de humanis ſenſibus de *abſurdiſſimũ*
ſperandum eſt, ut metuamus ne hoc cuipiã perſua *explodat*
deant. Ipſi quippe ut hoc dicerẽt, alicuius alterius *Cap. XVII*
ſententiæ præiudicio, niſi fallor, impulſi ſunt: ac ꝓpterea cum remitti baptizato peccata neceſſario faterent̃, nec fateri uellẽt ex Adam ductũ eſſe peccatum, quod remitti fatebantur infantibus, ipſam infantiam coacti ſunt accuſare: quaſi accuſator in- C fantiæ hoc ſecurior fieret, quo accuſatus ei reſpondere nõ poſſet. Sed iſtos, ut dixi, omittamus, neq; em̃ ſermone uel documẽtis opus eſt, q̃bus innocẽtia probetur infantiũ, quantũ ad eorũ pertinet uitam, quam recenti ortu in ſeipſis agunt, ſi eam non agnoſcit ſenſus human⁹, nullis adminiculis cuiuſquam diſputationis adiutus Sed illi mouẽt, *Fruſtra paruu-*
& aliquid conſideratione ac diſcuſſione dignum *li baptizãtur,*
uidentur afferre, qui dicunt paruulos recenti uita *ſi peccato ua-*
æditos uiſceribus matrum, non propter remitten- *cant Cap.*
dum peccatum percipere baptiſmum, ſed ut ſpiri- XXIII
talem procreationẽ non habentes creentur in Chriſto, & ipſius regni cœlorum participes fiant eo modo filij & hæredes dei, cohæredes autẽ Chriſti. A quibus tamen cum quæritur, utrum non baptizati & non effecti cohęredes Chriſti, regniq; cœlo tum participes habeant ſaltẽ beneficiũ ſalutis ęternæ in reſurrectione mortuorum, laborant uehementer, nec exitum inueniũt. Quis enim Chriſtianorum ferat, cum dicitur ad æternã ſalutem poſſe quenquam peruenire ſi nõ renaſcatur in Chriſto, quod per baptiſmum fieri uoluit, eo iam tempore quo tale ſacramentũ conſtituendũ fuit regeneran- *Ad Titum 3*
dis in ſpẽ ſalutis æternæ? Vnde dicit Apoſt. Nõ ex operibus iuſtitiæ quæ nos fecimus, ſed ſecundum ſuam miſericordiam ſaluos nos fecit per lauacrum regenerationis. Quam tamẽ ſalutem in ſpe dicit eſſe, cum hic uiuimus, ubi ait, Spe enim ſalui facti ſumus: Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes: Quod enim uidet quis quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus, per patientiam

expecta

Universidad de Deusto
Biblioteca

expectamus, Sine ista ergo regeneratiõe saluos in æternũ posse paruulos fieri, quis audeat affirmare, tanquam non pro eis mortuus sit Christus? Et enim Christus pro impijs mortuus est. Isti aũt qui ut manifestũ est, nihil in sua propria uita impie cõmiserunt, si nec originaliter ullo pietatis uinculo detinentur, quomodo pro eis mortuus est qui pro impijs mortuus est? Si nulla originalis peccati ægritudine sauciati sunt, quomodo ad medicũ Christum, hoc est, ad percipiendũ sacramentum salutis æternæ, sitorum currentium pio timore portantur, Luc. 5 & non eis in Ecclesia dicit, Auferte hinc innocẽtes istos, non est opus sanis medicus, sed male habentibus: Non uenit Christus uocare iustos, sed peccatores? Nunquam dictum est, nunquam dicitur, nunquam omnino dicetur in Ecclesia Christi tale cõmentum. Ac ne quis existimet ideo paruulos ad baptismũ afferri oportere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt, quomodo ergo quidã meritum huius ætatis à domino laudatum esse cõmemorant, quando ait, Sinite paruulos uenire ad me, talium est enim regnũ cœlorum. Si eñ hoc non propter humilitatis similitudinem, quòd humilitas paruulos faciat, sed ꝓpter puerorum uitam laudabilẽ dictũ est, profecto & iusti sunt. Nõ enim recte aliter dici potuit, talium est regnũ cœlorum: cũ esse non possit nisi iustorum. Sed forte hoc quidem non congruenter dicitur, ꝙ paruulorum uitam laudauerit dominus dicens, taliũ esse regnũ cœlorum: cum uerax sit ille intellectus, ꝙ humilitatis similitudinem in parua ætate posuerit. Verunta men forsitan hoc tenendũ est, ꝙ dixi propterea paruulos baptizari debere, quia sicut peccatores non sunt, ita nec iusti sunt. sed cũ dicit, Nõ ueni uocare iustos: quasi ei responderet, quos ergo uocare uenisti: cõtinuo subiunxit, sed peccatores in pœnitẽtiam. Ac per hoc quomodo si iusti sunt, ita etiã si peccatores non sunt, non eos uenit uocare, qui dixit, Nõ ueni uocare iustos, sed peccatores. Et ideo baptismo eius qui eos nõ uocat, non tantũ frustra, uerũetiam improbe uidẽtur irruere, quod absit ut sentiamus. Vocat eos igit medicus, qui non est opus sanis, sed ægrotantibus, nec uenit uocare iustos sed peccatores in pœnitentiã. Et ideo ꝙ suæ uitæ propriæ peccatis nullis adhuc tenent obnoxij, originalis in eis ægritudo sanatur in eius gratia qui saluos facit per lauacrum regenerationis. Dicet aliqs, Quomodo ergo & ipsi uocãtur in pœnitẽtiam? Nunquid tantillus potest aliqd pœniteret? Huic respõdet, Si ꝓpterea pœnitẽtes dicendi non sunt, ꝙ sensum pœnitendi nondũ habent, nec fideles dicendi sunt, quia similiter sensum credendi nõ dum habent. Si autem propterea recte fideles uocantur, quoniam fidem per uerba gestantium quodammodo profitentur, cur non prius etiam pœnitentes habentur, cum per eorundem uerba gestantium diabolo & huic seculo renunciare monstrantur? Totum hoc in spe fit ui sacramenti & diuinæ gratiæ, quam dominus donauit Ecclesiæ

Cæterum quis ignorat, ꝙ baptizatus paruulus si ad rationales annos ueniens non crediderit, nec se ab illicitis concupiscentijs abstinuerit, nihil ei proderit qđ parius accepit? Veruntamen si percepto baptismate de hac uita emigrauerit, soluto reatu cui originaliter erat obnoxius, perficietur in illo lumine ueritatis, quod incõmutabiliter manẽs in æternũ, iustificatos præsentia creatoris illuminat. Peccata enim sola separãt inter homines & deum, quæ soluuntur Christi gratia, per quem mediatorẽ reconciliamur, cum iustificat impium. Terrenĩ aũt isti sententia domini dicẽtis, Nisi quis natus fuerit denuo, non uidebit regnum dei. Quod cum exponeret, ait. Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in regnum cœlorum: & propterea conantur paruulis non baptizatis innocẽtiæ meritum salutem ac uitam æternam tribuere, sed quia baptizati non sunt, eos à regno cœlorum facere alienos, noua quadam & mirabili præsumptiõe, quasi salus ac æterna uita possit esse præter Christi hæreditatẽ, præter regnũ cœlorum. Habent enim uidelicet quò confugiant, atq; ubi delitescant, quia nõ ait dominus, Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non habebit uitam: sed ait, nõ intrabit in regnum dei. Nam si illud dixisset, nũlla hinc dubitatio posset oboriri. Auferatur ergo iam dubitatio, dominũ audiamus, non suspitiones coniecturasq; mortaliũ: Dominum audiamus, inquam, non quidem hoc de sacramento lauacri dicẽtem, sed de sacramento sanctæ mensæ suæ, quò nemo rite nisi baptizatus accedit, Nisi manducaueritis carnẽ meã Ioan. 6 & biberitis sanguinẽ meum, non habebitis uitam in uobis. Quid ultra quærim⁹? Quid ad hoc respõdere poterunt, nisi pertinacia pugnaces neruos aduersus constantiã perspicuæ ueritatis intendat? An uero quisquã etiã hoc dicere audebit, ꝙ ad paruulos hæc sentẽtia nõ pertineat, possintq; sine participatione corporis huius & sanguinis in se habere uitam: quia non ait, qui nõ manducauerit, sicut de baptismo, qui non renatus fuerit: sed ait, si non manducaueritis, uelut eos alloquẽs qui audire & intelligere poterant, quod utiq; nõ ualent paruuli? Sed qui hoc dicit, non attẽdit, quia nisi oẽs ista sententia teneat, ut sine corpore & sanguine filij hominis uitam habere non possint, frustra etiam ætas maior id curat. Potest eñ si non uoluntatem, sed uerba loquentis attendas, eis solis uideri dictum, quibus tunc dominus loquebat: quia non ait, qui non manducauerit: sed, si non manducaueritis. Et Ioan. 6 ubi est qđ eodẽ loco de hac ipsa re ait, Panis quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita? Secundũ hoc enim etiã ad nos pertinere illud sacramẽtum intelligimus, qui tunc nõdum fuimus quando ista dicebat, quia non possumus dicere ad seculũ nos non pertinere, pro cuius uita Christus suam carnẽ dedit. Quis aũt ambigat seculi nomine homines significatos esse, qui nascendo in hoc seculũ ueniũt? Nam sicut alibi ait, Filij seculi huius generãt & ge Luc. 20 nerantur. Ac per hoc etiã pro paruulorũ uita caro data est, quę data est pro seculi uita, et si nõ manducauerint carnẽ filij hominis, nec ipsi habebũt uitã. Hinc est etiam illud, Pater diligit filium, & om- Ioan. 3 nia dedit in manus eius. Qui credit in filium, habet

Universidad de Deusto
Biblioteca

bet uitam eternam: qui autem incredulus est filio, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. In quo igitur horum genere ponemus infantes: in eorum qui credunt in filium, an in eorum qui sunt increduli filio? In neutro, ait aliqs, quia cū adhuc credere non possunt, nec increduli deputādi sunt. Nō hoc iudicat Ecclesiastica regula, quæ baptizatos infantes fidelium numero adiūgit. Porrò si isti qui baptizantur propter uirtutē celebrationemq; tanti sacramenti, quāuis suo corde atq; ore non agant quod ad credendum confitendumq; pertinet, tamen in numero credentium computātur: profecto illi quibus sacramentū defuerit, in eis habendi sunt qui non credunt filio: atq; ideo si huius inanes gratiæ de corpore exierint, sequetur eos quod dictum est, non habebunt uitam, sed ira dei manet super eos. Et unde hoc, quando eos clarum est peccata propria non habere, si nec originali peccato tenentur obnoxij? Bene autem non ait, ira dei ueniet super eum: sed, manet super eum. Ab hac quippe ira, qua omnes sub peccato sunt, de qua dicit Apostolus, Fuimus & nos aliquando naturaliter filij iræ sicut & cæteri: nulla res liberat nisi gratia dei, per Iesum Christū dominū nostrū. Hęc gratia cur ad illum ueniat, ad illum nō ueniat, occulta esse causa potest, iniusta non potest, Nunquid ēm iniquitas apud deum? absit. Sed prius sanctarū scripturarū authoritatib. colla subdenda sunt, ut ad intellectum per fidem quisq; perueniat. Neq; ēm frustra dictum est: Iudicia tua sicut abyssus multa. Cuius abyssi altitudinē ueluti expauescens, exclamat Apostolus, O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei: præmiserat quippe sententiam miræ profunditatis, dicens: Conclusit enim deus omnes in incredulitate, ut omnium misereatur. Cuius profunditatis ueluti horrore percussus, O altitudo, inquit, diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, q̄ inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiæ eius. Quis ēm cognouit sensum domini, aut qs consiliarius illius fuit: aut quis prior dedit illi, ut retribueretur ei? Quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia, ipsi gloria in secula seculorū amē. Valde ergo paruū sensum habemus ad discutiendam iustitiā iudiciorū dei, ad discutiendam gratiam gratuitam nullis meritis pręcedentibus, non inq̄, quę non tam mouet cum præstatur indignis, quam cū æque indignis alijs denegatur. Nam & hi quibus uidetur iniustum, ut paruuli sine gratia Christi de corpore exeuntes, non solum regno dei, quò & ipsi fatētur nisi per baptismum renatos intrare nō posse, uerumetiam uita æterna & salute priuentur, quærentes quomodo iustum sit ut alius ab originali impietate soluatur, alius non soluatur, cum eadem sit utriusq; conditio, ipsi respondeant secundum suam sententiam quomodo identidem iustum sit, ut huic præstet baptismus, quo intret in regnū dei, illi non præstetur, cum sit utriusq; par causa. Si enim mouet, cur ex his duobus, cū ex æquo ambo sint originaliter peccatores, alius ab hoc uinculo soluitur, cui cōceditur baptismus, alius non soluitur, cui talis gratia non conceditur: cur non pariter mouet, q̄ ex duobus originaliter innocētibus, alius accipit baptismum, quo in regnum dei possit intrare, alius non accipit, ne ad regnum dei possit accedere? Nēpe in utraq; causa ad illam exclamationē reditur, O altitudo diuitiarū. Ex ipsis deinde baptizatis paruulis dicatur mihi, cur alius rapitur, ne malitia mutet intellectū eius, & alius uiuit impius futurus? Nonne si ambo raperētur, ambo in regnum cœlorū ingrederentur? Et tamen non est iniquitas apud deum. Quid est illud? quem non moueat, quē non in tanta altitudine exclamare compellat, quod alij paruuli spiritu immundo uexant̄, alij nihil tale patiuntur, alij etiā in uteris matrum, sicut Hieremias, sanctificant̄, cum oēs si est originale peccatū, pariter rei sint: si non est, pariter innocentes sint? Vnde ista tanta diuersitas, nisi quia inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. An forte illud iam explosum repudiatūq; sentiēdum est, q̄ animæ prius in cœlesti habitatione peccantes, gradatim atq; paulatim ad suorum meritorum corpora ueniant, ac pro ante gesta uita magis minūsue corporeis pestibus affligant̄? Cui opinioni quanuis sancta scriptura apertissime contradicat, quę cum gratiam cōmendaret, Nondum, inquit, natis, nec qui aliqd egerant boni aut mali ut secundum electionem propositum dei maneret, non ex operibus, sed ex uocante dictum est, quòd maior seruiet minori: nec ipsi tamen qui hoc sentiunt, euadūt huius quæstionis angustias, sed in eis coarctati & hærentes similiter, O altitudo, exclamare coguntur. Vnde enim fit ut homo ab ineunti pueritia modestior, ingeniosior, temperātior, ex magna parte libidinum uictor, qui oderit auaritiam, luxuriam detestetur, atq; ad uirtutes cæteras prouectior aptiorq; cōsurgat, & tamen eo loco sit ubi ei prædicari gratia Christiana nō possit? Quo modo enim inuocabunt in quem nō crediderunt: aut quomodo credent ei quē non audierunt? Quo modo autem audient sine prædicante? Alius autē tardus ingenio, libidinib⁹ deditus, flagitijs & facinoribus coopertus ita gubernetur ut audiat, credat, baptizetur, rapiatur, aut si detentus hic fuerit, laudabiliter uiuat? Vbi duo isti tam diuersa merita contraxerunt, non dico ut iste credat, ille non credat, quod est propriæ uoluntatis, sed ut iste audiat quod credat, ille nō audiat? Hoc enim nō est in hominis potestate: Vbi, inquam, hæc tam diuersa merita cōtraxerunt, si in cœlo egerunt aliquam uitā, ut pro suis actibus ꝓpellerentur, uel laberentur in terras, congruisq; suæ anteactæ uitæ corporeis receptaculis tenerentur. Ille utiq; melius ante hoc mortale corpus uixisse credendus est, qui eo non multū meruit prægrauari, ut & bonū haberet ingeniū, & concupiscentijs eius mitiorib⁹ urgerēt quas posset facile superare, & tamen eam sibi gratiam prædicari nō meruit, qua sola posset à secūdæ mortis pernicie liberari. Ille autē pro meritis deterioribus sicut putāt grauiori corpori implicitus, & ob hoc cordis obtusi, cū carnis illecebris ardētissima cupidine uinceret̄, & p̄ negssimā uitā peccatis pristinis q̄bus ad hoc uenire meruerat adderet peiora terrena

Inscrutabile, quur infantes alij discedant frustrati baptismo, alij nō Cap. XXI

Refellit eos qui iuxta Platonem putant animas ob delicta altibi commissa, in corpora detrudi Ca. XXII

Universidad de Deusto
Biblioteca

Luc.14 terrena, aut in cruce tamẽ audiuit, Hodie mecum eris in paradiso: aut alicui cohęsit Apostolo, cuius prædicatione mutatus & per lauacrum regenera-
A tionis non cassus effectus est, ut ubi abũdauit peccatũ, superabũdaret & gratia. Quid huic respondeant, omnino nõ uideo, q uolentes humanis cõiecturis iustitiã dei defendere, & ignorãtes altitudinẽ gratię, fabulas improbabiles texuerũt. Multa em̃ dici possunt de miris uocationib⁹ hominũ, siue quas legimus, siue quas experti sumus, quibus eorum opinio subuertatur, qui credunt ante ista corpora sua, quasdã ꝓprias uitas gessisse animas hominũ, quibus adhæc uenirẽt pro diuersitate meritorum, diuersa hic experturæ uel bona uel mala: sed ter-
minandi huius operis cura non sinit in his diutius immorari. Vnum tamen quod inter multa mirabi-
B le cõperi non tacebo. Quis non secundum istos, q ex meritis prioris uitæ ante hoc corpus in cœlesti bus gestæ animas terrenis corporibus magis minúsue grauari opinantur, affirmet eos ante istam uitam sceleratius immaniusq; peccasse, qui mentis lumen sic amittere meruerunt, ut sensu uicino pecoribus nascerentur: non dico tardissimi ingenio, nam hoc de alijs dici solet, sed ita excordes, ut etiã cirrati ad mouendum risum, exhibeãt cordatis delitias fatuitatis, quorum nomen ex Græco deriua
Moriones tum moriones uulgus appellat? Talium tamen quidam fuit Christianus, ut cum esset omnium iniuriarum suarum mira fatuitate patientissimus, iniuriam tamen Christi nominis uel in seipso reli-
C gionis reuerentia, qua imbutus erat, sic ferre non posset, ut blasphemantes uidelicet cordatos, à quibus hęc ut prouocaretur audiebat, insectari lapidibus non desisteret, nec in ea causa uel dominis parceret. Tales ergo prædestinari & creari arbitror, ut qui possunt intelligãt dei gratiam, & spiritum, qui ubi uult spirat, ob hoc omne ingenij genus in filijs misericordiæ non præterire, itemq; omne ingenij genus in gehennæ filijs præterire, ut qui gloriatur in domino glorietur. Illi autem qui pro uitæ meritis superioris accipere quasq; animas diuersa terrena corpora affirmant, quibus aliæ magis, aliæ minus grauentur, & pro eisdem meritis humana ingenia uariari, ut acutiora sint quædam, & alia obtusiora, proq; ipsius uitæ superioris meritis diuinam quoque gratiam liberandis hominibus di-
D spensari, quid de isto poterunt respondere? Quomodo ei tribuent teterrimam uitam superiorem, ut ex hoc fatuus nasceretur, & tam bene meritam, ut ex hoc in Christi gratia multis acutissimis præferretur? Cedamus igitur & consentiamus authoritati sanctæ scripturæ, quæ nescit falli nec fallere, & sicut nondum natos ad discernenda merita eorum aliquid boni uel mali egisse non credimus, ita omnes sub peccato esse, quod per unum hominem intrauit in mundum, & per omnes homines pertransijt, à quo non liberat nisi gratia dei per dominum nostrũ Iesum Christum nasci minime du-
Ca.XXIII bitemus. Cuius medicinalis aduentus non est opus sanis, sed ægrotantibus: quia non uenit uocare iustos, sed peccatores: in cuius regnũ non intrabit nisi qui renatus fuerit ex aqua & spiritu, nec præter regnum eius salutem ac uitam possidebit æternam. Quoniam qui nõ manducauerit carnem eius, & qui incredulus fuerit filio, non habebit uitam, sed ira dei manet super eum. Ab hoc peccato, ab hac ægritudine, ab hac ira dei, cuius naturaliter filij sunt, qui etiam si per ætatem non habẽt proprium, trahunt tamen originale peccatum, nõ liberat nisi agnus dei qui tollit peccata mundi, non nisi medicus qui non uenit propter sanos sed propter ægrotos, non nisi saluator, de quo dictum est generi humano, Natus est uobis hodie saluator: Luc.2 non nisi redemptor, cuius sanguine deletur debitum nostrum. Nam quis audeat dicere, non esse Christum infantum saluatorẽ nec redemptorem? Vnde autem saluos facit, si nulla in eis est originalis ægritudo peccati? unde redimit, si non sunt per originem primi hominis uenundati sub peccato? Nulla igitur ex nostro arbitrio præter baptismum Christi, salus æterna promittatur infantibus, quam non promittit scriptura diuina, humanis omnibus ingenijs præferenda. Optime Punici christiani baptismum ipsum nihil aliud Baptismus omnibus necessarius Caput XXIIII quàm salutem, & sacramentum corporis Christi, nihil aliud quàm uitam uocant. Vnde nisi ex antiqua ut existimo, & apostolica traditione, qua Ecclesiæ Christi insitum tenent, præter baptismum & participationẽ dominicæ mensæ, non solum nõ ad regnum dei, sed nec ad salutem & uitam æternam posse quenquam hominum peruenire? Hoc enim & scriptura testatur, secundum ea quæ supra diximus. Nam quid aliud tenent, qui baptismum nomine salutis appellant, nisi quod dictum est, Saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis: & Ad Titum 3 quod Petrus ait, Sic & uos simili forma baptisma 1.Petri 3 saluos facit. Quid aliud etiam qui sacramentũ mensæ dominicæ uitam uocant, nisi quod dictum est: Ego sum panis uitæ qui de cœlo descendi, & pa- Ioan.6 nis quem ego dedero, caro mea est pro seculi uita: &, Si non manducaueritis carnem filij hominis & sanguinem biberitis, non habebitis uitã in uobis. Si ergo ut tot & tanta diuina testimonia cõcinũt, nec salus nec uita ęterna sine baptismo & corpore & sanguine domini cuiquam speranda est, frustra sine his promittitur paruulis. Porrò si à salute ac uita æterna hominem nisi peccata non separant, per hæc sacramenta non nisi peccati reatus in paruulis soluitur, de quo reatu scriptũ est, neminem Iob 25 esse mundũ, nec si unius diei fuerit uita eius. Vnde Psal.50 est & illud in psalmis: Ego em̃ in iniquitatibus cõceptus sum, & in peccatis mater mea me in utero aluit. Aut em̃ ex persona generali ipsius hominis dicitur, aut si proprie de se Dauid hoc dicit, non utiq; de fornicatione, sed de legitimo cõnubio natus fuit. Non itaq; dubitemus etiam pro infantib. baptizatis sanguinem fusum, qui priusquam funderetur, sic in sacramẽto datus & cõmendatus est, ut diceretur, Hic est sanguis meus, qui pro multis effundẽ in remissionem peccatorũ. Negant enim illos liberari, qui sub peccato esse nolũt fateri. Nã unde liberant̃, si nulla seruitute peccati tenentur obstricti

Ioan. 12 obstricti? Ego, inquit, lux in seculũ ueni, ut omnis A qui crediderit in me, nõ maneat in tenebris. Hoc dicto, quid ostendit, nisi in tenebris esse omnem q non credit in eum, & credendo efficere ne maneat in tenebris? Has tenebras, quid nisi peccata intelligimus? Sed quodlibet aliud intelligantur hæ tenebræ, profecto qui nõ credit in Christum manebit in eis: & utiq; pœnales sunt, nõ quasi nocturnæ ad quietem animantium necessariæ. Proinde par uuli si per sacramentum quod ad hoc diuinitus institutum est, in credentiũ numerum non transeant, profecto in his tenebris remanebũt. Quanuis eos nonnulli mox natos illuminari credant, sic intelligentes quod scriptum est, Erat lumẽ uerum, quod illuminat omnem hominẽ uenientẽ in hunc mundum. Quod si ita est, multum mirandum est, quomodo illuminati ab unico filio, quod erat in principio uerbum deus apud deum, non admittantur ad regnum dei, nec sunt hæredes dei, cohæredes autem Christi. Hoc enim eis nõ nisi per baptismũ prẽstari, etiam qui hoc sentiunt confitentur. Deinde iam illuminati, si ad consequendũ regnum dei nondũ sunt idonei, saltem ipsum baptismũ, quo ad hoc idonei fiunt, lẽti suscipere debuerunt: cui tamẽ eos uidemus cum magnis fletibus reluctari, eamq; ignorantiam in illa ætate contemnimus, ut sacramenta quæ illis prodesse nouimus, in eis etiã reluctãtibus compleamus. Cur enim & Apostolus dicit: 1. Cor. 14 Nolite pueri esse mentibus, si iam illo lumine uero quod uerbum dei est, illuminatæ sunt eorum mentes? Itaq; illud quod in Euangelio positũ est, C Erat lumen uerũ quod illuminat omnem hominẽ uenientem in hunc mũdum: ideo dictum est, quia nullus hominum illuminatur nisi illo lumine ueritatis, quod deus est: ne quisquam putaret ab eo se illuminari à quo aliquid audit ut discat, non dico si quenquam magnum hominẽ, sed nec si angelum ei contingat habere doctorem. Adhibeẽ enim sermo ueritatis extrinsecus uocis ministerio corporalis, ueruntamen neq; q plantat est aliquid, neq; qui rigat, sed qui incremẽtum dat deus. Audit quippe homo dicentem uel hominem uel angelum, sed ut sentiat & cognoscat uerum esse quod dicitur, illo lumine intus mens eius aspergitur, quod æternum manet, quod etiam in tenebris lucet. Sed sicut sol iste à cæcis non uideẽ, quanuis eos suis radijs quo D dammodo uestiat, sic ab stultitiæ tenebris nõ comprehenditur. Cur autem cum dixisset, quod illuminat omnem hominem: addiderit, uenientẽ in hunc mũdum: unde hæc opinio nata est, quod in exortu corporali ab utero matris recentissimo illuminet mentes nascentium paruulorũ: quanuis in Græco ita sit positũ, ut possit etiam intelligi lumen ipsum ἐρχόμενον ueniens in hunc mundum: tamen si hominem uenientem in hunc mundum, necesse est accipi, aut simpliciter dictũ arbitror, sicut multa in scripturis reperiuntur, quibus etiam detractis nihil sentẽtiæ minuatur: aut si propter aliquã distinctionẽ additum esse credendum est, fortasse hoc dictum est, ad discernendam spiritalem illuminationẽ ab ista corporali, quæ siue per cœli luminaria, siue quibuscunq; ignibus illuminat oculos carnis, ut hominẽ interiorem dixerit uenientem in hunc mundum, quia exterior corporeus est, sicut hic mũdus: Tanquam diceret, illuminat omnem hominem uenientem in corpus, secundum illud quod scriptum est: Sapien. 8 Sortitus sum animã bonam, & ueni in corpus inquinatum. Aut ergo sic dictũ est, si distinctionis alicuius gratia dictum est: Illuminat omnẽ hominẽ uenientem in hunc mundum: tanq; dictum esset: Illuminat omem hominem interiorem: quia homo interior cum ueraciter fit sapiens, nõ nisi ab illo illuminatur qui est lumen uerum. Aut si rationem ipsam qua humana anima rationalis appellatur, quæ ratio adhuc uelut quieta & quasi sopita, tamen insita & quodammodo inseminata in paruulis latet, illuminationem uoluit appellare, tanq; interioris oculi creationem: non resistendum est, tunc eã fieri cum anima creatur, & nõ absurde de hoc intelligi, cum homo uenit in mundum: uerum tamen etiam ipse quamuis iam creatus oculus, necesse est ut in tenebris maneat, si non credat in eũ, qui dixit: Ego lux in seculũ ueni, ut omnis qui credit in me nõ maneat in tenebris: quod per sacramẽtum baptismatis in paruulis fieri nõ dubitat mater ecclesia, quæ cor maternũ eis præstat, ut sacris mysterijs imbuantur, qa nondũ possunt corde proprio credere ad iustitiã, nec ore proprio cõfiteri ad salutẽ. Nec ideo tamẽ eos quisq; fidelium fideles appellare cũctatur, quod à credẽdo utiq; nomẽ est, quãuis hoc nõ ipsi, sed alij pro eis inter sacramẽta respondeant. Nimis longũ fiet si ad singula testimonia similiter disputemus. Vnde cõmodius esse arbitror aceruatim cogere, quæ occurrere potuerint, uel quæ sufficere uidebunt, quibus appareat dominũ Iesum Christũ nõ aliam ob causam in carne uenisse, ac forma serui accepta factum obedientẽ usq; ad mortẽ crucis, nisi ut hac dispẽsatione misericordissimæ gratię omnes, quibus tanq; mẽbris in suo corpore cõstitutis caput est, ad capessendũ regnũ cœlorũ uiuificaret, saluos faceret, liberaret, redimeret, illuminaret, qui prius fuissent in peccatorũ morte, languoribus, seruitute, captiuitate, tenebris constituti, sub potestate diaboli principis peccatorũ: ac sic fieret mediator dei & hominum, per quẽ post inimicitias impietatis nostræ, illius gratiæ pace finitas, reconciliaremur deo in æternã uitam, ab æterna morte quæ talibus impendebat erepti. Hoc enim cũ abundantius apparuerit, cõsequens erit ut ad istã Christi dispensationẽ quę per eius humilitatẽ facta est, pertinere nõ possint, qui uita, salute, liberatione, redẽptione, illuminatione non indigent. Et quoniã ad hanc pertinẽt per baptismũ quo Christo cõsepeliunt, ut incorporẽtur illi mẽbra eius, hoc est fideles eius: profecto nec baptismus est necessarius eis, qui illo remissionis & recõciliationis beneficio quod fit per mediatorẽ, nõ opus habẽt. Porrò quia paruulos baptizandos esse cõcedunt, qui cõtra authoritatẽ uniuersę ecclesię proculdubio per dominũ & apostolos tradita uenire nõ possunt: cõcedãt oportet eos egere illis beneficijs mediatoris, ut oblati per sacramentum

Paruuli quomodo illuminentur Cap. XXV

Ioan. 1

Concludit peccato originis omnes obnoxios Cap. XXVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

tum charitatẽq; fidelium, ac sic incorporati Christi corpori, quod est Ecclesia, recõcilientur deo, ut in illo uiui, ut salui, ut liberati, ut redẽpti, ut illumina ti fiant. Vnde nisi à morte, uitijs, reatu, subiectiõe, tenebris peccatorũ? quæ quoniã nulla in ea ætate per suã uitam propriam cõmiserunt, restat origina

Congerit testi monia scriptu rarum

le peccatũ. Hęc ratiocinatio tũc erit fortior, cum ea quæ *p*misi testimonia multa cõgessero. Iam su pra posuimus: Nõ ueni uocare iustos, sed peccato

Ca. XXVII

res. Item cum ad Zachęũ esset ingressus: Hodie, in

Luce 19

quit, salus domui huic facta est, quoniã & iste filius Abrahę: Venit enim filius hominis quęrere & sal uare quod perierat. Hoc et de oue pdita & relictis nonagintanouẽ quæsita & inuenta, hoc & de dra chma quę perierat ex decẽ. Vnde oportebat, ut di cit, prædicari in nomine eius pœnitentiã & remis sionem peccatorũ in omnes gentes, incipientibus ab Hierusalem. Marcus etiã in fine Euangelij sui

Mar. 16

dominũ dixisse testatur: Euntes in mundũ uniuer sum prædicate Euangelium omni creaturæ: Qui crediderit & baptizatus fuerit, saluus erit: qui ue ro non crediderit, cõdemnabitur. Quis aũt nesciat credere esse infantibus baptizari, non credere aũt, non baptizari? Ex Ioannis autẽ Euangelio ẽjus iam nonnulla posuerimus, attende etiam ista, Ioan

Ioan. 1

nes Baptista, inquit, de illo: Ecce agnus dei, ecce q

Ioan. 10

tollit peccata mundi. Et ipse de seipso: Qui de oui bus meis sunt, uocem meam audiunt, & ego noui illas, & sequuntur me: & ego uitam ęternã do illis & non peribunt in æternum. Quoniã ergo de oui bus eius esse non incipiunt paruuli nisi per baptis mum, profecto si hoc non accipiunt, peribunt: Vi tam enim æternã, quam suis dabit ouibus, non ha

Ioan. 14

bebunt. Item alio loco: Ego sum uia ueritas & ui ta. Nemo uenit ad patrẽ nisi per me. Hanc doctri nam suscipiẽtes Apostoli, uide quanta contestatio

1. Pet. 1

ne declarẽt. Petrus in prima epistola: Benedictus, inquit, deus & pater domini nostri Iesu Christi se cundum multitudinẽ misericordię suę, qui regene rauit nos in spem uitę æternæ per resurrectionem Iesu Christi in hæreditatem immortalem & incon taminatam, florẽtem, seruatam in cœlis, uobis qui in uirtute dei conseruamini per fidem in salutem paratam palam fieri in tempore nouissimo. Et pau lopost: Inueniamini, inquit, in laudem et honorem Iesu Christi, quem ignorabatis, in quem modo nonuidentes creditis, quem cum uideritis, gaude bitis gaudio inenarrabili, & honorato gaudio per cipientes testamentum fidei salutẽ animarum ue strarum. Item alio loco: Vos aũt, inquit, genus ele

1. Pet. 2

ctum, regale sacerdotium, gens sancta, populus in adoptione, ut uirtutes enũcietis eius, qui uos de te nebris uocauit in admirabile lumẽ suum. Et iterũ:

1. Pet. 3

Christus, inquit, pro peccatis nostris passus est iu stus pro iniustis, ut nos adducat ad deum. Item cũ cõmemorasset in arca Noe, octo homines saluos factos: sic & uos, inquit, simili forma baptisma sal uos facit. Ab hac ergo salute & lumine alieni sunt paruuli & in perditione ac tenebris remanebũt, ni si per adoptionẽ populo dei fuerint sociati, tenen tes Christũ passum, iustum pro iniustis, ut eos ad ducat ad deum. Ex Epistola etiam Ioannis hęc mi hi occurrerunt quæ huic quęstioni necessaria uisa sunt. Quòd si in lumine, inquit, ambulauerimus, sicut & ipse est in lumine, societatem habemus in uicem, & sanguis Iesu filij eius purgabit nos ab o mni delicto. Item alio loco: Si testimoniũ, inquit, hominum accipimus, testimonium dei maius est, quia hoc est testimoniũ dei quod maius est, quia testificatus est de filio suo: Qui crediderit in filiũ

1. Ioan. 1

1. Ioan. 5

dei, habet testimonium dei in semetipso: Qui non crediderit deo, mendacem facit deum, quia nõ cre dit in testimoniũ quod testificatus est de filio suo. Et hoc est testimonium, quia uitam ęternam dedit nobis deus, & hæc uita in filio eius est. Qui habet filium, habet uitam: qui non habet filium, non ha bet uitam. Non solum igitur regnum cœlorum, sed nec uitam paruuli habebunt si filium non ha bebunt, quem nisi per baptismum eius habere non possunt. Item alio loco: In hoc, inquit, manifestus

1. Ioan. 3

est filius dei, ut dissoluat opera diaboli. Non ergo pertinebunt paruuli ad gratiã manifestationis filij dei, si nõ in eis soluat opera diaboli. Iam nũc atten de ad hanc rem Pauli Apostoli testimonia, tanto utiq; plura, quãto plures epistolas scripsit, & quan to diligentius curauit cõmendare gratiã dei aduer sus eos qui de operibus gloriabantur, atq; ignoran tes dei iustitiam, & suam iustitiam uolentes consti tuere, iustitię dei non erant subiecti. In Epistola ad Romanos: Iustitia, inquit, dei in omnes qui cre- *Rom. 3*

dunt: Non enim est distinctio: omnes enim pecca uerunt & egent gloria dei. Iustificati gratis per gra tiam ipsius, per redemptionem quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propiciatorium per fi dem in sanguine ipsius, ad ostensionem iustitiæ e ius propter remissionẽ præcedentiũ peccatorũ in dei patiẽtia, ad ostendendam iustitiã ipsius in hoc tempore, ut sit iustus & iustificans eum qui ex fide est Iesu. Item alio loco: Ei qui operatur, inquit, mer *Rom. 4*

ces non imputat secundũ gratiam, sed secundũ de bitum. Ei uero qui non operatur, credit autem in eum qui iustificat impium, deputatur fides ad iu stitiam: sicut & Dauid dicit beatitudinem homi nis, cui deus accepto fert iustitiam sine operibus: Beati quorum remissæ sunt iniquitates, & quorũ *Psal. 31*

tecta sunt peccata. Beatus uir cui nõ imputauit do minus peccatum. Item paulopost: Non est aũt scri ptum, inquit, propter illum tantũ, quia deputatũ est illi ad iustitiam, sed et propter nos quibus depu tabitur credentibus in eum, qui excitauit Iesum Christum dominum nostrum à mortuis, qui tradi tus est propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationem nostram. Et paulopost: Si enim *Rom. 5*

Christus, inquit, cum infirmi essemus adhuc iuxta tempus, pro impijs mortuus est. Et alibi: Scimus, *Rom. 7*

inquit, quia lex spiritualis est, ego autem carnalis sum, uenundatus sub peccato: Quod enim operor, ignoro, non enim quod uolo hoc ago, sed quod o di illud facio. Si autẽ quod nolo hoc facio, cõsen tio legi quoniam bona est. Nunc aũt non iam ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatum. Scio enim quia non habitat in me, id est, in carne

Universidad de Deusto
Biblioteca

mea bonum: nam bonum uelle adiacet mihi, perfi
cere autem bonum non inuenio. Non enim quod
uolo facio bonum, sed quod nolo malum hoc ago.
Si autem quod nolo, ego hoc facio, iam nō ego o-
peror illud, sed quod habitat in me peccatum. In-
uenio igitur legem mihi uolēti facere bonum, quo
niam mihi malum adiacet. condelector enim legi
dei secundum interiorem hominem. Video autē
aliam legem in membris meis repugnantem legi
mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati, quę
est in membris meis. Miser ego homo, quis me li-
berabit de corpore mortis huius? Gratia dei, per Ie
sum Christū dominū nostrum. Dicāt qui possunt
homines nō nasci in corpore mortis huius, ut pos-
sint etiam dicere, nō eis necessariam gratiā dei per
Iesum Christum, qua liberentur de corpore mor-
Rom. 8 tis huius. Item paulo post: Quod enim impossibi-
le erat legi in quo infirmabatur per carnem, deus fi
lium suū misit in similitudine carnis peccati, & de
peccato damnauit peccatum in carne. Dicant qui
audent oportuisse nasci Christum in similitudine
carnis peccati, nisi nos nati essemus in carne pec-
1. Cor. 15 cati. Itē ad Corinthios: Tradidi enim uobis in pri-
mis, inquit, quod & accepi, quia Christus mortu-
us est pro peccatis nostris secundum scripturas.
2. Cor. 5 Item ad eosdem Corinthios in secunda: Charitas
enim Christi compellit nos, iudicantes hoc, quoni
am si unus pro omnibus mortuus est, ergo omnes
mortui sunt: Et pro omnibus unus mortuus est, ut
& qui uiuunt, iam nō sibi uiuant, sed ei qui pro ip-
sis mortuus est & resurrexit. Itaq; nos amodo ne-
minem nouimus secundū carnē, etsi nouerамus
secundum carnem Christum, sed nunc iam nō no
uimus. Si qua igitur in Christo noua creatura, ue-
tera transierunt, ecce facta sunt omnia noua. Om-
nia aūt ex deo, qui reconciliauit nos sibi per Chri-
stum, & dedit nobis ministerium reconciliationis.
quēadmodum? quia deus erat in Christo mūdum
reconcilians sibi, non reputans illis delicta eorū, et
ponens in nobis uerbū reconciliationis. Pro Chri
sto ergo legatiōe fungimur, tanq; deo exhortante
per nos: Obsecramus pro Christo recōciliari deo:
Eum qui non nouerat peccatū, pro nobis peccatū
fecit, ut nos simus iustitia dei in illo. Cooperantes
autem rogamus, ne inuacuum gratiam dei susci-
2. Cor. 6 piatis. Dicit enim: Tempore acceptabili exaudiui
te, & in die salutis adiuui te: Ecce nunc tempus ac
ceptabile, ecce nunc dies salutis. Ad hanc recon-
ciliationem & salutem si non pertinent paruuli,
quis eos quærit ad baptismum Christi? Si autem
pertinent, inter homines mortui sunt pro quibus
ille mortuus est, nec ab eo recōciliari et saluari pos-
sunt, nisi remissa nō deputet delicta eorū. Item ad
Gal. 1 Galatas: Gratia uobis & pax à deo patre, & domi
no Iesu Christo, q̄ dedit semetipsum pro peccatis
nostris, ut eximeret nos de præsenti seculo mali-
Gal. 3 gno. Et alio loco: Lex trāsgressionis gratia posita
est, donec ueniret semē cui ꝓmissum est, dispositа
per angelos in manu mediatoris. Mediator aūt u-
nius nō est, deus uero unus est. Lex ergo aduersus
promissa dei? Absit. Si em̄ data esset lex quæ pos-

A set uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed cō
clusit scriptura oīa sub peccato, ut promissio ex
fide Iesu Christi daretur credētibus. Ad Ephesios
etiam: Et uos cum essetis mortui delictis & pecca Eph. 2
tis uestris, in quibus aliquando ambulastis secun-
dum seculum mundi huius, secundum principem
potestatis aeris, spiritus eius qui nunc operatur in
filijs diffidentiæ, in quibus & nos omnes aliquan-
do conuersati sumus in desideriis carnis nostrę, fa
cientes uoluntatē carnis, & affectionū, & eramus
naturaliter filij iręsicut & cæteri. Deus aūt qui di-
ues est in misericordia, propter multam dilectionē
quā dilexit nos, & cū essemus mortui peccatis, cō
uiuificauit nos Christo, cuius gratia salui facti su-
mus. Et paulopost: Gratia, inquit, salui facti estis
B per fidem, & hoc non ex uobis, sed dei donum est.
Non ex operibus, ne forte quis extollatur: Ipsius
enim sumus figmentum, creati in Christo Iesu in
operibus bonis, quę præparauit deus ut in illis am
bulemus. Et paulopost: Qui eratis, inquit, in illo
tempore sine Christo, alienati à societate Israel, &
peregrini testamentorum & promissionis, spem
non habentes, & sine deo in hoc mundo: nunc au
tem in Christo Iesu, qui aliquando eratis longe, fa
cti autem estis prope in sanguine Christi. Ipse est
enim pax nostra qui fecit utraq; unum, & medium
parietem macerię soluens inimicitias, in carne sua
legem mandatorū decretis euacuans, ut duos con
deret in se unum hominem nouum, faciens pacē,
& commutaret utrosque in uno corpore deo, per
C crucem interficiens inimicitias in semetipso. Et ue
niens euangelizauit pacem uobis qui eratis lon-
gè & pacem his qui prope, quia per ipsum habe-
mus accessum ambo in uno spiritu ad patrem. Itē
Eph. 4 alibi: Sicut ueritas est in Iesu, deponere nos secun
dum priorem conuersationem ueterem hominem
eum, qui corrumpitur secundum concupiscenti-
as deceptionis. Renouamini autem spiritu men-
tis uestræ, & induite nouum hominem, qui secun-
dum deum creatus est in iustitia & sanctitate ueri-
tatis. Et alibi: Nolite contristare spiritum sanctum
dei, in quo signati estis in diem redemptionis. Ad
Coloss. 1 Colossenses etiam ita loquitur: Gratias agentes
patri idoneos facienti nos in partem sortis sancto-
rum in lumine, qui eripuit nos de potestate tene-
D brarum & transtulit nos in regnum filij charitatis
suæ, in quo habemus redemptionem in remissio-
ne peccatorum. Et alio loco: Et estis, inquit, in illo
Coloss. 2 repleti, qui est caput omnis principatus & potesta
tis: In quo etiam circūcisi estis circumcisione non
manufacta, in expoliatione corporis carnis, sed in
circūcisione Christi, consepulti ei in baptismo, in
quo & cōsurrexistis per fidem operatiōis dei, qui
suscitauit illum à mortuis. Et uos cum essetis mor-
tui delictis & præputio carnis uestræ, conuiuifica
uit cum illo donans nobis omnia delicta, delens
quod aduersus nos erat chirographū decreti, qd
erat contrarium nobis, tollens illud de medio, &
& affigens illud cruci, exuens se carnem, principa
tus & potestates exēplauit fiducialiter triūphans
eos in semetipso. Et ad Timotheum: Humanus, 1. Tim.
inquit

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit, fermo et omni acceptiõe dignus, quia Chri
stus Iesus uenit in mundum peccatores saluos fa
cere, quorũ primus ego sum. Sed ideo misericor
diam consecutus sum, ut in me ostenderet primo
Christus Iesus omnem longanimitatem ad infor
mationem eorum, qui crediturí sunt illi in uitã æ
1. Tim. 2 ternam. Item dicit: Vnus enim deus unus & medi
ator dei & hominum homo Christus Iesus, qui de
dit semetipsum redemptionẽ pro omnib⁹. In secũ
2. Tim. 1 da etiã ad eundem: Noli ergo, inquit, erubescere
testimonium domini nostri, neque me uinctum e
ius, sed collabora Euangelio secundum uirtutem
dei saluos nos facientis, & uocantis uocatione sua
sancta, non secundum opera nostra, sed secũdum
propositum suum & gratiam, quæ data est nobis
in Christo Iesu ante secula æterna, manifestata au
tem nunc per aduentum domini nostri Iesu Chri
sti, euacuantis quidem mortem, illuminantis au
tem uitam & incorruptionẽ per Euangelium. Ad
Tit. 2 Titum etiam: Expectantes, inquit, illam beatam
spem & manifestationem gloriæ magni dei, & sal
uatoris nostri domini nostri Iesu Christi, qui dedit
semetipsum pro nobis, ut nos redimeret ab omni
iniquitate, & mundaret sibi nos populũ abundan
Tit. 3 tem, æmulatorẽ bonorum operũ. Et alio loco: Cũ
autem benignitas & humanitas illuxit saluatoris
dei nostri, non ex operibus iustitiæ, quæ nos feci
mus, sed secundum suam misericordiã saluos nos
fecit per lauacrum regenerationis & renouatiõis
spiritus sancti, quẽ ditissime effudit super nos per
Iesum Christum saluatorem nostrum, ut iustificati
ipsius gratia hæredes efficiamur secundum spem
uitæ æternæ. Ad Hebræos quoq; Epistola, quan
quam nonnullis incerta sit, tamen quoniam legi
quosdam huic nostræ de baptismo paruulorũ sen
tentiæ contraria sentientes, etiam istã quibusdam
opiniõibus suis testem adhibere uoluisse, magisq;
me mouet authoritas Ecclesiarum Orientalium,
quæ hanc etiam in canonicis habent, quanta pro
nobis testimonia contineat aduertendum est. In
Heb. 1 ipso eius exordio legitur: Multis partibus, & mul
tis modis olim deus locutus est patribus in Pro
phetis, postremo in his diebus locutus est nobis
in filio suo, quem constituit hæredem uniuersо
rum, per quem fecit & secula. Qui cum sit splen
dor gloriæ & figura substantiæ eius, gerens quoq;
omnia uerbo uirtutis suę, purgatiõe peccatorum
à se facta, sedet ad dextrã maiestatis in excelsis. Et
Heb. 2 post pauca: Si enim qui per angelos dictus est, ser
mo factus est firmus, & omnis præuaricatio & in
obedientia iustam accepit mercedis retributionẽ,
quomodo nos effugiemus si tantã neglexerimus
Heb. 2 salutem? Et alio loco: Propterea ergo quia pueri
cõmunicauerunt sanguini & carni, & ipse prope
modum eorũ participauit, ut per mortẽ euacuaret
eum, qui potestatẽ habebat mortis, id est, diabolũ,
& liberaret eos qui timore mortis per totã uitam
rei erant seruitutis. Et paulopost: Vnde debuit, in
quit, secundum omnia fratribus similis esse, ut mi
sericors esset, & fidelis princeps sacerdotum eorũ,
quæ sunt ad deum propiciandum pro delictis po
puli. Et alibi: Teneamus, inquit, cõfessionem, non Heb. 4
habemus enim sacerdotem, qui non possit com
pati infirmitatibus nostris: Etenim expertus est o
mnia secundum similitudinem sine peccato. Et a
lio loco: Intransgressibile, inquit, habet sacerdotiũ, Heb. 7
unde & saluos potest perficere eos, qui adueniunt
per ipsum ad deum, semper uiuens ad interpellan
dum pro ipsis: Talẽ enim decebat habere nos prin
cipem sacerdotum iustum, sine malitia, incontami
natum, separatum à peccatoribus, altiorem cœlis
factum, non habentem quotidianam necessita
tem sicut principes sacerdotum primum pro suis
peccatis sacrificiũ offerre, de hinc pro populi: Hoc
enim semel fecit offerens se. Et alio loco: Non e Heb. 9
nim in manu fabricata sancta introiuit Christus,
quæ sunt similia uerorum, sed in ipsum cœlum ap
parere ante faciem dei pro nobis, non ut sæpius of
ferat semetipsum, sicut princeps sacerdotum in
trat in sancta, in anno semel cum sanguine alieno.
Cæterum oportebat eum sæpius pati à mundi cõ
stitutione, nunc autem semel in extremitate secu
lorum ad remissionem peccatorum per sacrificiũ
suum manifestatus est. Et sicut constitutum est ho
minibus semel tantũ mori, & post hoc iudicium:
sic & Christus semel oblatus ast ut multorum pec
cata portaret, secundo sine peccatis apparebit eis,
qui eum sustinent ad salutem. Apocalypsis etiam
Ioannis has laudes Christo per canticum nouum
testatur offerri: Dignus es accipere librum & ape Apoc. 5
rire signacula eius, quoniam occisus es & redemi
sti nos deo in sanguine tuo, de omni gente & lin
gua & populo & natione. Item in Actibus Apo Actо. 3
stolorũ, inceptorẽ uitę Petrus Apostolus dixit esse ἀρχηγὸν
dominum Iesum, increpans Iudæos q occidissent
eum, ita loqueris: Vos aũt sanctum & iustum one
rastis & negastis, & postulastis hominem homici
dam uiuere & donari uobis: Nam inceptorem ui
tę occidistis. Et alio loco: Hic est lapis reprobatus Actо. 4
à uobis ædificantibus, qui factus est in caput an
guli. Non est enim aliud nomen sub cœlo datum
hominibus in quo oportet nos saluos fieri. Et ali
bi: Deus patrum suscitauit Iesum, quem uos inter Actо. 10
feciſtis suspendentes in ligno. Hunc deus princi
pem & saluatorem exaltauit gloria sua, dare pœni
tentiam Israel & remissionem peccatorum in illo.
Item alio loco: Huic omnes Prophetæ testimoni Ibidem
um perhibent, remissionem peccatorum accipere
per manum illius omnem credẽtem in eum. Item
in eodem libro Apostolus Paulus: Notum ergo Actо. 13
uobis sit, inquit, uiri fratres, quoniam per hunc uo
bis remissio peccatorũ annunciatur ab omnibus,
quibus non potuistis in lege Moysi iustificari, in
hoc omnis credens iustificatur. Hoc tanto aggere
testimoniorum, cuius aduersus ueritatem dei ela
tio non prematur? Et multa quidem alia reperiri
possunt, sed & finiendi huius operis cura non ne
gligenter habenda est. De libris quoq; ueteris te
stamenti multas cõtestationes diuinorum eloqui
orum adhibere in hanc sententiã superuacaneum
putaui, quandoquidem illic quod occultatur sub
uelamento uelut terrenarum promissionum, hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

in noui testamenti prædicatione reuelatur. Et ipse dominus librorũ ueterũ utilitatẽ breuiter demonstrauit & definiuit dicẽs, oportuisse impleri quæ
Luce 29 de illo scripta essent in lege & Prophetis & Psalmis, & hæc ipsa esse, quòd oportebat Christum pati, & resurgere à mortuis tertia die, & prædicari in nomine eius pœnitentium & remissionem peccatorum per omnes gentes, incipientibus ab Hierosolymis. Et Petrus dicit, quod pauloante com-
Acto. 10 memoraui: Huic omnes Prophetas testimonium perhibere, remissionem peccatorum accipere per manum eius omnem credentem in eum. Verunta men cõmodius est etiam ex ipso uetere testamento testimonia pauca depromere, quæ uel ad supplementum, uel potius ad cumulum ualere debebunt. Ipse dominus per Prophetam in psalmo lo-
Psal. 15 quens ait: Sanctis qui sunt in terra eius, mirificauit omnes uoluntates meas in illis. Non merita illorum, sed uoluntates meas. Nam illorum quid, ni
Rom. 5 si quod sequitur? Multiplicatæ sunt infirmitates eorum supra id quòd infirmi erant. Ad hoc & lex
Rom. 5 subintrauit ut abundaret delictum. Sed quod adiungit: Postea accelerauerunt, multiplicatis infirmitatibus, hoc est, abundante delicto, alacrius medicum quæsierunt, ut ubi abundauit peccatum, superabundaret gratia. Deniq; non congregabo, inquit, cõuenticula eorum de sanguinibus, quoniã multis sacrificiorũ sanguinibus, cum primũ in tabernaculum uel in templum congregarentur, conuincebantur potius peccatores, q̃ mundabantur. Non ergo iam, inquit, de sanguinibus cõgregabo
c conuenticula eorũ: Vnus enim sanguis pro multis datus est, quo ueraciter mundarentur. Deniq; sequitur: Nec memor ero nominum illorum per labia mea: tanquam innouatorum. Nam nomina eorum erant prius filij carnis, filij seculi, filij irę, filij diaboli, immundi, peccatores, impij, postea uero filij dei, homini nouo nomen nouũ, canticum nouum cantanti nouum, per testamentum nouum. Non sint ingrati homines gratiæ dei, pusilli cũ magnis, à minore usque ad maiorem. Totius Ecclesię uox
Psal. 118 est: Erraui sicut ouis perdita. Omnium membro-
Esaiæ 35 rum Christi uox est: Omnes ut oues errauimus, & ipse traditus est pro peccatis nostris. Qui totus prophetiæ locus apud Esaiam quoque per Philip
Acto. 8 pum sibi exposito, spado ille Candacis reginæ in
D eum credidit. Vide quotiens hocipsum commendet, & tanquam superbis nescio quibus, uel contentiosis identidem inculcet: Homo, inquit, in pla-
Esaiæ 15 ga, & qui sciat ferre infirmitates, propter quod & auertit se facies eius, iniuriata est, nec magni æstimata est. Hic infirmitates nostras portat, & pro nobis in doloribus est, & nos existimauimus illum in doloribus esse & in plaga & in pœna, ipse autem uulneratus est propter peccata nostra, infirmatus est propter iniquitates nostras. Eruditio pacis nostrę super eum, in liuore eius sanati sumus: omnes ut oues errauimus, & dominus tradidit illũ pro peccatis nostris, & ipse quoniam male tractatus est non aperuit os, ut ouis ad immolandum ductus est, & ut agnus ante eũ qui se tõderet fuit sine
A uoce, sic non aperuit os suum. In humilitate sublatum est iudicium eius, generationem eius quis enarrabit? quoniã tolletur de terra uita eius, ab iniquitatibus populi mei ductus est ad mortem. Dabo ergo malos pro sepultura eius, & diuites propter mortem eius, ob hoc quòd iniquitatem nõ fecerit, nec dolum in ore suo, dominus uult purgare illum de plaga. Si dederitis uos ob delicta uestra animam uestrã, uidebitis semen longæ uitę uestrę, & uult dominus auferre à doloribus animã eius, ostendere illi lucẽ, & figurare per sensum, iustificare iustum bene seruientẽ pluribus, & peccata illorum ipse sustinebit. propterea ipse hæreditabit q̃
μεριῶ plures, & fortiũ partietur spolia, propter quod tradita est anima eius ad mortẽ, & inter iniquos æstimatus est, & ipse peccata multorũ sustinuit, &
B pter iniquitates eorũ traditus est. Attẽde etiã illud eiusdem prophetæ, quod de se cõpletum, lectoris etiã functius officio in synagoga ipse recitauit: Spi-
Esaiæ 61 ritus domini super me, propter quod unxit me, Euangelizare humilibus misit me, ut refrigerentur qui in pressura cordis sunt, prædicare captiuis indulgẽtiã, et cęcis uisum. Omnes ergo agnoscam⁹, nec ullus exceptus sit eorũ, qui uolumus corpori eius adhærere, per eum in ouile eius intrare, ad uitam & salutem quam suis promisit perpetuam peruenire. Omnes, inquam, agnoscamus eum, qui 1.Pet.2
peccatum non fecit, & peccata nostra pertulit corpore suo super lignum, ut à peccatis separati cum iustitia uiuamus, cuius cicatricibus sanati sumus
C infirmi cum essemus tanquam pecora errantia.

Colligit cõ gere merit Christi Caput XXVIII

Quę cum ita sint, neminem unquam eorum qui ad Christum accesserunt per baptismũ, sana fides & sana doctrina putauit exceptum à gratia remissionis peccatorum, nec esse posse alicui præter regnum eius, æternã salutem. Hæc enim parata est reuelari in tẽpore nouissimo, hoc est in resurrectione mortuorũ pertinẽtium non ad mortẽ ęternam, quę secuẽda mors appellat, sed ad uitam ęternam, quam promisit non mendax deus sanctis & fidelibus suis, cuius uitæ participes omnes non uiuificabũtur nisi in Christo, sicut in Adam omnes mo-
1.Cor.15 riuntur. Quemadmodũ enim omnes omnino pertinentes ad generationem uoluntatis carnis non moriuntur, nisi in Adam in quo omnes peccauerunt: sic ex his omnes omnino pertinẽtes ad regenerationem uoluntatis spiritus, non uiuificantur nisi in Christo, in quo omnes iustificant: Quia si-
Rom.5 cut per unum omnes ad cõdemnationẽ, sic per unum omnes ad iustificationẽ. Nec est ullus ulli medius locus ut possit esse nisi cum diabolo, qui non est cum Christo. Hinc & ipse dominus uolens auferre de cordibus male credentiũ istam nescio quã medietatem, quam conãtur quidam paruulis non baptizatis tribuere, ut quasi merito innocentiæ sint in uita æterna, sed quia non sunt baptizati, nõ sint cum Christo in regno eius, definitiuam protulit ad hæc ora obstruenda sententiam, ubi ait: Qui
Matt.12 mecum non est, aduersum me est. Constitue igitur quẽlibet paruulum: Si iam cũ Christo est, ut quid baptizatur? Si autem, quod habet ueritas, ideo baptizatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

ptizatur ut sit cum Christo, profecto non baptiza A
tus non est cum Christo. Et quia nō est cum Chri
sto, aduersus Christum est: neq; enim eius tam ma
nifestam debemus aut possumus infirmare, uel im
mutare sententiam. Vnde igitur aduersus Christū,
nisi ex peccato, neque enim ex corpore & anima,
quæ utraque dei creatura est. Porro si ex peccato,
quod in illa ętate nisi originale & antiquum? Vna
est quippe caro peccati, in qua omnes ad damna-
tionem nascuntur, & una est caro in similitudine
carnis peccati, per quam omnes à damnatione li-
berantur. Nec ita dictum est omnes, uelut quicun-
que nascuntur in carne peccati, ijdem ipsi omnes
mundari intelligantur per carnem similem carni
2. Thess. 3 peccati: Non enim omniū est fides, sed omnes per
tinentes ad generationem connubij carnalis, non B
nascuntur nisi in carne peccati: & omnes pertinen
tes ad generationē connubij spiritualis, non mun
dantur nisi per carnem similem carni peccati. Hoc
est, illi per Adam ad condemnationē, isti per Chri
stum ad iustificationem. Tanquam si dicamus, uer
bi gratia, una est obstetrix in hac ciuitate, quæ om
nes excipit, & unus est hic literarum magister, qui
omnes docet: neque ibi intelligi possunt omnes,
nisi qui nascuntur, neque hic omnes, nisi qui di-
scunt: non tamen omnes qui nascuntur literas di-
scunt, sed cuius claret ingenium: quod & illic re-
cte dictum est, omnes excipit, prēter cuius manus
nemo nascitur, & hic recte dictū est, omnes docet,
prætер cuius magisterium nemo discit. Considera
tis aūt omnibus diuinis testimonijs quę cōmemo C
raui, siue singillatim de unoquoq; disputans, siue
aceruatim multa congestans, uel quęcunq; similia
non cōmemoraui, nihil inuenitur nisi quod uni-
uersa Ecclesia tenet, quæ aduersus omnes propha
nas nouitates uigilare debet: omnem hominem
separari à deo, nisi qui per mediatorem Christum
reconciliatur deo, nec separari quenquam nisi pec
catis intercludentibus posse. Non ergo reconcilia
ri nisi peccatorum remissione per unam gratiam
misericordissimi saluatoris, per unam uictimā ue-
Gene. 3 rissimi sacerdotis: ac sic omnes filios mulieris, quæ
serpenti credidit, ut libidine corrumperetur, non li
berari à corpore mortis huius, nisi per filium uirgi
Luce 1 nis, quæ angelo credidit ut sine libidine fœtaretur.
Bonum ergo coniugij non est feruor concupi- D
Bonum coniugij quid ca. XXIX scentiæ, sed quidam licitus & honestus illo feruo-
re utendi modus, propagandæ proli, non explen
dæ libidini accommodatus. Voluntas ista non uo
luptas illa nuptialis est. Quod igitur in membris
corporis mortis huius inobedienter mouetur, to-
tumq; animum in se deiectum conatur attrahere,
& neque cum mens uoluerit exurgit, neque cum
mens uoluerit conquiescit, hoc est malum pecca-
ti, in quo nascitur omnis homo. Cum aūt ab illici-
tis corruptionibus refrenatur, & ad sola generis
humani supplemēta ordinate propaganda permit-
titur, hoc est bonum coniugij, per quod ordinata
societate nascit homo. Sed nemo renascit in Chri
sti corpore, nisi prius nascatur in peccati corpore.
Sicut autem bono uti male, malum est: sic malo be
ne uti bonū est. Duo igitur hæc, bonū & malum;
& alia duo, usus bonus & usus malus sibimet ad-
iuncta quatuor differētias faciunt. Bene utitur bo
no, cōtinentiam dedicans deo. Male utitur bono,
continentiam dedicans idolo. Male utitur malo,
concupiscentiam relaxans adulterio. Bene utitur
malo, concupiscentiam restringens connubio. Si-
cut ergo melius est bene uti bono, quàm bene uti
malo, cum sit utrunq; bonū: ita qui dat uirginem 1. Cor. 7
suam nuptui, bene facit, & qui non dat, melius fa-
cit. De qua quæstione multo uberius & multo suf-
ficientius in duobus libris, uno De bono coniuga
li, altero De sancta uirginitate, quātum dominus
dedit pro mearū uiriū exiguitate disserui. Non ita-
que per nuptiarū bonum defendant concupiscen-
tiæ malum, qui carnem & sanguinem prævarica-
toris aduersus carnem & sanguinem redemptoris
extollunt: nō erigantur in superbiā erroris alieni,
de quorū paruula ętate nobis dedit domin⁹ humi-
litatis exemplum: solus sine peccato natus est, quē
sine uirili cōplexu non cōcupiscentia carnis, sed Luce 1
obedientia mentis uirgo cōcepit. Sola nostro uul
neri medicinam parere potuit, quæ non ex pecca-
ti uulnere germen piæ prolis emisit. Iam nunc Quid sit nasci denuo Ca. XXX
scrutemur diligentius quātum adiuuat dominus,
etiam ipsum Euāgelij capitulum ubi ait: Nisi quis
renatus fuerit ex aqua & spiritu, non intrabit in re Ioan. 3
gnum dei. Qua isti sententia nisi mouerentur, om-
nino paruulos nec baptizandos esse censerēt. Sed
quia non ait, inquiūt, nisi quis renatus fuerit ex a-
qua & spiritu, non habebit salutē uel uitā ętернam:
tantummodo autem dixit, non intrabit in regnum
dei: ad hoc paruuli baptizandi sunt, ut sint etiam
cū Christo in regno dei, ubi non erunt si baptizati
nō fuerint: cuius & sine baptismo si paruuli mori-
antur, salutem uitamq; æternam habituri sint, quo
niam nullius peccati uinculo obstricti sunt. Hęc di
centes, primo nunquam explicant isti, quia per iu
stitiam nullum peccatum habens, imago dei sepa-
ratur à regno dei. Deinde uideamus utrum domi-
nus Iesus unus & solus magister bonus in hac ipsa
Euangelica lectione nō significauerit & ostende-
rit, non nisi per remissionem peccatorum fieri, ut
ad regnum dei perueniant baptizati: quamuis re-
cte intelligētibus sufficere debuerit, quod dictum
est: Nisi quis natus fuerit denuo, non potest uide-
re regnum dei: Et nisi quis renatus fuerit ex aqua
& spiritu, nō potest introire in regnū dei. Cur em
nascatur denuo, nisi renouandus? unde renouan-
dus, nisi à uetustate? qua uetustate, nisi in qua ue-
tus homo noster simul crucifixus est cum illo, ut
euacuet corpus peccati? Aut unde imago dei non
intrat in regnū dei, nisi impedimento prohibente Rom. 6
peccati? Veruntamen ut proposuimus, totā ipsam
circūstantiam Euangelicę lectionis ad rem de qua
agitur pertinentē, intente quantū possumus dili-
genterq; uideamus. Erat aūt homo, inquit, ex pha- Ioan. 3
risæis Nicodemus nomine, princeps Iudæorum,
hic uenit ad eum nocte, & dixit ei: Rabbi, scimus
quia à deo uenisti magister: Nemo em potest hæc
signa facere quæ tu facis, nisi fuerit deus cum eo.

Respondit Iesus & dixit ei: Amen amen dico tibi Nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere regnum dei. Dicit ad eum Nicodemus: Quomodo potest homo nasci cum sit senex? Nunquid potest in uterũ matris suæ iterũ introire & nasci? Respondit Iesus: Amen amen dico tibi, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ potest introire in regnũ dei. Quod natum est de carne, caro est, & quod natũ est de spiritu, spiritꝰ est. Nõ mireris, quia dixi tibi, oportet uos nasci denuo. Spiritꝰ ubi uult spirat, & uocem eius audis, sed nescis unde ueniat aut quò uadat. Sic est omnis qui natus est ex spiritu. Respondit Nicodemus, & dixit ei: Quomodo possunt hæc fieri? Respondit Iesus & dixit ei: Tu es magister in Israel & hæc ignoras? Amen amen dico tibi, quia quod scimus loquimur, & quod uidimus testamur, et testimoniũ nostrũ nõ accipitis. Si terrena dixi uobis et nõ credidistis, quomodo si dixero uobis cœlestia credetis? Nemo ascẽdit in cœlum nisi qui de cœlo descendit, filius hominis qui Num. 21 in cœlo est. Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Sic enim dilexit deus mundum ut filium suum unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Non enim misit deus filium suum in mundum ut iudicet mundum, sed ut saluetur mundus per ipsum. Qui credit in eum, nõ iudicãtur. Qui autem non credit iam iudicatus est, quia nõ credit in nomine unigeniti filij dei. Hoc est autem iudicium, quia lux uenit in mundum, & dilexerunt homines magis tenebras, quàm lucem. Erant enim eorum mala opera. Omnis enim qui male agit odit lucẽ, & non uenit ad lucem, ne arguantur opera eius: qui autem facit ueritatem uenit ad lucem, ut manifestentur eius opera, quia in deo sunt facta. Huc usque est ad rem de qua quærimus pertinens totus sermo ille contextus, deinceps in aliud narrator accedit. Cum ergo Nicodemus quę diceban

Deus homo, Ecclesia, unus Christus Ca. XXXI

tur non intelligeret, quæsiuit à domino quomodo possent ista fieri. Videamus quid dominus ad hoc respõdeat. Profectò enim si ad interrogata respondere dignabit̃, quomodo possunt ista fieri: hoc dicturus est, quomodo possit fieri regeneratio spiritalis uenientis hominis ex generatiõe carnali. Notata itaque paululum eius imperitia, qui se cæteris de magisterio præferebat, & omnium talium incredulitate reprehensa, quòd testimonium non acciperent ueritatis: addidit etiam se illis terrena dixisse nec eos credidisse, quęrens uel admirans quomodo essent cœlestia credituri. Sequitur tamen & respondet, quod alij credent, si illi non credunt, ad illud quod interrogatus erat, quomodo possũt ista fieri? Nemo, inquit, ascẽdit in cœlũ, nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cœlo. Sic, inquit, fiet generatio spiritualis, ut sint cœlestes homines ex terrenis, quod adipisci non poterunt nisi membra mea efficiantur, ut ipse ascendat qui descendit, quia nemo ascẽdit nisi qui descendit. Nisi ergo in unitatem Christi omnes mutãdi leuandiq; concurrant, ut Christus qui descendit ipse ascendat, non aliud deputans corpus suum, id est Ecclesiam suam, quàm seipsum, quia de Christo & Ecclesia uerius intelligitur: Erunt duo in carne una, *Gen. 2* *Mat. 19* de qua re ipse dixit: Itaq; iam non duo, sed una caro, ascendere omnino non poterunt: quia nemo ascendit in cœlum, nisi qui de cœlo descendit filius hominis qui est in cœlo. Quãuis enim in terra factus sit filius hominis, diuinitatẽ tamen suam qua in cœlo manens descendit in terram, non indignãtus est nomine filij hominis, sicut carnem suam dignatus est nomine filij dei, ne quasi duo Christi ista accipiant̃, unus deus, & alter homo, sed unus atq; idem deus & homo: deus, quia *Ioan. 1* in principio erat uerbum, & deus erat uerbum: homo, quia uerbum caro factum est, & habitauit in nobis. Ac per hoc per distantiam diuinitatis et infirmitatis filius dei manebat in cœlo, filius hominis ambulabat in terra: per unitatẽ uero personæ, qua utraq; substantia unus Christus est, & filius dei ambulabat in terra, & idẽ ipse filius hominis manebat in cœlo. Fit ergo credibilior fides ex incredibilioribus creditis. Si enim diuina substantia longe distantior atq; incõparabili diuersitate sublimior, potuit propter nos ita suscipere humanã substantiam, ut una persona fieret, ac sic filius hominis qui erat in terra per carnis infirmitatẽ, idem ipse esset in cœlo per participatam carni diuinitatem: quanto credibilius alij homines sancti & fideles eius fiunt cum homine Christo unus Christus, ut omnibus per eius hanc gratiã societatemq; ascendentibus, ipse unus Christus ascẽdat in cœlum, qui de cœlo descẽdit. *1. Cor. 12* Sic & Apostolus ait: Sicut in uno corpore multa membra habemus, omnia autem membra corporis cum sint multa, unũ est corpus: ita & Christus. non dixit, ita & Christi: id est, corpus Christi, uel membra Christi: sed, ita & Christus: unum Christum appellans caput & corpus. Magna hæc & *Serpentis aspectu egent et paruuli* mira dignatio, quæ quoniam fieri non potest nisi *Caput XXXII* per remissionem peccatorum, sequitur & dicit: Et sicut Moyses exaltauit serpentem in deserto, *Num. 21* ita exaltari oportet filium hominis, ut omnis qui crediderit in eum nõ pereat, sed habeat uitam æternam. Quid tunc in deserto factum sit nouimus, serpentum morsibus multi moriebantur, tunc populus peccata sua confitens, per Moysen deprecatus est deum, ut hoc ab eis uirus auferret: Ac sic Moyses ex præcepto domini exaltauit in deserto æneum serpentem: admonuitq; populum, ut illum exaltatum quisquis à serpente morderetur attenderet. hoc facientes sanabãtur continuo. Quid est exaltatus serpens nisi mors Christi, eo significandi modo quo per efficientem id quod efficitur significatur? A serpẽte quippe mors uenit, qui peccatũ, *Gen. 3* quo mori mereretur, homini persuasit. Dominus autem in carnem suam non peccatum transtulit tanquam uenenum serpentis, sed tamen transtulit mortem: ut esset in similitudine carnis peccati pœna sine culpa, unde in carne peccati & culpa solueretur & pœna. Sicut ergo tũc qui cõspiciebat exaltatum serpentem & à ueneno sanabat̃, & à morte liberabatur

Universidad de Deusto
Biblioteca

liberabatur: sic nunc qui conformatur similitudini mortis Christi per fidem baptismūq; eius, & à peccato per iustificationem, & à morte per resurrectionem liberatur. Hoc est enim quod ait, Vt omnis qui credit in eum non pereat, sed habeat uitam æternam. Quid igitur opus est ut Christi morti per baptismum conformetur paruulus, si morsu serpentis non est omnino uenenatus? Deinde si quod consequenter dicit, Deus sic dilexit mundū ut filiū suū unigenitum daret, ut omnis qui credit in eum nō pereat, sed habeat uitam æternam: periturus erat paruulus, nec habiturus uitā æternam si per sacramentū baptismi non crederet unigenitū filium dei, dum interim sic uenit ut non iudicet mundum, sed ut saluet mundus per ipsum, præsertim quia sequitur & dicit, Qui credit in eū nō iudicatur, qui aūt nō credit, iam iudicatus est, qa non credidit in nomine unigeniti filij dei. Vbi ergo paruulos ponim⁹ baptizatos, nisi inter fideles? sicut uniuersæ ubiq; Ecclesiæ clamat authoritas? ergo inter eos qui crediderunt: hoc enim eis acquiritur per uirtutem sacramēti & offerentium responsionem: ac per hoc eos qui baptizati non sunt, inter eos qui non crediderunt. Porrò si illi q baptizati sunt non iudicantur, isti quia carent baptismo, iudicantur. Quod uero adiungit, Hoc est aūt iudiciū, quia lux uenit in mundū, & dilexerūt homines tenebras magis ḡ lucem, Vnde lux uenit in mundū, nisi de suo dicit aduentu, sine cuius aduentus sacramento quomodo paruuli esse dicūtur in luce? Aut quomodo non & hoc in dilectione tenebrarū habent, qui quemadmodum ipsi nō credunt, sic nec baptizandos suos paruulos arbitrantur, quando eis mortem corporis timent? In deo aūt dicit facta opera eius, qui uenit ad lucem, quia intelligit iustificationem suam, non ad sua merita, sed ad dei gratiam pertinere. Deus est ēim, inquit Apostolus, qui operatur in nobis & uelle & operari pro bona uolūtate. Hoc modo ergo fit omnium ex carnali generatione ad Christū uenientiū regeneratio spiritalis. Ipse hoc aperuit, ipse mō strauit cum ab eo quæreretur, quomodo possent ista fieri: nemini humanam argumentationem in hac causa liberam fecit, ut nō alienētur paruuli à gratia remissionis peccatorum. Non aliter transitur ad Christū, nemo aliter potest deo recōciliari & ad deum uenire nisi per Christū. Quid de ipsa forma sacramenti loquar? uellem aliquis istorum qui contraria sapiunt, mihi baptizandū parulū afferret. Quid in illo agit exorcismus meus, si in familia diaboli non tenetur? Ipse certe mihi fuerat responsurus pro eodem paruulo quē gesta ret, quia ille pro se respōdere nō posset. quomodo ergo dicturus erat eū renūciare diabolo, cuius in eo nihil esset? Quomodo cōuerti ad deum, à quo nō esset auersus, credere inter cętera in remissionē peccatorū, quæ illi nulla tribueret? Ego quidem si contra hæc eum sentire existimarem, nec ad sacramenta cum paruulo intrare permitterem: ipse aūt in hoc qua fronte ad homines, qua mente ad deū se ferret ignoro, nec uolo aliquid grauius dicere. Falsam igitur uel fallacem paruulis tradi baptismatis formā, in qua sonaret quod utiq; agi uideret, & tamē nulla fieret remissio peccatorū, uiderunt aliqui eorū nihil execrabilius ac detestabilius dici posse atq; sentiri. Proinde q̄d attinet ad baptismum paruulorum, ut eis sit necessarius, redemptionē etiā ipsis opus esse cōcedunt, sicut cuiusdā eorū libello breuissimo cōtinetur: qui tamē ibi remissionē alicuius peccati apertius exprimere noluit. Sicut aūt mihi ipse literis intimasti, fatētur ita, ut dicis, etiā in paruulis per baptismum remissionē fieri peccatorū. Nec mirum: non ēim redemptio alio modo posset intelligi. Nō tamen originaliter, inquiunt, sed in uita iam propria postea quam nati sunt, peccatū habere cœperunt. Quam obrem uides iam quantū distet inter eos, contra quos in hoc opere diu iam multūq; disserui, quorum etiā unius legi librum ea continentem, quæ ut potui refutaui. Inter istos ergo ut dicere cœperā, qui omnino paruulos ab omni peccato & originali & proprio puros & liberos esse defendunt, & istos qui eos iam natos propria putant contraxisse peccata, à quibus eos credūt per baptismum oportere purgari: quantū interfit uides. Proinde isti posteriores intuendo scripturas & authoritatē totius Ecclesiæ, & formam ipsius sacramenti, bene uiderunt per baptismū in paruulis peccatorum fieri remissionē: sed ut originale esset quicq̄d illud in eis est, uel nolūt dicere, uel uidere nō possunt: illi aūt priores in ipsa natura humana, quæ ab omnibus ut consideretur in promptu est, bene uiderunt ꝙ facile fuit ætatē illam in sua iam uita propria nihil peccati potuisse contrahere: sed ne peccatū originale fateant, nullū esse omnino peccatū in paruulis dicūt. In his ergo quæ singula uera dicūt, prius inter se ipsi consentiāt, & cōsequenter fiet ut à nobis nulla ex parte dissentiant. Nā si paruulis baptizatis remissionē fieri peccatorū cōcedant illi istis, paruulos aūt, ut ipsa natura in tactis infantibus clamat, suæ uitæ propriæ nullū adhuc cōtraxisse peccatū cōcedant isti illis, cōcedāt utriq; nobis, nullū nisi originale restare, quod per baptismū soluatur in paruulis. An uero & hoc quęsituri, & de hoc disputaturi, & tempus ad hoc impēsuri sumus, ut probem⁹ atq; doceamus quomodo per propriam uoluntatē, sine qua nullum uitæ propriæ potest esse peccatū, nihil mali commiserint infantes, qui propter hoc uocantur ab omnibus innocentes? Nónne tanta infirmitas animi & corporis, tanta rerū ignorantia, tā nulla omnino præcepti capacitas, nullus uel naturalis uel cōscriptæ legis sensus aut motus, nullus in alterutrā partē ratiōis usus, hoc multo testatiore silētio, ꝙ sermo noster proclamat atq; indicat? Valeat aliquid ad seipsam persuadendā ipsa euidentia: nam nusquā sic non inuenio qd dicā, ꝙ ubi res de qua dicitur, manifestior est ꝙ oīe quod dicitur. Vellem tamē quisquis hoc sapit diceret, quod peccatum uiderit uel putarit infantis recentis ab utero, cui redimēdo fatetur iam baptismū necessarium, quid mali in hac propria sua uita per animū pro-

Phil. 2

Caput XXXIII

Duplex de paruulis error Cap. XXXIIII

In paruulis non esse peccatum uitæ Ca. XXXV

prium corpusue commiserit. Si forte & plorat tædioq; est maioribus, mirũ si hoc iniquitati, non infelicitati potius deputandũ est? An & ab ipso fletu nulla sua ratiõe, nulla cuiusq; prohibitione cõpescitur? At hoc ignorantię est, in qua profundissima iacet, qua etiam matrẽ cum post exiguum tẽpus ualuerit, percutit iratus, & sæpe ipsas etiam mammas, quas dum esurit, exugit. Hæc non modo feruntur, uerumetiam diliguntur in paruulis, & hoc quo affectu nisi carnali, quo etiam risus iocusq; delectãt, acutorũ quoq; hominum ipsa quasi absurditate cõditus: qui si eo modo sentiretur, ut dicitur, non iam illi tanquam faceti, sed tanquã fatui riderentur? Ipsos quoq; fatuos uidemus, quos uulgo moriones uocant, ad cordatorum delitias adhiberi, & in mancipiorum æstimatione precio siores esse cordatis: tantum ualet carnalis affectus etiam minime fatuorum in delectatione alieni mali. Nam cũ homini iocunda sit aliena fatuitas, nec ipse tamen talis esse uoluisset, & si suum paruulũ filium, à quo garriente talia pater lætus expectat & prouocat, talẽ præsciret futurũ esse cũ creuerit, nullo modo dubitaret miserabilius lugẽdum esse quàm mortuũ. Sed dum spes subest incrementorum, & ingenij lumẽ accessurũ creditur ætatis accessu, fit ut conuitia paruulorum etiam in parentes, non solũ inturiosa non sint, uerumetiam grata atq; iocunda sint. Quod quidẽ prudẽtium nemo probauerit, ut à dictis uel factis huiusmodi nõ tãtum non prohibeantur, cũ prohiberi iam possunt, uerum in hæc etiam concitẽtur studio ridendi & uanitate maiorũ. Nam plerunq; illa ætas iam patrem matremq; agnoscens, neutri eorũ audet maledicere, nisi ab altero eorũ, aut ab utroq; uel permissa uel iussa. Verum hæc eorum sunt paruulorum, qui iam in uerba prorumpunt, & animi sui motus qualibuscunq; linguæ signis promptitare iam possunt. Illam potius recentiũ natorum profundissimam ignorantiã uideamus, ex qua ad istã non permansuram balbutientem fatuitatẽ, tanq; ad scientiam locutionemq; tendentes, proficiendo uenerunt. Illas, inquam, consideremus tenebras mẽtis utiq; rationalis, in quibus & deũ prorsus ignorant, cuius sacramentis etiã cũ baptizantur obsistunt. In has quæro unde & quando submersi sint, itáne uero eas hic contraxerunt, & in hac uita sua iam propria per nimiam negligentiã obliti sunt deum, prudentes uero & religiosi uixerunt uel in uteris matrum? Dicant ista qui ausi fuerint, audiant qui uoluerint, credant qui potuerint. Ego autem puto, quòd omnes quorum mentes non obnubilat defendendæ suę sententiæ pertinacia, hæc sentire non possunt. An nullum est ignorantiæ malũ, & ideo nec purgandum? Et qd agit illa uox, Delicta iuuẽtutis & ignorãtiæ meæ ne memineris? Etsi enim damnabiliora peccata sunt, quæ ab scientibus committuntur, tamen si ignorantiæ peccata nulla essent, hoc non legeremus quod commemorauit, Delicta iuuentutis & ignorantiæ meę ne memineris. In illas igitur ignorantię densissimas tenebras, ubi anima infantis re-

Vnde ignorãtia in animis hominũ Ca. XXXVI

Psal. 24

centis ab utero, utiq; anima hominis, utiq; anima rationalis, non solum indocta, uerumetiã indocilis iacet, quare, aut quãdo, aut unde contrusa est, si naturæ est hominis sic incipere, & nõ iam uitiosa est ista natura? Cur nõ talis creatus est Adam? Cur ille capax præcepti, & ualens uxori & omnibus animalibus nomina imponere? Nam & de illa dixit, Hæc uocabitur mulier: & quo deuncq; uocauit Adam animam uiuam, hoc est nomẽ eius. Iste autem nesciens ubi sit, quid sit, à quo creatus à quibus genitus sit, iam reus delicti, necdum capax præcepti, tam profunda ignorantiæ caligine inuolutus & pressus, ut neq; tanq; de somno excitari possit ut hæc saltem demonstrata cognoscat: sed expectetur tempus quo hanc nescio quam uelut ebrietatem, non per unam noctem, sicut quælibet grauissima solet, sed per aliquot menses atq; annos paulatim digerat: quod donec fiat tã multa, quæ in maioribus punimus, toleramus in paruulis, ut numerari omnino non possint. hoc tam magnum ignorantiæ atq; infirmitatis malũ, si in hac uita iam nati paruuli contraxerunt, ubi, quãdo, quomodo magna aliqua impietate commissa repente tantis tenebris inuoluti sunt? Dicet ali quis, Si hæc natura pura non est, sed uitiosa primordia, quia talis nõ est creatus Adam, cur Christus longe excellentior & certe sine ullo peccato natus ex uirgine, in hac tamen infirmitate atque ætate procreatus apparuit? Huic propositioni respondemus. Adam propterea non talem creatũ, quia nullius parentis precedente peccato, est creatus in carne peccati, Nos ideo tales, qa illius præcedente peccato, nati sumus in carne peccati. Christus ideo talis, quia ut de peccato condemnaret peccatum, natus est in similitudine carnis peccati. Non enim hic agitur de Adam quod pertinet ad corporis quãtitatem, quia non paruulus factus est, sed perfecta mole membrorũ. Potest em̃ dici etiam pecora sic creata, nec tamen eorũ peccato factũ esse, ut ex eis pulli paruuli nascerẽtur, quod quale sit nunc nõ quærimus: sed agit de illius mentis quadam ualentia usuq; rationis, quo præceptũ dei legemq; mandati & docilis Adã caperet, & facile posset custodire si uellet. Nunc aũt homo sic nascitur, ut omnino non possit propter horrendã ignorantiam atq; infirmitatem, non carnis sed mentis, cũ omnes fateamur in paruulo nõ alterius sed eiusdẽ substãtię cuius in primo homine fuit, hoc est, rationalẽ animam degere, quam q̃ etiã ipsa tanta carnis infirmitas, nescio quid, quantũ arbitror, pœnale demõstrat. Mouet enim si primi illi homines nõ peccassent, utrũ tales essent filios habituri, q̃ nec lingua nec manibus nec pedibus uterent. Nã propter uteri capacitatẽ fortasse necesse fuerit paruulos nasci: quãuis cũ exigua sit pars corporis costa, non tñ propter hoc deus paruulam uiro cõiugem fecit, quã ædificauit in mulierẽ: unde & eius filios poterat omnipotẽtia creatoris mox æditos grandes protinus facere. Sed ut hoc omittã, poterat certe quod multis etiã pecoribus præstitit, quorũ pulli quãuis sint paruuli, neq;

Quare Christus infans non fuit sicut alius infans. Caput XXXVII

Ignorantia infantis Cap. XXXVIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

neq; accedentibus corporis incremẽtis etiam mẽ A
te proficiant, quoniã rationalem animam non ha
bent, tamen etiã minutissimi & currunt & matres
agnoscunt, nec sugendis uberibus cura & ope ad
mouentur aliena, sed ea ipsi in maternis corpori
bus loco abdito posita mirabili facilitate nouerũt.
Contra homini nato nec ad incessum pedes ido
nei, nec manus saltẽ ad scalpendum habiles, & ni
si ope nutrientis admotis labris papillæ uberis in
gerantur, nec ubi sint sentiunt, & iuxta se iacen
tibus mammis magis possint esurientes flere, q̃
Rom. 8 sugere. Proinde infirmitati mentis congruit hæc
omnino infirmitas corporis, nec fuisset caro Chri
Sap. 9 sti in similitudine carnis peccati, nisi caro esset
ista peccati, cuius põdere rationalis anima sic gra
uatur, siue & ipsa ex parentibus tracta sit, siue ibi B
dẽ creata, siue desuper inspirata, quod nunc quæ
rere differo. In paruulis certe gratia dei per ba
ptismum eius, qui uenit in similitudine carnis pec
cati, id agitur ut euacuetur caro peccati. Euacua
tur autem non ut in ipsa uiuente carne cõcupiscẽ
tia consperſa & innata repente absumatur & non
sit, sed ne obsit mortuo, quæ inerat nato. Nam si
post baptismũ uixerit, atq; ad ætatem capacẽ præ
cepti peruenire potuerit, ibi habet cum qua pu
gnet eamq; adiuuante deo superet, si nõ inuacuũ
gratiam eius susceperit, si reprobatus esse nolue
rit. Nã nec grandibus hoc præstatur in baptismo,
Rom. 7 nisi forte miraculo ineffabili oĩpotẽtissimi crea
toris, ut lex peccati quæ inest in membris repu
gnans legi mẽtis, penitus extinguatur & non sit, C
sed ut qcquid mali ab homine factũ, dictũ, cogita
tũ est, cum eidẽ concupiscentiæ subiecta mẽte ser
uiret, totũ aboleatur ac uelut factum nõ fuerit ha
beatur. Ipsa uero soluto reatus uinculo quo illam
diabolus animam retinebat, & interclusione de
structa, quæ hominem à suo creatore separabat,
maneat in certamine, quo corpus nostrum casti
gamus & seruituti subiicimus, uel ad usus licitos
& necessarios relaxanda, uel continentia cohibẽ
1. Cor. 9 da. Sed quoniam diuino spiritu qui multo melius
quàm nos omnia generis humani nouit, uel præ
terita uel præsentia, uel futura, talis uita humana
Psal. 142 prægnita atq; prædicta est, ut nõ iustificetur in
conspectu dei omnis uiuens, fit ut per ignorantiã
uel infirmitatem non exertis aduersus eam totis D
uiribus uoluntatis, eidem ad illicita etiam nonnul
la cedamus, tanto magis & crebrius quanto dete
riores, tanto minus & rarius quanto meliores su
mus. Sed quoniam de hac quæstione in qua quæ
ritur, utrum possit uel utrum sit, fuerit futurusúe
sit homo sine peccato in hac uita, excepto illo qui
Io. 14 dixit, Ecce uenit princeps mũdi & in me nihil in
ueniet: aliquãto diligentius differendum
est, iste sit huius uoluminis modus,
ut illud ab alio quæramus
exordio.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE peccatorum meritis & remissione, & de baptismo paruulorum ad Marcellinum, Liber secundus.

E BAPTISmo paruulorum Cap. I
Marcelline charissime, quod
non solum eis ad regnum dei,
D uerumetiã ad salutem uitamq;
æternam adipiscendam detur,
quam sine dei regno, & sine
Christi saluatoris societate, in
quã nos suo sanguine redemit, habere nullus po
test, priore libro satis, ut arbitror, disputauimus.
In hoc aũt uiuátne aliquis in hoc seculo, uel uixe
rit, uicturusúe sit sine ullo omnino peccato, excep
to uno mediatore dei & hominũ homine Chri- 1. Tim. 2
sto Iesu, qui dedit semetipsum redemptionem pro
omnibus, quanta ipse donat diligentia uel facilita
te, differendum enodandumq; suscepit: cui disputa
tioni si se identidem aliqua necessitate uel oppor
tunitate inseruerit quæstio de baptismo uel pecca
to paruulorũ, mirandũ non erit, nec defugiẽdum
ut eis locis ad omnia, quæ respõsionem nostrã fla
gitant, sicut ualemus respõdeamus. Huius aũt Libero arbi
quæstionis solutio de hominis uita sine ulla subre trio quidam
ptione uel præoccupatione peccati, propter quo nimium tri
tidianas etiam nostras orationes maxime necessa buunt Cap. II
ria est. Sunt enim quidam tantum præsumentes
de libero humanæ uolũtatis arbitrio, ut ad nõ pec
candũ nec adiuuandos nos diuinitus opinentur,
semel ipsi naturæ nostræ cõcesso liberæ uolunta
tis arbitrio. Vnde fit cõsequẽs, ut nec orare debea
mus ne intremus in tentationẽ, hoc est, ne tenta
tione uincamur, uel cũ fallit & præoccupat nesciẽ
tes, uel cum premit atq; urget infirmos. Quàm sit
aũt noxiũ, & saluti nostræ quæ in Christo est per
niciosum atq; cõtrarium, ipsiq; religioni qua im
buti sumus, & pietati qua deum colimus, q̃ uehe
menter aduersum, ut pro adipiscendo beneficio Matt. 6
deũ non rogemus, atq; in ipsa oratione dominica,
ne nos inferas in tentationem, frustra positũ exi
stimemus, uerbis explicare nõ possumus. Acu Nemo peccat
te aũt sibi uidentur dicere, quasi nostrũ hoc ullus nisi uolens
ignoret, q̃ si nolumus non peccamus, nec præci- Cap. III
peret deus homini quod esset humanæ impossi
bile uoluntati. Sed hoc non uident, q̃ ad nonnul
la superãda, uel quæ male cupiũtur, uel quæ male
metuũtur, magnis aliquãdo & totis uiribus opus
est uolũtatis, quas nos nõ perfecte in omnibus ad
hibituros prẽuidit, qui per Prophetã ueridice dici
uoluit, Nõ iustificabit in cõspectu tuo omnis ui- Psal. 142
uẽs. Tales itaq; nos dñs futuros præuidẽs, quẽdã
salubria remedia contra reatũ & uincula peccato
rũ etiã post baptismũ dare ac ualere dignatus est,
opera scilicet misericordiæ, cũ ait, Dimittite & di Luc. 6
mittẽ uobis: date & dabit uobis. Quis eñ cũ ali
qua spe adipiscendæ salutis ẽternæ de hac uita mi
graret, manẽte illa sentẽtia, q̃ quicũq; totã legẽ ser
uauerit

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iac. 2 uauerit, offendat aũt in uno, factꝰ eſt omniũ reus, niſi poſt paululũ ſequeretur, Sic loquímini, & ſic facite tanq̃ per legem libertatis incipientes iudicari? Iudiciũ enim ſine miſericordia, illi qui nõ facit miſericordiã. Superexaltat autẽ miſericordia iudicio. Concupiſcentia igitur tanq̃ lex peccati, manens in mẽbris corporis mortis huius, cum paruulis naſcit, in paruulis baptizatis à reatu ſoluitur, ad agonẽ relinquitur, ante agonẽ mortuos nulla damnatione perſequitur. Paruulos non baptizatos reos innectit, & tanquam iræ filios etiã ſi paruuli moriantur ad condemnationẽ trahit. In grandibus aũt baptizatis, in quibus iam ratione utentibus quicquid eidem concupiſcentiæ mens ad peccandum conſentit, propriæ uoluntatis eſt, deletis peccatis oĩbus, ſoluto etiam reatu, quo uinctos originaliter detinebat, ad agonẽ interim manet, nõ ſibi ad illicita cõſentientibus nihil omnino nocitura, donec abſorbeatur mors in uictoriã, & pace perfecta nihil quod uincatur exiſtat. Conſentientes aũt ſibi ad illicita reos tenet, & niſi per medicinam pœnitẽtiæ & opera miſericordię per cœleſtem ſacerdotẽ pro nobis interpellãtem ſanentur, ad ſecundam mortẽ damnatiõemq̃ perducit. Propter hoc & dominus orare nos docens, inter cætera monuit ut dicamus, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribꝰ noſtris, & ne nos inferas in tentationem, ſed libera nos à malo. Manet eñ malũ in carne noſtra, nõ natura in qua diuinitus creatus eſt homo, ſed uitio quò uoluntate prolapſus eſt, ubi amiſſis uiribus, nõ ea, qua uulneratus eſt, uolũtatis facilitate ſanatur. De hoc malo dicit Apoſtolus, Scio quoniam non habitat in carne mea bonum. Cui malo nos non obedire præcipit cũ dicit, Non ergo regnet peccatũ in ueſtro mortali corpore ad obediẽdũ deſideriis eius. Si ergo his deſideriis cõcupiſcẽtiæ carnis illicita uoluntatis inclinatione cõſenſerimus, ad hoc ſanandũ dicimus, Dimitte nobis debita noſtra: adhibentes remedium ex opere miſericordiæ, in eo quod addimus, Sicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Vt aũt non ei cõſentiamus, deprecamur adiutoriũ dicentes, Et ne nos inferas in tentationem: uel ſicut nonnulli codices habent, ne nos inducas in tentationem. Non quod ipſe deus tali tentatiõe aliquẽ tentet, nam deus intentator malorũ eſt. Ipſe eñ neminẽ tentat, ſed ut ſi forte tentari cœperimus à cõcupiſcẽtia noſtra, adiutorio eius non deſeramur, ut in eo poſſimus uincere, ne abſtrahamur illecti. Deinde addimus quod perficietur in fine, cũ abſorbebitur mortale à uita, Sed libera nos à malo. Tũc eñ nulla erit talis cõcupiſcentia, cũ qua certare, & cui non cõſentire iubeamur. Sic ergo totum hoc in tribus beneficijs poſitũ breuiter peti poteſt, Ignoſce nobis ea in quibus ſumus abſtracti à concupiſcentia, adiua ne abſtrahamur à cõcupiſcentia, auſer à nobis cõcupiſcentiam. Ad peccandũ nanq̃ nõ adiuuamur à deo, iuſta aũt agere uel iuſtitiæ præceptũ omni ex parte implere non poſſumus, niſi adiuuemur à deo. Sicut eñ corporis oculus nõ adiuuaẽ à luce, ut ab eadẽ luce clauſus auerſus ue diſcedat, ut aũt uideat adiuuaẽ ab ea, neq̃ hoc omnino niſi illa adiuuerit, poteſt: ita deus, qui lux eſt hominis interioris, adiuuat noſtræ mentis obtutũ, ut non ſecũdum noſtrã, ſed ſecundũ eius iuſtitiã boni aliq̃d operemur. Si aũt ab illo auertimur, noſtrũ eſt, & tunc ſecundũ carnẽ ſapimus, tũc concupiſcentiæ carnis ad illicita cõſentimus. Conuerſos ergo deus adiuuat, auerſos deſerit. Sed etiã ut conuertamur, ipſe adiuuat, quod certe oculis corporis lux iſta nõ præſtat. Cũ ergo nobis iubet dicẽs, Cõuertimini ad me & ego cõuertar ad uos: nosq̃ illi dicimus, Cõuerte nos deus ſanitatũ noſtrarũ, & deꝰ uirtutum conuerte nos: quid aliud dicimus, q̃ da quod iubes? Cũ iubet dicendo, Intelligite ergo q̃ inſipiẽtes eſtis in populo: & nos illi dicimus, Da mihi intellectũ ut diſcã mãdata tua: quid aliud dicimus, q̃ da quod iubes? Cum iubet dicẽdo, Poſt concupiſcentias tuas non eas, nosq̃ dicimus, Scimus q̃ nemo poteſt eſſe continens, niſi deus det: quid aliud dicimus, q̃ da quod iubes? Cum iubet dicẽdo, Facite iuſtitiam: nosq̃ dicimus, Doce me iuſtificatiões tuas: quid aliud dicimus q̃ da quod iubes? Item cũ dicit, Beati qui eſuriunt & ſitiũt iuſtitiã, quoniã ipſi ſaturabunt: à quo debemus petere cibum potumq̃ iuſtitiæ, niſi ab illo qui eſuriẽtibus eam & ſitientibus promittit eius ſaturitatẽ? Repellamus itaq̃ ab auribus & mentibus noſtris eos qui dicunt accepto ſemel liberæ uoluntatis arbitrio, nec orare nos debere, ut deus nos adiuuet ne peccemus. Talibus enim tenebris nec phariſæus ille cæcabatur, qui quãuis in hoc erraret, q̃d ſibi addendũ ad iuſtitiã nihil putabat, ſeq̃ arbitrabatur eius plenitudine ſaturatũ: deo tamẽ gratias agebat, q̃ non eſſet ſicut cæteri homines, iniuſti, raptores, adulteri, ſicut ille publicanus, q̃ bis in ſabbato ieiunaret, q̃ omniũ quæ poſſidebat decimas daret. nihil ſibi addi ad iuſtitiã tã petebat: ſed tamen ex ijs quæ habebat gratias deo agendo, ab illo ſe accepiſſe omnia fatebatur: & tamen improbatus eſt, & quia ueluti ſaturatus nihil de alimentis iuſtitiæ iam rogabat accipere, & q̃ eam publicano eſurienti ac ſitienti ſe uelut inſultans præferre geſtiebat. Quid ergo illis fiet, qui & ſi fateãtur ſe non habere, uel non plenã habere iuſtitiam, tamẽ à ſemetipſis habẽdam, non à ſuo creatore, ubi horreũ eius & fons eius eſt, deprecandã eſſe pręſumũt? Nec ideo tamẽ de hac re ſolis uotis agendũ eſt, ut nõ ſubinferatur adnitendo etiam noſtrę efficacia uoluntatis. Adiutor enim noſter deus dicit. Nec adiuuari poteſt, niſi qui aliquid ſponte conatur, q̃ nõ ſicut in lapidibus inſenſatis, aut ſicut in eis in quorũ natura rationẽ uoluntatẽq̃ non cõdidit, ſalutem noſtrã deus operatur in nobis. Cur aũt illum adiuuet, illum non adiuuet: illũ tantum, illum aũt non tãtum: iſtum illo, illum iſto modo, penes ipſum eſt & æquitatis tã ſecretę ratio & excellentia poteſtatis. Nam qui dicũt eſſe poſſe in hac uita hominem ſine peccato, non eſt eis continuo incauta temeritate obſiſtẽdum. Si enim eſſe poſſe negauerimus, & hominis libero arbitrio, q̃ hoc

Rom. 7
Rom. 6
Iac. 1
Mat. 6
Mat. 5
Sap. 8
Pſal. 76
Pſal. 93
Pſal. 118
Eccl. 18
Luc. 18
Zach. 1

Peccati ſenſus quatenus in nobis Ca. III

Voluntas hominis eget ope dei Ca. V

Homo poteſt abſq; peccato uiuere ex ſe uina Ca. VI

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc uolendo appetit, & dei uirtuti uel misericordiæ, qui hoc adiuuãdo efficit, derogabimus. Sed alia quæstio est, utrũ esse possit: alia utrum sit: alia utrum esse eũ possit esse, cur non sit: alia utrum qui omnino nunquam ullũ peccatum habuerit, nõ solũ quisq; sit, uerumetiam poterit aliquãdo esse uel possit. In hac quadripartita propositione quæstionum si à me quæratur, utrum homo sine peccato possit esse in hac uita, cõfitebor posse per dei gratiam & liberum eius arbitriũ: ipsum quoq; liberũ arbitrium ad dei gratiã, hoc est, ad dei dona pertinere non ambigens, nec tantũ ut sit, uerumetiam ut bonum sit: id est, ad facienda mandata domini conuertatur: atq; ita dei gratia non solum ostẽdat quid faciendum sit, sed adiuuet etiam ut possit fieri quod ostenderit. Quid eñ habemus quod non 1.Cor.4
accepimus? Vnde & Hieremias dicit, Scio domine, quia non est in homine uia eius, nec uiri est ut Hier.10
ambulet & dirigat gressus suos. Hinc & in psalmis, cum quidam dixisset deo, Tu præcepisti mãdata tua custodiri nimis: continuo non de se præsumpsit, sed optauit ut faceret. Vtinam, inquit, dirigantur uiæ meæ ad custodiendas iustificationes tuas, tunc non cõfundar, dũ inspicio in omnia mãdata tua. Quis aũt optat quod in potestate sic habet, ut ad faciendũ nullo indigeat adiumento? A quo aũt id optet, quia non à fortuna, uel à fato, uel à quolibet alio prẽter deum, in consequentibus satis ostendens, Itinera mea, inquit, dirige secundũ uerbũ tuum, & nõ dominetur mihi omnis iniquitas. Ab huius execrandæ dominationis seruitute Io.1
liberantur, quibus dominus Iesus eum recipientibus dedit potestatẽ filios dei fieri. Ab ista horrẽda Io.8
dominatione liberãdi fuerant quibus dicit, Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. His atq; huiusmodi alijs innumerabilibus testimonijs dubitare non possum, nec deum aliquid impossibile homini præcepisse, nec deo adopitulandum, quo fiat quod iubet, impossibile aliq̃d esse: ac per hoc potest homo si uelit, esse sine peccato, adiutus à deo. Si autem quod secũdo loco posuerã, quæ- A baptismo initium renouationis
ratur utrum sit, esse non credo. Magis enim credo scripturæ dicẽti, Ne intres in iudiciũ cũ seruo Cap. VII
tuo, quoniam non iudificabitur in conspectu tuo omnis uiuens. Et ideo misericordia dei opus est, Psal.142
quæ superexultat iudicio, quæ illi non erit qui nõ facit misericordiam. Et q̃ Propheta cum diceret, Psal.51
Dixi, pronunciabo aduersus me delictum meum domino, & tu dimisisti impietatem cordis mei: continuo subiunxit, Pro hac orabit ad te omnis sanctus in tempore opportuno. Non ergo omnis peccator, sed omnis sanctus: uox enim sanctorum 1.Io.1
est, Si dixerimus quia peccatũ non habemus, nos ipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Vnde in eiusdẽ Apostoli Apocalypsi, illa centũ quadraginta & quatuor milia sanctorum qui se cum Apo.14
mulieribus non coinquinauerunt, uirgines enim permanserunt, & non est inuentum in ore eorum mendacium, quia irreprehensibiles sunt: profecto ideo irreprehensibiles sunt, quia seipsos ueraciter reprehenderũt. Et ideo non est inuentũ in ore eorum mendacijũ, quia si dicerent se peccatum non habere, seipsos deciperent, & ueritas in eis nõ esset, & utiq; mẽdacium esset ubi ueritas non esset: quoniam iustus cũ in sermõis exordio accusator sui est, non utiq; mentitur. Ac per hoc in eo quod 1.Io.3
scriptũ est, Qui natus est ex deo nõ peccat, & non potest peccare, quia semen eius in ipso manet: & si quid aliud eo modo dictum est, multũ falluntur minus cõsiderando scripturas. Non enim aduertunt eo quoq; fieri filios dei, quo esse incipiũt in nouitate spiritus, & renouari in interiorem hominem secũdum imaginem eius qui creauit eos. Nõ enim ex qua hora quisq; baptizatur, omnis uetus infirmitas eius absumitur, sed renouatio incipit à remissione omnium peccatorum. Et inquantum quisq; spiritalia sapit, qui iam sapit, intãtum renouatur. Cætera uero in ipe facta sunt, donec etiam in re fiant, usq; ad ipsius corporis renouationẽ in meliorem statum immortalitatis & incorruptionis, qua induemur in resurrectione mortuorum. Nam & ipsam dominus regenerationem uocat, Matt.19
nõ utiq; talẽ qualis fit per baptismum, sed in qua etiam in corpore perficietur quod nunc spiritu in choaĩ. In regeneratiõe, inquit, cũ sederit filius hominis in sede maiestatis suę, sedebitis & uos super duodecim sedes iudicãtes duodecim trib⁹ Israel. Nam in baptismo quãuis tota & plena fiat remissio peccatorum, tamen si continuo tota & plena etiam hominis in æternam nouitatẽ mutatio fieret, non dico & in corpore, quod certe manifestũ est adhuc in ueterem corruptionem atq; in mortẽ tendere, in fine postea renouandum quando uere tota nouitas erit: sed excepto corpore, si in ipso animo qui est homo interior, perfecta in baptismo 2.Cor.4
nouitas fieret, non diceret Apostolus, Et si exterior homo noster corrumpitur, sed interior renouatur de die in diem. Profecto enim qui de die in diẽ adhuc renouatur, nondũ totus est renouatus: & in quantum nondum est renouatus, intantum adhuc in uetustate est. Proinde ex hoc quod adhuc in uetustate sunt, quãuis iã baptizati, ex hoc etiam adhuc sunt filij seculi. Ex hoc aũt q̃ in nouitate sunt, hoc est, ex plena & perfecta remissione peccatorum, & quantumcunq; illud est quod spiritaliter sapiunt, eiq; congruos mores agunt, filij dei sunt. Intrinsecus eñ exuimus ueterẽ hominẽ & induimus nouũ: quoniam ibi deponimus mendaciũ & loquimur ueritatẽ, & cætera quibus Apostolus explicat quid sit exui ueterẽ hominẽ, & indui nouũ, qui secundũ deũ creatus est in iustitia & sanctitate ueritatis. Et hoc ut faciant, iam baptizatos fidelesq; adhortatur, quod adhuc monendi nõ essent si hoc in baptismo iã perfecte factum esset, & tamen factũ est, sicut & salui facti sumus. Saluos eñ nos fecit per lauacrum regeneratiõis. Sed alio loco dicit, quemadmodũ hoc sit factum. Non solũ, inquit, sed etiã nosipsi primitias habentes spiritus & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, Rom.8
adoptionẽ expectãtes, redemptionẽ corporis nostri. Spe eñ salui facti sumus. Spes autem quæ uidetur, non est spes. Quod eñ uidet quis, quid spe-

rat

Universidad de Deusto
Biblioteca

rat? Si autem quod nō uidemus ſperamus, per pa A
Perfectio quando tiētiam expectamus. Adoptio ergo plena filiorum in redemptione fiet, etiā corporis noſtri. Pri-
Cap. VIII mitias itaq; ſpiritus nūc habemus, unde iam filij dei re ipſa facti ſumus: in cæteris uero ſpe ſicut ſalui, ſicut innouati, ita & filij dei: re aūt ipſa quia nōdum ſalui, ideo nondum plene innouati, nondum etiā filij dei, ſed filij ſeculi. Proficimus ergo in renouationem iuſtamq; uitam per quod filij dei ſumus, & per hoc peccare omnino nō poſſumus, do nec totum in hoc tranſmutetur, etiam illud per quod adhuc filij ſeculi ſumus: per hoc eīm & peccare adhuc poſſumus. Ita fit ut g natus eſt ex deo,
1.Io.3 non peccet. Et ſi dixerimus, quia peccatum nō habemus, noſipſos ſeducimus, & ueritas in nobis nō eſt. Conſumetur ergo quod filij carnis & ſecu- B
li ſumus, & perficietur quod filij dei & ſpiritu re-
1.Io.1 nouati ſumus. Vnde idem Ioānes, Dilectiſſimi, inquit, filij dei ſumus, & nondum apparuit quid erimus. Quid eſt hoc, ſumus & erimus, niſi quia ſumus in ſpe, erimus in re? Nā ſequitur & dicit, Scimus quia cum apparuerit, ſimiles ei erimus, quoniam uidebimus eum ſicuti eſt. Nunc ergo ei ſimiles eſſe iam cœpimus primitias habētes ſpiritus: & adhuc diſſimiles ſumus, p reliquias uetuſtatis. Proinde inquantum ſimiles, in tantum regenerā te ſpiritu filij dei: inquantum aūtē diſſimiles, in tātum filij carnis & ſeculi. Illinc ergo peccare non poſſumus: hinc uero ſi dixerimus quia peccatum non habemus, noſipſos decipimus: donec totum tranſeat in adoptionē, & non ſit peccator, & quæ- C
Quare iuſtus non gignit iuſtum Ca. IX ras locū eius & nō inuenias. Fruſtra itaq; nonnulli etiam illud argumentantur ut dicant, Si peccator genuit peccatorem, ut paruulo eius reatus originalis peccati in baptiſmi acceptiōe ſoluatur, etiam iuſtus iuſtum gignere debuit: quaſi ex hoc quiſq; carnaliter gignat q iuſtus eſt, & nō ex hoc potius, q in membris eius concupiſcētialiter mouetur, & ad uſum propagandi lex peccati mentis lege cōuertitur. Ex hoc ergo gignit quod adhuc uetuſtū trahit inter filios ſeculi, non ex hoc quod in nouitatem promouit inter filios dei. Filij enim ſeculi huius generant & generātur. Inde & quod naſcitur tale eſt, quia & quod naſcitur de carne, caro eſt, Iuſti autem non ſunt niſi filij dei. Inquantū autem ſunt filij dei, carne non gignūt, quia ex ſpi- D
ritu ipſi, non carne nati ſunt. Sed ex hoc carne gignunt quicunq; eorum gignunt, ex quo nondum in nouitatem perfectā totius uetuſtatis reliquias commutarunt. Vnde quiſquis filius de hac parte naſcitur uetuſta & infirma, neceſſe eſt ut etiā ipſe uetuſtas ſit & infirmus: idcirco oportet etiam ut ipſe in aliam generationem per remiſſionem peccati ſpiritu renouetur. quod ſi in eo non fit, nihil ei proderit pater iuſtus: ſpiritu eīm iuſtus eſt quo eum non genuit: ſi autem fit, nihil ei oberit etiam pater iniuſtus. Iſte enim gratia ſpiritali in ſpem nouitatis æternæ tranſitum fecit: ille aūt mente car-
Confert ſcripturas Ca. X nali totus in uetuſtate permanſit. Non igitur contrarium teſtimonium eſt illud quod dictū eſt, qui natus eſt ex deo nō peccat: ei teſtimonio quo iam natis ex deo dicitur, Si dixerimus quia peccatum non habemus noſipſos decipimus & ueritas in nobis non eſt. Quādiu enim homo quāuis totus in ſpe iam, & iam in re ex parte in regeneratione ſpiritali renouatus, adhuc tamen portat corpus quod corrumpitur & aggrauat animā, quid quò pertineat, & quid unde dicatur, etiā in uno homine diſtinguendum eſt. Nam ut ego arbitror non facile cuiquam ſcriptura dei tam magnum iuſtitię perhibet teſtimoniū, q̄ tribus famulis eius, Ezec.14
Noe, Daniel, & Iob, quos Ezechiel Propheta dicit ab imminente quadam iracundia dei ſolos poſſe liberari. In tribus utiq; illis uiris tria quędā hominū liberanda genera præfigurās, In Noe, quantū arbitror, iuſtos plebium præpoſitos, pro- B
pter arcæ tanq; Eccleſiæ gubernationem: In Daniele, iuſtos cōtinētes: In Iob, iuſtos coniugatos: & ſi quis eſt forte alius intellectus, de quo nūc nō eſt neceſſe diſquirere: ueruntamen quanta iſti iuſtitia præminuerint, & hoc prophetico, & aliįs diuinis teſtimoniįs, ſatis apparet. Nec ideo quiſquā ſobrius dixerit ebrietatē non eſſe peccatum, quæ tamē ſubrepſit tanto uiro: nā Noe, ſicut legimus, Gen.9
fuit aliquando ebrius, quāuis abſit ut fuerit ebrioſus. Daniel uero poſt oratiōem, quā fudit deo, de Dan.9
ſeipſo dicit, Cū orarem, & cōfiterer peccata mea, & peccata populi mei domino deo meo. Propterea niſi fallor per ſupra memoratū Ezechielē, cui- Ezec.28
dam ſuperbiſſimo dicitur, Nunquid tu ſapiētior q̄ Daniel? Neq; hic dici poteſt, quod quidā cōtra orationē dominicā argumentant̄: quia etſi orabāt eam, inquiūt, ſancti & perfecti iam Apoſtoli, nullum omnino habentes peccatū, non tamen pro ſe ipſis, ſed pro imperfectis, & adhuc peccatoribus dicebāt, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris. Vt per hoc, inquiunt, q̄ dicerent noſtra, in uno eſſe corpore demonſtrarēt, & illos adhuc habētes peccata, & ſeipſos, qui iā carebant omni ex parte peccato. In Daniele certe hoc nō poteſt dici, qui, ut credo, tanq; propheta præuidens hanc aliquando præſumptionē futurā, cum in oratiōe ſæpe dixiſſet, peccauimus: non ita nobis expoſuit, cur hoc dixerit, ut ab illo audiremus: Cū orarem, & cōfiterer peccata mea, Mat.6
& populi mei domino deo meo: nec adhuc diſtinctiōe cōſuſa, ut eſſet incertum propter unius corporis ſocietatem ſi diceret, cū peccata noſtra cōfiterer domino deo meo: ſed omnino tam diſtincte, tanq; de ipſa diſtinctione ſatagens, eamq; maxime uehementerq; cōmendans, peccata, inquit, mea, & peccata populi mei. Quis huic euidentiæ contradicit, niſi quē plus delectat defenſare quod ſentit, q̄ quid ſentiendum ſit inuenire? Iob aūt poſt tā magnum de illo iuſtitię teſtimoniū dei quid dicat ipſe uideamus. In ueritate, inquit, ſcio quia ita eſt, Iob 9
quemadmodū iuſtus erit homo ante deū: ſi autē uelit contendere cum eo, non poterit obedire ei. Et paulopoſt, inquit, Quis iudicio eius aduerſabitur? Quod ſi fuero iuſtus, os meū impie loquetur. Iterum paulopoſt, Scio, inquit, quia impunitū me non dimittit, quia ſum impius, quare nō ſum mortuus?

tuum? Quòd si purificatus niue & mundatus fue-
ro mūdis manibus, sufficienter in sordibus me tin-
Iob 13 xisti. Item in alio suo sermone, Quia conscripsisti,
inquit, aduersus me mala, & induxisti me iuuentu-
tis meæ peccata, & posuisti pedē meū in ꝓhibitio-
nē, seruasti omnia opera mea & in radices pedum
meorū conspexisti, qui uetera scunt sicut uter, uel
Iob 14 sicut uestimentū à tinea comestū. Homo enim na-
tus ex muliere parui est temporis, & plenus iracū-
dia, & sicut flos cū floruerit & decidit, discessit si-
cut umbra, nō manet. Nónne & huius curam feci
sti uenire in iudiciū tuū? Quis enim erit mundus
à sordibus? Nemo, nec si unius diei fuerit uita eius.
Et paulopost, Dinumerasti, inquit, necessitudines
meas, & nihil te latuit de peccatis meis. Signasti
peccata mea in folliculo, & annotasti si quid inui
tus cōmisi. Ecce & Iob confitetur peccata sua, & B
in ueritate dicit se scire, quia nō est iustus quisquā
1.Io.1 ante deum. Et ideo iste hoc in ueritate scit, quia si
nos dixerimus non habere peccatū, ipsa ueritas in
nobis non est. Proinde secundum modum cōuer
sationis humanæ, perhibet ei deus tam magnum
iustitiæ testimonium. Ipse aūt se metuens ex regu-
la illa iustitiæ, quam sicut potest conspicit apud
deū, in ueritate scit quia ita est. Et adiungit, Quē-
admodum enim iustus erit homo ante deum? Si
enim uelit contēdere cū eo, nō poterit obedire ei:
id est, si iudicandus ostendere uoluerit, non in se
inueniri posse quod damnet, non poterit obedire
ei: amittit em etiam illā obedientiam qua obedire
possit præcipienti confitenda esse peccata. Vnde
Hier.2 quosdam increpat dicens, Quid uultis mecū iudi- C
Psal.142 cio contendere? Quod ille præcauens, Ne intres,
inquit, in iudiciū cū seruo tuo, quoniā nō iustifi-
cabit in cōspectu tuo omnis uiuēs. Ideo etiā dixit
Iob, Quis em iudicio eius aduersabitur? Quòd si
fuero iustus, os meū impie loquetur: hoc est enim
si me iustū dixero contra iudiciū eius, ubi perfecta
illa iustitiæ regula me cōuincit iniustū, profecto
impie loquetur os meū, quia contra dei ueritatē
loquetur. Fragilitatē quoq; ipsam uel potius dam
nationem carnalis generationis ostendens ex ori-
ginalis trāsgressiōe peccati, cum de peccatis suis
ageret, uelut eorū causas reddens, dixit hominem
natum ex muliere parui esse temporis, & plenum
iracundia: qua iracūdia nisi qua sunt omnes, sicut
Eph.2 dicit Apostolus, naturaliter, hoc est, originaliter D
iræ filij, quoniā filij sunt concupiscentiæ carnis &
seculi. Ad ipsam iram pertinere etiam mortem ho
minis consequenter ostendens. Cū enim dixisset,
parui est tēporis, & plenus iracūdia: addit etiam,
Iob 9 Et sicut flos cum floruit, & decidit, discessit sicut
umbra, non manet. Cū aūt subiungit, Nónne &
huius curam feci sti uenire in iudiciū tuum? Quis
em erit mūdus à sordibus? Nemo nec si unius diei
fuerit uita eius: hoc utiq; dicit, Cuā hominis bre
uis uitæ fecisti uenire in iudiciū tuum. Quantum-
libet enim breuis fuerit uita eius, etiā si unius diei
esset, mūdus à sordibus esse nō potest, & ideo iu-
stissime in iudiciū tuū ueniet. Illud uero quod ait,
Dinumerasti oēs necessitudines meas, & nihil te

A latuit de peccatis meis, signasti peccata mea in fol
liculo, & annotasti si quid inuitus cōmisi: nónne
satis apparuit etiā illa peccata iuste imputari, quę
nō delectatiōis illecebra cōmittunt, sed causa de-
uitādæ molestię alicuius, aut doloris, aut mortis?
Nā & hęc dicuntur quadā necessitate cōmitti, cū
oīa superāda sint amore & delectatiōe iustitiæ.
Potest etiā quod dixit, Et annotasti si qd inuitus
commisi: ad illam uocem uideri pertinere qua dic-
tū est, Nō enim quod uolo ago, sed quod odi fa- Rom.7
cio. Quid quod ipse dominus qui ei perhibuerat
testimoniū, cū etiā scriptura, hoc est, dei spiritus di Iob 1
xerit, In omnibus quæ contigerunt ei non eū pec-
casse labijs suis ante deū: postea tamē cū ei loque-
retur increpans locutus est, sicut ipse Iob testis est
dicēs, Quid adhuc ego iudicor monitus, & increꝑ
pationes domini audiēs? Nemo aūt iuste increpa
tur, nisi in quo est aliquid quod increpatiōe sit di
gnum. Et ipsa increpatio qualis est, quæ ex do- Solus Chri-
mini Christi persona intelligitur? Enumerat illi di stus uere in-
uina opera potestatis suæ sub hac sententia increꝑ stus Ca. X I
pans, ut eū dicere appareat, Nunquid potes hæc
tanta quæ possum? Quò aūt pertinet, nisi ut intel-
ligat Iob, etiā hoc ei diuinitus inspiratū, ut præsci
ret Christū ad passionem esse uenturū? Intelligat
ergo cūi debeat æquo animo tolerare quæ pertu-
lit, si Christus in quo peccatum, cum propter nos
homo factus esset, oīno nullū fuit, & in quo deo
tanta potentia est, nequaq; tamē passionis obediē-
tiam recusauit: ꝙ puriore cordis intentione Iob in
telligens respōtioni suæ addidit, Auris auditu au Iob 42
diebā te prius, & nūc ecce oculus meus uidet te,
ideo uituperaui meipsum & distabui, & æstimaui
meipsum terrā & cinerem. Quare sibi ita in hoc tā
magno intellectu displicuit? Neq; enim opus dei
quo erat homo, recte illi poterat displicere, cū etiā
ipsi deo dicatur, Opera manuū tuarū ne despexe- Psal.137
ris. Sed profecto secundū illā iustitiā qua se nouꝛ
erat iniustum, se uituperauit atq; distabuit, æsti ma
uitq; se terrā & cinerē, mente conspiciens Christi
iustitiā: in cuius nō tantū diuinitate, sed nec in ani
ma nec in carne ullum potuit esse peccatū: Secū-
dum quā iustitiā quæ ex deo est, etiā Paulus apo- Philip.3
stolus illud suū quod secundum iustitiā quæ ex le
ge est, fuit sine querela, non solū damna, uerume-
tiam stercora existimauit. Non igitur præcla- Nemo iustus
rum illud testimoniū dei quo laudatus est Iob, cō in omnibus
trarium est ei testimonio quo dictū est, Non iusti- Cap. X II
ficabitur in conspectu tuo omnis uiuens: qa non
id persuadet, prorsus in illo nihil fuisse quod uel
ab ipso ueraciter, uel à domino deo recte reprehē
deret, quāuis iā iustus & uerax dei cultor & ab o-
mni opere malo se abstinens, nō mendaciter dice
ret. Hæc enim de illo uerba sunt dei. An non ad-
uertisti in puerum meū Iob: nō em est illi homo si
milis super terram, sine querela, iustus, uerus dei
cultor, abstinēs ab omni opere malo. Primis uer-
bis ex hominū qui sunt in terra cōparatione lau-
dat. Proinde omnibus qui tunc in terra iusti esse
potuerūt excellebat. Nō ergo ipse propterea nul-
lum peccatū omnino habebat, quia in profectu iu

ſtitiæ cæteros anteibat. Deinde adiungitur, ſine querela: de cuius uita nemo iuſte quereretur. Iuſtus qui tãta morũ probitate profecerat ut nullus ei eſſet æquãdus. Verus dei cultor, quippe etiam ſuorũ peccatorũ uerax humiliſq; confeſſor, abſtinens ſe ab omni opere malo, mirũ ſi ab omni etiã uerbo & cogitatu malo. Quantus quidẽ Iob fuerit ignoramus, ſed nouimus iuſtum, nouimus etiã in perferendis horrendis tribulationum tentationibus magnũ: nouimus non propter peccata ſed propter eius demonſtrandam iuſtitiã illa omnia fuiſſe perpeſſum. Veruntamen hæc uerba quibus à domino laudatur, poſſunt etiã de illo dici qui cõ delectat̃ legi dei ſecundum interiorẽ hominẽ: uidet autem aliã legẽ in membris ſuis repugnãtem
Rom. 7 legi mẽtis ſuæ, præſertim quia dicit, Nõ quod uolo facio bonũ, ſed quod odi malũ hoc ago. Si autẽ quod odi malũ hoc facio, iam non ego operor illud, ſed quod habitat in me peccatũ. Ecce & iſte ſecũdum interiorem hominẽ alienus eſt ab omni opere malo, quia illud non operat̃ ipſe, ſed quod in carne eius habitat malũ: & tamẽ cũ illud ipſum quo cõdelectatur legi dei nõ habeat niſi ex gratia dei, adhuc liberationis indigẽs clamat, Miſer ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum.

Perfecta iuſtitia humana, imperfecta eſt Cap. XIII

Sunt ergo in terra iuſti, ſunt magni, fortes, prudentes, cõtinentes, patiẽtes, pij, miſericordes, temporalia mala oĩa propter iuſtitiam æquo animo tolerãtes. Sed ſi uerũ eſt, imò quia & uerũ eſt, ſi dixerimus quia peccatũ nõ habemus, noſipſos deci
1. Io. 1 pimus, & nõ iuſtificabitur in cõſpectu tuo omnis uiuens, nõ ſunt ſine peccato: nec quiſq; eorũ tam arroganter inſanit, ut nõ ſibi pro ſuis qualibuſcũque peccatis dominica oratione opus eſſe arbitre
Luc. 1 tur. Nã de Zacharia & Heliſabet, qui nobis ſæpe in huius quæſtionis diſputationibus obijciuntur, quid dicamus, niſi quod euidenter ſcriptura teſtatur, eminenti iuſtitia fuiſſe Zachariam in principibus ſacerdotũ ad offerenda ueteris teſtamẽti ſacrificia pertinentia. Legimus aũt in Epiſtola quæ ad Hebræos inſcribitur, quod teſtimoniũ in libro ſuperiore iã poſui, ſolũ Chriſtũ eſſe principẽ ſacerdotũ qui nõ haberet neceſſitatẽ, ſicut illi qui ſacerdotum principes dicebantur, ſacrificium pro ſuis primũ offerre peccatis quotidie, deinde pro popu
Hebr. 7 lo. Talẽ em̃ decebat, inquit, habere nos principẽ ἅγιον ſacerdotũ, iuſtum, ſine malitia, incontaminatũ, ſeparatum à peccatoribus, altiorẽ à cœlis factũ, nõ habentem quotidianam neceſſitatem ſicut principes ſacerdotum, primũ pro ſuis peccatis ſacrificiũ offerre. In hoc ſacerdotum numero Zacharias, in hoc Phinees, in hoc ipſe Aaron, à quo iſte ordo exorſus eſt, fuit, & quicũq; alij in illo ſacerdotio laudabiliter iuſteq; uixerunt, qui tamẽ habebant neceſſitatẽ ſacrificiũ primitus pro ſuis offerre peccatis, ſolo Chriſto exiſtente, cuius uenturi figurã gerebant, qui hanc neceſſitatem ſacerdos incõtaminabilis nõ haberet. Quid aũt de Zacharia & Helizabet laudabile dictũ eſt, quod nõ in eo compre
Phil. 3 hendat̃, quod de ſe Apoſtolus cũ in Chriſtũ non dum credidiſſet profeſſus eſt? Dixit em̃ ſe ſecundũ iuſtitiã quæ in lege eſt, fuiſſe ſine querela: hoc & de illis ita legit̃, Erant aũt ambo iuſti ante deũ incedentes in omnibus mandatis & iuſtificationibus domini ſine querela. Quia ergo quicquid in eis erat iuſtitiæ, non erat ad homines ſimulatum, ideo dictũ eſt, ante deum. Quod aũt de Zacharia & eius coniuge ſcriptum eſt, In omnibus mandatis & iuſtificationibus domini: hoc ille breuiter dixit, in lege. Nõ em̃ alia lex illis, alia iſtis fuit ante Euangelium, ſed una atq; eadẽ quã legimus per Moyſen datã patribus eorũ, ſecundũ quã etiã ſacerdos erat Zacharias & uice ſua ſacrificabat. Et tamẽ Apoſtolus qui ſimili tunc iuſtitia præditus fuit, ſequit̃ & dicit, Quæ mihi lucra fuerunt, hæc propter Chriſtũ damna eſſe, nõ ſolũ duxi, uerum etiam & arbitror omnia damnũ eſſe propter eminentẽ ſcientiã domini noſtri Ieſu Chriſti, propter quẽ omnia nõ ſolũ detrimẽta credidi, uerumetiã ut ſtercora exiſtimaui eſſe: ut Chriſtũ lucrifaciã, & inueniar in illo nõ habens meam iuſtitiã quæ ex lege eſt, ſed eã quæ eſt per fidẽ Chriſti, quæ eſt ex deo iuſtitia in fide, ad cognoſcẽdũ eũ & uirtutẽ reſurrectionis eius & cõmunicationẽ paſſiõis eius, conformatus morti ipſius ſi quo modo occurrã in reſurrectione mortuorum. Tantum ergo longe eſt, ut propter illa uerba Zachariam & Elizabet ſine ullo peccato credamus perfectam habuiſſe iuſtitiã, ut nec ipſum Apoſtolũ ad eiuſdem regulæ ſummitatẽ arbitremur fuiſſe perfectũ, non ſolũ in illa legis iuſtitia, quã ſimilem iſtis habuit, quã inter damna & ſtercora deputat in cõparatione eminẽtiſſimæ iuſtitię, quę in fide Chriſti eſt: uerumetiã in ipſo quoq; Euangelio, ubi & tãti Apoſtolatus meruit principatũ: quod dicere nõ auderẽ, niſi ei nõ credere nefas ducerẽ. Vbi etiã ſequit̃ & adiungit, Non q̃ iã acceperim, aut iã perfectus ſim, ſequor aũt ſi quo modo cõprehendã, in quo & apprehenſus ſum in Chriſto Ieſu. Fratres ego meipſum non arbitror apprehẽdiſſe: unũ aũt, quę retro oblitus, in ea quæ ante ſunt, extenſus ſecundum intentionẽ ſequor, ad palmã ſupernæ uocationis dei, in Chriſto Ieſu. Ipſe ſe cõfitet̃ nondũ accepiſſe, nondũ eſſe p̃fectũ in plenitudine iuſtitiæ, quã adipiſci dilexit in Chriſto: ſed adhuc ſecundũ intentionẽ ſequi, & præterita obliuiſcentem in ea quæ ante ſunt extendi: ut nouerim? etiã ad ipſum pertinere illud quod ait, Etſi exterior homo noſter corrũpitur, ſed interior renouat̃ de die in diẽ: quãuis iã eſſet perfectus uiator, etſi nondum erat ipſius itineris perfectiõe peruentor. Deniq; tales uult ſecũ in iſto curſu comites rapere, quibus continuo ſubiungit & dicit, Quotquot ergo perfecti hoc ſapiamus, & ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; deus uobis reuelabit. uerũtamẽ, ait Apoſtolus, in quod peruenimus, in eo ambulem?. Ambulatio iſta, nõ corporis pedibus ſed mẽtis affectibus & uitę moribus gerit̃, ut poſſint eſſe perfecti iuſtitię poſſeſſores, q recto itinere fidei de die in diẽ ſua renouatione proficiẽtes, iã perfecti facti ſunt eiuſdẽ iuſtitiæ uiatores. Sic itaq; oẽs, quicũq; in hac uita diui

2. Cor. 4

An ſit aliquis ſine peccato Cap. XIIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

ta diuinarū ſcripturarū teſtimonijs in bona uolun
tate atq; actibus iuſtitiæ prædicati ſunt, & quicū
que tales uel poſt eos fuerunt, quamuis non eiſdē
teſtimonijs prædicati atq; laudati, uel nunc uſq; e
tiam ſint, uel poſtea quoq; futuri ſunt, omnes ma
gni, oēs iuſti, omnes ueraciter laudabiles ſunt, ſed
ſine peccato aliquo nō ſunt: quoniam ſcripturarū
teſtimonijs qbus de illorū laudibus credimus, hoc
etiā credimus, nō iuſtificari in conſpectu dei oēm
Pſal. 124 uiuentē: & ideo rogari, ne intret in iudiciū cū ſer
uis ſuis: & nō tantū uniuerſaliter fidelibus omni
bus, uerumetiā ſingulis eſſe orationem dominicā
neceſſariam, quam tradidit diſcipulis ſuis. At eīm
Mat. 5 dominus ait, Eſtote perfecti ſicut pater ueſter cœ
leſtis perfectus eſt: quod nō præciperet, inquiunt,
ſi ſciret fieri nō poſſe quod præcipit. Nō nūc quæ
ritur utrū fieri poſſit: ſi iſtam perfectionē ad hoc
accipiunt, ut ſine ullo ſit quiſq; peccato cum hanc
agit uitā: iā enim ſupra reſpōdimus poſſe fieri: ſed
utrū aliquis fiat, hoc nunc quærimus. Neminem
aūt eſſe qui tantū uelit, quantū res exigit, ante præ
cognitū eſt, ſicut ſcripturarū, quæ ſupra cōmemo
Perfectus ſe- rauī teſtimonia tanta declarant. Et tamen cum
cundum quid- dicitur cuiuſq; perfectio, qua in re dicatur uiden
dam Cap. dum eſt. Nā ex Apoſtolo teſtimoniū pauloante
XV poſui, ubi ſe fatetur in acceptione iuſtitiæ quā de
ſiderat, nondū eſſe perfectum: & tamen continuo
dicit, Quotquot ergo perfecti hoc ſapiamus: quod
utrunq; non diceret, niſi in alia re perfectus eſſet,
in alia non eſſet. Velut ſi iam ſit quiſq; ſapientiæ
1. Cor. 3. 2 perfectus auditor, quod nondū erant illi quibus
dicebat, Lac uobis potum dedi nō eſcam, nondū
enim poteratis, ſed nec adhuc quidē poteſtis. Eis
quippe & illud ait, Sapientiā loquimur inter per
fectos: utiq; perfectiores auditores uolens intelli
gi. Poteſt ergo fieri ſicut dixi, ut iam ſit aliquis ſa
pientiæ perfectus auditor, cuius nondum ſit perfe
ctus & doctor: poteſt perfectus eſſe iuſtitiæ cogni
tor, nōdū perfectus effector: poteſt perfectus eſſe
ut diligat inimicos, qui nondum eſt perfectus ut
ſufferat. Et qui perfectus eſt in eo q̄ omnes homi
nes diligit, quippe qui etiam ad inimicorum dile
ctionē peruenerit, quæritur utrum iam ſit in ipſa
quoq; dilectione perfectus, id eſt, utrum quos dili
git, tantū diligat, quantū illa incōmutabilis regu
la ueritatis diligendos eſſe præſcripſit. Cum ergo
legitur in ſcripturis cuiuſq; perfectio, qua in re di
catur, non negligenter intuendum eſt: quoniam
non ideo quiſq; prorſus ſine peccato eſſe intelligi
tur, quia in aliqua re dicitur eſſe perfectus: quam
quā & in hoc poſſit ita dici, ut non quia iā nō eſt
quò proficiat, ſed quia ex maxima parte proficit,
hoc nomine dignꝰ habeatur. Sicut in doctrina le
gis dici poteſt quiſquā perfectus, etiam ſi eum ali
quid adhuc latet, ſicut perfectos dicebat Apoſto
Phil. 3 lus, quibus tamē ait, Et ſi qd aliter ſapitis, id quo
Quar deus que uobis deus reuelabit, ueruntamē in quod per
præcipit uenimus in eo ambulemus. Neq; negandū eſt
quod ſcit non hoc deum iubere, ita nos in faciēda iuſtitia eſſe de
obſeruandum bere perfectos, ut nullum habeamus oīno pec
Cap. XVI catum: nam neq; peccatum erit ſi quid erit, ſi non

A diuinitus iubeatur ut non ſit. Cur ergo iubet, in
quiūt, quod ſcit nullū hominū eſſe faciurū? Hoc
modo etiā dici poteſt, cur primis illis hominibus
iuſſerit, qui duo ſoli erant, quod ſciebat eos nō eſ
ſe facturos? Neq; enim dicendū eſt, ideo iuſſiſſe, ut
noſtrū aliquis id faceret, ſi illi nō facerent: hoc eīm
ne de illa ſcilicet arbore cibū ſumerēt, non niſi il
lis ſolis deus iuſſit, quia ſicut ſciebat quid iuſtitiæ
facturi non erant, ita etiā ſciebat quid iuſtitiæ de
illis ipſe erat facturus: Eo modo ergo iubet omni
bus hominibus ut non faciant ullum peccatum,
quāuis ſit præſcius neminem hoc impleturum: ut
quicunq; impie ac damnabiliter eius præcepta cō
tempſerint, ipſe faciat in eorum damnatiōe quod
iuſtum eſt: quicunq; aūt in eius præceptis obediē
ter & pie proficientes, nec tamē omnia quæ præ
B cepit implentes, ſicut ſibi dimitti uolunt, ſic aliis
peccata dimiſerint, ipſe faciat in eorum mundati
ne quod bonum eſt. Quomodo enim dimittenti
dimittitur per dei miſericordiam, ſi peccatū non
eſt: aut quomodo non uetatur per dei iuſtitiam ſi
peccatū eſt? Sed ecce, inquiunt, Apoſtolus dicit,
Bonū certamen certaui, fidem ſeruaui, curſum cō 2. Tim. 4
ſummaui, ſupereſt mihi corona iuſtitiæ: quod nō
diceret ſi haberet ullum peccatū. Imo uero reſpō
deant quomodo potuit hæc dicere, cui adhuc re
ſtabat ipſius paſſionis, quam ſibi iam impendere
dixerat, tam magna conflictio, tam moleſtum &
grande certamen? An ad eius conſummandū cur
ſum parum adhuc deerat, quādo illud deerat ubi
erat futurus acrior & crudelior inimicus? Quòd
C ſi ideo talibus uerbis certus ſecuruſq; gaudebat,
quia de uictoria futuri tanti certaminis certū eum
ſecurumq; iam fecerat, qui eandē paſſionem iā illi
reuelauerat imminere: nō re pleniſſima, ſed ſpe fir
miſſima hæc dixit, & quod futurum eſſe præſum
pſit, tanq; factū fuerit indicauit. Si ergo his uerbis
etiam hoc adderet, ut diceret, nullū habeo iā pec
catū: hoc quoq; illū intelligeremus non de rei fa
ctæ, ſed de rei futuræ, perfectiōe dixiſſe. Sic enim
ad ipſius curſus cōſummationē pertinebat nullū
habere peccatū, quod iſti putant cū hęc diceret iā
in illo fuiſſe cōpletū: quemadmodū ad ipſius cur
ſus conſummationē pertinebat etiā in certamine
paſſionis aduerſariū ſuperare, quod etiam ipſi ne
ceſſe eſt fateant, cū hęc diceret, adhuc in illo fuiſſe
D complendum. hoc ergo totum nos dicimus tunc
fuiſſe adhuc perficiendū, quādo iā de dei promiſ
ſione prævidens totū ita dicebat tanq; fuiſſet effe
ctū. Ad ipſius quippe curſus conſummationē per
tinebat etiā, q̄ ipſe peccata dimittebat debitorib⁹
ſuis, atq; ita ſibi ut dimitterent orabat: qua domi
ni pollicitatione certiſſimus erat in illo fine, quē
adhuc futurū iā fidendo dicebat impletum, nullū
ſe habiturū eſſe peccatū. Nā ut alia omittam, mi
ror ſi cum uerba illa dicebat per quæ iſtis uiſus eſt
nullū habuiſſe peccatū, iā fuerat ab illo ablatus il
le ſtimulus carnis, de quo à ſe auferendo dīm ter
rogauerat, reſpōſumq; acceperat, Sufficit tibi gra 2. Cor. 12
tia mea, uirtꝰ in infirmitate perficit. Huic tāto ui
ro perficiēdo neceſſariū fuit ut ab illo angelus ſa

Universidad de Deusto
Biblioteca

tanæ non auferret, à quo propterea colaphizaba- A
tur, ne magnitudine reuelationū extolleret: & au
det quisq; quemq; uel putare uel dicere positum
sub onere huius uitæ ab omni omnino mundum
esse peccato: sint licet homines tanta excellētes iu
stitia, ut ad eos de columna nubis loquatur deus,
Psal. 89 qualis Moyses & Aaron in sacerdotibus eius, &
Samuel in his qui inuocant nomē eius: cuius ma
gnæ laudes pietatis & innocētiæ scriptura ueridi
ca prædicant, ab ineūte pueritia ex quo eū mater
uotū soluens in tēplo dei cōstituit & seruū domi
no dedicauit: etiā de talibus tamē scriptū est, Tu
propitius eras illis, & uindicans in oēs affectiones
eorū. In filios quippe damnatiōis uindicat iratus:
in filios aūt gratiæ uindicat propitius, dum quem
diligit corripit, & flagellat omnē filiū quē recipit. B
Nulla aūt uindicta, nulla correptio, nullū dei fla
gellū debetur nisi peccato, excepto illo qui in fla
gella paratus est, ut experiretur omnia secundū si
militudinē sine peccato, ut esset sanctussanctorū
sacerdos interpellans etiā pro sanctis, qui nō mē
Mat. 6 daciter etiā, quisq; de se dicāt, Dimitte nobis de
bita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus
Laudat Pe lagium nostris. Vnde & ipsi qui cōtra hæc disputāt, cum
sint casta uita, moribusq; laudabiles, nec dubitēt
facere, quod illi diuiti pro cōsequenda uita ęterna
consiliū requirenti, cū se respondisset iā omnia le
gis impleuisse mandata, præcepit dominus: si uel
let esse perfectus, uēderet oīa quę haberet & da
ret pauperibus, thesaurūq; trāsferret in cœlū: ne
Mat. 19 mo tamē eorum audet dicere se esse sine peccato. C
Quod sicut credim⁹, nō fallaci animo dicūt: si au
tē mentiunt, eoipso incipiūt uel augere uel habe
Vnde in no bis iustitia Cap. XVII re peccatum. Iā ergo quod tertio loco posui ui
deamus, Cū uolūtate humana, gratia adiuuāte di
uina, sine peccato in hac uita possit homo esse, cur
nō sit, possem facillime ac ueracissime respondere
quia homines nolūt. Sed si ex me quęritur, quare
nolint, imus in longū. Veruntamen etiā hoc sine
prejudicio diligētioris inquisitiōis breuiter dicā.
Nolūt homines facere quod iustū est, siue qa la
tet an iustū sit, siue qa nō delectat. Tanto em̄ qdq;
uehemētius uolumus, quanto certius q; bonū sit
nouimus, eoq; delectamur ardētius. Ignorātia igi
tur & infirmitas uitia sunt quæ impediūt uolunta
tē, ne moueat̄ ad faciendū opus bonū, uel ab ope D
re malo abstinendū. Vt aūt innotescat quod late
bat, & suaue fiat quod non delectabat, gratiæ dei
est, quæ hominū adiuuat uolūtates: qua ut nō ad
iuuētur in ipsis itidē causa est nō in deo, siue dam
nandi prædestinati sint propter iniquitatē super
biæ: siue cōtra ipsam suam superbiā iudicandi &
Hier. 10 erudiēdi, si filij sint misericordię. Vnde Hieremias
cū dixisset, Scio domine qa non est in homine uia
ei⁹, nec uiri est ut ambulet & dirigat gressus suos:
cōtinuo subiūxit, Corripe me domine, uerūtamē
in iudicio & nō in furore tuo. Tanq; diceret, scio
ad correptionē meam pertinere, quod minus abs
te adiuuor, ut perfecte dirigant̄ gressus mei: uerū
tamen hoc ipsum noli mecū sic agere, tanq; in fu
rore quo iniquos dānare statuisti, sed tanq; in iudi
cio, quo doces tuos non superbire. Vnde alibi di- Psal. 118
cit̄, Et iudicia tua adiuua būt me. Nullius proinde
culpæ humanæ in deū referas causam. Vitiorum
nanq; omniū humanorum causa, superbia est. Ad
hanc conuincendam atq; auferendā talis medicina
cœlitus uenit, ad elatum hominē per superbiā
deus humilis descēdit per misericordiam, gratiā
clarā manifestamq; commēdans in ipso homine,
quē rāta præ participibus suis charitate suscepit.
Neq; em̄ & ipse ita uerbo dei coniunctus, ut ipsa
cōiunctione unus filius dei, & idē ipse unus filius
hominis fieret, præcedentibus suæ uoluntatis me
ritis fecit. Vnū quippe illū esse oportebat. Essent
aūt & duo & tres & plures, si hoc fieri posset, non
per dei propriū donū, sed per hominis liberum ar
bitriū. Hoc ergo pręcipue cōmendatur, hoc in sa
pientiæ atq; scientiæ thesauris in Christo abscon
ditis, quantū existimare audeo, præcipue docet̄
& discitur. Ideo quisq; nostrum bonū opus susci
pere, agere, implere, nūc scit, nūc nescit, nūc dele
ctatur, nūc non delectatur, ut nouerit non suæ fa
cultatis, sed diuini muneris esse uel quod scit, uel
quod delectat̄: ac sic ab elatiōis unitate sanet̄, &
sciat q; uere nō de terra ista, sed spiritualiter dictū
sit, Dominus dabit suauitatē, & terra nostra dabit Psal. 84
fructū suū. Tāto aūt magis delectat opus bonum,
quanto magis diligitur deus summū atq; incom
mutabile bonū, & author qualiūcunq; bonorum
omniū. Vt aūt diligatur deus, charitas eius diffu
sa est in cordibus nostris, nō per nos, sed per spiri
tum sanctū qui datus est nobis. Sed laborāt ho Voluntas bo na à deo Cap. XVIII
mines inuenire in nostra uoluntate quid boni sit 1. Cor. 4
nostrū, quod nobis nō sit ex deo, & quomodo in
ueniri possit ignoro. Excepto em̄ quod Apostolus
ait, cū de bonis hominū loqueretur, Quid em̄
habes quod non accepisti? Si aūt & accepisti, qd
gloriaris quasi non acceperis? ipsa etiā ratio, quæ
de ijs rebus à talibus quales sumus, iniri potest,
quemlibet nostrum quærentē uehementer angu
stat, ne sic defendamus gratiā, ut liberū arbitriū
auferre uideamur: rursus ne liberū sic asseramus
arbitrium, ut superba impietate ingrati dei gratię
iudicemur. Namq; illud Apostoli quod commemoraui, sic defendere quidā uoluerūt, ut dicerēt:
ideo quicquid etiam bonæ uoluntatis habet ho
mo, deo tribuendū esse, quia & hoc in illo esse nō
posset, si homo iste nō esset: cū uero ut sit aliquid
atq; ut homo sit, nō habeat nisi à deo, cur non au
thori deo tribuatur etiam quicquid in illo est bo
næ uoluntatis, quod non esset, nisi esset in quo es
set? Sed hoc modo etiam illud dici potest, malam ἀντίθεσις
quoq; uoluntatem deo authori esse tribuendam:
qa nec ipsa esse posset in homine, nisi homo esset
in quo esset: ut aūt homo sit, deus author est: ita et
eius malā uoluntatē, quæ nisi hominē haberet in
quo esset, esse omnino nō posset, ad authorē deū
esse referendū: quod nefas est dicere. Quapropter
nisi obtineamus, nō solū uolūtatis arbitriū, quod
hūc atq; illuc liberū flectit̄, atq; in eis naturalibus
bonis est, qbus & male uti malus potest: sed etiā
uoluntatē bonā, quę iā in eis bonis est, quorū esse

usus

Universidad de Deusto
Biblioteca

usus non potest malus, nisi ex deo nobis esse non posse, nescio quemadmodū defendamus quod dictū est: Quid enim habes quod non accepisti? Nam si nobis libera quædā uolūtas ex deo est, quæ adhuc potest esse uel bona uel mala: bona uero uoluntas ex nobis est, melius est id quod à nobis q̄ q̄d ab illo est. Quod si absurdissime dicit, oportet fateātur etiam bonā uoluntatē nos diuinitus adipisci, quanq̄ uoluntas mirū si potest in medio quodam ita consistere, ut nec bona nec mala sit. Aut enim iustitiam diligimus & bona est, & si magis diligimus magis bona, si minus, minus bona est: aut si omnino non diligimus, non bona est. Quis uero dubitet dicere uoluntatē nullo modo iustitiam diligentē, non modo esse malā, sed etiam pessimā uoluntatē? Si ergo uoluntas aut bona est aut mala, & utiq; malā non habemus ex deo, restat ut bonam uolūtatē habeamus ex deo: alioquin nescio cum ab eo iustificamur, quo alio munere ipsius gaudere debeamus. Et hinc scriptū arbitror, Paratur uoluntas à domino. Et in psalmis, A domino gressus hominis dirigentur & uiam eius uolet. Et quod Apostolus ait, Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Quocirca quod à deo nos auertimus, nostrū est, & hæc est uoluntas mala: q̄ uero ad deum nos cōuertimus, nisi ipso excitante atq; adiuuante non possumus, & hæc est uoluntas bona. Quid habemus quod nō accepimus? Si aūt accepimus, quid gloriamur quasi nō acceperimus? Ac per hoc ut qui gloriat̄ in domino glorietur, quibus hoc dominus donare uoluerit, eius misericordiæ est, nō meriti illorū: quibus aūt noluerit, ueritatis est. Iusta nanq; peccatoribus pœna debetur, quoniam misericordiam & ueritatē diligit dominus deus: & misericordia & ueritas occurrerunt sibi: & uniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas. Et quis explicet, q̄ crebro hæc duo coniuncta diuina scriptura cōmemoret? Aliquādo etiā mutatis nominibus ut gratia pro misericordia ponat̄. Vnde est, Et uidimus gloriam eius gloriam tanq̄ unigeniti à patre, plenum gratia & ueritate. Aliquando pro ueritate iudiciū, sicut est, Misericordiā & iudiciū cantabo tibi domine. Quare aūt illos uelit cōuertere, illos pro auersione punire, quamq̄ & in beneficio tribuendo nemo iuste reprehendat misericordem, & in uindicta exercenda, nemo iuste reprehendat ueracem, sicut in illis euangelicis operarijs, alijs placitam mercedem reddentē, alijs etiā non placitā largientē, nullus iuste culpauerit, cōsilium tamen occultioris iustitiæ penes ipsum est.

Psal. 36

Phil. 2

Io. 1

Psal. 100

Nihil boni ex nobis, ne extollamur

Cap. XIX

Nos aūt quantum concessum est sapiamus & intelligamus, si possumus, dominum deum bonū ideo etiam sanctis suis alicuius operis iustitiam aliquando nō tribuere, uel certā scientiam, uel uictricem delectationē, ut cognoscant non à seipsis sed ab illo sibi esse lucem, qua illuminentur tenebræ eorū, & suauitatē qua det fructū suū terra eorū. Cū aūt ab illo illius adiutoriū deprecamur ad faciendā perficiendamq; iustitiā, quid aliud deprecamur, q̄ ut aperiat quod latebat, & suaue faciat quod nō delectabat: quia & hoc ab illo esse deprecandū, eius gratia didicimus, dū antea lateret: eius gratia dileximus, dū antea non delectaret, ut qui gloriatur nō in se, sed in domino glorietur. Extolli quippe in superbiā, proprię uoluntatis est hominū, nō operis dei: neq; enim ad hoc eos compellit aut adiuuat deus. Præcedit ergo in uoluntate hominis appetitus quidā propriæ potestatis, ut fiat inobediens per superbiam. Hic aūt appetitus etiā si nō esset, nihil molestū esset: & cū hoc uoluit homo, sine difficultate noluisset. Secutum est aūt ex debita iusta pœna tale uitiū, ut iam molestū esset obedire iustitiæ. Quòd uitiū nisi adiuuante gratia superetur, ad iustitiā nemo cōuertitur: nisi operante gratia sanetur, iustitiæ pace nemo perfruitur. Cuius aūt gratia uincitur & sanatur, nisi illius cui dicitur, Conuerte nos deus sanitatū nostrarū, & auerte iram tuam à nobis? Quòd etsi facit, misericordia facit, ut dicàtur, Non secundū peccata nostra fecit nobis, nec secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Et quibus non facit, iudicio nō facit. Et quis dicet illi qd fecisti, cui misericordia & iudicium pia sanctorū mēte cantatur? Idcirco etiam sanctos & fideles suos in aliquibus uitijs tardius sanat, ut in his eos minus, q̄ implendæ ex omni parte iustitiæ sufficit, delectet bonū, siue cū latet, siue cū etiā manifestū est: ut quantū pertinet ad integerrimam regulā ueritatis eius, non iustificetur in conspectu eius omnis uiuens. Nec in eoipso uult nos damnabiles esse, sed humiles, commendans nobis eandē gratiā suam, ne facilitatem in omnibus assecuti, nostrum putemus esse quod eius est. Qui error multū est religioni pietatiq; cōtrarius. Nec ideo tamē in eisdē uitijs nobis permanendū esse existimemus, sed aduersus ipsam maxime superbiā, propter quā in eis humiliamur, & nos uigilanter conemur, & ipsum deprecemur ardenter, simul intelligētes & quod sic conamur & quod sic deprecamur dono illi⁹ nos habere: ut in omnibus nō ad nos respicientes, sed sursum corda bentes, domino deo nostro gratias agamus, & cū gloriamur, in illo gloriemur. Quartū iā illud restat, quo explicato quātū adiuuat dominus, sermo quoq; tā prolixus tandē terminū sumat, Vtrū qui oīno nunq; ullū peccatū habuerit, habiturus ue sit, non solū quisquā natorū hominū sit, uerumetiā potuerit aliquādo esse uel possit. Hūc prorsus præter unū mediatorē dei & hominū hominem Christū Iesum nullū uel esse uel fuisse uel futurū esse certissimū est. Vnde iam multa diximus de baptisino paruulorū, qui si nullū peccatum habent, non solū sunt homines innumerabiles sine peccato, uerumetiā fuerūt & erunt. Porrò si ueraciter illud cōstitit, unde secūdo loco egimus, neminem esse sine peccato, profecto nec paruuli sine peccato sunt. Ex quo cōficitur, & si quisq; in hac uita esse potuisset, qui uirtute ita perficeret̄, ut ad tantā plenitudinē iustitiæ perueniret, qua nullū haberet omnino peccatū, fuisse tamē eū antea peccatorē unde in istā nouitatē uitę conuerteret̄, non esse dubitandū. Etenim in secūdo illo loco aliud quæreba-

Psal. 48. 102

Aggreditur determinationem quartæ quæstionis, utrū fuerit aliquādo aliquis uel esse possit qui nullum habuerit peccatū Ca. XX

tur, aliud in hoc quarto propositū est. Nā in illo, utrū aliquis in hac uita ad perfectā, quæ prorsus si ne ullo peccato est, uitā peruenire et per gratiā dei studio uolūtatis, hoc requirebat: in hoc aūt quarto, utrū esset in filijs hominū, uel esse potuisset, aut posset, qui nō ex peccato ad iustitiā perfectissimā peruenire, sed nullo omnino uncq; peccato esset obstrictus, hoc quærit. Ideo si illa uera sunt quæ tam multa de paruulis diximus, nec est in filijs hominū quisq;, nec fuit, nec erit, excepto uno mediatore, in quo nobis propiciatio & iustificatio posita est, per quā finitis inimicitijs peccatorū reconciliamur deo. Non itaq; ab re est, quantū pręsenti causæ sufficere uidet, ab ipso exordio generis humani pauca repetere, quibus aduersus quædam, quæ mouere possent, legētis animus informetur. Posteaq; illi primi homines, uir unus Adā, & ex illo Eua uxor eius, accepto dei præcepto seruare obedientiā noluerūt, iusta eos pœna ac debita cō secuta est. Sic em̄ cōminatus fuerat dominus, q; ea die qua uetitū cibū ederent morte morerentur.

Lignum uetitum Cap. XXI

Gen. 2

Proinde quia utendi ad escam oīi ligno quod in paradiso erat acceperāt potestatem, in quo etiā lignum uitæ plantauerat deus: ab illo aūt solo eos prohibuerat, quod appellauit scientię boni & mali, quo nomine significaretur experientiæ consequētia, & quid boni custodita & quid mali essent transgressa prohibitiōe sensuri: recte profecto intelliguntur ante malignā diaboli persuasionē abstinuisse cibo uetito, atq; usi fuisse cōcessis, ac per hoc & cæteris, & præcipue ligno uitæ. Quid em̄ absurdius q; ut credātur ex alijs arboribus alimē ta sumpsisse, non aūt etiā ex illo quod & similiter permissum fuerat, & utilitate præcipua per ætatū lapsum mutari, quāuis animalia corpora, in mortēq; uteraſcere nō sinebat, tribuēs hoc corpori humano de suo corpore beneficium, & mystica significatiōe demōstrans, qd per sapientiā, cuius figurā gestabat, cōferretur animę ratiōali, ut alimē to eius uiuificata nequaq; in labē mortēq; nequi-

Prou. 3

tiæ uerteretur? Merito enim de illa dicitur, Lignū uitæ est amplectētibus eā: sicut hæc arbor in corporali, sic illa in spiritali paradiso: ista exterioris, illa interioris hominis sensibus præbēs uigorē sine ulla in deterius tēporis cōmutatione uitalem. Seruiebant igitur deo uehementer sibi cōmendata pietate obedientiæ: qua una colitur deus. Quæ per seipsa quanta sit, quāq; sola sufficiat ad tuendā rationalē sub creatore creaturā, non potuit excellentius intimari, q; ut à ligno prohiberentur non malo. Absit enim ut bonorū creator qui fecit omnia, & ecce bona ualde, mali aliquid in illius etiā corporalis paradisi fertilitate plantaret. Sed ut ostenderetur homini, cui esset sub tali domino utilissima seruitus, quantū esset solius obedientię bonū, quam solā de famulo exegerat, cui obedire nō propter ipsius dominatū, sed ꝓpter seruientis utilitatē potius expediret: ab eo ligno sunt prohibiti, quo si uterent nō prohibiti, nihil mali omnino paterent: ut q; illo post prohibitionē utentes passi sunt, satis ostēderetur q; eis hoc nō intulerit arbor

A cibo noxio pernicioſa, sed tantū obedientia uiolata. Hanc ergo priusq; uiolassent placebāt deo & placebat eis deus, & quāuis corpus animale gestarent, nihil inobediens in illo aduersum se moueri sentiebāt. Faciebat quippe hoc ordo iustitiæ, ut quia eorū anima famulū corpus à domino acceperat, sicut ipsa eidē domino suo, ita illi corpus eius obediret, atq; exhiberet uitæ illi congruū sine ulla resistētia famulatū. Hinc & nudi erant, & nō cōfundebantur. Animā quippe rationalē naturali uerecundia nunc pudet, q; in carne, in cuius seruitutē ius potestatis accepit, nescio qua infirmitate efficere non potest, ut se nolēte nō moueant mēbra, & se uolente moueant. Quę propter hoc in quouis casto, merito appellātur pudenda, q; ad uersus dominā mentē quasi suæ sint potestatis sicut libitū est excitantur: idq; solum iuris in his habent frena uirtutis, ut ad immūdas & illicitas corruptiones ea peruenire nō sinant. Hæc igitur carnis inobedientia, quæ in ipso motu est, etiam si habere nō permittatur effectū, non erat in illis tunc primis hominibus, quando nudi erant & nō confundebātur. Nondū quippe anima rationalis domina carnis, inobediens extiterat domino suo, ut pœna reciproca inobedientē experiret carnē famulā suā cū sensu quodam cōfusiōis & molestiæ suæ, quē sensum certe ipsa per inobedientiā suam nō intulit deo. Neq; em̄ deo pudendū est aut molestū si nos ei non obedimus, cuius in nos summā potestatē nullo modo minuere ualeamus: sed nobis pudendū est, q; imperio nostro caro nō seruit: quia hoc fit per infirmitatē quā peccando meruimus, uocaturq; peccatū habitās in mēbris nostris. Sic est aūt hoc peccatū, ut sit pœna peccati. Denique posteaq; est illa facta transgressio, & anima inobediens, à lege sui domini auersa est, habere cœpit cōtra eā seruus eius, hoc est corpus eius, legē inobedientiæ: & puduit illos homines nuditatis suæ, animaduerso in se motu, quē ante non sensērāt, quæ animaduersio apertio dicta est oculorū. neq; enim oculis clausis inter illas arbores oberrabant. Sic & de Agar scriptū est, Aperti sunt oculi eius & uidit puteū. Tūc illi homines pudēda texerunt, quæ deus illis mēbra, ipsi uero pudēda fecerunt. De hac lege peccati nascitur caro peccati expiāda per illius sacramentū, qui uenit in similitudine carnis peccati, ut euacuet corpus peccati, quod & corpus mortis huius appellat, unde miserum hominē nō liberat nisi gratia dei per Iesum Christū dominū nostrū. Sic enim ab eis trāsitū fecit in posteros ista lex initiū mortis, quēadmodū labor quo cuncti homines laborāt in terra, quēadmodum in fœminas parturitio cū doloribus. Hęc em̄ cū de peccato arguerētur, dei sentētia meruerūt, quę nō in eis solis, sed etiā in successoribus eorum, in alijs magis, in alijs minus, tamen in omnibus uidemus impleri. Cū itaq; primorū illorū hominū fuerit prima iustitia obedire deo, & hanc in mēbris aduersus legē mentis suæ, legem concupiscentiæ non haberent: nūc post eorū peccatū nata ex eis nostra carne peccati, pro magno obtinet

Rebellio carnis unde Cap. XXII

Rom. 7

Gen. 16. 3

Nasci ex de quid Cap. XXIII

ab

Universidad de Deusto
Biblioteca

ab his qui obediũt deo, desiderijs eiusdem concupiscentiæ non obedire, & crucifigere in se carnem cum passionibus & cõcupiscẽtijs: ut sint Iesu Christi, qui hoc in sua cruce figurauit, quibus per gratiam iam dedit potestatem filios dei fieri. Non enim omnibus hominibus dedit, sed quotquot receperunt eum, ut deo renascerentur spiritu, qui seculo nati erant carne. Sic eñ de his dictũ est: Quot quot aũt receperunt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri, qui non ex carne, nõ ex sanguine, non ex uoluntate uiri, nec ex uoluntate carnis, sed ex deo nati sunt. Secutus autem addidit: Et uerbũ caro factum est, & habitauit in nobis: tanquam dicens, Magnum quidem hoc in his factũ est, ut deo nascerentur ex deo, qui prius nati fuerant ex carne seculo, quamuis creati ab ipso deo: sed longe mirabilius factum est, ꝙ cum istis naturę fuerit nasci de carne, beneficij uero nasci ex deo, propter hoc impertiendum beneficium, ille qui de deo naturaliter natus est, nasci etiã misericorditer de carne dignatus est: hoc est enim, et uerbum caro factũ est, & habitauit in nobis. Per hoc, inquit, factum est ut nati de carne caro, postea nascendo de spiritu spiritus essemus, & habitaremus in deo: ꝙa & deus natus de deo, postea de carne nascendo caro factus est, & habitauit in nobis. uerbũ enim quod caro factũ est, in principio erat, & apud deũ deus erat. Veruntamen ipsa participatio illius in inferiora nostra, ut nostra esset in superiora illius, tenuit quandam & in carnis natiuite medietatem: ut nos quidem nati essemus in carne peccati, ille autem in similitudinem carnis peccati: nos non solum ex carne & sanguine, uerumetiam ex uoluntate uiri & uoluntate carnis: ille aũt tantum ex carne & sanguine & non ex uoluntate uiri, neq; ex uoluntate carnis, sed ex deo natus est. Et ideo nos in mortẽ propter peccatum, ille propter nos in mortem sine peccato. Sicut autẽ inferiora eius quibus ad nos descendit, nõ omnimodo coęquata sunt inferioribus nostris in ꝙbus nos hic inuenit: sic et superiora nostra quibus ad eum ascendimus, nõ coæquabunt superioribus eius in ꝙbus eum illic inuenturi sumus. Nos eñ ipsius gratia facti erimus filij dei, ille semp natura erat filius dei. Nos aliquando cõuersi adhęrebimus impares deo: ille nunq; auersus manet æqualis deo. Nos participes uitæ æternæ, ille uita æterna. Solus ergo ille etiam homo factus manẽs deus, peccatum nullum habuit unquã, nec sumsit carnem peccati cuius de natura carnis peccati.

Ioan. 1

Aliter Christus aliter nos nascimur

Caput XXIIII

Quod eñ carnis inde suscepit, id profecto aut susciendum mundauit, aut susciendo mundauit. Ideo uirginẽ matrem non lege carnis peccati, id est, non concupiscentiæ carnalis motu cõcipientem, sed pia fide sanctũ germen in se fieri ꝓmerentẽ, quã elegerat creauit, de qua crearet elegit. Quãto magis ergo caro peccati baptizanda est propter euadendum iudiciũ, si baptizata est caro sine peccato propter imitatiõis exemplum? Quod aũt supra respõdimus aduersus eos ꝙ dicunt, si peccator genuit peccatorẽ, iustus quoq; iustum gignere debuit: hoc etiã his respondemus, qui dicũt de homine baptizato natũ, iam uelut baptizatũ haberi debuisse. Cur enim non, inquiunt, in lumbis patris sui potuit baptizari, si secundum Epistolã quæ ad Hebræos scripta est: in lũbis Abrahę Leui potuit decimari? Hoc qui dicunt, attendant non propterea Leui postea non fuisse decimatum, quia iam fuerat decimatus in lũbis Abrahæ, sed quia sic ordinatus est honore sacerdotij ut acciperet decimas nõ prębere: alioquin nec cęteri fratres eius qui ei prębebant, decimarentur, quia & ipsi in lumbis Abrahæ à Melchisedech iam fuerãt decimati. Sed ne quis dicat, propterea recte potuisse Abrahę filios decimari, cũ quis iam fuissent in lumbis patris sui decimati, quia decimatio talis res erat quæ in uno quoq; homine fuerat facienda, sicut Israelitæ annis omnibus, imò ex fructibus omnibus decimas tota uita sua crebras solent prębere Leuitis, baptismum aũt tale sacramẽtum esse quod semel datur: & si iam hoc acceperat quisq; cum in patre suo esset, non nisi baptizatum fuisse deputandum, cum de illo qui baptizatus fuerat gigneretur. Qui hoc dicit: ne diu disputem, circumcisionem respiciat, quæ semel fiebat, & tamen in singulis singillatim fiebat. sicut ergo tempore illius sacramenti de circumciso qui nasceretur circumcidendus fuit: sic nunc de baptizato qui natus fuerit baptizandus est. At enim ait Apostolus: Filij uestri immundi essent, nunc autem sancti sunt: & ideo, inquiunt, fidelium filij iam baptizari minime debuerunt. Miror hoc dicere, qui negant peccatum ex Adam originaliter trahi. Si enim hanc Apostoli sententiam sic accipiunt, ut credant de fidelibus sanctificatos filios nasci, cur eos etiã ipsi baptizari oportere non dubitant? Cur denique nolunt fateri de parente peccatore aliquod peccatum originaliter trahi, si de sancto aliqua sanctitas trahitur? Et contra nostram quidem non est assertionẽ, etiam si ex fidelibus sancti propagantur, quòd eos dicimus si non baptizantur, pergere in damnationẽ, quibus & ipsi regnum cœlorũ intercludunt, cuius eos dicant non habere ullum uel proprium, uel originale peccatum. Aut si eis indignũ uidetur ut sancti damnentur, quomodo erit dignum ut à regno dei sancti separentur? Et illud potius attendant, quomodo non de peccatoribus parentibus trahatur aliquod peccatum, si de sanctis aliqua sanctitas trahitur, & immunditia de immundis? Vtrunque enim dixit ꝙ dixit: Alioquin filij uestri immundi essent, nunc aũt sancti sunt. Explicent etiam quomodo iustum sit ut sancti ex fidelibus & immundi ex infidelibus nati, pariter tamen si baptizati nõ fuerint regnum dei nõ permittantur intrare. Quid ergo illis ista sanctitas prodest? Nam si damnari fatemur immũdos ex infidelibus natos: sanctos aũt filios fidelium in dei quidem regnum intrare non posse, nisi fuerint baptizati, non tamen damnari quia sancti sunt, esset qualiscunq; distinctio. Nunc uero natos & de sanctis sanctos, & de immũdis immundos ęqualiter dicũt, & quia peccatũ non habent, non damnari, & quia baptismũ non habent, à dei regno separari. Hanc absurditatem talia

Hebr. 7

1. Cor. 7

Quare è sanctis nati baptizentur Cap. XXV

ingenia non uidere quis credat? Nostrę autem, im
Rom. 5 mo ipsius Apostoli sententiæ, qui dixit: Ex uno o/
mnes ad condemnationem, & ex uno omnes ad iu
stificationem uitæ: quàm non sit contrarium hoc
quod ait, cum de alia re ageret, Alioquin filij uestri
immundi essent, nunc autem sancti sunt, paululum
Sanctificatio multiplex attende. Non unius modi est sanctificatio, Nam
Ca. XXVI & catechumenos secundum quendam modum su
um per signum Christi & orationem manus im/
positionis puto sanctificari: & quod accipiũt quan
uis non sit corpus Christi, sanctum est tamen, &
sanctius, quàm cibi quibus alimur, quoniam sacra
mentum est: uerum & ipsos cibos quibus ad ne-
cessitatem sustentandæ huius uitæ alimur, sancti-
1. Tim. 4 ficari idem Apostolus dixit, per uerbum dei & ora
tionem qua oramus, utique nostra corpuscula refe
cturi. Sicut autem ista ciborum sanctificatio non
efficit, ut quod in os intrauerit non in uentrem ua
dat & secessum emittatur per corruptionem, qua
omnia terrena soluũtur, unde ad aliam escam quæ
non corrumpitur nos dominus exhortatur: ita san
ctificatio catechumeni, si non fuerit baptizatus,
nõ ei ualet ad intrandũ regnum cœlorũ, aut ad pec
catorum remissionem. Ac per hoc & illa sanctifica
tio cuiuscunq; modi sit, quã in filijs fidelium esse di
xit Apostolus, ad istam de baptismo & de peccati
origine, uel remissione quęstionẽ omnino non per
tinet. Nam & coniuges infideles in coniugibus fi
delibus sanctificari dicit, eo ipso loco ita loquens:
1. Cor. 7 Sanctificaťenim uir infidelis in uxore, & sanctifi/
catur mulier infidelis in fratre: Alioquin filij uestri
immundi essent, nunc aũt sancti sunt. Non opinor
quisq; tã infideliter intelligit, quodlibet in his uer
bis intelligat, ut ob hoc existimet etiam maritum
non Christianũ, quia Christiana fuerit uxor eius,
neq; iam baptizari oportere, & ad peccatorum re
missionem peruenisse, & in regnum cœlorum esse
intraturum, quia sanctificatus dictus est in uxore.
Ca. XXVII Quisquis uero adhuc mouetur, quare baptizen
tur qui iam de baptizatis nascuntur, hoc breuiter
accipiat: Sicut generatio carnis peccati per unum
Adam in condemnationem trahit omnes qui eo
modo generantur, sic generatio spiritus gratię per
unum Iesum Christum ad iustificationẽ uitæ æter/
næ ducit omnes qui eo modo prædestinati regene
rantur. Sacramentum autem baptismi profecto sa
cramentum regenerationis est. Quocirca sicut ho
mo qui non uixerit, mori non potest: & qui mortu
us non fuerit, resurgere nõ potest: ita qui natus nõ
fuerit renasci non potest. Ex quo conficitur, nemi/
nem in suo parente renasci potuisse non natum.
ἄνωθεν Oportet autem ut si natus fuerit renascatur, quia
nisi quis natus fuerit denuo, non potest uidere re/
gnum dei. Oportet igitur ut sacramento regenera
tionis, ne sine illo male de hac uita exeat, etiã par/
uulus imbuatur. Quod nõ fit nisi in remissiõe pec
catorum, quod etiã ipso loco Christus ostendit, cũ
interrogatus quomodo possent ista fieri, cõmemo
rauit quid Moyses fecerit in exaltatione serpentis.
Cum itaq; per baptismi sacramentum morti Chri/
sti conformantur infantes, eos à serpentis morsu

A satẽdum est liberari, si à Christianæ fidei regula no
lumus aberrare. Quem tamen morsum non in sua
uita propria, sed in illo cui primitus inflictus est, ac
ceperũt. Neq; illud fallat, q̃ si nec parenti post con
uersionem obsunt propria peccata, quanto magis,
inquiunt, filio eius obesse nõ possunt. Sed qui hoc
sentiunt, non attendunt, quia sicut parenti per hoc
quòd spiritu natus est propria peccata nõ obsunt:
ita qui de illo natus est, nisi eo modo nascatur, quę
à parente tracta sunt, oberunt. Quia et renouati pa
rentes non ex primitijs nouitatis, sed ex reliquijs
uetustatis carnaliter gignunt: & filij ex parentum
reliqua uetustate toti uetusti, in peccati carne pro/
pagati, damnationem ueteri homini debitam sa-
cramento spiritualis regenerationis & renouatio/
B nis euadunt. Illud nanque præcipue propter quę/
stiones, quæ de hac re motæ sunt, uel moueri ad/
huc possunt, attendere ac meminisse debemus: tan
tummodo peccatorum omniũ plenam perfectãq;
remissionem baptismo fieri, hominis uero ipsius
qualitatem non totam continuo commutari: sed
spiritales primitias in bene proficientibus de die
in diem nouitate crescente commutare in se quod
carnaliter uetus est, donec totum ita renouet, ut a/
nimalis etiam infirmitas corporis, ad firmitatẽ spi/
ritalem incorruptionẽq; perueniat. Hæc autem *Lex peccati in nobis quid Caput XXVIII*
lex peccati, quod etiam peccatum appellat Apo/
stolus, cum dicit: Non ergo regnet peccatũ in ue/
stro mortali corpore ad obediendum desiderijs e/
ius: nõ sic manet in membris eorũ qui ex aqua &
C spiritu renati sunt, tanq̃ non sit eius facta remissio
ubi omnino plena & perfecta fit remissio peccato/
rum, omnibus inimicitijs interfectis, q̃bus separa/
bamur à deo: sed manet in uetustate carnis tanquã
superatum & peremptũ, si non illicitis cõsensioni
bus quodammodo reuiuiscat, & in regnum pro-
prium dominationemq; reuocetur. Ab hac autem
uetustate carnis, in qua est lex ista peccati uel pec/
catũ iam remissum, usqueadeo spiritus uita discer
nitur, in cuius nouitate baptizati per dei gratiam
renascuntur, ut parum fuerit Apostolo dicere, ta/
les non esse in peccato, nisi etiã diceret in ipsa illos
carne non esse antequã ex hac mortali uita migra/
rent. Qui enim in carne, inquit, sunt, deo placere *Rom. 8*
non possunt: uos autẽ non estis in carne, sed in spi/
D ritu, si tamen spiritus dei habitat in uobis. Verun/
tamen sicut ipsa carne quamuis corruptibili bene
utuntur qui membra eius ad opera bona conuer/
tunt, in qua carne nõ sunt, quia non secundũ eam
sapiunt neq; uiuunt: sicut deniq; etiam morte, quæ
primi peccati pœna est, bene utuntur qui eam pro
fratribus, pro fide, pro quacunq; uera et sancta iusti
tia fortiter & patienter impendũt: sic illa etiã lege
peccati, quod iã remissum in uetustate carnis ma/
net, bene utunt̃ coniugati fideles, qui ex eo q̃ sunt
in Christi nouitate, dominari sibi libidinẽ minime
patiuntur: ex eo aũt quòd adhuc trahunt Adę ue-
tustatẽ, regenerandos immortaliter filios mortali/
ter generãt cum ea propagine peccati, qua illi qui
renati sunt obnoxij nõ tenent̃, & qua illi q nascun
tur renascendo soluuntur. Quãdiu ergo manet lex
concupi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

concupiſcentialis in membris, manente ipſa reatus eius ſoluit, ſed ei ſoluitur qui ſacramentum regenerationis accepit renouariq; iam cœpit. Ex illa autem manente concupiſcentiæ uetuſtate quod natum renaſci indiget ut ſanetur. Quia parentes fideles & nati carnaliter, & renati ſpiritualiter, filios carnaliter genuerũt, filij uero anteq; naſcerent, renaſci quomodo potuerũt? Nec mireris, q̃ dixi, manente concupiſcentiali lege peccati reatum eius ſolui per gratiam ſacramenti. Sicut enim facta & dicta & cogitata iniqua, quantum ad ipſos motus animi & corporis pertinet, iam præterierũt & non ſunt: eis tamen præteritis & non iam exiſtentibus reatus eorũ manet, niſi peccatorũ remiſſione ſoluatur: ſic contrà in hac nõ iam præterita, ſed adhuc manente lege cõcupiſcentiæ reatus eius ſoluitur & non erit, cum fit in baptiſmo plena remiſſio peccatorũ. Deniq; ſi continuo cõſequatur ab hac uita migratio, non erit omnino quod obnoxiũ hominem teneat, ſolutis omnibus quę tenebãt. Sicut ergo nõ eſt mirum prę teritorũ dictorum, factorũ, atq; cogitatorũ reatum manere ante peccatorum remiſſionem: ſic contrà non debet eſſe mirum manentis cõcupiſcentiæ reatum præterire poſt peccatorum remiſſionem. Quæ cum ita ſint, ex quo per unum hominem peccatũ intrauit in hũc mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſijt uſq; in finem carnalis huius generationis & corruptibilis ſeculi, cuius filij generant & generantur, nullo exiſtente homine de quo in hac uita conſtituto ueraciter dici poſſit, q̃ nullum habeat omnino peccatum, excepto uno mediatore, qui nos creatori noſtro reconciliat per remiſſionem peccatorum: idem ipſe dominus noſter hãc ſuam medelam nullis generis humani temporib⁹ ante ultimum futurum adhuc iudicium denegauit eis, quos per certiſſimam præſcientiã & iuſtiſſimam beneficentiam ſecum regnaturos in uitã prędeſtinauit æternam. Nanq; ante natiuitatem carnis, infirmitatemq; paſſionis & uirtutem reſurrectionis ſuæ, earum rerum futurarum fide eos qui tunc fuerant, informabat ad hæreditatem ſalutis æternæ, quarum rerum præſentium fide informauit eos, qui cum gererentur aderant atque impleri prædicta cernebant, quarum etiam præteritarum rerum fide qui poſtea fuerunt, & noſipſos, & qui deinde futuri ſunt informare non ceſſat. Vna ergo fides eſt quæ omnes ſaluos facit, qui ex carnali generatione in ſpiritalem renaſcendo ſaluantur, terminata in eo, qui uenit pro nobis iudicari & mori iudex uiuorum & mortuorum. Sed huius unius fidei pro ſignificatiõis opportunitate per uaria tempora ſacramenta uariata ſunt. Idem ipſe itaque ſaluator eſt paruulorum atq; maiorum, de quo dixerunt angeli: Natus eſt nobis hodie ſaluator, & de quo dictũ eſt ad uirginem Mariã: Vocabis nomẽ eius Ieſum, ipſe enim ſaluũ faciet populum ſuum à peccatis eorum. ubi aperte demonſtratũ eſt eum hoc nomine quo appellatur Ieſus, propter ſalutem quã nobis tribuit nominari: Ieſus quippe Latine ſaluator eſt. Quis eſt igitur qui audeat dicere dominum Chriſtum tantum maioribus nõ etiam paruulis eſſe Ieſum, qui uenit in ſimilitudine carnis peccati, ut euacuaret corpus peccati, in quo infirmiſſimo nulli uſui congruis uel idoneis infantilibus mẽbris anima rationalis miſerabili ignorantia prægrauatur. Quam plane ignorantiam nullo modo crediderim fuiſſe in infante illo, in quo uerbum caro factum eſt, ut inhabitaret in nobis, nec illam ipſius animi infirmitatẽ in Chriſto paruulo ſuſcepiſſe ſuſpicatus, quam uidemus in paruulis. Per hanc enim etiam cũ motibus irrationabilibus perturbantur nulla ratione, nullo imperio, ſed dolore aliquando uel doloris terrore cohibẽtur: ut omnino uideas illius inobedientię filios, quæ mouẽt in membris repugnãs legi mentis, nec cum uult ratio, conquieſcit. Verũ & ipſa ſæpe uel dolore corporis, tanq; uapulando compeſcitur, uel paueſcendo, uel tali aliquo animi motu, non tamen uoluntate præcipiente, cõprimitur. Sed quia in eo erat ſimilitudo carnis peccati, mutationes ætatũ perpeti uoluit ab ipſa exorſus infantia, ut ad mortem uideatur etiam ſeneſcẽdo illa caro peruenire potuiſſe, niſi iuuenis fuiſſet occiſus. Quę tamẽ mors in carne peccati inobedientiæ debita redditur, in ſimilitudine aũt carnis peccati obedientiæ uoluntate ſuſcepta eſt. Ad eam quippe iturus eamq; paſſurus, hoc ait: Ecce uenit princeps mũdi huius, & in me nihil inuenietiſed ut ſciãt omnes quia uoluntatem patris mei facio, ſurgite eamus hinc. His dictis perrexit ad indebitã mortem, factus obediens uſq; ad mortẽ. Quapropter illi qui dicunt, ſi primi hominis peccato factũ eſt ut moreremur, Chriſti aduentu fieret, ut credentes in eum nõ moreremur. Et addunt quaſi rationem dicentes: neq; enim præuaricatoris tranſgreſſio plus nobis nocuit, quàm incarnatio uel redemptio profuit ſaluatoris. Cur non potius hoc attendunt, hoc audiunt, hoc ſine dubitatione credunt, quod Apoſtolus ſine ambiguitate locutus eſt. Quia per hominẽ mors, & per hominem reſurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, ſic & in Chriſto omnes uiuificabuntur: neq; enim aliunde quàm de corporis reſurrectione dicebat. Omnium ergo corporis mortem factam per unũ hominẽ dixit, & omnium corporis reſurrectionem in uitam æternã per unum Chriſtum futuram eſſe promiſit. Quomodo ergo plus nobis nocuit ille peccando, q̃ iſte profuit redimendo, cum per illius peccatum temporaliter moriamur, per iſtius autem redemptionẽ non ad temporalem uitam, ſed ad perpetuã reſurgamus? Noſtrum ergo corpus mortuum eſt propter peccatũ, Chriſti aũt corpus ſolum mortuum ſine peccato, ut fuſo ſanguine ſine culpa, omnium culparum chirographa delerentur, quibus debitores qui in eũ credunt à diabolo antea tenebanẽ. Et ideo ait: Hic eſt ſanguis meus qui pro multis effundetur in remiſſionem peccatorum. Poterat autem etiam hoc donare credẽtibus, ut nec iſtius experirentur corporis mortem: ſed ſi hoc feciſſet, carni quędam felicitas adderetur, minueretur autem fidei fortitudo. Sic enim homines mortem iſtam timent

Chriſti infantia carnis ignorantia *Ca. XXIX*

Vbi Maria

Luce 2 *Matt. 1*

Ioan. 14

Cap. XXX

1. Cor. 15

Matt. 26

Quare moriãtur & iuſti

C. XXXI

timens

timent, ut non ob aliud felices dicerent esse Chri-
stianos, nisi q̃ mori omnino non possent. Ac per
hoc nemo propter illam uitam, quæ post istã mor
tem beata futura est, per uirtutem etiam contem-
nendæ ipsius mortis ad Christi gratiam festinaret,
sed propter remouẽdam mortis molestiam delica
tius crederetur in Christum. Plus ergo gratiæ prę
stitit, plus fidelibus suis sine dubitatione donauit.
Quid enim magnum erat uidendo non mori eos
qui crederẽt, credere se non moriturum? Quanto
est maius, quãto fortius, quãto laudabilius, ita cre
2. Retract. cap. 33 dere, ut se speret moriturus sine fine uicturũ? De-
nicq̃ hoc quibusdam in fine largietur, ut mortẽ istã
repentina cõmutatione non sentiant, sed simul cũ
resurgentibus rapiantur in nubibus obuiam Chri
sto in aera, & sic semper cum domino uiuãt. Et re-
cte illis, quia nõ erunt posteri qui propter hoc cre-
dant non sperando quod non uident, sed amando
quod uident. Quę fides est eneruis & debilis, nec
Heb. 11 fides omnino dicenda, quãdoquidem fides ista de
finita est: Fides est sperandorum substantia, conui-
ctio rerũ quæ non uidentur. Vnde etiam in eadem
ubi & hoc scriptũ est ad Hebræos epistola cũ con
sequenter enumerasset quosdam, qui deo fide pla-
cuerunt: secundũ fidem, inquit, mortui sunt hi om
nes, cũ non accepissent promissiones, sed lõge eas
uidentes & salutantes & cõfitentes, quia hospites
& peregrini sunt super terram. Et paulopost eandẽ
fidei laudem ita concluſit: Et omnes, inquit, testi-
monium consecuti per fidem, non tulerunt pro-
missiones dei: pro nobis enim meliora prouiderũt,
ne sine nobis perfecti perficerẽtur. Hæc laus fidei
non esset, nec omnino ut iam dixi, fides esset, si ho-
mines in credendo præmia uisibilia sequerentur:
hoc est si fidelibus merces immortalitatis in hoc se
culo redderet. Hinc et ipse dominus mori uoluit,
ut quemadmodum de illo scriptũ est, per mortem
euacuaret eum, qui potestatem habebat mortis: id
est, diabolum, & liberaret eos, qui timore mortis
per totam uitam rei erant seruitutis. Hoc testimo-
nio satis etiam illud monstratur & mortem istam
corporis principe atq̃ authore diabolo, hoc est, ex
peccato accidisse, quod ille persuasit, neque enim
ob aliud potestatem habere mortis ueriſſime dice-
retur: Vnde ille qui sine ullo peccato uel originali
uel proprio moriebatur dixit, quod pauloante cõ-
Ioan. 14 memorauit: Ecce uenit princeps mundi, id est dia
bolus, qui potestatẽ habet mortis, & in me nihil in
uenit, id est peccati, propter quod homines mori
fecit. Et quasi dicerẽt ei, quare ergo moreris? Sed
ut sciant omnes, inquit, quia uoluntatẽ patris mei
facio, surgite eamus hinc: id est, ut moriar non ha-
bens mortis causam de peccato sub authore pecca
ti, sed de obedientia & iustitia factus obediens usq̃
ad mortem. Et hoc ergo illo testimonio demõstra-
tum est, & q̃ timorem mortis fideles uincũt, ad a-
Quur solus Christus re surrexit gonem ipsius fidei pertinere, qui, pfecto defuisset,
si mox essent credentes immortalitas consecuta.
Caput XXXII Quãuis itaq̃ multa dominus uisibilia miracula
fecerit, unde ipsa fides uelut quibusdã primordijs
lacteſcẽtibus germinaret, & in suũ robur ex illa te
neritudine coalescceret: tanto est emꝫ fortior, quãto
magis iam ista non quærit: tamen illud quod pro-
missum speramus inuisibiliter uoluit expectari, ut
iustus ex fide uiueret, intantũ ut nec ipse q̃ die ter-
tio resurrexit inter homines esse uoluerit, sed eis
demõstrato in sua carne resurrectionis exemplo,
quos huius rei testes habere dignatus est, in cœlũ
ascenderit, illorũ quoq̃ se oculis auferẽs, nihilq̃ ta
le cuiusq̃ eorum carni iam tribuẽs, quale in carne
propria demõstrauerat: ut & ipsi ex fide uiuerẽt e-
iusq̃ iustitię, in qua ex fide uiuit, præmiũ quod po
stea erit uisibile, nunc interim per patientiã inuisi-
biliter expectarẽt. Ad hunc intellectũ credo etiam
illud esse referendũ, quod ait de spiritu sancto: Nõ Ioan. 16
potest ipse uenire nisi ego abiero: hoc enim erat di
cere, non poteritis iuste uiuere ex fide, qđ de meo
dono, id est, de spiritu sancto habetis, nisi à uestris
oculis hoc quod intuemini abstulero, ut spiritali-
ter cor uestrum inuisibilia credendo proficiat. Hãc
ex fide iustitiam identidem loquens de spiritu san
cto, ita cõmendat. Ille, inquit, arguet mundum de
peccato, de iustitia, & de iudicio. De peccato qui-
dem, quia nõ crediderũt in me: de iustitia, quia ad
patrem uado, et iam non uidebitis me. Quę est ista
iustitia, qua eum non uiderent, nisi ut iustus ex fi-
de uiueret, & nõ respicientes quæ uidẽtur, sed quæ
non uidentur, spiritu ex fide spem iustitiæ expecta
remus? Caput XXXIII Qui autẽ dicunt: Si peccato mors ista
corporis accidisset, non utiq̃ post remissionẽ pec-
catorum quam redemptor nobis tribuit morere-
mur: non intelligunt quomodo res, quarum rea-
tum ne post hanc uitam obsint, deus soluit, tamen
eas ad certamen fidei sinit manere, ut per illas eru-
diantur & exerceantur, proficiẽtes in agone iusti-
tiæ. Posset enim & alius hoc nõ intelligens dicere:
Si propter peccatum dixit deus homini: In sudore Gen. 3
uultus tui edes panẽ tuum, & spinas & tribolos pa
riet tibi terra: quare & post remissionem peccato-
rum labor hic permanet, & hæc dura & aspera pa-
rit etiam terra fidelium? Item si propter peccatum
dictum est mulieri: In gemitu paries: cur etiam post
peccatorũ remissionẽ fœminæ fideles eosdem do-
lores parturiendo patiuntur? Et tamen constat
propter peccatum quod admiserãt, illos à deo pri-
mos homines hæc audisse atque meruisse: nec resi
stit his uerbis diuini libri, quæ posui de labore ho-
minis & de parturitione mulieris, nisi qui pror-
sus alienus à fide catholica eiusdem literis aduersa-
tur. Quur remi so peccatis pœ na exigatur Caput XXXIII Verum quia & tales non desunt, quemad
modum eis hac quęstione proposita respondemus
dicentes, ante remissionẽ esse illa supplicia pecca-
torum, post remissionem aũt certamina exercita-
tionesq̃ iustorũ: ita et illis quos de morte corporis
similiter mouet respõdere debemus, ut eam & pec
cato accidisse fateamur, & post peccatorũ remissio
nem, ut magnus timor eius à proficientibus supe-
retur, ad certamen nobis relictã esse non dedigne-
mur. Si enim parua uirtus esset fidei, quę per dile-
ctionẽ operatur, mortis metum uincere, non esset
tanta martyrũ gloria: nec dominus diceret: Maio-
rem hac charitatẽ nemo habet, quàm ut animam
suam

suam ponat pro amicis suis. Quod in epistola sua
1.Ioan.3 Ioannes ita dicit: Sicut ille animā suam pro nobis posuit, sic & nos debemus animas pro fratrib. ponere. Nequaquam igitur in morte pro iustitia subeunda uel contemnenda laudaretur præcipua patientia, si mortis non esset magna multumq; dura molestia. Cuius timorē qui uincit ex fide, magnā ipsius fidei comparat gloriā iustamq; mercedem. Vnde mirandum nō est, & mortem corporis non fuisse euenturam homini, nisi præcessisset peccatū, cuius etiam talis pœna consequeretur: & post remissionem peccatorū eam fidelibus euenire, ut in eius timore uincendo exerceretur fortitudo iustitiæ. Caro enim quæ primo facta est, non erat caro peccati, in qua noluit homo inter delicias paradisi seruare iustitiā. Vnde statuit deus, ut post eius pec B catum propagata caro peccati, ad recipiendam iustitiam laboribus et molestijs niterē. Propter hoc etiam de paradiso eiectus Adam, cōtra Eden habitauit, id est, cōtra sedem deliciarū: ut significaret q̄ in laboribus qui sunt delicijs contrarij, erudienda esset caro peccati, quę in delicijs obedientiam non seruauit antequā esset caro peccati. Sicut ergo illi primi homines postea iuste uiuendo, unde merito ereduntur per domini sanguinem ab extremo supplicio liberati, non tamen in illa uita meruerunt ad paradisum reuocari: sic & caro peccati etiam si remissis peccatis homo in ea iuste uixerit, non continuo merē eam mortem non perpeti quā traxit de propagine peccati. Tale aliquid nobis insinuatū est de patriarcha Dauid in libro regnorū, ad quē C Propheta cum missus esset eiq; propter peccatum quod commiserat euentura mala ex iracundia dei cōminaretur, confessione peccati ueniam meruit, respondente Propheta, quòd illud ei flagitium sacinusq; remissum sit: & tamen consecuta sunt quę deus fuerat cōminatus, ut sic humiliaretur à filio. Quare & hic non dicitur, si deus propter peccatum illud fuerat cōminatus, cur dimisso peccato quod erat minatus impleuit: nisi quia rectissime si sic dictum fuerit, respondebitur remissionē illam peccati factam, ne homo à percipienda uita impediretur æterna: subsecutum uero illius cōminationis effectum, ut pietas hominis in illa humilitate exerceretur atq; probaretē. Sic et mortem corporis propter hoc peccatum deus homini inflixit, & post pecca D torum remissionem propter exercēdam iustitiam
Quid sit incedere uia media non ademit. Teneamus ergo indeclinabilem fidei confessionem. Solus unus est qui sine peccato natus est, in similitudine carnis peccati, sine peccato uixit inter aliena peccata, sine peccato mortuus
Caput XXXV est propter nostra peccata: non declinemus in dexteram aut in sinistram. In dexteram enim declinare, est seipsum decipere dicēdo se esse sine peccato. In sinistram aūt per nescio quā peruersam atq; praua securitatem se tanquā impune dare peccatis. Vias enim quæ à dextris sunt nouit dominus, qui solus sine peccato est, et nostra potest delere peccata; peruersæ aūt sunt quæ à sinistris sunt amicitiæ cum peccatis. Tales etiam illi uiginti annorū adolescentuli figuram noui populi præmiserūt, qui in A terram promissionis intrarunt, qui nec in dexterā nec in sinistram dicti sunt declinasse: Non enim ea uiginti annorū ætas cōparanda est innocentię paruulorum: sed, ni fallor, hic numerus mysticum aliquid adumbrat & resonat. Vetus enim testamentum in quinq; Moysi libris excellit, nouum autem quatuor Euangeliorū authoritate præfulget, qui numeri per se multiplicati ad uicenariū perueniūt: quater enim quini, uel quinquies quaterni, uiginti sunt. Talis populus, ut prędixi, eruditus in regno cœlorū per duo testamenta uetus & nouū, non declinans in dexterā superba præsumptione iustitię, neq; in sinistram secura delectatione peccati, in terram illius promissiōis intrabit: ubi iam peccata ulterius nec nobis donanda optemus, nec in nobis punienda timeamus, ab illo redemptore liberati, q non uenundatus sub peccato, redemit Israel ab omnibus iniquitatibus eius, siue propria cuiusq; uita cōmissis, siue originaliter tractis Nō enim pa *Caput* rum diuinarum scripturarum authoritati ueritatiq; XXXVI cesserunt, qui etsi noluerunt literis suis aperte exprimere, paruulis remissionem necessariam peccatorum, redemptionem tamen eis necesse esse confessi sunt. Alio quippe uerbo, etiam ipso de Christiana eruditione deprōpto, nihil aliud omnino dixerunt: Nec dubitandū esse his qui diuinas scripturas fideliter legūt, fideliter audiunt, fideliter tenēt, q̄ ab illa carne quæ prius uoluptate peccati facta est caro peccati, deinceps per successionem transeunte in omnes proscriptione iniquitatis & mortis caro sit propagata peccati, excepta una similitudine carnis peccati, quæ tamē non esset, nisi esset caro peccati. De anima uero, utrum & ipsa eodē modo propagata, reatu qui ei dimittatur obstricta sit: neq; enim possumus dicere, solam carnem paruuli, non etiam animam indigere saluatoris & redemptoris auxilio, alienamq; ab ea esse gratiarū actione quæ in Psalmis est, ubi legimus & dicimus: Be *Psal.102* nedic anima mea dominum, et noli oblyiisci omnes retributiones eius, qui propitius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de corruptione uitam tuam: an etiam non propagata, eoipso quo carni peccati aggrauanda misceē, iam ipsius peccati remissione & sua redemptione opus habeat, deo per summam præscientiā iudicante, qui paruulorum ab isto reatu non mereantur absolui, etiam qui nondum nati nihil alicubi propria sua uita peregerunt uel boni, uel mali: & quomodo deus etiam si non de traduce animas creat, non sit tamen author reatus eiusdem, propter quem redemptio sacramenti necessaria est animæ paruuli: magna quæstio est, aliamq; disputationem desiderat, eo tamen quantū arbitror moderamine temperatam, ut magis inquisitio cauta laudetur, quàm præcipitata reprehēdatur assertio. Vbi enim de re obscurissima disputatur, non adiuuantibus diuinarum scripturarum certis clarisq; documentis, cohibere se debet humana præsumptio, nihil faciens in partē alteram declinādo. Etsi enim quodlibet horū, quēadmodum demonstrari & explicari possit, ignorē, illud tamē credo, quòd etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam hinc diuinorũ eloquiorum clarissima autho ritas esset, si homo illud sine dispendio ꝓmissę salu tis ignorare nõ posset. Habes elaboratum, utinam tam cõmodum quàm prolixum pro meis uiribus opus, cuius prolixitatem fortasse defenderem, nisi illud uererer facere defendendo prolixius.

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de peccatorum meritis et remissione, & de baptismo paruulorũ, ad Marcellum Epistola, seu Liber Tertius.

Caput I

CHARISSIMO filio Marcellino, Augustinꝰ Episcopus seruus Christi, seruorumque Christi in Domino salutem.

De quæstionibus quas mihi proposueras ut ad te aliqd scriberem aduersus eos qui dicunt Adam etiam si non peccasset fuisse moriturum, nec ex eius peccato quicquam ad eius posteros propagando transisse, maxime propter baptismũ paruulorum quem more pijssimo atque materno uniuersa frequentat Ecclesia, & quod in hac uita sint, fuerint, futuri que sint filij hominum nullum habentes omnino peccatum, iam duos prolixos absolueram libros: quibus mihi uisus sum non quidem omnibus omnium occurrisse in hac causa motibus animorum, quod uel à me, uel à quoquam utrum fieri possit, ignoro, immo fieri non posse non dubito, sed tamen egisse aliquid, quo de his rebus à maioribus traditæ fidei defensores contra nouitates eorum qui aliter sentiunt non inermes usquequaque consisterent. Verum post pauciissimos dies legi Pelagij quædam scripta, uiri ut audio sancti, & nõ paruo profectu Christiani, quæ in Pauli Apostoli Epistolas expositiones breuissimas continerent: atque ibi comperi cum ad illum Rom. 5 uenisset locum, ubi dicit Apostolus: Per unum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum mortem, atque ita in omnes homines pertransisse, quandam eorum argumentationem qui negant paruulos peccatum originale gestare: quã fateor in illis tam longis uoluminibus meis non Refellit Pelagianũ Cap. II refelli, quia in mentem mihi omnino non uenerat, quẽquam posse talia cogitare, uel dicere. Quapropter quoniam illi operi, quod iam certo fine concluseram, nihil adddere uolui, & ipsam eisdem uerbis quibus eam legi, & quid mihi contra uideatur, huic Epistolæ inserendum putaui. Sic ergo illa argumentatio posita est: Hi autem, inquit, qui contra traducem peccati sunt, ita illam impugnare nitũtur: Si Adæ, inquiunt, peccatũ etiam non peccantibus nocuit, ergo & Christi iustitia etiã non credẽtibus prodest: quia similiter, imò & magis dicit per unum saluari, quàm per unum ante perierũt. Huic ergo, ut dixi, argumento in illis duobus libris quos ad te scripsi, nihil respondi, neque id mihi prorsus redarguẽdum proposui. Nũc ergo prius illud attende, quemadmodum cum dicunt: Si Adæ peccatum etiam nõ peccantibus nocet, ergo & Christi iustitia etiam non credentibus prodest, absurdissimum utique & falsissimum iudicant, ut Christi iustitia etiam nõ credentibus prosit, unde putant confici, nec primi hominis peccatum paruulis non peccantibus nocere potuisse, sicut & Christi iustitia prodesse illis non credentibus non potest. Dicant itaq;, Christi iustitia quid baptizatis paruulis prosit. Dicant omnino quod uolunt: Profecto enim si se Christianos esse meminerunt, aliquid prodesse non ambigunt. Quod libet igitur prosit, prodesse sicut etiam ipsi asserũt non credentibus non potest. Vnde coguntur paruulos baptizatos in credentiũ numero deputare, & authoritati sanctę ubiq; Ecclesię cõsentire, quę fidelium nomine eos censet indignos, quibus iustitia Christi etiam secundum istos prodesse non nisi credentibus posset. Sicut ergo eorũ per quos renascuntur, iustitiæ spiritus responsione sua traijcit in eos fidem, quam uoluntate propria nondum habere potuerunt: sic eorum per quos nascuntur caro peccati traijcit in eos noxam quam nõdum uita propria contraxerunt. Et sicut eos uitæ spiritus in Christo regenerat fideles, sic eos corpꝰ mortis in Adam generauerat peccatores: Illa enim carnalis generatio est, hæc spiritualis: illa facit filios carnis, hæc filios spiritus: illa filios mortis, hæc filios resurrectionis: illa filios seculi, hæc filios dei: illa filios iræ, hæc filios misericordiæ: ac per hoc illa peccato originali obligatos, ista omnis peccati uinculo liberatos. Postremo ad id quod intellectu perspicacissimo assequi non ualemus, authoritate diuina cõsentire cogamur: bene quod ipsi nos admonent, iustitiam Christi nisi credentibus prodesse non posse, & prodesse aliquid paruulis confitentur: unde, ut diximus, necesse est eos baptizatos in credentium numeró sine ulla tergiuersatione constituant. Consequenter igitur si non baptizentur, inter eos qui non credunt erũt, ac per hoc nec uitam habebunt, sed ira dei manet super eos: Quoniam qui non credit filio, non habebit uitam 1. Ioan. 5 sed ira dei manet super eum. Et iudicati sunt, quo- Ioan. 3 niam qui non credit iam iudicatus est. Et condemnabuntur, quoniam qui crediderit & baptizatus Mar. 16 fuerit, saluus erit: qui autem nõ crediderit, cõdemnabitur. Iam nunc uideant isti, qua iustitia tentent uel cõentur asserere, nõ ad uitam æternam, sed ad iram dei pertinere & diuinitus iudicari atque damnari homines qui sine peccato sunt, si quemadmodum proprium, ita nullum in eis est etiam originale peccatum. Iam cæteris quæ Pelagius insinuat eos dicere, qui contra originale peccatum disputant, in illis duobus prolixi mei operis libris satis quantum arbitror dilucideq; respondi. Quod & si quibusdam uel parum uel obscurũ uidebitur, dent ueniam, & componant cum eis, qui fortasse illud non quia parum, sed quia nimium, reprehendunt: & qui ea, quę pro natura quæstionum dilucide dicta existimo, adhuc non intelligunt, non mihi calumnientur pro negligẽtia uel pro meæ facultatis indigentia

indigentia, sed deum potius pro accipienda intelli
Argumēta Pe lagianorum Cap. III gentia deprecentur. Veruntamen nos non ne gligēter oportet aduertere istum, sicut eum qui no uerunt loquuntur, bonum ac prędicādum uirum, hanc argumentationem contra peccati propagi nem, nō ex propria intulisse persona, sed quid illi dicant qui eam non approbant intimasse, nec solū hoc quod modo proposui eiq; respondi, uerumeti am cætera quibus me in illis libris iam respondisse recolui. Nam cum dixisset: Si Adæ, inquiunt, pec catum etiam nō peccantibus nocuit, ergo & Chri sti iustitia etiam non credentibus prodest: quod in ijs quæ respondi cernis, quàm non solum non ex pugnet quod dicimus, sed etiā nos admoneat quid dicamus: secutus adiunxit: Deinde aiūt: Si baptis mus mundat antiquum illud delictum, qui de duo
B bus baptizatis nati fuerint debent hoc carere pec cato: non enim potuerunt ad posteros transmitte re, quod ipsi minime habuerunt. Illud quoque ac cedit, inquit, quia si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantum habet traducem peccati, & ipsa sola pœnam meretur, iniustum esse dicentes, ut hodie nata anima non ex massa Adæ, tam anti quum peccatum portet alienum. Dicunt etiam, in quit, nulla ratione cōcedi, ut deus qui propria pec cata remittit, imputet aliena. Videsne obsecro quē admodum hoc totum Pelagius, non ex sua, sed ex aliorum persona indiderit scriptis suis, usqueadeo sciens hanc nescio quam esse nouitatem, quæ con tra antiquam Ecclesiæ insitam opinionem sonare nunc cœperit, ut eam ipse confiteri aut uerecunda
C tus aut ueritus fuerit. Et forte hoc ipse non sentit quòd sine peccato nascatur homo, cui fatetur ne cessarium esse baptismum, in quo fit remissio pec catorum: & quòd sine baptismo damnetur homo, quem necesse est non baptizatum in nō credenti bus deputari, quia utique scriptura euangelica fal
Mar. 16 lere nō potest, in qua apertissime legitur: Qui non crediderit cōdemnabitur. Postea quòd sine bapti smo imago dei nō admittatur ad regnum dei, quo niam, nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest introire in regnum dei: atque ita uel in æternam mortem sine peccato præcipitetur, uel quod est absurdius, extra regnum dei habeat uitā æternam: cum dominus prædicens quid suis in fi
Matt. 25 ne dicturus sit: Venite benedicti patris mei perci
D pite regnum, quod uobis paratū est ab initio mun di: manifestauerit etiā quid sit ipsum regnū quod dicebat, ita cōcludens: Sic ibunt illi in ambustio nem æternam, iusti autem in uitam æternam. Hęc ergo & alia quę hunc sequuntur errorem, nimium peruersa & Christianæ repugnantia ueritati, cre do quòd uir ille tam egregie Christianus omnino
Pelagius non sentiat. Sed fieri potest, ut etiam istorum ar gumentis, qui contra peccati traducem sentiunt, adhuc fortasse ita moueatur, ut audire uel nosse qd contra eos dicatur, expectet: & ideo quid illi di
Iesus etiam in sanctum Ie sus est Cap. IIII cant qui contra peccati traducem sentiunt, nec ta cere uoluit, ut quæstio discutienda insinuaretur, & à persona sua remouit, ne hoc etiam ipse senti re iudicaretur. Ego autem & si refellere isto-

A rum argumenta nō ualeam, uideo tamen inhærere dū esse ijs quæ in scripturis sunt apertissima, ut ex his reuelentur obscura: aut si mens nondum est idonea, quæ possit ea uel demonstrata cernere, uel abstrusa inuestigare, sine ulla hæsitatione credan tur. Quid autem apertius tot tantisq; testimonijs diuinorū eloquiorū, qbus dilucidissime apparet, nec pręter Christi societatem ad uitam salutemq; æternam posse quemquam hominum peruenire, nec diuino iudicio posse aliquem iniuste damnari, hoc est, ab illa uita ac salute separari. Vnde fit con sequens, ut quoniam nihil agitur aliud cum paruu li baptizantur, nisi ut incorporentur Ecclesiæ, id est, Christi corpori membrisq; socientur: manife stum sit eos ad damnationē nisi hoc eis collatū fue rit pertinere: non autem damnari possent si pecca tum utiq; nō haberent. Hoc quia illa ętas nullū in uita propria contrahere potuit, restat intelligere, uel si hoc nondum possumus, saltē credere, trahere paruulos originale peccatum. Ac per hoc si ambi gui aliquid habēt uerba Apostolica, quibus dicit: Per unum hominem peccatum intrauit in mundū Rom. 5 & per peccatū mors, & ita in omnes homines per transijt, possuntq; in aliam duci transferriq; senten tiam: nunquid & illud ambiguum est: Nisi quis re Ioan. 3 natus fuerit ex aqua & spiritu non potest introire in regnum dei? Nunquid & illud: Vocabis nomen Luce 1 eius Iesum, ipse enim saluum faciet populum suū à peccatis eorum? Nunquid etiam illud: Quia non Matt. 9 est opus sanis medicus, sed ægrotantibus: hoc est,
C quia non est necessarius Iesus eis qui non habent peccatum, sed eis qui saluādi sunt à peccato? Nun quid etiam illud: Quia nisi manducauerint homi- Ioan. 6 nes carnē eius, hoc est, participes facti fuerint cor poris eius, nō habebunt uitā? His atq; huiusmodi alijs quę nūc prætereo, testimonijs diuina luce cla rissimis, diuina authoritate certissimis, nónne ueri tas sine ulla ambiguitate, pclamat, nō solum in re gnum dei nō baptizatos paruulos intrare nō pos se, sed nec uitā ętternam posse habere pręter Chri sti corpus, cui ut incorporentur sacramento bapti smatis imbuunt? Nōne ueritas sine ulla dubitatio ne testatur, eos nō ob aliud ad Iesum: hoc est, ad sal uatorem & ad medicū Christum pijs gestantiū ma nibus ferri, nisi ut per medicinam sacramentorū
D eius possint à peccati peste sanari? Quid ergo Baptismus paruulorū cunctamur Apostoli uerba, de quibus forte dubi Cap. V tamus, etiā ipsa sic intelligere, ut his congruant te stimonijs, de qbus dubitare non possumus? Quan quam toto ipso loco, ubi per unius peccatum mul torum condemnationem, & per unius iustitiam multorum iustificationem Apostolus loquitur, ni hil mihi uideat ambigui, nisi q̄ ait, Adam formā futuri. Hoc enim reuera non solum huic sententiæ conuenit, qua intelligitur futuros eius posteros, & eadem forma cum peccato esse generatos, sed etiā in alios & alios intellectus possunt hęc uerba didu ci. Nam & nos aliud inde aliquando diximus, & aliud fortasse dicemus, quod tamen huic intelle ctui non sit aduersum: et ipse Pelagius nō uno mo do id exposuit. Cætera uero quæ ibi dicuntur si

Universidad de Deusto
Biblioteca

diligenter aduertantur, atq; tractentur, sicut in primo duorum illorum libro utcunq; conatus sum, etiam si subobscurũ pariunt rerum ipsarũ necessitate sermonẽ, non tamen poterũt alium sensum habere, nisi per quem factũ est, ut antiquitus uniuersa Ecclesia retineret, fideles paruulos originalis peccati remissionem per Christi baptismum consecutos. Vnde non immerito beatus Cyprianus satis ostẽdit, quàm hoc ab initio creditum & intellectum seruet Ecclesia: qui cum paruulos à materno utero recentissimos iam idoneos ad percipiẽdum Christi baptismum assereret, quoniam consultus fuerat, utrum hoc ante octauũ diem fieri deberet: quantũ potuit conatus est eos demonstrare perfectos, ne quis quasi pro numero dierũ, quia octauo antea circũcidebantur infantes, eos adhuc perficiendos existimaret. Sed cum magnum eis defensionis patrocinium pręstitisset, ab originali tamen peccato eos nõ immunes esse cõfessus est: quia si hoc negaret, ipsius baptismi causam propter quẽ percipiendũ eos defendebat, auferret. Potes ipsam epistolã memorati martyris de baptizandis paruulis legere, si uolueris: neq; eñ potest deesse Carthagini. Verum in hanc etiam nostram, quantum præsentium quæstioni satis uisum est, pauca inde trãsferenda arbitratus sum, quæ prudenter attende.

Cyprianus in epistola De baptizandis pueris

Quantum uero, inquit, ad causam infantium pertinet, quos dixisti intra secundũ uel tertiũ diem quo nati sunt cõstitutos, baptizari nõ oportere, & considerandam esse legem circũcisionis antiquæ, ut intra octauum diem eum qui natus est baptizãdum & sanctificandum non putares, longe aliud in concilio nostro uisum est. In hoc enim quod tu putabas esse faciendum, nemo consensit: sed uniuersi potius iudicauimus, nulli hominum nato misericordiam dei & gratiam denegandam. Nam cum dominus in Euangelio dicat: Filius hominis non uenit animas hominum perdere, sed saluare: quantum in nobis est, si fieri potuerit, nulla anima perdenda est. Aduertis ne quid dicat, quemadmodum sentiat, non tantum carni sed animæ quoque infantis exitiabile esse atque mortiferum sine illo salutari sacramento exire de hac uita? Vnde si iam nihil aliud diceret, intelligere nostrum fuit, sine peccato animam perire nõ posse. Sed uide paulopost defendens innocentiam paruulorum, quid tandem de illis apertissime fateatur. Cęterum si homines, inquit, impedire aliquid ad cõsecutionem gratiæ posset, magis adultos & perfectos & maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porrò autem si etiam grauissimis delictoribus & in deum multum ante peccantibus, cum postea crediderint remissa peccatorum datur, & à baptismo atque gratia nemo prohibetur: quanto magis prohiberi non debet infans qui recens natus nihil peccauit, nisi quòd secundum Adam carnaliter natus contagium mortis antiquæ prima natiuitate cõtraxit: qui ad remissam peccatorũ accipiendã in hoc ipso facilius accedit, q; illi remittuntur non propria sed aliena peccata. Vides quãta fiducia ex antiqua et indubitata fidei regula uir tãtus ista loquatur? Quia hæc documenta certissima ideo protulit, ut illud quod erat incertum, unde consuluerat ille cui rescribit, & unde concilij decretum constitutum esse cõmemorat, ut scilicet etiam ante octauum diem ex quo die natus esset infans, eum si afferretur, baptizare nemo dubitaret, per hęc firmamenta probaretur. Neq; enim hoc tunc quasi nouum aut quasi aliqua cuiusq; contradictione pulsatum, cõcilio statuebatur seu firmabatur, quòd obstricti originali peccato tenerentur infantes: sed cũ illic illa cõsultatio uersaretur, & disceptaretẽ propter legem circumcisionis, utrum eos & ante octauum diem baptizari oporteret: ideo ei qui hoc negabat, nemo consensit, quia iam non cõsulendum nec disputandum, sed firmũ certumq; habebatur, animam saluti æternæ perituram, si hanc uitam sine illius sacramenti consecutione finiret: quamuis ab utero recentissimi paruuli solo reatu essent peccati originalis obstricti. Quare illis etsi multo facilior q; alienorum, sed tamẽ esset necessaria remissio peccatorum. His certis, illa incerta de octauo die quæstio dissoluta est, atque in concilio iudicatum, homini nato ne in æternum pereat, omni die licere succurrere: cum etiam de ipsa carnali circũcisione ratio redderetur, q; umbra esset futuri: non q; intelligeremus etiam baptismũ octauo ex quo natus est homo die dari oportere, sed nos in Christi resurrectione spiritaliter circũcidi, qui tertio quidem post diem passiõis, in diebus tamen hebdomadarum, quibus tempora prouoluũtur, octauo, hoc est, post sabbatum primo die à morsuis resurrexit.

Et nunc nescio cuius nouę disputationis audacia quidam nobis facere conant incertum, quod maiores nostri ad dissoluenda quædã, quæ nõnullis uidebantur incerta, tanquam certissimum proferebant. Quãdo enim primitus hoc disputari cœperit, nescio. Illud tamen scio, q; sanctus Hieronymus, qui hodieq; in literis Ecclesiasticis tam excellẽtis doctrinæ fama ac labore uersatur, ad quasdam soluendas in suis libris quæstiões, etiam hoc certissimum adhibet sine ulla disceptatione documentum. Nam in eo quod in Ionam Prophetam scripsit, cum ad eum uenisset locum, ubi cõmemorantur etiam paruuli ieiunio castigati. Maior, inqt, ætas incipit, & usq; ad minorem peruenit. Nullus enim absq; peccato, nec si unius quidem diei fuerit uita eius & innumerabiles anni uitæ illius. Si enim stellæ mundę non sunt in cõspectu dei, quanto magis uermis et putredo, & ij qui peccato offendentis Adam tenentur obnoxij? Hunc doctissimũ uirum si facile interrogare possemus, q; multos utriusq; linguæ diuinarũ scripturarũ tractatores & Christianarũ disputationum scriptores cõmemoraret, qui non aliud ex quo Christi Ecclesia est constituta, senserũt, non aliud à maioribus acceperũt, non aliud posteris tradiderunt. Ego quidem quamuis longe pauciora legerim, non memini me aliud audiuisse à Christianis qui utrunq; accipiunt testamentum, non solum in catholica Ecclesia, uerum etiam in qualibet hæresi uel schismate constitutis, nõ memini me aliud legisse apud eos quos de his rebus

De paruulis ueteres nihil dubitarunt Cap. VI

Hiero. supra Ionam

Iob 25

Universidad de Deusto
Biblioteca

rebus aliquid scribentes legere potui, qui scripturas canonicas sequerentur, uel sequi se crederent credi ue uoluissent. Vnde nobis hoc negociũ repẽ ac emerserit nescio. Nam ante paruũ tempus à quibusdam transitorie colloquẽtibus cursim mihi aures perstrictę sunt, cum illic apud Carthaginẽ essemus, non ideo paruulos baptizari, ut remissionem accipiant peccatorũ, sed ut sanctificentur in Christo. Qua nouitate ꝓmotus, & quia opportunũ nõ fuit, ut cõtrà aliquid dicerẽ, & non tales homines erant de quorũ esset authoritate solicitus, facile hoc in transactis atq; abolitis habui. Et ecce contra Ecclesiam iã studio flammante defenditur, ecce scribendo etiã memoriæ cõmendatur, ecce res in hoc discriminis adducitur, ut hinc etiam à fratribus consulamur, ecce contrà disputare atq; scribere cogimur. Ante paucos annos Romę quidam extitit Iouinianus nomine, qui sanctimonialibus etiam ętate prouectioribus nuptias persuasisse dicitur, non illiciendo quo earum aliquam ducere uellet uxorem, sed disputando uirgines sanctimoniæ dicatas, nihil amplius fidelibus cõiugatis apud deum habere meritorum: Nunquam tamen ei hoc commentum uenit in mentem, ut asserere conaretur sine originali peccato nasci hominum filios. Et utiq; si hoc astrueret, multo procliuius uellent fœminę nubere, fœtus mundissimos pariturę. Huius sane scripta, nam & scribere ausus est, cum fratres ad Hieronymũ refellenda misissent, non solum in eis nihil tale cõperit, uerumetiam ad quędam eius uana refutanda hoc tanquam certissimum de hominis originali peccato, unde utiq; nec ipsum dubitare credebat, inter multa sua documẽta deprõpsit. Id agentis hæc uerba sunt: Qui dicit se, inquit, in Christo manere, debet sicut ille ambulauit & ipse ambulare. Eligat aduersarius è duobus quod uult, optionẽ ei damus, manet in Christo, an non manet? Si manet, ita ergo ambulet ut Christus: Si autem temerarium est similitudinem uirtutum domini polliceri, non manet in Christo, quia non ingreditur ut Christus. Ille peccatum non fecit, neq; inuentus est dolus in ore eius, qui cum malediceretur non remaledixit, & tanquam agnus coram tondente, sic nõ aperuit os suũ, ad quẽ uenit princeps mundi istius & inuenit in eo nihil, qui cum peccatum non fecisset, pro nobis peccatum eum fecit deus. Nos autẽ iuxta Epistolam Iacobi, multa peccamus omnes, & nemo mundus à peccatis, nec si unius qudem diei fuerit uita eius: Quis em gloriabitur castum se habere cor, aut quis confidet mundum se esse à peccatis? Tenemurq; rei in similitudine præuaricationis Adam. Vnde & Dauid: Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, et in delictis concepit me mater mea. Hęc nõ ideo commemoraui, quòd disputatorum quorumlibet sentẽtijs tanquam canonica authoritate nitamur, sed ut appareat ab initio usque ad præsens tempus quo ista nouitas orta est, hoc de originali peccato apud Ecclesię fidem tanta constantia custoditum, ut ab eis qui dominica tractarent eloquia, magis certissimum proferretur ad alia falsa refutanda, ꝙ id tanquam falsum refutari ab aliquo tentaretur. Cæterum in sanctis canonicis libris uiget huius sententiæ clarissima & plenissima authoritas, clamat Apostolus: Per unum hominem peccatũ intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransit, in quo omnes peccauerunt. Vnde nec illud liquide dici potest, ꝙ peccatum Adæ etiam non peccãtibus nocuit, cũ scriptura dicat, in quo omnes peccauerũt. Nec sic dicuntur ista aliena peccata, tanq; omnino ad paruulos non pertineant: siquidem in Adam omnes tũc peccauerunt, quando in eius natura illa insita, in qua eos gignere poterat, adhuc omnes ille unus fuerunt: sed dicuntur aliena, quia nondum ipsi agebant uitas proprias, sed quicquid erat in futura propagine, uita unius hominis continebat.

Cap. VII Iouiniani error

1. Ioan. 2

Esa. 53

Ioan. 14

Iacobi 3

Psal. 50

Rom. 5

Nulla, inquiunt, ratione conceditur, ut deus ꝙ propria peccata remittit, imputet aliena. Remittit, sed spiritu regeneratis, non carne generatis. Imputat uero non iam aliena, sed propria: Aliena quippe erant, quãdoni qui ea propagata portarẽt nondum erant: nunc uero carnali generatione iam eorum sunt, quibus nondum spiritali regeneratiõe dimissa sunt. Sed si baptismus, inquiunt, mundat antiquũ illud delictũ, qui de duobus baptizatis nati fuerint, debent hoc carere peccato: Nõ enim potuerunt ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt. Ecce unde plerunq; conualescit error, cum homines idonei sunt his rebus interrogãdis, quibus intelligendis non sunt idonei. Cui em auditori, uel quibus explicem uerbis, quomodo mortalia uitiosa primordia non obsint eis, qui alijs primordijs immortalibus inchoati sunt: & tamen obsint eis, quos ijdem ipsi, quibus iam nõ obsunt, ex eisdem uitiosis primordijs genauerint: quomodo id intelligat homo cuius tardiusculam mentem impedit & suæ sententiæ præiudicium, & per uicacię grauissimæ uinculũ? Veruntamen si aduersus eos mihi esset causa ista suscepta, qui omnino paruulos baptizari prohiberent, aut superfluo baptizari contenderent, dicentes eos ex fidelibus natos, parentum meritum necessario consequi: tunc deberem ad hanc opinionem cõuincendam laboriosius fortassis & operosius excitari. Tũc si mihi apud obtusos & cõtentiosos propter rerum naturæ obscuritatem difficultas refellendi falsa, & persuadendi uera resisteret, ad hęc forte quę in usu atque in prõptu essent exempla confugerem: uicissimq; interrogarem, ut quia eos moueret, quomodo peccatũ quod mundat per baptismum, maneat in eis quos genuerint baptizati: ipsi explicarent, quomodo pręputiũ quod per circũcisionem aufertur, maneat in eis quos genuerint circumcisi, quomodo etiã palea quę opere humano tanta diligentia separat, maneat in fructu qui de purgato tritico nascitur. His & talibus forsitan utcũq; conaner exemplis persuadere hominibus, qui mundationis sacramenta supfluo filijs mundatorum crederent adhiberi, ꝙ recto consilio baptizatorum paruuli baptizentur: quanquã fieri possit ut homini habenti utrunque semen, & mortis in carne, &

Interrogant multi quæ ipsi non possunt explicare Cap. VIII

Vt ex circumciso nascitur incircumcisus ita ex baptizato baptizãdus Cap. IX

immortalitatis in spiritu, non obsit regenerato per spiritum, quod obest eius filio generato per carnē: sitq; in isto remissione mundatum, quod sit etiam in illo simili remissione, uelut circumcisione, uelut trituratione ac uentilatione mundandum. Nunc uero, quando quidē cum eis agimus, qui confitentur baptizatorum filios baptizandos, quanto melius sic agimus, ut dicamus: uos qui asseritis de hominibus à peccati labe mundatis sine peccato nasci filios debuisse, cur non attenditis eo modo uobis posse dici, de Christianis parentibus Christianos nasci filios debuisse? Cur ergo eos Christianos fieri debere cēsetis? Nunquid in eorū parentibus
1. Cor. 6 corpus Christianū non erat, quibus dictū est: Nescitis quia corpora uestra mēbra sunt Christi? An forte corpus quidem Christianum de Christianis parentibus natum est, sed non Christianā animam accepit? Hoc uero multo est mirabilius: nanq; utrumlibet de anima sentiatis, quia profecto cū Apostolo nō eam creditis anteq; nasceretur aliquid egisse boni aut mali: aut de traduce attracta est, & similiter ut corpus de Christianis Christianū, sic anima etiā Christiana esse debuit: aut à Christo creata, uel in Christiano corpore, uel ꝓpter Christianū corpus Christiana debuit seu creari, seu mitti: Nisi forte dicetis Christianos homines Christianū corpus gignere potuisse, & ipsum Christum animam Christianā non potuisse procreare. Cedite itaq; ueritati, & uidete sicut fieri potuit quod & uos fatemini, ut de Christianis nō Christianus, de mēbris Christi non membrū Christi, atq; ut occurramus etiam omnibus, qui licet falso, tamen quocunq; religionis nomine detinentur, de consecratis non consecratus, ita etiam fieri ut de mundatis nō mundatus nascatur. Quid respōdebitis, quare de Christianis non Christianus nascatur, nisi quia nō facit generatio, sed regeneratio Christianos? Hāc igitur uobis reddite rationem, quia similiter à peccatis nemo nascendo, sed omnes renascendo mundantur. Ac per hoc de hominibus ideo mundatis, quoniā renatis, homo qui nascitur renascitur, ut etiā ipse mundetur. Potuerunt enim parentes ad posteros transmittere, quod ipsi minime habuerunt: non solum sicut frumenta paleam, & præputium circumcisus: sed etiam quod & uos dicitis, fideles infidelitatem in posteros trāsciūt, quod non est iam illorum per spiritum regeneratorū, sed quo in carne generati sunt, mortalis seminis uitium. Nam utiq; quos paruulos per sacramentum fidelium fideles faciendos esse iudicatis, infideles natos ex parentibus fidelibus non negatis. At enim si anima non est ex traduce, sed sola caro, ipsa tantū habet traducem peccati, & ipsa sola pœnā meretur: hoc enim sentiunt iniustum esse dicentes, ut hodie nata anima non ex massa Adæ tam antiquum peccatum portet alienum: attende obsecro te quemadmodum circumspectus uir Pelagius, nam ex eius libro hæc quę modo posui uerba transcripsi, sensit quàm in difficili de anima quęstione uersetur. Nō em̄ ait, quia anima non est ex traduce: sed, si anima non est ex traduce: rectissime faciēs de retā obscura, de qua nulla in scripturis sanctis certa & aperta testimonia possum⁹ inuenire, aut difficillime possumus, cunctanter log potius q̄ fidenter. Quapropter ego quoq; huic propositioni nō præcipiti assertione respōdeo. Si anima non est ex traduce, ergo quæ ista iustitia est, ut recens creata & ab omni delicto prorsus immunis, ab omni peccati cōtagione penitus libera, passiones carnis diuersosq; cruciatus, & quod est horribilius, etiā dæmonū incursus in paruulis sustinere cogatur? Neq; enim aliquid horū caro sic patitur, ut nō ibi anima potius quę uiuit ac sentit pœnas luat. Hoc enim si iustum ostenditur, sic etiam ostendi potest qua iustitia in carne quoq; peccati subeat originale peccatū, baptismatis sacramento & gratiæ miserationē mundā dum. Si aūt illud ostendi nō potest, neq; hoc posse arbitror. Aut ergo utrunq; occultum feramus, & nos homines esse meminerimus, aut alias aliud de anima opus si necesse uidebitur cautela sobria disputando moliamur. Nunc tamen illud quod ait Apostolus: Per unum hominem peccatum intrauit in mūdum, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerūt; sic accipiamus, ne tot tantisq; apertissimis diuinarum scripturarū testimonijs, qbus docemur prēter Christi societatē quæ in illo & cum illo fit, cum sacramentis eius imbuimur, & eius membris incorporamur, uitā salutemq; æternā adipisci neminem posse, nimis insipienter atq; infeliciter repugnare iudicemur. Neq; em̄ alio sensu dictū est ad Romanos: Per unū hominē peccatū in mundū intrauit, et p peccatū mors, atq; ita in omēs homines ptransijt: quàm alio loco quo dictum est ad Corinthios: Per hominē mors, & per hominē resurrectio mortuorum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabunt̄. Nemo quippe ambigit hoc ibi de corporis morte dictū, quoniam de resurrectiōe corporis magna Apostoli intentione quęstio uersabatur, & ideo uidetur ibi de peccato tacuisse, quia non erat quæstio de iustitia. Hic aūt ad Romanos utrunq; posuit, & utrūq; diutissime cōmendauit, peccatum in Adam, iustitiam in Christo, & mortē in Adam, uitā in Christo: quę omnia uerba sermonis Apostolici quantū potui satisq; uisum est, in primo, ut iam dixi, duorum illorum libro perscrutatus aperui. Quanq; ibi etiā ad Corinthios locum ipsum de resurrectione domini tractatum sic in fine cōcluserit, ut nos dubitare nō sineret, mortē quoq; corporis merito accidisse peccati. cum enim dixisset: Oportet corruptibile hoc induere incorruptionē, & mortale hoc induere immortalitatem. Cum aūt corruptibile hoc indutum fuerit incorruptionē, & mortale hoc induerit immortalitatem, tunc fiet, inquit, sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoriā. Vbi est mors cōtentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Deinde subiecit: Aculeus aūt mortis est peccatū, uirtus uero peccati lex. Quia ergo sicut Apostoli apertissima uerba declarāt, eo absorbebit̄ mors in uictoriam, quo corruptibile & mortale hoc induet incorruptionē & immortalitatem, id est, quo uiuificabit deus

Anima num ex traduce Cap. X

Pelagium laudat

Aculeus mortis quid Cap. XI

Rom. 5

1. Cor. 15

Osee. 13

Rom. 8

Universidad de Deusto
Biblioteca

deus & mortalia corpora nostra, propter habitantem spiritū eius in nobis: manifestū est & huius mortis corporis, quę resurrectiōi carnis cōtraria est, aculeum fuisse peccatū: aculeū aūt quo mors facta est, non quę mors fecit: peccato enim morimur, nō morte peccamus. Sic itaq; dictū est, aculeus mortis, quomodo lignū uitæ, non qđ hominis uita faceret, sed quo uita hominis fieret: & quomodo lignum scientię, ꝓ quod scientia fieret hominis, non quod per suam scientiā fecerit homo: Sic ergo & aculeus mortis, quo mors facta est, nō quem mors fecerit: Sic em̄ dicimus & poculū mortis, quo aliquis mortuus sit uel mori possit, nō quod moriens
1. Cor. 15 mortuus ue cōfecerit. Aculeus itaq; mortis peccatū est, peccati punctu mortificatū est genus humanum. Quid adhuc quęrimus cuius mortis, utrū animę an corporis? Vtrū primę qua nūc omnes morimur, an secūdæ qua tunc impij morientur? Nulla causa est exagitandi quæstionē, nullus tergiuersandi locus, Apostoli uerba qbus id agebat, interroga tare spondēt: Cum mortale hoc, inq;t, induerit immortalitatē, tunc fiet sermo qui scriptus est: Absorpta est mors in uictoriam. Vbi est mors contentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Aculeus aūt mortis peccatū, uirtus uero peccati lex. De resurrectiōe corporis agebat, qua absorbebit mors in uictoriā cū mortale hoc induerit immortalitatē. Tunc ipsi morti insultabit, quę in uictoriā resurrectionis corporis absorbebitur. Tunc ei dicetur, ubi est mors cōtentio tua? ubi est mors aculeus tuus? Morti ergo corporis hoc dicet. Hanc em̄ absorbebit uictoriosa immortalitas, cum mortale hoc immortalitate induet: Morti, inq;, corporis tunc dicet, ubi est mors contentio tua, qua hic omnes sic uiceras, ut etiam dei filius tecum confligeret, teq; non uitando sed suscipiendo superaret? Vicisti in morientibus, uicta es in resurgentibus. Victoria tua qua absorbueras corpora morientium, temporalis fuit: uictoria nostra qua in corporibus absorpta es resurgentium, æterna constabit. Vbi est aculeus tuus? hoc est peccatū, quo puncti & uenenati sumus, ut etiam in nostris corporibus fieres, & ea tam longo tempore possideres? Aculeus aūt mortis est peccatum, uirtus uero peccati lex. Peccauimus in uno omnes, ut moreremur in uno oīes, accepimus legem nō ut emendatione finiremus peccatū, sed ut
Rom. 5 transgressione augeremus. Lex enim subintrauit
Gal. 3 ut abundaret peccatū, & conclusit scriptura oīa sub peccato. Sed deo gratias qui dedit nobis uictoriam per dominum nostrum Iesum Christum,
2. Cor. 15 ut ubi abundauit peccatū, superabundaret & gratia, atq; ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus, & uinceremus mortem per immortalem resurrectionem, & aculeum eius peccatū per
Ad salutem sacramenta sola sanctificant gratuitam iustificationem. Nemo itaq; de hac re fallatur & fallat. Omnes adimit atq; aufert iste
Cap. XII sanctæ scripturę sensus manifestus ambages. Quē admodum ab origine trahit mors in corpore mortis huius, sic ab origine tractum est & peccatum in hac carne peccati, propter quod sanādum, & propagine attractum & uoluntate auctum, atque ad ipsam carnem resuscitandam, medicus uenit in similitudine carnis peccati, qui non est opus sanis sed ægrotantibus, nec uenit uocare iustos, sed peccatores. Proinde quod ait Apostolus cum fideles moneret ut se ab infidelibus cōiugibus non diiungerent: Sanctificatus est enim uir infidelis in uxore, & sanctificata est mulier infidelis in fratre, alioquin filij uestri immundi essent, nūc autem sancti sunt: aut sic est accipiendum, quēadmodum & nos alibi, & Pelagius cum eandem ad Corinthios Epistolam tractaret exposuit, quòd exēpla iam præcesserant & uirorum quos uxores, & fœminarum quas mariti luterifecerant Christo. & paruulorum ad quos faciendos Christianos uoluntas Christiana etiam unius parentis euicerat: aut si, quod magis uerba Apostoli uidentur sonare & quodāmodo cogere, aliqua illic intelligēda est sanctificatio, qua sanctificabant̄ uir uel mulier infidelis in coniuge fideli, & qua sancti nascebantur filij fidelium, siue quia in menstruo cruore mulieris, à cōcubitu continebat, quicunq; uir uel fœmina id in lege dicerat: nam hoc Ezechiel inter illa præcepta posuit quæ non figurate accipienda sunt, siue propter aliam quamlibet, quę ibi aperte proposita non est, ex ipsa necessitudine coniugiorum atq; filiorū sanctitatis asperginem: illud tamē sine dubitatione tenendum est, quæcunq; illa sanctificatio sit, non ualere ad Christianos faciendos, atq; ad dimittenda peccata, nisi Christiana & Ecclesiastica institutōe & sacramentis efficiantur fideles. Nam nec coniuges infideles quamlibet sanctis & iustis coniugib. hæreant, ab iniquitate mundanā, quæ à regno dei separatos in damnationē uenire cōpellit: nec paruuli de quibuslibet sanctis iustisq; procreati, originalis peccati reatu absoluuntur, nisi in Christo fuerint baptizati, pro quibus tanto impensius loqui debemus, quanto pro se ipsi minus possunt. Id enim agit illa disputatio, contra cuius nouitatem antiqua ueritate nitendum est, ut infantes omnino superfluò baptizari uideantur. Sed aperte hoc non dicit, ne tam firmata salubriter Ecclesiæ consuetudo uiolatores suos ferre non possit. Sed si pupillis opem ferre præcipimur, quanto magis prosistis laborare debemus, qui destitutiores & miseriores pupillis etiam sub parentibus remanebunt, si eis Christi gratia denegabitur, quam per se ipsi flagitare non possunt. Illud autem quod dicunt, sine ullo peccato aliquos homines iam ratiōe propriæ uoluntatis utentes, in hoc seculo uixisse uel uiuere, optandum est ut fiat, conandum est ut fiat, supplicandum est ut fiat, non tamen quasi factum fuerit confidendum est: hoc enim optantibus & conantibus & digna supplicatione deprecantibus quicquid remanserit peccatorum, per hoc quotidie soluitur, quod ueraciter in illa oratiōe dicim̄: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Quā orationē quisquis cuilibet etiā homini sancto et dei uoluntatē scienti atq; facienti, præter unum sanctum sanctorū dicit in hac uita necessariam non fuisse, multum errat: nec potest omnino illi ipsi placere quem laudat. si

Epilogus Cap. XIII

Matt. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

autem seipsum talem putat, ipse se decipit, & ueri A
1. Ioan. 1 tas in eo non est, non ob aliud, nisi quia falsum putat. Nouit ergo ille medicus qui non est opus sanis, sed ægrotantibus, quemadmodum nos curando perficiat in æternam salutem: qui & ipsam mortem, quamuis peccati merito inflicta sit, nō aufert in hoc seculo eis, quibus peccata dimittit, ut etiā cum eius timore superādo suscipiant pro fidei syn ceritate certamen: et in quibusdam etiam iustos suos, quoniam adhuc extolli possunt, nō adiuuat ad
Psal. 142 perficiendam iustitiam, ut dum non iustificatur in cōspectu eius omnis uiuens, actionem gratiarum semper indulgentiæ ipsius debeamus, & sic ab illa prima causa omnium uitiorum, hoc est, à tumore superbiæ sancta humilitate sanemur. Hanc Epistolam dum disputatio magna breuem parturit, liber B
prolixus est natus, utinā tam perfectus quàm tandem aliquando finitus.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE NATVra & gratia ad Timasium & Iacobum contra Pelagianos.

Iustitia dei quæ Cap. I

LIBRVM quem misistis charissimi filij Timasi & Iacobe, intermissis paulum quę in manibus erāt, C
cursim quidem, sed non mediocri intentione perlegi, & uidi hominem zelo ardentissimo accēsum aduersus eos, qui cū in suis peccatis humanā uoluntatem debeāt accusare, naturam potius accusantes hominum, per illam se excusare conantur: nimis exarsit aduersus hāc pestilentiam, quam etiam literarū secularium autho-
Salustius in Prologo Iugurtini belli res grauiter arguerunt exclamantes: Falsò quæritur de natura sua genus humanū. Hanc etiā prorsus iste sententiā quātis potuit ingenij uiribus aggerauit. Veruntamen timeo ne illis potius suffragetur qui zelum dei habent, sed non secūdum sci-
Rom. 10 entiam: Ignorantes enim dei iustitiam & suam uo D
lentes cōstituere, iustitiæ dei nō sunt subiecti. Quę sit autem iustitia dei de qua hic loquitur, cōsequen-
Gal. 3 ter aperit adiungens, Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti. Hanc itaq; iustitiam dei, non in præcepto legis, quo timor incutitur, sed in adiutorio gratiæ Christi, ad quam solam utiliter legis uelut pædagogi timor ducit, constitutam esse, qui intelligit, ipse intelligit quare sit Christianus.
Gal. 2 Nam si per legē iustitia, ergo gratis Christus mortuus est: si autem non gratis mortuus est, in illo so-
Rom. 4 lo iustificatur impius, cui credenti in eum qui iusti-
Rom. 3 ficat impium, deputatur fides ad iustitiam. Omnes enim peccauerunt & egent gloria dei, iustificati gratis per sanguinem ipsius. Quicunq; autem non putantur pertinere ad hos omnes, qui peccauerūt & egent gloria dei, profecto nullam necessitatem habent ut Christiani fiant, quia non est opus sanis Matt. 9
medicus, sed ægrotantibus: unde non uenit ille uocare iustos sed peccatores. Ac per hoc natura humani generis ex illius unius præuaricatoris carne Nec per legē nec per naturam iustitia
procreata, si potest sibi sufficere ad implendam legem, perficiendamq; iustitiam, de præmio debet Cap. II
esse secura, hoc est, de uita æterna, etiam si in aliqua gente aut aliquo superiore tempore fides eam latuit sanguinis Christi. Non enim iniustus deus qui iustos fraudet mercede iustitiæ, si eis non est annunciatum sacramentum diuinitatis & humani
1. Tim. 3 tatis Christi, quod manifestatū est in carne: Quomodo ēm crederent quod non audierunt: aut quo
Rom. 10 modo audirent sine prędicante? Fides enim ex auditu, sicut scriptum est: auditus autem per uerbum Christi. Sed dico, inquit, Nunquid non audierūt?
Psal. 18 In omnem terram exiuit sonus eorum, & in fines orbis terræ uerba eorum. Sed antequam hoc inciperet fieri, antecēp; deniq; usq; ad fines totius orbis terræ prædicatio ipsa perueniat, quoniam non desunt adhuc ultimæ gentes, licet ut perhibetur pau-
Dissentit Augustinus cissimæ, quibus hoc nondum fuerit predicatum, quid faciet humana natura, uel quid fecit, quæ uel ante non audierat hoc futurū, uel adhuc non comperit factū, nisi credēdo in deum, qui fecit cœlum & terrā, à quo & se factā naturaliter sentit, & recte uiuendo eius impleat uoluntatem nulla fide passionis Christi, & resurrectiōis imbuta? Quod si fieri potuit, aut potest, hoc & ego dico quod de le-
Gal. 2 ge dixit Apostolus: Ergo Christus gratis mortuus est. Si ēm hoc ille dixit de lege, quā accepit gēs una Iudęorū, quanto iustius dicit de lege naturæ, quam accepit uniuersum genus humanū: Si per naturam iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Si aūt non gratis Christus mortuus est, ergo omnis humana natura iustificari & redimi ab ira dei iustissima, hoc est uindicta, nullo modo potest, nisi per fidem & sacramentum sanguinis Christi.

Natura quippe hominis primitus inculpata, & Natura condita et corrupta
sine ullo uitio creata est: Natura uero ista hominis qua unusquisq; ex Adam nascitur, iam medico indiget, quia sana non est. Omnia quidem bona quę Cap. III
habet in formatione, uita, sensibus, mente, à summo deo habet creatore & artifice suo. Vitium uero, quod ista naturalia bona contenebrat & infirmat, ut illuminatione & curatione opus habeat, non ab inculpabili artifice contractū est, sed ex originali peccato, quod cōmissū est libero arbitrio. Ac per hoc natura pœnalis ad uindictam iustissimam pertinet. Si enim iam sumus in Christo no-
2. Cor. 5 ua creatura, tamē eramus natura filij iræ sicut & cęteri: Deus aūt qui dives est in misericordia, ꝓpter
Ephe. 2 multā dilectionem qua dilexit nos, & cū essemus mortui delictis, cōuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Hæc igitur Christi gra-
Nemo iustus ex se Ca. III tia, sine qua nec infantes, nec ætate grādes salui fieri possunt, nō meritis redditur, sed gratis dat, propter qd' gratia nominat. Iustificati, inqt, gratis per
Rom. 3. & 11 sanguinē ipsius. Vnde hi qui nō per illā liberant, siue ga audire nondū potuerūt, siue quia obedire noluerunt

noluerunt, siue etiam eũ per ætatem audire non
possent, lauacrum regenerationis quod accipere
possent, per quod salui fierent non acceperunt, ut
sic utiq; dãnantur: quia sine peccato non sunt, uel
quod originaliter traxerunt, uel quod malis mo-
ribus addiderunt, Oẽs enim peccauerunt, siue in
Adam, siue in semetipsis, & egent gloria dei.

Iustitiæ erat dãnari omnes Cap. V

Vniuersa igitur massa pœnas debet: & si omni-
bus debitum damnatiõis supplicium redderetur,
non iniuste proculdubio redderetur. Qui ergo in
de per gratiam liberãtur, non uasa meritorũ suo-
rum, sed uasa misericordiæ nominãtur. Cuius mi
sericordiæ, nisi illius qui Christum Iesum misit in
in hũc mundũ peccatores saluos facere, quos præ
sciuit & prędestinauit & uocauit & iustificauit et
glorificauit? Quis igitur usqueadeo demẽtissime
insaniat, ut non agat ineffabiles gratias misericor
diæ, quos uoluit liberantis, qui recte nullo modo
Cap. VI posset culpare iustitiã, uniuersos omnino damnã-
tis? Hoc si secundum scripturã sapiamus, nõ co
gimur contra Christianã gratiã disputare, & ea di
cere quibus demonstrare conemur naturam hu-
manam, neq; in paruulis medico indigere quia sa
na est, & in maioribus sibijpsam ad iustitiam si ue
lit posse sufficere. Acute quippe uidentur hæc di
1. Cor. 1 ci, sed in sapientia uerbi, qua euacuatur crux Chri
Iac. 3 sti. Nõ est ista desursum sapiẽtia descendens. No
lo quod sequitur dicere, ne amicis nostris quorũ
fortissima & celerrima ingenia nõ in peruersum,
sed in directum currere uolumus, facere existime-
Argumenta Pelagij Cap. VII mur iniuriam. Quanto igitur zelo accensus est
libri huius quẽ misistis, cõditor, aduersus eos qui
peccatis suis patrocinium de naturæ humanæ infir
mitate perquirunt, tanto & multo ardentiore ze-
lo nos oportet accẽdi, ne euacuetur crux Christi.
Euacuat aũt, si aliquo modo prẽter illius sacramẽ
tum ad iustitiam uitamq; æternam perueniri pos-
se dicatur. Quod in libro isto agitur, nolo dicere
ab scientẽ, ne illum qui eũ scripsit, ne Christianum
quidẽ habendũ iudicem, sed quod magis credo à
nescientẽ, magnis sanè uiribus, sed eas sanas uolo,
non quales phrenetici habere consuerunt. Nam
prius distinguit, aliud esse quærere, an possit ali-
qd esse, quod ad solã possibilitatẽ pertinet: aliud,
utrũ ne sit. Hanc distinctionẽ uerã esse nemo am
bigit. cõsequens enim est, ut quod est, esse potue-
rit: non est aũt cõsequens, ut quod esse potest, etiã
Io. 11 sit. Quia enim dominus Lazarum suscitauit, sine
1. sen. dist. 43 cap. ult. dubio potuit: quia uero Iudã non suscitauit, num-
Io. 5 quid dicendum est nõ potuit? Potuit ergo, sed no
luit. Nam si uoluisset, eadem etiã hoc potestate fe-
cisset, quia & filius quos uult uiuificat. Sed hac di
stinctiõe uera atq; manifesta, quò tẽdat, & qd effi-
cere conetur aduertite. Nos, inquit, de sola possi-
bilitate tractamus, de qua nisi quid certũ constite
rit, trãsgredi ad aliud grauissimum esse, atq; extra
ordinẽ ducimus. Hoc uersat multis modis & ser-
mone diuturno, ne quis eum aliud, q̃ de non pec
candi possibilitate quærere existimet. Vnde inter
multa quibus id agit, etiã hoc dicit, Idẽ iterũ repe
to, Ego dico posse esse hominem sine peccato: tu
qd dicis? nõ posse esse hominẽ sine peccato? Ne-
que ego dico, inqt, hominẽ esse sine peccato: neq;
tu dicis non esse hominẽ sine peccato. De posse
& non posse, nõ de esse & nõ esse contendimus.
Deinde nonnulla eorũ, quæ aduersus eos de scri
pturis proferri solẽt, ad istã quæstionẽ non perti-
nere, in qua quæritur, possit ne an non possit ho-
mo esse sine peccato, ita cõmemorat, Nã nullus, *Iob 25*
inquit, mũdus est à sorde: & nõ est homo qui non *2. Reg. 8*
peccet: & nõ est iustus in terra: & nõ est qui faciat
bonũ: & cætera his similia, inquit, ad nõ esse, non
ad nõ posse proficiunt. Huiusmodi eñ exemplis
ostẽditur, quales homines quidam tẽpore aliquo
fuerint, non q̃ aliud esse nõ potuerint, unde & iu-
re inueniunt esse culpabiles. Nam si idcirco tales
fuerũt, quia aliud esse nõ potuerunt, culpa carẽt,
Videte quid dixerit. Ego aũt dico paruulũ na- *Damnãtur & ij qui iustifica ri non potue- runt Cap. VIII*
tum in eo loco ubi ei nõ potuit per Christi bapti-
smũ subueniri, morte præuẽtũ, idcirco talẽ fuisse,
id est, sine lauacro regenerationis exisse, quia esse
aliud non potuit. Absoluat ergo eũ, & aperiat ei
contra sententiam domini regnũ cœlorum. Sed *Io. 3*
non eum absoluit Apostolus qui ait, Per unũ ho *Rom. 5*
minẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum
mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo
omnes peccauerunt, Recte ergo ea damnatione,
quæ per uniuersam massam currit, nõ admittitur
in regnum cœlorũ, quamuis Christianus non so-
lũ non fuerit, sed nec esse potuerit. Sed nõ dam *Cap. IX*
natur, inquiũt, quia in Adam peccasse omnes, nõ
propter peccatum nascendi origine attractũ, sed
propter imitationem dictum est. Si ergo ideo di-
citur Adam autor omniũ, qui subsecuti sunt pec-
catorũ, quia primus peccator in hominibus fuit,
cur non potius Abel, quàm Christus ponitur ca- *Gen. 4*
put oñium iustorum, quia primus in hominibus *Heb. 11*
iustus fuit? Sed de infante nõ loquor. Iuuenis uel
senex in ea regione defunctus est, ubi non potuit
Christi nomen audire, potuit fieri iustus per natu
ram & liberũ arbitriũ, an non potuit? Si potuisse
dicũt, Ecce quod est, crucẽ Christi euacuare, sine
illa quemq; per naturalem legem & uoluntatis ar
bitriũ iustificari posse cõtendere: dicamus & hic,
ergo Christus gratis mortuus est: hoc enim oñes *Gal. 2*
possent, etiam si mortuus ille non esset: & si iniu-
sti essent, quia uellẽt essent, non quia iusti esse nõ
possent. Si aũt sine Christi gratia iustificari omni-
no non potuit, etiam istum si audet absoluat secũ
dum uerba sua: quia si idcirco talis fuit, q̃ aliud
esse nõ potuit, culpa caruit. Sed obijcit sibi qua *Citat uerba aduersarij Cap. X*
si ab alio dictũ, & ait, Potest quidem esse, sed per
gratiã dei, inquis. Deinde uelut respondendo sub
iungit, Ago humanitati tuæ gratias, q̃ assertionẽ
meam quam dudum oppugnabas, non modo nõ
oppugnare, aut confiteri solum contentus non
es, uerumetiam non refugis comprobare. Nam
dicere, potest quidem, sed per illud aut illud: quid
aliud est, quàm non solum consentire quod possit
esse, uerumetiam quomodo uel qualiter possit,
ostẽdere? Nullus itaq; magis alicuius rei possibi-
litatem probat, q̃ qui eius etiam qualitatem fate-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tur, quia neq; absq; re esse qualitas potest. His dictis iterū sibi obiecit, Sed tu, inquies, hoc in loco dei gratiā, quandoquidē eā non cōmemoras, uideris abnuere. Deinde respōdet, Ego ne abnuo, qui rem cōfitendo, confitear necesse est & per quod res effici potest: an tu qui rē negādo, & quicquid illud est per quod res dicit proculdubio negas? Oblitus est tā se illi respondere, qui rē non negat, Cuius obiectionē pauloante proposuerat dicētis, Potest quidē esse, sed per gratiā dei. Quomodo ergo illā pro qua iste multū laborat possibilitatē negat, qui ei tā dicit, potest esse, sed per dei gratiam? Veruntamen quia isto dimisso qui rē iam confitetur, agit adhuc aduersus eos, qui negant esse possibile hominē esse sine peccato, quid ad nos? Contra quos uult agat, dū tamē hoc cōfiteatur, quod impietate sceleratissima negatur, sine gratia dei, hominem sine peccato esse nō posse. Dicit ergo, Siue per gratiā, siue per adiutoriū, siue per misericordiā, & quicquid illud est per quod esse homo absq; peccato potest, cōfitetur quisquis rē ipsam
Cap. XI fatetur. Fateor dilectioni uestræ cū ista legerē, lętitia repente perfusus sum, q; dei gratiam nō negaret, per quam solā homo iustificari potest: hoc enim in disputationibus taliū maxime detestor, & horreo. Sed pergēs legere cætera, primo ex datis similitudinibus cœpi habere suspectū. Ait em̄, Nunc si dixero, homo disputare potest, auis uolare, lepus currere, & non etiam per quæ hæc effici possunt commemoraūero, id est, linguā, alas, pedes, num ego officiorū qualitates negaui, qui officia ipsa cōtessus sum? Videtur certe hæc eum cōmemorasse, quæ natura ualent: creata sunt enim hæc membra huiusmodi naturis lingua, alæ, pedes: non tale aliquid posuit, quale de gratia intelligi uolumus, sine qua homo non iustificatur, ubi de sanandis, non de instituēdis naturis agit. Hinc iam ergo solicitus cœpi legere cætera, & me non
Cap. XII falso cōperi suspicatum. Quò priusq; ueniam, uidete quid dixerit, cū tractaret quæstionē de differentia peccatorum, & obiiceret sibi, q; quidam dicunt leuia quædam peccata ipsa multitudine, quod sæpe irruant, non posse cuncta uitari: negauit debere argui ne leui quidem correptione, si uitari omnino non possunt: scripturas uticq; nō aduertens noui testamenti, ubi dicimus hanc esse intentionem legis arguentis, ut propter illa quę per
D peram fiunt, confugiatur ad gratiam domini miserantis, uelut pædagogo cōcludēte in eadem fide, quæ postea reuelata est, ubi & remittātur quę male fiunt, & eadem gratia iuuante non fiant. Proficiētium est enim uita, quamuis bene proficientes dicantur perfecti uiatores. Illa est aūt summa perfectio cui nihil addatur, cum id quò renditur, cœperit possideri.
Cap. XIII Iam uero illud quod ei dicitur, Ipse tu sine peccato es? re uera non pertinet ad eā rem de qua uertitur quęstio. Sed quod dicit negligentiæ suæ potius imputari, q; non est sine peccato: bene quidem dicit, sed dignetur inde & orare deum, ne illi hæc iniqua negligentia dominetur.
Psal. 118 Quem rogabat quidā quādo dicebat, Itinera mea

A dirige secundum uerbum tuum, & nō dominetur mihi omnis iniquitas: ne dum suæ diligentiæ quasi proprijs uiribus fidit, neq; hic aduerā iustitiā, neq; illic, ubi sine dubio perfecta desideranda est Cap. XIII & speranda, perueniat. Et illud quod ei à quibusdam dicitur, nusquā esse scriptum his omnino uerbis, posse esse hominē sine peccato, facile refellit, quia non est ibi quæstio, quibus uerbis dicatur quæq; sententia. Non tamē fortasse sine causa, cum aliquotiēs in scripturis inueniatur homines dictos esse sine querela, non inuenit qui sit dictus
2. Cor. 5 sine peccato, nisi unus solus de quo aperte dictū est, Eum qui non nouerat peccatū. Et eo loco ubi de sacerdotibus agebatur, Etenim expertus est omnia, secundum similitudinē absq; peccato: in illa scilicet carne, quæ habebat similitudinem car-
B nis peccati, quāuis non esset caro peccati. Quam tamen similitudinem nō haberet, nisi cætera oīnis esset caro peccati. Iā illud quomodo accipiēdum sit, Omnis qui natus est ex deo, nō peccat, & non
1. Io. 3 potest peccare, quia semen eius in ipso manet: cū ipse apostolus Ioannes quasi nō sit natus ex deo, aut eis loqueretur, qui nōdum nati essent ex deo, aperte posuerit, Si dixerimus quoniā peccatū nō
1. Io. 1 habemus, nosmetipsos seducimus, & ueritas in nobis nō est: in libris quos de hac re ad Marcellinū scripsi, sicut potui explicare curaui. Et illud q̄d dictū est, nō potest peccare: pro eo dictū esse, ac si diceret, nō debet peccare: non improbanda mihi uidetur huius assertio. Quis em̄ insanus dicat debere peccari, cū ideo sit peccatum quia non debet
Cap. XV C fieri? Sane quod apostolus Iacobus ait, Linguā
Iac. 3 aūt nullus hominū domare potest: non mihi uidetur ita intelligendū, ut exponere uoluit, quasi per exprobrationem dictum, tanq; diceretur, ergo ne linguam nullus hominū domare potest? tanq; obiurgans & dicens, Domare feras potestis, linguā non potestis: quasi facilius sit linguam domare, q; feras. Non puto quod iste sit sensus hoc loco. Si enim hoc sentire uellet, de facilitate domandę linguæ, cætera sequerētur in bestiarum comparatione. Nunc uero sequitur, Inquietum malum, plena ueneno mortifero, utiq; nocentiore, quàm bestiarum est atq; serpentum, Nam illud carnem interficit, hoc uero animam, Os enim quod mentiSap. 1
tur, occidit animam. Non ergo quasi id esset facilius, quàm mansuefactio bestiarum, sanctus Iacobus illam sententiam pronunciauit, aut ea uoce uoluit pronūciari: sed potius ostēdens quantū sit in homine linguæ malū, ut à nullo homine domari possit, cū ab hominibus domenī & bestiæ. Neque hoc ideo dixit, ut huius in nos mali dominationē per negligentiam permanere patiamur, sed ut ad domandam linguam diuinæ gratiæ poscamus auxilium. Non enim ait, linguam nullus domare potest: sed, nullus hominū: ut cū domatur, dei misericordia, dei adiutorio, dei gratia fieri faMatt. 10 teamur. Conet ergo anima domare linguā, & dū conatur, poscat auxiliū: & oret lingua, ut dometur lingua domante illo qui dixit ad suos, Non enim uos estis q̄ loquimini, sed spiritus patris uestri qui

loquitur

loquitur in uobis. Itaq; præcepto facere cõmone mur, quod conantes & noſtris uiribus nõ ualen-
Cap. XVI tes, adiutoriũ diuinũ precemur. Proinde & ipſe
Iac. 3 cũ exaggeraſſet linguæ malũ inter hæc dicẽs, Nõ oportet fratres mei hæc ita fieri: cõtinuo monuit, cõſummatis his quæ hinc dicebat, quo adiutorio iſta non fierent, quæ dixit fieri nõ oportere, Quis eñ ſapiens & diſciplinatus inter uos? Oſtẽdat ex bona conuerſatione operationẽ ſuam in manſue-tudine ſapientię. Quòd ſi zelum amarũ habetis et cõtentiones in cordibus ueſtris, nolite gloriari & mendaces eſſe aduerſus ueritatem, Non eſt iſta ſa pientia deſurſum deſcendens, ſed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi in-conſtantia, & omne opus prauum. Quæ autẽ de-ſurſum eſt ſapientia, primũ quidẽ pudica eſt, dein B de pacifica, modeſta, ſuadibilis, plena miſericor-diæ & fructibus bonis, inæſtimabilis, ſine ſimula-tione. Hæc eſt ſapientia quæ linguam domat, de-ſurſum deſcẽdẽs, nõ ab humano corde proſiliẽs. An & iſtam quiſq; abrogare audet gratiæ dei, & eam ſuperbiſſima uanitate ponit in hominis pote ſtate? Cur ergo oratur ut accipiatur, ſi ab homine eſt ut habeatur? An & huic orationi cõtradicit, ne fiat iniuria libero arbitrio, quod ſibi ſufficit poſſibilitate naturæ ad implẽda omnia præcepta
Iac. 1 iuſtitię? Cõtradicatur ergo eidem ipſi apoſtolo Ia cobo admonenti & dicenti, Si quis aũt ueſtrũ in-diget ſapientia, poſtulet à deo, qui dat omnibus affluẽter, & non improperat, & dabit ei: poſtulet aũt in fide nihil hæſitãs. Hæc eſt fides ad quã præ- C cepta cõpellunt, ut lex imperet & fides impetret. Per linguã eñ quã nullus hominũ domare poteſt, ſed ſapientia deſurſum deſcẽdens, in multis offen dimus oẽs. Nõ eñ & hoc iſte Apoſtolus alio mo
Cap. XVII do pronunciauit, ſicut illud quod ait, Linguã nul lus hominũ domare poteſt. Nec illud quiſquã iſtis pro impoſſibilitate nõ peccãdi ſimiliter obie-
Rom. 8 cerit, quod dictũ eſt, Sapientia carnis inimica eſt in deũ: legi eñ dei nõ eſt ſubiecta, nec eñ poteſt. Qui aũt in carne ſunt, deo placere nõ poſſunt. Sa pientiã quippe carnis dixit, non ſapientiam deſur ſum deſcendentẽ: & in carne eſſe nõ eos qui non-dũ de corpore exierunt, ſed eos qui ſecundũ car-nem uiuunt, ſignificatos eſſe manifeſtum eſt. Nõ aũt ibi eſt quæſtio quæ uerſatur. Illud eſt quod ex D pecto ab iſto audire, ſi poſſim, eos qui ſecundũ ſpi ritum uiuunt, & ob hoc etiã hic adhuc uiuentes iam quodãmodo in carne nõ ſunt, utrũ gratia dei uiuant ſecundũ ſpiritũ, an ſibi ſufficiant, iã data cũ creantur poſſibilitate naturæ, & ſua propria uolũ tate: cũ plenitudo legis, nõ ſit niſi charitas, & cha ritas dei diffuſa ſit in cordibus noſtris nõ per noſ-ipſos, ſed per ſpiritum ſanctũ qui datus eſt nobis? Tractat etiã iſte de peccatis ignorãtiæ, & dicit ho minem præuigilare debere ne ignoret: ideoq; eſſe culpandã ignorãtiam, quia id homo neſcit negli-gẽtia ſua, quod adhibita diligẽtia ſcire debuiſſet, dũ tamẽ oñia potius diſputet q̃ ut oret & dicat,
Pſal. 118 Da mihi intellectũ ut diſcam mandata tua. Aliud eſt eñ non curaſſe ſcire, quæ negligentiæ peccata A etiã per ſacrificia quædã legis uidebãtur expiari, Aliud intelligere uelle, nec poſſe, & facere contra 2. ſen. dif. 22 legẽ, nõ intelligendo quid fieri uelit. Vnde admo cap. eſt autem nemur à deo petere ſapientiam, qui dat omnibus affluenter, utiq; his omnibus qui ſic petũt, & tan-tũ petunt quomodo & quãtum res tanta petenda Ca. X VIII eſt. Diuinitus tamen eſſe expianda peccata cõ miſſa, & pro eis dominum exorandũ eſſe fatetur, propter ueniã ſcilicet promerendã: quia id quod factum eſt, facere infectum multum ab iſto lauda ta potentia naturæ & uolũtas hominis etiam ipſo fatente, non poteſt: quare hac neceſſitate reſtat ut oret ignoſci: Vt autem adiuuetur ne peccet, nuſ-quam dixit, non hic legi. Mirum de hac re omni-no ſilentium, cũ oratio dominica utrunq; peten-dum eſſe commoneat, & ut dimittantur nobis debita noſtra, & ut non inferamur in tentationẽ: illud ut præterita expientur, hoc ut futura uitentẽ. Quod licet non fiat, niſi uoluntas aſſit, tamen ut fiat uoluntas ſola non ſufficit, ideo pro hac re nec ſuperflua, nec impudens domino immolatur ora tio. Nam quid ſtultius, cũ orare ut facias, quod in Cap. XIX poteſtate habeas? Iam nunc uidete quod ad rẽ maxime pertinet, quomodo humanam naturam tanquam omnino ſine ullo uitio ſit cõnetur oſten dere, & contra apertiſſimas ſcripturas dei luce-tur ſapientia uerbi, qua euacuetur crux Chriſti. Sed planè illa non euacuabitur, iſta potius ſapien tia ſubuertetur. Nam cũ hoc oſtenderimus, ade-rit fortaſſe miſericordia dei, ut & ipſum hæc dixiſ-ſe pœniteat. Primo, inquit, de eo diſputandũ eſt, quod per peccatum debilitata dicitur & immuta-ta natura. Vnde ante omnia quærendum puto, in-quit, quid ſit peccatum, ſubſtantia aliqua, an om-nino ſubſtantia carens nomen, quo non res, non exiſtentia, nõ corpus aliquod. ſed perperam facti actus exprimitur. Deinde adiungit, Credo ita eſt, Et ſi ita eſt, inquit, quomodo potuit humanã debi litare uel mutare naturã, quod ſubſtãtia caret? Vi dete quæſo quomodo neſciẽs nitatur euertere me dicinaliũ eloquiorum uoces ſaluberrimas. Ego di Pſal. 40 xi, domine miſerere mei, ſana animã meam quia peccaui tibi. Quid ſanatur ſi nihil eſt uulneratũ, nihil fauciatum, nihil debilitatum atq; uitiatum? Porrò ſi eſt quod ſanetur, unde uitiatũ eſt? Audis confitentem, quid deſideras diſputantẽ? Sana, in-quit, animam meam. Ab illo quære, unde uitiatũ ſit, quod ſanari rogat. & audi quod ſequit, Quo-niã peccaui tibi. Hunc iſte interroget, ab iſto quę-rat quod quærendum putat, & dicat, O tu qui cla mas, ſana animam meam quoniam peccaui tibi, quid eſt peccatũ? Subſtantia aliqua, an omnino ſubſtantia carẽs nomen, quo nõ res, non exiſten-tia, non corpus aliquod, ſed tantũ perperam facti actus exprimitur? Reſpondet ille, ita eſt ut dicis, Nõ eſt peccatũ aliqua ſubſtantia, ſed tantum hoc nomine perperã facti actus exprimitur. Et cõtrà iſte, Quid ergo clamas, Sana animam meam quo niã peccaui tibi? Quomodo potuit uitiare animã tuã, quod ſubſtãtia caret? Nonne ille mœrore cõ feciſ uulneris ſui, ne diſputatiõe ab oratiõe auer-

teretur

Universidad de Deusto
Biblioteca

teretur, breuiter responderet & diceret, Recede à me obsecro, cum illo potius disputa si potes, qui dixit, Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus, Non ueni uocare iustos, sed peccatores: ubi iustos utiq; sanos, peccatores aũt appellauit ægrotos. Cernitis ne quò tendat, & quò manus porrigat hæc disputatio, ut omnino frustra dictũ putetur, Vocabis nomen eius Iesum, ipse enim saluũ faciet populũ suum à peccatis eorum? Quomodo enim saluum faciet, ubi nulla est ægritudo? Peccata quippe, à quibus dicit Euangelium saluum faciendum populum Christi, substantiæ non sunt, & secundum istum uitiare non possunt. O frater, bonũ est ut memineris te esse Christianum. Credere ista fortasse sufficeret: sed tamen quia disputare uis, nec obest, imò etiã prodest, si firmissima præcedat fides, nec existimemus peccato naturã humanam non posse uitiari, sed diuinis credẽres scripturis peccato eam esse uitiatam, quomodo id fieri potuerit inquiramus, quoniã peccatũ iam dicimus non esse substantiã. Nónne attenditur, ut alia omittam, etiam non manducare, non esse substantiã? A substantia quippe receditur, quoniam cibus substãtia est. Sed abstinere à cibo nõ est substantia, & tamen substantia corporis si oñino abstinetur à cibo, ita langueſcit, ita ualetudinis inæqualitate corrumpitur, ita exhauritur uiribus, ita lassitudine debilitatur & frãgitur, ut si aliquo modo perduret in uita, uix possit ad eum cibum reuocari unde abstinẽdo uitiata est. Sic non est substãtia peccatũ, sed substãtia est deus, summaq; substãtia, & solus uerus rationalis creaturæ cibus, à quo per inobedientiã recedendo, & per infirmitatẽ nõ ualendo capere quod debuit & gaudere, audis quemadmodum dicat, Percussus sum sicut fœnũ & aruit cor meum, quoniam oblitus sum comedere panem meum? Attendite aũt quomodo adhuc se urgeat ueris similibus rationibus contra scripturæ sanctæ ueritatem. Dominus Iesus dicit, qui propterea Iesus uocatur; quia ipse saluũ facit populum suum à peccatis eorum, Dicit ergo dominus Iesus, Non est opus sanis medicus, sed ægrotantibus, Nõ ueni uocare iustos sed peccatores. Vnde dicit & Apostolus, Fidelis sermo & omni acceptione dignus, quia Iesus Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, Et iste contra fidelem sermonem & omni acceptione dignum, dicit non debuisse hanc ægritudinem contrahi peccatis, ne ad hoc esset ista pœna peccati, ut cõmitterentur plura peccata. Quæritur ergo paruulis tantus medicus opitulator. Et iste dicit, Quid quæritis? Sani sunt propter quos medicum quæritis. Nec ipse primus homo ideo morte damnatus est, nam postea non peccauit, quasi aliquid postea de perfectione iustitiæ eius audierit, nisi quod cõmendat Ecclesia & ipsum domini Christi misericordia liberatũ. Eius quoq; posteros iste dicit, non solũ illo non esse infirmiores, sed etiam plura impleuisse præcepta, cum ille unum implere neglexerit, Quos posteros uidet ita nasci, quomodo certe iste factus nõ est, nõ solũ præcepti in-

Matt. 9
Cap. XX
Matt. 1
Psal. 101
Cap. XXI
1. Tim. 1

A

B

C

D

capaces, quod omnino nõ sentiunt, sed uix capaces papillæ cũ esuriunt: eos tamẽ in matris Ecclesiæ gremio cum saluos gratia sua facere uelit, qui saluum facit populum suũ à peccatis eorum, contradicunt homines, & quasi creaturam, quæ per illũ condita est, melius illo inspicere nouerint, uoce non sana sanos esse pronunciant. Materiam peccati dicit esse uindictam, si ad hoc peccator infirmat? est, ut plura peccaret. Nec cogitat, prœuaricatorẽ legis q̃ digne lux deserat ueritatis, Qua desertus utiq; fit cæcus, & plus necesse est offendat, & cadendo uexetur, uexatusq; non surgat, ut ideo tantũ audiat uocem legis, quò admoneatur implorare gratiam saluatoris. An nulla pœna est eorum de quibus dicit Apostolus, Quia cum cognouissent deũ, non sicut deũ glorificauerunt aut gratias egerunt, sed euanuerunt in cogitatiõibus suis, & obscuratũ est insipiens cor eorũ? Vtiq; ista obscuratio uindicta & pœna iam fuit: & tamẽ per hanc pœnam, id est, per cordis cæcitatem, quę fit deserente luce sapientiæ, in plura & grauia peccata collapsi sunt. Dicentes eñ se esse sapientes stulti facti sunt. Grauis hæc pœna est, si quis intelligat, & ex hac pœna uide quò ierunt, Et immutauerunt, inquit, gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrũ, & quadrupedum, & serpentiũ. Ista fecerũt ex peccati pœna, qua obscuratũ est insipiens cor eorũ. Et propter hæc tamẽ, quia licet pœnalia etiã ipsa peccata sunt, adiungit & dicit, Propterea tradidit illos deus in desideria cordis illorũ in immũdiciam. Ecce quemadmodum deus grauius condemnauit, tradens illos in desideria cordis illorũ in immũdiciam. Videte etiam ex hac pœna quid faciant, ut contumelijs, inquit, afficiant corpora sua in semetipsis. Et quia pœna est ista iniquitatis, cum sit & iniquitas, euidentius cõmendat dicẽs, Qui transmutauerunt ueritatem dei in mendacium, & coluerunt & seruierunt creaturæ potius q̃ creatori, qui est benedictus in secula amen. Propter hoc, inquit, tradidit deus illos in passiones ignominię. Ecce quotiens uindicat deus, & ex eadẽ uindicta plura & grauiora peccata cõsurgunt, Nam fœminæ eorum, inquit, mutauerũt naturalẽ usum in eũ usum qui est cõtra naturã: similiter aũt & masculi relicto naturali usu fœminæ, exarserũt in appetitũ suũ in inuicem, masculi in masculos deformitatẽ operantes. Atq; ut ostenderet sic esse ista peccata, ut etiã pœnæ sint peccatorũ, etiã his adiunxit, Et mercedem mutuam, quam oportuit, erroris sui in semetipsis recipientes. Videte quotiens uindicet, eademq; uindicta quæ pariat pulluletq; peccata, adhucattẽdite, Et sicut nõ probauerunt, inquit, deum habere in notitia, tradidit illos deus in reprobam mentẽ, ut faciant quæ nõ cõueniũt, repletos oñi iniquitate cũ circũuentione, malitia, auaritia, plenos inuidia, homicidio, cõtentione, dolo, malignitate, susurrones, detractores, deo odibiles, contumelioſos, superbos, elatos, inuẽtores malorũ, parẽtibus nõ obedientes, insipiẽtes, incõpositos, sine affectu, sine misericordia

Idem peccati & pœna peccati Cap. XXII
Rom. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

dia. Hic nunc iste dicat, non debuit sic uindicari A
peccatū, ut peccator per uindictā plura committe
Cap. XXIII ret. Fortasse respondeat, deū ad ista non coge-
re, sed dignos deseri tātum deserere. Si hoc dicit,
uerissime dicit. deserti quippe ut dixit luce iustitię
& per hoc contenebrati quid pariant aliud, cū hęc
omnia, quæ cōmemorauī opera tenebrarum, do-
Eph.5 nec dicatur eis, si dicto obaudiant, Surge qui dor-
mis & exurge à mortuis & illuminabit te Chri-
stus? Mortuos ueritas dicit, unde est & illud, Sine
Mat.8 mortuos sepelire mortuos suos. Mortuos ergo ue
ritas dicit, quos iste dicit lædi & uitiari non po-
tuisse peccato, quia uidelicet didicit peccatum nō
esse substantiam. Nemo ei dicit, sic hominem fa-
ctū, ut de iustitia quidē posset in peccatum ire, &
de peccato ad iustitiā redire non posset: sed ut in
peccatū iret, sufficit ei liberum arbitrium, quo se
ipse uitiauit: ut aūt redeat ad iustitiam, opus habet
medico, quoniā sanus nō est, opus habet uiuifica
tore, qa mortuus est. De qua gratia omnino nihil
iste dicit, quasi sola sua uoluntate se possit sanare,
quia eum potuit sola uitiare. Non enim dicimus
mortē corporis ad peccatum ualere, ubi sola uin-
dicta est. Nemo aūt peccat corpore moriēdo, sed
ad peccatū ualet mors animæ, quam deseruit uita
sua, hoc est, deus eius, quæ necesse est mortua ope
ra faciat, donec Christi gratia reuiuiscat. Famem
& sitim & cæteras molestias corporales, absit ut
dicamus necessitatē habere peccandi, quibus mo
lestijs exercitata uita iustorum splēdidius enituit,
& eas per patientiā superando maiorem gloriam
cōparauit, sed adiuta gratia dei, adiuta spiritu dei, C
adiuta misericordia dei, non superba uoluntate se
extollens, sed humili cōfessione fortitudinem pro
Psal.70 merens. Nouerat enim deo dicere, Quoniā tu es
patientia mea. De qua gratia & adiutorio & mise
ricordia, sine qua bene non possumus uiuere, ne-
scio quare iste omnino nihil dicit, imò etiam uelut
sibi ad iustitiam sufficientē si uoluntas sua adsit, de
fendēdo naturā, gratię Christi, qua iustificamur,
apertissime contradicit. Cur aūt soluto per gratiā
peccati reatu ad exercitationem fidei mors corpo
ris maneat, quātus uenerit de peccato, iā & hoc in
illis ad sanctæ memoriæ Marcellinū libris ut ua-
Liberum arbi lui disserui. Quod uero dominum dicit sine pec
trium sibi nō cato mori potuisse: illi etiā nasci, potestas miseri-
sufficit Cap. cordiæ non cōditio naturæ fuit, Sic etiā mortuus D
XXIIII est potestate, & hoc est precio nostrum, quo nos à
morte redimeret. Et hoc istorū disputatio euacua
re contendit, cū ab eis ita natura humana defen-
ditur, ut possit liberum arbitrium isto precio non
egere, ut à potestate tenebrarum & prępositi mor
tis in regnum Christi domini transferantur. Et ta-
Iob 14 men quando dominus ad passionem perrexit, Ec
ce, inquit, ueniet princeps huius mundi & in me
nihil inueniet: & utiq; nihil peccati, unde præpo-
situs mortis iure suo ageret, ut perimeret, Sed ut
sciant oēs, inquit, quia uoluntatē patris mei facio,
Surgite eamus hinc: id est, qa non morior necessi
tate peccati, sed obedientiæ uolūtate. Dicit nullū
malum boni alicuius esse causam, quasi pœna bo-

nū sit, qua tamen multi emendati sunt. Sunt ergo
mala quę prosunt mirabili misericordia dei. Nun
quid ille boni alicuid passus est, qui dixit, Auerti Psal.29
sti faciē tuā à me & factus sum conturbatus? Non
utiq;, & tamen hæc ei cōturbatio cōtra superbiā
fuit medicinalis quodammodo. Dixerat enim in
abundantia sua, non mouebor in æternum: & sibi
tribuebat quod à domino habebat. Quid enī ha- 1.Cor.4
bebat quod non acceperat? Quare ostendendum
ei fuerat unde haberet, ut reciperet humilis, quod
superbus amiserat. Ideo, domine, inquit, in uolun
tate tua præstitisti decori meo uirtutē. In qua ego
abundantia mea dicebam, non mouebor, cū hoc
mihi esset abs te, nō à me: Deinq; auertisti faciem
tuā & factus sum turbatus. Hoc superbus ani- Vbi miseria,
mus omnino non sapit, sed magnus est dominus, ibi opus mise-
B qui persuadeat quomodo ipse nouit. Nam procli ricordia
uiores sumus quærere potius quid contra ea re- Cap. XXV
spondeamus, quæ nostro obijciūtur errori, cū intē
dere, cū sint salubria, ut careamus errore. Unde cū
istis non tam disputationibus, cū pro eis sicut pro
nobis orationibus est agendū. Non enī hoc eis di
cimus quod sibi iste opposuit, ut esset causa miseri
cordiæ dei necessarium fuisse peccatum, Utinam
nō fuisset miseria, ne ista esset misericordia necessa
ria. Sed iniquitatē peccati tanto grauiorem, quan
to facilius homo nō peccaret, quem nulla adhuc
tenebat infirmitas, pœna iustissima subsecuta est:
ut mercedem mutuam peccati sui in semetipso re
ciperet, amittēs sub se positā sui corporis quodā-
modo obedientiam, quam præcipuam sub domi-
no suo ipse cōtempserat. Et q; nunc cū eadem lege
peccati nascimur, quæ in membris nostris repu-
gnat legi mentis, nec; aduersus deum murmura-
re, nec; cōtra rem manifestissimam disputare, sed
pro pœna nostra illius misericordiam quærere et
orare debemus. Attendite sane uigilanter quo- Etiam iustifi-
modo dixerit, Adhibet quidem huic etiam parti, catis opus est
si quando necessariū fuerit, misericordiam suam gratia Cap.
deus: quia homini post peccatum ita subuenīri ne XXVI
cessum est, nō quia deus causam huiuscemodi ne
cessitatis optauerit. Videtis ne quemadmodū nō
dicat necessariam misericordiam dei ut non pecce
mus, sed quia peccauimus? Deinde subiungit, Sed
& medicus ad curandum iam uulneratū paratus
esse debet, non debet autem ut sanus uulneretur
optare. Si ista simūlitudo rebus de quibus agimus
cōgruit, certe uulnerari non potest natura huma
na peccato, quoniam peccatū nulla substātia est.
Sicut ergo uulnere, uerbi gratia, claudicans ideo
curatur, ut sanato malo præterito, futurus dirigat
ingressus: sic mala nostra nō ad hoc solum super-
nus medicus sanat, ut illa iā non sint, sed ut de cæ-
tero recte ambulare possimus, quod quidē etiam
sani non nisi illo adiuuante poterimus. Nam me-
dicus homo cū sanauerit hominem, tā de cætero
sustentandū elementis & alimētis corporalibus,
ut eadē sanitas apto subsidio conualescat atq; per-
sistat, deo dimittit: qui præbet ista in carne uiuēti-
bus, cuius erāt etiam illa, quæ dū curaret, adhibe
bat. Non enī quemq; medicus ex his rebus, quas

ipse

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipſe creauerit ſanat, ſed ex illius operibus, q̃ creat
1. Tim. 2 omnia neceſſaria ſanis atq; uitioſis. Ipſe aũt deus cum per mediatorem dei & hominũ, hominẽ Ieſum Chriſtũ, ſpiritaliter ſanat ægrum uel uiuificat mortuum, id eſt, iuſtificat impium, & cũ ad perfectam ſanitatem, hoc eſt, ad perfectam uitam iuſtitiamq; perduxerit, non deſerit ſi non deſeratur, ut pie ſemper iuſteq; uiuatur. Sicut em̃ oculus corporis etiã pleniſſime ſanus, niſi candore lucis adiutus non poteſt cernere: ſic homo etiam perfectiſſime iuſtificatus, niſi æterna luce iuſtitiæ diuinitus adiuuet̃, recte non poteſt uiuere. Sanat ergo deus non ſolũ ut deleat quod peccauimus, ſed ut præſtet etiã ne peccemus. Acute ſanè tractat & uerſat, & quantũ ſibi uidetur redarguit atq; conuincit quod eis dicitur, etiã neceſſarium fuiſſe homini ad auferendam ſuperbiæ uel gloriæ occaſionẽ, ut abſq; peccato eſſe non poſſet. Abſurdiſſimum quippe & ſtultiſſimũ putat, peccatũ fuiſſe ne peccatum eſſet, quoniã & ipſa ſuperbia utiq; peccatũ eſt: quaſi non & ulcus in dolore ſit, & ſectio dolorem operetur, ut dolor dolore tollatur. Hoc ſi experti non eſſemus, & in aliquibus terris ubi iſta nunq; cõtigerant, audiremus, ſine dubio utiq; deridentes, fortaſſis etiam uerbis huius uteremur et diceremus, Abſurdiſſimum eſt dolorem neceſſariũ fuiſſe, ne ulceris dolor eſſet. Sed deus, inquiũt, poteſt omnia ſanare. Hoc utiq; agit ut ſanet omnia, ſed agit iudicio ſuo, nec ordinẽ ſanandi accipit ab ægroto. Proculdubio quippe firmiſſimũ Apoſtolum uolebat efficere, cui tamen dixit, Virtus in in
2. Cor. 12 firmitate perficitur: & non ei totiens oranti aufert neſcio quem ſtimulũ carnis, quẽ ſibi dicit datũ, ne magnitudine reuelationum extolleretur. Cætera enim uitia tantum in malefactis ualent, ſola autẽ ſuperbia etiam in recte factis cauenda eſt. Vnde admonentur illi, ne dona dei ſuæ poteſtati tribuendo ſeſeq; extollendo grauius pereant, q̃ ſi nil operarentur boni, quibus dicitur, Cum timore & tremore ueſtram ipſorũ ſalutẽ operamini, Deus em̃
Phil. 2 eſt qui operat̃ in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Quare ergo cũ timore & tremore, & non potius cũ ſecuritate, ſi deus operatur, niſi quia propter uoluntatẽ noſtrã ſine qua bene non poſſumus operari, cito poteſt ſubrepere animo humano, ut quod bene operatur, ſuum tãtummodo exiſtimet, & dicat in abundantia ſua, non mo-
Pſal. 29 uebor in æternũ? Ideo qui in uoluntate ſua præſtiterat decori eius uirtutẽ, auertit paululum faciem ſuam, ut qui hoc dixerat fieret conturbatus: quoniam ipſe eſt ille tumor ſanandus doloribus.

Ca. XXVIII Non itaq; dicitur homini, Neceſſe eſt peccare ne pecces: ſed dicitur homini, deſerit aliquantum deus, unde ſuperbis, ut ſcias nõ tuũ, ſed eius eſſe, & diſcas ſuperbus non eſſe. Nam illud etiã Apoſtoli quale eſt, nónne ita mirabile, ut niſi quia ipſe dicit, cui uera dicenti contradicere nefas eſt, non ſit credibile. Quis em̃ neſciat fidelium à ſatana ueniſſe primã peccati ſuaſiõem, & q̃ ille primus au-
Gen. 3 thor ſit omnium peccatorũ? Et tamen quidã tra-
1. Tim. 1 dunt̃ ſatanæ ut diſcant nõ blaſphemare: Quomodo igitur opus ſatanæ excludit̃ opere ſatanę. Hęc atq; huiuſmodi intueatur, ne uideant̃ ei nimis acuta, quæ acutule ſonant, & diſcuſſa inueniũtur obtuſa. Quid q̃ etiam ſimilitudines adhibet quibus magis admoneat quid ei debeat reſpõderi? Quid amplius dicã, inquit, niſi quia poteſt credi, quod ignes ignibus extinguuntur, ſic credi poteſt quòd peccatis peccata curẽtur? Quid ſi ignes extingue re quiſquã non poteſt ignibus, ſed tamẽ poſſunt, ut docui, dolores curari doloribus: poſſunt etiã, ſi quærat & diſcat, uenenis uenena depelli? Nam ſi & aduertit aliquãdo calores febrium quibuſdã caloribus medicinalibus frangi, etiam ignes ignibus fortaſſe concedet extingui. Quo nam modo, inquit, ſuperbiã ipſam à peccato ſeparabimus? Quid enim hoc urget, cum manifeſtum ſit etiam ipſam eſſe peccatum? Tam peccare, inquit, ſuperbire eſt, quàm ſuperbire peccare. Nam quære q̃d ſit quodcunq; peccatum, & uide ſi inuenies aliquod ſine ſuperbiæ appellatione peccatum. Hãc aũt ſententiam ſic exequitur, & ſic probare conatur. Omne, inquit, peccatum, niſi fallor, dei contemptus eſt: & omnis dei contẽptus ſuperbia eſt. Quid enim tam ſuperbum, q̃ deum contemnere? Omne ergo peccatum & ſuperbia eſt, etiam ſcriptura dicente, Initiũ omnis peccati ſuperbia eſt. Quærat diligenter, & inueniet in lege mulrũ diſcretum eſſe à cæteris peccatis, peccatũ ſuperbię. Multa enim peccata per ſuperbiam cõmittuntur. ſed neq; omnia ſuperbe fiunt, quæ perperã fiunt, certe à neſcientibus, certe ab infirmis, certe plerũque à flentibus & gementibus. Et quidẽ ſuperbia cũ magnũ ſit ipſa peccatũ, ita ſine aliꝭ per ſe ipſa eſt, ut etiam plerũq;, ut dixi, nõ in peccatis, ſed in ipſis recte factis pede celeriore ſuperueniat & obrepat. Sed ideo ueriſſime dictũ eſt, quod iſte aliter intellexit, Initium omnis peccati ſuperbia: quoniã diabolum à quo extitit origo peccati, ipſa deiecit, & ſubſequente inuidentia, hominẽ ſtantem unde ipſe cecidit, inde ſubuertit. Nã utiq; iactantiæ ianuam, quà intraret, ſerpens ille quæſiuit, quando
Gen. 3 Eccle. 10 ait, Eritis ſicut dij. Ideo dictũ eſt, Initiũ omnis peccati ſuperbia, & initiũ ſuperbiæ hominis apoſtatare à deo. Ca. XXI Quid aũt ſibi uult q̃ dicit, Deinde qũo deo pro illius peccati reatu ſubditus eſſe poterit, quod ſuum non eſſe cognouerit? Suum enim nõ eſt, inquit, ſi neceſſariũ eſt. Aut ſi ſuũ eſt, uoluntariũ eſt: & ſi uolũtariũ eſt, uitari poteſt. Nos reſpõdemus, ſuũ eſt omnino, Sed uitium quo committitur, nondum omni ex parte ſanatũ eſt: quod quidem ut inoleſceret, de nõ recte uſa ſanitate deſcẽdit, Ex quo uitio iã male ualẽs, uel infirmitate, uel cæcitate, plura cõmittit. Pro quo ſupplicandũ eſt ut ſanetur, & deinceps in perpetua ſanitate uiuat̃, non ſuperbiendũ, quaſi homo eadem poteſtate ſanetur, qua poteſtate uitiatus eſt. Ca. XXI Et hæc quidẽ ita dixerimus, ut altius dei conſiliũ me fatear ignorare: cur etiam ipſam ſuperbiam, quæ & in recte factis animo inſidiat̃ humano, nõ cito deus ſanet, pro qua ſananda illi pię animę cũ lachrymis & magnis gemitibus ſupplicant, ut ad eã ſuperandã & quodammo

Nõ omne peccatum ſuperbia eſt Cap. XXIX

Universidad de Deusto
Biblioteca

quodammodo calcãdam & obterendam, dexterã conantibus porrigat. Vbi enim lętatus homo fuerit, in aliquo bono opere se etiam superasse superbiã, ex ipsa lętitia caput erigit & dicit: Ecce ego uiuo, quid triũphas: & ideo uiuo, quia triũphas. Ante tẽpus enim fortasse de illa quasi uicta triumphare delectat, cum extrema eius umbra illo meridie, quantũ arbitror, absorbebitur. Qui meridies scriptura dicẽte promittit: Et educet sicut lumẽ iustitiã tuã, & iudicium tuũ sicut meridiem: si fiat quod supra scriptũ est: Reuela domino uiam tuã, & spera in eũ, & ipse faciet: non sicut quidam putant ꝙ ipsi faciant. Nullos enim uidetur attẽdisse cum dixit, & ipse faciet: nisi eos qui dicũt, nos facimus, id est, nosipsi nosipsos iustificamus. Vbi quidẽ operamur & nos, sed illo operante cooperamur, ꝙa misericordia eius præuenit nos. Præuenit autẽ ut sanemur, quia & subsequetur ut etiã sanati uegetemur. Præuenit ut uocemur, subsequetur ut glorificemur. Præuenit ut pie uiuamus, subsequetur ut cũ illo semper uiuamus, quia sine illo nihil possumus facere. Vtrũq; enim scriptũ est, & deus meus misericordia eius prꝫueniet me, & misericordia tua subsequet me per omnes dies uitæ meæ. Reuelemus ergo ad eũ uiã nostram confessione, nõ defensione laudemus. Si enim non est ipsius uia, sed nostra, proculdubio non est recta. Reuelemus eã confitendo, quia non eum latet etiam si operire conemur. Bonum est autẽ cõfiteri domino. Ita enim quod ei placet dabit nobis, si quod ei displicet in nobis, displiceat & nobis. Auertet, sicut scriptum est, semitas nostras à uia sua, & nostram faciet esse quæ sua est, quoniã ab ipso præbetur credentibus in eũ, & sperãtibus in eo, ut ipse faciat. Ipsa est eñ uia iusta, quam ignorantes qui zelum dei habent, sed non secundum scientiam, & suã uolentes cõstituere iustitiã, iustitiæ dei non sunt subiecti. Finis enim legis Christus ad iustitiam omni credenti, qui dixit: Ego sum uia. In qua iam ambulantes tamen terruit uox diuina, ne quasi de proprijs in ea uiribus extollanẽ. Nam quibus propter hoc ait Apostolus: Cum timore & tremore uestrã ipsorũ operamini salutẽ: Deus eñ est qui operatur in uobis & uelle, & operari pro bona uolũtate: eis propter hoc ipsum dicit etiã psalmus: Seruite domino in timore, & exultate ei cũ tremore. Apprehendite disciplinã, ne quando irascatur dominus & pereatis de uia iusta, cũ exarserit in breui ira ei⁹ super uos. Non ait, ne quãdo irascaẽ dominus, & non uobis ostendat uiã iustam: aut, nõ uos introducat in uiã iustam: sed iam illic ambulãtes sic terrere potuit ut diceret, ne pereatis de uia iusta. Vnde: nisi quia superbia, quod totiens dixi & sæpe dicendũ est, etiã in ipsis rectè factis cauenda est, id est in ipsa uia iusta, ne homo dũ quod dei est deputat suũ, amittat quod dei est & redeat ad suum: Ideo quo psalmus iste concluditur, faciamus: Beati omnes qui confidunt in eo: utiq; ut ipse faciat, ipse ostẽdat uiã suã, cui dicitur: Ostende nobis domine misericordiam tuam, & ipse det salutẽ, ut ambulare possimus, cui dicit: Et salutare tuũ domine da nobis: Ipse in eadem uia deducat, cui dicitur: Deduc me domine in uia tua, & ambulabo in ueritate tua. Ipse ad illa quò uia ducit promissa perducat, cui dicitur: Etenim illuc manus tua deducet me, & perducet me dextera tua. Ipse ibi pascat recũbentes cũ Abrahã, Isaac & Iacob, de quo dictum est: Faciet eos recũbere & trãsibit & ministrabit eis. Non enim cum ista commemoramus, arbitrium uoluntatis tollimus, sed dei gratiam prædicamus. Cui enim prosunt ista nisi uolenti, sed humiliter uolenti, non se de uoluntatis uiribus, tanq; ad perfectionẽ iustitię sola sufficiat, extollenti. Ablit autem ut ei dicamus, quod à quibusdam contra se dici ait, comparari hominẽ deo, si absq; peccato esse asserat: quasi uero angelus quia absq; peccato est, comparetur deo. Ego quidem hoc sentio, quia etiam cũ fuerit in nobis tanta iustitia, ut ei addi omnino nihil possit, non æquabitur creatura creatori. Si autem aliqui putant tãtum nostrum futurum esse profectũ, ut in dei substantiam conuertamur, & hoc efficiamur prorsus quod ille est: uiderint quemadmodũ astruant sententiam suam, mihi hoc fateor nõ esse persuasum. Iam sanè hoc multum faueo libri huius authori, quòd aduersus eos qui dicunt, rationabile quidem uidetur esse quod asseris, sed superbũ est dici hominẽ absq; peccato esse posse: ita respõdet, ut omino si uerum est, nullo modo superbum esse dicẽdum sit. Ait enim acutissime atq; uerissime: In qua magis parte humilitas collocanda est, sine dubio falsitatis, si in ea quæ ueritatis probatur esse, superbia est. Ac per hoc placet illi, & recte placet, in parte ueritatis non ut in parte falsitatis magis humilitas collocetur. Ex quo est cõsequens ut ille qui dixit: Si dixerimus quia peccatum nõ habemus, nosipsos decipimus & ueritas in nobis nõ est: uerum dixisse minime dubitetur, nec causa humilitatis hic falsum dixisse uideatur. Propterea enim addidit: & ueritas in nobis non est: cum forte sufficeret dicere, nosipsos decipimus: nisi attenderet quosdam putare dictum, nosipsos decipimus, quia etiam de uero bono qui se laudat extollitur. Addendo itaq;, Et ueritas in nobis non est: manifeste ostendit, sicut etiam huic rectissime placet, hoc omnino uerum non esse, si dixerimus quia peccatum non habemus: ne humilitas constituta in parte falsitatis, perdat præmium ueritatis. Porrò autẽ quod dei causam sibi agere uidet, defendendo naturam: non attendit ꝙ eandem naturam sanam esse dicẽdo, medici repellit misericordiam. Ipse est autẽ creator eius, qui saluator eius. Nõ ergo debemus sic laudare creatorẽ, ut cogamur dicere, imò uere conuincamur dicere superfluum saluatorem. Naturam itaq; hominis dignis laudibus honoremus, easq; laudes ad creatoris gloriã referamus. Sed quia nos creauit, ita simus grati, ut non simus quia sanat ingrati. Vitia sanè nostra quæ sanat, nõ diuino operi, sed humanæ uoluntati iustæq; illius uindictæ tribuamus. Sed ut in nostra potestate fuisse ne acciderent confitemur, ita ut sanentur in illius magis esse misericordia ꝙ in nostra potestate fateamur. Hanc iste misericordiã & medicinale

Caput XXXII — Gratia cooperans Cap. XXXIII — Nec modestia causa mentiendum Cap. XXXIIII

Pſal. 36 — Pſal. 58 — Ioan. 15 — Pſal. 58 — Pſal. 91 — Rom. 10 — Ioan. 14 — Phil. 2 — Pſal. 2 — Pſal. 84 — Pſal. 85 — Luce 12 — 1. Ioan. 1

saluatoris auxilium tantum in hoc ponit, ut ignoscat commissa præterita, non ut adiuuet ad futura uitanda. Hic pernicioſissime fallitur, hic & ſi neſciens prohibet nos uigilare & orare ne intremus in tentationẽ, cum hoc ne nobis accidat, in noſtra tantum poteſtate eſſe contendit. Quorundam ſanè exempla quos peccaſſe legimus, nõ ideo ſcripta dicit, qui ſanum ſapit, ut ad deſperationem nõ peccandi ualeant, & ſecuritatẽ peccãdi nobis quodammodo præbere uideantur: ſed ut diſceremus, uel pœnitẽdi humilitatem, uel etiam in talibus lapſibus non deſperandam ſalutem. Quidam enim in peccata prolapſi deſperatiõe plus pereunt, nec ſolum pœnitendi negligunt medicinam, ſed ad explenda inhoneſta & nepharia deſideria ſerui libidinum & ſceleratarum cupiditatum fiunt: quaſi perdant ſi non fecerint quod inſtigat libido, cum eos iam maneat certa damnatio. Aduerſus hunc morbum nimium periculoſum & exitiabilem, ualet commemoratio peccatorum, etiam in quæ iuſti ſanctiq; prolapſi ſunt. Sed acute uidetur interrogare, quo modo iſtos ſanctos de hac uita abiiſſe credendũ ſit, cũ peccato, an ſine peccato? Vt ſi reſpõſum fuerit, cũ peccato, putetur eos ſecuta dãnatio, quod nephas eſt credere. Si autẽ ſine peccato dictum fuerit eos exiſſe de hac uita, probet hominem ſaltẽ propinquante morte fuiſſe ſine peccato in hac uita. Vbi parum attẽdit, cũ ſit acutiſſimus, non fruſtra etiã iuſtos in oratione dicere: Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos dimittimus debitoribus noſtris: dominumq; Chriſtum cũ eandem orationem docendo explicuiſſet, ueraciſſime ſubdidiſſe: Si enim dimiſeritis peccata hominibus, dimittet uobis pater ueſter peccata ueſtra. Per hoc enim quotidianũ ſpiritale quodãmodo incenſum, quod ante deum in altari cordis quod ſurſum habere admonemur, infertur, etiam ſi non hic uiuatur ſine peccato, licet mori ſine peccato, dum ſubinde uenia deletur, quod ſubinde ignorãtia uel infirmitate cõmittitur. Deinde commemorat eos qui non modo nõ peccaſſe, uerumetiã iuſte uixiſſe referuntur, Abel, Enoch, Melchiſedech, Abraham, Iſaac, Iacob, Ioſeph, Ieſum Naue, Phineem, Samuel, Nathan, Heliſam, Heliſæum, Micheam, Daniel, Ananiã, Azariã, Miſael, Ezechiel, Mardocheum, Simeon, Ioſeph cui deſponſata erat uirgo Maria, Ioannẽ. Adiungit etiã fœminas, Delboram, Annã Samuelis matrem, Iudith, Heſter, alteram Annã filiam Phanuel, Elizabeth, ipſam etiã domini ac ſaluatoris noſtri matrẽ, quam dicit ſine peccato cõfiteri neceſſe eſſe pietati. Excepta itaq; ſancta uirgine Maria, de qua propter honorẽ domini nullam prorſus cum de peccatis agitur, habere uolo quæſtionẽ: unde eĩ ſcimus, quòd ei plus gratiæ collatum fuerit ad uincẽdum omni ex parte peccatum, quæ concipere ac parere meruit eũ, quẽ conſtat nullum habuiſſe peccatum: Hac ergo uirgine excepta, ſi oĩes illos ſanctos & ſanctas cũ hic uiuerent, cõgregare poſſemus, & interrogare utrũ eſſent ſine peccato, quid fuiſſe reſpõſuros putamus; utrũ hoc quod iſte dicit, an quod Ioannes apoſtolus? Rogo uos, quantalibet fuerint in hoc corpore excellentia ſanctitatis, ſi hoc interrogari potuiſſent, una uoce clamaſſent: Si dixerimus ga peccatũ non habemus, noſipſos ſeducimus, & ueritas in nobis non eſt. An illud humilius reſpõderent fortaſſe ẽq; uerius? Sed huic iam placet, & recte placet, laudem humilitatis in parte nõ ponere fallitatis. Itaq; hoc ſi uerũ dicerẽt, haberent peccatum, quod humiliter faterentur, quia ueritas in eis eſſet. Si autẽ hoc mentirentur, nihilominus haberent peccatum, quia ueritas in eis non eſſet. Dicent forſitan, inquit: Nunquid omniũ potuit ſcriptura commemorare peccata? Et uerũ ei dicent quicunq; dicẽt, nec eum contra hoc aliquid ualidum uideo reſpondiſſe, quamuis uideam tacere noluiſſe. Quid enim dixerit quæſo attẽdite: Hoc, inquit, recte poteſt dici de his quorũ neq; bonorum, neq; malorum ſcriptura ſit memor. De illis uero quorũ iuſtitiæ meminit, & peccatorum ſine dubio meminiſſet, ſi qua eos peccaſſe ſenſiſſet. Dicat ergo nõ pertinuiſſe ad iuſtitiam tantam illorum fidem, qui magna multitudine præcedentes & conſequẽtes cum laudibus domini aſellum, etiam inter frementes quare hoc facerent inimicos, clamabant dicentes: Oſanna fili Dauid, benedictus qui uenit in nomine domini. Audeat ergo dicere iſte ſi poteſt, neminẽ fuiſſe in tanta illa multitudine qui ullum haberet oĩno peccatũ. Quod ſi abſurdiſſimũ eſt dicere, cur nulla peccata eorum ſcriptura commemorauit, quæ tantum bonum fidei ipſorum commemorare curauit? Sed hoc etiam forſitan ipſe uidit, & ideo ſubiecit atq; ait: Sed eſto alijs temporibus turbę numeroſitate omniũ diſſimulauerit peccata cõtexere: in ipſo ſtatim mũdi primordio, ubi non niſi quatuor homines erant, quid, inquit, dicimus, cur nõ omnium uoluerit delicta commemorare? Vtrum ne ingentis multitudinis cauſa, quæ nondum erat: an quia illorum tantum qui cõmiſerant meminit, illius uero qui nulla cõmiſerat, meminiſſe non potuit? Ad hæc adiungit uerba, quibus iſta ſentẽtia uberius & planius aſtruatur: Certe, inquit, primo in tempore Adam & Eua, ex quibus Cain & Abel nati ſunt, quatuor tantũ homines fuiſſe referuntur: Peccauit Eua, ſcriptura hoc prodidit, Adam quoq; deliquit, eadem ſcriptura nõ tacuit. Sed & Cain peccaſſe, ipſa æque ſcriptura teſtata eſt. Quorũ nõ modo peccata, uerũetiam peccatorũ indicat qualitatẽ. Quòd ſi & Abel peccaſſet, & hoc ſine dubio ſcriptura dixiſſet. ſed non dixit. ergo nec ille peccauit: quinetiã iuſtum oſtendit. Credamus igitur quod legimus, & quod non legimus nephas credamus aſtruere. Hæc dicens, parum attendit quod pauloante ipſe dixerat: Iam exorta multitudine generis humani, turbæ numeroſitate potuiſſe ſcripturam diſſimulare omniũ peccata contexere. Hoc enim ſi ſatis attendiſſet, uideret etiã in uno homine turbã & multitudinẽ peccatorum leuiũ, uel nõ potuiſſe, uel ſi etiã potuit, non debuiſſe conſcribi. Ea quippe ſcripta ſunt quibus & modus adhibendus fuit, & paucis exemplis ad multa neceſſaria lector inſtruendus.

Caput XXXV

Nullus ſanctorum abſq; peccato Cap. XXXVI

Maria ſine peccato

Caput XXXVII

Et peccator eſſe poteſt bonus & iuſtus Ca. XXXVIII

Matth. 6

1. Ioan. 1

Matth. 21

Gen. 3. 4

Nam

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nam cum ipsos tũc homines, licet adhuc paucos, quot uel q̃ fuerint, id est, Adã & Eua, quot filios & filias procreauerint, & quæ illis nomina impo-
A suerint, ne scriptura cõmemorare uoluerit: inde non-nulli parum considerantes quàm multa scriptura tacite prætereat, ipsum Cain cũ matre concubuis-se putauerũt, unde prolem quæ commemorata est procrearet, putantes illis filijs Adam sorores non fuisse, quia eas scriptura tunc tacuit, postea recapi-tulando inferens quod prętermiserat, Adam filios & filias procreasse, nec tempus quo nati sunt, nec numerũ, nec uocabula ostendens: ita nec comme-morandũ fuit, si Abel, quãuis merito iustus appel-latus est, paulo immoderatius aliquando risit, uel animi remissione iocatus est, uel uidit aliqd ad cõ-cupiscendũ, uel aliquãdo immoderatius poma de-cerpsit, uel plusculo cibo crudior fuit, uel cũ ora-
B ret cogitauit aliquid, unde eius in aliud auocare-tur intentio, & quotiẽs illi ista ac similia multa sur-repserint. An forte peccata nõ sunt, de quibus ge-neraliter cauẽdis atq; cohibendis admonemur prę-
Rom.8 cepto Apostolico, ubi dicit: Non ergo regnet pec-catũ in uestro mortali corpore ad obediendũ desi-derijs eius? His quippe ne obediamus ad ea quæ non licẽt, uel minus decent, quotidiana & perpe-tua conflictatione certandũ est. Nam utiq; ex hoc uitio mittitur, uel dimittitur oculus, quò nõ opor-tet: Quod uitium si conualuerit & prævaluerit, e-tiam adulteriũ perpetratur in corpore, quod in cor-de tanto fit citius, quanto est cogitatio celerior, & nullum impedimentũ morarum. Hoc peccatũ, id est, hunc uitiosæ affectiõis appetitũ qui magna ex
C parte frenarũt, ut nõ obedirent desiderijs eius, nec exhiberent ei membra sua arma iniquitatis, etiam iusti appellari meruerunt, & hoc adiutorio gratiæ dei. Verum quia sæpe in leuissimis & aliquãdo in-cautis obrepit peccatũ, & iusti fuerunt, & sine pec-cato non fuerunt. Postremo si in Abel iusto chari-tas dei, qua una uere iustus est qui cunq; iustus est, adhuc erat quo posset & deberet augeri, quicquid minus erat, ex uitio erat. Et cui non minus sit do-nec ad illã eius fortitudinẽ ueniatur, ubi tota homi-
Caput nis absorbeatur infirmitas? Magna planè sen-
XXXIX tentia conclusit hunc locum cum ait: Credamus igitur quod legimus, & quod non legimus, nefas credamus astruere, quod de cunctis etiam dixisse sufficiat. Contrà ego dico, nec oẽ quod legimus
D credere nos debere, propter illud quod Aposto-
1.Thes.5 lus ait: Omnia legite, quæ bona sunt tenete: & a-struere aliquid etiã quod nõ legimus nefas nõ es-se: Possumus eñ aliquid bona fide testibus astrue-re quod experti sumus, etiã si forte non legimus. Hic fortasse respõdet: Ego cũ hoc dicerem, de scri-pturis sanctis agebã. O utinã non dicat aliud q̃ in illius literis legit, uerum cõtra id quod legit, nihil uellet astruere, fideliter & obediẽter audiret quod
Rom.5 scriptum est: Per unum hominem peccatum intra-uit in mundum, & per peccatum mors, & ita in o-mnes homines pertransijt, in quo omnes peccaue-runt: & non infirmaret tanti medici gratiã, dũ fate-ri non uult naturã humanam esse uitiatam. O uti-nam sicut Christianus legeret, præter Iesum Chri-stum nullũ esse nomen sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri nos: & non possibilitatẽ naturæ huma-næ ita defenderet, ut homo per liberũ arbitriũ etiã sine isto nomine saluus esse posse credatur. Sed putat fortasse ideo necessariũ esse Christi nomen, ut per eius euãgelium discamus quemadmodum uiuere debeamus, non etiã ut eius adiuuemur gra-tia qua bene uiuamus: uel hinc saltem confiteatur esse miserabiles tenebras in animo humano, qui scit quemadmodum debeat leonẽ domare, & ne-scit quẽadmodum uiuere. An & hoc ut sciat suffi-cit ei liberum arbitriũ lexq; naturalis? Hæc est sa-piẽtia uerbi, qua euacuatur crux Christi. Sed qui dixit, perdam sapientiã sapientũ, quia ista crux nõ
Abdiæ 1 potest euacuari, profecto istam sapientiã per stulti-
1.Cor.1 tiam prædicationis qua credentes sanantur euer-tit. Si enim possibilitas naturalis per liberum arbi-triũ, & ad cognoscendũ quomodo uiuere debeat, & ad bene uiuendũ sufficit sibi, ergo Christus gra-tis mortuus est, ergo euacuatũ est scandalum cru-cis. Cur non etiam ego hic exclamẽ, imò exclama-bo & istis increpitabo dolore Christiano: euacua-ti estis à Christo, qui in natura iustificamini, à gra-tia excidistis: ignorãtes enim dei iustitiã, & uestrã uolentes cõstituere, iustitiæ dei nõ estis subiecti. Si-cut enim finis legis, ita etiã naturæ humanæ uitio-sæ saluator Christus est, ad iustitiã omni credenti.

Quod autẽ sibi opposuit ab eis dici cõtra quos *Quomodo ac-cipiendũ oẽs*
loquitur: Omnes enim peccauerunt: manifestum *Ca. XLI*
est q̃ de his dicebat Apostolus qui tunc erãt, hoc est, de Iudæis & gẽtibus. Sed planè illud quod cõ- *Rom.5*
memorauí: Per unum hominẽ peccatum intrauit in mũdum, & per peccatum mors, & ita in oẽs homines pertransijt, in quo omnes peccauerũt: & antiquos & recẽtiores, & nos & posteros nostros sententia ista complectitur. Ponit etiam illud testi-monium unde probet cum dicuntur omnes, non semper omnes oẽino nullo prætermisso intelligi oportere. Sicut per unius, inquit, delictũ in oẽs *Rom.5*
homines in condemnationem, sic per unius iusti-tiã in omnes homines in iustificationẽ uitæ. Cum per Christi, inquit, iustitiã, non omnes, sed eos tan-tum qui illi obedire uoluerũt, & baptismi eius ab-lutione purgati sunt, sanctificatos esse nõ dubium sit. Non planè isto testimonio probat quod uult.
D Nam sicut dictum est: Sicut per unius delictũ in omnes homines in condemnationẽ, ut nullus prę-termitteretur: sic & in eo quod dictũ est, per unius iustitiam in omnes homines in iustificationem ui-tæ, nullus prætermissus est: non quia omnes in eũ credunt & baptismo eius abluuntur, sed quia ne-mo iustificatur nisi in eum credat & baptismo eius abluat. Itaq; omnes dictũ est, ne aliquo modo alio præter ipsum quisquã saluus fieri posse credatur. Sicut enim uno literarũ magistro in ciuitate cõsti-tuto, rectissime dicimus, omnes iste hic literas do- *Potest homo*
cet: non quia omnes ciues literas discunt, sed quia *sine peccato*
nemo discit nisi quem ille docuerit: Sic nemo iusti- *esse, sed auxi-*
ficatur nisi quẽ iustificauerit Christus. Sed esto, *liante gratia*
inquit, consentiam, quia omnes peccatores fuisse *Ca. XLII*

Universidad de Deusto
Biblioteca

teſtatur: Dicit enim quid fuerint, non quod aliud esse non potuerint. Quamobrē & ſi omnes homines peccatores, inquit, poſſent probari, definitioni tamē noſtrę nequaq; id obeſſet, qui non tā quid homines ſint, q̄ q̄d poſſent eſſe defendimus. Hic recte facit aliquādo cōſentire, quia nō iuſtificabitur in cōſpectu dei omnis uiuēs: Non tamē ibi eſſe quæſtionē, ſed in ipſa nō peccādi poſſibilitate cōtendit, in qua nec nos aduerſus eum certare opus eſt. Nam neq; illud nimis curo, utrū fuerint hic aliqui uel ſint, uel eſſe poſſint q̄ perfectā, cui nihil addendum eſſet, habuerint, uel habeant, uel habituri ſint charitatē dei. Ipſa eſt em̄ ueriſſima, pleniſſima, perfectiſſimaq; iuſtitia, quoniā id q̄ꝰ uoluntate hominis adiuta per dei gratiā fieri poſſe confiteor & defendo, quādo uel ubi, uel in quo fiat nimiū certare nō debeo. Neq; de ipſa poſſibilitate contēdo, cū ſanata & adiuta hominis uolūtate, poſſibilitas ipſa ſimul cū effectu in ſanctis proueniat, dū charitas dei quantū pleniſſime natura noſtra ſana atq; purgata capere poteſt, diffunditur in cordibus noſtris per ſpiritū ſanctū, qui datus eſt nobis. Melius itaq; dei cauſa agitur, quā ſe iſte agendo dicit defensare naturā, cum & creator & ſaluator agnoſcitur, q̄ cum defenſa uelut ſana uiribusq; integris creatura, opitulatio ſaluatoris inanitur. Verū eſt autem quod ait, quòd deus tam bonus q̄ iuſtus talem hominem fecerit, cui peccati malo carere ſuffi ceret, ſed ſi uoluiſſet. Quis enim eū neſcit ſanū & inculpabilē factum, & libero arbitrio atq; ad iuſte uiuendum poteſtate libera conſtitutū? Sed nunc de illo agitur, quē ſemiuiuū latrones reliquerunt, qui grauibus ſaucius confoſſusq; uulneribus, non ita poteſt ad iuſtitiæ culmen aſcēdere, ſicut potuit inde deſcēdere. Qui etiam ſi iam in ſtabulo eſt, adhuc curatur. Non igitur deus impoſſibilia iubet, ſed iubendo admonet, & facere quod poſſis, & petere quod nō poſſis. Iam nūc uideamus unde poſſit, unde nō poſſit. Iſte dicit, uoluntate nō eſt, quod natura poteſt. Ego dico, uoluntate quidem nō eſt homo iuſtus ſi natura poteſt, ſed medicina poterit quod uitio non poteſt. Quid ergo iam opus eſt in plurib. immorari, ueniamus interius ad cauſam, quam in hac duntaxat quæſtione uel ſolam, uel penè ſolam cum iſtis habemus. Sicut em̄ ipſe dicit ad quod nunc agit non pertinere ut quærat̄, utrum fuerint uel ſint aliqui homines in hac uita ſine peccato, ſed utrū eſſe potuerint ſiue poſſint: Ita ego etiam ſi fuiſſe, uel eſſe cōſentiam, nullo modo tamen potuiſſe uel poſſe cōfirmo, niſi iuſtificatos gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum & hunc crucifixum: Ea quippe fides iuſtos ſanauit antiquos, quę ſanat et nos, id eſt, mediatoris dei & hominum hominis Ieſu Chriſti, fides ſanguinis eius, fides crucis eius, fides mortis & reſurrectionis eius. Habentes ergo eundem ſpiritum fidei, & nos credimus propter quod & loquimur. Iſte uero obiecta ſibi quæſtione, in qua reuera intolerabilis uidetur cordibus Chriſtianis, quid reſpondeat attēdamus. Ait em̄: Sed hoc eſt quod multos mouet, inquies, q̄ non per dei gratiam homines ſine peccato eſſe poſſe defendis. Prorſus hoc eſt quod mouet, hoc eſt quod obijcimus. Rem ipſam dicit, hoc omnino ęgerrime ſuſtinemus: hinc à Chriſtianis talia diſputari, ea quā in alios & in ipſos habemus dilectione, non ferimus. Audiamus igit̄ quomodo ſe ab obiectiōe quæſtionis huius expediat. O ignorantiæ cæcitas, inquit, ò imperitæ mentis ignauia, quæ id ſine dei gratia defenſari exiſtimat, quod deo tantum audiat debere reputari. Si neſciremus quæ ſequantur, his tantūmodo auditis, falſa nos de illis iactāte fama, & q̄buſdā fratribus idoneis teſtibus aſſeuerātibus credidiſſe putaremus. Quid enim dici breuius potuit & uerius, q̄ poſſibilitatem non peccandi, quantacūq; eſt uel erit in homine, non niſi deo debere reputari? Hoc & nos dicimus, iungamus dexteras. An audienda ſunt cæteraꝰ? Audienda plane, & corrigēda utiq; uel cauenda. Nam cum dicitur, inquit, ipſum poſſe arbitrij humani omnino non eſſe, ſed authoris naturæ dei ſcilicet, & quī fieri poteſt ut abſq; dei gratia intelligatur quod ad deum proprie pertinere cenſetur? Iam cœpit apparere quid dicat. Sed ne forte fallamur, latius id explanat & clarius. Sed ut hoc manifeſtius, inquit, fiat, paulo latius diſputandum eſt. Dicimus enim cuiuſq; rei poſſibilitatē, non tā in arbitrij humani poteſtate, q̄ in naturæ neceſſitate conſiſtere. Exemplis etiam uel ſimilitudinibus q̄d dicat, illuſtrat: Vt puta, inquit, loqui poſſum: Quòd loqui poſſum, meū non eſt, q̄ loquor, meum eſt, id eſt propriæ uoluntatis: & quia q̄ loquor meū eſt, utrūq; facere poſſum, id eſt, & loqui & non loqui. Quia uero quod loqui poſſum, meū non eſt, id eſt, arbitrij mei atq; uoluntatis, neceſſe eſt me ſemper loqui poſſe. Et ſi uoluero non poſſe loqui, non poſſum tamen non poſſe loqui, niſi forte membrum illud adimam, quo loquendi implerī officium poteſt. Multa quidem dici poſſent, quibus ſi uelit, homo adimat ſibi poſſibilitatem loquēdi, non adempto illo membro quo loquimur. Velut ſi aliquid fiat unde uox ipſa tollatur, loqui nemo poterit manentibus membris: Non em̄ uox hominis membrum eſt: uexato ſanè aliquo interiore membro, fieri poteſt, non adempto. Sed ne uerbo premere uidear, mihiq; contentioſe dicatur, etiam uexare adimere eſt, poſſumus quidem id efficere & ore aliquibus uinculis ſic clauſo atq; obſerato, ut id aperire minime ualeamus, neq; ut aperiatur in noſtra ſit poteſtate, cum in poteſtate fuerit, ut clauderetur manente integritate & ſanitate membrorum. Sed quid ad nos? uideamus q̄d inde contexat: Voluntatis enim arbitrio, inquit, ac deliberatione priuatur quiquid naturali neceſſitate conſtringitur. Et hic nonnulla quæſtio eſt. Per quàm enim abſurdum eſt ut ideo dicamus non pertinere ad uoluntatem noſtram quòd beati eſſe uolumus, quia id omnino nolle non poſſumus, neſcio qua & bona conſtrictione naturæ: nec dicere audemus, ideo deum non uoluntatem, ſed neceſſitatem habere iuſtitiæ, quia nō poteſt uelle peccare. Attendite etiam quæ ſequūtur: Hoc, inquit, & de auditu, odoratu, uel uiſu ſentire poſſibile eſt, quòd

Per ſe lapſus homo nō poteſt erigi Ca. XLIII

Caput XLIIII

Cap. XLV

Auguſtinus

Ca. XLVI

C. XLVII

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod audire, odorari, uidere, potestatis nostræ sit, A posse uero audire uel odorari uel uidere potestatis nostræ nō sit, sed in naturali necessitate consistat. Aut ergo nō intelligo quid dicat, aut ipse. Quomodo enim in potestate nostra nō est uidendi possibilitas, si in potestate nostra est nō uidēdi necessitas, quia in potestate est cæcitas qua idipsum uidere posse nobis, si uolum⁹, adimamus? Quomodo autem in potestate nostra est uidere si uelimus, cum etiam salua integritate naturę, corporis oculorūq; nostrorum, nec uolentes uidere possimus, siue per noctem luminibus quæ forinsecus adhibentur ademptis, siue nos quisquam in tenebroso loco aliquo includat? Itē si quod audire possumus, uel nō possumus, in nostra potestate non est, sed in naturæ cōstrictiōe, q̄ uero audimus uel nō audimus, hoc est propriæ uoluntatis, cur nō attendit, quāta B audiamus inuiti quæ penetrāt in sensum nostrum etiā auribus obturatis, sicuti est de proximo serræ stridor, uel grunnitus suis? Quanq; obturatio aurīū ostendit, nō in potestate nostra esse, apertis auribus nō audire: facit etiā fortasse talis obturatio, quæ ipsum sensum nostrū adimat, ut in nostra potestate sit etiā audire nō posse. De odoratu autem quod dicit, nónne parū attendit non esse in nostra potestate posse odorari uel nō posse, sed in nostra potestate esse, hoc est in libera uoluntate odorari uel nō odorari: cum inter odores graues & molestos quādo constituti fuerimus, si quis nos illic manibus ligatis cōstituat, seruata prorsus integritate ac salute membrorum uelimus non odorari, nec omnino possimus, quia cum spiritum ducere cogi C mur, simul & odorem quem nolumus trahimus?

Caput XLVIII Sicut ergo istæ similitudines falsæ sunt, ita & illud propter quod eas uoluit adhibere. Sequitur enim & dicit: Simili ergo modo de non peccandi possibilitate intelligendum est. Quod non peccare nostrum sit, posse uero non peccare, nō nostrum. Si de integritate & sana hominis natura loqueretur, quam modo nō habemus: Spe enim salui facti sumus: Spes autē quæ uidet non est spes: Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus: nec sic recte diceret, q̄ non peccare nostrū tantūmodo sit, quāuis peccare nostrū esset: nam & ibi esset adiutoriū dei, & tanq; lumen sanis oculis, quo adiuti uideant se præbere uolentibus.

Sap.9 Quia uero de hac uita disputat, ubi corpus quod D corrumpitur, aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantē, miror quo corde etiā sine adiutorio medicinæ saluatoris nostri, nostrum putat esse non peccare, posse uero nō peccare naturæ esse contendat, quam sic apparet esse uitiatam, ut hoc maioris uitij sit non uidere.

Caput XLIX Quia nō peccare, inquit, nostrum est, possumus peccare & non peccare. Quid si alius dicat, quia nolle infelicitatem, nostrum est, possumus eam & nolle & uelle, & tamen eam uelle omnino nō possumus? Quis enim ullo modo uelle esse possit infelix, etiam si aliud uult ubi eum & nolentem infelicitas consequatur? Deinde, quia dei multo magis est nō peccare, num audebimus eū dicere & peccare posse & non peccare? Absit à nobis ut deum peccare posse dicamus: Non enī ut stulti putant, ideo non erit omnipotēs, quia nec mori potest, & negare seipsum non potest. Quid est ergo quod loquitur, & quibus locutionū regulis conat̄ persuadere, quod nō uult cōsiderare? Adhuc addit & dicit: Quia uero posse non peccare, nostrum nō est, & si uoluerimus non posse non peccare, nō possumus non posse non peccare. Intorte hoc dixit, & ideo subobscure. Sed ita posset dici plenius, quia posse nō peccare nostrum nō est, seu uelimus, seu nolimus possumus nō peccare. Non enim ait, seu uelimus, seu nolimus, nō peccamus: sine dubio enim peccamus si uolumus, sed tamen uelimus nolimus, habere nos asserit nō peccādi possibilitatē, quam naturæ insitā dicit. Sed de homine sanis pedibus tolerabiliter dici potest, uelit nolit habet ambulandi possibilitatē: Confractis uero, & si uelit nō habet. Vitiata est natura de qua loquit̄: Quid *Eccle.10* superbit terra & cinis? Vitiata est, medicū implorat: Saluum me fac domine clamat: Sana animam *Psal.40* meam clamat. Quid intercludit has uoces, ut defendendo quasi prętentem possibilitatē, futurā impediat sanitatem? Et uidete quid adiūgat unde *Cap.L* illud confirmare existimat: quia nulla, inquit, adimere uoluntas potest, quod inseparabiliter insitū probatur esse naturæ. Vnde ergo illa uox: Vt non *Galat.5* quæ uultis illa faciatis: Vnde etiam illa: Non enim *Rom.7* quod uolo facio bonū, sed quod odi malū hoc ago? Vbi est possibilitas, quæ inseparabiliter insita probatur esse naturæ? Ecce homines non ea quæ uolunt faciunt, & de non peccando utiq; agebat, nō de uolando, quia homines nō alites erant. Ecce homo quod uult bonum nō agit, sed quod non uult malum hoc agit: uelle illi adiacet, perficere autem bonum non adiacet. Vbi est possibilitas, quæ inseparabiliter insita probatur esse naturæ? Quēlibet enim in se transfiguret, si de seipso ista non dicit Apostolus, hominem certe in se transfigurat. Ab isto autem ipsa humana natura inseparabilem nihil peccandi possibilitatem habere defenditur. Sed his uerbis id agitur, etiam à nescięte qui loquitur, non autē nesciente illo qui hæc loquēda incautis etiam deum timentibus suggerit. ut euacuetur Christi gratia, humana sibi ad iustitiam suam quasi sufficiente natura. Vt autem declinetur inui- *Cap.LI* dia qua Christiani etiam pro salute sua clamant & dicunt, quare sine adiutorio gratiæ dei dicis hominem posse non peccare? Ipsa, inquit, non peccandi possibilitas non tam in arbitrij potestate, quàm in naturæ necessitate est. Quicquid in naturæ necessitate positum est, ad naturæ pertinere non dubitatur authorē, utiq; deum. Quomodo ergo, inquit, absq; dei gratia dici existimatur, quod ad deū proprie pertinere monstratur? Expressa est sententia quæ latebat, non est quēadmodum possit abscondi: Ideo dei gratiæ tribuit non peccandi possibilitatem, quia eius naturæ deus author est, cui possibilitatē non peccādi inseparabiliter insitā dicit. Cum uult ergo faciat, quia non uult nō facit. Vbi enim est inseparabilis possibilitas, ei accidere nō potest

uoluntatis infirmitas, uel potius uoluntatis adiacentia, & perfectionis indigẽtia. Si ergo ita est, unde uenit: Velle adiacet, perficere autem bonũ non adiacet? Si enim iste qui hunc librum scripsit, de illa hominis natura loqueretur, quæ primo inculpata & salua condita est, utcunq; acceptaretur hoc dictum: quanquam inseparabilem habere possibilitatem, id est, ut ita dicam inamissibilem, nõ debuit illa natura dici quæ uitiari posset, & medicũ quærere, qui cęci oculos sanaret, & uidendi possibilitatẽ restitueret, quæ fuerat amissa per cæcitatẽ: quoniã cæcus puto quòd uelit uidere, sed nõ potest, si autẽ uult & non potest, inest uoluntas, sed amissa
Cap. L II est possibilitas. Adhuc uidete quas moles conetur qua suam sententiam ducat irrumpere si ualeret: Obijcit enim sibi quæstionem dicens: Sed ca-
Galat. 5 ro nobis secundum Apostolum contraria est, inquiens. Deinde respondit: Quî fieri potest, ut cuicunq; baptizato sit caro contraria, cum secũdum eundem Apostolum in carne non esse intelligat?
Rom. 8 ita enim ait: Vos autem in carne non estis. Bene quod baptizatis dicit carnem cõtrariam esse non posse, quod utrũ uerum sit, pòst uidebimus. Nunc uero quia nõ potuit penitus se obliuisci esse Christianum, sed id licet tenuiter recordatus est, recessit à defensione naturæ. Vbi est ergo inseparabilitas possibilitatis? An forte nondũ baptizati in natura hominum nõ sunt? Hic prorsus, hic posset uigilare, & si aduertat potest. Quî fieri potest, inquit, ut cuicunq; baptizato sit caro cõtraria? ergo non baptizatis potest caro esse cõtraria. Exponat quẽadmodum cum sit etiã in ipsis illa ab eo multum defensa natura, certe uel in eis concedit esse uitiatã, si iam in baptizatis ille saucius, sanus de stabulo egressus est, aut sanus in stabulo est, quò eũ curandum misericors Samaritanus aduexit. Porrò si uel istis concedit carnem esse contrariam, dicat quid contigerit quum sit utrunque, hoc est, & caro & spiritus creatura unius eiusdemq; creatoris proculdubio bona, quia boni, nisi quia hoc est uitium, quod propria inflictum est uoluntate, & hoc ut in natura sanetur, eo ipso opus est saluatore, quo instituta est natura creatore. hoc saluatore eaq; illius medicina, quia uerbum caro factum est ut habitaret in nobis, si opus esse fateamur paruis et magnis, id est, à uagitibus infantum usque ad canos senum, tota quæ inter nos est, huius quæstio-
Ca. L III nis cõtrouersia dissoluta est. Nunc iam uideamus, utrũ etiam baptizatis legatur caro esse contraria. Vbi quæro, quibus dicebat Apostolus, Caro concupiscit aduersus spiritum, et spiritus aduersus carnem? Hæc enim inuicem aduersantur, ut
Gal. 5. & 3 non ea quæ uultis faciatis. Ad Galatas ut opinor, id scripsit: quibus dicit, Qui ergo tribuit uobis spiritum, & uirtutes operatur in uobis, ex operibus legis an ex auditu fidei? Vnde apparet eum Christianis loqui, & quibus deus tribuerat spiritum, ergo etiam baptizatis. Ecce & baptizatis caro inuenitur esse contraria, & non adesse possibilitas illa, quam inseparabiliter insitã dicit esse naturæ. Vbi est quod ait, Quî fieri potest, ut cuicunq; baptiza-

A to sit caro cõtraria? Quomodolibet intelligat carnem, quia reuera nõ natura eius quæ bona est, sed uitia carnalia carnis hoc nomine nuncupãtur: ecce tamen etiã baptizatis caro contraria est. & quomodo contraria? ut non quod uolunt faciant. Ecce adest uoluntas in homine, ubi est possibilitas illa naturæ? Fateamur gratiam necessariam, clame
Rom. 7 mus, Miser ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Et respondetur nobis, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quando enim istis rectissime dicitur, Quare sine adiutorio gratiæ dei dicitis hominem posse esse sine peccato: non tunc de illa gratia quæstio est, qua est homo conditus, sed de ista qua fit saluus per Iesum Christum dominum nostrum. Fideles enim orantes dicunt, Ne nos inferas in tentationem, sed libe-
Matth. 6 B ra nos à malo. Si adest possibilitas, ut quid orant? Aut à quo malo se liberari orant, nisi maxime de corpore mortis huius? unde non liberat nisi gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrum. Nõ utique de substantia corporis quæ bona est, sed de uitijs carnalibus, unde nõ liberatur homo sine gratia saluatoris, nec quando per mortem corporis discedit à corpore. Et hoc ut diceret Apostol⁹, quid suprà dixerat? Video aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuum me ducentem in lege peccati quæ est in membris meis. Ecce quod uitium naturæ humanæ inobedientia uoluntatis inflixit. Orare sinatur, ut sanetur. Quid tantum de naturæ possibilitate præsumitur? uulnerata, sauciata, uexata, perdita est, ue-
C ra confessione non falsa defensione opus habet. Gratia ergo dei non qua instituatur, sed qua restituatur, quæratur, quæ ab isto sola clamatur nõ esse necessaria, cum tacetur. Qui si omnino nihil de gratia dei diceret, nec eam quæstionem soluẽdam sibi proponeret, ut à se de hac re inuidiam remoueret, posset putari hoc quidem sentire, quod uerum est habet, sed non dixisse, quia non ubiq; omnia dicenda sunt. Proposuit de gratia quæstionem, id respõdet quod habebat in corde, definita quæstio est, non quam uolebamus, sed ubi quid sentiret dubitabamus. Deinde multis uerbis Apostoli conatur ostendere, unde non est controuersia, quòd caro ab illo ita sæpe nominetur, ut uelit intelligi non substantiã, sed opera carnis. Quid hoc
Ca. L IIII
D ad rẽ? Vitia carnis contraria sunt uoluntati hominis: nõ natura accusat, sed uitijs medicus quærit. Quid est quod interrogat, quis fecit homini spiritũ? & respõdet sibi, sine dubio deus. Et itẽ interrogat, carnẽ quis creauit? Itẽq; respõdet, idem credo deus. Interrogat tertio: Bonus est q utrũq; creauit deus? respõdet, nulli dubiũ est. Adhuc interrogat: Et utrũq; quod bonus author creauit bonũ est? & ad hoc respõdet, confitendũ est. Deinde cõcludit, Si igit̃ & spiritus bon⁹, & caro bona, ut à bono authore cõdita, quî fieri potest, ut duo bona possint sibi esse cõtraria? Omitto dicere, qa tota huius ratiocinatio turbaret̃, si quis ab eo quæreret, æstus & frigus quis fecit? responderet em̃ sine dubio deus. Non ego multa interrogo, ipse cõcludat, utrũ aut

ista

ista possint dici bona, aut non appareāt inter se esse contraria. Hic forte dicit, qualitates sunt istæ substantiarum, non substantiæ, Ita est, uerum est, sed qualitates naturales & ad dei creaturā sine dubio pertinentes, Substantiæ quippe nō per seipsas, sed per suas qualitates, sicut aqua & ignis dicuntur sibi esse contrariæ. Quid si ita sunt caro & spiritus? quod quidem non affirmamus, sed ut ratiocinationem eius non necessaria illatione cōclusam ostenderemus, hoc diximus, Possunt enim & contraria non inuicem aduersari, sed ex alterutro temperari & bonam ualetudinem reddere: sicut in corpore siccitas & humiditas, frigus & calor, quorum omnium temperatione bona corporalis ualetudo consistit. Sed quòd contraria est caro spiritui, ut nō ea quæ uolumus faciamus, uitium est nō natura, gratia medicinalis quæratur & controuersia finiatur. Duo quippe ista bona, à bono deo condita, quomodo contra huius ratiocinationem in non baptizatis hominibus possunt sibi esse contraria? An & hoc eum dixisse pœnitebit, quod affectu aliquo fidei Christianæ locutus est? Cum enī dixit, Qui fieri potest ut cuicunq; iam baptizato sit caro cōtraria: significauit non baptizatis carnē posse esse cōtrariam. Nam cur addidit, iam baptizato, cum posset etiam hoc nō addito dicere, Qui fieri potest, ut cuicunq; sit caro contraria: atq; adhoc probandum subijcere illam ratiocinationem suam, quia utrūq; bonum est à bono conditum, & ideo non potest inter se esse contrarium? Si ergo non baptizati, qbus certe fatetur carnem esse contrariam, suis illū interrogationibus urgeant & dicant, Quis fecit homini spiritum? Iste respondebit, deus. Itemq; illi, Carnem quis creauit? respondet iste, idem credo deus. Illi tertio, Bonus est qui utrunq; creauit deus? & iste, nulli dubium est. Atq; illi unum quod restat inquirant, Et utrunq; quod bonus author creauit bonum est? iste fatebitur. Tunc illi eum suo gladio iugulabunt inferentes conclusionē eius et dicentes, Si igitur spiritus bonus & caro bona ut à bono authore condita, qui fieri potest, ut duo bona sibi possint esse contraria? Hic forte ille respondebit, Date ueniam, quia non debui dicere cuicūq; baptizato carnem non posse esse contrariā, ut hoc modo uobis nō baptizatis cōtrariam confiterer, sed sine ulla exceptione dicere debui carnē nulli esse contrariam. Ecce quò seipse compingit, ecce quę loquit
Rom. 7 qui nō uult clamare cum Apostolo, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrū. Sed cur, inquit, clamem iā baptizatus in Christo, illi hoc clamēt q nondum tale beneficiū perceperunt, quorum in se uoces figurabat Apostolus, si tamē uel hoc dicūt. Sed naturæ ista defensio, nec illos hac uoce exclamare permittit. Nec; enī in baptizatis natura est, & in non baptizatis natura nō est, Aut si uel in illis uitiata esse conceditur, ut nō sine causa clamēt, Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius, eisq; subueniatur in eo quod sequit, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrū: concedatur iam tandem aliquando humanam medico Christo indigere naturam. Quęro aūt, ubi natura istam perdiderit libertatem quam sibi dari exoptat cum dicit, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Non enī & ille substantiam carnis accusat, cum dicit liberari se cupere de corpore mortis huius, cum etiā corporis sicut animæ natura deo bono authori tribuenda sit. Sed uticq; de uitijs corporis dicit, Nā de corpore mors corporis separat, sed contracta ex illo uitia cohærent, quibus iusta pœna debetur, quam etiam in inferno ille diues inuenit. Hinc se nō poterat uticq; liberare q dicit, Quis Luc. 16
me liberabit de corpore mortis huius? Vbicunq; autem istam perdiderit libertatē, certe inseparabilis est possibilitas illa naturæ, habet posse per naturale subsidium, habet uelle per liberum arbitrium, cur quærit baptismatis sacramentum? An propter commissa præterita, ut ea tantum ignoscantur quę fieri infecta non possunt? Dimitte hominē, clamet quod clamabat. Non enī tantum desiderat, ut per indulgentiam sit de præteritis impunitus, sed etiā ut sit de cętero ad non peccandū fortis & ualidus. Condelectatur enī legi dei secundum interiorē hominem, uidet aūt aliam legē in membris suis repugnantem legi mentis suæ: uidet esse, non recolit fuisse, præsentibus urgetur, nō præterita reminiscit. Nec tantum repugnantem uidet, uerumetiā captiuantem se in lege peccati, quę est in membris eius, non quæ fuit, Hinc est qđ clamat, Infelix homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Sinatur orare, sinatur adiutoriū medici potentissimi flagitare. Quid contradicit? quid obstrepitur? qđ miser misericordiam Christi petere ꝓhibetur, & hoc à Christianis? Nam et illi cum Christo ambulabāt, qui cæcos lumen clamando petere ꝓhibebant, sed etiam inter tumultum contradicentiū audit ille clamantē, unde huic responsum est, Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Porrò si ab istis uel hoc impetramus, ut nondum baptizati implorent auxilium gratiæ saluatoris, non est hoc quidē parum aduersus illam falsam defensionē tanq; sibi sufficiētis naturę & potestatis liberi arbitrij. Neque enī sibi sufficit qui dicit, Infelix ego homo qs me liberabit: aut plenam libertatem habere dicendus est, qui se adhuc postulat liberari. Verumtamen etiam illud uideamus, utrum illi qui baptizati sunt faciant bona quæ uolunt, nulla carnis cōcupiscentia repugnante. Sed quid hinc dicamus, ipse commemorat, ubi concludens hunc locum, ut diximus, inqt, illud quo cōtinetur, Caro cōcupiscit aduersus spiritū: non de carnis substantia, sed de operibus substantiæ sentire necesse est. Hoc & nos dicimus, nō de carnis substātia, sed de operibus dictū quę ueniūt de carnali cōcupiscētia, de peccato scilicet de q̄ præcipit, ut nō regnet in nostro mortali corpore ad obediendū desideriis eius. Necattē dit etiā ipse iam baptizatis fuisse dictū, Caro cōcupiscit aduersum spiritū, & spiritus aduersus carnē, ut non ea quæ uultis faciatis. Et ne ab ipsa pugna desides faceret, & per hanc sententiam laxamentū peccandi dedisse uideretur adiungit, Quòd si spiritu ducimini, nō adhuc estis sub lege. Sub lege est

Caput mortis uitium est, non substantia. Caput LV

Caput LVI

Gal. 5

Rom. 6

Caput LVII

enim, qui timore ſupplicij quod lex minatur nō a- A
more iuſtitiæ ſe ſentit abſtinere ab ope peccati, nō-
dum liber nec alienus à uoluntate peccandi: in ipſa
eā uoluntate reus eſt, qua mallet ſi fieri poſſet, nō
eſſe quod timeat, ut libera faciat quod occulte deſi
derat. Ergo ſi ſpiritu, inquit, ducimini, nō adhuc e-
ſtis ſub lege: utiq; lege quæ timorem incutit, nō tri-
buit charitatem, quæ charitas dei diffuſa eſt in cor
dibus noſtris, non per legis literam, ſed per ſpiritū
ſanctum qui datus eſt nobis. Hęc eſt lex libertatis,
non ſeruitutis, quia charitatis utiq;, non timoris.
Iaco. 1 De qua & Iacobus Apoſtolus ait. Qui aūt perſpe
xerit in legem perfectā libertatis. Vnde & ille non
quidem iam lege dei terrebatur ut ſeruus, ſed con-
delectabatur ei ſecundum interiorem hominē. Vi-
det tamen adhuc aliam legem in membris ſuis re-
pugnantem legi mentis ſuę. Ita & hic, Si ſpiritu, in B
quit, ducimini non adhuc eſtis ſub lege. Inquantū
quiſq; ſpiritu ducit, non eſt ſub lege: qa inquantū
Cap. L V III condelectat legi dei, non eſt ſub legis timore: quia
timor tormentum habet non delectationē. Pro-
inde ſi recte ſentimus, ſicut pro mēbris ſanatis gra-
tias agere, ita pro ſanandis orare debemus, ut abſo
lutiſſima cui nihil addi poſſit ſanitate, perfecta dei
ſuauitate, plena libertate perfruamur. Non em abs
nuimus humanam naturam poſſe eſſe ſine pecca-
to, aut ullo modo negare debemus perfici poſſe,
quam proficere nō negamus, ſed gratia dei per Ie-
ſum Chriſtum dominum noſtrū, eo adiuuante fieri
dicimus, ut iuſta & beata ſit, à quo creata eſt ut ſit.
Facile itaq; refellitur quod à quibuſdam ſibi dicit
opponi, Diabolus nobis aduerſatur. Prorſus huic C
Iaco. 4 obiectioni eadem uerba reſpondemus, quæ ipſe re
ſpondit, Reſiſtamus illi & fugiet. Reſiſtite, inquit
beatus Apoſtolus, diabolo & fugiet à uobis. Vn-
de animaduertendū eſt qd poſſit his nocere quos
fugit, uel quam uirtutem habere intelligendus ſit,
qui ſolis præualere non reſiſtentibus poteſt. Hæc
& mea uerba ſunt, uerius enim dici nō poteſt. Sed
hoc intereſt inter nos & iſtos, q nos etiam cum di-
abolo reſiſtimus, poſcendum dei adiutorium, non
ſolum non negamus, uerumetiam prędicamus: iſti
autem tantam tribuunt poteſtatē uoluntati, ut pie-
tati auferant orationem. Nam utiq; ut diabolo reſi
Matt. 6 ſtamus & fugiat à nobis, ideo precantes dicimus,
Ne nos inferas in tentationem: ideo & admoniti
Marr. 14 ſumus tanquam ab Imperatore milites exhortan- D
Ca. L I X te & dicente, Vigilate & orate ne intretis in tenta-
tionem. Quòd uero contra eos diſputat qui di-
cunt, Et quis nolit ſine peccato eſſe, ſi hoc in homi
nis eſſet poſitum poteſtate? Recte quidē diſputat,
hoc ipſo eos confiteri non eſſe impoſſibile, qa hoc
uel multi, uel omnes uolunt, ſed hoc unde fit poſſi-
bile confiteatur, & pax eſt. Ipſa eſt enim gratia dei
per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, qua om-
nino iſte nos orantes adiuuari ut non peccemus,
nuſquam dicere uoluit. Quod ſi forte latenter ſen-
tit, ignoſcat aliter ſuſpicantibus. Ipſe enim hoc fa-
cit, qui cum tantam de hac re patiatur inuidiam,
ſentire id uult & confiteri non uult. Quid erat ma-
gnū ut hoc diceret, cū prędertim ſibi hoc tanquam
ex perſona aduerſariorū oppoſitū tractare & ape-
rire ſuſceperit: cur illic ſolam naturā defendere uo
luit, & quia homo ita creatus eſt, ut non peccare
poſſet, ſi peccare noluiſſet aſſeruit, ac per hoc q ita
creatus eſt eam poſſibilitatem ad gratiam dei per-
tinere definiuit, qua poſſibilitate ſi noluerit pecca-
re, non peccat: & noluerit aliquid dicere de eo, q
ipſa natura gratia dei per Ieſum Chriſtum domi-
num noſtrum uel ſanatur quia uitiata eſt, uel quia
ſibi non ſufficit adiuuatur? Vtrum enim in Cap. L X
hoc ſeculo fuerit, uel ſit, uel poſſit eſſe aliquis ita
iuſte uiuēs, ut nullum habeat omnino peccatum,
poteſt eſſe aliqua quæſtio inter ueros pioſq; chriſti
anos: poſſe tamen eſſe certe poſt hanc uitam quiſ-
quis ambigit, deſipit. Sed ego nec de iſta uita uolo
contendere. Quanquam enim mihi non uideatur
aliter intelligendum quod ſcriptum eſt, Non iuſti Pſal. 142
ficabitur in conſpectu tuo omnis uiuens, & ſi qua
ſimilia: ut tamen poſſit oſtendi, uel hæc teſtimonia
melius aliter intelligi poſſe, uel perfectam plenā-
que iuſtitiam cui prorſus nihil addēdum ſit, & uel
heri fuiſſe in aliquo, dum in iſto corpore uiueret, et
hodie eſſe, & cras futuram, dum tamen longe plu-
res ſint, qui cum ſibi uſq; ad ultimum uitæ huius
diem neceſſarium eſſe non dubitent, ut ueraciter
dicant, Dimitte nobis debita noſtra, ſicut & nos di
mittimus debitoribus noſtris: ſpem ſuam tamē in
Chriſto atq; in eius promiſſionibus ueram, certā,
firmam eſſe confidant: nullo tamen modo niſi ad-
iuuante gratia ſaluatoris Chriſti crucifixi, et dono
ſpiritus eius, uel quoslibet ad pleniſſimam perfecti
onem, uel quenquam ad qualemcunq; profectum
ueræ piæq; iuſtitię peruenire, qui negauerit, neſcio
utrum recte poſſit in qualiumcunque chriſtianorū
numero deputari. Ac per hoc & ea teſtimonia Teſtimonia humana Cap. L X I
quæ non quidem de ſcripturis canonicis, ſed de q-
buſdam catholicorum tractatorum opuſculis po-
ſuit, uolens occurrere ijs qui eum ſolum dicerent
iſta defendere, ita ſunt media, ut neque contra no-
ſtram ſententiam ſint, neq; contra ipſius. In quib⁹
etiam non nihil de libris meis interponere uoluit,
me quoq; aliquem deputans, qui cum illis cōme-
morari dignus uiderer, Vnde ingratus eſſe non de
beo, & familiariore affectu nolo ut erret, qui hunc
mihi detulit honorem. Prima enim quæ poſuit, qa
nomen eius qui ea dixit, non ibi legi, ſiue quia ille
non ſcripſit, ſiue quia codex quem miſiſtis, id ali-
qua forte mendoſitate non habuit, pertractare qd
opus eſt? Maxime quoniam me in huiuſmodi quo
rumlibet hominum ſcriptis liberum, quia ſolis ca-
nonicis debeo ſine ulla recuſatione cōſenſum, nō-
nihil mouet qd' de illius ſcriptis cuius nomen non
ibi inueni, ille poſuit. Oportuit magiſtrum docto-
remq; uirtutum homini ſimillimum fieri, ut uincē-
do peccatum doceat hominē uincere poſſe pecca-
tum. Quomodo em dictum ſit, author huius ſentē
tię uiderit, qualiter poſſit exponere: dum tamē nos
miniме dubitemus peccatū Chriſtum in ſe nō ha-
buiſſe qd' uinceret, q natus eſt in ſimilitudine car-
nis peccati, non in carne peccati. Aliud eiuſdem ita
poſuit, Et iterū deſiderijs carnis edomitis, doceret

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō necessitatis esse peccare, sed ꝓpriæ uoluntatis. Ego desideria carnis, (si nō illicitarū cōcupiscentiarū hic dicunt) accipio, sicuti est fames, sitis, refectio, uestitus, salus, uel ualetudinis, et si qd huiusmodi est, Per hęc em̄ q̄dam quanuis ea sint inculpabilia, in culpas decidunt, quod ab illo saluatore abfuit, etiam si hæc in eo fuisse propter similitudinem carnis peccati, Euangelio testeuideamus. Cap. LXII Beatus uero Hilarius cuius uerba hæc posuit. Non enim nisi spiritu perfecti immortalitate mutati, quod solis mundis corde dispositum est, hoc quod in deo est immortale cernemus: quid dixerit contra id quod dicimus, uel quid istum adiuuet uere nescio, nisi quia posse esse hominem mundo corde testatus est. Qd' quis negat? Sed gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum, non sola arbitrij libertate. Item quod eum dixisse commemorat, Quas Iob literas legerat, ut abstineret se ab omni re maligna, q̄a deum sola mente uitijs non admixta uenerabatur, deum autem colere iustitiæ proprium officium est. Quid fecisset Iob dixit, nō quod in hoc seculo perfecisset, aut sine gratia saluatoris, quem etiam prophetauit, uel fecisset uel perfecisset? Abstinet enim se ab omni re mala, etiam qui habet peccatū, quod in se regnare non sinit, cui surrepit improbanda cogitatio, quam peruenire ad finem operis non permittit. Sed aliud est nō habere peccatum: aliud nō obedire desiderijs eius. Aliud est implere qd' præ-
Exod. 20 ceptum est, Non concupisces, Et aliud est per quē dam abstinentiæ conatum saltem id agere quod i-
Eccl. 18 tem scriptū est, Post concupiscentias tuas non eas: nihil horū tamen scire se recte posse, sine gratia saluatoris. Facere est ergo iustitiam, in uero dei cultu cum interno concupiscentiæ malo interna conflictatione pugnare, Perficere autem, omnino aduersarium non habere. Nam qui pugnat, & adhuc periclitatur, & aliquando percutitur etiam si nō sternitur: Qui autem nō habet aduersarium, plena pace lætatur. Et ipse esse sine peccato uerissime dicitur, in quo nullum habitat peccatum, non qui per
Rom. 7 abstinentiam mali operis dicit, Iam non ego operor illud, sed id quod in me habitat peccatū. Nam & ipse Iob de peccatis suis non tacet, & utiq; huic amico uestro merito placet, humilitatē nullo modo in falsitatis parte ponēdam. Vnde id quod Iob confitetur quia uerax dei cultor est, proculdubio
Hilarius ueraciter confitetur, Et ipse Hilarius cum locum
Psal. 118 Psalmi exponeret ubi scriptum est, Spreuisti omnes discedētes à iudicijs tuis, ait. Si enim deus peccatores sperneret, omnes utiq; sperneret: quia sine peccato nemo est. Sed spernit discedētes à se, quos apostatas uocat. Videtis quemadmodum non dixerit, quia sine peccato nemo fuerit, tanquam de præteritis loquēs, sed quòd sine peccato nemo sit, unde quidem ut dixi non cōtendo. Quisquis enim
1. Ioan. 1 non cedit Ioanni Apostolo, q̄ nec ipse ait, Si dixerimus quia peccatum non habuimus, sed non habemus: episcopo Hilario quomodo cessurus est? Pro gratia Christi clamo, sine qua nemo iustificat tanquam sufficiēte naturæ libero arbitrio, Imò ip-
Ioan. 5 se pro ea clamat, ei credatur dicenti, Sine me nihil potestis facere. Sanctus autem Ambrosius re- Ca. LXIII
uera in eo loco quē iste commemorat, illis resistit Ambrosius
qui dicunt hominem non esse posse sine peccato in Super Lucam
hac uita. Vt enim ea diceret accepit occasionem Luc. 1
de Zacharia & Elizabet, quòd in Euangelio commemorati sunt ambulasse in omnibus iustificationibus legis sine querela, Nunquid tamen negat gratia dei fieri per Iesum Christum dominum nostrum? Ex qua fide etiam ante eius passionem iustos uixisse non dubium est, qui præstat spiritum sanctum, qui datus est nobis, per quem diffunditur charitas in cordibus nostris, qua una iusti sunt quicunque iusti sunt, Quem spiritum memoratus Episcopus etiam precibus impetrandum admonet. Ita illi uoluntas diuinitus non adiuta non sufficit, ubi in hymno suo dicit, Votisq; præstat sedulis, sanctum mereri spiritum. Commemorabo & ego de hoc ipso opere sancti Ambrosij aliquid, ex quo iste commemorauit quod commemorādum putauit. Visum est, inquit, mihi. Potest non soli uisum esse, quod uisum sibi esse declarat, Non enim uoluntate tātum humana uisum est, sed sicut placuit ei qui in me, inquit, loquitur Christus, qui ut id quod bonum est, nobis quoq; bonum uideri possit operat. Quem enim miseratur, & uocat. Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse uoluerit Christianus, respondere, uisum est mihi. Qd' cum dicit, non negat deo uisum, à deo enim præparatur uoluntas hominum: ut enim deus honorificetur à sancto, dei gratia est. Ecce quid iste sapiat. Si uerbis Ambrosij delectatur, q̄ à deo præparatur uolūtas hominum, & nulla, uel non magna quęstio est, quis uel quando perficiatur, dum tamen sine gratia Christi idipsum fieri posse minime dubitetur: deinde quantum erat ut attenderet iste unum uersum de Ambrosii uerbis quæ posuit: cum em̄ ille dixisset, Nam cū Ecclesia ex gentibus, hoc est, peccatoribus congregata sit, quomodo ex maculatis immaculata potest esse, nisi primo per Christi gratiā abluta delicto sit? Deinde q̄ per qualitatē non peccādi abstineat à delictis, ille addit, quod iste apparet cur addere noluerit. Ait nāq; ille, Nec ab initio immaculata, humanæ em̄ hoc impossibile naturæ: sed per dei gratiam & qualitatem sui, quia iam non peccat, fit ut immaculata uideatur. Hęc uerba iste, cur non addiderit, quis non intelligat? Hoc agitur utique nunc in hoc seculo, ut ad istam quam omnes sancti cupiunt immaculatissimam puritatem Ecclesia sancta perueniat, quæ in futuro seculo neque aliquo malorum hominum sibi permixto, nec; aliqua in se lege peccati resistente legi mētis ducat mundissimam uitam in ęternitate diuina. Tamen attendat iste quid secundū scripturas Ambrosius Episcopus scripserit, Nec ab initio immaculata, humanæ em̄ hoc impossibile naturæ. Vtiq; em̄ ab initio dicit quo ex Adam nascimur. Nam et ipse Adam immaculatus proculdubio factus est. Sed in eis qui sunt natura filij iræ, ducentes ex illo quod uitiatum est, in illo ab initio esse immaculatos, humanæ naturæ impossibile definiuit.

Item Ioannes Cōstantinopolitanus Episcopus, Ca. L X IIII
cuius

Universidad de Deusto
Biblioteca

cuius posuit sententiam, dicit peccatū non esse sub A stantiam, sed actum malignum: quis hoc neget? Et quia non est naturale, ideo contra illud legem datam, & ꝙ de arbitrij libertate descendit etiam hoc quis neget? Sed non id agitur de humana natura quæ in hac uita est, sed agit̄ de gratia dei qua sanatur per medicū Christum, quo non indigeret si sana esset, quæ ab isto tanquam sana uel tanquā sibi sufficiente uoluntatis arbitrio posse nō peccare de-
2. retract. cap. 42 fenditur. Quis item Christianus ignorat, quod beatissimum Sixtum Romanæ Ecclesiæ Episcopum & domini martyrem dixisse commemorat, quia libertatem arbitrij sui permisit hominibus deus, ut pure & sine peccato uiuentes similes fiāt deo. Sed ad ipsum arbitrium pertinet uocantē audire et credere, & ab eo in quem credit non peccandi adiutorium postulare. Nam utiq; cum dicit, similes fiant B deo, per charitatem dei futuri sunt similes deo, quę diffusa est in cordibus nostris, non naturæ possibilitate, nec libero arbitrio quod est in nobis, sed per spiritum sanctū qui datus est nobis. Et quod dicit idem martyr, Templum sanctum est deo mens pura, & altare optimum est ei cor mundū & sine peccato: quis nescit ad istam perfectionem perducendum cor mundum, dum interior homo renouatur de die in diem, nō tamen sine gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Item quod ait ipse, Vir castus et sine peccato potestatem accepit à deo esse filius dei: utiq; admonuit, ne cum quisquam factus fuerit ita castus & sine peccato, quod ubi & quando in eo perficiatur nonnulla quæstio est, sed inter pios bene quæritur, inter quos tamen cōstat C fieri posse, & sine mediatore dei & hominum homine Christo Iesu fieri non posse, Tamen ut dicere cœperam, prudenter Sixtus admonuit, ne cum fuerit quisquam talis factus, & per hoc recte inter filios dei deputatus, putetur ipsius fuisse potestatis, quam per gratiam accepit à deo, cum eam non haberet in natura iam uitiata atq; deprauata, sicut
Ioan. 1 in Euangelio legitur, Quotquot autem receperūt eum, dedit eis potestatem filios dei fieri: quod utique non erant per naturam, nec omnino essent, nisi eum recipiendo accepissent per eius gratiam huiusmodi potestatem. Hæc est potestas quā sibi uēdicat fortitudo charitatis, quæ nō est in nobis, nisi
Cap. LXV per spiritum sanctū qui datus est nobis. Qđ' uero presbyter uenerabilis Hieronymus dixit, in ijs D
Hieronymus quæ illum dixisse cōmemorat, cum exponeret qđ' scriptum est, Beati mundo corde, quoniam ipsi deum uidebunt: quos non arguit cōscientia ulla peccati, & adiecit, Mundus mundo corde cōspicitur, templum dei non potest esse pollutum: hoc utique agitur in nobis conando, laborando, orando, impetrando, ut ad illam perfectionē in qua possimus deum mundo corde conspicere, eius gratia perducamur per Iesum Christum dominum nostrū. Item quod ait à memorato dictum esse presbytero, liberi arbitrij nos condidit deus, nec ad uirtutē, nec ad uitia necessitate trahimur, alioquin ubi necessitas, nec corona est: quis non agnoscat? quis non toto corde suscipiat? Quis aliter conditam humanā negget esse naturam? Sed in recte faciendo, ideo nullū est uinculū necessitatis, quia libertas est charitatis.

Redit ergo ad apostolicam sententiam, Charitas Ca. LXVI dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum ꝙ datus est nobis. A quo nisi ab illo, ꝙ ascendit in altū, captiuauit captiuitatē, dedit dona hominibus? Quòd aūt ex uitijs naturæ, non ex conditione naturæ sit quædam peccandi necessitas, audiat homo, atque ut eadem necessitas non sit, discat deo dicere: De necessitatibus meis educ me: quia & in huiusmodi oratione certamē est aduersus tētatorem de ipsa contra nos necessitate pugnātem: ac per hoc opitulante gratia per Iesum Christū dominum nostrū, & mala necessitas remouebitur, & Caput LXVII libertas plena tribuet̄. Veniamus ad nos. Item, inquit, Augustinus Episcopus in libris De libero arbitrio, Quæcunq; ista causa est uoluntatis, si non potest ei resisti, sine peccato ei ceditur: si aūt potest, non ei cedatur et non peccabitur. An forte fallit incautum? ergo caueat ne fallatur. an tāta fallacia est 2. sen. dist. 2 ut caueri omnino nō possit; si ita est, nulla ergo pec ca. quòd ui cata sunt. Quis em̄ peccat in eo quod caueri nullo modo potest? Peccatur aūt, caueri igitur potest. Agnosco, uerba mea sunt, sed etiam ipse dignetur agnoscere superius cuncta quę dicta sunt. De gratia quippe dei agitur, quæ nobis per mediatorem medicina opitulatur, non de impossibilitate iustitiæ. Potest ergo ei causæ quæcūq; illa est, resisti? potest plane. Nam in hoc adiutorium postulamus, dicentes, Ne nos inferas in tentationem: quod adiutoriū Matt. 6 non posceremus, si resisti nullo modo posse crederemus. Potest peccatum caueri, sed opitulāte illo, qui non potest falli. Nam & hoc ipsum ad cauendum peccatum pertinet, si ueraciter dicimus, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Duobus enim modis etiam in corpore cauetur morbi malum, & ut non accidat, & ut si acciderit, cito sanetur. Vt non accidat, caueamus dicendo, Ne nos inferas in tentationem. Vt cito sanetur, caueamus dicēdo, Dimitte nobis debita nostra. Siue ergo immineat, siue insit, caueri igit̄ potest. Sed ut non tantū illi, uerumetiam ijs qui eosdē libros meos, quos iste legit, De libero arbitrio non legerunt, atq; illis non lectis, hunc forsi tan legunt, de hac re sententia mea satis appareat: ex ipsis libris cōmemorare me oportet, quod iste si sentiret atq; in suis literis poneret, nulla inter nos de hac re controuersia remaneret. Continuo quippe post uerba mea quæ iste commemorauit, qđ' occurrere poterat ipse subieci, & quantū potui ptractaui, dicens, Et tamen etiā per ignorantiam facta Lib. 3. de lib. ro arbitrio quædam improbantur, & corrigenda iudicantur, cap. 18 sicut in diuinis authoritatibus legimus, Atq; hinc adhibitis exemplis, etiā de infirmitate locut? sum, dicens, Sunt etiam necessitate facta improbanda, ubi uult homo recte facere & non potest. Nam un 2. sen. dist. 2 de sunt illæ uoces, non em̄ qđ' uolo facio bonū, sed cap. quòd autem, & cap. qđ' odi malum, hoc ago? Atq; alijs istic in hanc sen lud autem, a tentiam commemoratis testimonijs diuinorū elo- ad quod quiorū: Sed hæc, inquam, omnia hominū sunt uoces ex illa mortis damnatione uenientiū. Nam si non est

Universidad de Deusto
Biblioteca

nō est ista pœna hominis, sed natura, nulla ista pec
cata sunt. Deinde paulopost, Relinqtur ergo, inq̄t,
ut hæc pœna iusta de dānatione hominis ueniat.
Nec mirandū est, q̄ uel ignorando, non habet libe
rum arbitrium uoluntatis ad eligendū quid recte
faciat: uel resistendo carnali consuetudini, quę uio
lentia mortalis successionis quodāmodo naturali-
ter inoleuit, uideat quid recte faciendū sit & uelit,
nec possit implere. Illa est em̄ peccati pœna iustissi
ma ut amittat quisq; quo bene uti noluit, cum sine
ulla posset difficultate uti si uellet. Id est aūt, ut qui
sciens recte nō facit, amittat scire quod rectum sit,
& qui rectū facere cū posset noluit, amittat posse
cum uelit. Nam sunt reuera omni peccanti animæ
duo ista pœnalia, ignorātia, & difficultas. Ex igno
rātia dehonestat error, ex difficultate cruciatus af-
fligit. Sed approbare falsa pro ueris, ut erret inuit⁹,
& resistente atq; torquente dolore carnalis uincu-
li nō posse à libidinosis operib. tēperare, nō est na-
tura instituti hominis, sed pœna dānati. Cum autē
de libera uoluntate recte faciēdi loquimur, de illa
scilicet, in qua homo factus est loqmur. Hinc iam
hominib. de ipsius ignorātiæ difficultatisq; in pro
lem primi hominis traiectis uitijs, atq; trāsfusis, ue
lut iustam querelam deponentibus ita responsum
est. Quibus breuiter, inquam, respondet, ut quie-
scant, & aduersus deū murmurare desistant. Recte
enim fortasse quererent, si erroris & libidinis nul-
lus hominum uictor existeret. Cum uero ubiq; sit
præsens, qui multis modis per creaturam sibi do-
mino seruientē, auersum uocet, doceat credētem,
consoletur sperantem, diligentē adhortet, conan-
tem adiuuet, exaudiat deprecantem: non tibi de-
putat ad culpam quod inuitus ignoras, sed quod
negligis quærere quod ignoras. Neq; illud quòd
uulnerata membra non colligis, sed quòd uolen-
tem sanare contemnis. Ita & exhortatus sum quā-
tum potui ad recte uiuendum, & gratiā dei nō eua
cuaui, sine qua natura humana iam contenebrata
atq; uitiata illuminari nō potest & sanari. De qua
re cum istis tota uertit quæstio, ne gratiam dei quę
est in Christo Iesu domino nostro, peruersa naturę
defensione frustremur. De qua natura item paulo
post dixi, etiā ipsam naturā aliter dicim⁹, cum pro-
prie loqmur naturam hominis in qua primum in
suo genere inculpabilis factus est: aliter istā in qua
ex illius damnati pœna, & ignari & carni subditi
nascimur, iuxta quem modū dicit Apost. Fuimus
enim & nos naturaliter filij iræ sicut & cęteri. Si
ergo uolumus animos ad recte uiuendū frigidos
& pigros, Christianis exhortationibus excitare &
accendere, primitus exhortemur ad fidē qua Chri
stiani fiant, & eius nomini subijciant, sine quo sal-
ui esse nō possunt. Si aūt iam Christiani sunt, & re
cte uiuere negligunt, uerberentur terroribus & præ
miorum laudibus erigantur, ita sanè, ut non solū
ad bonas actiones, uerūetiā ad pias orationes eos
exhortari meminerimus, atq; hac instruere sanita-
te doctrinæ: ut & illi gratias agāt cum instituerint
bene uiuere, q̄ aliquid sine difficultate fecerint: &
ubi difficultatem aliquam sentiunt, fidelissimis &

3. sen. dist. 15 ca. tradit auctoritas

Lib. 3 de libero arb. ca. 19

Ephe. 2

Fides reddit dociles Cap. LXVIII

A perseuerantissimis precibus & misericordiæ prō-
ptis operibus facilitatē à domino impetrare persi-
stant. Sic aūt ꝓficientes, ubi & quādo plenissima
iustitia perficiant, non nimis curo. Vbicunq; autē
& quandocunq; perfecti fuerint, nō nisi gratia dei
per Iesum Christum dīm nostrum perfici posse cō
firmo. Sanè quādo liquido cognouerint nullum
peccatū se habere, non se dicant non habere pecca
tum, ne ueritas in eis non sit, sicut in eis ueritas nō *Charitas leue*
est, qui cum habeant, non habere se dicunt. Val *facit iugum*
de aūt bona sunt præcepta si legitime his utamur. *Caput*
B Eo quippe ipso quo firmissime credit, deum iustū *LXIX*
& bonum impossibilia non potuisse præcipere,
hinc admonemur, & in facilibus qd agamus, & in
difficilibus quid petamus. Omnia quippe fiunt fa
cilia charitati, cui uni Christi sarcina leuis est, aut
ea una est sarcina ipsa quæ leuis est: secundum hoc
dictum est, Et præcepta eius grauia nō sunt, ut cui
grauia sunt, consideret nō potuisse diuinitus dici,
grauia non sunt, nisi quia potest esse cordis affect⁹
cui grauia non sunt, & petat quo destituitur, ut im
pleat quod iubetur. Et quod dicit ad Israel in Deu
teronomio, si pie, si sancte, si spiritaliter intelligat
hoc idem significat: quia utiq; cum hoc testimoni-
um cōmemorasset Apostolus, Prope est uerbum *Deut. 30*
in ore tuo, & in corde tuo: quod hic habet, in mani *Rom. 10*
bus tuis; in corde enim sunt spiritales manus: hoc
est, inquit, uerbum fidei quod prædicamus. Con-
uersus ergo quisq; sicut ibi precipitur ad dominū
C deū suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua,
mandatum dei non habebit graue. Quomodo est
em̄ graue cum sit dilectionis mandatū? Aut enim
quisq; non diligit, & ideo graue est: aut diligit, &
graue esse non potest. Diligit aūt, si quod illic ad-
monetur Israel, cōuersus fuerit ad dominū deum
suum ex toto corde suo, & ex tota anima sua: Mā- *Ioan. 13*
datum, inquit, nouum do uobis, ut uos inuicem di
ligatis. Et qui diligit proximū, legem impleuit: &
plenitudo legis charitas. Secundū hoc & illud dic-
tum est, Si ambularēt semitas bonas, inuenissent
utiq; semitas iustitiæ leues. Quomodo ergo dicit,
Propter uerba labiorum tuorū ego custodiui uias *Psal. 16*
duras: nisi quia utrūq; uerum est? Duræ sunt timo *Caput*
ri, leues amori. Charitas ergo inchoata, incho- *LXX*
ata iustitia est: charitas prouecta, prouecta iustitia
D est: charitas magna, magna iustitia est: charitas ꝑfe
cta, perfecta iustitia est: sed charitas de corde puro
& conscientia bona, & fide nō ficta, quæ tunc ma-
xima est in hac uita quando pro illa ipsa contemni
tur uita. Sed maior si non habet quo crescat cum
de mortali excesserit uita. Vbicūq; autem & quan-
docunq; ita plena fit, ut ei non sit quod adijciatur,
non tamen diffunditur in cordibus nostris, uel na-
turæ, uel uoluntatis operibus quæ sunt in nobis,
sed per spiritum sanctum qui datus est nobis, qui
& infirmitati nostræ opitulatur, & sanitati coope-
ratur: Ipsa est enim gratia dei per Iesum Christum
dominum nostrum, cui est cum patre & spiritu
sancto æternitas, bonitas, in secula seculorum.

Libri de Natura & Gratia finis

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA Pelagium & Celestium De gratia Christi, Liber Primus.

Caput I

QVANTVM de uestra corporali & maxime spirituali salute gaudeamus syncerissimi fratres, dilecti à deo Albine, Piniane, & Melania, quia effari non possumus, uobis cogitandum credendumq; committimus, ut ea de quibus nos consuluistis, potius iam loquamur: Festinante enim perlatore inter occupationes nostras, multo apud Carthaginem quàm ubicunq; alibi densiores, quantum deus donare dignatus est, ut potuimus, ista dictauimus. Scripsistis mihi cum Pelagio uos egisse, ut quæcunq; aduersus eum dicerentur scripto damnaret, eumq; dixisse audientibus uobis, Anathema qui uel sentit uel dicit, gratiam dei qua Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, non solum per singulas horas, aut per singula momenta, sed etiã per singulos actus nostros nõ esse necessariam: Et qui hanc conantur auferre, pœnas sortiuntur æternas. Quisqs hęc audit, & sensum eius ignorat, quẽ in libris suis satis euidenter expressit, non illis quos dicit inemẽdatos sibi fuisse surreptos, aut omnino suos negat, sed in illis quos literis suis Romam misit cõmemorat, omnino eum putat hoc sentire quod ueritas habet. Quisqs autem quid in eis apertius dicat aduertit, debet habere etiã ista uerba suspecta. Quia etsi gratiam dei, qua Christus uenit in mundũ peccatores saluos facere, in sola remissione peccatorũ constituat, potest huic sensui ista uerba coaptare, dicens: Ideo eã per singulas horas, per singula momenta, & per actus singulos necessariã, ut semper in memoria retinentes & reminiscentes dimissa nobis esse peccata, nõ peccemus ulterius, adiuti non aliqua subministratione uirtutis, sed uiribus propriæ uoluntatis, quid sibi remissione peccatorum præstitum fuerit per actus singulos recordantes. Item quoniam solẽt dicere nobis, in eo Christum ad non peccandum præbuisse adiutorium, quia iuste ipse uiuendo iusteq; docẽdo reliquit exemplũ: possunt etiam ad hoc ista uerba coaptare, ut dicãt, per singula momenta, per singulos actus necessariam nobis esse huiusmodi gratiã: id est, ut in omni conuersatione nostra intueamur dominicæ cõuersationis exemplum. Peruidet autem fides uestra, à confessionis gratiæ, de qua quæstio est, q̃ sit distinguenda ista confessio, & tamẽ obtegi potest istorũ ambiguitate uerborum. Sed quid mirum? Quã doquidem ipse Pelagius cũ Episcopalibus gestis sine ulla recusatione dãnauerit eos, qui dicunt gratiam dei & adiutorium nõ ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, uel in lege atq; doctrina: ubi putabamus eius de hac re omnes tergiuersationes esse consumptas: damnauerit etiam eos, qui docent gratiã dei secundũ merita nostra dari: tamẽ in libris quos ædidit pro libero arbitrio, quorũ mẽtionẽ facit in Epistola quã Romam misit, nihil aliud sentire mõstratur, q̃ id quod damnasse uidebatur. Nam gratiã dei & adiutoriũ, quo adiuuamur ad non peccandũ, aut in natura & libero ponit arbitrio, aut in lege atq; doctrina: ut uidelicet cũ adiuuat dei hominẽ, ut declinet à malo & faciat bonũ, reuelando & ostẽdendo quid fieri debeat, adiuuare credatur, non etiã cooperando & dilectionẽ inspirando, ut id qd̃ faciendũ esse cognouerit, faciat. Nam cũ tria constituat atq; distinguat, q̃bus diuina mandata dicit impleri, possibilitatẽ, uoluntatẽ, & actionẽ: possibilitatẽ scilicet qua potest homo esse iustus: uoluntatẽ, qua uult esse iustus: actionẽ, qua iustus est: horũ trium primum, id est possibilitatem datã confitetur à creatore naturę, nec esse in nostra potestate, sed eam nos habere etiam si nolimus: duo uero reliqua, id est, uolũtatẽ & actionẽ, nostra esse asserit, atq; ita nobis tribuit ut non nisi à nobis esse cõtẽdat. Deniq; gratia dei nõ ista duo, quæ nostra omnino uult esse: id est, uolũtatẽ & actionẽ, sed illa quæ in potestate nostra nõ est, & nobis ex deo est, id est, possibilitatẽ perhibet adiuuari, tanquã illa quæ nostra sunt, hoc est uoluntas & actio, tam sint ualentia ad declinandũ à malo, & faciendũ bonũ, ut diuino adiutorio nõ indigeant: illud uero qd̃ nobis ex deo est, hoc sit inualidum, id est possibilitas, ut semper gratiæ adiuueẽ auxilio.

Professio Pelagij suspecta Caput II

Caput III

Sed ne quis forsitan dicat nos uel nõ recte intelligere quæ loqtur, uel maleuolo animo in alium sensum quæ nõ ira dicta sunt uertere, ipsa iam eius uerba accipite, Nos, inqt, sic tria ista distinguim⁹, et certũ uelut in ordinẽ digesta partimur: Primo loco posse statuim⁹, secũdo uelle, tertio esse. Posse in natura, uelle in arbitrio, esse in affectu locam⁹. Primum illud, id est posse, ad deũ proprie pertinet, qui illud creaturæ suæ contulit: duo uero reliqua, hoc est uelle & esse, ad hominem referenda sunt, q̃ de arbitrij fonte descendunt. Ergo in uoluntate & opere bono laus hominis est, imò & hominis & dei, qui ipsius uoluntatis & operis possibilitatẽ dedit, quiq; ipsam possibilitatẽ gratiæ suæ adiuuat semp auxilio: Quòd uero homo potest uelle bonũ atq; perficere, solius dei est. Potest itaq; illud unũ esse, etiam si duo ista non fuerint, ista uero sine illo esse nõ possunt. Itaq; liberũ mihi est, nec uoluntatẽ bonam habere, nec actionẽ: nullo aũt modo possum non habere possibilitatẽ boni, ineſt mihi etiã si noluero, nec ocium fui aliquando in illo natura recipit. Quem nobis sensum exempla aliqua faciãt clariorem. Quòd possumus uidere oculis, nostrũ nõ est, q̃ uero bene aut male uidemus, hoc nostrũ est. Et ut generaliter uniuersa cõplectar, q̃ possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius est qui hoc posse donauit, q̃ hoc posse adiuuat. Quòd uero bene uel agimus, uel loquimur, uel cogitamus, nostrum

Cap. IIII

Verba Pelagij

Universidad de Deusto
Biblioteca

noſtrum eſt, quia hæc omnia uertere etiam in ma- A lum poſſumus. Vnde quod propter calumniã noſtram ſæpe repetendum eſt, cum dicimus hominẽ poſſe ſine peccato, et confeſſione poſſibilitatis acceptæ laudamus deum, qui nobis hoc poſſe largitus eſt, nec eſt ibi ulla laudandi hominis occaſio, ubi ſolius dei cauſa tractatur: Non enim de uelle, nec de eſſe, ſed tantummodo de eo quod poteſt eſſe, differitur. Cap. V Ecce eſt totum dogma Pelagij in libro eius tertio ꝙ libero arbitrio, his omnino uerbis diligenter expreſſum: quo tria iſta, unũ qd̃ eſt poſſe, alterum qd̃ eſt uelle, tertiũ qd̃ eſt eſſe: id eſt poſſibilitatem, uoluntatẽ, actionem, tãta ſubtilitate curauit diſtinguere, ut quãdocunq; legimus uel audimus diuinæ gratię adiutoriũ confiteri, utà malo declinemus bonũq; faciamus, ſiue in lege atque B doctrina, ſiue ubilibet cõſtituat, ſciamus qd̃ loquitur: nec erremus, aliter eum intelligendo q̃ ſentit. Scire q̃ppe debemus, q̃ nec uoluntatẽ noſtrã, nec actionem diuino adiuuari credit auxilio, ſed ſolam poſſibilitatẽ uoluntatis atq; operis, quã ſolã in his tribus nos habere affirmat ex deo: tanq; hoc ſit infirmũ quod ipſe deus poſuit in natura, cætera uero duo quæ noſtra eſſe uoluit, ita ſint firma & fortia & ſibi ſufficientia, ut nullo indigeant eius auxilio: & ideo non adiuuet ut uelimus, nõ adiuuet ut agamus, ſed tantũmodo adiuuet ut uelle & agere ualeamus. Philip. 2 Contrà aũt Apoſtolus, Cum timore, inqt, & tremore ueſtram ipſorum operamini ſalutẽ. Et ut ſcirent, q̃ nõ tantũ in eo quod operari poſſint, hoc em̃ & in natura & in doctrina iam acceperãt: C ſed etiam in eo quod operanẽ diuinitus adiuuenẽ, non ait, deus eſt em̃ qui operat̃ in uobis poſſe: tanq; ipſi iam uelle & operari per ſeipſos habeant, nec in his duobus adiutorio eius indigeant: ſed ait, Deus em̃ eſt qui operatur in uobis & uelle & perficere: uel ſicut in alijs & maxime Græcis codicibus legitur, & uelle & operari. τὸ ἐνεργεῖν Videte ſi non Apoſtolus gratiæ dei futuros aduerſarios ſanctoſpiritu tanto antè præuidit, & hæc duo, id eſt & uelle & operari, quæ iſte ita noſtra eſſe uoluit, tanq; ipſa diuinæ gratiæ non adiuuenẽ auxilio, deum in nobis dicit Cap. VI operari. Neq; Pelagius hinc incautos fallat & ſimplices, uel etiã ſeipſum, quoniã cum dixiſſet, Ergo in uoluntate & opere bono laus hominis eſt: uelut correxit atque addidit, imò & hominis & dei. D Non em̃ hoc ꝓpterea dixit, quia ſecundũ ſanã doctrinam intelligi uoluit, q̃ & uelle & operari deus operetur in nobis: ſed cur hoc dixit, ſatis euidẽter oſtendit cõtinuo ſubiungendo, Qui ipſius uoluntatis & operis poſſibilitatẽ dedit. Hanc aũt poſſibilitatẽ in natura eum ponere, de uerbis eius ſuperioribus clarum eſt. Sed ne nihil de gratia dixiſſe uideretur, adiunxit, Quiq; ipſam poſſibilitatem gratiæ ſuæ adiuuat ſemper auxilio, non ait, ipſam uoluntatẽ, uel ipſam operationẽ, quod ſi diceret, non abhorrere à doctrina Apoſtolica uideretur. Sed ait, ipſam poſſibilitatem, illud uidelicet ex tribus quod in natura locauit, gratiæ ſuæ adiuuat ſemper auxilio: ut ſcilicet in uoluntate & actione non ideo laus ſit & dei & hominis, quia ſic uult homo, ut tamen eius uoluntati deus ardorem dilectionis inſpiret, & ſic operatur homo, ut tamẽ deus cooperet̃, ſine cuius adiutorio quis eſt homo? Sed ideo ad hanc laudẽ adiunxit & deũ, quia niſi natura eſſet, in qua nos condidit, qua uelle & agere poſſemus, nec uellemus nec ageremus. Hanc aũt naturalem poſſibilitatẽ q̃ adiuuari dei gratia confitetur, non eſt hic apertũ, uel quam dicat gratiã, uel quatenus ea naturam ſentiat adiuuari: ſed ſicut alijs locis in quibus euidentius loquit̃ intelligi poteſt, non uult aliud accipi q̃ legem atq; doctrinã, qua naturalis poſſibilitas adiuuetur. Nam quodam loco ait, Cap. VII Hic nos imperitiſſimi hominum putant iniuriã diuinæ gratiæ facere, quia dicimus eam ſine uolũtate noſtra nequaquã in nobis perficere ſanctitatem: quaſi deus gratiæ ſuæ aliquid imperauerit, & non illis quibus imperauit, etiã gratiæ ſuæ auxiliũ ſubminiſtret, ut quod per liberum homines facere iubentur arbitrium, facilius poſſent implere per gratiã. Et tanquam explicaturus quam dicat gratiam, ſecutus adiunxit, dicens, Quã nos nõ, ut tu putas, in lege tantummodo, ſed & in dei eſſe adiutorio cõfitemur. Quis non hic deſyderet, ut oſtẽdat, quam uelit intelligi gratiam? Propter hoc em̃ maxime de illo expectare debemus, ut dicat hoc qd̃ dicit, non in lege tantummodo ſe gratiam confiteri. Sed nobis hac expectatione ſuſpenſis, quid addiderit intuemini, Adiuuat enim nos, inquit, deus per doctrinam & reuelationem ſuam, dum cordis noſtri oculos aperit, dum nobis ne præſentibus occupemur, futura demonſtrat, dum diaboli pandit inſidias, dum nos multiformi & ineffabili dono gratiæ cœleſtis illuminat. Deinde ſententiam ſuã quadam uelut abſolutione concludens, Qui hoc dicit, inquit, gratiam tibi uidetur negare? An et liberum hominis arbitrium & dei gratiam cõfiteturꝰ In his omnibus nõ receſſit à commendatione legis atq; doctrinæ, hanc eſſe adiuuantem gratiam diligẽter inculcans, & hoc exequens quod propoſuerat, cũ diceret, Sed in dei eſſe adiutorio confitemur. Deni que dei adiutorium multipliciter inſinuandum putauit, commemorando doctrinam & reuelationẽ, & oculorum cordis adapertionem, & demonſtrationem futurorum, & apertionem diabolicarũ inſidiarum, & multiformem & ineffabilẽ dono gratiæ cœleſtis illuminationem, ad hoc utiq; ut diuina præcepta & promiſſa diſcamus. Hoc eſt ergo gratiam dei ponere in lege atq; doctrina. Hinc itaq; apparet hanc eum gratiam confiteri, qua demonſtrat et reuelat deus quid agere debeamus, nõ qua donat atque adiuuat ut agamus, cum ad hoc potius ualeat legis agnitio, ſi gratiæ deſit opitulatio, ut fiat mandati præuaricatio. Vbi enim nõ eſt lex, ait Apoſtolus, nec præuaricatio. Et concupiſcentiam neſciebam, niſi lex diceret, Non concupiſces. Ac per hoc uſq; adeo aliud eſt lex, aliud eſt gratia, ut lex non ſolum nihil profit, uerumetiam plurimum obſit, niſi adiuuet gratia: & hæc oſtendatur legis utilitas, quoniam quos facit præuaricationis reos, cogit confugere ad gratiam liberãdos, & ut concupiſcentias malas ſuperent adiuuãdos.

Intenila-bor eſt

Legis reuelatio non eſt gratia iuſtificans

Caput VIII

Rom. 4

Rom. 7

Exod. 20

Iubet enim magis quàm iuuat, docet morbum es- A se, non sanat, imò ab eo potius quòd non sanatur augetur, ut attentius & sollicitius gratiæ medicina
2. Cor. 3 quæratur. Quia litera occidit, spiritus autem uifi-
Gal. 3 cat. Si em̃ data esset lex quæ posset iustificare, omnino ex lege esset iustitia. Inquantum tamen lex adiuuet, adiungit & dicit, Sed concluſit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daretur credentibus. Itaq; lex, inquit, pædagogus noster fuit in Christo Iesu. Hoc ipsum ergo superbis est utile, sub peccato arctius manifestiusq; concludi, ne ad faciendam iustitiam de liberi arbitrij quasi proprijs uiribus præsumat̃, sed omne os obstruatur, et reus fiat omnis mundus deo, ga non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo. Per le gem enim cognitio peccati, nunc autem sine lege B iustitia dei manifestata est, testificata per legem & Prophetas. Quomodo ergo sine lege manifestata, si per legem testificata? Non ita sine lege manifestata, sed sine lege iustitia, quia iustitia dei est, id est, quæ nobis non ex lege sit, sed ex deo: non quę illo imperante cognoscendo timeatur, sed quæ illo do
Caput IX nante diligendo teneatur, ut & qui gloriatur in do mino glorietur. Quid ergo est, quòd iste legem atq; doctrinam deputat gratiam, qua iuuamur ad operandam iustitiam, quæ ut multum adiuuet, ad hoc adiuuat ut gratia requiratur? Nemo enim potest legem implere per legem. Plenitudo enim legis charitas: Charitas autem dei non per legẽ diffusa est in cordibus nostris, sed per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Proinde per legem gratia de- C monstratur, ut lex per gratiam compleatur. Quid enim iuuat Pelagium, quia diuersis uerbis eãdem rem dicit, ut non intelligatur in lege atq; doctrina gratiam constituere, qua possibilitatem naturæ asserit adiuuari? Quantum autem existimo, ideo uetetur intelligi, quia damnauit eos, qui dicunt gratiam dei & adiutorium non ad singulos actus dari, sed in libero arbitrio esse, uel in lege atq; doctrina, & tamen latere se putat, cum alijs atq; alijs locutionibus uersat significationem legis atq; doctrinæ.

Gratia proprie iustificans quæ Caput X Philip. 2

Et alio quippe loco, cum diu asseruisset, non adiutorio dei, sed ex nobis ipsis in nobis effici uoluntatem bonam, opposuit sibi ex Apostoli epistola quæstionem, atq; ait, Et quomodo, inquit, stabit illud Apostoli, Deus est enim qui operatur in nobis D & uelle & perficere? Deinde ut hanc oppositionẽ ueluti solueret, quam uidebat dogmati suo uehementer esse contrariam, secutus adiunxit, Operatur in nobis uelle quod bonum est, uelle quod sanctum est, dum nos terrenis cupiditatibus deditos, mutorum more animalium tantummodo præsentia diligentes, futuræ gloriæ magnitudine & præmiorum pollicitatione succendit, dum reuelatiõe sapientiæ in desiderium dei stupentem suscitat uoluntatem, dum nobis quod tu alibi negare non metuis, suadet omne quod bonum est. Quid manifestius, nihil aliud eum dicere gratiã, qua deus in nobis operatur uelle quod bonum est, quàm legem atque doctrinam? In lege namq; & doctrina sanctarum scripturarum futuræ gloriæ atq; præmiorum promittitur magnitudo. Ad doctrinam pertinet etiam quòd sapientia reuelatur, ad doctrinam pertinet cum suadetur omne quod bonum est. Et si inter docere, & suadere, uel potius exhortari, distare aliquid uidetur, etiam hoc tamen doctrinæ genera latè concluditur, quæ quibuscunq; sermonibus uel literis continetur. Nam & sanctæ scripturæ & docent & exhortantur, & potest esse in docẽdo & exhortãdo etiam hominis operatio. Sed nos eam gratiam nolumus. Istam aliquãdo fateatur, qua futuræ glorię magnitudo non solum promittitur, uerumetiam creditur & speratur, nec solum reuelat̃ sapientia, uerumetiam & amatur, nec suadetur solum omne quod bonum est, uerum & persuadet̃. Non enim omnium est fides, qui audiunt per scripturas dominum regnum cœlorum pollicentem: aut omnibus persuadetur quibuscũq; suadetur, ut ueniãt ad eum, qui dicit, Venite ad me omnes qui laboratis. Quorum autem sit fides, & quibus per- *Matth. 11* suadetur, ut ad eum ueniant, satis ipse demonstrauit, ubi ait, Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me, traxerit eum. Et paulopost cum de non credentibus, loqueretur, Dixi, inquit, uobis, quia nemo *Ioan. 6* potest uenire ad me, nisi fuerit ei datũ à patre meo. Hanc debet Pelagius gratiam confiteri, si uult nõ solum uocari, uerumetiam esse Christianus.

Quid autem dicam de reuelatione sapientiæ? *Sapientia* Nec enim facile quisquam sperauerit in hac uita *secta Ca. X* posse peruenire ad magnitudinem reuelationum Apostoli Pauli. Et utiq; in eis quid aliud creden- C dum est ei reuelari solere, nisi quod ad sapientiam pertineret? Et cum dicit, in magnitudine reuelatio- *2. Corin. 11* num mearum ne extollar, datus est mihi stimulus carnis meæ, angelus satanæ q̃ me colaphizet: Propter quod ter dominum rogaui, ut auferret eum à me: Et dixit mihi, Sufficit tibi gratia mea. Nam uirtus in infirmitate perficitur. proculdubio si iã summa et cui nihil esset addendum, charitas in Apostolo tunc fuisset, quæ omnino non posset inflari, nũquid necessarius esset angelus satanæ, quo colaphizante reprimeretur elatio, quæ in magnitudine reuelationum posset existere? Quid est autem aliud elatio quàm inflatio? Et utiq; de charitate uerissime dictum est, Charitas non æmulatur, non infla- *1. Cor. 13* tur. Hæc itaq; charitas adhuc etiam in tanto Apostolo de die in diem profecto augebatur, quandiu D homo eius interior de die in diem renouabat̃, perficienda sine dubio ubi iam non posset inflari. Tũc autem mens eius adhuc erat ubi inflaretur magnitudine reuelationis, donec impleretur solido ædificio charitatis. Nondum enim perueniendo apprehenderat, quò proficiendo currebat. Ideoq; no- *Stimulus carnæ Ca. XII* lenti perpeti molestiam qua eius cohiberetur elatio, antequam esset in eo charitatis ultima & summa perfectio, rectissime dicitur, Sufficit tibi gratia mea: Nam uirtus in infirmitate perficitur: in infirmitate, scilicet, non ut ille putat carnis tantum, sed & carnis & animi, quia & animus erat in comparatione summæ illius perfectionis infirmus, quando extolleretur. Proinde stimulus carnis angelus satanæ intelligebatur datus, quanuis esset in carnalium

Universidad de Deusto
Biblioteca

lium uel animalium, nondum perficientium quæ sunt spiritus dei, cõparatione firmissimus. Quocirca si uirtus in infirmitate perficitur, quisquis se nõ fatetur infirmũ, non perficitur. Hęc aũt gratia qua uirtus in infirmitate perficitur, prædestinatos & secundum propositum uocatos, ad summam perfectionem glorificationemq; perducit. Qua gratia agitur nõ solum ut facienda nouerimus, uerumetiã ut cognita faciamus, nec solum ut diligenda credamus, uerumetiam ut credita diligamus. Hęc gratia si doctrina dicenda est, certe sic dicatur, ut altiꝰ et interius eam deus cum ineffabili suauitate creda tur infundere, non solum per eos qui plantãt & rigant extrinsecus, sed etiam per seipsum qui incrementum suum ministrat occultus, ita ut non ostendat tantummodo ueritatem, uerũetiam impertiat charitatem. Sic enim docet deus eos qui secũdum propositum uocati sunt, simul donans & qd agant scire, & quod sciunt agere. Vnde ad Thessalonicẽses sic Apostolus loquitur, De charitate aũt fraternitatis nõ opus habetis uobis scribi: Nam ipsi uos à deo didicistis ut diligatis inuicem. Atq; ut probaret eos à deo didicisse, subiunxit, Etenim facitis illud in omnes fratres, in uniuersa Macedonia: Tanquam hoc sit certissimum indicium qꝺ à deo didiceritis, si id quod didiceritis, feceritis. Isto modo sunt omnes secundum propositum uocati, sicut scriptũ est in Prophetis, Docibiles dei. Qui aũt nouit quidem quid fieri debeat, & non facit, nondum à deo didicit secundum gratiam, sed secundum legẽ: non secundum spiritum, sed secundum literam. Quanuis multi, quod imperat lex facere uideantur timore pœnæ, non amore iustitiæ, quam dicit Apostolus iustitiam suam quæ ex lege est, tanc̃ sit imperata, non data. Si aũt data est, non dicitur iustitia nostra, sed dei, quia sic fit nostra, ut sit nobis ex deo: Dicit em̃, Vt inueniar in illo non habens meam iustitiam, quæ ex lege est, sed eam quæ ex fide est Iesu, iustitiam ex deo. Tantum igitur inter legem distat et gratiam, ut cum lex esse non dubiteꝝ ex deo, iustitia tamen quæ ex lege est non sit ex deo, sed iustitia quæ per gratiam consummatur ex deo. Quia ex lege iustitia dicitur, quæ fit propter legis mandatum: iustitia ex deo dicitur, quę datur per gratię beneficium, ut nõ sit terribile, sed suaue mandatũ, sicut oratur in Psalmo, Suauis es domine, et in tua suauitate doce me iustitiam tuam: id est, ut nõ formidine pœnæ seruiliter cogar esse sub lege, sed libera charitate delecter esse cum lege. Præceptum quippe liber facit, qui libẽs facit. Et hoc modo qs quis discit, agit omnino quicquid agendum didicerit. De isto docendi modo, etiam dominus ait, Omnis qui audiuit à patre meo & didicit, uenit ad me. Qui ergo non uenerit, non de illo recte dicit, audiuit quidem & didicit sibi esse ueniendum, sed facere non uult quod didicit. Prorsus non recte dicitur de isto docendi modo, quo per gratiam docet deus. Si em̃ sicut ueritas loquitur, Omnis qui didicit, uenit: quisquis non uenit, profecto nec didicit. Quis aũt non uideat & uenire quenc̃ & non uenire arbitrio uoluntatis? Sed hoc arbitriũ potest esse

Quomodo doctrina possit dici gratia Cap. XIII

1. Thes. 4

Esaie 54

Philip. 3

Psal. 118

Gratia efficit Ca. XIIII

A solum si non uenit, non aũt potest nisi adiutũ esse si uenit. Et sic adiutum ut non solũ quid faciẽdum sit sciat, sed qd' scierit etiam faciat. Ac per hoc quãdo deus docet, non per legis literam, sed per spiritus gratiã: ita docet, ut qd' quisq; didicerit, nõ tantum cognoscendo uideat, sed etiã uolẽdo appetat, agendoq; perficiat. Et isto diuino docendi modo etiã ipsa uoluntas & ipsa operatio, non sola uolẽdi & operãdi naturalis possibilitas adiuuaꝝ. Si em̃ solum posse nostrũ hac gratia iuuareꝝ, ita diceret dominus, Omnis q audiuit à patre & didicit, potest uenire ad me. Non aũt ita dixit, Sed omnis, inqt, qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Venire posse in natura ponit Pelagius, uel etiã ut modo dicere cœpit in gratia, qualemlibet eam sentiat, qua B ipsa, ut dicit, possibilitas adiuuaꝝ: uenire aũt iam in uoluntate & opere est. Non est aũt consequens ut qui potest uenire, etiam ueniat, nisi id uoluerit atq; fecerit. Sed omnis q didicit à patre, non solũ potest uenire, sed uenit: ubi iam & possibilitatis complectus & uolũtatis affectus & actionis effectꝰ est. Quid ergo sibi uolũt exempla, nisi qa reuera nobis eius sensum fecerunt sicut pollicitus est clariorem, non ut ea sentire debeamus, sed ut id qd' ipse sensit manifestius apertiusq; noscamus? Quòd possumus, inquis, uidere oculis, nostrũ non est: q uero bene aut male uidemus, hoc nostrũ est. Respondeat illi Psalmus, ubi deo dicitur, Auerte oculos meos, ne uideant uanitatem. Quod & si de oculis mentis dictũ est, inde utiq; procedit in hos oculos carnis, uel bene uidere, uel male, non quemadmodum dicũtur bene uidere sanis oculis intuentes, & male, lippiẽtes: sed bene uidere ad subueniendum, male uidere ad concupiscendum. Quanuis em̃ per hos exteriores oculos uideatur et pauper cui subuenitur, & mulier quæ concupiscitur, tamen ex interioribus ad male uel bene uidendum misericordia uel libido procedit. Cur ergo dicitur deo, Auerte oculos meos ne uideant uanitatem? Cur petitur quod ad nostram pertinet potestatem, si deus non adiuuat uoluntatem? Quòd loqui possumus, inquit, dei est, q uero bene uel male loquimur, nostrum est: Non hoc docet ille, qui loquitur bene, Non enim uos estis, inquit, qui loquimini, sed spiritus patris uestri qui loquitur in uobis. Et ut generaliter, inquit, uniuersa complectar, q possumus omne bonũ facere, dicere, cogitare, illius est, qui hoc posse donauit, qui hoc posse adiuuat. Ecce etiam hic superiorem repetit sensum, q illorum triũ, id est possibilitatis, uoluntatis, actionis nõ nisi possibilitas adiuuatur. Deniq; adiungens ut impleat quod intendit: Quod uero bene, inquit, uel agimus uel loquimur, uel cogitamus, nostrũ est. Oblitus est qd' superius quasi correxerat, ubi cum dixisset, Ergo in uoluntate & opere bono laus hominis est: adiũxit atq; ait, imò & hominis & dei, q ipsius uoluntatis & operis possibilitatẽ dedit. Cur etiã in his exemplis hoc non recordatus est, ut saltẽ in eorum fine diceret, quod possumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illiꝰ est q hoc posse donauit, q hoc posse adiuuat: q uero bene uel agimus uel loquimur,

Iohn. 6

Caput XV

Caput XVI

Matt. 10

C

D

uel cogitamus, & noſtrum eſt & illius? Non hoc dixit, ſed, niſi fallor, uideor mihi uidere qd timuit.

Cap. XVII Cum enim uellet oſtendere quare noſtrū ſit, Quia hæc, inquit, omnia uertere etiā in malū poſſum⁹. Illud ergo timuit, ut nō diceret, & noſtrū eſt et dei, ne ſibi reſponderetur, ſi qꝑ bene agim⁹, loquimur, cogitamus, ideo eſt & noſtrū & dei, quia ille hoc poſſe nobis donauit: ergo & qꝑ malū agimus, loqmur, cogitamus, & noſtrū eſt & dei, quia illud poſſe ad utrūqꝫ donauit, atqꝫ ita qd' abſit, quemadmodum cum deo laudamur in operibus bonis, ſic cū illo culpamur in malis. Poſſibilitas qppe illa, quā

Ca. XVIII dedit, tam nos facit bona poſſe qꝫ mala. De qua poſſibilitate Pelagius in libro primo pro libero arbitrio, ita loquitur, Habemus aūt, inquit, poſſibilitatem utriuſqꝫ partis à deo inſitam, uelut quādam, ut ita dicam, radicē fructiferam atqꝫ fœcundā, quæ ex uoluntate hominis diuerſa gignat & pariat, & quæ poſſit ad proprij cultoris arbitrium, uel nitere flore uirtutum, uel ſentibus horrere uitiorum. Vbi non intuens quid loquatur, unam eandemqꝫ radicem conſtituit bonorum & malorum, contra Euā gelicam ueritatem, doctrinamqꝫ Apoſtolicā. Nam & dominus nec arborem bonam dicit poſſe facere fructus malos, nec malam bonos. Et Apoſtolus Paulus cum dicit radicem malorum omnium eſſe cupiditatē, admonet utiqꝫ intelligi radicem bonorum omnium charitatem. Vnde ſi duæ arbores bona & mala, duo ſunt homines bonus & malus, qd eſt bon⁹ homo, niſi uoluntatis bonæ, hoc eſt arbor radicis bonæ? Et quid eſt homo malus niſi uolūtatis malæ, hoc eſt arbor radicis malæ? Fructus autē harum radicū atqꝫ arborum, facta ſunt, dicta ſunt, cogitata ſunt, quæ bona de bona uoluntate proce-

Cap. XIX dunt, & mala de mala. Facit aūt homo arborem bonam quando dei accipit gratiam: Non enim ſe ex malo bonum per ſeipſum facit, ſed ex illo & per illum & in illo qui ſemper eſt bonus: nec tantū ut arbor ſit bona, ſed etiam ut faciat fructus bonos, eadem gratia neceſſarium eſt, ut adiuuetur, ſine qua boni aliquid facere non poteſt. Ipſe quippe in bonis arboribus cooperatur fructum, qui & forinſecus rigat atqꝫ excolit per quemlibet miniſtrum, & per ſe dat intrinſecus incrementum. Malam uero arborem homo facit, quādo ſeipſum malum facit, quando à bono incommutabili deficit, ab eo quippe defectus eſt origo uolūtatis malæ. Qui defect⁹ non aliam naturam malam initiat, ſed eam quę bona eſt condita uitiat. Sanato aūt uitio, nullum malum remanet, quia uitium naturæ quidem inerat,

Cap. XX ſed uitium natura non erat. Illa ergo poſſibilitas, non ut iſte opinatur, una eademqꝫ radix eſt bonorum & malorū. Aliud enim eſt charitas radix bonorum, aliud cupiditas radix malorum, tantumqꝫ inter ſe differunt, quantum uirtus & uitium. Sed plane illa poſſibilitas utriuſqꝫ radicis eſt capax, quia non ſolum poteſt homo habere charitatem, qua ſit arbor bona, ſed poteſt etiā cupiditatem, qua ſit arbor mala. Sed cupiditas hominis quæ uitium eſt, hominem habet authorem, uel hominis deceptorem, non hominis creatorem. Ipſa eſt enim concupiſcentia carnis, & concupiſcentia oculorum, & ambitio ſeculi, quæ non eſt ex patre, ſed ex mūdo eſt, Quis autē neſciat mundi nomine ſolere appellare

Cap. XXI ſcripturam, à quibus habitatur hic mūdus? Charitas aūt quæ uirtus eſt, ex deo nobis eſt, nō ex nobis, ſcriptura teſte, quæ dicit, Charitas ex deo eſt, 1. Ioan. 4 & omnis q diligit, ex deo natus eſt, & cognouit deum, quia deus charitas eſt. Secundum iſtam charitatem, melius intelligitur dictum: Qui natus eſt ex 1. Ioan. 3 deo, non peccat: & quia non poteſt peccare, quia charitas ſecundum quam natus ex deo eſt, nō agit perperam, nec cogitat malū. Cum ergo peccat homo, non ſecundum charitatem, ſed ſecundum cupiditatem peccat, ſecundū quam non eſt natus ex deo, quoniam illa poſſibilitas, ut dictū eſt, utriuſqꝫ

B radicis eſt capax. Cum ergo dicat ſcriptura, Charitas ex deo eſt: uel quod eſt amplius, Deus charitas eſt: cum apertiſſime clamet Ioannes Apoſtolus, ecce qualem charitatem dedit nobis pater, ut filij dei uocemur & ſimus: Iſte audiens, Deus charitas eſt: quare adhucuſqꝫ contendit, qꝑ ex illis tribus tantūmodo poſſibilitatem habeamus ex deo, bonam uero uoluntatē, bonāqꝫ actionē habeamus ex nobis? Quaſi uero aliud ſit bona uolūtas qꝫ charitas, quā ſcriptura nobis eſſe clamat ex deo, & à patre datā,

Ca. XXII ut filij eius eſſemus. Sed forte ut daretur nobis, præcedentia merita noſtra fecerunt. Sicut iſte de gratia dei ſentit in eo libro, quē ad ſacram uirginē ſcripſit, cuius etiam cōmemorationem fecit in literis, quas Romam miſit. Ibi enim interpoſito Iacobi Iacob. 4

C Apoſtoli teſtimonio, quo ait, Subditi eſtote deo, reſiſtite aūt diabolo, & fugiet à uobis: ſubiungit & dicit, Oſtendit quomodo reſiſtere debeamus diabolo, ſi utiqꝫ ſubditi ſimus deo, eiuſqꝫ faciendo uoluntatem, diuinam mereamur gratiam, & facilius nequam ſpiritui auxilio ſanctiſpiritus reſiſtamus. Ecce qꝫ ueraci corde damnauit in eccleſiaſtico iudicio Paleſtino eos, qui dicunt gratiam dei ſecundum merita noſtra dari. An adhuc eum id ſentire & apertiſſime prædicare dubitamus? Quomodo ergo uerax fuit in epiſcopali examine illa cōfeſſio? An forte iam iſtum ſcripſerat librum, ubi apertiſſime dicit gratiam ſecundum merita noſtra dari, qd' in oriētali ſynodo ſine ulla recuſatione damnauit? Confiteretur ergo ſic ſe aliquando tenuiſſe, ſed iā non tenere, ut de correctione eius apertiſſime gauderemus. Nūc uero cum illi inter cętera & hoc fuiſſet obiectum, reſpōdit, Hæc utrum Celeſtij ſint, ipſi uideriat q dicunt ea Celeſtij eſſe. Ego uero nūquam ſic tenui, ſed anathematizo qui ſic tenent. Quomodo nunquam ſic tenuit, ſi hunc ante cōdiderat librū? Aut quomodo anathematizat eos qui ſic tenent, ſi hunc librū poſtea cōdidit? Sed ne forte reſpondeat ita ſe hic dixiſſe, Dei faciendo uolūtatem, diuinā mereamur gratiam, ſicut fidelibus et pie uiuētibus additur gratia, qua reſiſtant fortiter tentatori, cum tamen gratiam etiam primitus acceperint, ut dei facerent uoluntatem. Ne forte ergo ita reſpondeat, alia de hac re uerba eius accipite. Qui currit, inquit, ad deum, & à deo ſe regi cupit, id eſt, uoluntatem ſuam ex eius uoluntate ſuſpendit, qui

Universidad de Deusto
Biblioteca

dit, qui ei adhærendo iũgitur, unus, ſecundũ Apoſtolum, cum eo ſit ſpiritus, non hoc niſi de arbitrij efficit libertate. Videte quantam rem dixerit nõ effici nisi arbitrij libertate, ac per hoc ſine adiutorio dei nos deo exiſtimat adhærere: hoc eſt enim non niſi de arbitrij libertate, ut cum adhæſerimus deo non adiuuante, tunc iam quoniã adhæſimus, etiã
Ca. XXIII adiuuari mereamur. Sequitur eñ & dicit, Qua qui bene utitur, id eſt, arbitrij libertate qui bene utitur, ita ſe, inquit, totum tradit deo, omnemq; ſuam mortificat uoluntatem, ut cum Apoſtolo poſſit di
Gal. 2 cere, Viuo aũt iam nõ ego, uiuit aũt in me Chriſtꝰ: ponitq; cor ſuum in manu dei, ut illud quò uoluerit deus, ipſe declinet. Magnum profecto adiutorium diuinæ gratiæ, ut cor noſtrum quò uoluerit deus, ipſe declinet. Sed hoc tam magnum adiutoriũ B ſicut iſte deſipit, tunc meremur cum ſine ullo adiutorio nõ niſi de arbitrij libertate ad dñm currimꝰ, ab eo nos regi cupimꝰ, uoluntatẽ noſtram ex eius uoluntate ſuſpendimus, eiq; adhærẽdo iugiter, unus cum illo efficimur ſpiritus. Hæc ſcilicet tã ingentia bona, non niſi de arbitrij ſecundum iſtũ effi cimus libertate, ut his præcedentib. meritis ſic eiꝰ gratiam cõſequamur, ut cor noſtrum quò uoluerit ipſe declinet. Quomodo eſt ergo gratia, ſi non gratis datur? Quomodo eſt gratia, ſi ex debito reddit?
Ephe. 2 Quomodo uerum dicit Apoſtolus, Nõ ex nobis,
Rom. 11 ſed dei donũ eſt, non ex operibus, ne forte quis extollatur? Et iterum, Si aũt gratia, inquit, iam nõ ex operibus, alioq; gratia iam nõ eſt gratia. Quomodo, inquã, hoc uerum eſt, ſi opera tanta præcedunt C quæ nobis adipiſcendę gratiæ meritũ faciant, quo nobis non donetur gratuita, ſed reddatur ex debito? Ergõne ut perueniatur ad adiutoriũ dei, ad deũ curritur ſine adiutorio dei? Et ut deo adhærentes adiuuemur à deo, nõ adiuti non adhærebimꝰ deo? Quid homini maius, quidue tale poterit gratia ipſa
Caput præſtare, ſi iam ſine illa unus cum dño ſpiritus effi-
XXIIII ci potuit, non niſi de arbitrij libertate? Sed uellẽ ut iſte diceret, utrum rex ille Aſſyrius cuius Heſter ſancta mulier execrabatur cubile, quando conſidebat in throno regni ſui, & omni ſtola illuſtrationis ſuæ indutus erat, totus auro uariatus lapidibuſq; precioſis, & erat formidoloſus ualde, & elenata facie ſua inflammata in charitate intuitus eſt eã, tanquam taurus impetu indignationis ſuæ, & timuit D regina & conuerſus eſt color eius per diſſolutionẽ & inclinauit ſe ſuper caput delicatæ ſuæ, quæ precedebat eam. Vellem ergo diceret iſte nobis, utrũ rex ille ad deũ iam cucurrerat, & ab eo ſe regi cupiuerat, ſuamq; uoluntatẽ ex eius uoluntate ſuſpẽderat, & ei iugiter inhærendo unus cũ illo ſpiritus factus erat, non niſi de arbitrij libertate? utrũ ſe totum deo tradiderat, omnemq; ſuam mortificauerit uoluntatẽ et cor ſuum in manu dei poſuerat? Puto non deſipere, ſed inſanire hominẽ, quiſquis de illo rege qualis tunc erat hoc ſenſerit, & tamen conuertit deus & tranſtulit indignationem eius in lenitatem. Quis aũt nõ uideat multo maius eſſe indignationẽ à contrario in lenitatẽ conuertere atq; tranſferre, q̃ cor neutra affectione præoccupatũ ſed in-

A ter utrunq; medium in aliquid declinare? Legant ergo & intelligant, intueantur atq; fateantur, nõ lege atq; doctrina inſonante forinſecus, ſed interna atq; occulta mirabili ac ineffabili poteſtate operari deum in cordibus hominum, non ſolum ueras reCa. XXV uelationes, ſed etiam bonas uoluntates. Deſinat ita q; iam Pelagius & ſeipſum & alios fallere, contra dei gratiam diſputando: Non propter illorum trium unum, id eſt, propter poſſibilitatẽ bonæ uoluntatis atq; operis, ſed etiam propter uoluntatem & operationem bonam erga nos gratia dei prædicanda eſt. Nam illam poſſibilitatem ad utrunq; ualere definit, & tamen non ideo tribuenda ſunt deo etiam noſtra peccata, ſicut et propter eandem poſſibilitatem uult tribuere bona opera noſtra. Non B ideo tantum adiutorium diuinæ gratiæ commendetur, quia poſſibilitatem adiuuat naturalem. Deſinat dicere, quòd poſſumus omne bonum facere, dicere, cogitare, illius eſt q̃ hoc poſſe donauit: q̃ uero bene uel agimus uel loq̃mur uel cogitamus, noſtrũ eſt. Deſinat, inquam, iſta dicere, Nõ ſolum eñ deus poſſe noſtrũ donauit atq; adiuuat, ſed etiã uelle & operari operatur in nobis. Non quia nos non uolumus, aut nos nõ agimus, ſed quia ſine ipſius adiutorio nec uolumus aliquid boni nec agimus. Quomodo enim dicitur, q̃ poſſumus bene agere, dei eſt, quòd autẽ agimus, noſtrum eſt, cum dicat Apoſtolus orare ſe ad deum pro eis ad quos ſcribebat, ne q̃d mali faciant, & ut quod bonũ eſt faciãt? Nõ eñ ait, oramus ut poſſitis nihil mali facere, ſed, ne quid faciatis mali: nec, ut poſſitis bonũ facere: ſed, bonũ faciatis. Quoniã de quibꝰ ſcriptũ
Rom. 8 eſt, Quotquot enim ſpiritu dei agũtur, hi filij ſunt dei: profecto ut agant quod bonum eſt, ab illo agũtur qui bonus eſt. Quomodo dicit Pelagius, quòd bene loqui poſſumus dei eſt, q̃ bene loquimur, noMatth. 10 ſtrum eſt, cũ dicat dominus, Spiritus patris ueſtri eſt qui loquitur in uobis? Neq; enim ait, non uos eſtis qui dediſtis uobis bene poſſe loqui: ſed ait, nõ uos eſtis qui loquimini. Nec ait, ſpiritus patris ueſtri eſt q uobis dat, uel dedit poſſe bene loqui: ſed ait, qui loquitur in uobis: non ſignificans poſſibilitatis profectum, ſed exprimens cooperationis effectũ. Quomodo dicit liberi arbitrij elatus aſſertor, quòd poſſumus bene cogitare, dei eſt, quòd autẽ bene cogitamus, noſtrum eſt? Cui reſpõdet humi-
2. Cor. 3 lis gratiæ prædicator, Non quia idonei ſumus cogitare aliquid à nobis, quaſi ex uobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Non enim ait, poſſe cogitare: ſed, cogitare.

Iſtam dei gratiã in diuinis eloquijs manifeſtã Caput etiam Pelagius manifeſte fateatur, ſeq; tandiu con XXVI trà ſenſiſſe nõ operiat impudẽtiſſimo pudore, ſed dolore ſaluberrimo aperiat, ut ſancta Eccleſia nõ turbetur pertinaci eius obſtinatiõe, ſed ueraci correctione lætetur. Cogitationẽ & electionem ſicut ſunt diſcernenda, diſcernat: qa ſcientia inflat, charitas ædificat. Et tunc ſcientia nõ inflat quãdo charitas ędificat. Et cum ſit utrunq; donum dei, ſed unum minus, alterũ maius, non hic iuſtitiam noſtrã ſuper laudẽ iuſtificatoris noſtri extollat, ut horum

Universidad de Deusto
Biblioteca

duorũ qđ minus est, diuino tribuat adiutorio, qđ A
aũt maius est, humano usurpet arbitrio. Et si con-
senserit nos gratia dei accipere charitatẽ, nõ sic sen
tiat tanquã ulla merita bona nostra præcesserint.
Nam quæ merita bona tunc habere poteramus,
quando deum non diligebamus? Vt ẽm acciperemus dilectionẽ qua diligeremus, dilecti sumus cũ
1.Ioan.4 eam nondũ haberemus. Hoc Ioannes Apostolus
apertissime dicit, Non quòd nos dilexerimus deũ,
sed quia ipse prior dilexit nos. Et alibi, Nos diliga
mus, inquit, quia ipse prior dilexit nos. Optime
omnino atq; uerissime. Non enim haberemus un-
de illũ diligeremus, nisi hoc ab illo cum prior nos
diligeret, sumeremus. Quid autẽ boni faceremus,
nisi diligeremus? Aut quomodo bonum non faci-
mus, si diligamus? Et si enim dei mandatũ uidetur
aliquando non à diligentibus, sed à timentibus fie B
ri, tamen ubi nõ est dilectio, nullum bonum opus
imputatur, nec recte bonum opus uocatur, quia o-
mne quod non ex fide est, peccatum est. Et fides
per dilectionẽ operatur. Ac per hoc gratiã dei, qua
charitas dei diffunditur in cordibus nostris per spi
ritum sanctum, qui datus est nobis, sic confiteatur,
qui uult ueraciter confiteri, ut omnino nihil boni
sine illa qđ ad pietatẽ pertinet ueramq; iustitiã, fie-
ri posse non dubitet. Non quomodo iste, qui cũ di-
cit, propterea dari gratiã, ut quod à deo præcipit
facilius impleatur, quid de illa sentiat satis ostẽdit,
scilicet quòd etiam sine illa etsi minus facile, fieri
Cap XX tamẽ quod diuinitus præcipitur, potest. In libro
VII quippe ad uirginem sacram, quod & supra cõme-
moraui, cum dicit, Diuinã mereamur gratiam & C
facilius nequam spiritui sancti spiritus auxilio resi-
stamus: significat profecto quid sapiat. Vt quid ẽm
hoc uerbũ interposuit, id est, facilius? An uero nõ
erat integer sensus, ut nequã spiritui sancti spiritus
auxilio resistamus? Sed quantum detrimentũ hoc
additamento fecerit, quis non intelligat? Volens
uticq; credi tantas esse naturæ uires, quas extollen-
do præcipitat, ut etiam sine auxilio spiritus sancti
etsi minus facile tamen aliquo modo nequam spi-
Cap. XX ritui resistatur. Item in primo libro pro libero
VIII arbitrio, Cum autem tam forte, inquit, tam firmũ
ad non peccandũ liberum in nobis habeamus ar-
bitrium, quod generaliter naturę humanę creator
inseruit, rursus pro eius inæstimabili benignitate,
quotidiano ipsius munimur auxilio. Quid op9 est D
hoc auxilio, si tam forte, tam firmum est ad nõ pec
candum liberum arbitrium? Sed etiam hic uult in
telligi ad hoc esse auxilium, ut facilius fiat per gra-
tiam, quod etsi minus facile, tamen putat fieri præ-
C. XXIX ter gratiam. Item in eodem libro alio loco.
Vt quod per liberum, inquit, homines facere iubẽ
tur arbitrium, facilius possint implere per gratiam.
Tolle, facilius, & non solum plenus, uerũetiam sa
nus est sensus, si ita dicatur, ut quod per liberum fa
cere iubentur homines arbitrium, possint inplere
per gratiam. Cum autẽ Facilius additur, adimple
tio boni operis etiam sine dei gratia posse fieri taci
ta significatione suggeritur. Quem sensum redar-
Ioan.15 guit, qui dicit, Sine me nihil potestis facere.

Emẽdet hęc omnia, ne si in rerum magnarum Ca. XXX
profunditate humana errauit infirmitas, etiam dia
bolica huic accedat errori uel fallacia uel animosi-
tas, siue negando quod sensit, siue defendendo qđ
perperã sensit, cum id se nõ debuisse sentire cõme
morata perspicua ueritate cognouerit. Istam quip-
pe gratiã qua iustificamur, id est, qua charitas dei
diffunditur in cordibus nostris per spiritũ sanctũ
qui datus est nobis, in Pelagij & Celestij scriptis
quæcunq; legere potui, nusq; eos inueni quemad-
modum confitenda est, cõfiteri. Prorsus nunquã
eos aduerti sicut agnoscẽdi sunt, agnoscere filios
ꝓmissionis, de quib9 dicit Apost. Non ij qui filij Rom.9
carnis, hi filij dei, sed filij ꝓmissionis deputantur in
semine. Quod enim ꝓmittit deus, nõ facimus nos
per arbitrium seu per naturã, sed facit ipse per gra-
tiam. Nam ut de Celestij opusculis interim taceam
uel libellis eius, quos iudicijs ecclesiasticis allega-
uit, quæ uobis omnia cũ alijs quas necessarias exi-
stimauimus literis mittenda curauimus, quibus o-
mnibus diligenter inspectis, possitis aduertere, nõ
eum ponere dei gratiam qua iuuamur, uel ad decli
nandum à malo, uel ad faciendum bonum, præter
naturale arbitrium uoluntatis, nisi in lege atq; do-
ctrina, ita ut ipsas quoq; orationes ad hoc asserat
necessarias, ut ostẽdatur homini quid concupiscat
& diligat. Vt ergo hæc interim omittam, nempe
ipse Pelagius & literas nuper & libellũ Romam
fidei suæ misit, scribens ad beatæ memoriæ papã
Innocentium, quem defunctum esse nesciebat. In
his ergo literis dicit esse de quibus eũ homines in-
famare conantur: Vnum quòd neget paruulis ba-
ptismi sacramentum, & absq; redemptione Christi
aliquibus regna cœlorum promittat: Aliud, quòd
ita dicat posse hominem uitare peccatũ, ut dei ex-
cludat auxilium, & in tantum libero confidat arbi
trio, ut gratiæ repudiet adiutorium. Sed de bapti-
smo paruulorũ, quanuis eis dandum esse cõcedat,
cꝫ peruerse contra fidem Christianam & catholi-
cam sentiat ueritatẽ, non hic locus est ut diligenti-
us disseramus, nunc ẽm de adiutorio gratiæ, quod
instituimus peragẽdum est. Vnde ad id quod pro
posuit quid etiam hinc respondeat uideamus. Vt
enim omittamus eius inuidiosas de suis inimicis
querelas, ubi ad rem uentum est, ita locutus est:

Ecce, inquit, ad beatitudinem tuam Epistola Pelagij defen
ista me purget, in qua pure atq; simpliciter ad pec- sio Cap.
candum, & ad non peccandum integrum liberum XXXI
arbitrium habere nos dicimus, quod in omnibus
bonis operibus diuino semper adiuuatur auxilio.
Cernitis itaq; pro intellectu, quẽ uobis dominus
dedit, hæc eius uerba soluẽdę nõ sufficere quæstio
ni: Quærimus ẽm adhuc, quo auxilio liberũ adiu-
uari dicat arbitrium, ne forte sicut solet, uelit intel-
ligi legem atq; doctrinã. Si enim quæras cur dixe-
rit, semper poterit respondere, quia dictũ est, Et in Psal.1
lege eius meditabit̃ die ac nocte. Deinde cũ de ho
minis cõditione, & ad peccandũ atq; non peccan-
dum naturali eius possibilitate quędã interposuis-
set, adiunxit dicens, Quam liberi arbitrij potesta-
tem dicimus in omnibus esse generaliter, in Chri-
stianis

Universidad de Deusto
Biblioteca

stianis, Iudęis atq; gentilibus. In omnibus est libe- A rum arbitrium æqualiter per naturam, sed in solis Christianis iuuat ē gratia. Iterū quærimus qua gratia? Et adhuc poterit respōdere, lege atq; doctrina Christiana. Deinde quālibet sentiat gratiam, ipsis Christianis secundū merita dari dicit, cum eos qui hæc dicunt iam in Palęstina sicut supra cōmemorauī sua illa præclara purgatione dānauerit. Nam uerba eius ista sunt: in illis, inquit, nudū & inerme est cōditionis bonū. in eis dicit qui Christiani nō sunt. Deinde cætera contexēs: In his uero, inquit, qui ad Christū pertinent, Christi muniuntur auxilio. Videtis adhuc incertum esse quo auxilio, secūdum ea quæ supra diximus. Sed adhuc sequit̄ de illis qui Christiani nō sunt, & dicit: Illi ideo iudicā di atq; damnandi sunt, quia cū habeant liberū arbitriū per quod ad fidem uenire possent, & dei gra B tiam promereri, male utuntur libertate cōcessa: Hi uero remunerandi sunt, qui bene libero utētes arbitrio merentur domini gratiā, & eius mādata custodiūt. Nempe manifestum est eū dicere gratiam secūdum merita dari, quamlibet eam, uel qualemlibet significet, quam tamen aperte non exprimit. Nam cum eos remunerādos dicit, qui bene utuntur libero arbitrio, & ideo mereri domini gratiā, debitum eis reddi fatetur: Vbi est ergo illud Apostoli: Iustificati gratis per gratiā ipsius? Vbi est & *Rom. 3* illud: Gratia salui facti estis? Et ne putarēt per ope *Ephe. 2* ra, addidit, per fidem. Rursus ne ipsam fidem sine dei gratia sibi putarent esse tribuēdam: Et hoc, inquit, non ex uobis, sed dei donum est. Nempe ergo illud unde incipit omne, quod merito accipere C dicimur, sine merito accipimus, id est, ipsam fidē. *Rom. 12* Aut si negatur dari, quid est q̄ dictū est: Sicut unicuiq; deus partitus est mēsuram fidei? Si autem sic dicitur dari, ut reddatur meritis, nō donetur: quid *Phil. 1* est hoc quod iterum dicit: Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, uerūetiam ut patiamini pro eo? Vtrumq; enim donatum esse testatus est, & q̄ credit in Christū, & quòd patitur quisq; pro Christo. Isti autem libero arbitrio sic applicant fidem, ut fidei uidelicet reddi uideatur nō gratuita, sed debita gratia: Ac per hoc iam nec gra *Caput* tia, quia nisi gratuita, non est gratia. Sed ab his *XXXII* literis Pelagius ad fidei suæ librum uult transire lectorem, cuius nobis cōmemorationē fecit. in quo ea de quibus non interrogabatur multa disseruit. D Sed nos de quibus agimus cū illis ipsa uideamus. Cum enim ab unitate trinitatis usq; ad resurrectionem carnis, quod ab illo nemo quærebat, disputationē quantā uoluit terminasset: Et baptisma, inquit, unū tenemus, quod ijsdem sacramēti uerbis in infantibus, quibus etiā in maioribus dicimus esse celebrandū. Hoc certe uos & à pręsente audisse dixistis. Sed quid prodest q̄ eisdem uerbis in paruulis, quibus & in maioribus celebrari dicit baptismi sacramentū, cū res à nobis, nō sola uerba quærantur? Plus est quod uobis ore proprio interrogātibus respōdit, uti scribitis, infantes in remissionem peccatorū percipere baptismū. Non em̄ & hic dicit in uerbis remissionis peccatorū: sed eos baptizari in ipsam remissionē, cōfessus est. Et tamē si ab eo quęrereris, quid peccati eis credatur remitti, nō eos aliquid habere contenderet. Quis crederet *Caput* sub hac quasi manifesta cōfessione sensum latere *XXXIII* contrariū, nisi eū Celestius aperuisset? Qui in libello suo, quem Romę gestis ecclesiasticis allegauit, paruulos & baptizari in remissionē peccatorum confessus est, & negauit ullū habere originale peccatum. Sed nunc non de baptismate paruulorum, sed de adiutorio gratiæ potius, etiam in libello fidei suæ, quem Romam misit, quid Pelagius senserit attendamus. Liberum, inquit, sic confitemur arbitrium, ut dicamus nos indigere dei semper auxilio. Ecce iterū quærimus, quo auxilio nos indigere fateatur: & iterū inuenimus ambiguū, quoniā potest respondere, legē se dicere doctrinámue Christianā, qua naturalis illa possibilitas adiuuetur. Nos autē illam gratiā in eorū cōfessione requirimus, de qua dicit Apostolus: Non em̄ dedit nobis deus spiritū timoris, sed uirtutis, & charitatis & continentiæ: Non est autē cōsequens, ut qui habet donū scientiæ, quo nouerit quid agere debeat, habeat etiam charitatis, ut agat. Illos etiam quos *Caput* in eisdem literis, quas misit ad sanctę memoriæ pa *XXXIIII* pam Innocētium, libros suos uel scripta cōmemorat, legi, præter unam epistolam, quā se breuē misisse ad sanctum Constantium episcopū dicit, nec alicubi potui reperire hanc eum gratiam confiteri, qua nō solum possibilitas naturalis uoluntatis & actionis, quam dicit nos habere etiam si nec uolumus nec agimus bonum, sed ipsa etiam uoluntas & actio subministratione sancti spiritus adiuuatur. Legant, inquit, illam epistolam, quam *Caput* ad sanctum uirum Paulinū episcopum ante duo- *XXXV* decim fere annos scripsimus, quæ trecentis forte uersibus nihil aliud quàm dei gratiam & auxiliū confitetur, nosq; nihil omnino boni facere posse sine deo. Hanc ergo epistolam legi, & inueni eum penè per totam non immorari, nisi in facultate & possibilitate naturæ, & penè ibi tantū dei gratiam constituere: Christianam uero gratiam tanta breuitate sola nominis cōmemoratione perstringit, ut nihil aliud uideatur, quàm eam tacere timuisse. Vtrum tamen eam in remissione peccatorum uelit intelligi, an etiam in doctrina Christi, ubi est & eius conuersationis exēplum, quod aliquot locis suorū opusculorū facit, an credat aliquod adiutorium bene agendi adiūctum naturæ atq; doctrinæ per inspirationē flagrantissimæ & luminosissimæ charitatis, non apparet omnino. Legant etiam, *Caput* inquit, ad sanctum Constantiū episcopum, ubi bre- *XXXVI* uiter quidē, sed planè libero hominis arbitrio dei gratiam auxiliumq; coniunxi. Hanc epistolam, ut superius dixi, non legi, sed si non est dissimilis cæteris, quæ mihi nota cōmemorat, non habet etiam ipsa quod quærimus. Legant etiam, inquit, *Epistola ad* quam ad sacrā Christi uirginem Demetriadem in *Demetriadem* Oriēte cōscripsimus: Et inueniēt nos ita hominis *Caput* laudare naturā, ut dei semper gratię addamus auxi- *XXXVII* lium. Istam sanè legi, mihiq; penè persuaserat hāc illum gratiā, de qua quęstio est confiteri, quamuis

Universidad de Deusto
Biblioteca

in multis eius opuſculi locis ſibiipſi contradicere uideretur. Sed cũ in manus meas & alia ueniſſent, quæ poſterius latiusq; cõſcripſit, uidi quemadmodũ potuerit etiã illic gratiam nominare, ſub ambigua generalitate quid ſentiret abſcõdens, gratię tamen uocabulo frangẽs inuidiã, offenſionemq; declinãs. Nam in ipſius principio ubi ait: Propoſito inſudemus operi, nec mediocritati diffidamus ingenij, ꝙ credimus fide matris & merito uirginis adiuuari, gratiã qua adiuuamur ad aliqd agẽdum mihi uiſus fuerat confiteri, nec attẽderam hanc eũ ponere potuiſſe in ſola reuelatione doctrinæ. Item in eodẽ opere alio loco: Quòd ſi etiã ſine deo, inquit, homines oſtendunt, quales à deo facti ſunt, ui de quid Chriſtiani facere poſſunt, quorũ in melius per Chriſtum inſtaurata natura eſt, & qui diuinæ quoq; gratiæ iuuantur auxilio? Naturã in melius inſtauratã, remiſſionẽ uult intelligi peccatorum. Quod alio loco in hoc ipſo libro ſatis demonſtrauit, ubi ait: Etiam illi qui longo peccandi uſu quodãmodo obduruere, inſtaurari per pœnitentiam poſſunt: Auxiliũ uero diuinæ gratiæ poteſt & hic

Caput ponere in reuelatione doctrinæ. Item alibi in ea

XXXVIII dem epiſtola: Nã ſi ante legẽ, inquit, ut diximus, ac multo ante domini noſtri et ſaluatoris aduentũ, iuſte quidã & ſancte uixiſſe referuntur, quãto magis poſt illuſtrationem aduentus eius inſtauratos id poſſe credendum eſt, nos qui per Chriſti gratiã & in meliorem hominẽ renati ſumus, qui ſanguine eius expiati atq; mundati, ipſiusq; exemplo ad perfectionem incitati iuſtitiæ, meliores illis eſſe debemus, qui ante legẽ fuere. Videte quẽadmodum & hic aliis quidem uerbis, ſed tamen in remiſſione peccatorum, & in exemplo Chriſti, adiutoriũ gratiæ conſtituerit. Deinde ſubiungit & dicit: Me

Rom. 6 liores etiã ꝙ fuere ſub lege, dicente Apoſtolo: Peccatũ uobis non dominabitur: Non enim ſub lege eſtis, ſed ſub gratia. Et quoniã hinc, inquit, ſufficienter, ut puto, diximus, nunc perfectam inſtituamus uirginẽ, quæ ex utroq; ſemper accenſa, & naturæ ſimul & gratiæ bonũ, morũ ſanctitate teſteť. Et in his uerbis debetis aduertere, ideo illũ quod dicebat, ſic uoluiſſe cõcludere, ut naturæ bonũ intelligamus, quod cũ crearemur accepimus: gratiæ autẽ, cũ Chriſti imitamur exemplũ: tanꝙ ideo peccatũ non indultũ fuerit eis, qui ſub lege fuerũt uel ſunt, quia exẽplum Chriſti ſiue non habuerũt ſiue

Caput non credunt. Hoc autẽ iſtum ſapere & alia eius

XXXIX uerba oſtendunt, nõ in hoc libro, ſed in tertio pro libero arbitrio, ubi ad eũ loquens contra quem diſputat, quoniam ille poſuerat uerba Apoſtoli di-

Rom. 7 cẽtis: Non quod uolo ago: Et, uideo aliam legem in membris meis repugnantẽ legi mentis meæ, & cætera quæ ibi dicunť, iſte reſpondit atq; ait: Hoc enim quod tu de Apoſtolo intelligere cupis, omnes eccleſiaſtici uiri in peccatoris & ſub lege adhuc poſiti aſſerunt eũ dixiſſe perſona, quia nimia uitiorum conſuetudine uelut quadã teneretur neceſſitate peccandi, & quamuis bonum appeteret uoluntate, uſu tamen præcipitaretur in malum. In perſona autem, inquit, hominis unius, deſignat populum ſub uetere adhuc lege peccantem, quẽ ab hoc conſuetudinis malo dicit liberandum eſſe per Chriſtum, qui credentibus ſibi primo omnia per baptiſmũ peccata dimittit, deinde imitatiõe ſui ad perfectam incitat ſanctitatẽ, & uitiorum conſuetudinem uirtutum uincit exemplo. Ecce quomodo uult intelligi, adiuuari eos qui ſub lege peccant, ut per gratiã Chriſti iuſtificati liberẽtur, tanꝙ eis nõ ſufficiat ſola lex propter nimiã peccandi conſuetudinem, niſi Chriſti accedat non inſpiratio charitatis per ſpiritũ ſanctum, ſed intuendũ & imitandũ in doctrina euangelica uirtutis eius exẽplum. Et certe maxima hic erat cauſa exprimendi, quã diceret gratiam, ubi locũ ipſum de quo reſpõdetur, ſic concluſit Apoſtolus ut diceret: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrũ. Hanc iſte cum cõſtituat, non in uirtutis eius auxilio, ſed imitationis exemplo, quid amplius de illo ſperare debemus, ubicunq; gratiæ nomẽ ſub ambigua generalitate cõmemorat? Item in eodem libro ad *Ca. XL* uirginẽ ſacram, unde iam etiã ſupra diſſeruimus, ubi ait: Subditi ſimus deo, eiuſq; faciendo uoluntatem, diuinã mereamur gratiã, & facilius nequã ſpiritui ſpiritus ſancti auxilio reſiſtamus. In quib⁹ eius uerbis certe manifeſtũ eſt, ita eũ uelle nos adiuuari gratia ſpiritus ſancti, nõ quia ſine illo etiam per ſolam naturæ poſſibilitatẽ non poſſumus reſiſtere tentatori, ſed ut facilius reſiſtamus. Quod tamen qualecunq; & quantulumcunq; adiutorium, eũ credibile eſt in hoc cõſtituere, ꝙ nobis additur ſcientia, reuelante ſpiritu per doctrinam, quam uel nõ poſſumus uel difficile habere poſſumus per naturam. *Cap. XLI* Iſta ſunt quæ in libro quẽ ſcripſit ad uirginem Chriſti, aduertere potui, ubi uidetur gratiam confiteri, quæ profecto qualia ſint utiq; cerni tis. Legant, inquit, etiam recens meum opuſculũ, quod pro libero nuper arbitrio ædere compulſi ſumus, & agnoſcent ꝙ inique nos negatione gratiæ infamare geſtierint, qui per totũ penè ipſius textũ operis perfecte atq; integre & liberum arbitrium confitemur & gratiam. Quatuor ſunt libri operis huius, & hos legi, & ex illis ſumpſi, quę tractanda & diſcutiẽda propoſui, & ut potui pertractaui, antequam ad eius has literas, quæ Romã miſſę ſunt, ueniremus. Sed in his etiam quatuor libris, quæcũq; pro gratia uidetur dicere, qua iuuamur ut declinemus à malo bonũq; faciamus, ita dicit, ut nullo modo à uerborũ ambiguitate diſcedat, quã diſcipulis ſic poſſit exponere, ut nullum auxiliũ gratiæ credãt, qua naturę poſſibilitas adiuuet, niſi in lege atq; doctrina: ita ut ipſas quoq; orationes, ut in ſcriptis ſuis apertiſſime affirmat, ad nihil aliud adhibẽdas opinet, niſi ut nobis doctrina etiã diuina reuelatione aperiat, nõ ut adiuuetur mens hominis, ut id quod faciendũ eſſe didicerit, etiã dilectiõe & actione perficiat. Ab illo eñ ſuo manifeſtiſſimo dogmate non recedit omnino, ubi tria illa cõſtituit, poſſibilitatẽ, uoluntatẽ, actionẽ, & ſolam poſſibilitatẽ dicit diuino ſemper adiuuari auxilio: uoluntatem autem & actionem, nullo dei adiutorio exiſtimat in-

Universidad de Deusto
Biblioteca

mat indigere. Ipsum uero auxiliū quo possibilitatē natura alē perhibet adiuuari, in lege cōstituit atq; doctrina, quam nobis fatetur etiā sancto spiritu reuelari, propter quod & adorandum esse concedit. Sed hoc adiutoriū legis atq; doctrinæ etiā prophe ticis fuisse temporibus: adiutorium autē gratiæ, quæ proprie gratia nuncupatur, in Christi esse arbitratur exēplo. Quod nihilominus ad doctrinam pertinere perspicitis, quæ nobis euangelica prædicatur: ut uidelicet tanquam uia demonstrata, qua ambulare debeamus, iā uiribus liberi arbitrij, adiutorio nullo alterius indigētes, sufficiamus nobis, ne deficiamus in uia, quamuis & ipsam uiā cōtendat etiam sola inueniri posse natura, sed facilius si
Cā. XLII adiuuet gratia. Hæc ergo pro meo captu intelligere potui in Pelagij scriptis, quando nominauit gratiā. Videtis autē q; qui ista sentiunt, ignorantes dei iustitiā, suam uolunt cōstituere, & longe ab illa sunt, quæ nobis ex deo est, nō ex nobis, quam in scripturis etiā sanctis maxime canonicis aduertere atq; agnoscere debuerunt. Sed quia eas secūdum suum sensum legūt, profecto in illis nec aperte cōtuentur. Vtinam ergo saltē in catholicorum uirorū scriptis, à quibus eas recte intellectas esse nō dubitant, quid sit de adiutorio diuinæ gratiæ sentiendum, non negligēter attenderent, nec suæ sentētię amore nimio pręterirent. Nam iste ipse Pelagius in illo ipso recenti opusculo suo, cuius se commemoratione defendit, id est, in tertio libro pro libero arbitrio sanctū Ambrosiū quēadmodū laudet,
Cā. XLIII accipite. Beatus, inquit, Ambrosius episcopus, in cuius præcipue libris Romana elucet fides, qui scriptorum inter Latinos flos quidā speciosus enituit, cuius fidem & purissimū in scripturis sensum, ne inimicus quidem ausus est reprehendere. Ecce qualibus & quantis prædicat laudibus, quālibet sanctum & doctū uirū, nequaq; tamen authoritati scripturæ canonicæ cōparandum. Quem propterea sic iste cōmendat, quia uidetur sibi in quodam loco librorū eius eo teste uti, quo probet hominē posse esse sine peccato. Vnde nunc non agitur, sed agitur de auxilio gratiæ, quo ad non peccandum
Caput XLIIII adiuuamur iusteq; uiuendū. Audiat ergo illum
Ambrosius super Lucā lib. 2. cap. 12 uenerabilem antistitē dicentē & docentē in secundo libro expositionis euangelij secundum Lucam cooperari dominū etiam uoluntatibus nostris. Vides uticq;, inquit, qa ubicq; domini uirtus studijs cooperat humanis, ut nemo possit ædificare sine domino, nemo custodire sine domino, nemo quicq;
1. Cor. 10 incipere sine domino. Et ideo iuxta Apostolū: Siue manducatis, siue bibitis, omnia in dei gloriam facite. Vides quēadmodū sanctus Ambrosius etiā illud quod solent homines dicere, nos incipimus, & deus perficit, his uerbis abstulit dicēs, nemi nem quicquam uel incipere sine deo. Item in sexto libro eiusdem operis, cum de duobus illis fœneratoris unius debitoribus ageret: Secundum homi
Ambrosius super Lucā lib. 6. cap. 31 nem, inquit, plus fortasse offendit, qui plus debuerat, sed per misericordiam domini causa mutatur, ut amplius diligat, qui ampli⁹ debuit, si tamē gratiam consequatur. Ecce apertissime prædicat ca-

A tholicus doctor etiam ipsam dilectionē, qua quisque amplius diligit, ad beneficium gratiæ pertine re. Ipsam deniq; pœnitētiā, quam proculdubio Cā. XLV uolūtas agit, domini misericordia & adiutorio fieri ut agatur, in decimo eiusdē operis libro beatus dicit Ambrosius ita loquens: Bonę lachrymę quę Ambrosius super culpam lauant. Deniq; quos Iesus respicit, plorant Lucā lib. delictū. Negauit primo Petrus & non fleuit, quia 10. cap. 96 nō respexerat dominus: negauit secūdo & nō fleuit, quia adhuc non respexerat dominus: negauit & tertio, respexit Iesus, & amarissime fleuit. Legāt isti euangelium, & uideant dominum Iesum tunc intus fuisse, cum à sacerdotum principibus audiretur: apostolum uero Petrum foris & deorsum in
B atrio cū seruis ad focum tunc sedentem, nūc stantem, sicut ueracissima & concordissima euangelistarū narratione monstratur. Vnde non potest dici, quòd corporalibus oculis eū dominus uisibiliter admonēdo respexerit. Et ideo quod ibi scriptū est: Respexit eū dominus: intus actū est, in mente actum est, in uoluntate actum est. Misericordia dominus latēter subuenit, cor tetigit, memoriā reuocauit, interiore gratia sua uisitauit Petrū, interioris hominis usq; ad exteriores lachrymas mouit & produxit affectum. Ecce quēadmodum deus adiuuādo adest uoluntatibus & actionibus nostris. Ecce quēadmodum & uelle & operari operatur in nobis. Item in eodē libro idē sanctus Ambrosius, Vbi supra Nam si Petrus, inquit, lapsus est, qui dixit: Et si alij scandalizati fuerint, ego nō scādalizabor: quis alius iure de se præsumat? Deniq; Dauid quia di-
C xerat: Ego dixi in mea abūdantia nō mouebor in Psal. 29 æternū: suā sibi iactantiā obfuisse profitetur dicēs: Auertisti faciē tuā, & factus sum conturbatus. Audiat iste tantū uirū docentem, imitetur credētem, cuius fidē doctrināq; laudauit. Audiat humiliter, imitetur fideliter, non de se pertinaciter præsumat ne pereat. Quid eo pelago uult mergi Pelagius, un de per petram liberatus est Petrus? Audiat eun Cā. XLVI dem antistitem dei in sexto libro eiusdē operis dicentē: Cur autē non receperint eum, euangelista ipse memorauit dicēs: quia facies eius erat euntis Luce 9 in Hierusalem, discipuli autē recipi intra Samariā gestiebant. Sed deus quos dignatur uocat, & quē uult religiosum facit. O sensum hominis dei, ex ipso haustū fonte gratiæ dei. Deus, inquit, quos di
D gnatur uocat, & quē uult religiosum facit. Videte si non propheticū illud est: Miserebor cuius miser Exod. 33 tus ero, & misericordiā præstabo, cui misericors fuero. Et illud apostolicū: Non uolētis neq; currētis, sed miserentis dei. Quia ut dicit etiā nostrorū Rom. 9 temporū homo eius, quē dignatur uocat, & quē uult religiosum facit. Nunquid aliquis dicere audebit, nondū esse religiosum, qui currit ad deum, ab eo seregi cupit, & uoluntatē suā ex eius uolun tate suspendit, & qui ei adhærendo iugiter unus secundū Apostolum, cum eo fit spiritus? At hoc totum tam magnū religiosi hominis opus, Pelagius nō dicit effici nisi arbitrij libertate. Contrà autem beatus Ambrosius ipsius tam excellenter ore laudatus: Dominus deus, inquit, quē dignatur uocat,

& quem

& quẽ uult religiosum facit. Ergo ut currat ad dominũ, & ab eo se regi cupiat, suamq; uoluntatẽ ex eius uolũtate suspẽdat, etq; adhęrẽdo iugiter, unus secũdum Apostolũ cũ eo fiat spiritus, deus quem uult religiosum facit. Et hoc totum homo nisi religiosus nõ facit. Quapropter nisi à deo fiat ut hoc

Caput faciat, quis hoc facit? Sed quia ista quæstio, ubi

XLVII de arbitrio uoluntatis & dei gratia disputatur, ita est ad discernendum difficilis, ut quando defenditur liberũ arbitriũ, negari dei gratia uideatur, quãdo autem asseritur dei gratia, liberum arbitriũ putetur auferri: potest Pelagius ita se latebris obscuritatis inuoluere, ut etiam ijs quę à sancto Ambrosio cõscripta posuimus, consentire se dicat: & ea se quoq; sentire proclamet, semperq; sensisse, atq; ita singula conetur exponere, ut etiam eius sententiæ cõuenire credãtur. Quapropter quantũ attinet ad istam de diuina gratia & adiutorio quæstionẽ, tria ista quæ apertissime distinxit attẽdite, posse, uelle, esse, id est, possibilitatẽ, uoluntatem, actionẽ. Si ergo consenserit nobis, non solam possibitatẽ in homine, etiam si nec uelit, nec agat bene, sed ipsam quoq; uoluntatẽ & actionem, id est, ut bene uelimus, & bene agamus, quæ nõ sunt in homine, nisi quãdo bene uult & bene agit: Si ut dixi, cõsenserit etiã ipsam uoluntatẽ & actionẽ diuinitus adiuuari, ut sine illo adiutorio nihil bene uelimus & agamus, eãq; esse gratiã dei per Iesum Christũ dominũ nostrũ, in qua nos sua, nõ nostra iustitia iustos facit, ut ea sit uera nostra iustitia, quę nobis ab illo est: nihil de adiutorio gratiæ dei, quantũ arbitror, inter nos cõtrouersiæ relinquet. Illud autẽ pro-

ἀμεμπτοι qui dicantur

Caput

XLVIII pter quod sic laudauit sanctũ Ambrosiũ, quia scilicet in scriptis eius inuenit ex laudibus Zacharię & Elizabeth, posse hominem in hac uita esse sine peccato: quanq; negandũ nõ sit, si hoc uelit deus, apud quẽ sunt oĩa possibilia, cõsideret tamẽ dilligentius quẽadmodum dictum sit. Dictũ enim est, quantũ mihi uidetur, secundũ quandã inter homines cõuersationẽ probabilẽ atq; laudabilẽ, quam nullus hominum iuste posset in accusatiõis & criminatiõis querelam uocare. Quã propterea in dei conspectu Zacharias & eius uxor habuisse referunt, quia in ea homines nulla dissimulatiõe fallebãt, sed ut apparebãt hominibus, ita noti erãt oculis dei. Non autẽ dictũ est, hoc secundũ illã perfectionẽ iustitię, in qua uere atq; omnino immacula

Philip.3 ti perfectiq; uiuemus: nã & apost. Paulus dixit, secundũ iustitiã, quæ ex lege est, se fuisse sine querela: in qua lege etiã Zacharias sine querela cõuersabat. Sed hãc Apostol⁹ iustitiã in stercoríb. & detrimẽtis deputauit, in cõparatione iustitiæ quã speramus, & quã nũc esurire ac sitire debemus, ut ea quãdoq; saturemur in specie, quæ nũc est in fide,

Ca. XLIX quãdiu iustus ex fide uiuit. Audiat denicq; ipsum uenerabilẽ antistitẽ, cũ exponeret Esaiã Prophetã dicentẽ, neminẽ in hoc mundo esse posse sine peccato. ubi nemo potest dicere, in hoc mũdo eum dixisse, uelut in dilectiõe huius mũdi. De Apostolo

Philip.3 etenim loquebatur, qui dicit: Cõuersatio nostra in cœlis est. Hunc ergo sensum memoratus episcopus explicãs: Perfectos, inquit, secum multos ait Apostolus in hoc adhuc mũdo sitos, qui si ad perfectionẽ ueram respicias, perfecti esse nõ poterãt. Quia ipse dixit: Videmus nunc per speculũ in ænigmate, tunc autem facie ad faciẽ. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum. Ita & immaculati sunt in hoc mũdo, & immaculati erunt in regno dei, cũ utiq; si minutius excutias, immaculatus esse nemo possit, quia nemo sine peccato. Illud ergo sancti Ambrosii testimoniũ, quo pro sua sentẽtia Pelagius utitur, aut secundũ quẽdam modũ dictum est, probabilẽ quidem, sed non minutius excussum: aut certe si ille uir sanctus atq; humilis Zachariam & Elisabeth summæ atq; oĩno perfectæ iustitiæ, cui nihil addi iam posset, fuisse exístimauit, profecto sententiã suam minutius excutiendo correxit. Attendat sanè iste in

Cap. L eodem ipso loco unde hoc Ambrosianũ testimonium, quod ei placebat, assumpsit: etiam illud eum dixisse, q⁹ ab initio esse immaculatum humanæ imposibile sit naturæ: ubi omnino illam naturalem possibilitatẽ, quã Pelagius non uult fideliter respicere, peccato esse uitiatã, & ideo iactãter extollit, eneruem infirmãq; testatur uenerandus Ambrosius, proculdubio cõtra istius uoluntatẽ, sed non

Ephe.2 cõtra apostolicam ueritatem, ubi legitur: Fuimus & nos aliquãdo natura filij iræ sicut & cæteri. Ipsa est enim per peccatum primi hominis, quod ex libero eius uenit arbitrio, uitiata & damnata natura. Cui sola per mediatorẽ dei & hominũ & omnipotentẽ medicũ diuina subuenit gratia: de cuius adiutorio, ad iustificationẽ nostram, quo deus dilligẽtibus eũ omnia cooperatur in bonũ, quos prior dilexit donans eis ut dilligeretur ab eis, quia iã diu est ut differimus: deinceps incipiamus, quantũ dominus adiuuerit etiã de peccato, quod per unũ hominem cum morte intrauit in mundum, atq; ita in omnes homines pertransijt, aduersus istos, qui in errorem huic contratrium ueritati, apertius erupe runt, quæ satis esse uidebuntur exprimere.

Libri primi Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, cõtra Pelagium & Celestium De peccato originali Liber secundus.

Cap. I

I AM nunc dilligenter aduertite de baptismate paruulorũ, quàm caute debeatis audire homines eiusmodi, qui neque aperte illi ætati lauacrum regenerationis & peccatorũ remissionis audent negare, ne hoc Christianæ aures ferre non possint: & tamen opinionem suam, qua putant peccato primi hominis carnalem generationẽ obnoxiã nõ teneri, tueri & defensare persistunt, quamuis eis baptismum uideantur

Universidad de Deusto
Biblioteca

uideantur in remissionem peccatorum cõcedere. Nempe uosipsi à Pelagio præsente scripsistis audisse recitante uobis de libello suo, quẽ etiã Romã se misisse asserebat, quòd ĩisdem sacramenti uerbis dicat debere baptizari infantes, quibus & maiores. Quis post ista uerba putaret eis de hac re ullã mouendam esse quæstionem, aut eis faceret? Cui uero calumniosissimi uiderentur, si non eorũ manifesta uerba legerentur, ubi negant paruulos trahere originale peccatũ omnes, qui sine ullo uitio
Cap. II natos esse contendunt? Et Celestius quidem in hoc extitit errore liberior, usque adeo, ut neq; in episcopali iudicio apud Carthaginẽ dãnari uoluerit eos, qui dicunt ꝙ peccatum Adæ ipsum solũ læserit, & non genus humanum, & quòd infantes qui nascuntur, in eo statu sint, in quo Adam fuit ante præuaricationem. Et in urbe Roma in libello suo, quem beatissimo papæ Zosimo dedit, id asseuerauit expressius, ꝙ paruulorum neminẽ obstringat originale peccatum. De gestis enim ecclesiasticis Carthaginensib. hæc eius uerba descripsimus.
Cap. III Aurelius episcopus dixit: Sequẽtia recitentur, Et recitatum est, quòd peccatum Adæ ipsi soli obfuerit, & nõ generi humano. Et cum recitatũ esset, Celestius dixit: Dixi de traduce peccati me dubiũ esse, ita tamen ut cui donauit deus gratiam peritię consentiam, quia diuersa ab eis audiui, qui uticȝ in ecclesia catholica constituti sunt presbyteri.
Paulin⁹ diaconus dixit: Dic nobis nomina ipsorũ. Celestius dixit: Sanctus presbyter Rufinus Romæ qui mansit cũ sancto Pammachio. Ego audiui illum dicentem, quia tradux peccati non sit.
Paulinus diaconus dixit: Est aliquis alius?
Celestius dixit: Audiui & plures dicere. Paulinus diaconus dixit: Dic nomina ipsorum. Celestius dixit: Non tibi sufficit unus sacerdos? Et post alio loco: Aurelius episcopus dixit: Reliqua libelli legant. Et recitatũ est, quòd infantes qui nascuntur, in eo statu sint, in quo fuit Adã ante transgressionem, usq; in finem libelli minoris superius
Ca. IIII inserti. Aurelius episcopus dixit: Docuisti Celestium aliquãdo, ut dixit diaconus Paulinus, quòd infantes qui nascunt, in eo statu sint, in quo fuit Adam ante transgressionẽ? Celestius dixit: Exponat quid dixit ante transgressionẽ. Paulinus diaconus dixit: Tu nega hoc te docuisse. Vnũ est ex duobus, aut neget se docuisse, aut iam dãnet istud.
Celestius dixit: Iam dixi, exponat quomodo dixit, ante transgressionẽ. Paulinus diaconus dixit: Nega te illa docuisse. Aurelius episcopus dixit: Rogo, ꝙd collegerim ego ex huiusmodi obiectione, dico Adã constitutus in paradiso, quod ante dicat inexterminabilis factus, postea per transgressionẽ præcepti factus sit corruptibilis: Hoc dicis frater Paulline? Paulin⁹ diaconus dixit: Hoc domine. Aurelius episcopus dixit: Status certe infantiũ hodie baptizandorũ, utrũ talis sit qualis fuit ante transgressionẽ Adæ, an certe de eadẽ origine peccati, de qua nascitur, transgressionis culpam trahat? Hoc uult diaconus Paulinus audire.
Paulinus diaconus dixit: Vtrum docuit hoc, an non, neget. Celestius dixit: Iam de traduce peccati dixi, ꝙa intra catholicã cõstitutos plures audiui destruere, necnõ & alios astruere, licet quæstionis res sit ista, nõ hæresis: Infantes semper dixi egere baptismo, ac debere baptizari. Quid quærit aliud? Nẽpe cernitis sic Celestiũ cõcessisse paruulis baptismũ, ut in eos trãsire primi hominis peccatũ, quod lauacro regenerationis abluitur, noluerit cõfiteri, quamuis & negare nõ ausus sit. Et propter hãc dubitationẽ suã nõ damnauerit eos qui dicũt, quòd peccatũ Adæ ipsum solũ læserit, & nõ genus humanum, & quòd infantes qui nascuntur, in eo statu sint in quo Adam fuit ante præuaricationẽ.
In libello autem quem Romæ ædidit, qui gestis Cap. V ibi ecclesiasticis allegatus est, ita de hac re loquit, ut hoc se credere ostẽdat, unde hic dubitare se dixerat. Nã uerba eius ista sunt, Infantes autẽ, ingt, debere baptizari in remissionẽ peccatorum secundũ regulam uniuersalis ecclesiæ, & secundũ euangelij sententiã cõfitemur, quia dominus statuit regnum cœlorũ non nisi baptizatis posse conferri, quod quia uires naturę nõ habent, cõferre necesse est per gratię libertatẽ. Si nihil de hac re deinceps diceret, quis nõ eum crederet cõfiteri, etiam infantib. in baptismo originalia peccata dimitti, dicẽdo eos in remissionẽ peccatorũ baptizari oportere? Hinc ergo est & illud quod scripsistis, sic uobis respondisse Pelagiũ, ꝙ eisdem quibus & maiores sacramenti uerbis baptizant infantes, uosq; lætatos fuisse, id quod cupiebatis audisse, & tamẽ adhuc de uerbis eius nos maluisse consulere. Attendi- Cap. VI te itaq; quid Celestius apertissime dixerit, & ibi uidebitis quid uobis Pelagius occultauerit. Celestius quippe adiũgit & dicit: In remissionẽ autem peccatorum baptizãdos infantes, nõ idcirco diximus, ut peccatũ ex traduce firmare uideamur, qd̃ longe à catholico sensu alienũ est, quia peccatũ nõ cũ homine nascitur, quod postmodũ exercetur ab homine, quia non naturæ delictum, sed uoluntatis esse demonstratur. Et illud ergo cõfiteri congruũ, ne diuersa baptismatis genera facere uideamur, & hoc prȩmunire necessariũ est, ne per mysterij occasionẽ, ad creatoris iniuriã malum anteq; fiat ab homine, tradi dicatur homini per naturam. Hunc sensum suũ uobis aperire Pelagius, uel timuit, uel erubuit, quẽ discipulus eius palàm sine ullius obscuritatis ambagibus apud sedẽ apostolicã profiteri non timuit, nec erubuit. Sed multum misericors memoratæ sedis antistes, ubi eum uidit ferri tanta præsumptione præcipitem, tanq; furẽtem, donec si posset fieri, relipiscceret, maluit eũ sensim suis interrogationib. & illius respõsionibus colligare, q̃s districtam ferẽdo sententiã, in illud abruptũ, quo iam pendere uidebat, impellere. Ideo autẽ nõ dixi aperte ceciderat, sed propẽdere uidebatur, quia superius in eodẽ libello suo de huiusmodi quæstionibus locuturus ante prædixerat: Si forte ut hominibus quispiam ignorantiæ error obrepserit, nostra De *sententia* sententia corrigatur. Hanc eius prȩlocutionem *pontificis in* uenerabilis papa Zosimus tenẽs, egit cũ homine, *Celestium* quẽ falsæ doctrinę uentus inflauerat, ut ea quæ illi Ca. VII

à diacono

à diacono Paulino fuerant obiecta damnaret, atq; ut ſedis apoſtolicæ literis, quæ à ſanctæ memoriæ ſuo præceſſore manauerãt, præberet aſſenſum. At ille noluit quidẽ diaconi obiecta dãnare, ſed beati papæ Innocentij literis non eſt auſus obſiſtere, immo ſe omnia, quæ ſedes illa damnaret, damnaturũ eſſe promiſit: atq; ita uelut phreneticus, ut requieſceret tanquã leniter fotus, à uinculis tamen excõmunicationis nõdũ eſt creditus eſſe ſoluẽdus. Sed interpoſito duorũ mẽſium tẽpore, donec reſcriberẽt ex Aphrica, reſipiſcẽdi ei locus ſub quadã medicinali ſentẽtiæ lenitate cõceſſus eſt: Quoniam re uera ſi depoſita peruicacię uanitate, quid promiſerat uellet attẽdere, & eaſdem literas, quibus ſe conſenſurum eſſe reſponderat, diligenter legeret, ſanaretur. Sed poſtea q̃ ex Aphricano epiſcoporum cõcilio reſcripta directa ſunt, quid fuerit conſecutum, ut iuſtiſſime in eum ſentẽtia proferretur, cuncta legite, quia cuncta tranſmiſimus.

De Pelagij calliditate C4. VIII

Vnde etiam Pelagius ſi ſeipſum & ſua ſcripta ſine dolo cogitat, non recte dicit eadem ſentẽtia ſe non debuiſſe teneri: Fefellit enim iudicium Palæſtinũ, propterea ibi uidetur eſſe purgatus: Romanã uero eccleſiam, ubi eum eſſe notiſſimum ſcitis, fallere uſquequaq; nõ potuit, quamuis & hoc fuerit utrũq; conatus, ſed ut dixi, miníme ualuit. Recoluit enim beatiſſimus papa Zoſimus, quid imitãdus præceſſor eius de ipſis ſenſerit geſtis. Attendit etiã quid de illo ſentiret prædicãda in domino Romanorũ fides, quorum aduerſus eius errorem pro ueritate catholica, ſtudia conſonantia concorditer flagrare cernebat: inter quos ille diu uixerat, & quos eius dogmata latere nõ poterãt: qui Celeſtiũ eius eſſe diſcipulum ſic nouerant, ut fideliſſimum, & firmiſſimũ poſſent de hac re teſtimonium perhibere. Quid ergo de Palæſtinæ ſynodi geſtis, quibus ſe Pelagius abſolutũ eſſe gloriat̃, ſanctus papa Innocẽtius iudicauerit, quamuis & in literis eius, quas nobis reſcripſit, legere poſſitis, & cõmemoratum eum uenerabili papæ Zoſimo ſynodus Aphricana reſpondit, quod ueſtræ charitati cũ cæteris inſtructionibus miſimus, tamen nec in hoc opere prætereundum uidetur.

Ex epiſtola Innocentij Cap. IX

Cum enim nos in epiſtola quam ei quinq; epiſcopi ſcripſimus, eorundem geſtorum Palæſtinorum, quorum ad nos iam fama peruenerat, commemorationem feciſſemus, dicentes in Oriente, ubi degit, geſta eccleſiaſtica facta eſſe, quibus putatur eſſe purgatus, atq; ad hoc inter cętera ille reſcriberet. Cũ ſint, inquit, aliqua in ipſis poſita geſtis, quę obiecta, partim ille uitãdo ſuppreſſit, partim multa in ſe uerba retorquẽdo tota obſcuritate cõfudit, aliqua magis falſa, q̃ uera ratione, ut ad tempus poterat uideri purgauit, negãdo alia, alia falſa interpretatione uertẽdo. Sed utinã, quod optãdum magis eſt, iam ſe ille ad ueram catholicę fidei uiam ab illo ſuo errore cõuertat, & cupiat uelitq; purgari, cõſiderans quotidianam dei gratiã, adiutoriũq; cognoſcens, ut uideatur uere & approbetur ab omnibus, manifeſta ratiõe correctus, nõ geſtorũ iudicio, ſed ad catholicam fidem corde conuerſo. Vnde non poſſumus illorum, nec approbare, nec culpare iudiciũ, cũ ne ſciamus utrum uera ſint geſta, aut ſi uera ſint, conſtet magis ſubterfugiſſe, q̃ ſe tota ueritate purgaſſe. Videtis certe in his uerbis, quemadmodum papa beatiſſimus Innocentius non tanq̃ de incognito loqui uideatur. Videtis qualem tulerit de illius purgatione ſententiã. Videtis quid ſucceſſor eius ſanctus papa Zoſimus recolere debuerit, ſicut recoluit, ut in eo ſui præceſſoris iudiciũ, remota cunctatione firmaret. C4. X

Iam nunc diligenter attendite, unde monſtretur quòd Palæſtinos Pelagius fefellerit iudices, ut alia taceã, in hac ipſa quæſtione de baptiſmate paruulorum: ne forte cuipiam in eo quòd diximus, eum ſenſum, in quo liberior Celeſtius fuit, nobis occultaſſe Pelagium, cum & ipſe nõ aliter ſentiat calumniari potius uel ſuſpicari, q̃ certũ aliquid comprehendiſſe uideamur. Nempe iam ſuperius ſatis claruit, propterea Celeſtiũ uoluiſſe damnare, quòd dicit Adæ peccatũ ipſi ſoli obfuiſſe, nõ generi humano, & infantes q̃ naſcuntur in eo ſtatu eſſe, in quo Adã fuit ante præuaricationẽ: quia uidebat, ſi iſta damnaret, cõfirmare ſe in infantibus peccati ex Adam tranſitum. Hæc autem cũ fuiſſent obiecta Pelagio, quòd ea cũ Celeſtio etiam ipſe ſentiret, ſine ulla retractatione dãnauit. Quod licet uos legiſſe ſciam, tamen quia nõ ſolis uobis hoc ſcribitur, ne pigeat lectorem ad ipſa geſta recurrere, uel ſi ea non habet, etiã cũ labore perquirere, ipſa inde uerba tranſcribimus, quæ infra ſcripta ſunt.

Quomodo uictus Pelagius Cap. X

Synodus dixit: Nunc quoniã anathematizauerit Pelagius incertũ ſtultíloquiũ, recte reſpondens, hominem cum adiutorio dei & gratia poſſe eſſe ἀναμάρτητον, id eſt, ſine peccato, reſpõdeat & ad alia capitula. Aliud capitulum in doctrina Celeſtij diſcipuli Pelagij, ex eis quæ Carthagine à ſancto Aurelio Carthaginẽſi epiſcopo cũ alijs epiſcopis audita ſunt & commemorata: Adam mortalem factum, qui ſiue peccaret, ſiue non peccaret, moriturus eſſet. Quoniam peccatũ Adę ipſum ſolum læſerit, & nõ genus humanũ. Quoniam lex ſic mittat ad regnũ, quemadmodum & euangelium. Quoniã ante aduentũ Chriſti fuerint homines ſine peccato. Quoniã infantes nuper nati in eo ſtatu ſint, in quo Adam fuit ante præuaricationem. Quoniã neq; per mortẽ uel præuaricationẽ Adę oẽ genus humanũ reſurgat. Quoniã ſanctus epiſcopus Auguſtinus aduerſus diſcipulos eius in Sicilia reſpõdit Hilario ad ſubiecta capitula, ſcribẽs librũ in quo iſta cõtinentur: Poſſe hominem ſine peccato eſſe, ſi uelit: Infantes, & ſi nõ baptizentur, habere uitam æternã: Diuites baptizatos niſi oẽmibus abrenũcient, ſi q̃d boni uiſi fuerint facere, nõ reputari illis, neq; regnum dei poſſe habere.

Pelagius dixit: De poſſe quidẽ hominẽ ſine peccato eſſe, dictũ eſt ſuperius. De eo autẽ q̃ fuerint homines ante aduentũ domini ſine peccato, dicimus & nos, quoniã ante aduentũ Chriſti uixerunt quidã ſancte & iuſte, ſecũdum ſcripturarum ſanctarũ traditionẽ. Reliqua uero & ſecundũ ipſorum teſtimonium, quia iſta non ſunt pro quibus ego ſatisfacere debeã, ſed tamẽ ad ſatisfactionem

nem ſanctæ ſynodi, anathematizo eos, qui ſic te- A
Pelagius & Celeſtius Cap. XII nent, aut aliquando tenuerũt. Ecce ut alia omit tam, uidetis anathematizaſſe Pelagium eos, qui te nent quòd Adæ peccatum ipſum ſolum læſerit & non genus humanum, & q̃ infantes qui naſcũtur in eo ſtatu ſint, in quo Adam fuit ante præuarica- tionem. Quid ergo hic aliud Epiſcopi iudices in- telligere potuerũt, niſi eum confiteri q̃ peccatum ex Adam in paruulos tranſeat? Quod ne confite- retur Celeſtius, hæc damnare noluit, quæ iſte dam nauit. Proinde ſi oſtendero, etiam ipſum nihil ali- ud ſentire de paruulis, niſi quòd ſine ulla cuiuſq; uitij contagione naſcuntur, quid inter iſtum & Ce leſtium in hac quæſtione diſtabit, niſi quòd ille a- pertior, iſte occultior fuit: ille pertinacior, iſte men dacior: uel certe ille liberior, hic auſterior? Ille eñ B
nec in Eccleſia Carthaginenſi damnare uoluit, quod in Romana poſtea ſe tenere confeſſus eſt, & corrigi paratum ſe eſſe profeſſus eſt, ſi ei tanquam homini error obrepſit. Iſte autem & illud dogma damnauit tanquam contrarium ueritati, ne ipſe à catholicis iudicibus damnaretur, & id ſibi defen- dendum poſtea reſeruauit, aut mendaciter dam-
Pelagius dã nauit ficte nans, aut callide interpretans. Sed uideo de me iam iuſtiſſime poſtulari, ut quod promiſi, utrum quod ſenſit & ipſe hoc ſentiat quod Celeſtius, demõſtrare non
Cap. XIII differam. In primo libro recentioris operis ſui, q̃d ſcripſit pro libero arbitrio, cuius operis in literis quas Romam miſit, commemorationem fecit: O mne, inquit, bonum ac malum, quo uel laudabiles uel uituperabiles ſumus, non nobiſcum oritur, ſed C
agitur à nobis: capaces enim utriuſq; rei non pleni naſcimur, & ut ſine uirtute, ita & ſine uitio procrea- mur. Atq; ante actionem propriæ uoluntatis, id ſo lum in homine eſt, quod deus cõdidit. Nempe cer nitis in his Pelagij uerbis, quod dogma contínea- tur amborũ, de paruulis ſine ullius uitij ad Adam contagione naſcentibus. Non itaq; mirum eſt, q̃ eos, qui dicunt Adæ peccatum ipſi ſoli obfuiſſe & non generi humano, & infantes qui naſcuntur, in eo ſtatu eſſe in quo fuit Adam ante præuaricatio- nem, Celeſtius damnare noluit, ſed multum mi- rum eſt, qua fronte Pelagius iſta damnauerit. Si e- nim ſicut dicit malum non nobiſcum oritur, & ſi- ne uitio procreamur, atq; ante actionem propriæ uoluntatis id ſolum in homine eſt quod deus con- D
didit, profecto peccatũ Adæ, ipſi ſoli obfuit, quia nullum in prolem tranſitum fecit. Non enim pec- catum non eſt malum, aut peccatum non eſt uitiũ, aut peccatum deus condidit. Dicit autem iſte, ma lum non nobiſcũ oritur, & ſine uitio procreamur, & hoc ſolum eſt in naſcentibus, quod deus condi- dit. Ac per hoc cum peccatum Adæ ipſi ſoli obfu- iſſe, non generi humano, ſecundũ iſtam ſuam ſen- tentiam, ueriſſimũ putet, cur hoc damnauit Pelagi us, niſi ut iudices catholici fallerẽtur? Similiter & illud dici poteſt: Si malum non nobiſcum oritur, & ſine uitio procreamur, idq; ſolum eſt in homine naſcente, quod deus condidit, proculdubio qui na ſcuntur infantes, in eo ſtatu ſunt in quo Adã fuit ante præuaricationẽ, cui nullum malum uitiumq;

inerat, atq; id ſolum in illo erat, quòd deus condi- derat. Et tamen anathematizauit Pelagius, qui te- nent aut aliquando tenuerunt, in eo ſtatu eſſe recẽ tes ab ortu paruulos, in quo Adam fuit ante præua ricationem, id eſt, ſine ullo malo, ſine ullo uitio, id ſolum habentes, quod deus condidit. Vt quid ergo & hoc damnauit Pelagius, niſi ut catholica ſyno- dus falleretur, ne nouus hæreticus damnaretur?

Quod autem ſcitis, & quod in eo etiam libro Cap. XIIII poſui, quem de geſtis Palæſtinis ad uenerabilem ſenem noſtrum Aurelium ſcripſi; Illa ergo reſpon ſione Pelagij totam iſtam quæſtionem, conſump- tam eſſe gaudebam, confeſſuſq; mihi apertiſſime uidebatur, eſſe in paruulis originale peccatum ana thema dicendo eis, qui peccato Adæ ipſum ſolum, B
non etiam genus humanum crederent læſum, & in eo ſtatu opinarẽtur eſſe paruulos, in quo ille ho mo primus ante præuaricationem fuit. Sed poſtea cum legiſſem quatuor eius libros, de quorum pri- mo libro pauloante cõmemorata uerba deſcripſi, & inueniſſem hominem adhuc cõtra catholicam fidem de paruulis ſentientem, prius mirari cœpi, tam impudens in Eccleſiaſtico iudicio, & de tanta quæſtione mendacium. Si enim eoſdem libros an te iam ſcripſerat, quomodo ſe dixit eos anathema- tizare, qui ſic aliquando tenuerunt? Si aũt poſtea illud opus pollicitus eſt, quomodo anathematiza- uit, qui ſic tenent? Niſi ridicule forte dicturus eſt, eos ſe damnaſſe qui ſic aliquando tenuerũt, & qui ſic tenent: de tempore autem futuro, id eſt, eis qui C
ſic fuerant retenturi, nec ſibi, nec alijs præiudica- re potuiſſe, & ideo non fuiſſe mentitum, quia po- ſtea deprehenſus eſt ſic tenere. Sed non hoc dicit, non ſolum quia ridiculum eſt, ſed quia uerum eſſe non poteſt. In eiſdem quippe libris, & contra pec- cati ex Adam in paruulos tranſitum loquitur, & de geſtis Palæſtinæ ſynodi gloriatur, ubi eos qui ſic tenent, ueraciter damnaſſe putatus eſt, & abſo- lutionem ſuam fallendo furatus eſt. Quid enim *Mira Pelagij tergiuerſatio* ad rem de qua nunc agimus pertinet, quod diſci- Cap. XV pulis ſuis reſpondet: Ideo ſe illa obiecta damnaſſe quia & ipſe dicit, non tantum primo homini, ſed etiam humano generi primum illud obfuiſſe pec- catum, non propagine, ſed exemplo: id eſt, non q̃ ex illo traxerint aliquod uitium, qui ex illo propa- D
gati ſunt, ſed quòd eum primũ peccantem imitati ſunt omnes, qui poſtea peccauerunt. Aut quia di- cit ideo infantes non in eo ſtatu eſſe, in quo fuit A dam ante præuaricationem, quia iſti præceptum ca pere nondum poſſunt, ille autem potuit, nõdumq; utuntur rationalis uoluntatis arbitrio, quo ille niſi uteretur, non ei præceptum daretur? Quid hoc ad rem pertinet, quia uerba ſibi obiecta ſic exponen- do recte ſe putat damnaſſe, q̃ dicitur peccatũ Adæ ipſi ſoli obfuiſſe & nõ generi humano, & infantes qui naſcuntur, in eo ſtatu eſſe in quo Adam fuit an tẽ peccatum: & tamen his damnatis non mendaci ter tenere, quod in eius poſtea conſcriptis opuſcu lis inuenitur, ſine ullo malo, ſine ullo uitio paruu- los naſci, & hoc ſolum in eis eſſe quod deus condi dit, nõ uulnus quod inimicus inflixit? Nunquid Cap. XVI

hęc dicendo, uerba propter aliud obiecta, aliter ex A ponendo, id agit, ut se iudices nō fefellisse demonstret? Prorsus nō id efficit. Tanto ēm iudices fefellit occultius, quāto exponit ista uersutius. Episcopi quippe catholici, quando audiebant hominem anathematizantem eos, qui dicunt Adæ peccatū ipsi soli obfuisse, nō generi humano, nihil aliud eū sapere existimabant, ꝙ id quod catholica Ecclesia prædicare consueuit. Vnde ueraciter paruulos in peccatorū remissionē baptizat, nō quæ imitando fecerunt, propter primi peccatoris exemplū, sed quæ nascendo traxerūt, propter originis uitiū. Et quando audiebant anathematizantem eos, qui dicunt infantes qui nascūtur in eo statu esse in quo Adam fuit ante pręuaricationē, nihil eum aliud dicere credebant, nisi eos qui paruulos putant nullū B ex Adam traxisse peccatū, & secundum hoc in eo statu esse in quo fuit ille ante peccatū. Etenim hoc illi obijceretur, non aliud, unde quæstio uersabat. proinde cum hoc iste sic exponit, ut dicat infantes ideo nō in eo statu esse in quo Adam fuit ante peccatum, quia nondū sunt in eadem firmitate mentis aut corporis, non ꝙ in eos transierit ulla culpa propaginis, respondeatur ei: Quando tibi illa damnanda obijciebantur, non ea catholici Episcopi sic intelligebant, ideo cum illa damnares, catholicū te esse credebant. Propterea ergo quod te illi sapere existimabant, absoluendū fuit: quod uero tu sapiebas, damnandum fuit. Non ergo tu absolutus es, ꝙ damnanda tenuisti: sed illud absolutum est, quod tenere debuisti. Vt autem tu absolutus putareris, C creditus es sentire laudanda, cum te iudices non intelligerent occultare damnanda. Recte Celestij socius iudicatus es, cuius manifestas te esse participem. Et si in iudicio tuos cooperuisti libros, tamen post iudicium eos edidisti. Quæ cum ita sint, profecto sentitis in tam nefandi erroris authores, Episcopalia concilia & Apostolicam sedem, uniuersamꝙ Romanam Ecclesiam, Romanumꝙ imperium, quod deo propicio Christianum est, reclamasse commotum, donec resipiscant de diaboli laqueis. Quis enim scit, ne forte det illis deus pœnitentiam ad cognoscendam & confitendā, & prædicandam etiam ueritatem, damnandamꝙ ueraciter damnabilem falsitatem? Quoquo modo autem se habere isti uelint, multis tamen misericordia domini est consultum, qui eos propterea sectabantur, quia catholicæ communioni uidebāt esse sociatos, dubitare non possumus. Quomodo autem Pelagius tentauerit obrepere ad fallendum etiam Apostolicæ sedis Episcopale iudiciū in hac ipsa quęstione de baptismate paruulorum diligenter attendite. In literis ēm, quas Romam misit ad beatæ memoriæ papam Innocentium, quoniam eum in corpore nō inuenerunt, et sancto papę Zosimo datæ sunt, atꝙ ad nos inde directæ, dicit se ab hominibus infamari, quòd neget paruulis baptismi sacramentū, & absꝙ redemptione Christi aliquibus cœlorū regna promittat. Sed non sic illis hęc obijciunt ut posuit. Nam neꝙ paruulis negāt baptismi sacramentū, neꝙ absꝙ redemptiōe Christi aliquibus cœlorū regna promittunt. Itaꝙ unde se queritur infamari, eo modo proposuit, ut facile posset crimini obiecto saluo suo dogmate respōdere. Cap. XVI Obijcitur aūt illis, ꝙ non baptizatos paruulos nolunt damnationi primi hominis obnoxios cōfiteri, & in eos transisse originale peccatū regeneratione purgandū, quoniā propter accipiendū regnum cœlorum tantummodo eos baptizandos esse contendunt: quasi præter regnū cœlorum habere nisi æternam mortem possint, qui sine participatione corporis & sanguinis domini æternam uitam habere nō possunt. Ecce quod eis obijcitur de baptismo paruulorū, non qđ ipse ita ꝓposuit, ut possit suæ propositioni quasi aduersantis obiectioni, secundum sua dogmata respōdere. Denicꝙ quo modo respondeat aduertite, & uidete latebras ambiguitatis falsitati præparare refugia, offundendo caliginē ueritati, ita ut etiā nos cum primū ea legimus, recta uel correcta propemodū gauderemus. Sed latiores disputatiōes eius in libris ubi se quantumlibet operiat, plerunꝙ aperire cōpellitur, fecerunt nobis & ista suspecta, ut atentius intuentes inueniremus ambigua. Cum enim dixisset, nunꝙ se uel impium aliquē hęreticū audisse, qui hoc quod proposuit de paruulis diceret: deinde subiecit atꝙ ait: Quis ēm ita Euangelicæ lectionis ignarus est, qui hoc non modo affirmare conet, sed qui uel leuiter dicere, aut etiā sentire possit? Deinde quis tā impius, qui paruulos exortes regni cœlorū esse uelit, dum eos baptizari & in Christo renasci putat? Cap. XII Frustra ista dicit. Non inde se purgat. In regnū cœlorum sine baptismo paruulos intrare non posse, nec ipsi aliquando negauerunt. Sed non inde quæstio est. De purgatione originalis peccati in paruulis quæstio est. Inde se purget, qui nō uult fateri, lauacrū regenerationis in paruulis habere qđ purget. Et ideo cætera, quæ dicturus est attendamus. Post interpositū enim ex Euangelio testimonium, quòd nisi renatus ex aqua & spiritu sancto, regnum cœlorum nullus possit intrare, unde illis, ut diximus, nulla fit quæstio, secutus adiunxit dicens: Quis ille tam impius est, qui cuiuslibet ætatis paruulo interdicat cōmunē humani generis redemptionem? Et hoc ambiguū est, qualem dicat redemptionem. Vtrum ex malo ad bonū, an ex bono ad melius. Nam & Celestius apud Carthaginem in libello suo confessus est redemptionē paruulorum, & tamen noluit confiteri ex Adam in eos transisse peccatum. Sed quid deinde iste subiungat aduertite: Et in perpetuā, inquit, certamꝙ uitam renasci uetet eum, qui natus sit ad incertā: id est, quis tam impius est, ut uetet renasci ad perpetuam, certamꝙ uitam eum, qui natus sit ad incertam? Hæc uerba quando primitus legimus, credidimus eum incertam uitam istam uoluisse dicere temporalem, quamuis nobis uideretur magis eam mortalem dicere debuisse, & incertam, eo ꝙ certa morte finiat. Tamen & diu ducitur, quoniam mōtis omnibus esse nō dubitat incerta, nihil aliud eum putauimus, quàm istam mortalem uitam maluisse dicere incertā. Ac per hoc quāuis æternam mortem

Cap. XVII

Cap. XI

D

mortem paruulorum ſine baptiſmatis ſacramento ex hac uita migrantium aperte noluerit confiteri: tamen de illo ſolicitudinem noſtram quaſi certa ratiocinatio ſolabatur. Dicebamus enim: Si perpetua uita, ſicut confiteri uidetur, niſi eorum, qui baptizati ſunt non poteſt eſſe, profecto eos qui non baptizati moriuntur, mors perpetua cõſequetur. Quod nulla iuſtitia poteſt accidere his, à quibus in hac uita nulla peccata commiſſa ſunt, niſi originale peccatum. Sed poſtea nõ defuerunt fratres qui nos admonerẽt, hoc ideo dicere Pelagium potuiſſe, quia de iſta quæſtione ita perhibetur ſolitus reſpondere quærẽtibus, ut diceret: Sine baptiſmo paruuli morientes, quò non eant, ſcio: quò eant, neſcio: id eſt, non ire in regnum cœlorum ſcio, quò uero eant ſe neſcire dicebat: aut dicit, quia dicere non audebat, in mortem illos ire perpetuam, quos & hic nihil mali cõmiſiſſe ſentiebat, & originale traxiſſe peccatum non conſentiebat. Itaque & iſta eius uerba Romã pro magna eius purgatiõe tranſmiſſa, tam ſunt ambigua, ut poſſint eorũ dogmati præbere latibula, unde ad inſidiandũ proſiliat hæreticus ſenſus, quando nullo exiſtente qui ualeat reſpondere, tanquam in ſolitudine aliquis inuenitur infirmus. Iam uero in libro fidei ſuæ, quem Romam cum ipſis literis miſit ad eundem Papam Innocentium, ad quem etiam Epiſtolam ſcripſerat, multo euidẽtius ſeipſum tegendo nudauit, dicẽs: Baptiſma unũ tenemus, quod hiſdem ſacramenti uerbis in infantibus, quibus etiã in maioribus dici mus eſſe celebrandũ. Non ſaltẽ dixit, eodem ſacramento: quod quidem ſi dixiſſet, adhuc eſſet ambiguum, ſed hiſdem, inquit, ſacramenti uerbis: tanc̃ infantibus remiſſio peccatorum uerborũ ſonitu diceretur, non rerũ ageretur effectu. Viſus eſt tamen ad tempus aliquid dicere, quod fidei catholicę cõueniret, ſed illam ſedem uſq; in finẽ fallere non pręualuit. Poſt reſcripta quippe Aphricani cõcilij, in quam prouinciam quidem doctrina illa peſtifera ſerpendo peruenerat, ſed eam non tam late occupauerat alteq; peruaſerat, alia quoque ipſius in urbe Roma, ubi diutiſſime uixerat, atque in his fuerat prius ſermonibus contentionibusq; uerſatus, cura fidelium fratrum prolata patuerunt, quæ litteris ſuis quas cõſcripſit per orbem catholicum perferendas Papa Zoſimus execrãda ſicut legere poteſtis attexuit. Vbi Pelagius Epiſtolam Pauli Apoſtoli ad Romanos uelut exponens argumentatur & dicit: Si Adæ peccatũ etiam non peccãtibus nocuit, ergo & Chriſti iuſtitia etiam non credentibus prodeſt. Et cætera huiuſmodi, quæ omnia domino adiuuãte in libris, quos ſcripſimus De baptiſmo parUulorum, refutata & diſſoluta ſunt. Et ea quidẽ in ipſis quaſi expoſitiõibus nõ ex ſua perſona eſt auſus obijcere, ſed ibi hoc dicebat, ubi multis notiſſimus erat, & quid ſentiret ac diceret, latere non poterat. Quod in libris illis, de quorũ primo quiddã ſupra cõmemoraui, non diſſimulanter, ſed apertiſſime quantis poteſt diſputãdi uiribꝰ agit, ut natura humana in paruulis nullo modo ex propagine uitiata credat: cui arrogãdo ſalutẽ, inuidet ſaluatorem.

Hæc cum ita ſint, cumq; iam conſtet dogma extitiſſe peſtiferum & hęreticum errorem, quem domino adiuuãte apertius iam deuitat Eccleſia, duobus iſtis Pelagio ſcilicet & Celeſtio, aut in locum pœnitentię redactis, aut ſi id recuſauerint omnino dãnatis, qui huius puerſitatis authores, uel perhibentur, uel etiam probantur: uel certe ſi authores non ſunt, ſed hoc ab alijs didicerunt, aſſertores tamen atq; doctores, p quos id latius reptaret & creſceret, & uerbis & literis ſuis, et cõpetentibus indicijs, & fama ex his omnibus ſurgẽte & crebreſcente faciant: quid reſtat, niſi ut quiſq; catholicus pro uiribus, quas ſumit à domino, redarguat iſtam peſtem, eiq; uigilanter obſiſtat: ut cũ reſpondendi neceſſitate ſine ſtudio contentionis pro ueritate certatur, inſtruant indocti, atq; ita in Eccleſiæ conuertatur utilitatẽ, quod eſt inimicus in perniciem machinatus, iuxta illud Apoſtoli: Oportet & hęreſes eſſe, ut probati manifeſti fiant inter uos? Quapropter poſt multa quæ aduerſus iſtum errorem inimicum gratiæ dei, quam per Ieſum Chriſtum dominum noſtrũ puſillis magnisq; largitur, ſcribendo diſputare potuimus: nunc illud oportet excutere, quòd uolentes hæreſeos aſtute inuidiam declinare, aſſerunt iſtam præter fidei periculum eſſe quæſtionem: ut uidelicet ſi in ea fuerint exorbitaſſe conuicti, non criminaliter, ſed quaſi ciuiliter erraſſe uideantur. Sic enim Celeſtius apud Carthaginem geſtis Eccleſiaſticis eſt locutus: Iam, inquit, de traduce peccati dixi, quia intra catholicam conſtitutos plures audiui deſtruere, nec non & alios aſtruere, licet quæſtionis res ſit iſta, non hæreſis. Infantes ſemper dixi egere baptiſmo, ac debere baptizari. Quid quærit aliud? Ita hoc dixit, tanquam ſignificare uoluerit, tunc fuiſſe hæreſim iudicandam, ſi baptizari debere negaret infantes. Nũc uero quoniam baptizandos fatetur, etiam ſi cauſam baptiſmatis eorum nõ eam dicat, quam ueritas habet, ſed quæ ad finem non pertinet, non ſe arbitratur errare, & ideo non eſſe hæreticũ iudicandum.

Cap. XXII

Cap. XXI

Item in libello quem Romæ dedit, cum fidem ſuam à trinitate unius deitatis uſq; ad reſurrectionem qualis futura eſt mortuorum, de quibus eum nullus interrogauerat, & unde illi nulla quæſtio mouebatur, quantum dicere libuit explicaſſet, ubi ad id quod agebatur eius ſermo peruenit: Si quæ uero, inquit, præter fidem quæſtiones natæ ſunt, de quibus eſſet inter pleroſque contentio, non ego quaſi author alicuius dogmatis definita hoc authoritate ſtatui: ſed ea quæ de prophetarum & Apoſtolorum fonte ſuſcepi, ueſtri apoſtolatus offerimus probanda eſſe iudicio, ut ſi forte ut hominibus quiſpiam ignorantiæ error obrepſerit, ueſtra ſciẽtia corrigatur. Nempe perſpicitis id eum egiſſe hac prælocutiõe premiſſa, ut ſi quid in illo apparuiſſet erroris, nõ in fide, ſed in quæſtionibus quæ ſunt præter fidem uideretur erraſſe, ubi etſi corrigendus eſt error, non tamen tanc̃ hæreſis corrigatur, et qui correptus fuerit, ita dicatur errare, ut nõ tamen hereticus iudicetur. Sed multum eum iſta fallit opinio. Longe aliter ſe habent quæſtiones

Quæſtiones fidei quæ pro-
pric

Ca. XXIII

iſtæ, quas eſſe præter fidem arbitratur, quàm ſunt illæ in quibus ſalua fide, qua Chriſtiani ſumus, aut ignoratur quid uerum ſit, & ſententia definitiua ſuſpenditur, aut aliter quàm eſt, humana & infirma ſuſpitione cõſcitur. Veluti cum quæritur, qualis, uel ubi ſit paradiſus, ubi conſtituit deus hominem quem formauit ex puluere, cũ tamen eſſe illũ paradiſum fides Chriſtiana non dubitet. Vel cum quæritur, ubi ſit nunc Helias uel Enoch, an ibi, an alicubi alibi, quos tamen nõ dubitamus in quibus nati ſunt, corporibus uiuere. Vel cum quęritur, utrum in corpore an extra corpus in tertiũ cœlum ſit raptus Apoſtolus, quanq; ſit iſta impudens inquiſitio id ſcire uolentium, quod ſe ille cui hoc prę ſtitum eſt, ſalua utiq; fide neſcire teſtat. Vel quot ſint cœli, in quorum tertium ſe raptum eſſe commemorat. Vel utrum elementa mundi huius conſpicabilis quatuor, an plura ſint. Quid faciat ſolem lunamq; deficere, his defectibus quos prædicere Aſtrologi certa temporũ dinumeratione conſuerunt. Cur antiqui homines tam diu uixerint, q; ſancta ſcriptura teſtatur, & utrũ proportiõe longioris ætatis filios ſera pubertate gignere cœperint. Vbi potuerit Matuſalẽ uiuere, qui in arca nõ fuit, qui ſicut in pleriſq; codicibus & Græcis & Latinis numerantur anni, reperitur ſuperuixiſſe diluuio: uel utrum paucioribus, qui rariſſimi inueniuntur, potius credendũ ſit, in quibus ita eſt numerus cõſcriptus annorũ, ut ante diluuiũ defunctus fuiſſe monſtretur. Quis enim nõ ſentiat in his atq; huiuſmodi uarijs & innumerabilibus quæſtionibus, ſiue ad obſcuriſſima opera dei, ſiue ad ſcripturarum abditiſſimas latebras pertinẽtibus, quas certo aliquo genere cõplecti ac definire difficile eſt, et multa ignorari ſalua Chriſtiana fide, & alicubi errari ſine aliquo hæretici dogmatis crimine. Sed in cauſa duorũ hominum, quorũ per unum uetun dati ſumus ſub peccato, p alterũ redimimur à peccatis, per unũ pręcipitati ſumus in mortẽ, per alterum liberamur ad uitã: quorũ ille nos in ſe perdidit faciendo uoluntatẽ ſuam, nõ eius à quo factus eſt, iſte nos in ſe ſaluos fecit, nõ faciendo uoluntatem ſuã ſed eius à quo miſſus eſt. In horũ ergo duorum hominũ cauſa, proprie fides Chriſtiana conſiſtit. Vnus eſt enim deus, & unus mediator dei & hominũ homo Chriſtus Ieſus. Quoniam non eſt aliud nomen ſub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri, & in illo definiuit deus fidẽ omnibus, ſuſcitans illũ à mortuis. Itaq; ſine iſta fide, hoc eſt ſine fide unius mediatoris dei & hominum hominis Chriſti Ieſu, ſine fide, inquam, reſurrectionis eius, quã deus hominib. definiuit, quę utiq; ſine incarnatiõe eius ac morte nõ poteſt ueraciter credi: ſine fide ergo incarnatiõis & mortis & reſurrectiõis Chriſti, nec antiquos iuſtos, ut iuſti eſſent à peccatis, potuiſſe mundari, & dei gratia iuſtificari, ueritas Chriſtiana non dubitat: ſiue in eis iuſtis quos ſancta ſcriptura cõmemorat, ſiue in eis iuſtis quos q̃dem illa non cõmemorat, ſed tamẽ fuiſſe credendi ſunt, uel ante diluuiũ, uel inde uſq; ad datam legẽ, uel ipſius legis tẽpore, nõ ſolum in fi-

Ca. XXIIII

A liſ Iſrael, ſicut fuerũt Prophetę, ſed etiã extra eundem populũ, ſicut fuit Iob. Et ipſorũ enim corda eadem mundabantur mediatoris fide, & diffundebatur in eis charitas per ſpiritum ſanctum, qui ubi uult ſpirat, nõ merita ſequens, ſed etiã ipſa merita faciens. Non em̃ dei gratia, gratia erit ullo modo, niſi gratuita fuerit omnimodo. Quãuis ergo mors regnauerit ab Adã uſq; ad Moyſen, quia non eam potuit uincere nec lex data per Moyſen, nõ enim data eſt quę poſſet uiuificare, ſed quę mortuos quibus uiuificandis eſſet gratia neceſſaria, nõ ſolũ peccati propagatione & dominatiõe proſtratos, uerũ etiam ipſius legis addita præuaricatiõe conuictos deberet oſtendere, non ut periret quiſquis hoc in
B dei miſericordia etiam tunc intelligeret, ſed ut per regnum mortis ad ſupplicium deſtinatus, etiam ſi bi ipſi per præuaricationem legis manifeſtatus, dei quæreret adiutorũ, ut ubi abundauit peccatũ, ſuperabũdaret gratia, quę ſola liberat à corpore mortis huius. Quamuis ergo nec lex per Moyſen Cap. XXI data potuerit à quoquam homine regnum mortis auferre, erant tamen & legis tempore homines dei non ſub lege terrente, conuincente, puniente, ſed ſub gratia delectante, ſanante, liberante. Erant qui dicerent: Ego in iniquitatibus cõceptus ſum, & in Pſal. 50 peccatis mater mea in utero me aluit: Et: Non eſt & 37 pax in oſſibus meis à facie peccatorum meorũ: Et, Cor mundum crea in me deus, et ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis. Et: Spiritu principali confirma me, & ſpiritum ſanctum tuum ne auferas à me. Erant qui dicerẽt: Credidi propter quod Pſal. 115
C locutus ſum. Eadem quippe & ipſi mundabant̃ fide, qua & nos. Vnde & Apoſtolus dicit: Habẽtes 2. Cor. 4 autem eundem ſpiritũ fidei, ſecundum quod ſcriptum eſt: Credidi propter quod locutus ſum, & nos credimus, propter qd' & loquimur. Ex ipſa fide dicebat̃: Ecce uirgo in utero accipiet, & pariet Eſaie 7 filiũ, & uocabitur nomẽ eius Emanuel, quod eſt interpretatum nobiſcum deus. Ex ipſa fide de ipſo dicebatur: Et ipſe tanq; ſponſus procedẽs de thalamo ſuo, exultauit ut gigas ad currendam uiam, à ſummo cœlo egreſſio eius, et occurſus eius uſq; ad ſummum cœli, & non eſt qui ſe abſcondat à calore eius. Ex fide ipſa ipſi dicebat̃: Thronus tuus deus in ſeculũ ſeculi, uirga directiõis uirga regni tui: Pſal. 44
D Dilexiſti iuſtitiam & odiſti iniquitatẽ, propterea unxit te deus deus tuus oleo exultationis præ participibus tuis. Eodem ſpiritu fidei ab illis hæc futura uidebantur, quo à nobis facta credũtur. Neq; enim qui nobis iſta fideli dilectiõe prophetare potuerunt, eorum ipſi participes non fuerunt. Et unde eſt quod dicit Apoſtolus Petrus: Quid tentatis deum, imponere iugum ſupra collum diſcipulorũ quod neq; patres noſtri, noq; nos potuimus portare, ſed per gratiam domini Ieſu credimus ſalui fieri quẽadmodum & illi: niſi quia & illi per gratiã domini Ieſu Chriſti ſalui facti ſunt, nõ per legẽ Moyſi, per quã nõ ſanatio, ſed cognitio eſt facta peccati? Nunc aũt ſine lege iuſtitia dei manifeſtata eſt, teſtificata p legẽ & propheras. Si ergo nunc manifeſtata eſt, etiam tunc erat, ſed occulta. Cuius occul-

Actu. 15

tationem

tationem significabat templi uelum, quod est ad e-
ius significandam reuelationē Christo moriente
cōscissum. Et tunc ergo ista gratia unius mediato-
ris dei & hominū hominis Christi Iesu, erat in po-
pulo dei: sed tanq̄ in uellere pluuia, quam nō debi
tam sed uoluntariā segregat deus hæreditati suæ,
inerat larēs: nunc aūt uelut siccato illo uellere, hoc
est Iudaico populo reprobato in omnibus genti-
XXVI bus, tanquam in area cernitur patens. Non igi-
tur sicut Pelagius et eius discipuli tempora diuida
mus, dicentes primū uixisse iustos homines ex na-
tura, deinde sub lege, tertio sub gratia. Ex natura
scilicet ab Adam tam longa ætate, qua lex nondū
erat data. Tunc enim aiunt, duce ratione cogno-
scebatur creator, et quemadmodū esset uiuendum
scriptum gerebatur in cordibus, nō lege literæ, sed
naturæ. Verum uitiatis moribus, inquiunt, ubi cœ
pit non sufficere natura iam decolor, lex ei addita
est, qua uelut luna fulgore pristino, detrita rubigi-
ne uideretur. Sed posteaquam nimia sicut disputat,
peccādi consuetudo prēualuit, cui sanandę lex
parum ualet, Christus aduenit, & tanq̄ morbo de
speratissimo, nō per discipulos, sed per seipsum me
dicus ipse subuenit. Hęc disputātes, à gratia media
toris iustos excludere conant̄ antiquos, tanq̄ dei
& illorū hominum nō fuerit mediator homo Chri
stus Iesus, quia nondū ex utero uirginis carne su-
scepta, homo nōdum fuit, quando illi iusti fuerūt.
1. Cor. 15 Quod si ita esset, nequaq̄ Apostolus diceret: Per
hominē mors, & per hominē resurrectio mortuo-
rum. Sicut enim in Adam omnes moriuntur, sic et
in Christo omnes uiuificabuntur: quandoquidem
illi antiqui iusti, secundū istorū uaniloquia sibi suf-
ficiente natura, nec mediatore homine Christo in-
diguerunt, per quem reconciliarentur deo, nec in
eo uiuificabuntur, ad cuius corpus & membra, se
cūdum id quod propter homines homo factus est,
non pertinere monstrantur. Si aūt quemadmodū
per Apostolos suos ueritas loquitur, sicut in Adā
omnes moriuntur, sic & in Christo omnes uiuifi-
cabuntur, quia per illum hominem mors, & per
istum hominem resurrectio mortuorum: quis au-
deat dubitare Christianus, etiā illos iustos, qui re-
centioribus generis humani temporibus deo pla-
cuerunt, ideo in resurrectionē uitæ æternę, nō mor
tis æternæ esse uenturos, quia in Christo uiuifica-
buntur. Ideo aūt uiuificari in Christo, quoniam ad
corpus pertinent Christi, & ideo pertinere ad cor
pus Christi, quia & ipsis caput est Christus? Ideo
& ipsis caput esse Christum: quia unus mediator
1. Cor. 11 est dei & hominum, homo Christus Iesus. Quod
eis non fuisset, nisi in eius resurrectionem, per eius
gratiam credidissent. Et hoc quomodo fieret, si eū
in carne uenturū esse nescissent, neq; ex hac fide
iuste pieq; uixissent? Nam si propterea illis nō pro
fuit incarnatio Christi, quia nondū facta erat, nec
nobis prodest iudiciū Christi de uiuis & mortuis,
quia nondū factum est. Si aūt nos per huius non-
dum facti, sed futuri iudicij fidē stabimus ad dexte
ram Christi, profecto illi per incarnatiōis eius tūc
nondū factæ, sed futuræ fidem mēbra sunt Christi.

A Neq; enim putandum est, quòd antiquis iustis so-
la quæ semper erat, diuinitas Christi, non etiā quę
nondum erat, eius humanitas reuelata profuerit.

Illud enim quod ait dominus Iesus, Abraham Caput
concupiuit diem meum uidere, & uidit, & gauisus XXVII
est: si diem suum uoluit suum tempus intelligi, te- Ioan. 8
stimonium profectio perhibuit Abrahæ, ꝙ fide fue
rit incarnationis eius imbutus. Secundum hanc e-
nim habet tempus, diuinitas uero eius omne tem-
pus excedit, quia per illam uniuersa facta sunt tem
pora. Quod etsi quisquā de die sempiterno accipi-
endum putauerit, qui nullo finitur crastino, nullo
prēuenitur hesterno, hoc est de ipsa æternitate, in
qua coæternus est patri: quomodo id uere cōcupi
sceret Abraham, nisi eius nosset futurā mortalita-
B tem, cuius quæsiuit æternitatē? Aut si ad hoc aliqs
horum uerborū sensum coarctat, ut dicat nihil in-
telligendū in eo quod ait dominus, quæsiuit diem
meū, nisi quæsiuit me, qui sum dies p̄manens, hoc
est lumen indeficiens: uelut cum dicimus, uitam si
lij de qua loqtur Euangelium dicens: Sic dedit & Io. 1. & 14
filio uitam habere in semetipso, nō aliud ipsum, ali
ud eius uitam, sed eundem ipsum filium intelligi-
mus uitam, qui dixit: Ego sum uia, ueritas & uita:
& de quo dictum est: Ipse est uerus deus & uita æ-
terna: ut hanc eius æqualem patri diuinitatē uide-
re cupiuerit Abraham, nequaq̄ incarnatione eius
præcognita, sicut eum nonnulli etiam philosophi
quæsiuerūt, qui nihil de eius carne didicerūt: Nun
quid & illud, ꝙ iubet Abraham ponere manum
C seruum suum sub femore suo, & iurare per deum
cœli, aliter quisquam recte intellecturus est, nisi A
braham scisse, in qua uenturus esset deus cœli, car
nē de illo femore ꝓpagari? Cuius carnis & san- Caput
guinis, quando ipsum Abrahā benedixit, Melchi- XXVIII
sedech etiam testimoniū Christianis fidelibus no-
tissimum protulit, ut tanto post Christo diceret̄ in
Psalmis, quod nondum factum, sed adhuc futu-
rum, eadem tamen ipsa & patrum quæ nostra est, fi
des una cantabat: Tu es sacerdos in æternū, secun- Psal. 109
dum ordinem Melchisedech. In Adam quippe in-
uenientibus mortem, per hoc prodest Christus, qa
est mediator ad uitam, non aūt per hoc mediator
est, ꝙ æqualis est patri: per hoc enim quantum pa-
ter, tantum & ipse distat à nobis. Et quomodo erit
D medietas, ubi eadem ipsa distantia est? Ideo Apo-
stolus non ait: unus mediator dei & hominū Chri-
stus Iesus: sed, homo Christus Iesus. Per hoc ergo
mediator, per quod homo: inferior patre per quod
nobis ꝓpinquior, superior nobis per qd̄ patri pro
pinquior. Quod apertius ita dicit̄: Inferior patre,
quia in forma serui: superior nobis, quia sine labe
peccati. Quapropter quisquis humanā conten- Caput
dit in qualibet ætate naturā non indigere medico XXIX
secundo Adā, quia nō est uitiata in primo Adam,
non est in aliqua quæstione, in qua dubitari uel er-
rari salua fide potest, sed in ipsa regula fidei qua
Christiani sumus, gratię dei cōuincitur inimicus.
Quale est autem ꝙ ab istis illa quæ ante fuit, uelut
adhuc minus malis moribus uitiata, hominū lau-
datur natura, neq; respiciunt tantis tamq̄ intolera-

bilibus peccatis homines tũc fuisse submersos, ut excepto uno homine dei & eius cõiuge, tribusq; filijs et totidem nuribus, iusto iudicio dei, sicut igne postea terra exigua Sodomorũ, ita totus mundus diluuio deleretur? Ex quo tempore igitur per unũ hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines ꝓtransiit, in quo omnes peccauerũt, profecto uniuersa massa perditiõis facta est possessio perditorum. Nemo itaq;, nemo prorsus inde liberatus est, aut liberatur, aut liberabitur, nisi gratia redemptoris. Et ante Abraham quidem utrum aliquo corporali et uisibili sacramento iusti, uel eorum paruuli signarentur, scriptura non exprimit. Ipse tamen Abraham signum accepit circumcisionis, signaculum iustitiæ fidei. Et sic accepit, ut deinceps etiam omnes paruulos domus suę circumcidere iuberetur, recentissimos à uisceribus matrũ, octauo die natiuitatis eorũ, ut etiã hi, qui corde ad iustitiã credere nondum possent, iustitiæ tamen fidei signaculum sumerent. Quod sub terrore tanto est imperatum, ut diceret deus animam illam de suo populo perituram, cuius octauo die præputij circumcisio facta non fuisset. Huius tam horribilis pœnæ iustitia si quęratur, nõne istorum omnis de libero arbitrio & laudabili sanitate, & puritate naturę, quã tumlibet arguta sit argumẽtatio, repcussa & cõfracta dissiliet? Quid em̃ mali quæso paruulus ꝓpria uoluntate cõmisit, ut alio negligente & eũ non circumcidente, ipse damnet̃, damnatione tam seuera, ut pereat anima illa de populo suo? Neq; em̃ temporalis mortis terror incussus est, cũ de iustis quãdo moriebãtur, tunc potius diceret̃: Et appositus est ad populũ suum: uel, appositus est ad patres suos: quoniã deinceps homini nulla tentatio formidatur, quæ illum separat à populo suo, si populus eius, ipse est populus dei. Quid sibi ergo uult, pro nullo propriæ uoluntatis admisso, tanta damnatio? Neq; enim sicut nõnulli secundum Platonicos opinantur, hoc uniuscuiusq; infantis animę reddit̃, quod ante istã uitam sua uolũtate cõmisit, quum haberet ante hoc corpus uel bene, uel male liberũ uiuendi arbitriũ: cum Paulus Apostolus apertissime dicat, nondũ natos nihil egisse boni uel mali. Vnde ergo recte infans illa perditione punitur, nisi quia pertinet ad massam ꝑditionis, & iuste intelligit̃ ex Adam natus, antiqui debiti obligatione damnatus, nisi inde fuerit non secundũ debitũ, sed secundum gratiã liberatus? Quam gratiã, nisi gratiam dei, per Iesum Christũ dominum nostrũ? Quem profecto inter cętera ueterum sacramenta, etiam ipsa præputij circumcisio prophetauit. Dies enim octauus est in hebdomadarũ recursibus dies dominicus, quo resurrexit dominus: Et petra erat Christus, unde circũcisionis cultellus petrinus, & caro præputij, corpus peccati. Mutatis proinde sacramentis, posteaq; uenit qui eis significabatur esse uenturus, non tamen mutato mediatoris auxilio, qui etiam priusq; uenisset in carne, antiqua sua mẽbra liberabat suę incarnatiõis fide, & nos cum essemus mortui delictis & pręputio carnis nostrę, cõuiuificati sumus Christo, in quo circũcisi sumus circumcisione nõ manufacta, quã figurabat circũcisio manufacta, ut euacuaret̃ corpus peccati, cũ quo sumus ex Adam nati: dãnatq; originis propagatio nos dãnat, nisi mundemur similitudine carnis peccati, in qua missus est sine peccato, qui tamẽ de peccato dãnauit peccatũ, factus pro nobis peccatum. Vnde dicit Apostolus: Obsecramus pro Christo, recõciliamini deo. Eum q nõ nouerat peccatũ, pro nobis peccatũ fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. Deus ergo cui recõciliamur, fecit eum pro nobis peccatũ, id est, sacrificiũ, per quod dimitterentur nostra peccata, quoniã peccata uocant̃ sacrificia pro peccatis. Et utiq; ipse pro peccatis nostris immolatus est, nullũ habens uitiũ, solus in hominibus, quale quęrebat̃ tunc in pecorib⁹, quo significabat̃ unus sine uitio ad uitia sanãda uentur⁹. Quocunq; igit̃ die suę natiuitatis infans baptizet̃ in Christo, tanq; in octauo circũciditur die: quoniam in illo circumcidit̃, qui tertio qdem ex quo crucifixus est, sed octauo in hebdomadib⁹ resurrexit die. Circũciditur aũt in expoliationẽ corporis carnis, id est, ut debitũ, quod cõtagio carnalis generationis attraxit, gratia spiritalis regeneratiõis absoluat: Nullus em̃ mundus est à sorde. Qua obsecro sorde, nisi peccati? Nec infans, cuius est unius diei uita sup terrã. Sic aũt argumẽtant̃ dicẽtes: Ergo malũ sunt nuptię, & nõ est opus dei homo quẽ generant nuptię? Quasi nuptiarũ bonũ sit morb⁹ cõcupiscentię, in quo uxores diligũt, qui ignorãt deum, quod Apostolus ꝓhibet, ac nõ potius pudicitia cõiugalis, qua in bonos usus ordinate filios procreandi redigit̃ libido carnalis: aut uero possit esse homo nisi opus dei; nõ solum q de coniugio, uerũ etiam qui de fornicatiõe, uel de adulterio procreatur. Sed in hac quęstiõe ubi quęrit̃ non cui rei creator, sed cui saluator sit necessarius, nõ intuendũ est quid boni sit in ꝓcreatione naturę, sed quid in peccato mali, quo certũ est uitiatam esse naturã: simul aũt utrunq; propagatur, & natura, & naturæ uitium, quorum unum est bonum, & alterũ malum. Illud de conditoris largitate sumitur, hoc de originis damnatione attrahitur. Illi est causa bona uoluntas dei summi: huic mala uoluntas hominis primi. Illud indicat deum creaturæ institutorem, hoc indicat deum inobedientiæ punitorem. Denique idem ipse Christus propter illud creandum factor est hominis, propter hoc sanandũ factus est homo.

Bonum ergo sunt nuptię in omnibus, quæ sunt propria nuptiarũ. Hæc autem sunt tria, generandi ordinatio, fides pudicitiæ, cõnubij sacramentum. Propter ordinationem generãdi scriptum est: Volo iuniores nubere, filios procreare, matres familias esse. Propter fidẽ pudicitiæ, Vxor nõ habet potestatem sui corporis, sed uir: similiter & uir nõ habet potestatẽ sui corporis, sed mulier. Propter connubij sacramentum: Quod deus coniunxit, homo non separet. De quibus in alijs opusculis nostris, quę uobis nõ sunt incognita, quantũ domino adiuuante potuimus, satis nos disseruisse meminimus. Propter hęc oĩa honorabiles nuptię, in oĩbus

Circumcisio paruulorum Ca. XXX Gen. 17

Ca. XXXI *Opinio Platonicorum*

Caput XXXII

Coniugium bonum Caput XXXIII 1. Tim. 5

&

& thorus immaculatus. Inquantū em̄ nuptiæ bonæ sunt, in tantū faciunt plurimū boni etiam de libidinis malo: quoniā libidine nō bene utitur libido sed ratio. Libido est autē illa, quā uocat Apostolus repugnantē legi mentis inobedientiū lege membrorū. Ratio uero bene utens libidine, ipsa est in lege nuptiarū. Nam si nullū de malo bonū fieri posset, nec deus ex adulterino concubitu hominē cōderet. Sicut ergo adulterij damnabile malum, quādo & inde homo nascitur, nō imputatur deo, qui certe in opere hominum malo facit ipse opus bonū: Ita quicquid est pudendū in membrorū illa inobediētia, de qua erubuerūt, qui post peccatū folijs ficulneis eadem membra texerunt, nō nuptijs imputatur, propter quas cōcubitus coniugalis non solū est licitus, uerumetiā utilis & honestus. Sed imputat peccato inobediētiæ, cuius hęc pœna est consecuta, ut homo inobediēs deo, sua quoq; sibi inobedientia mēbra sentiret: de quibus erubescens q non ad arbitriū uoluntatis eius, sed ad libidinis incētiuum uelut arbitrio proprio mouerentur, quæ pudēda iudicauit, operienda curauit. Non em̄ confundi debuit homo de opere dei, aut ullo modo fuerant creato erubescēda, quæ instituenda uisa sunt creatori. Itaq; nec deo nec homini illa simplex nuditas displicebat, quādo nihil erat pudendū, quia nihil præcesserat puniendum.

Rom. 7

Status & lapsum Caput XXXV

Essent aūt proculdubio nuptiæ etiā non præcedente peccato, quia neq; ob aliam causam uiro adiutoriū, non alius uir, sed fœmina facta est. Et illa dei uerba, Crescite & multiplicamini: nō est damnandorum prædictio peccatorum, sed fœcundatarum benedictio nuptiarū. His enim deus ineffabilibus suis uerbis, id est, diuinis rationibus in suę sapientiæ, per quā facta sunt oīa, ueritate uiuentibus uim seminis indidit primis hominibus. Si aūt peccato non fuisset dehonestata natura, absit ut opinemur tales futuras fuisse nuptias in paradiso, ut in eis ad prolem seminandā non natura uoluntatis, sicut pes ad ambulandū, manus ad operandū, lingua ad loquendū, sed æstu libidinis mēbra genitalia mouerentur: nec sicut nunc fit, uirginitatis integritas ad cōcipiēdos fœtus, ui turbidi uitiaretur ardoris, sed obsequeretur imperio tranquillissimæ charitatis. Et eo modo nō esset dolor & cruor uirginis concūbentis, quomodo nō esset etiā matris gemitus parientis. Hæc ideo non creduntur, quia in ista mortalitatis conditione inexperta sunt. In deterius quippe uitio mutata natura, non inuenit primæ illius puritatis exemplum. Sed fidelibus loquimur, qui nouerunt credere diuinis eloquijs, etiā nullis adhibitis ex parte ueritatis exēplis. Quomodo em̄ nunc ostendā sine ullis parētibus de puluere hominē factū, eiq; de suo latere coniugē? Et tamē quod oculis iā nō inuenit, fides credit. Sic ergo & primarū nuptiarū sine libidinis passione tranquillitas, & motus genitalium sicut aliorū mēbrorum, non ad effrenati caloris incitamentū, sed ad uolūtatis arbitriū (quales nuptiæ perseuerassent, si peccati non interuenisset opprobriū) nunc ostēdi nō potest, sed ex ijs quæ diuina authoritate cōscripta sunt, non immeritō credi potest. Sic enim modo nō inuenio sine pruriente libidine concūbentē, sicut nō inuenio sine dolore & gemitu parturiētē, sine futura morte nascentē: & tamen secundū scripturarū sanctarū ueritatem gemitus parturientis, & mors hominis nō fuissent, si peccatū nō præcessisset. Sic nec illud unde erubuerunt, qui mēbra illa texerunt, quia & hoc in eisdē sanctis literis præcedente peccato scriptū est consecutum. Membra quippe illa nisi indecens motus oculis eorū, nō utiq; clausis, sed in hoc non apertis, hoc est non attētis, animaduertenda nunciasset, nihil in suo corpore, quod utiq; totū deus laudabile fecerat, pudendū uelandumq; sensissent: quia nisi præisset facinus, quod inobedientia est ausa cōmittere, nō sequeretur decus, quod uerecūdia uellet abscondere. Clarum est igitur, hoc non esse nuptijs imputandum, quod etsi non esset, nuptiæ tamē essent: quarū bonum nō aufertur isto malo, sed ab eis hoc malum in usum uertitur bonū. Verum quia iā ista conditione mortaliū, nunc simul aguntur concubitus & libido, eò fit, ut cū libido reprehēditur, etiā nuptialis cōcubitus licitus & honestus reprehendi putet ab eis, qui nolūt discernere ista uel nesciūt. Nec attendunt illud esse nuptiarū bonū, unde gloriantur nuptiæ, id est, proles, pudicitia, sacramentum: illud aūt non esse nuptiarū, sed carnalis concupiscentiæ malū, de quo erubescunt & nuptiæ. Sed quia sine illo malo fieri non potest nuptiarū bonū, hoc est, propagatio filiorū, ubi ad huiusmodi opus uenit, secreta quærūtur, arbitri remouentur, filiorū quoq; ipsorū si iā inde aliqui nati sunt, cū per ætatem sentire ista iā cœperint, præsentia deuitatur. Atq; ita nuptiæ sinunt exercere quod licet, ut non negligant occultare quod dedecet. Hinc est q infantes etiā qui peccare nō possunt, non tamē sine peccati contagione nascuntur, nō ex hoc quod licet, sed ex eo quod dedecet. Nā ex hoc quod licet, natura nascit, ex illo quod dedecet, uitiū. Naturæ nascentis est author deus, q hominem condidit, & qui uirū ac fœminā nuptiali iure coniunxit: uitij uero author est diaboli decipiētis calliditas, & hominis cōsentientis uolūtas.

Libido & lapsa imperuersa in peccato Caput XXXVI

Coitus honestus Cap. XXXVIII

Vbi nihil deus fecit, nisi q hominē uoluntate peccantē, iusto iudicio cū stirpe dānauit: & ideo ibi quicquid etiā nondum erat natū, merito est in preuaricatrice radice damnatū, in qua stirpe damnata tenet hominē generatio carnalis, unde sola liberat regeneratio spiritalis: ideo regeneratis parētibus, si tamē in eadē gratia perseuerauerint, proculdubio ista propter remissionē peccatorū, quæ in eis facta est, nō nocebit, nisi cū ea male utunt, non solum in omnibus illicitis corruptelis, uerūetiā in ipsis cōiugibus, quādo non propagādi uolūtate operā creādis filijs impendūt, sed lasciuiendi uoluptate exaturādę cupidini inseruiūt. Quod propter uitādas fornicatiōes maritis & uxoribus ne fraudēt inuicē, nisi ex cōsensu ad tēpus, ut orationibus uacēt, secundū uenią, non secundū imperium cōcedit Apostolus. Euidēter quippe dū tri- 1. Cor. 7

buit ueniam, denotat culpam. Nuptialis aũt concubitus, quem matrimoniales quoq; indicant tabulæ, causa procreandorum fieri filiorum, per seipsum prorsus, non in comparatione fornicatiõis est bonus: q tametsi propter corpus mortis, quod nondum est resurrectione renouatum, sine quodam bestiali motu de quo natura erubescit humana, non potest fieri, tamen ipse concubitus nõ est peccatum, ubi ratio libidine utitur ad bonum, nõ superatur ad malũ. Obesset ista carnis concupiscentia etiam tantummodo q̃ ineesset, nisi peccatorum remissio sic prodesset, ut quæ in eis est, & nato, & renato: nato quidẽ & ineesse & obesse, renato aũt ineesse quidẽ, sed non obesse possit. Intantum eñ obest natis, ut nisi renascant, nihil possit prodesse, si nati sunt de renatis. Manet quippe in prole, ita ut reatũ faciat originis uitiũ, etiã si in parẽte reatus eiusdẽ uitij remissione ablutus est peccatorũ, donec omne uitiũ cui cõsentiendo peccatur, regeneratione nouissima consumatur: id est, ipsius etiã renouatiõe carnis, quæ in eius resurrectione futura promittit̃, ubi non solũ nulla peccata faciamus, sed nec habeamus ulla desideria uitiosa, quibus cõsentiendo peccemus. Ad quã beatam perfectionẽ huius, quod nunc datur, sancti lauacri gratia peruenitur. Quia enim regeneratiõe spiritus modo fit, ut peccata omnia præterita remittantur, eius merito fiet etiam regeneratio carnis in æternam uitã, qua in ipsa carne incorruptibiliter resurgente, peccatorum omnium incitamẽta sanentur. Sed ea salus adhuc in spe facta est, nõ tenetur in re, neq; possidetur per præsentiã, sed expectatur per patientiam. Ac per hoc non solũ peccata oñia, quorũ nũc remissio fit in baptismo, quæ reos faciunt, dũ desiderijs uitiosis cõsentitur atq; peccat̃, uerũetiam ipsa desideria uitiosa, quibus si non consentitur, nullus peccati reatus contrahitur, quę nõ in ista, sed in alia uita nulla erunt, eodem lauacro baptismatis uniuersa purgãt̃. Reatus itaq; uitij eius de quo loquimur, in regeneratorum prole carnali tãdiu manebit, donec & illic lauacro regenerationis abluat̃. Regeneratus quippe nõ regenerat filios carnis, sed generat, ac per hoc in eos nõ q̃ regeneratus sed q̃ generatus est trañscit. Sic igit̃, siue reus infidelis, siue absolutus fidelis non regenerat absolutos uterq;, sed reos: quomodo non solũ oleastri, sed etiã oleæ semina, nõ oleas generãt, sed oleastros. Sic itaq; in damnatione hominẽ prima natiuitas tenet, unde nisi secunda non liberat. Tenet ergo diabolus, liberat Christus: tenet deceptor Euæ, liberat filiꝰ Marię: tenet qui per cõiugem uenit ad uirũ, liberat q̃ de cõiuge natus est, quæ non pertulit uirũ: tenet qui causam libidinis intulit fœminę, liberat qui sine libidine est cõceptus in fœmina. Oẽs ille prorsus per unũ tenere potuit, nec ab eius dominatiõe liberat nisi unus, quẽ tenere nõ potuit. Denicq; ipsa Ecclesiæ sacramẽta, quæ tã priscæ traditionis authoritate cõcelebrat, ut ea isti quãuis in paruulis existimẽt simulatorie potius quàm ueraciter fieri, non tamen audeant aperta improbatione respuere: ipsa, inquã, sanctæ Ecclesiæ sacramẽta satis indicant, paruulos à partu etiã recẽtissimos per gratiã Christi de diaboli seruitio liberari. Excepto enim q̃ in peccatorũ remissionẽ nõ fallaci, sed fideli mysterio baptizãtur, etiã prius exorcizat̃ in eis & exufflatur potestas cõtraria, cui etiã uerbis eorũ à quibus portatur, sese renũciare respondent. Quibus omnibus rerũ occultarũ sacratis & euidẽtibus signis à captiuatore pessimo, ad optimũ redemptorẽ transire monstrant̃, qui pro nobis infirmitate susceptа, alligauit fortẽ ut uasa eius eriperet, quia infirmũ dei non solũ est hominibus, uerũ et angelis fortius. Liberãs itaq; deus pusillos cum magnis, in utrisq; ostẽdit quod locuta est per Apostolũ ueritas. Nõ eñ solos ętatis maiores, sed etiã pusillos eruit à potestate tenebrarũ, ut transferat in regnũ filij claritatis suæ. Nec quisq; miretur & dicat, Cur hoc creat bonitas dei, quod possideat malignitas diaboli? Hoc eñ suæ creaturæ seminibus ex illa bonitate largitur, qua etiã facit solẽ suũ oriri super bonos & malos, & pluit super iustos et iniustos. Hac quippe bonitate etiã ipsa semina benedixit, uel benedicendo constituit. Quã benedictionẽ naturæ laudabili culpa damnabilis nõ ademit. Quæ licet per dei punitis iustitiam ualuerit, ut homines cũ peccati originalis uitio nascerent̃, non tamẽ ualuit, ut homines nõ nascerent̃. Sicut in ipsis ætatę maioribus quælibet uitia peccatorũ nõ ex homine hominẽ tollunt, sed permanet dei opus bonũ, in quantiscunq; malis operibus impiorũ. Nã etsi homo in honore positus, & non intelligens cõparatur pecoribus, eisq; similis fit, nõ tamen usq; adeo similis fit, ut potius sit. Cõparatur namq; per uitiũ, non per naturã, non pecoris uitio, sed naturæ. Tãtæ nãq; excellentiæ est in cõparatione pecoris homo, ut uitiũ hominis natura sit pecoris, nec tamẽ ideo natura hominis in naturã uertitur pecoris. Ac per hoc deus hominẽ damnat propter uitium, quo natura dehonestatur, nõ propter naturã quæ uitio non aufertur. Bestias uero absit ut opinemur pœnæ damnationis obnoxias, quas iustũ est ut miseriæ sint expertes, quæ nec beatitudinis possunt esse participes. Quid ergo mirũ est uel iniquũ, ut immũdo spiritui subdatur homo, non propter naturã, sed propter immũditiam suã, quã non ex opere diuino, sed ex humana uoluntate uenientem in originis labe contraxit: cũ & ipse spiritus immundus, bonum sit, q̃ spiritus: malum, q̃ immũdus? Illud quippe est ex dei opere, hoc ex propria uoluntate. Natura itaq; fortior, id est angelica, inferiorẽ naturã, id est humanam, uitij societate subditã tenet. Ideo mediator angelis fortior, infirmus propter homines factꝰ est: sic superbia captiuatoris, redẽptoris humilitate destruit̃, ut q̃ super filios hominis angelica fortitudine gloriatur, à filio dei susceptа humana infirmitate uincat̃. Sed iã etiã istũ cõclusuri librũ, oportere arbitramur, ut Ambrosiũ antistitẽ dei, cuius inter latinę linguæ scriptores ecclesiasticos præcipue Pelagius integerrimã fidẽ prædicat, sicut de gratia fecimus, ita & de peccato originali, in

Caput XXXIX

Cap. XL

in quo defendo ipsa gratia euidẽtius cõmendat, calumnioſæ iſtorũ loquacitati reſpondere faciamus. In eo opere quod ſcripſit de reſurrectione
cap. 2 ſanctus Ambroſius, Lapſus ſum, inquit, in Adã, de paradiſo eiectus ſum in Adam, mortuus ſum in Adam. Quẽ reuocaret niſi me in Adam inuenerit, ut in illo culpæ obnoxium, morti debitum, ita in Chriſto iuſtificatũ? Item ſcribẽs contra Nouatianos, ait, Omnes homines ſub peccato naſcũtur, quorũ ipſe ortus in uitio eſt, ſicut habes lectũ
Pſal. 50 dicente Dauid, Ecce in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea. Ideo
Rom. 7 Pauli caro corpus mortis erat, ſicut ipſe ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Chriſti aũt caro damnauit peccatum, quod naſcendo nõ ſenſit, quod moriendo crucifixit, ut in carne noſtra B eſſet iuſtificatio per gratiã, ubi erat ante colluuio per culpam. Item idem ipſe cum exponeret Eſaiã Prophetam loquens de Chriſto, Ideo, inquit, & quaſi homo per uniuerſa tentatus eſt, & in ſimilitudine hominum cũcta ſuſtinuit, ſed quaſi de ſpi-
Pſal. 115 ritu ſancto natus abſtinuit à peccato, Omnis enim homo mendax, & nemo ſine peccato, niſi unus deus. Seruatum eſt igitur, ut ex uiro & muliere, id eſt, per illam corporum commixtionem, nemo uideatur expers eſſe delicti. Qui autẽ expers delicti, expers eſt etiã huiuſmodi conceptionis. Itẽ cũ exponeret Euangeliũ ſecũdum Lucã, Non enim uirilis coitus, inquit, uuluæ uirginalis ſecreta reſerauit, ſed immaculatũ ſemen inuiolabili utero ſpiritus ſanctus infudit. Solus enim per omnia ex na C tis de fœmina ſanctus dominus Ieſus, qui terrenę contagia corruptelæ, immaculati partus nouitate non ſenſerit, & cœleſti maieſtate depulerit.

Cap. XLI His tamen uerbis hominis dei, quem tanto preconio ipſe laudauit Pelagius, cõtradicit, & dicit, ſicut ſine uirtute, ita nos ſine uitio peccari. Quid igitur reſtat, niſi aut iſtũ Pelagius ſuum damnet errorem, aut eum ſic Ambroſium laudaſſe pœniteat? Sed quia iſta ſecũdũ catholicam fidẽ beatus Ambroſius, ut Epiſcopus catholicus eſt locutus, ſequit ut ab hac uia fidei deuius merito Pelagius, cũ Celeſtio diſcipulo ſuo, catholicæ Eccleſiæ ſit authoritate damnatus, niſi eum non Ambroſiũ laudaſſe, ſed contra Ambroſium ſenſiſſe pœniteat. Scio uos ea quæ ad ædificationem uel confirma- D tiõem fidei conſcribũtur, inſatiabiliter legere. Verumtamen hic liber quãtumlibet ſit ad hoc utilis, iam tandem aliquando finiendus eſt.

Operis huius finis.

AD VALERIVM COMITEM PRÆFANS IN Librum ſequentem.

DOMINO Illuſtri & merito præſtãtiſſimo, atq; in Chriſti dilectio
D ne chariſſimo filio Valerio, Auguſtinus in dño ſalutẽ. Cum diu moleſte haberẽ q̃ aliquotiẽs ſcripſerim, & nulla tuæ ſublimitatis reſcripta meruerim, repẽte Epiſtolas tres tuæ benignitatis accepi, Vnã nõ ad me ſolum datam, per coepiſcopũ meum Vindemialem, & non longẽ poſt per compresbyterum Firmũ duas, qui uir ſanctus nobiſq; ut ab illo ſcire potuiſti, familiariſſima charitate cõiunctus, multa nobiſcum de tua excellentia colloquendo, & ueraciter inſinuando, qualẽ te in Chriſti uiſceribus nouerit, non ſolum eas quas memoratus Epiſcopus, uel quas ipſe attulit, ſed etiam illas quas non accepiſſe nos querebamur, literas uicit. Et ideo de te narratio eius ſuauior nobis erat, quia ea dicebat, quæ ipſe non poſſes, ne quidem me inquirente reſcribere, ne tuarum laudum, quod ſancta ſcriptura prohibet, fieres prædicator: quamquam & ego uerear hoc ad te ſcribere, B ne ſuſpicionẽ adulãtis incurram, domine illuſtris & merito præſtantiſſime, atq; in Chriſti dilectione chariſſime fili. Laudes itaq; tuas, ſiue in Chriſto, ſiue magis in te laudes Chriſti, uide quid mihi delectationis & lætitiæ fuit audire ab illo, qui nec fallere me poſſet propter fidem ſuam, & eas ignorare nõ poſſet, propter amicitiam tuam. Sed alia & ab alijs, & ſi non tam multa uel certa, ueruntamẽ audiuimus, fides tua quàm ſit ſana & catholica, quàm pia expectatio futurorum, quæ dei fratrũq; dilectio, quàm non ſuperbe ſapias in excelſis honoribus, nec ſperes in incerto diuitiarum, ſed in deo uiuo, & diues ſis in operibus bonis: quàm ſit domus tua requies, ſolatiumq; ſanctorum, & terror impiorum: quãtæ tibi curæ ſit, ne quis inſidietur membris Chriſti, coopertus uelamine nominis Chriſti, ſiue in ueteribus eius, ſiue in recentioribus inimicis: quamq; ſis eorũdem inimicorum prouidus ſaluti, infeſtus errori. Hęc atq; huiuſmodi, ut dixi, & ab alijs ſolemus audire, ſed nunc ea per ſupradictum fratrẽ plura & teſtatiora cognouimus. Porrò autem de pudicitia coniugali, ut eã quoq; in te laudare, & amare poſſimus, nunquid audiremus, niſi ab aliquo interiore familiari tuo, qui uitam tuam, nõ in ſuperficie, ſed penitus noſſet? De hoc itaq; tuo bono dei dono, me quoq; delectat familiarius, & aliquanto diutius loqui tecũ. Scio me non eſſe oneri tibi, ſi aliquid prolixũ mitto, quod legẽdo diutius ſis nobiſcũ. Nam & hoc comperi, quòd inter tuas multas magnasq; curas, facile ac libenter legas, noſtrisq; opuſculis, etiam quæ ad alios conſcripſimus, ſi qua in manus tuas uenire potuerunt, admodũ delecteris: quanto magis quod ad te ſcribitur, ubi tanquam præſenti loquar, & aduertere dignaberis attentius, & accipere gratius. Ab hac ergo Epiſtola perge ad librũ, quẽ ſimul miſi, qui tuæ reuerentiæ & cur conſcriptus ſit, & cur ad te potiſſimũ miſſus, ipſe ſuo principio commodius intimabit.

Diui

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, AD VALERIVM comitem De nuptijs & concupiscentia, Liber primus.

Cap. I

ÆRETICI noui dilectissime fili Valeri, q medicinam Christi qua peccata sanantur, carnaliter natis paruulis necessariā non esse contendūt, dam
H natores nos esse nuptiarum operisq; diuini, quo ex maribus & fœminis deus homines creat, inuidiosissime clamitāt: quoniam dicimus eos, qui de tali cōmixtione nascuntur, trahere originale peccatum, de quo Apostolus ait, Per unum hominem peccatum intrauit in mundū, & per peccatū mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo oēs peccauerūt: eosq; de parentibus qualibuscunq; nascantur, non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo, & per eius gratiā de potestate eruti tenebrarum, in regnū illius, qui ex eadē sexus utriusq; cōmixtione nasci noluit, transferantur. Hoc ergo quia dicimus quod in antiquissima atq; firmissima catholicæ fidei regula continet, isti nouelli & peruersi dogmatis assertores, qui nihil peccati in paruulis esse dicunt, quod lauacro regenerationis abluat, tanq; dānemus nuptias & tanq; opus dei, C hoc est hominē q ex illis nascit, opus diaboli esse dicamus, infideliter uel imperite calumniantur. Nec aduertunt q; ita nuptiarū bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari: sicut adulteriorū & fornicationū malū bono naturali, quod inde nascitur, nō potest excusari. Nā sicut peccatū, siue hinc, siue inde à paruulis trahat, opus est diaboli: sic homo, siue hinc, siue inde nascatur, opus est dei. Intētio igitur huius libri hæc est, ut quantū nos dominus adiuuare dignat, carnalis concupiscentiæ malū, propter quod homo, qui per illā nascit, trahit originale peccatū, discernamus à bonitate nuptiarū. Hæc em quæ ab impudentibus impudenter laudatur, pudenda cōcupiscentia nulla esset, nisi homo ante peccasset, nuptiæ uero essent, etiā si nemo peccasset: fieret quip D pe sine isto morbo seminatio filiorū in corpore uitæ illius, sine quo nunc fieri nō potest in corpore mortis huius. Non em corpus mortis huius in paradiso tale fuit ante peccatum: propter quod diximus, in corpore uitæ illius, quæ ibi erat, sine isto morbo seminationē potuisse fieri filiorū, sine quo nunc in corpore mortis huius fieri non potest.

Cap. II Cur aūt ad te potissimū de hac re scribere uoluerim, tres maximę causę sunt, quas breuiter intimabo. Vna est, quia donāte Christo, magna tibi est obseruantia pudicitiæ cōiugalis, Altera, quia prophanis istis nouitatibus, quibus hic disputādo resistimus, tu potestate curando & instando efficaci A ter restitisti. Tertia quoniam quiddam literarū ab eis conscriptum in tuas manus uenisse cognoui, quod licet fide robustissima irriseris, bonum est tamen, ut etiā nouerimus defendendo adiuuare quod credimus. Apostolus enim Petrus, paratos 1. Pet. 3 nos esse præcipit ad satisfactionem omni poscenti nos rationem de fide & spe nostra. Et apostolus Col. 4 Paulus, Sermo inquit, uester in gratia cōditus sit sale, ut sciatis quomodo oporteat uos unicuiq; respondere. Ista sunt quæ me præcipue cōpulerūt, ut in hoc uolumine tecum haberem qualē dominus dignaretuur donare, sermonē. Nā mihi nunquam placuit cuiq; illustri uiro, & tāta quanta es ipse sublimitate conspicuo, præsertim non ociosa dignitate iā fruenti, sed adhuc actibus publicis eisdēq; militaribus occupato, aliquid meorū opu- B sculorū legendū non à me petenti, nō tam diligenter q; impudenter impingere. Si q̄d ergo tale nūc feci propter eas quas cōmemoraui causas, dignā- ter ignosce, & beneuolū animū ad ea quæ sequuntur intende. Donum dei esse etiā pudicitiam cō- Pudicitia coniugalis Cap. III iugalem beatissimus Paulus ostendit, ubi de hac 1. Cor. 7 re loquēs ait, Volo aūt omnes homines esse sicut meipsum, sed unusquisq; proprium donū habet à deo, alius quidē sic, alius uero sic. Ecce & hoc donum esse dixit à deo, & si inferius q; illa continentia, in qua omnes uolebat esse sicut seipsum, tamē donū à deo. Vnde intelligimus cū hæc præcipiuntur ut fiant, nihil aliud ostendi, quàm inesse nobis oportere ad hæc accipienda & habenda, etiā propriam uoluntatē. Cum uero dei dona esse monstrant, à quo petenda sint discitur, si non habētur, C & cui sint agendæ gratiæ si habētur, nostrasq; uoluntates ad hæc expetenda, sumenda, retinēda parū ualere, nisi diuinitus adiuuentur. Quid ergo dicimus, quando & in quibusdam impijs inuenitur pudicitia cōiugalis: utrū eo peccare dicēdi sunt, q; dono dei male utantur, non id referētes ad cultū eius à quo acceperūt: an forte nec dona dei putanda sunt ista, quando hæc infideles agunt, secū dum Apostoli sententiā dicētis, Omne quod nō Rom. 14 est ex fide peccatū est? Quis audeat dicere donū dei esse peccatū? Anima enim & corpus & quæcunq; bona animæ & corporis naturaliter insita, etiā in peccatoribus dona dei sunt, quoniā deus, non ipsi ista fecerūt. De ijs aūt quæ faciunt dictū est, Omne quod nō est ex fide peccatum est. Cum D igitur faciunt hæc homines sine fide, quæ uidentur ad coniugalē pudicitiam pertinere, siue hominibus placere quærentes, uel sibi uel alijs, siue in his rebus quas uitiose concupiscūt, humanas molestias deuitātes, siue dęmonibus seruiētes, nō peccata coercent, sed alijs peccatis alia peccata uincūtur. Absit ergo pudicū ueraciter dici, qui non propter deū uerum, fidem connubij seruat uxori.

Copulatio itaq; maris & fœminæ generandi Pudicitia non est nisi in pijs Cap. IIII causa, bonū est naturale nuptiarum: sed isto bono male utit, qui bestialiter utitur, ut sit eius intētio in uoluptate libidinis, nō in uolūtate propaginis. Quāquam in nonnullis animalibus rationis expertibus, sicut in pleriſq; alitibus, & cōiugiorum quasi

quasi quædam cōfœderatio cuſtoditur, & ſocie
tatis nidificādi ſolertia, uiciſſimq; ouorum diſper-
tita tempora fouendorum, & nutriendorum ope
ra alterna pullorum, magis eas uideri faciunt age-
re, cū coeunt, negocium ſubſtituendi generis, q̄s
explendæ libidinis. Quorum duorum illud eſt in
pecore ſimile hominis, hoc eſt in homine ſimile
pecoris. Verū quod dixi ad naturam pertinere nu
ptiarum, ut mas & fœmina generādi ſocietate iū-
gantur, & ita inuicem non fraudēt, ſicut omnis ſo
cietas fraudulentum ſocium naturaliter pati non
uult: hoc tā euidens bonū cū infideles habēt, quia
infideliter utuntur, in malum peccatumq; conuer
tūt. Eo modo ergo & illā concupiſcentiā carnis,
qua caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, in uſum
iuſtitiæ conuertunt fidelium nuptiæ. Habēt quip-
pe intentionem generandi regenerandos, ut qui
ex eis ſeculi filij naſcūtur, in dei filios renaſcātur.
Quapropter qui non hac intentione, hac uolun-
tate, hoc fine generant filios, ut eos ex mēbris ho-
minis primi, in mēbra transferant Chriſti, ſed infi
deles parentes de infideli prole glorientur, etiam
ſi tanta ſit obſeruantia, ut ſecundū matrimoniales
tabulas non niſi liberorum procreādorum cauſa
concumbant, non eſt in eis uera pudicitia coniu-
galis. Cum enim uirtus ſit pudicitia, cui uitiū con
trarium eſt impudicitia, omnesq; uirtutes etiam
quæ per corpus operātur, in animo habitēt, quo-
modo uera ratione pudicū corpus aſſeritur, quan
do à uero deo ipſe animus fornicatur? Quam for
nicatiōem ſanctus ille Pſalmus accuſat ubi dicit,
Pſal. 72 Ecce enim qui longe ſe faciunt à te peribunt, per
didiſti omnem qui fornicatur abs te. Vera igitur
pudicitia ſiue coniugalis, ſiue uidualis, ſiue uirgi-
nalis dicenda non eſt, niſi quæ ueræ fidei manci-
patur. Cum enim recto iudicio pręferatur nuptijs
ſacrata uirginitas, quis non ſobria mente chriſtia
nus etiā non uni uiro Chriſtianas catholicas nu-
ptas, non ſolū ueſtalibus, ſed etiā hæreticis uirgi-
nibus anteponat? Tātum ualet fides de qua dicit
Rom. 14 Apoſtolus, Omne quod non eſt ex fide peccatū
Heb. 11 eſt: Et de qua itē ſcriptum eſt ad Hebræos, Sine fi
Pudor unde de impoſſibile eſt placere deo. Quæ cū ita ſint
Cap. V profecto errant, qui cū uituperatur libido carna-
lis, damnari nuptias opinantur, quaſi morbus iſte
de connubio ſit, non de peccato. Nónne illi cōiu
ges primi quorum nuptias benedixit deus dicēs,
Gen. 1 Creſcite & multiplicamini, nudi erant & non cō-
fundebantur? Quur ergo ex illis mēbris confuſio
poſt peccatū, niſi quia extitit illic indecēs motus?
quem, niſi homines peccaſſent, proculdubio nu-
ptiæ non haberēt. An forte ſicut quidā exiſtimāt,
quia id quod legunt parum diligenter aduertunt,
cęci creati erant prius homines ſicut canes, & q̄d
eſt abſurdius, nō ſicut canes creſcēdo, ſed peccan
do adepti ſunt uiſum? Abſit hoc credere. Sed un-
de mouentur qui hoc putant, illud eſt quod legit,
Gen. 3.21 Sumēs de fructu eius, edit, & dedit uiro ſuo ſecū,
& ederunt, & aperti ſunt oculi amborū, & agno-
uerunt quia nudi erant. Hinc eſt q̄ parum intelli-
gentes, opinātur antea fuiſſe illis oculos clauſos,

A q̄ eos tūc apertos diuina ſcriptura teſtat. Sed nun
quid & Agar ancilla Sarę quādo ſitiente & plorā
te filio aperuit oculos ſuos & uidit puteū, clauſos
prius oculos habuit? Aut illi dūo diſcipuli poſt re
ſurrectionē domini in uia cum illo clauſis oculis
ambulabāt, de quibus Euangeliū loquit, q̄ in fra Luc. 24
ctione panis aperti ſunt oculi eorū, & agnouerūt
eū? Quod ergo ſcriptū eſt de hominibus primis,
Aperti ſunt oculi amborū: intelligere debemus,
attentos factos ad intuendū & agnoſcendū, quod
nouū in eorum corpore acciderat, quod utiq; cor
pus patentibus eorū oculis & nudū quotidie ſub
iacebat, & notū, Alioquin quomodo ad ſe adduc-
tis animalibus terreſtribus & uolatilibus omni-
bus, Adā clauſis oculis nomina poſſet imponere,
quod niſi diſcernendo nō faceret, diſcernere autē
B niſi uidēdo nō poſſet? Quomodo deniq; ipſa mu-
lier ei demonſtrata eſt, quādo ait, Hoc nūc os ex
oſſibus meis, & caro de carne mea? Poſtremo ſi
uſqueadeo quisq; fuerit cōtentioſus, ut hęc eum
dicat nō cernendo, ſed palpando potuiſſe cogno
ſcere, qd dicturus eſt quod ibi legit mulier lignū,
de quo fuerat cibū ſumptura, prohibitū uidiſſe q̄s
eſſet ſpecioſum oculis ad uidendū? Erāt itaq; nu-
di, & nō confundebātur, nō quia nō uidebāt, ſed
quia nihil unde confunderentur in mēbris ſenſe-
rant, quę uidebāt. Non em̄ dictū eſt, erāt ambo nu
di & ignorabant: ſed, nō confundebantur. Quia
em̄ nihil præceſſerat quod nō liceret, nihil ſecutū
fuerat quod puderet. Ibi enim homo primitus *Pudor in pu-*
dei lege transgreſſa, aliā legem repugnātem ſuæ *dendis pro-*
C menti habere cœpit in membris, & inobedientiæ *prie Cap. VI*
ſuæ malū ſenſit, quando ſibi retributā digniſſime
inobedientiā ſuæ carnis inuenit, Talē quippe etiā
ſerpens oculorum apertionē ſeducendo promiſe
rat, ad aliquid uidelicet ſciēdum, quod melius ne
ſciretur. Tūc in ſe quippe ſenſit homo quid fecit:
tunc à bono malū, non carendo ſed perpetiendo
diſcreuit, Iniuſtum enim erat ut obtemperaretur
à ſeruo ſuo, id eſt, à corpore ſuo ei, qui nō obtem-
perauerat domino ſuo. Nā quid eſt q̄ oculi, labia,
lingua, manus, pedes, inflexiones dorſi, ceruicis
& laterū ut ad opera ſibi congrua moueantur, po
ſitum in poteſtate eſt, quādo ab impedimentis cor
pus liberum habemus & ſanū: ubi aūt uētum fue
rit ut filij ſeminentur, ad uoluntatis nutū mēbra
D in hoc opus creata, non ſeruiunt, ſed expectatur
ut ea uelut ſui iuris libido cōmoueat, & aliquan-
do non facit animo uolente, cū aliquādo faciat &
nolente? Hinc ne non erubeſceret humani liber-
tas arbitrij, q̄ contemnendo imperantem deum,
etiam in membra propria proprium perdidiſſent
imperium? Vbi aūt conuenientius monſtraretur
inobedientiæ merito deprauatam eſſe humanam
naturā, q̄s in his non obedientibus locis unde per
ſucceſſionē ſubſiſtit ipſa natura? Nā ideo proprie
iſtæ corporis partes, naturę nomine nuncupātur.
Hūc itaq; motū ideo indecētē q̄a inobedientē, cū
illi primi homines in ſua carne ſenſiſſent, & in ſua
nuditate erubuiſſent, foliis ficulneis eadē mēbra
texerūt, ut ſaltē arbitrio uerecūdantiū uelaretur,

quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod nõ arbitrio uolentiũ mouebantur, & quoniã pudebat, quod indecenter libebat, operiendo fieret quod decebat. Quia ergo nec isto adiuncto malo perire potuit nuptiarũ bonum, putãt imprudentes hoc nõ esse malũ, sed pertinere ad illud bonum. Discernitur aũt non solum ratione subtili, uerumetiam uulgatissimo iudicio naturali, quod & in illis apparuit hominibus primis, hodieq; tenetur ab hominibus coniugatis. Quod em̃ illi postea propagatione fecerunt, hoc est connubij bonũ: quod uero prius cõfusione texerũt, hoc est cõcupiscentiæ malũ, quod uitat ubiq; conspectũ, & quærit pudendo secretũ. Proinde nuptię quia etiã de illo malo aliquid boni faciunt, gloriãtur: quia uero sine illo fieri non potest, erubescunt: tanc̃ si quispiam pede uitiato, ad aliquod bonum etiam claudicãdo perueniat, nec propter claudicatiõis malũ, mala est illa peruẽtio, nec propter illius peruentionis malũ, bona est claudicatio: Ita nec propter libidinis malũ, nuptias cõdemnare, nec propter nuptiarũ bonum, libidinẽ laudare debemus.

Libido excusata per nuptias Cap. VII

Libidine uti non uinci Cap. VIII

Iste quippe est morbus de quo Apostolus etiã coniugatis fidelibus loquens ait, Hęc est enim uoluntas dei, sanctificatio uestra, abstinere uos à fornicatione, ut sciat unusquisq; uestrũ suũ uas possidere in sanctificatione & honore, nõ in morbo desiderij, sicut & gentes quæ ignorant deũ. Non solum igitur coniugatus fidelis uase nõ utatur alieno, quod faciunt à quibus uxores alienę appetuntur, sed nec ipsum proprium in cõcupiscentię carnalis morbo possidendũ sciat. Quod non sic accipiendum est, tanc̃ prohibuerit Apostolus coniugalẽ, hoc est licitum honestũq; concubitũ: sed ut iste sit cõcubitus, qui nihil morbidæ libidinis haberet adiunctũ, si non præcedẽte peccato in eo perisset libertatis arbitrium: quod nunc ideo habet adiunctũ, ut nõ sit uoluntatis sed necessitatis, sine qua tamẽ in procreãdis filijs ad fructũ peruenire nõ potest ipsius uoluntatis: quæ uoluntas in connubijs fideliũ non eo fine determinatur, ut transituri filij nascãtur in seculo isto, sed ut permansuri renascantur in Christo. Quòd si prouenerit, merces erit de cõiugio plenæ felicitatis: si aũt nõ prouenerit, pax erit cõiugibus bonæ uoluntatis. Hac intentione cordis qui suũ uas possidet, id est coniugẽ suã, proculdubio non possidet in morbo desiderij, sicut gentes quæ ignorant deũ: sed in sanctificatione & honore, sicut fideles, q sperãt in deũ. Illo quippe cõcupiscentiæ malo utitur homo, nõ uincitur, quãdo eã inordinatis atq; indecoris motibus æstuantẽ frenat & cohibet, nec̃ nisi propagationi cõsulens, relaxat atq; adhibet, ut spiritaliter regenerãdos carnaliter gignat, non ut spiritũ carni sordida seruitute subijciat. Sic patres sanctos ex Abrahã & ante Abrahã, quibus deus q̃ ei placuerint perhibet testimoniũ, usos fuisse coniugibus, neminem oportet dubitare Christianũ, quãdo quibusdã etiã singulis plures habere concessum est, ubi ratio fuit prolis multiplicãdæ, nõ uariandæ appetitio uoluptatis. Nã si deo patrũ nostrorũ, qui etiam noster est, illa numerositas cõ-

Vnius uxores multæ Cap. IX

iugum propterea nõ displicuisset, ut copiosius se libido iactaret, ita etiã sanctæ fœminæ seruissent pluribus singulæ: quod si aliqua faceret, quid eam nisi concupiscentiæ turpitudo cõpelleret, ut plures uiros haberet, quando ista licẽtia plures filios nõ haberet? Veruntamen magis pertinere ad nuptiarum bonũ, non unũ & multas, sed unũ & unã satis indicat ipsa prima diuinitus facta cõiugij copula, ut inde cõnubia sumerẽt initium, ubi honestius attenderetur exemplũ Progrediente aũt genere humano, iunctę sunt quibusdam bonis uiris bonæ fœminæ, singulis plures. Vnde apparet & illud dignitatis magis appetisse modestiã, & hoc fœcunditatis permisisse naturã, Nam & principatus magis naturaliter unius in multos, q̃ in unum potest esse multorum. Nec dubitari potest naturali ordine uiros potius fœminis, q̃ uiris fœminas 1.Cor.11 principari. Quod seruans Apostolus ait, Caput mulieris uir: & mulieres subditæ estote uiris uestris, Et apostolus Petrus, Quomodo Sara, inqt, 1.Pet.3 obsequebatur Abrahę, dominũ illũ uocãs. Quod licet ita sese habeat, ut natura principiorum amet singularitatẽ, facilius aũt pluralitatem uideamus in subditis, tamẽ plures fœminæ uni uiro nunc̃ licite iungerentur, nisi ex hoc plures filij nascerẽtur. Vnde si concumbat cũ pluribus, quia non est ei hinc multiplicatio prolis, sed frequentatio libidinis, cõiunx nõ potest esse, sed meretrix. Quo- *Coniugium insolubile Cap. X.*
niam sanè non tantũ fœcunditas, cuius fructus in prole est, nec tãtum pudicitia, cuius uinculũ est fides, uerumetiam quoddam sacramentũ nuptiarũ cõmendatur fidelibus cõiugatis, unde dicit Apo- Col.3
stolus, Viri diligite uxores uestras, sicut & Christus dilexit Ecclesiam: huius proculdubio sacramenti res est, ut mas & fœmina cõnubio copulati, quãdiu uiuunt inseparabiliter perseuerent, nec liceat excepta causa fornicationis, à coniuge coniugẽ dirimi. Hoc em̃ custoditur in Christo & Ecclesia, ut uiuens cum uiuente in ęternum nullo diuortio separetur. Cuius sacramenti tanta obseruatio est in ciuitate dei nostri, in monte sancto eius, hoc est in Ecclesia Christi, quibusq; fidelibus cõiugatis, qui sine dubio mẽbra sunt Christi, ut cum filiorum procreandorũ causa uel nubãt fœminæ, uel ducãtur uxores, nec sterilem coniugem fas sit relinquere, ut alia fœcũda ducat. Quòd si quisq̃ fecerit, nõ lege huius seculi, ubi interuenientere- D
pudio, sine crimine conceditur cũ alijs alia copulare cõnubia, quod etiã sanctũ Moysen dominus propter duriciam cordis illorum, Israelitis permisisse testat: sed lege Euangelij reus est adulterij, sicut etiã illa si alteri nupserit. Et usqueadeo manẽt inter uiuentes semel inita iura nuptiarũ, ut potius sint inter se cõiuges, q ab alterutro separati sunt, q̃ cũ his, quibus alijs adhæserũt. Cũ alijs quippe adulteri nõ essent, nisi ad alterutrũ coniuges permanerent. Denic̃ mortuo uiro cũ quo uerũ connubiũ fuit, fieri uerũ cõnubium non potest, cum quo prius adulteriũ fuit: Ita inter uiuentes manet quoddã uinculum cõiugale, quod nec separatio, nec cum altero copulatio possit auferre. Manet autem

aũt ad noxam criminis, non ad uinculũ fœderis: A sicut apostata anima uelut de cõiugio Christi recedẽs, etiã fide pdita, sacramentũ fidei nõ amittit, quod lauacro regeneratiõis accepit: Redderetur enim procul dubio redeunti, si amississet abscedẽs. Habet aũt hoc qui recesserit ad cumulũ supplicij, nõ ad meritũ præmij. Quibus uero placuit ex

Coniugiũ per fidem inter Ioseph & Mariam Ca. XI

consensu, ab usu carnalis cõcupiscentiæ in perpetuũ continere, absit ut inter illos uinculũ coniugale rumpatur, imò firmius erit, quo magis ea pacta

Matt. 1

secũ inierint, quæ charius cõcordiusq; seruanda sunt, non uoluptarijs corporũ nexibus, sed uoluntarijs affectibus animorũ. Neq; enim fallaciter ab angelo dictũ est ad Ioseph, Noli timere accipere Mariã coniugem tuã. Cõiunx uocatur ex prima fide desponsationis, quã concubitu nec cognouerat, B nec fuerat cogniturus: nec perierat, nec mendax manserat coniugis appellatio, ubi nec fuerat nec futura erat ulla carnis cõmixtio. Erat quippe illa uirgo ideo & sanctius & mirabilius iocunda suo uiro, quia etiã fœcũda sine uiro, prole dispar, fide cõpar. Propter quod fidele coniugiũ parẽtes Christi uocari ambo meruerũt, & non solũ illa mater, uerumetiam ille pater eius, sicut coniunx matris eius, utrunq; mente, nõ carne. Siue tamen ille pater sola mente, siue illa mater & carne, parẽtes tamen ambo humilitatis eius, nõ sublimitatis, infirmitatis, nõ diuinitatis. Neq; eũ mẽtitur Euangelium, ubi legitur, Et erãt pater eius & mater mirantes super his quæ dicebantur de illo. Et alio loco: Et ibant parentes eius per oẽs annos in Hierusalem. Item paulopost, Et dixit mater eius ad illũ, Fili quid fecisti nobis sic? Ecce pater tuus & ego, dolentes quærebamus te. At ille ut ostenderet habere se præter illos patrẽ, qui eum genuit præter matrem, respondit eis, Quid est quod me quærebatis? nesciebatis quia in his quæ patris mei sunt oportet me esse? Et rursum, ne hoc dicto parẽtes illos negasse putaretur, Euãgelista secutus adiunxit, Et ipsi non intellexerunt uerbum quod locutus est ad illos, & descendit cum eis & uenit Nazareth, & erat subditus illis. Quibus subditus, nisi parentibus? Quis aũt subditus, nisi Iesus Christus, qui cum in forma dei esset, nõ rapinam arbitratus est esse æqualis deo? Cur ergo illis subditus, qui longe infra formam dei erant, nisi quia se- D metipsum exinaniuit formam serui accipiens, cuius formę parentes erant. Sed cũ illo non seminãte illa peperisset, profecto nec ipsius formæ serui parentes ambo essent, nisi inter se etiã sine carnis cõmixtione coniuges essent. Vnde & series generationum cum parentes Christi connexione successionis cõmemorantur, usq; ad Ioseph potius sicut factũ est, fuerat perducenda, ne in illo coniugio, uirili sexui utiq; potiori fieret iniuria, cum ueritati nihil periret, quia ex semine Dauid, ex quo uenturus prædictus est Christus, & Ioseph erat et Maria. Omne itaq; nuptiarum bonum impletum est in illis parentibus Christi, proles, fides, sacramentũ. Prolem cognoscimus ipsum dominum Iesum: fidẽ, quia nullũ adulteriũ; sacramentum, quia nullũ diuortiũ. Solus ibi nuptialis concubitus Cap. XII non fuit, quia in carne peccati fieri non poterat sine ulla carnis pudenda cõcupiscẽtia, quæ accidit ex peccato: sine qua cõcipi uoluit, q futurus erat sine peccato, nõ in carne peccati, sed in similitudine carnis peccati: ut hinc etiã doceret omnẽ quæ de cõcubitu nascitur, carnẽ esse peccati, quando-quidẽ sola quæ nõ inde nata est, non fuit caro peccati. Quãuis cõiugalis cõcubitus qui fit intentione generandi, non sit ipse peccatũ, quia bona uoluntas animi, sequentem ducit, nõ ducentẽ sequitur corporis uoluptatẽ: nec humanum arbitrium trahitur subiugante peccato, cũ iuste redigitur in usum generandi plaga peccati. Huius plagæ quidam pruritus in adulteriorũ & fornicationum & quorumlibet stuprorũ atq; immundiciarum fœditatibus regnat, in cõnubiorũ necessitudinibus seruit. Ibi de domino tali turpitudo damnatur, hic de pedisequo tali honestas uerecundatur. Nõ est igitur hæc libido nuptiarũ bonum, sed obscœnitas peccantium, necessitas generantium, lasciuiarum ardor, nuptiarũ pudor. Cur ergo nõ cõiuges maneant qui ex consensu concũbere desinunt, si mãserunt coniuges Ioseph & Maria, qui concumbere nec cœperunt? Hæc enim propagatio filiorum, quæ in sanctis patribus propter generandũ & conseruandum populum dei, in quo prophetiã Christi præcedere oportuit, officio sissima fuit, nunc iã non habet illam necessitatẽ. Patet quippe iã ex omnibus gentibus spiritaliter gignẽdorum, undecũq; carnaliter nati fuerint, copia filiorum. Et quod scriptum est, Tẽpus amplectendi, & tempus continendi ab amplexu: super illud atq; hoc tẽpus agnoscitur distributũ. Illud quippe fuit amplectendi, hoc aũt continẽdi ab amplexu. Itaq; & Apostolus cũ hinc loqueretur, ait, Hoc aũt dico fratres, tempus breue est, reliquũ est ut & qui habent uxores tanq; non habentes sint, & qui flent tanq; non flentes, & qui gaudent tanq; non gaudentes, & qui emunt tanq; non possidẽtes, & qui utuntur hoc mundo tanq; non utantur. Præterit eñ figura huius mũdi, uolo uos sine solicitudine esse. Hæc omnia ut exponendo aliquid hinc breuiter dicam, sic existimo intelligẽda. Hoc, inquit, dico fratres, tempus breue est non adhuc populus dei propagãdus est generatiõe carnaliter, sed iam regeneratione spiritaliter colligendus. Reliquum est ergo, ut & hi qui habent uxores nõ carnali cõcupiscentiæ subiugentur: & qui flent tristitia præsentis mali, gaudeant spe futuri boni: & qui gaudent propter tẽporale aliquod cõmodum, timeãt æternum iudiciũ: & qui emunt, sic habendo possideant ut amando non hæreãt: & qui utuntur hoc mundo, transire se cogitent, non manere: Præterit enim figura huius mũdi. Volo uos, inquit, sine solicitudine esse: hoc est, uolo sursum cor in his quę non prætereunt, uos habere. Deinde subiungit & dicit, Qui sine uxore est, cogitat ea quę sunt domini quomodo placeat domino: Qui aũt matrimonio iunctus est, cogitat ea quæ sunt mũdi quomodo placeat uxori. Atq; ita quodãmodo exponit

Continentiæ tempus nunc Cap. XIII

Ecclc. 3

1. Cor. 7

quod supra dixerat, Qui habent uxores, tanq̃ nõ habentes sint. Qui em̃ sic habent uxores, ut cogitent ea quæ sunt domini, quomodo placeant domino, nec in his quæ sunt mũdi cogitent placere uxoribus, tanquã non habentes sunt. Quod facilius fit, quando & uxores tales sunt, ut eis mariti non ideo placeant, quia diuites, quia sublimes, qa genere nobiles, quia carne amabiles: sed quia fideles, quia religiosi, quia pudici, quia uiri boni sunt.

Intemperãtia uenialis Cap. XIIII

Verum in cõiugatis, ut hæc optanda atq; laudãda, sic alia toleranda sunt, ne in damnabilia flagitia, id est, in fornicationes, uel adulteria corruatur. Propter quod uitandum malũ, etiam illi concubitus coniugũ, qui non fiunt causa generãdi, sed uitrici concupiscentiæ seruiunt, in quibus iubẽtur non defraudare inuicẽ, ne tentet eos satanas propter intemperantiam suã, non quidẽ secũdum imperium præcipiuntur, & tamen secũdum ueniam conceduntur. Sic em̃ scriptũ est, Vxori uir debitũ reddat, similiter aũt & uxor uiro. Mulier sui corporis potestatem non habet, sed uir. Similiter aũt & uir sui corporis potestatẽ nõ habet, sed mulier. Nolite inuicẽ fraudare, nisi ex consensu ad tẽpus, ut uacetis orationi: & iterum ad idipsum estote, ne tentet uos satanas propter intemperantiam uestram. Hoc aũt dico secundum ueniam, non secũdum imperiũ. Vbi ergo uenia danda est, aliquid esse culpæ nulla ratione negabitur. Cũ igitur culpabilis non sit generandi intentione concubitus, qui proprie nuptijs imputandus est, quid secundũ ueniam concedit Apostolus, nisi q̃ cõiuges dum se non continent, debitum ab alterutro carnis exposcunt, non uoluntate propaginis, sed libidinis uoluptate? Quæ tamen uoluptas non propter nuptias cadit in culpam, sed propter nuptias accipit ueniã. Quocirca etiã hinc sunt laudabiles nuptiæ, quia & illud quod non pertinet ad se, ignosci faciunt propter se. Neq; em̃ etiam iste concubitus quo seruitur cõcupiscentiæ sic agitur, ut impedia

Expositio & procuratus abortus Cap. XV

tur fœtus, quem postulant nuptiæ. Sed tamen aliud est non concũbere, nisi sola uoluntate generandi, quod non habet culpam, aliud carnis concumbendo appetere uoluptatẽ, sed non prẽter cõiugem, quod uenialẽ habet culpã. Quia etsi non causa propagandæ prolis concũbitur, nec tamen huius libidinis causa propagationi prolis obsistitur, siue uoto malo, siue opere malo. Nã qui hoc faciunt, quãuis uocentur cõiuges, nõ sunt, nec ullam nuptiarũ retinent ueritatẽ, sed honestũ nomẽ uelandæ turpitudini obtendunt. Produntur autẽ quando eo usq; progrediũtur, ut exponant filios, qui nascuntur inuitis. Oderunt em̃ nutrire uel habere, quos gignere metuebant. Itaq; cũ in suos sæuit quos nolens genuit tenebrosa iniquitas, clara iniquitate in lucem promit̃, & occulta turpitudo manifesta crudelitate cõuincitur. Aliquando eo usq; peruenit hæc libidinosa crudelitas, uel libido crudelis, ut etiã sterilitatis uenena procuret, & si nihil ualuerit, conceptos fœtus aliquando intra uiscera extinguat ac fundat, uolendo suã prolem prius interire q̃ uiuere: aut si in utero iã uiuebat, occidit anteq̃ nascat̃. Prorsus si ambo tales sunt, cõiuges non sunt. Et si ab initio tales fuerũt, non sibi per connubiũ, sed per stuprum potius conuenerunt. Si aũt non ambo sunt tales, audeo dicere, aut illa est quodammodo meretrix mariti, aut ille adulter uxoris. Quia igitur tales nuptiæ esse nõ possunt, quales primorum hominũ, si peccatũ nõ præcessisset, esse potuerunt: sint tales quales sanctorum patrũ fuerunt, ut pudenda carnis cõcupiscentia, quæ in paradiso nec ante peccatũ fuit, nec post peccatũ esse permissa est, quia necesse est in corpore mortis huius ut sit, nõ ei seruiat̃, sed ipsa potius nõ nisi ad propagandã prolem seruire cogatur. Aut quia hoc tẽpus, quod iam esse diximus continẽdi ab amplexu, nõ habet huius officij necessitatem, adiacente undiq; in omnibus gẽtibus tanta fertilitate gignendorũ spiritaliter filiorũ, illud potius excellentis cõtinentiæ bonum, qui potest capere capiat. Qui uero id capere non potest, si acceperit uxorẽ non peccat: & fœmina si se non continet, nubat, Bonum est em̃ homini mulierem non tangere. Verũ quia nõ omnes capiunt uerbũ hoc, sed quibus datum est, restat ut propter fornicationem unusquisq; suam uxorẽ habeat, & unaquæq; uirum suũ habeat: Ac sic infirmitas incontinẽtiæ, ne cadat in ruinã flagitiorum, excipiatur honestate nuptiarum. Quod em̃ ait Apostolus de fœminis, Volo igitur iuniores nubere: hoc & de maribus dici potest, uolo iuniores uxores ducere: ut ad utrunq; sexũ pertineat, filios procreare, patres & matres familias esse, nullam occasionẽ dare aduersario maledicti. In nuptijs tamen bona nuptialia diligãtur, proles, fides, sacramentum. Sed proles non ut nascatur tantũ, uerumetiam ut renascatur. Nascitur nanq; ad pœnam, nisi renascat̃ ad uitã. Fides aũt non qualem habent inter se etiã infideles zelantes carnẽ. Quis enim uir quãlibet impius uult adulteram uxorem? Aut quæ mulier quamlibet impia uult adulterum uirum? Hoc in cõnubio bonum naturale est quidem, carnale tamen: Sed mẽbrum Christi coniugis adulterium coniugi debet timere, non sibi, & à Christo spera re fidei præmium quã exhibet coniugi. Sacramẽtum uero, quod nec separati & adulterati amittũt coniuges, qui concorditer castẽq; custodiunt. Solum est enim quod etiã sterile coniugiũ tenet iure pietatis, iam fœcunditatis spe amissa, propter quã fuerat copulatũ. Hæc bona nuptialia laudet in nuptijs, qui laudare uult nuptias. Carnis autẽ pudenda concupiscentia nõ est nuptijs imputanda, sed tolerãda. Non est em̃ ex naturali cõnubio ueniens bonũ, sed ex antiquo peccato accidẽs malum. Propter hanc ergo fit ut etiã de iustis & legitimis nuptijs filiorum dei, nõ filij dei, sed filij seculi generentur: quia & ij qui generant, si iam generati sunt, nõ ex hoc generant q̃ filij dei sunt, sed ex hoc q̃ adhuc filij seculi. Dominica quippe sentẽtia est, Filij seculi huius generant & generãtur. Ex quo itaq; sumus adhuc filij seculi huius, exterior homo noster corrũpitur, ex hoc & filij huius seculi generãtur, nec filij dei nisi regenerẽt fiunt: sed

Negat effici iuges, qui sunt indigni hoc nomine. Coniugium incontinentiæ affiñ Cap. XVI

Spiritalis amor coniugũ Cap. XVII

Quare è sancto coniugio nascantur filij ire Cap. XVIII

1. Tim. 5

Luc. 20

sed ex quo sumus filij dei, interior de die in diē re-
nouatur, quamuis & ipse exterior per lauacrum
regenerationis sanctificatus sit, & spem futuræ in
corruptionis acceperit, propter quod & templū
1. Cor. 6 dei merito dicit. Corpora uestra, inquit Apostolus, tēplum in uobis spiritussancti est, quē habetis
à deo, & nō estis uestri: Empti enim estis precio
magno, glorificate ergo & portate deū in corpore uestro. Hoc totū non solū propter præsentē sanctificatiōem, sed maxime propter illā spem dictū
est, de qua idem alio loco dicit, Sed & nosipsi primitias spiritus habētes, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus adoptionē filiorū dei expectātes, redemptionē corporis nostri. Si ergo redēptio corporis nostri secundū Apostolum expectatur, profecto quod expectatur, adhuc speratur, nōdum te
Rom. 8 netur. Vnde adiunxit & dixit, Spe eīm salui facti
sumus: Spes aūt quæ uidetur non est spes. Quod
eīm uidet quis, quid sperat? Si aūt quod nō uidemus speramus, per patientiam expectamus. Non
itaq; per hoc quod expectamus, sed per hoc quod
toleramus, carnales filij propagantur. Absit ergo
Col. 3 ut fidelis homo, cum audit ab Apostolo, Diligite
uxores uestras: cōcupiscentiā carnis diligat in uxore, quā nec in seipso debet diligere, audiēs alte-
1. Io. 3 rū Apostolū, Nolite diligere mundū, nec ea quæ
in mundo sunt. quisquis dilexerit mundū nō est
charitas patris in illo: quia omnia quæ in mundo
sunt, cōcupiscentia carnis est, & cōcupiscētia oculorum, & ambitio seculi, quæ nō est à patre, sed ex
mūdo est. Et mūdus transibit & cōcupiscētia ei⁹:
Qui aūt fecerit uoluntatē dei, manet in æternum.
Ex olea nasci- Ex hac igitur concupiscentia carnis quod na-
tur oleaster scitur, utiq; mūdo non deo nascitur. Deo aūt na-
Cap. XIX scitur, cū ex aqua & spiritusancto renascit. Huius
cōcupiscētiæ reatū regeneratio sola dimittit, quē
generatio trahit. Ergo quod generatū est, regeneretur: qa nō potest effici aliter, ut quod tractū est,
remittat. Vt eīm quod dimissum est in parēte trahatur in prolē, miris quidē modis fit, sed tamē fit.
Hæc inuisibilia & infidelibus incredibilia, sed tamē uera, ut haberent aliquod uisibile exēplū, hoc
in quibusdā arbu. tis diuina prouidentia procurauit. Cur eīm nō credamus propter hoc esse institutū, ut ex oliua nascat oleaster? An credendum nō
est in aliqua re quæ creata est ad usus hominum,
creatorē prouidisse & instituisse, quod ad generis
D humani ualeret exemplū? Mirū est ergo quemadmodū à peccati uinculo per gratiā liberati, gignāt
tamen eodē uinculo obstrictos, quos eodē modo
oporteat liberari? Fatemur, mirū est. Sed quod latent fœtus oleastrorū etiā in seminibus olearum,
quādo & hoc crederet, nisi experientia probaretur? Proinde sicut gignit ex oleastri semine oleaster, & ex oleæ semine nō nisi oleaster, cū inter oleastrū & oleam plurimū distet: ita gignitur & de
carne peccatoris, & de carne iusti utrinq; peccator, quāuis inter peccatorē & iustū plurimum distet. Gignitur aūt peccator actu adhuc nullus, &
ortu nouus, sed reatu uetus: homo à creatore, captiuus à deceptore, indigens redēptore. Sed quæ-
A ritur quomodo trahi possit captiuitas prolis etiā
de parētibus iā redēptis. Et quia non facili ratiōe
indagatur, nec sermone explicat, ab infidelibus
nō creditur: quasi & illud quod de oleastro & de
olea diximus, ut generis dissimilis sit fœtus similis, facile aliqua inueniat ratio uel explicet sermo. Sed hoc ab eo qui experiri uoluerit, cerni potest. Sit ergo in exēplo, unde & illud credat quod
cerni nō potest. Non enim fides dubitat Chri- *Etiā infantes non baptizatos, esse in potestate diaboli Cap. XX*
stiana, quā noui hæretici oppugnare cœperūt, &
eos qui lauacro regenerationis abluunt, redimi
de potestate diaboli, & eos qui nondum tali rege
neratione redēpti sunt, etiā paruulos filios redemptorū sub eiusdē diaboli esse potestate captiuos,
nisi & ipsi eadē Christi gratia redimantur. Ad o-
B mnes namq; pertinere nō dubitamus ętates, illud
de quo Apostolus loquit beneficiū dei. Qui eruit *Col. 1*
nos de potestate tenebrarū, & trāstulit in regnum
filij charitatis suæ. Ab hac igit potestate tenebrarum, quarū est diabolus princeps, id est, à potesta
te diaboli & angelorū eius quisquis erui cū baptizant negauerit paruulos, ipsorū Ecclesię sacramētorū ueritate cōuincitur, quæ nulla hęretica noui
tas in Ecclesia Christi auferre uel mutare permittitur, regēte atq; adiuuāte capite totū corpus suū,
pusillos cū magnis. In ueritate itaq; non in falsitate potestas diabolica exorcizat in paruulis: eiq;
renunciāt, quia per sua non possunt, per corda &
ora gestantiū, ut eruti à potestate tenebrarū in re-
gnū sui domini transferātur. Quid ergo in eis est
C per ꝙd in potestate diaboli teneant, donec eruantur inde per sacramentū baptismatis Christi, quid
est nisi peccatū? Non eīm aliud inuenit diabolus,
unde possit humanā suo iuri mācipare naturam,
quam bonā bonus author instituit. Nullum autē
peccatū paruuli in sua uita cōmiserūt proprium.
Remanet igitur originale peccatū, per quod sub
diaboli potestate captiui sunt, nisi inde lauacro regenerationis & Christi sanguine redimant, & trā
seant in regnū redēptoris sui, frustrata potestate
captiuatoris sui, & data potestate qua fiant ex fi-
lijs huius seculi filij dei. Iā nunc si quodāmodo *Bona coniugij non sunt ex peccato Cap. XXI*
interrogemus bona illa nuptialia, unde ab eis po-
tuerit peccatū in paruulos propagari, respōdebit
nobis operatio propagandæ prolis, Ego in para-
D diso magis felix essem, si peccatum nō fuisset admissum. Ad me nāq; pertinet illa benedictio dei, *Gen. 1*
Crescite & multiplicamini. Ad hoc opus bonum
diuersi sexus diuersa mēbra sunt cōdita, quæ quidē ante peccatū iā erāt, sed pudenda nō erāt. Respondebit pudicitiæ fides, Si peccatū non fuisset,
qd me in paradiso securius esse potuisset, ubi nec
stimularet mea, nec alterius me libido tētaret. Respōdebit etiā cōnubij sacramētū, De me ante pec-
catū dictū est in paradiso, Relinquet homo patrē *Gen. 2*
& matrem & adhærebit uxori suæ, & erūt duo in
carne una. Quod magnū sacramentū dicit Apostolus in Christo & Ecclesia. Quod ergo est in
Christo & in Ecclesia magnū, hoc in singulis quibusq; uiris atq; uxoribus minimū, sed tamen coniunctiōis inseparabilis sacramētū. Quid horū est

in nuptijs unde peccati uinculū transiret in posteros? Nēpe nihil. Et certe his tribus bonis perfecte se haberet bonitas nuptiarū, quibus bonis etiam nunc bonæ sunt nuptię. Porrò aūt si interroge tur illa carnis cōcupiscentia, qua pudenda facta sunt quæ prius pudēda nō fuerant, nónne respon debit se in mēbris hominis esse post peccatū cœpisse? Et ideo legē peccati uerbis apostolicis nuncupatā, ꝙ hominē sibi subditum fecerit, quia deo suo subditus esse noluit: secꝫ esse de qua & primi cōiugati tunc erubuerunt, quando pudenda texerunt, & nunc omnes erubescunt, quando ad concumbendū secreta conquirūt, necꝫ huius operis testes audent habere uel filios, quos inde genuerunt. Cui uerecūdiæ naturali Cynicorū error philosophorum mirabili impudentia reluctatus est, quando quidē hoc quoniā licitū esset honestūcꝫ, cū coniuge palàm faciendū esse censebant. Vnde merito immunditia huius impudentię caninū nomē accepit. Ex hoc ꝙppe Cynici nūcupati sunt.

Libido & pudor ex peccato Cap XXII

Concupiscentia ex peccato est, non ipsa peccatum Ca. XXIII

Hæc omnino cōcupiscentia, hæc lex peccati habitans in mēbris, cui lex iustitiæ uerat obedire, dicente Apostolo, Nō ergo regnet peccatū in uestro mortali corpore ad obediēdū desiderijs eius, necꝫ exhibeatis membra uestra arma iniquitatis peccato. Hæc, inquā, cōcupiscētia, quę solo sacrameto regenerationis expiat, profecto peccati uinculum generatione trajcit in posteros, nisi ab illo & ipsi regeneratione soluant. Nā ipsa quidē concupiscentia iā nō est peccatū in regeneratis, quādo illi ad illicita opera nō cōsentit, atcꝫ ut ea perpetrēt, à regina mente mēbra non dant, ut si non

Exod. 20
Eccl. 18

fit quod scriptum est, Nō cōcupiscas: fiat saltem quod alibi legit, Post cōcupiscentias tuas nō eas. Sed quia modo quodā loquendi peccatū uocat, ꝙ peccato facta est, & peccatū si uicerit facit reū, reatus eius ualet in generato. Quē reatū Christi gratia per remissionē omniū peccatorū in regenerato, si ad mala opera ei quodammodo iubēti nō obediat, ualere nō sinit. Sic aūt uocatur peccatū, quia peccato facta est, cū iam in regeneratis nō sit ipsa peccatū: sicut uocatur lingua locutio, quam facit lingua, & manus uocatur scriptura, quā facit manus. Iremcꝫ sic uocatur peccatū, quia peccatū si uincit facit, sicut uocatur frigus pigrū, non ꝙ à pigris fiat, sed quod pigros faciat. Hoc generi humano inflictū uulnus à diabolo, quicquid per illud nascit, cogit esse sub diabolo, tancꝫ à suo fructice fructū iure decerpat: non ꝙ ab illo sit natura humana, quę nō est nisi ex deo, sed uitiū quod nō est ex deo. Non em̄ propter seipsam quæ laudabilis est, quia opus dei est, sed propter damnabile uitium quo uitiata est, natura humana damnat. Et propter quod damnatur, propter hoc & damnabili diabolo subiugatur, quia & ipse diabolus spiritus immūdus est, & uticꝫ bonum quod spiritus, malū quod immundus, quoniam spiritus est natura, immūdus est uitio. Quorum duorū illud à deo est, hoc ab ipso. Nō itacꝫ tenet homines siue maioris, siue infantilis ętatis, propter quod homines sunt, sed propter quod immūdi sunt. Qui ergo mirat quia creatura dei subditur diabolo, non miretur: subditur em̄ creatura dei creaturæ dei, minor maiori, quia homo angelo, nec tamē propter naturā, sed propter uitiū, quia immundus immundo. Hic est fructus eius ex antiqua immūditię stirpe, quā plātauit in homine, maiores quidē pœnas ultimo iudicio, quanto est immūdior ipse passurus: ueruntamen & quibus in illa damnatione tolerabilius erit, huic sunt subditi uelut principi authoritcꝫ peccati, ga nulla erit dānationis causa, nisi peccatū. Quapropter natos nō ex bono quo bonę sunt nuptię, sed ex malo concupiscētię, quo bene quidem utūtur nuptiæ, de quo tamē erubescūt & nuptiæ, reos diabolus paruulos tenet. Quia cum sint ipsæ honorabiles in omnibus ad eas proprie pertinentibus bonis etiam si thorū habeāt immaculatū, non solū à fornicationibus & adulterijs, quæ sunt flagitia dānabilia, uerūetiam ab illis excessibus cōcumbendi, qui nō fiunt causa prolis à uoluntate dominante, sed causa uoluptatis uincēte libidine, quæ sunt in coniugibus peccata uenialia: tamē cum uentū fuerit ad opus generādi, ipse ille licitus honestuscꝫ concubitus, non potest esse sine ardore libidinis, ut peragi possit quod ratiōis est, non libidinis. Qui certe ardor siue sequatur, si ue prœueniat uoluntatē, non tamē nisi ipse quodā quasi suo imperio mouet membra, quę moueri sola uoluntate nō possunt: Atcꝫ ita se indicat nō imperantis famulū, sed inobedientis supplicium uolūtatis, nec libero arbitrio, sed illecebroso aliquo stimulo commouendū, & ideo pudendū. Ex hac cōcupiscentia carnis, quæ licet in regeneratis iam non deputetur in peccatū, tamen naturæ nō accidit nisi de peccato. Ex hac, inquā, cōcupiscentia carnis tancꝫ filia peccati, & quando illi ad turpia cōsentitur, etiā peccatorū matre multorū, quæcūque nascit proles, originali est obligata peccato, nisi in illo renascatur, quē sine ista concupiscētia uirgo concepit. Propterea quādo nasci est in carne dignatus, sine peccato solus est natus. Si aūt quæritur, quomodo ista cōcupiscentia carnis maneat in regenerato, in quo uniuersorum facta est remissio peccatorū, quandoquidē per ipsam semi natur, & cū ipsa carnalis gignitur proles parentis etiam baptizati: aut certe si in parente baptizato potest & esse & peccatum non esse, cur eadē *ipsa* in prole peccatum sit: ad hæc respondetur, *dimitti* concupiscentiā carnis in baptismo, non ut nō sit, sed ut in peccatū non imputetur. Quāuis autem reatu suo iam soluto, manet tamen donec sanetur omnis infirmitas nostra, proficiente renouatione interioris hominis de die *in* diem, cū exterior induerit incorruptionē: non enim substātialiter manet sicut aliquod corpus, aut spiritus, sed affectio est quædā malæ qualitatis sicut languor. Non ergo aliquid remanet quod nō remittatur, cū fit, sicut scriptū est, propitius dominus oīmibus iniquitatibus nostris, sed donec fiat & quod sequitur, Qui sanat oēs lāguores tuos, qui redimet de corruptione uitā tuā: manet in corpore mortis huius carnalis cōcupiscētia. Cuius uitiosis desiderijs ad illicita

Tradux libidinis Cap. XXIIII

Concupiscentiæ uis decrescit Cap. XXV

Psal. 102

illicita perpetranda non obedire præcipimur, ne regnet peccatū in nostro mortali corpore. Quę tamen cōcupiscētia quotidie minuitur in proficientibus & continentibus, accedente autē senectute multo maxime. Qui uero ei neqter seruiūt, tātas in eis uires accipit, ut plerunq; iā ætate deficientibus mēbris, eiusdemq; partibus corporis ad illud opus iā moueri minus ualentibus, turpius & procacius insanire non desinat. In eis ergo, qui regenerantur in Christo, cum remissionē accipiunt prorsus omniū peccatorū, utiq; necesse est, ut reatus etiā huius licet adhuc manentis concupiscentiæ remittatur, ut in peccatū, sicut dixi, non imputetur. Nā sicut eorū peccatorum quæ manere nō possunt, quoniā cum fiūt prętereunt, reatus tāmē manet, & nisi remittatur in æternū manebit, sic illius concupiscentiæ quando remittitur reatus aufertur. Hoc est eīm, non habere peccatū, reum non esse peccati. Nam si quisq;, uerbi gratia, fecerit adulterium, etiam si nunq; deinceps faciat, reus est adulterij, donec reatus ipsius indulgentia remittatur. Habet ergo peccatū, quāuis illud quod admisit iam non sit, quia cū tempore quo factū est prætęrijt, Nam si à peccando desistere hoc esset nō habere peccatum, sufficeret ut hoc nos moneret scriptura, Fili peccasti, non adijcias iterum: Non aūt sufficit, sed addidit, Et de pristinis deprecare, ut tibi remittantur. Manent ergo, nisi remittantur. Sed quomodo manent si prætęrita sunt, nisi quia prætęrierunt actu, manent reatu. Sic itaq; fieri ecōtrario potest, ut etiam illud maneat actu, prætereat reatu. Agit enim aliquid cōcupiscentia carnis, & quando non exhibetur ei uel cordis assensus ubi regnet, uel membra uel arma quibus impleatur quod iubet: agit autem, quid nisi ipsa desiderią mala & turpia? Non enim si bona & licita essent, eis obedire prohiberet Apostolus dicens, Non regnet peccatum in uestro mortali corpore ad obediendum desiderijs eius. Non enim ait, ad habenda desideria eius: sed, ad obediendū desiderijs eius: ut quoniam sunt in alijs maiora, in alijs minora, prout quisq; in hominis interioris nouitate profecerit, in hoc agonē iustitiæ pudicitięq; seruemus, ne illis obediamus: ut tamen nec ipsa sint desiderią, uelle debemus, etiā si in corpore mortis huius id obtinere nō possumus. Hinc eīm & alio loco idem Apostolus loquens uelut ex suæ personæ introductione nos instituit, dicens, Non eīm quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio: id est concupisco, quia & hoc nollet facere, ut esset omni ex parte perfectus. Si aūt quod nolo, inquit, hoc facio, cōsentio legi quoniam bona est, qa hoc & illa non uult quod & ego nolo. Nō uult enim ut cōcupiscam, quæ dicit, Nō cōcupisces: & ego nolo concupiscere. In hoc itaq; consentiūt, uoluntas legis, & mea. Verū quia cōcupiscere nolebat, & tamen concupiscebat, sed eidē cōcupiscentiæ nequaquam cōsentiendo seruiebat, adiunxit atq; ait, Nūc aūt iā nō ego operor illud, sed id q̄d inhabitat in me peccatū. Multū aūt fallitur homo qui cōsentiēs cōcupiscentiæ carnis suæ, & quod illa desiderat decernēs facere & statuēs, putat sibi adhuc esse dicēdū, nō ego operor illud, etiā si oderit, quia consentit. Simul enim est utrunq;, & ipse odit, quia malum esse nouit, & ipse facit, quia facere statuit. Iam uero si & illud addat quod scriptura prohibet, dicens, Neq; exhibueritis mēbra uestra arma iniquitatis peccato: ut quod facere statuit in corde, etiam corpore compleat, & ideo dicat, Nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: quia cum id decernit, & facit, & displicet sibi, tantū errat, ut nec seipsum agnoscat, quādo cum ex toto ipse sit & corde statuēte & corpore implente, adhuc seipsum esse non putat. Qui ergo dicit, Iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum: si tantummodo cōcupiscit; uerum dicit, non si cordis consensione decernit, aut etiam corporis ministerio perficit. Deinde adiungit Apostolus, Scio enim quia non habitat in me, hoc est, in carne mea bonum: uelle enim adiacet mihi, perficere aūt bonū nō inuenio: hoc ideo dictum est, quia tunc perficitur bonum, quando desideria mala nulla sunt, sicut tūc perficitur malum, quādo malis desiderijs obeditur. Quādo autem sunt desideria, sed non eis obeditur, nec malum perficitur, quia non eis obeditur, nec bonum quia sunt: sed fit ex aliqua parte bonū, quia concupiscentiæ malæ non consentitur, & ex aliqua parte remanet malum, quia uel concupiscitur. ideo ergo Apostolus non ait facere bonum sibi nō adiacere, sed perficere. Multū enim boni facit, qui facit quod scriptum est, Post concupiscentias tuas non eas: sed nō perficit, quia nō implet quod scriptum est, Non cōcupiscas. Ad hoc ergo dixit lex, Non concupisces: ut nos in hoc morbo iacere infirmantes, medicinam gratiæ quæreremus, & in eo præcepto sciremus, & quò debeamus in hac mortalitate proficiendo conari, & quò possit à nobis in illa immortalitate beatissima peruenirī: nisi enim quandoq; perficiendum esset, nunquam iubendum esset. Deinde repetens Apostolus ut amplius cōmendet sententiam superiorem: Non enim quod uolo, inquit, facio bonū, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo ego hoc facio, iam non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum. Et sequitur, Inuenio ergo legem mihi uolenti facere bonū, quoniam malum mihi adiacet, hoc est inuenio mihi legem esse bonū uolenti facere quod lex uult: quoniam non ipsi legi quæ dicit, Non concupisces, sed mihi adiacet malum quod nolo, quia & nolens concupisco. Condelector enim legi dei secundum interiorē hominem, uideo autem aliam legem in membris meis repugnantem legi mentis meæ, & captiuantē me sub lege peccati, quæ est in membris meis. Ista cō delectatio legi dei secūdum interiorem hominē, de magna nobis uenit gratia dei. In ea quippe interior homo noster renouatur de die in diem, cū in ea proficit perseueranter. Non enim timor est torquens, sed amor libens. Ibi sumus ueraciter liberi, ubi nō delectamur inuiti. Verum illud quod ait, Video autem aliam legem in mēbris meis, repugnantem

Initur peccati Cap. XXVI

Eccl. 21

Concupiscentia sine reatu Ca. XXVII

Rom. 6

Rom. 7

Exo. 20

Non facit, qui non consentit concupiscētiæ

Caput XXVIII

Caput XXIX

Eccl. 18

Cap. XXX

Rom. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

pugnantem legi mentis meę: ipsa ista est de qua lo
quimur concupiscentia, lex peccati in carne pec-
cati. Quod autem dixit, & captiuantem me sub le
ge peccati: hoc est, sub seipsa quæ est in membris
meis. Aut captiuantem dixit, captiuare conantē,
id est, ad consentiendum implendumq; cogētem,
aut potius, quod non habet controuersiam, capti
uantē secundum carnem, quam nisi teneret carna
lis concupiscētia, quam legem peccati uocat, nō
utiq; in ea ullum illicitum desiderium, cui mens
obedire non debeat, commoueret. Quod autem
non ait, captiuantem carnem meam: sed, captiuan
tem me: hinc factum est, ut sensus hic alius quære
retur, & acciperemus captiuātem uelut dixisset,
captiuare conantem. Sed cur non diceret, capti-
uantem me, ubi uellet intelligere carnem suā? an
Io. 20 nō dictum est de domino Iesu cum in monumēto
non fuisset inuenta caro eius, Tulerunt dominū
meum & nescio ubi posuerunt eum? Num ideo
non recte dictū est, quia non dictum est, carnē uel
Caro carnalis corpus domini mei, sed dominū meum? Quan
affectus Cap. quam paulo superius, & ipse Apostolus Paulus
XXXI quomodo recte potuerit de carne sua dicere, ca-
ptiuantem me, satis euidēter aperuit. Cū enim di
xisset, Scio enim quia non habitat in me, idipsum
exponens adiunxit, & ait, hoc est in carne mea bo
nū: hæc ergo captiuat sub lege peccati, in qua nō
habitat bonū, hoc est caro. Carnem aūt nunc ap-
pellauit, ubi est morbidus quidā carnis affectus,
non ipsam corporis conformationē, cuius mēbra
non adhibenda sunt arma peccato, id est, eidē ipsi
cōcupiscentiæ, quæ hoc carnale nostrū captiuum
tenet. Nā quantū attinet ad ipsam corporalē sub-
stantiam atq; naturā in uiris fidelibus, siue coniu-
gatis, siue continentibus, iam templū dei est: atta-
men si omnino nihil carnis nostrę captiuum tene
retur, nō quidem sub diabolo, quia & ibi facta est
peccati remissio, ut peccatū non imputetur, quod
propriè lex peccati uocat, tamē sub ipsa lege pec-
cati, hoc est sub concupiscentia sua nisi aliquantū
Rom. 7 teneretur caro nostra captiua, quomodo esset ue-
rum quod ait idem Apostolus, Adoptionem ex-
pectantes, redemptionem corporis nostri? In tan-
tum igitur adhuc expectatur redemptio corporis
nostri, in quantum adhuc ex aliqua parte captiuū
Rom. 8 est sub lege peccati. Vnde & hic exclamans ait, In
felix ego homo quis me liberabit de corpore mor
tis huius? Gratia dei per Iesum Christū dominū
nostrū. Vbi quid intellecturi sumus, nisi quia cor-
pus quod corrumpitur, aggrauat animā? Cum er
go idipsum corpus iam incorruptibile recipietur,
plena erit liberatio à corpore mortis huius, à quo
non liberātur qui sunt ad pœnā resurrecturi. Ad
corpus ergo mortis huius intelligitur pertinere,
ut alia lex in mēbris repugnet quidē legi mentis,
dum caro cōcupiscit aduersus spiritum, & si men
tē non subiuget, quia & spiritus cōcupiscit aduer
sus carnē: atq; ita quāuis lex ipsa peccati captiuū
teneat aliquid carnis, unde resistat legi mentis, nō
tamē regnat in nostro licet mortali corpore, si nō
obeditur desideriis eius. Solent enim & hostes ad

A uersus quos dimicatur, & inferiores esse in certa-
mine, & uicti aliquid tenere captiuū: quod in no-
stra carne quāuis sub peccati lege teneat, tamē in
spe redemptionis est, quia ipsa uitiosa cōcupiscen
tia nulla omnino remanebit, caro aūt nostra ab ea
peste morboq; sanata, & tota immortalitate uesti-
ta, in æterna beatitudine permanebit. Subiungit
aūt Apostolus & dicit, Igit̄ ego ipse mēte seruio
legi dei, carne aūt legi peccati. Quod sic intelligē-
dum est, mente seruio legi dei, non cōsentiendo le
gi peccati: carne aūt seruio legi peccati, habendo
desideria peccati, quibus & si nō consentio, non-
dū tamen penitus careo. Denicq; quid post hæc *Lex peccati in membris Caput XXXII*
intulerit attendamus: Nulla ergo, inquit, condem
natio est nunc his, qui sunt in Christo Iesu. etiam
nunc, inquit, quando lex in mēbris repugnat legi *Rom. 8*
B mētis, & captiuū aliquid tenet in corpore mortis
huius, nulla condēnatio est ijs qui sunt in Christo
Iesu. Audi quare, Lex em̄ spiritus uitæ, inquit, in
Christo Iesu liberauit me à lege peccati & mor-
tis. Liberauit, quomodo? nisi quia eius reatū pec-
catorū omnium remissiōe dissoluit, ut quāuis ad-
huc maneat, & de die in diem, magis magisq; mi-
nuatur, in peccatū tamē non imputetur. Hęc itaq;
remissio peccatorū quādiu non fit in prole, sic ibi
est lex ista peccati, ut etiā in peccatū imputetur,
id est, ut etiā reatus eius cū illo sit, qui eum teneat
æterni supplicij debitorē. Hoc enim trajicit parēs
in prolē carnalē, quod & ipse carnaliter natus, nō
quod spiritaliter est renatus: quia idipsum quod
carnaliter natus est, quamuis reatu soluto non im
C pediat fructum eius, tamen tanq; in semine oliuę
latet etiā si propter remissionē peccatorum nihil
oleo noceat: ei scilicet uitę, qua secundū Christū,
qui est appellatus ab oleo, id est, chrismate, iustus
ex fide uiuit. Hoc aūt quod in parente regenerato
tanq; in oleæ semine sine ullo reatu, qa remissum
est, tegit̄, profecto in prole nondū regenerata ue-
lut in oleastro cū reatu habetur, donec illic etiam
eadē gratia remittatur. Ex quo em̄ Adam ex olea
tali in qua nec semen erat huiusmodi, unde amari
tudo nasceretur oleastri, in oleastrū peccando cō-
uersus est, quia tam magnū peccatum fuit ubi ma
gna in deterius fieret mutatio naturæ, totū genus
humanum fecit oleastrum: ita ut quemadmodum
nunc in ipsis uidemus arboribus, si quid inde in
D oleā gratia diuina cōuertit, ibi uitiū primæ *natiui*
tatis, quod erat originale peccatū de carnali cōcu
piscentia traductū & attractū remittatur, tegatur,
nō imputetur. Inde tamē oleaster nascatur, nisi &
ipse in oleā eadē gratia renascatur. Beata itaq; *Nō est remissio sine baptismo Cap. XXXIII*
olea cuius remissæ sunt iniquitates, & cuius tecta
sunt peccata. Beata cui non imputauit dominus
peccatū: sed illud quod remissum & tectum est &
nō imputatur, donec fiat in æternam immortalita
tē plena mutatio, habet uim quandā occultā, un-
de seminetur amarus oleaster, nisi & illic eadē dei
agricultura remittatur, tegatur, nō imputet̄. Non
erit autē omnino aliquid uel in carnali semine ui-
tiosum, cum eadem regeneratiōe quæ nūc fit per
sacrum lauacrū, usq; in finē cuncta mala hominis

purgante

purgante atq; sanante eadem caro per quã facta est anima carnalis, fiat etiam ipsa spiritalis, nullã legimentis resistentẽ concupiscentiã carnis habitura, nihil carnalis seminis emissura. Sic enim accipiendum est quod ait idẽ Apostolus: Christus dilexit Ecclesiã, & semetipsum tradidit pro ea, ut eã sanctificaret, mundãs eã lauacro aquę in uerbo, ut exhiberet sibi ipse gloriosam Ecclesiã non habentem maculã aut rugam, aut aliqd eiusmodi. Sic, inquã, accipiendũ est, ut eodem lauacro regenerationis & uerbo sanctificationis omnia prorsus mala hominũ regeneratorũ mundẽtur atq; sanentur, non solũ peccata, quæ omnia nunc remittuntur in baptismo, sed etiã quæ posterius humana ignorãtia uel infirmitate contrahuntur: nõ ut baptisma quotiẽs peccatur totiens repetatur, sed quia ipso qd semel datur fit, ut nõ solum antea, uerumetiã postea quorumlibet peccatorũ uenia fidelibus impetret. Quid em̃ prodesset uel ante baptismũ pœnitentia, nisi baptismo sequeretur, uel postea, nisi precederet? In ipsa quoque dominica oratione, quæ quotidiana est nostra mundatio, quo fructu, quo effectu diceret: Dimitte nobis debita nostra: nisi ab eis q baptizati sunt diceretur? Itemq; eleemosynarũ largitate & beneficentia quantalibet cui tandẽ ad dimittẽda sua peccata prodesset, si baptizatus nõ esset? Postremo regni cœlorũ ipsa fœlicitas, ubi nõ habebit Ecclesia maculã aut rugam, aut aliquid eiusmodi, ubi nihil reprehensionis, nihil simulationis erit, ubi non solum reatus sed nec cõcupiscentia erit ulla peccati, quorũ erit, nisi baptizatorũ? Ac per hoc non solum omnia peccata, sed omnia prorsus hominũ mala, Christiani lauacri sanctitate tolluntur, quo mundat Ecclesiã suam Christus, ut exhibeat eã sibi, nõ in isto seculo, sed in futuro non habentẽ maculam aut rugã, aut aliquid eiusmodi. Nam q modo eam talem esse dicũt, & tamẽ in illa sunt, quoniã & ipsi fatentur se habere peccata, si uerũ dicãt, ꝓfecto quoniam mundi nõ sunt à peccatis, habet in eis Ecclesia maculã. Si aũt falsum dicunt, quia corde duplici loquuntur, habet in eis Ecclesia rugã. Si aũt se dicunt habere ista, nõ ipsam, ergo se nõ esse membra eius, nec se ad corpus eius ꝓtinere fateantur, ut eti am sua cõfessione damnẽtur. De hac aũt concupiscentia carnis quã curauimus à nuptialibus bonis tam prolixa disputatione distinguere, propter nouos hęreticos qui cũ hæc reprehendit, calumniantur, quasi nuptiæ reprehendant: ut scilicet eam tanq; bonum naturale laudando, suum pestiferũ dogma confirment, quo afferunt prolem quæ per illam nascitur, nullũ trahere originale peccatũ. De hac ergo carnis cõcupiscẽtia, beatus Ambrosius Mediolanensis Episcopus, cuius sacerdotali ministerio lauacrum regenarationis accepi, sic breuiter est locutus, cum exponens Esaiam Prophetã, carnalem Christi natiuitatẽ insinuaret. Ideo, inquit, & quasi homo per uniuersa tentatus est, & in similitudine hominũ cuncta sustinuit, sed quia de spiritu sancto natus, abstinuit à peccato: Omnis enim homo mendax, & nemo sine peccato nisi unus deus. Seruatũ est igit̃ ut ex uiro & muliere, id est, per illã corporũ cõmixtionẽ nemo uideat expers delicti esse. Qui aũt expers est delicti, expers est etiã huiusmodi cõceptionis. Nunqd nã et sanctius Ambrosius nuptiarũ bonitatẽ, ac non potius istorum hæreticorũ q̃ uis tunc nondum apparentiũ uanitatem huius sententiæ ueritate dãnauit? Quod ideo cõmemorandum putaui, quia Pelagius sic laudat Ambrosium, ut dicat: Beatus Ambrosius Episcopus, in cuius pręcipue libris Romana elucet fides: qui scriptorũ inter Latinos flos quidam speciosus enituit, cuius fidem & purissimũ in scripturis sensum ne inimicus quidem ausus est reprehendere. Pœniteat ergo eum quod sensit aduersus Ambrosium, ne pœniteat eum quod sic laudauit Ambrosium. Habes librũ & molestia longitudinis, & difficultate quæstionis, q̃ mihi fuit ad dictandum, tam tibi ad legendũ negotiosum, quibus particulis tẽporum te inuenire potuit aut potuerit otiosum. Quem profecto quantum me dominus adiuuare dignatus est elaboratũ inter Ecclesiasticas curas meas, nõ tibi ingererem inter publicas tuas, nisi ab homine dei q te familiarius nouit audissem, quòd tam libenter legas, ut etiam nocturnas aliquas horas lectioni uigilanter impendas.

Huius libri finis.

Ecclesia non habet omnimacula

Caput IX XIIII

Caput XXXV

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, ad Valerium comitem de nuptijs & concupiscentia Liber Secundus.

Caput I

INTER militiæ tuæ curas & illustris personæ quam pro meritis gestas, actus que rei publicæ necessarios, fili dilectissime & honorande Valeri, tanto studio te aduersus hæreticos in eloquia diuina flagrare satis dici nõ potest quãta mentis iocũditate delecter. Itaq; posteaq; legi literas sublimitatis tuę, qbus de libro quẽ ad te scripsi gratias agis, sed admones ut ꝑ fratrem & coepiscopũ meum Alipiũ audiam, quid de quibusdã locis eiusdem libri hæretici disputatiõis assumant, ad hoc scribendũ excitatus sum. Et quia non tantum relatu memorati fratris mei id didici, uerumetiam prolatas ab eo chartulas legi, quas post eius de Rauenna profectionem Romam mittere ipse curasti, ubi aduersariorũ potui uaniloqa reperire, ad ea respõdere adiuuante domino quãta possum ueritate & scripturarũ diuinarũ authoritate, ꝓposui Cahrtula cui nunc respondeo hoc titulo pręnotatur. Capitula de libro Augustini quẽ scripsit, cõtra quę de libris pauca decerpsi. Hic uideo eũ q tuę pręsũtiæ ista scripta direxit, de nescio qbus ea libris, causa quantũ existimo celerioris responsionis, ne ruã differret instantiã, uoluisse decet pere. Qui aũt sint isti libri cum cogitarem, eos esse arbitratus sum, quorum mentionẽ Iulianus facit in epistola quam Romam misit, cuius exemplũ simul ad me usq; peruenit. Ibi quippe ait: Dicũt etiã

Articuli obiecti Augustino Cap. II

Universidad de Deusto
Biblioteca

istas quæ modo aguntur, nuptias à deo institutas non fuisse, quod in libro Augustini legitur, cõtra quem ego modo quatuor libellis respondi, credo ex his libellis ista decerpta sunt, unde meli⁹ fortasse fuerat ut uniuerso ipsi operi eius qđ quatuor uoluminibus explicuit, redarguendo & refellẽdo nostra laboraret intẽtio, nisi & ego respõsionẽ differre noluissem, sicut nec tu transmissionẽ scriptorũ, quibus respondendũ est, distulisti. Verba ergo de libro meo tibi à me misso tibiq; notissimo ista posuit quæ refutare conatus est: dãnatores nos esse nuptiarũ operisq; diuini, quo ex maribus & fœminis deus homines creat, inuidiosissime clamitat: quoniã dicimus eos q̃ de tali cõmixtione nascunt̃, trahere originale peccatũ, eosq; q̃ de parentib. quibuscunq; nascant̃, non negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo. In his uerbis meis testimoniũ Apostoli quod interposui prętermisit, cuius se opprimi magna mole sentiebat. Ego enim cũ dixissem homines natos trahere originale
Rom. 5 peccatũ, mox hoc intuli quod Apostolus ait: Per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt: quo testimonio, ut diximus, prætermisso cætera ille cõtexuit, quæ supra memorata sunt. Nouit enim quẽadmodum soleant hæc uerba apostolica quę prætermisit, accipere catholicorũ corda fidelium: quæ uerba tam rectã & tanta luce fulgentia tenebrosis & tortuosis interpretationibus noui hæretici obscurare & deprauare moliunt̃. Deinde alia uerba mea subtexuit, ubi dixi: Nec aduertunt q̃ ita nuptiarũ bonũ malo originali, quod inde trahitur, nõ potest accusari, sicut adulteriorum & fornicationũ malum bono naturali quod inde nascitur non potest excusari. Nam sicut peccatũ siue hinc siue inde trahatur, opus est diaboli, sic homo siue hinc siue inde nascatur opus est dei. Etiã hic ea prætermisit, in quibus aures catholicas timuit. Nam ut ad hæc uerba ueniretur, supra dictũ erat à nobis: Hoc ergo quia dicimus quod antiquissima atq; firmissima catholicę fidei regula cõtinetur, isti nouelli & peruersi dogmatis assertores, qui nihil peccati esse in paruulis dicunt, quod lauacro regenerationis abluatur, tanquam damnemus nuptias & tanc̃ opus dei, hoc est hominẽ, qui ex illis nascitur opus diaboli esse dicamus, infideliter uel imperite calũniantur. His ergo nostris prætermissis, sequũtur illa nostra quæ posuit, sicut supra dictũ est. In his itaq; quæ prætermisit hoc timuit, quia cunctæ Ecclesiæ catholicæ pectori conuenit, fidemq; ipsam antiquitus traditam atq; fundatã, clara quodammodo uoce cõpellat, & aduersus eos uehementissime permouet qđ diximus, quia nihil peccati esse in paruulis dicunt, quod lauacro regenerationis abluatur. Omnes enim ad Ecclesiam non propter aliud cum paruulis currũt, nisi ut in eis originale peccatũ generatione primę natiuitatis attractũ, regeneratiõe secũdæ natiuitatis expietur. Deinde ad nostra superiora uerba reuertitur, quæ nescio cur repetat. Eos aũt qui de tali cõmixtione nascuntur, dicimus trahere originale peccatum, eosq; qui de parẽtibus gbuscunq; nascuntur, nõ negamus adhuc esse sub diabolo, nisi renascant̃ in Christo. Hęc uerba nostra, & pauloante iam dixerat. Deinde subiũgit, quod de Christo diximus, qui de eadẽ sexus utriusq; cõmixtione nasci noluit. Sed etiam hic prætermisit quod ego posui, ut per eius gratiã de potestate tenebrarum eruti, in regnum illius, qui ex eadem sexus utriusq; cõmixtione nasci noluit, transferantur. Vide obsecro te, quæ nostra uerba uitauit tanquam inimicus omnino gratiæ dei, quæ uenit per Iesum Christum dominum nostrum. Scit enim ab illa Apostoli sententia, qua dixit de deo patre:
Col. 1 Qui eruit nos de potestate tenebrarũ, & transtulit in regnum filij charitatis suæ, improbissime & impiissime paruulos separari, ideo proculdubio uerba ista prætermittere q̃ ponere maluit. Post hęc illud nostrũ posuit, ubi diximus: Hæc enim quæ ab impudentibus impudenter laudant̃ pudenda concupiscẽtia, nulla esset, nisi homo ante peccasset, nuptiæ uero essent etiã si nemo peccasset: fieret quippe sine isto morbo seminatio filiorum. Hucusq; uerba mea ille posuit. Timuit enim quod adiunxi, in corpore uitæ illius, sine quo nunc fieri non potest in corpore mortis huius. Et hic ut meam sententiam non finiret, sed eam quodãmodo detrũcaret, illud Apostoli testimoniũ formidauit, ubi ait: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei p̃ Iesum Christum dominum nostrum. Non enim erat corpus mortis huius in paradiso ante peccatum, propter quod diximus, in corpore uitæ illius, quæ ibi erat, sine isto morbo seminationem fieri potuisse filiorũ, sine quo nũc in corpore mortis huius fieri nõ potest. Vt aũt ad istam commemorationem humanæ miseriæ & diuinæ gratiæ ueniret Apostolus, supra dixerat: Video aliam Rom. 7
legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati, quę est in membris meis. Post hæc autẽ uerba exclamauit: Miser ego homo q̃s me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrum. In corpore igitur mortis huius, quale in paradiso ante peccatum non fuit, profecto non erat alia lex in membris nostris repugnãs legi mentis nostræ: quia & quando nolumus, et quãdo non cõsentimus, nec ei mẽbra nostra ut impleat quod appetit, exhibemus, habitat tamen in eis, & mentem resistentẽ repugnantẽq; sollicitat: ut ipse conflictus etiã si non sit damnabilis, quia non perficit iniquitatẽ, sit tamen miserabilis, quia nõ habet pacem. Satis igitur admonuerim, sic istũ uerba mea uelut refellenda sibi proponere uoluisse, ut alicubi medijs detractis, sententias interrumperet, alicubi extremis non additis decurtaret, & cur hoc fecerit, sufficiẽter ostenderim. Nunc ad ea quæ sicut uoluit, nostra proposuit, quę sua opposuerit, uideamus. Sequunt̃ enim iã uerba eius, & sicut iste infinuauit, qui tibi chartulã misit, prius aliquid de præfatione cõscripsit proculdubio librorum illorum, de quibus pauca decerpsit. Id aũt ita sese habet: Doctores, inquit, nostri tẽporis frater beatissi-
Respõdet pro mæ calũnia Cap. III
me

me,& nefarię quæ adhuc feruet seditionis author
es,ad hominum quorum sanctis studijs uruntur,
contumelias & exitium decreuerunt per ruinã to
tius Ecclesiæ peruenire,non intelligentes quantũ
his cõtulerint honoris, quorum ostenderunt glo
riam nisi eum catholica religione nõ potuisse con
uelli.Nam si quis aut liberum in hominibus arbi
trium,aut deum esse nascentiũ cõditorem dixerit,
Celestianus & Pelagianus uocatur.Ne igitur uo
centur hæretici, fiunt Manichæi, & dum falsam
uerentur infamiam, uerum crimen incurrunt in
star ferarum,quę circumdantur pinnis,ut cogan
tur in retia. Quibus quoniã deest ratio, in uerum
August. exitium uana formidine contruduntur. Non
est ita ut loqueris,quicunq; ista dixisti, non est ita,
multũ falleris,uel fallere meditaris.non liberũ ne
Ioan.8 gamus arbitriũ:sed,Si uos filius liberauerit,ait ue
ritas,tunc uere liberi eritis.Hunc uos inuidetis li
beratorem,quibus captiuis uanam tribuitis liber
1.Pet.2 tatem.A quo eñ quis deuictus est,sicut dicit scri
Rom.5 ptura, huic seruus addictus est: nec quisq; nisi per
gratiam liberatoris isto soluitur uinculo seruitutis
a qua est hominũ nullus immunis.Per unum quip
pe hominem peccatum intrauit in mundum, &
per peccatum mors,& ita in omnes homines per
transijt, in quo omnes peccauerunt. Sic est ergo
deus nascentiũ conditor,ut omnes ex uno eant in
cõdemnationem, quorum non fuerit renascentiũ
liberator. Ipse quippe dictus est figulus,ex eadem
Psal.100 massa faciens aliud uas in honorem secundum mi
sericordiam, aliud in contumeliã secundum iudi
cium, cui cantat Ecclesia Misericordiam & iudi
cium.Non itaq; sicut te atq; alios fallens loqueris,
si quis aut liberũ in hominibus arbitriũ, aut deum
esse nascentium conditorem dixerit, Celestianus
& Pelagianus uocatur,ista quippe catholica fides
dicit. Sed si quis ad colendũ recte deũ, sine ipsius
adiutorio dicit esse in hominibus liberum arbitri
um,& quisquis ita dicit deum nascentium condi
torem, ut paruulorum neget à potestate diaboli re
demptorem, ipse Celestianus & Pelagianus uo
catur.Liberum itaq; in hominibus esse arbitrium,
& deum esse nascentium conditorem,utrique di
cimus, non hinc estis Celestiani & Pelagiani: li
berum autem quẽquam esse ad agendum bonum
sine adiutorio dei, & non erui paruulos à potesta
te tenebrarum,& sic transferri in regnum dei,hoc
uos dicitis, hinc estis Celestiani & Pelagiani.
Quid obtendis ad fallendum communis dogma
tis tegmen, ut operias proprium crimen, unde uo
bis inditum est nomen, atque ut nefario uocabu
lo terreas imperitos,dicis: Ne igitur uocentur hæ
retici, fiunt Manichæi? Audi ergo breuiter quid
in ista quæstione uersetur. Catholici dicunt huma
nam naturam à creatore deo bono conditam bo
nam, sed peccato uitiatam Christo medico indige
re. Manichæi dicunt humanam naturam non à
deo conditam bonam peccato que uitiatam, sed
ab æternarum principe terebrarum de cõmixtio
ne duarum naturarum, quæ semper fuerunt, una
bona & una mala,hominẽ creatum. Pelagiani &

A Celestiani dicunt naturam humanam à bono deo
cõditam bonam, sed ita esse in nascentibus paruu
lis sanam,ut Christi non habeant necessariã in illa
ætate medicinam.Agnosce igitur in tuo dogmate
nomen tuum,& catholicis à quibus cõfutaris,de
sine obijcere & dogma & nomen alienum. Nam
ueritas utroscp redarguit, & Manichæos & uos.
Manichæis enim dicit:Non legistis quia qui ab in
itio fecit hominẽ, masculum & fœminã fecit eos?
Et dixit: Propter hoc relinquet homo patrem & Matt.19
matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in
carne una:itaque iam non sunt duo, sed una caro.
Quod ergo deus coniunxit,homo non separet.Ita
quippe ostendit & hominũ conditorem, & coniu
gum copulatorem deum aduersus Manichæos,
B qui utrunque horum negant. Vobis autem dicit:
Venit filius hominis quærere & saluum facere qd Luce 19
perierat. Sed uos egregij Christiani respondete
Christo:Si quod perierat quærere & saluare ueni
sti,ad paruulos non ueniſti.Isti nec perierant & sal
ui nati sunt: uade ad maiores. de uerbis tuis tibi
præscribimus:Nõ est opus sanis medicus,sed ma Matt.9
le habentibus. Ita fit, ut Manichæus qui homini
commixtam dicit esse naturam malam, uelit inde
saltem saluari à Christo animã bonam.Tu uero in
paruulis cum salui sint corpore,nihil à Christo sal
uandum esse contendis. Ac per hoc Manichæus
quidem naturam humanam detestabiliter uitupe
rat,sed tu crudeliter laudas.Quicunque enim tibi
crediderint laudatori, infantes suos non offerunt
C saluatori.Tam scelerata sentiẽti, quid tibi prodest
non metuere? Quin tibi fit ut salubriter metuas,et
te hominem facis esse non bestiam,quæ circumda
tur pinnis ut cogatur in retia? Opus erat ut uerita
tem teneres, eiusq; studio non timeres: nunc uero
ita non times, ut si timeres, euaderes potius retia
maligni, quàm incurreres. Mater catholica ideo
te terret,quia & tibi & alijs à te timet, & si per fili
os suos in aliqua potestate positos agit ut timeas,
non id agit crudelitate, sed charitate. Tu autem
uir fortissimus timere homines ignauum putas,
deum ergo time, & noli antiqua fidei catholicæ
fundamenta conari tanta obstinatiõe subuertere:
quanquam iste tuus animus animosus utinam sal
tem in hac causa homines timeret, utinã inquam,
D saltem paueret ignauia potius,quàm periret auda
cia. Videamus & cętera quæ cõnecțit.Sed quid *Recenset om-*
faciam,utrũ singula eius proponã,quibus respon *nia aduersarij*
deam:an eis prætermissis,quæ catholica fides cõti *& respondet*
net, ea sola pertractẽ atq; confutẽ, in quibus à tra *singulis*
mite ueritatis exorbitat,& hæresim Pelagianã tan *Cap. IIII*
quã uenenosa uirgulta,fructibus catholicis conat
inserere.Hoc quidem certe breuius est, sed prospi
ciendum arbitror,ne quisq; libro meo lecto,& nõ
lectis omnibus,quæ ab illo dicta sunt,existimet ea
me proponere noluisse, ex qbus ista eius pendẽt,
& ex quibus quasi cõsequenter uera esse mõstran
tur,quę falsa redarguo.Nõ itaq; pigeat utraq; huic
opusculo nostro indita, & ea scilicet quę ille dixit,
& ea quę ipse respõdeo,uniuersa attendere & con
siderare lectorem.Quæ sequuntur ergo ita præno

tauit

tauit, qui tuæ dilectioni chartulam misit. Contra eos, inquit, qui nuptias damnant, & fructus earum diabolo assignant. Non igitur contra nos qui neque nuptias damnamus, quas etiam in ordine suo debita prędicatione laudamus, nec earum fructus diabolo assignamus: nuptiarum quippe fructus homines sunt, qui ordinate inde generantur, non peccata cum quibus nascuntur. Nec ideo sunt homines sub diabolo, quia homines sunt, ubi sunt fructus nuptiarum, sed quia peccatores sunt, ubi est propago uitiorum: Diabolus enim culpæ author est, non naturæ. Attende cætera quibus se existimat aduersus nos hoc præmisso titulo consonare.

Caluniatoris uerba recitat & confutat

Deus, inquit, qui Adā ex limo fuerat fabricatus, Euam construxit è costa & dixit: Hæc uocabitur uita, quoniam mater est omnium uiuentium. Non quidem ita scriptum est, sed quid ad nos. Solet ēm accidere ut memoria fallat in uerbis, dum tamen sententia teneatur in libris: nec enim Euæ nomen ut appellaretur uita, deus imposuit, sed marītus. Sic enim legitur: Et uocauit Adam nomen uxoris suæ uita, quoniam ipsa est mater omnium uiuentium. Sed hoc fortassis intellexerit, ut deus per Adam nomen illud Euæ imposuisse credatur tanq; per prophetam. Nam in hoc ꝙ appellata est uita materq; uiuentium, magnum est Ecclesiæ sacramentum; unde nunc differere longum est, & suscepto operi non necessarium. Nam & illud quòd dixit Apostolus: Sacramentum hoc magnum est. Ego autem dico in Christo & in Ecclesia: ipse Adam dixit: Propter hoc relinquet homo matrē & patrem & adhęrebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Quod tamen dominus in Euāgelio deum dixisse commemorat, quia deus utiq; per hominē dixit, quod homo prophetādo prædixit. Ergo quę sequuntur intuere: Prima, inquit, compellatione cui operi parata esset, ostendit & dixit: Crescite & multiplicamini & replete terram. Quis enim nostrum negat ad opus pariendi à domino deo creatore omnium bonorum bono præparatam fuisse mulierem? Adhuc uide quid adiungat: Deus igitur, inquit, maris creator & fœminę conuenientia generationibus membra formauit, & gigni corpora de corporibus ordinauit, quorum tamen efficientiæ potentia dei operationis interuenit, omne quod est ea administrans uirtute qua condidit. Etiam esse catholicum confitemur. Et quod deinde subiunxit: Si igitur, inquit, non nisi per sexum fœtus, non nisi per corpus sexus, non nisi per deum corpus, quis ambigat fœcunditatem deo iure reputari? Post hæc quæ ueraciter & catholice dicta sunt, imò in diuinis libris ueraciter scripta, non autem ab isto catholice dicta sunt, quia non intentione catholici pectoris dicta sunt, iam propter quod ea dixit, Pelagiana & Celestina hæresis incipit introduci. Nanque attende quod sequitur: Tu uero, inquit, qui dicis eos, qui de parentibus qualibuscunque nascuntur, adhuc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo: ostende ergo nūc quid suum diabolus cognoscat in sexibus, per quod fructum eorum, ut dicis, iure possideat. Diuersitatem sexuum? sed hæc in corporibus est, quæ deus facit. Commixtionem? sed non minus benedictionis quàm institutiōis priuilegio uendicatur. Vox enim dei est: Relinquet homo patrem & matrem & adhærebit uxori iuę, & erunt duo in carne una. Gen. 2
Vox dei est: Crescite & multiplicamini & replete terram. An forte ipsam fœcunditatem? Sed ipsa est instituti causa coniugij. Cap. V
Vides igitur quemadmodum nos interroget, quid suum diabolus cognoscat in sexibus, per quod sub illo sint, qui de parentibus qualibuscunque nascuntur, nisi renascantur in Christo: utrum diuersitatem sexuum dicamus ad diabolum pertinere, an cōmixtionem, an ipsam fœcunditatem. Respondemus itaq;, nihil horum: quia & diuersitas sexuum pertinet ad uasa gignentium, & utriusque commixtio ad seminationem pertinet filiorum, & ipsa fœcunditas ad benedictionē pertinet nuptiarum. Hęc autem omnia ex deo: sed iste in his omnibus noluit nominare concupiscentiam carnis, quæ nō est à patre, sed ex mundo est, cuius mundi princeps dictus est diabolus: qui eam in domino non inuenit, quia dominus homo non per ipsam ad homines uenit: unde dicit etiam ipse: Ecce uenit princeps huius mūdi. Ioan. 14
& in me nihil inueniet. nihil utiq; peccati, nec qđ à nascente trahitur, nec quod à uiuente additur.
Hanc iste noluit nominare in his omnibus, quæ commemorauit naturalibus bonis, de qua etiam nuptiæ confunduntur, quæ de his bonis omnibus gloriantur. Nam quare illud opus coniugatorum subtrahitur & absconditur etiam oculis filiorum, nisi quia non possunt esse in laudanda commixtione, sine pudenda libidine? De hac erubuerunt etiam qui primi pudenda texerunt, quæ prius pudenda non fuerant, sed tanquam dei opera prædicanda atq; glorianda. Tunc ergo texerunt quando erubuerunt, tunc autem erubuerunt, quando post inobedientiam suam inobedientia membra senserunt. De hac erubuit etiam iste laudator. Cōmemorauit enim sexuum diuersitatem, cōmemorauit commixtionem, commemorauit fœcunditatem, illam uero cōmemorare uerecūdatus est. Nec mirum si pudet laudantes, quod uidemus ipsos pudere generantes: Sed adiungit & dicit: Per quid igitur sub diabolo sunt quos deus fecit? Sibique ueluti ex nostra uoce respondet: Per peccatum, inquit, non per naturam. Deinde nostrę responsioni suam referens. Sed ut non potest, inquit, sine sexibus fœtus, ita nec sine uoluntate esse delictum. Ita uero, ita est. Sicut enim per unum hominem peccatum intrauit in mūdum, & per peccatum mors, et ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Per unius illius uoluntatem malam omnes in eo peccauerūt, quando omnes unus fuerunt, de quo propterea singuli peccatum originale traxerunt. Dicis enim, inquit, ideo illos esse sub diabolo, quia de sexus utriusque commixtione nascuntur? Dico planè propter delictum eos esse sub diabolo: ideo aūt expertes non esse delicti, quia de illa cōmixtione sunt nati, quæ sine pudenda libidine non potest etiam quod honestum est operari. Rom. 5

Dixit

Dixit hoc etiam beatissimę memoriæ Ambrosius Ecclesiæ Mediolanensis Episcopus, cum Christi carnalem natiuitatẽ ideo diceret expertem esse delicti, quia conceptus eius utriusq; sexus cõmixtionis est expers: nullum aũt hominum esse sine delicto, qui de illa commixtione conceptus est. Nam Ambrosius eius uerba ista sunt: Ideo, inquit, & quasi homo p̃ uniuersa tentatus est, & in similitudine hominum cuncta sustinuit, sed quia de spiritu natus, abstinuit à peccato. Omnis enim homo mendax, & nemo sine peccato, nisi unus deus. Seruatum est igitur, inquit, ut ex uiro & muliere, id est per illam corporũ cõmixtionem, nemo uideatur expers esse delicti. Qui aũt expers est delicti, expers est etiam huiusmodi conceptionis. Nunquid etiam iustum ò Pelagiani & Celestiani audebitis dicere Manichęum quod eum dicebat esse Iouinianus hæreticus, contra cuius impietatem uir iste sanctus etiã post partum permanentem uirginitatem sanctæ Mariæ defendebat? Si ergo illum Manichæũ dicere non auditis, nos cum in eadem causa, eadem sententia fidem catholicã defendamus, cur dicitis Manichæos? Aut si & illum fidelissimũ uirum hoc secundũ Manichęos sapuisse iactatis, iactate, iactate, ut mẽsuram Iouiniani perfectius impleatis, nos cum illo homine dei patienter uestra maledicta & conuitia sustinemus: & tamen hæresiarches uester Pelagi⁹ fidem & purissimum in scripturis sensum sic laudat Ambrosij, ut dicat ne inimicum quidem eum ausum esse reprehendere. Quò ergo progressi fueritis attendite, & uos ab ausibus Iouiniani tandem aliquãdo cohibete, quãuis ille nimis laudando nuptias, sanctæ illas uirginitati adæquauit, & tamen nuptiarum fructibus ab utero etiam recentibus Christum saluatorem, & de potestate diaboli redemptorem non negauit necessarium, quod uos negatis. Et quia uobis pro eorum salute, qui nondum pro se loqui possunt, & pro fidei catholicæ fundamentis resistimus, Manichæos nos esse iaCap. VI ctatis. Sed iam sequentia uideamus. Rursus quippe interrogans dicit: Quem igitur paruulorũ confiteris authorem? Deum uerum? Respondet, deum uerum. Deinde ille subiungit: Sed malum ille non fecit. Ac rursus interrogat, utrum diabolum paruulorum cõfiteamur authorem. Rursusq; respondet, sed naturam hominis ipse non condidit. Deinde quasi concludit atq; infert: Si mala cõmixtio, deformis & conditio corporũ, & ideo corpora quoq; malo à te deputantur authori. Cui respondeo, malo authori non deputo corpora, sed delicta, quorum causa factum est, ut cum in corporibus, hoc est in dei operibus, totum placeret, accideret tamen masculo & fœminæ quod puderet, ut non esset cõmixtio qualis esse potuit in corpore uitæ illius, sed qualem uidemus erubescentes in corpore mortis huius. Deus uero, inquit, diuisit in sexu, quod in operatione coniungeret. Ab ipso igitur est cõmixtio corporum, à quo est origo corporum. Iam supra respõdimus hoc ex deo esse, sed nõ delictũ, non membrorũ inobedientiam per carnis concupiscentiã, quæ non est à patre. Deinde dicit:

A Tot ergo rerũ bonarum, id est, corporũ, sexuum, coniunctionum malos fructus esse non posse, nec homines ob hoc à deo fieri ut à diabolo, sicut dicis, inquit, legitimo iure teneantur. Iam dictũ est non eos ideo teneri, quia homines sunt, quod naturæ nomen est, cuius author diabolus non est, sed quia peccatores sunt, quod culpæ nomẽ est, cuius diabolus author est. Sed inter tot nomina bona rum rerum, id est, corporũ, sexuum, cõiunctionũ, *Vbi non est peccatum, ibi nõ intercessit cõcupiscentia Cap. VII*
libidinem uel concupiscentiã carnis iste non nominat. Tacet, quia pudet: & mira (si dici potest) pudoris impudentia, quod nominare pudet, laudare nõ pudet. Dericq; uide quemadmodũ magis eam circumloquendo maluerit significare, quàm dicere. Postquam autem uir, inquit, naturali appetitu cognouit uxorem. ecce iterum dicere noluit, carnis
B concupiscentia cognouit uxorẽ: sed naturali, inquit, appetitu: ubi adhuc possumus intelligere ipsam uolũtatem iustam & honestam, qua uoluit filios procreare, non illam libidinem, de qua iste sic erubescit, ut ambigue nobis loqui malit, quàm perspicue quod sentit exprimere. Quid est naturali appetitu? An non & uelle esse saluum, & uelle ipsos suscipere, nutrire, erudire filios, naturalis est appetitus, idemq; rationis est, non libidinis? Sed quia huius nouimus intentionẽ, ideo non eum putamus his uerbis, nisi libidinẽ membrorum genitalium significare uoluisse: nónne tibi uidentur hæc uerba folia esse ficulnea, sub qbus latet quid aliud, q̃ id quod pudet? Ita quippe iste sibi circũlocutionis huius obstacula, sicut illi succinctoria consue
C runt, contexit & dicit: Postquam aũt uir naturali appetitu cognouit oxorem, dicit scriptura diuina: Concepit Eua & peperit filium, & uocauit nõ *Gen. 4*
men eius Cain. Sed quid, inquit, dicit Adã, audiamus: Acquisiui hominem per deum. Vnde constat opus dei esse, quem per deum acquisitum scriptura diuina testatur. Quis hinc dubitat? quis hoc neget, maxime catholicus Christianus? opus dei est homo. Sed carnis concupiscentia, sine qua, si peccatum non præcessisset tranquillæ uoluntati obedientibus sicuti cætera membra genitalibus, seminaretur homo, non est à patre, sed ex mundo est. Verum nunc obsecro te paulo attentius intuere, quod nomen nouum inuenerit quo rursus operiret, quod erubescit aperire. Genuerat eim̃ eum, inquit, Adam potentia membrorum, non diuersitate meritorum. Quid dixerit, diuersitatem meritorum, fateor non intelligo: sed potentiam membrorum credo illud uoluit dicere, quod pudet euidenter dicere. Maluit enim dicere membrorum potentiam, quàm carnis concupiscentiam. Plane etiam si non cogitauit, significauit aliquid quod ad rem pertinere uideatur. Quid enim potentius membris hominis, quando non seruiunt uoluntati hominis? Quę tametsi frenẽtur temperantia, uel continentia usus eorũ aliquantum, motus tamen eorum non est in hominis potestate. Genuit ergo Adam filios hac, ut iste dicit, membrorũ suorũ potentia, de qua priusquã illos gigneret, erubuit post peccatum. Si aũt non peccasset, non eos genuisset membrorũ

membrorum potẽtia, sed membrorum obediẽtia. Ipse quippe esset potens, ut eis subiectis uoluntate imperaret, si potẽtiori & ipse subiectus eadem uo-
Cap. VIII luntate seruiret. Post aliquanta iterum dicit scri-
Gen. 4 ptura diuina, inquit: Cognouit Adam Euam uxo-rem suam, & concepit & peperit filium, uocauitq; nomen eius Seth, dicẽs: Suscitauit mihi dominus semen aliud pro Abel, quem occidit Cain. Deinde addit & dicit, ad documentum instituti coitus, ipsum semen diuinitas dicitur excitasse. Non intellexit homo iste quod scriptũ est, putauit ẽm ad hoc esse dictum: Suscitauit mihi dominus semen aliud pro Abel, ut crederet ẽ deus illi excitasse libidinem coeundi, cuius motu excitaretur semen, ut gremio fœminæ possit infundi. Nescit non esse ob aliud dictũ, excitauit mihi semen: nisi, dedit mihi filium. Deniq; hoc Adã non dixit post coitũ suum quo semen emisit, sed post coniugis partũ, quo filium deo donãte suscepit. Nam quę gratulatio est, nisi forte libidinosorum & suũ uas in morbo cõcu-
1. Thes. 4 piscentiæ, quod uetat Apostolus, possidentiũ, si semen extra coeundi uoluntatẽ fundatur, nec sequatur cõceptus aut partus, ubi nuptiarũ uerus est fructus? Neq; hoc ideo dixerim, q̃ alius putandus sit præter summum & uerum deum uel humani seminis, uel ipsius hominis creator existere, sed hoc trã quilla de homine obediẽtia membrorũ ad nutum uoluntatis exisset, si peccatum non præcessisset. Neq; nũc agitur de natura seminis humani, sed de uitio. Illa quippe habet authorem deum, ex isto autem trahitur originale peccatum. Nam si semen ipsum nullum habet uitium, quid est quod scriptũ
Sap. 12 est in libro Sapientiæ: Non ignorans quoniam nequam est natio illorũ & naturalis malitia ipsorum, & quoniã non poterat mutari cogitatio illorum in perpetuum, semen enim illorum erat male dictum ab initio? Nempe de quibuscũq; dicat ista, de hominibus dicit: Quomodo est ergo cuiuslibet hominis malitia naturalis & semen maledictũ ab initio, nisi ad illud respiciatur, q̃ per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt? Cuius autẽ hominis mala cogitatio non potest in perpetuum mutari, nisi quia per seipsam nõ potest, sed si gratia diuina subueniat, qua non subueniente quid sunt homines,
2. Pet. 2 nisi quod ait Apostolus Petrus, uelut muta animalia procreata naturaliter in captiuitatem & interitum? Vnde uno loco Paulus Apostolus utrunq; commemorans, & iram dei cum qua nascimur, &
Ephe. 2 gratiam qua liberamur: Et nos omnes, inquit, aliquando conuersati sumus in desiderijs carnis nostræ, facientes uoluntatẽ carnis & affectionũ, & eramus natura filij iræ, sicut & cæteri. Deus aũt qui diues est in misericordia propter multam dilectionem qua dilexit nos, cum essemus mortui peccatis cõuiuificauit nos Christo, cuius gratia sumus salui facti. Quid est ergo malitia naturalis hominis, & semen maledictũ ab initio, & procreati naturaliter in captiuitatem & interitum, & natura filij
Cap. IX iræ? Nunquid in Adam natura ista sic condita

A est? Absit. Sed quia in illo uitiata sic per omnes iã naturaliter cucurrit & currit, ut ab hac perditione non liberet, nisi gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Quid est ergo quod iste adiungit & dicit de Noe & filijs eius, q̃ similiter benedicti Gen. 9 sint ut Adam & Eua, dicente deo: Crescite & multiplicamini & replete terrã & dominamini eius: quibus dei uerbis addit sua dicens: Voluptas ergo ista, quam tu diabolicam uis uideri, iam in supradictis coniugibus habebatur, quæ ut institutione bona, ita etiam benedictione permansit? Non enim dubitatur de hac ad Noe & ad filios eius corporũ commixtione dictum, cuius iam usus inoleuerat: Crescite & multiplicamini & replete terram. Non opus est eadẽ multis uerbis repetere. De uitio hic
B agitur, quo est deprauata natura bona, cuius uitij author est diabolus, non de naturæ ipsius bonitate, cuius author est deus: qui neque ab ipsa uitiata deprauataq; natura suam abstulit bonitatem, ut auferret hominum fœcunditatem, uiuacitatem, sanitatẽ, ipsamq; substantiam animi & corporis sensus atq; rationẽ, alimenta, nutrimẽta, incremẽta: qui etiam facit oriri solem suum super bonos & malos, & pluit super iustos & iniustos, & quicquid boni est naturæ humanæ à deo bono etiam in illis hominibus est, qui non liberabuntur à malo. Voluptatem tamen iste & hic dixit, quia potest uoluptas & honesta esse, non dixit carnis concupiscẽtiam uel libidinem quæ pudenda est: sed in consequentibus aperuit uerecũdiam suam, nec dissimulare po-
C tuit ab eo, quod uiolenter ipsa natura præscripsit. Et illud, inquit: Propter hoc relinquet homo pa- Gen. 2 trem & matrem, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una. Et post hæc uerba dei, sua ipse subiungens, ut exprimeret, inquit, fidem operum, propheta prope periculum pudoris accessit. O aperta prorsus & ui ueritatis extorta confessio. Propheta ergo ut exprimeret fidem operum, prope periculum pudoris accessit, quia dixit: Erunt, duo in carne una, ubi commixtionem maris & fœminæ intelligi uoluit. Dicatur causa, cur in exprimendis operibus dei, propheta prope periculum pudoris accesserit. Itáne uero humana opera pudenda esse non debent, sed planè glorianda, & diuina pudenda sunt? Itáne uero in eloquendis & exprimendis
D operibus dei, non honoratur Prophetæ uel amor uel labor, sed periclitatur pudor? Quid enim potuit deus facere, quod eius prædicatorem pudeat dicere? Et quod est grauius, pudeat hominem alicuius operis quod non homo, sed deus fecit in homine, cum omnes opifices quanto possunt labore & industria id agant, ne de suis operibus erubescant? Sed profecto illud nos pudet, quod puduit primos illos homines quando pudenda texerunt. Illa est pœna peccati, illa plaga uestigiumq; peccati, illa illecebra fomesq; peccati, illa lex in membris repugnans legimentis, illa ex nobisipsis aduersus nosipsos inobedientia iustissimo reciprocatu inobedientibus reddita, huius nos pudet, & merito pudet. Nam si hoc nõ esset, quid nobis esset ingratius, quid irreligiosius, si in membris nostris, nõ de uitio

Universidad de Deusto
Biblioteka

uitio uel de pœna nostra, sed dei confunderemur operibus? Cap. X Dicit etiã iste multa frustra de Abraham & Sara, quomodo ex repromissione acceperint filium, & tandem concupiscentiam nominat, non tamen addit carnis, quia ipsa pudenda est. In concupiscentiæ autem nomine aliquãdo gloriandum est, quia est & concupiscentia spiritus aduersus carnem, est & concupiscentia sapientiæ. Ait ergo: Certe hanc concepiscentiã, sine qua nulla fœcũditas est, malum naturaliter definisti, unde ergo per donum cœleste in senibus excitat? Astrue iam hoc si potes ad opus diaboli pertinere, quod deũ uides conferre pro munere. Ita hoc dicit, quasi cõcupiscẽtia carnis ante defuerit illis, & hanc eis donauerit deus, quæ proculdubio inerat in corpore mortis huius: sed fœcunditas defuit, cuius author est deus, & ipsa donata est quãdo uoluit deus. Absit autem ut dicamus, quod nos putauit esse dicturos, Isaac sine concubitus calore generatũ. Sed ipse iam dicat, quare interiret anima eius de genere suo, si circũcisus die non esset octaua, quid ipse peccasset, & quid offendisset deum, ut de aliena in se negligentia tã seuera sententia puniretur, si nullum esset originale peccatũ? De circũcidendis eñ deus sic mãdauit infantibus: Masculus qui nõ circũcidetur carne præputij sui octauo die, disperiet anima eius de genere suo, quia testamentum meũ dissipauit. Dicat iste si potest quomodo puer iste testamentum dei dissipauit octo dierũ, quantũ ad ipsum proprie attinet innocens infans, & tamen nullo modo deus uel scriptura sancta id mendaciter diceret. Tunc ergo dissipauit testamẽtum dei, non hoc de imperata circũcisione, sed illud de ligni prohibitione, quando per unũ hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertrãsijt, in quo omnes peccauerunt: & hoc in illo significabatur expiari circumcisione octaui dei, hoc est, sacramẽto mediatoris in carne uenturi: quia per eandẽ fidem uenturi in carne Christi, & morituri pro nobis, & tertio die, qui post septimum sabbati fuerat futurus octauus, resurrecturi, etiã iusti saluabantur antiqui. Traditus est enim propter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostrã. Ex quo eñ instituta est circumcisio in populo dei, quod erat tunc signaculum iustitiæ fidei, ad significationẽ purgationis uelebat & paruulis originalis ueterisq; peccati, sicut & baptismus ex illo ualere cœpit ad innouationẽ hominis, ex quo est institutus. Cap. XII Non quòd ante circumcisionẽ iustitia fidei nulla erat. Nam cũ adhuc esset in præputio, ex fide iustificatus est ipse Abraham pater gentium, quæ fidem ipsius fuerãt sectaturæ. Sed superioribus temporibus omnimodo latuit sacramentum iustificationis ex fide, eadem tamen fides mediatoris saluos iustos faciebat antiquos pusillos cum magnis, non uetus Testamentũ quod in seruitutẽ generat, nõ lex quæ non sic est data, quę posset uiuificare, sed gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrũ. Quia sicut credimus nos Christum in carne uenisse, sic illi uenturũ. Sicut nos mortuũ, ita illi moriturũ. Sicut nos resurrexisse, ita illi resurrecturum. Et nos uero & illi ad iudicium mortuorum uiuorumq; uenturũ. Non ergo iste humanam male defendendo impedit à salute naturam, quia oñes sub peccato nascimur, & per unũ solum, qui sine peccato natus est, liberamur. Ista, inquit, corporũ cõmixtio cum calore, cũ uoluptate, cũ semine à deo facta, & pro suo modo laudabilis approbatur, quæ aliquando etiã amplũ efficitur munus piorũ. Dixit cum calore, dixit cũ uoluptate, dixit cum semine, nõ tamen dicere ausus est cũ libidine. Quare, nisi quia nominare erubescit, quã laudare nõ erubescit? Munus autẽ piorum propagatio est fœcũda filiorum, non cõmotio pudenda membrorum, quam non haberet in generandis filijs natura sana, nunc autẽ habet eam natura uitiata. Ac per hoc & qui inde nascitur indiget renasci, ut sit membrũ Christi: & de quo nascit si iã renatus est, indiget liberari ab ea, quę in corpore mortis huius est lege peccati. Quæ cum ita sint, quomodo adiũgit & dicit: Confitearis ergo necesse est, originale quod finxeras, interisse peccatũ? Non ego finxi originale peccatum, quod catholica fides credidit antiqtus: sed tu, qui hoc negas, sine dubio es nouus hæreticus. Sub diabolo autẽ sunt iudicio dei omnes cum peccato generati, si nõ fuerint in Christo regenerati. Sed C. XIII quia de Abrahã loquebat & Sara, subiunxit atq; ait: Quòd si dixeris, usus in eis uigebat, & fœtus nõ erat. Respõdebo, quẽ conditor promisit, cõditor dedit, nõ cõcubitus, sed dei opus est qui nascitur. Qui eñ primũ hominẽ fecit ex puluere, oñes fabricatur ex semine. Sicut ergo tunc limus, qui assumptus est, materia nõ author fuit hominis: ita nunc uis illa uoluptatis confectrix, cõmixtrixq; seminũ, nõ explet operationis uicẽ, sed de thesauris naturæ offert deo, unde ille hominẽ dignetur operari. Hæc omnia quæ dixit, excepto quod ait, à uoluptate semina confici atq; misceri, recte diceret si in eis catholicũ sensum defendere niteretur: Quia uero scimus quid ex his moliat efficere, profecto dicit etiam recta peruerse. Illud itaq; quo excepto cætera uera esse non abnuo, ideo nõ est uerũ, quia uoluptas illa concupiscentiæ carnalis nõ conficit semina, sed ea quæ iam sunt in corporibus à uero deo condita, à quo ipso conduntur & corpora, nõ fiunt à uoluptate, sed excitantur & emittunt cum uoluptate. Vtrum autem utriusq; sexus semina in muliebri utero cũ uoluptate misceantur, uiderint fœminæ quid in secretis uisceribus sentiãt, nos nõ decet inaniter usq; ad ista esse curiosos. Libido tamen illa erubescẽda, unde pudenda ipsa appellata sunt membra, non fuit in corpore uitæ illius, quæ in paradiso fuit ante peccatũ, sed cœpit esse in corpore mortis huius retributa inobedientia inobedientiæ post peccatum. Sine qua libidine poterat opus fieri coniugum in generatiõe filiorum, sicut multa opera fiunt obedientia cæterorũ sine ullo ardore membrorũ, quæ uoluntatis nutu mouentur, non æstu libidinis concitantur. Attende cætera. Hoc etiam, inquit, Apostoli cõfirmat authoritas. Cum enim beatus Paulus de resurrectione mor-

1.Cor.15 tuorum loqueretur ait: Insipiens tu, quod seminas non uiuificatur. Et infra: Deus autē illi dat corpus prout uult, & unicuiq; seminum propriū corpus. Si ergo deus, inquit, humano semini, quod nemo negat uel prudentū uel piorū, propriū sicut omnibus rebus corpus attribuit, unde quenquā reū natū probabis? Tandē oro respicias, quibus laqueis peccati naturalis suffocetur assertio. Verū age, inquit, tecū, precor, mitius: Mihi crede, etiā te deus fecit, sed quod fatendum est, grauius error infecit. Quid enim potest prophanius dici, q̄ quòd deus hominē aut non fecerit, aut ut dicis diabolo fecerit: aut certe diabolus dei sit imaginē, hoc est, hominē fabricatus, quod non minus stultū dignosci tur esse, q̄ impium? Ergo tam inops, inquit, tā inuerecundus deus est, ut non habuerit, quod in præmiū sanctis hominibus daret, nisi quod deceptis
al.initio diabolus infudit in uitio. Vis autē scire quod etiā in his, qui sancti non sunt, hanc generationum potentiam deus tribuisse probetur. Eo igitur tēpore cū Abraham metu percussus gentis Barbaræ, Saram quę uxor erat, sororē suam dixit, refertur Abimelech rex illius prouinciæ abduxisse eam in noctis usum. Sed deus cui cura erat honor sanctę mulieris, in somnis Abimelech ueniēs regiam frenauit audaciam, cōminatus interitū, si pergeret uiolare coniugiū. Tunc Abimelech ait: Nunquid domine gentem ignorantem & iustam perdes? Nónne ipsi dixerunt se germanitate coniunctos? Surrexit ergo mane Abimelech & accepit mille didrachmas argēti, & oues, & uitulos, & pueros, & ancillas & dedit Abrahæ, atq; à se mulierē remisit intactam. Orauit uero deū Abraham pro Abimelech, & sanauit deus Abimelech, & uxorē eius & ancillas eius. Cur autem hæc tāta prolixitate narrauerit, accipe breuiter in his quę secutus adiūxit: Deus, inquit, orante Abraham curauit potentia dispēsationis secreta, quæ amota est uerēdis uilitū fœminarū, quia clauserat deus à foris omnem uulua in domo Abimelech. Vide ergo, inquit, utrū naturaliter malum dici debet, quod interdū aufert exasperatus deus, redditq; placatus? Ipse, inquit, facit & piorū filios & impiorū, quoniam quòd fiunt parentes, ad naturam pertinet, quæ deo gaudet authore: quòd autem impij sunt, ad studiorum prauitatē, quæ unicuiq; de libera uoluntate contingit.

Augustinus His omnibus quæ tam multa dixit, respondemus: nihil diuinis testimonijs, quę interposuit, esse dictum de pudēda libidine, quam dicimus nō fuisse in corpore beatorum, quando nudi erant & nō
Ca.XIIII confundebantur. Nam primum illud Apostoli de seminibus dictum est frumentorum, quæ prius moriuntur, ut uiuificētur. Quam sententiam scili-
1.Cor.15 cet Apostolicā, quo consilio nescio, noluit iste cōplere: nam eam hucusq; commemorauit: Insipiēs tu, quod seminas nō uiuificatur. Apostolus autem addidit: nisi prius moriatur. Sed iste quantū existimo, quod de frumentis dictū est, de humano semine accipi uoluit ab eis qui hæc legūt, & scripturas sanctas, uel nesciunt, uel non recordantur. Deniq; non solum istam sententiā decurtauit, ut non adderet nisi prius moriatur, uerumetiam sequētia prętermisit, ubi aperuit Apostolus de quibus seminibus loqueret. Ait enim Apostolus: Et quod seminas, nō corpus quod futurū est seminas, sed nudū granū forte tritici, aut alicuius cæterorū. His prętermissis iste cōtexuit, quod deinde dicit Apostolus: Deus autem illi dat corpus prout uult, & unicuiq; seminū propriū corpus: tanq̄ de cōcumbente homine dixerit Apostolus: Insipiēs tu, quod seminas non uiuificatur: ut intelligeremus nō ab homine cōcubitu filios semināte, sed à deo uiuificari semen humanū. Sic enim fuerat prælocutus, quia uoluptas illa nō explet operationis uicem, sed de thesauris naturæ offert deo, unde ille hominem dignetur operari. Et subiūxit testimoniū, quasi hoc dixerit Apostolus: Insipiens tu, quod seminas non uiuificatur: hoc est à te nō uiuificatur, sed deus hominē de tuo semine operatur: tanq̄ ab Apostolo media illa quæ prætermisit iste, non dicta sint, atq; ita se habeat eius sententia uelut de humano semine loqueretur: Insipiens tu, quod seminas non uiuificat, deus autē illi dat corpus prout uult, & unicuiq; seminum propriū corpus. Deniq; post hæc Apostoli uerba sic infert sua: Si ergo deus, inquit, humano semini, quod nemo negat uel prudentiū uel piorū propriū, sicut omnibus rebus corpus attribuit, quasi Apostolus de humano semine in illo testimonio sit locutus. De qua fraude quid adiuuatur eius intētio cū aliquāto attentius cogitarē, nihil potui reperire, nisi quia testem uoluit adhibere Apostolum quo probaret deū, quod & nos dicimus, de humanis seminib. hominē operari. Et cū ei testimoniū nullū occurreret, isto abusus est fraudulenter, timens utiq; ne forte si appareret Apostolū non de humanis seminibus, sed de frumentis illa dixisse, hinc admoneremur, unde refutaret nō religiosæ uoluntatis, sed libidinosæ uoluptatis pudens nominator & impudens prędicator. De ipsis quippe seminibus, quæ in agris agricolæ semināt, potest iste redargui. Cur enim non credamus deū potuisse in paradiso cōcedere homini beato de suo semine, quod cōcessum uidemus agricolis de tritici semine: ut eo modo fereretur illud sine ulla pudenda libidine, ad uoluntatis nutum mēbris obsequētibus genitalibus: sicut hoc feritur sine ulla pudenda libidine, ad uoluntatis nutum agricolarum obsequentibus manibus, honestiore in parētibus gignēdorum desiderio filiorum, quàm est in aruinis implendorum horreorum: ac deinde creatore omnipotēs incōmutabili ubiq; præsentia & creatrice potentia de seminibus hominū prout uellet, quod & nunc facit operaretur in fœmina, sicut de seminibus frumentorū prout uult operatur in terra, beatis matribus sine libidinosa uoluptate concipientibus, sine erumnoso gemitu parientibus: quandoquidē in illa felicitate & in corpore nondū mortis huius, sed uitæ illius non esset fœminis in excipiēdis seminibus quod puderet, sicut nō esset in ædendis fœtibus, quod doleret? Quisquis autē non credit, uel credi non uult, hominibus ante omne peccatū in illa paradisi felicitate uersantibus hoc po

hoc potuisse dei uoluntate & benignitate cõcedi, A
nõ optandæ fœcunditatis laudator, sed pudendæ
uoluptatis amator est. Item aliud ex libro diui-
norũ testimoniũ, quod posuit de Abimelech, & deo
uolente clausa omni uulua in domo eius, ne mulie
res eius parerẽt, atq; aperta rursus ut parerẽt, quid
ad rem pertinet? quid habet de illa pudenda libidi
ne, de qua nunc quæstio est? Nunquid ipsam deus
detraxit illis fœminis, reddiditq; cum uoluit? Sed
pœna fuit ut párere non possent, beneficium uero
ut parere possent more huius corruptibilis carnis.
Non enim tale beneficium deus cõferret corpori
mortis huius, quale non haberet, nisi corpus uitæ
illius in paradiso ante peccatum, ut & conceptus
proueniret sine libidine pruriẽte, & partus sine do
lore cruciante. Cur autem non intelligamus, quã-
doquidem dicit scriptura, à foris omnem uuluam B
fuisse conclusam, aliquo dolore factum esse, ut nõ
possent fœminæ concubitum perpeti, qui dolor
deo succensente fuisset inflictus, miserante detra-
ctus? Nam si ad impedimentum ferendæ prolis es-
set libido detrahenda, uiris esset detrahenda, nõ fœ
minis: Fœmina enim posset uoluntate concumbe
re, etiam desistente libidine qua stimularetur: si ui-
ro nõ deesset, qua excitaretur. Nisi forte quia scri-
ptum est: & ipsum Abimelech fuisse sanatum, uiri
lem dicturus est ei libidinem redditã. Quam pro-
fecto si amiserat, quid opus fuit eum diuinitus ad-
moneri, ut Abrahæ nõ misceretur uxori? Sed sa-
natũ dicit, quia domus eius ab illa peste sanata est.

Iam nunc illa tria uideamus, quorũ triũ quodli-
bet dixerimus, nihil ait dici posse prophanius, q C
hominem deus aut nõ fecerit, aut diabolo fecerit,
aut certe diabolus dei sit imaginem, hoc est homi
nem fabricatus. Horũ triũ primum & nouissimũ,
non dici à nobis etiam ipse si non sit excors, aut ni
miũ peruicax, cõsitetur. De illo quæstio est quod
secũdo medioq; loco posuit, ubi sic fallitur, ut à no
bis hoc existimet dici, q diabolo deus hominẽ fe-
cerit, tanq; in hominib. quos deus ex hominibus
parentibus creat, hoc intendat, hoc curet, hoc sui
operis ratione prouideat, ut habeat diabolus ser-
uos, quos ipse sibi facere non potest. Absit ut hoc
qualiscunq; uel puerilis pietas suspicet. Bonitate
sua deus facit homines, & primos sine peccato, &
cęteros sub peccato, in usus profundarũ cogitatio
nũ suarũ. Sicut em̃ de ipsius diaboli malitia nouit D
ille quid agat, & quod agit iustũ est & bonũ, quã-
uis sit de quo agit iniustus & malus, nec eum pro-
pterea creare noluit, quia malum futurũ esse præ-
sciuit: ita de uniuerso genere humano, quãuis nul-
lus hominũ sine peccati sorde nascatur, bonũ ille,
qui summe bonus est operat̃, alios faciẽs tanq; ua
sa misericordiæ, quos gratia discernat ab eis, qui
uasa sunt irę: alios tanq; uasa iræ, ut notas faciat di
uitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ. Eat iste nũc
& aduersus Apostolũ cuius ista sententia est argu
mentetur, imò aduersus ipsum figulum, cui respõ-
dere prohibet Apostolus dicens: O homo tu quis
es qui respõdeas deo? Nunquid dicit figmentũ ei
qui se finxit, quare sic me feciſti? An non habet po

testatẽ figulus luti ex eadẽ massa facere, aliud uas
in honorẽ, aliud in contumeliam? Nunquid ergo
iste negat uasa iræ esse sub diabolo? Aut quia sub
diabolo sunt, alius ea q̃; ille facit, qui uasa miseri-
cordiæ facit? Aut aliunde & non ex eadem massa
facit? Hic itaq; dicat: Ergo deus uasa diabolo fa-
cit, quasi nesciat deus sic eis uti ad opera sua iusta
& bona, sicut ipso utitur diabolo. An uero filios Cap. XVII
perditionis hædos sinistræ partis diabolo pascit,
& diabolo nutrit & uestit, qui facit solem suũ oriri
super bonos & malos, & pluit super iustos & iniu
stos? Sic itaq; creat malos quomodo pascit & nu-
trit malos: quia quod eis creãdo tribuit, ad natũræ
pertinet bonitatẽ, & quod eis pascẽdo & nutrien-
do dat incrementũ, non utiq; malitiæ eorũ, sed ei-
dẽ bonæ naturæ, quã creauit bonus, bonũ tribuit
adiumentũ. Inquantũ enim homines sunt, bonum
est naturæ, cuius author est deus: inquantũ autem
cum peccato nascuntur, perituri si nõ renascãtur,
ad semen pertinent maledictum ab initio, illius an
tiquæ inobedientiæ uitio. Quo tamen bene utitur
factor etiã uasorũ iræ, ut notas faciat diuitias glo-
rię suę in uasa misericordię, ne meritis suis tribuat,
si ad eandẽ massam quisq; pertinẽs gratia liberet̃,
sed qui gloriatur, in domino gloriet̃. Ab hac fide
apostolica atq; catholica ueracissima atq; funda-
tissima, cũ Pelagianis iste discedens, non uult na-
scentes esse sub diabolo, ne paruuli portentur ad
Christum, ut eruantur à potestate tenebrarũ, & in
regnum ipsius transferantur. Ac sic accusat ec- Ca. XVIII
clesiam toto orbe diffusam, in qua ubiq; omnes ba
ptizandi infantuli non ob aliud exufflantur, nisi ut
ut ab eis princeps mundi mittatur foras, à quo ne-
cesse est uasa iræ possideantur, cũ ex Adam nascũ-
tur si in Christo non renascantur, & in eius regnũ
per gratiam facta uasa misericordiæ transferãtur.
Contra istam fundatissimam ueniens ueritatẽ, ne
uniuersam Christi ecclesiã oppugnare uideatur,
quasi me unũ alloquitur, & uelut corripiẽs atq; ad
monens dicit: Etiam te deus fecit, sed quod est fa-
tendum, grauius error infecit. Sanè quod deus me
fecerit agnosco, gratias ago, qui tamẽ cũ iræ uasis
perissem, si tantum ex Adã me feciſſet, & in Chri
sto nõ refeciſſet. Quod cũ possessus Pelagiana im
pietate nõ credit, si in tanto malo in finẽ usq; per-
durat, non ipsi sed catholici uideãt qualis & quan
tus eũ error non infecerit, sed planè interfecerit.

Attende sequentia: Quod autem, inquit, filij ex *Argumenta aduersarij* Ca XIX
coniugio susceptí naturaliter boni sint, Apostolo *Rom. 1*
dicente discamus, qui ait de improbis: Relicto na
turali usu fœminæ exarserũt in desideria sua in in-
uicem masculi in masculos turpitudinem operan-
tes. Ostendit ergo, inquit, usum fœminę & natura
lem esse, & pro suo modo laudabilẽ: flagitiũ autẽ
ex uolũtate propria exerceri cõtra institutiõis pu-
dorẽ. Merito itaq;, inquit, & in bene utentibus ge
nus concupiscentiæ moduscq; laudatur, & in turpi
bus excessus eius punitur. Deniq; eodem tempo-
re deus Abrahæ & Saræ marcentia æuo membra
uegetauit, quo in Sodomis ipse igneo imbre puni
uit. Si igitur putas, inquit, accusandũ mẽbrorum

Vtilem con-
cubitu quid
Cap. XV

Deus gignit
malos, sed in
bonum suum
Cap. XVI

uigorem, quoniam per ipsum Sodomitæ flagitijs obligati sunt, accusabis etiã creaturã panis & uini, quoniã hinc quoq; eos peccasse scriptura diuina significauit. Dicit eñ dominus per Ezechielẽ Ezech. 16 prophetam: Veruntamen hæ iniquitates Sodomę sororis tuæ: Superbia in saturitate panum & abundantia uini fluebant, ipsa & filij eius: & manũ pauperis & egentis nõ adiuuabant. Elige iam, inquit, utrũ mauis, aut reputa diuino operi cõmixtionẽ corporum, aut creaturã panis & uini similiter malũ esse defini. Quod si feceris, aperte Manichæus esse conuinceris. Concupiscẽtiæ autem naturalis, quĩ modũ tenet, bene utitur bono, qui modũ non tenet, bono male utitur. Quid dicis ergo? inquit. Ita nuptiarum bonũ malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, sicut adulteriorum malum bono naturali, quod inde nascitur, non potest excusari? His sermonibus, inquit, quod negaueras concessisti, quod concesseras sustulisti, & nihil magis laboras, q̃ ut parum intelligaris. Ostende sine cõmixtione nuptias corporales: aut unum aliquid huic operi nomẽ imponito, & uel bonũ, uel malũ coniugiũ nuncupato. Spopõdisti utiq; bona te definire cõiugia. Si coniugiũ bonũ, si homo fructus coniugij bonus, si hic fructus opus dei malus esse non potest, qui per bonũ ex bono nascitur, ubi igitur originale malũ, quod tot præiudicijs interemptum est? Responsio Ca. XX Ad hæc respondeo: non solum filios ex cõiugio, uerũetiam ex adulterio bonũ aliquod esse, secundum opus dei quo creati sunt. Secundũ autẽ originale peccatũ, in damnationẽ nasci ex Adam primo, non solum si de adulterio, uerumetiã si de coniugio generentur, nisi in Adam secundo qui est Christus regenerẽtur. Quod autẽ ait Apostolus de improbis: Relicto naturali usu fœminæ Rom. 1 exarserũt in desideria sua, in inuicẽ masculi in masculos turpitudinẽ operantes: non dixit usum cõiugalem, sed naturalem, eũ uolens intelligi, qui fit mẽbris ad hoc creatis, ut per ea possit ad generandum sexus uterq; misceri. Ac per hoc cum eisdem membris etiam meretrici quisq; miscetur, naturalis est usus, nec tamẽ laudabilis, sed culpabilis. Ab ea uero parte corporis, quæ non ad generandum est instituta, si & coniuge quisq; utatur, contra naturam est & flagitiosum. Denicq; prius idem Apostolus de fœminis dixit: nã fœminæ eorum immutauerunt naturalem usum in eum qui est contra naturam; deinde, masculis in masculos turpitudinem operantib. relicto usu fœmineo naturali. non ergo isto nomine, id est, usu naturali, cõiugalis est laudata commixtio, sed immundiora & sceleratiora flagitia denotata sunt, quàm si & illicite fœminis, Cap. XXI sed tamen & naturaliter uterentur. Panem uero & uinum sic non reprehendimus propter luxuriosos & ebriosos, quomodo nec aurũ propter cupidos & auaros. Quo circa commixtionẽ quoque honestam coniugũ non reprehendimus propter pudendam corporũ libidinem: Illa enim posset esse nulla præcedente perpetratione peccati, de qua non erubescerent coniugati, hæc autem exor Gen. 3 ta est post peccatum, quam coacti sunt uelare con

A fusi. Vnde remansit posterioribus cõiugatis, quãuis hoc malo bene & licite utentibus, in eiusmodi opere humanum uitare conspectum, atq; ita confiteri quod pudendum est, cum debeat neminẽ pudere quod bonum est. Sic insinuantur hæc duo, & bonum laudandæ coniunctionis, unde filij generentur, & malum pudendæ libidinis unde qui generantur regenerandi sunt, ne damnentur. Proinde pudenda libidine, qui licite concũbit, malo bene utitur: qui autem illicite, malo male utitur. Rectius enim accepit nomen mali quàm boni, quod erubescunt & mali & boni. Meliusq; credimus ei qui dicit: Scio quia non habitat in me, hoc est, in Rom. 7 carne mea bonum: quàm huic qui dicit hoc bonũ, unde si confunditur, confitetur malum, si autẽ nõ cõfunditur, addit impudentiam peius malum. Recte igitur diximus: Ita nuptiarum bonum malo originali quod inde trahitur non potest accusari, sicut adulteriorum malum bono naturali, quod inde nascitur, non potest excusari: quoniã natura humana quæ nascitur, uel de coniugio, uel de adulterio, dei opus est. Quæ si malum esset, non esset generanda: si malum non haberet, non esset regeneranda. Atq; ut ad unum uerbum utrumq; concludam, natura humana si malum esset, saluãda nõ esset: si ei mali nihil inesset, saluanda nõ esset. Qui ergo dicit eam bonum non esse, bonum negat cõditæ creatorem. Qui uero negat ei malum inesse, misericordem uitiatæ inuidet saluatorẽ. Quapropter in hominib. nascentibus neq; excusanda sunt adulteria per bonũ, quod inde à conditore bono creatũ est, nec accusanda coniugia per malũ, quod ibi à misericorde saluatore sanãdum est. Ostende, inquit, sine commixtione nuptias corporales. Ca. XXII Non ostendo ego nuptias corporales sine commixtione, sed nec ipse ostendit eandem commixtionem sine confusione. In paradiso autem si peccatũ non præcessisset, nõ esset quidem sine utriusq; sexus commixtione generatio, sed esset sine confusione cõmixtio. Esset quippe in coeundo trãquilla mẽbrorum obedientia, non pudenda carnis cõcupiscentia. Proinde coniugium bonũ est, unde ordinate seminatus nascitur homo, & fructus coniugij bonus est, quod est ipse qui ita nascitur homo, sed peccatum malũ est, cũ quo nascitur omnis homo. Deus quippe fecit, & facit hominẽ, sed per unũ hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Nouo, inquit, genere Ca. XXIII diffẽrendi & catholicũ te profiteris, & Manichęo patrocinaris, dicẽdo nuptias, & magnũ bonum & magnũ malum. Prorsus quid loquatur ignorat, Augustinus siue ignorare se simulat. Aut eñ non intelligit, aut nõ uult intelligere quid dicamus. Sed si nõ intelligit, præoccupatione impeditur erroris. At si non uult quid dicamus intelligere, peruicaciæ uitium est, quo suũ defendit errorẽ. Et Iouinianus qui paucos ante annos nouellam conatus est hæresim cõdere, Manichæis patrocinari dicebat catholicos, quòd aduersus eũ sanctam uirginitatẽ nuptijs præferebant. Sed responsurus est iste, non se quod Iouinianus

uinianus de indifferentia nuptiarū uirginumq; sen A
tire. Nec ego id dico quod illi hoc sentiant, uerū-
tamen per louinianū catholicis Manichæos obij-
cientem non esse hoc nouum, noui hæretici reco-
gnoscant. Nos itaq; nuptias bonum dicimus esse,
non malum. Sed sicuti Arriani Sabellianos nos
esse criminantur, quamuis non dicamus, unū eun
demq; esse patrem & filium & spiritum sanctum,
quod Sabelliani dicunt: sed dicamus unam ean-
demq; esse naturam patris & filij & spiritus sancti,
quod catholici dicunt, ita Pelagiani nobis Mani-
chęos obijciunt, quamuis nora dicamus malū esse
nuptias quod dicunt Manichæi: sed dicamus ma-
lum primis hominibus, id est primis cōiugibus ac
cidisse, & inde in omnes homines pertrāsisse, quod
dicunt catholici. Sed sicut Arriani dum Sabellia-
nos fugiunt, in peius aliquid inciderunt quia trini B
tatis ausi sunt nō personas discernere, sed naturas:
ita Pelagiani dum Manichæorum pestem in per-
uersum uitare conantur, de nuptiarū fructu, ipsis
Manichæis conuincunt pernitiosiora sentire, cre-
C. XXIIII dendo paruulos Christo medico nō egere. De-
Iulianus finis, inquit, hominem si de fornicatione nascatur
reum non esse: si de coniugio, innocētem nō esse.
Huc enim peruenit quod dixisti, bonum naturale
de adulterijs posse subsistere, malum originale e-
Augustinus tiam de coniugio trahi. Frustra omnino cona-
tur apud intelligentem lectorē, quæ sunt recta per
uertere: Absit enim ut dicamus hominem si de for
nicatione nascatur reum nō esse: Sed dicimus ho-
minē, siue de coniugio, siue de fornicatione nasca-
tur bonū aliquod esse, propter authorem naturæ
deū: malū aliquod trahere, propter originale pec- C
catū. Quod ergo dicimus bonū naturale etiam de
adulterijs posse subsistere, malū autē originale etiā
de coniugio trahi, non huc peruenit quod ille co-
natur adducere, non nasci reū de adulterijs, nec in-
nocentem de nuptijs: sed ex utroq; reū generatio-
ne factum, propter originale delictū, & utrūq; re-
generatione absoluendum, propter naturæ bonū.
& XXV Vnum ex his, inquit, uerum est, alterum falsum.
Huic eadem breuitate respōdeo. Imò utrumq; ue-
rum est, neutrum falsum. Verum est, inquit, quod
adulteriorum culpam homo qui inde nascitur, nō
potest excusare, quia quod adulteri fecerunt, ad ui
tium pertinet uoluntatis, quòd autem genuerunt,
ad laudem spectat fœcunditatis: quia si quis furti- D
uum triticū serat, non nascitur messis obnoxia. Vi
tupero itaq;, inquit furē, sed laudo segetem: Inno-
centem pronuncio, qui nascitur ex generositate se
1.Cor.15 minū dicēte Apostolo: Deus illi dat corpus prout
uult, & unicuiq; seminum proprium corpus: con-
demno uero flagitiosum, qui ex propositi peruersi
CXXVI tate peccauit. Ad hæc adiūgit & dicit: Prorsus
autem si malum de nuptijs trahitur, accusari pos-
sunt, excusari non possunt. Et in diaboli iure opus
earū fructumq; constituis, quia omnis causa mali,
expers boni est. Homo autē, inquit, qui de nuptijs
nascitur, nō criminibus, sed seminibus imputatur.
Seminum uero causa in cōditione corporum est,
quibus corporibus qui male utitur boni meritum
non genus sauciat. Liquido igit̄, inquit, claret bo-
num non esse causam mali. Si ergo, inquit, trahi-
tur & de nuptijs originale malū, causa mali est cō-
uentio nuptiarum: Et necesse est malum esse per
quod & ex quo malus fructus apparuit, dicēte do-
mino in euangelio: Ex fructibus suis arbor cogno Matth.7
scitur. Quomodo, inquit, tu audiēdus putaris, qui
dicis bonum esse coniugium, de quo nihil aliud q̄;
malum prodire definis? Constat igitur mala esse
coniugia si peccatū inde originale deducitur, nec
posse defendi, nisi fructus eorum innocens appro-
betur. Defenduntur autem & bona pronuncian-
tur, fructus ergo approbatur innocuus. Ad hęc Augustinus
respōsurus, prius uolo esse intentum lectorem, ni
hil agere istum nisi ut saluator non sit paruulis ne-
cessarius, quos peccata prorsus à quibus saluentur
negat habere. Hæc tanta peruersitas & tātę inimi-
ca gratiæ dei, quæ data est per Iesum Christū domi Lucæ 19
num nostrū, qui uenit quærere & saluare quod pe
rierat, insinuare se nititur cordibus parū intelligē-
tium, laude operum diuinorū, hoc est, laude natu-
ræ humanæ, laude seminis, laude nuptiarū, laude
utriusq; sexus commixtionis, laude fœcunditatis,
quæ omnia bona sunt. Nolo enim dicere laude libi-
dinis, quia eam & ipse nominare confunditur, ut
aliud aliquid, non ipsam laudare uideatur: Ac per
hoc mala quæ acciderunt naturæ, non discernen-
do ab ipsius bonitate naturę, non eam quia falsum
est, ostendit sanam, sed sanari non permittit ægro-
tā. Et ideo illud quod diximus, quòd adulteriorū
culpam, bonū quod inde nascitur, id est, homo nō
potest excusare, uerum esse concedit: & hoc unde
nulla inter nos quæstio est, etiā similitudine furis
furtiuum triticum seminantis, de quo utiq; bona
messis nascitur, astruit & confirmat ut potest. Illud
autē alterū quod diximus, nuptiarum bonum ma-
lo originali quod inde trahitur, non potest accusa
ri, non uult consentire quod uerum sit, quia si con
senserit, nō Pelagianus hæreticus, sed Christianus
catholicus erit. Prorsus, inquit, si malū de nuptijs
trahitur, accusari possunt, excusari nō possunt, &
in diaboli iure opus earū fructumq; cōstituis, quia
omnis causa mali, expers boni est. Et ad hoc cętera
attexit, ut probet causam mali bonam esse nō pos-
se, & ideo nuptias quia bonum sunt, causam mali
non esse, ac per hoc de illis peccatorē, qui necessa-
riū habeat saluatorē, nasci omnino nō posse: quasi
nos nuptias causam dicamus esse peccati, quāuis
homo qui ex illis nascitur, nō nascatur sine pecca-
to. Nuptiæ quidem institutę sunt causa generādi,
nō peccādi, propter quod illa à domino est benedi
ctio nuptiarū: Crescite & multiplicamini & reple- Gen.1
te terrā. Peccatū autem quod à nascentibus trahi-
tur, nō ad nuptias pertinet, sed ad malum quod ac
cidit hominibus, quorū cōiunctione sunt nuptiæ.
Nam malū pudēdæ libidinis, & potest esse sine nu
ptijs, & potuerunt esse nuptiæ sine illo: ad cōditio-
nem autē corporis pertinet, nō uitæ illius sed mor
tis huius, ut nunc nuptiæ nō possint esse sine illo,
quāuis ipsum possit esse sine illis. Nā utiq; sine nu-
ptijs est pudenda carnis concupiscentia, quando

Universidad de Deusto
Biblioteca

adulteria & quæq; ſtupra atq; immunda committit, longe contraria pudicitiæ nuptiarum: aut quãdo nulla iſta committit, quia homo nulla conſenſione permittit, & tamen ſurgit & mouetur & mouet, & plerunq; in ſomnis ad ipſius operis ſimilitudinem & ſuæ motionis peruenit finem. Hoc ergo malum nec in ipſis nuptijs malũ eſt nuptiarũ, ſed habẽt illud in corpore mortis huius paratũ etiam ſi nolint, ſine quo non poſſunt implere quod uolunt. Non igitur ab earum inſtitutione, quæ benedicta eſt, ad eas uenit: ſed ab eo quod ex uno homine peccatũ intrauit in mũdũ, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo oẽs peccauerũt. Quid eſt ergo quod ait: Ex fructibus ſuis arbor cognoſcit, quia hoc in euãgelio dixiſſe dominum legimus: nunquid inde dominus loquebatur, & non potius de duabus uoluntatibus hominũ, bona ſcilicet & mala, iſtam bonã, illam malã arborẽ dicẽs: quia de bona uoluntate bona opera naſcunt, & mala de mala, nec poſſunt bona de mala, & mala de bona? Quod ſi nuptias tanq; arborẽ bonã ſecundum iſtam quam cõmemorauit euãgelicã ſimilitudinẽ poſuerimus, profecto ex contrario fornicationẽ poſituri ſumus arborem malam. Quamobrẽ ſi homo ita dicitur fructus nuptiarũ, tanq; bonus ex arbore bona, proculdubio naſci homo de fornicatione nõ debuit: Mala quippe arbor bonos fructus nõ facit. Porrò ſi dixerit, nõ illic arboris loco ponendũ eſſe adulteriũ, ſed naturã potius humanã, de qua naſcitur homo: ita etiã hic non erit arbor connubiũ, ſed natura humana, de qua naſcit homo. Nihil proinde ualet ad iſtam queſtionẽ ſimilitudo illa euãgelica, qa nõ ſunt nuptiæ cauſa peccati, quod trahit à naſcẽte, & expiat in renaſcente, ſed uoluntariũ peccatũ hominis primi, originalis eſt cauſa peccati. Dicis iterũ, inquit, Nam ſicut peccatũ, ſiue hinc, ſiue inde à paruulis trahatur, opus eſt diaboli, ſic homo ſiue hinc ſiue inde naſcatur, opus dei eſt. Et dixi hoc, & uerißime dixi: Et ſi non Pelagianus ſed catholicus eſſet, nihil aliud & in catholica diceret. Quid eſt ergo quod quærit à nobis, per quid peccatũ inueniatur in paruulo, utrum per uoluntatẽ, an per nuptias, an per parentes? Sic enim loquitur, & tanq; ad omnia iſta reſpondet, & à peccato quaſi cũcta illa purgando, nihil uult remanere unde peccatũ inueniatur in paruulo. Verba denicq; iam ipſa eius attende. Per quid igitur, inquit, peccatũ inuenitur in paruulo? Per uoluntatem? Nulla in eo fuit. Per nuptias? Sed hæc pertinẽt ad opus parentũ, quos in hoc actu non peccaſſe præmiſeras, ſed quãtum ex conſequentibus apparet, non hoc uere conceſſeras. Ipſæ ſunt igitur execrandæ nuptiæ, inquit, quæ cauſam fecerunt mali, ſed illæ ſolæ opus indicant perſonarũ. Parentes igitur qui conuentu ſuo cauſam fecere peccato, iure damnabiles ſunt. Ambigi ergo, inquit, iam nõ poteſt, ſi tuam ſequamur ſententiam, coniuges æterno ſupplicio mãcipari, quorum labore actum eſt, ut ad dominatum exercendũ in homines diabolus perueniret. Et ubi eſt quod pauloante hominem opus dixeras dei, quia

c. xxvii

Iulianus

A ſi per originem malum in hominibus, per malum ius diaboli in homines, dñabolum dicis authorem eſſe hominum à quo eſt origo naſcentium? Si autem credis à deo hominem fieri & eſſe cõiuges innocentes, uide quàm ſtare non poſſit ex his originale peccatum. Ad omnia iſta huic reſpondit Auguſtinus Apoſtolus, qui neq; uoluntatem arguit paruuli, quæ propria nondum eſt in illo ad peccandũ: neq; nuptias inquantum nuptiæ ſunt, quæ habẽt à deo nõ ſolum inſtitutionem, uerumetiam benedictionem: neq; parentes, inquantum parentes ſunt, inuicem licite atq; legitime ad procreandos filios cõ iugati. Sed per unum hominem, inquit, peccatum Rom. 5
in hunc mũdum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerunt. Quod iſti ſi catholicis auribus men-
B tibusq; perciperent, aduerſus fidẽ gratiamq; Chriſti rebelles animos non haberent, neq; conarẽtur inaniter ad ſuum proprium & hæreticũ ſenſum, hæc apoſtolica uerba tam dilucida, & tam manifeſta conuertere: aſſerẽtes hoc ideo dictũ eſſe, quòd Adam peccauerit primum, in quo de cætero quiſquis peccare uoluerit, peccandi inuenit exemplũ: ut peccatum ſcilicet non generatione ab illo uno in omnes homines, ſed illius unius imitatiõe trãſiret: Cum profecto ſi Apoſtolus imitationem hic intelligi uoluiſſet, non per unum hominẽ, ſed per diabolum potius in hunc mundum peccatum intraſſe, & per omnes homines pertranſiſſe dixiſſet.
De diabolo quippe ſcriptum eſt: Imitantur autem Sapien. 2
eum, qui ſunt ex parte ipſius. Sed ideo per unum
C hominem dixit, à quo generatio utiq; hominũ cœpit, ut per generationem doceret iſſe per omnes originale peccatum. Quid autem aliud indicant etiam ſequentia uerba apoſtolica? Cum enim hoc dixiſſet, adiunxit: Vſq; enim ad legem peccatum in mũdo fuit, id eſt, quia nec lex potuit auferre peccatum. Peccatum autem, inquit, non deputabatur cum lex non eſſet. Erat ergo, ſed nõ deputabatur, quia nõ oſtendebatur quod deputaretur. Sicut eñ alibi dicit, per legẽ cognitio peccati: ſed regnauit inq;t, mors ab Adã uſq; ad Moyſen: hoc eſt quod ſuprà dixerat, uſq; ad legem: non ut à Moyſe deinceps non eſſet peccatũ: ſed quia nec per Moyſen lex data regnum potuit mortis auferre, quæ non regnat utiq; niſi per peccatum. Regnũ porrò eius
D eſt, ut hominem mortalem in ſecũdam etiam quæ ſempiterna eſt præcipitet mortem. Regnauit autem: In quibus? In his, inquit, qui non peccauerũt 1. Cor. 15
in ſimilitudinem præuaricationis Adę, qui eſt forma futuri. Cuius futuri, niſi Chriſti? Et qualis forma, niſi à contrario? Quod etiam alibi breuiter dicit: Sicut in Adã omnes moriuntur, ita & in Chriſto omnes uiuificabuntur. Sicut in illo illud, ita & in iſto iſtud. Ipſa eſt forma, ſed hæc forma nõ oñi ex parte conformis eſt, unde hic Apoſtolus ſecutus adiunxit: Sed non ſicut delictum, ita eſt & do- Rom. 5
natio. Si enim ob unius delictũ multi mortui ſunt, multo magis gratia dei, & donũ in gratia unius hominis Ieſu Chriſti, in multos abundauit. Quid eſt, multo magis abundauit; niſi quia omnes qui per Chriſtum

Universidad de Deusto
Biblioteca

Christum liberant, tẽporaliter propter Adam mo A riuntur: ꝓpter ipsum aũt Christũ sine fine uicturi sunt? Et non, inquit, sicut per unũ hominẽ peccantem, ita est & donũ. Nam iudiciũ quidẽ ex uno in condemnationẽ, gratia aũt ex multis delictis in iustificationẽ. Ex uno ergo quid, nisi delicto? qa sequitur, gratia aũt ex multis delictis. Dicant isti quomodo ex uno delicto in condemnationem, nisi qa sufficit ad condemnationẽ etiam unum originale peccatum, quod in oẽs homines pertransijt? Gratia uero ideo ex multis delictis ad iustificationem, qa nõ solum illud unum soluit, qd' originaliter trahitur, sed etiam cætera, quæ in unoquoq; homine motu proprię uoluntatis adduntur. Si eñ ob unius delictũ mors regnauit per unum, multo magis qui abundantiam gratiæ & iustitię accipiunt, in ui B ta regnabũt per unum Iesum Christum. Itaq; sicut per unius delictum in oẽs homines ad condemnationem, ita & per unius iustificationẽ in omnes homines ad iustificationẽ uitæ. Adhuc permaneant in uanitate mentis suæ, & dicant unum hominem non propaginem traiecisse, sed exemplum prębuisse peccati. Quomodo ergo per unius delictũ in omnes homines ad cõdemnationẽ, & non potius per multa sua cuiusq; delicta: nisi quia etiã si illud unum sit tantum, idoneum est perducere ad condemnationẽ, etiam nullis additis cęteris, sicut perducit paruulos moriẽtes qui ex Adam nascuntur, nisi in Christo renascant? Quid ergo à nobis quærit iste, qui non uult ab Apostolo audire, per quid peccatum inueniatur in paruulo, utrum per uolũ- C tatem, an per nuptias, an per parẽtes? Ecce audiat per quid, audiat & taceat, per quid peccatum inueniatur in paruulo, Per unius delictum, inquit Apostolus, in omnes homines ad condemnationẽ. Omnes autẽ dixit ad condemnationem per Adam, & omnes ad iustificationẽ per Christũ: cum utiq; non omnes eos qui moriuntur in Adam, transferat Christus ad uitã: sed omnes dixit atq; omnes, quia sicut sine Adam nullus ad mortem, ita sine De natura & gratia contra Pelagianos cap. 41 Christo null⁹ ad uitã. Sicut dicimus de literarũ magistro, si in ciuitate solus est: omnes iste hic literas docet: nõ quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab ipso. Deniq; autẽ quos omnes dixerat, multos postea dixit, eosdem ipsos tamen omnes multosq; significans. Sicut enim, inquit, per inobedientiam unius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita & per unius obedientiam iusti cõstituentur multi. Adhuc quærat per quid peccatum inueniatur in paruulo. Respondeãt ei paginæ sanctæ, Per unum hominem peccatum in hunc mundum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Ob unius delictum multi mortui sunt, iudicium ex uno in condemnationem: ob unius delictũ mors regnauit per unum, & per unius delictũ in oẽs homines in condemnationem: per unius inobedientiam peccatores cõstituti sunt multi. Ecce per quid delictum Caput XXVIII Iuliani inuenitur in paruulo. Iam credat originale peccatũ, sinat uenire paruulos ut saluẽtur, ad Christum. Quid est quod dicit, Non peccat iste qui nasci- tur, non peccat ille qui genuit, non peccat iste qui condidit, per quas rimas inter tot præsidia innocẽtiæ, peccatum fingis ingressum? Quid quærit latentem rimam, cum habeat apertissimã ianuam? Per unum hominem ait Apostolus, per unius delictum ait Apostolus, per inobedientiam unius hominis ait Apostolus, Quid quærit ampliusꝰ Quid quærit apertius? quid quęrit inculcatius? Si peccatum, inquit, ex uoluntate est, mala uoluntas quæ peccatum facit: si ex natura, mala natura. Cito respondeo, Ex uoluntate peccatũ est. Quærit forte, utrum & originale peccatũ. Respõdeo, prorsus & originale peccatum, quia & hoc ex uoluntate primi hominis seminatum est, ut & in illo esset, & in oẽs trãsiret. Sed qd' secutus adiunxit, Si ex natura, mala natura: quæro ab illo ut si potest respõdeat, Sicut manifestum est, ex uoluntate mala tanquam ex arbore mala, fructus eius fieri omnia opera mala: sic ipsam uoluntatem malam, id est fructũ malorum, arborem malam unde dicat exortam. Si ex angelo, quid erat ipse angelus, nisi bonũ opus dei? Si ex homine, quid erat ipse homo, nisi bonum opus dei? Imò quia uolũtas mala angeli ex angelo, ex homine homini orta est, quid erant hęc duo antequam in eis ista mala orirẽtur, nisi bonum opus dei, & bona atq; laudãda natura? Ecce ergo ex bono oritur malũ, nec fuit omnino unde oriri posset, nisi ex bono: ipsam dicam uolũtatẽ malam, quam nullum præcessit malum, non opera mala, quæ nõ sunt nisi ex uolũtate mala, tanquã ex arbore mala: nec ideo tamen potuit ex bono orini uoluntas mala, quia bonum factum est à deo bono, sed quia de nihilo factum est, non de deo. Quid ergo est quod dicit, si natura opus est dei, per opus dei opus diaboli transire non sinit? Nonne opus diaboli, quando primum in angelo, qui diabolus factus est, ortũ est, in opere dei ortũ est? Quapropter si malum qd' omnino nusquã erat, in dei opere oriri potuit, cur malum quod alicubi iam erat per opus dei transire non potuit, præsertim cum ipso uerbo utatur Apostolus dicens, Et ita in omnes homines pertransiit? Nunquid homines non sunt opus dei? Pertrãsiit ergo peccatũ per homines, hoc est opus diaboli per op⁹ dei, Atq; ut alio modo idipsum dicã, qa diaboli opus, id est, peccatũ ꝑ ipsum diabolum ex D ortum, quia factura uel opus est dei, per aliud opus dei, id est hominem pertransijt opus operis dei per opus dei. Et ideo deus est solus immutabilis & potentissimæ bonitatis, qui & antequam esset ullum malum, bona opera fecit oñia, & de malis quæ in bonis ab eo factis orta sunt, bene operatur per omnia. In uno, inquit, homine iure uituperatur intentio, & origo laudatur, quia duo sunt quæ contrarijs applicentur: in paruulo autem unum est natura tantum, quia uoluntas nõ est. Illud ergo unũ, inquit, aut deo asscribitur aut dæmoni. Si natura, inquit, per deũ est, nõ potest in ea esse originale malum. Si à diabolo, nihil erit per quod homo diuino operi uindicetur. Perfecte itaq; Manichæus est, qui malum originale defendit. Audiat potius aduersum ista quod uerũ est, In uno homine

Augustinus

C. XXIX Iulianus

Augustꝰ

iure uituperatur intentio, & natura laudatur, quia duo sunt quæ contrarijs applicentur: sed etiam in paruulo, non unum est tantũ, id est, natura, in qua creatus est homo à deo bono: habet enim & uitiũ quod per unũ in omnes homines pertransijt, sicut sapit Apostolus, nõ sicut desipit Pelagius, uel Celestius, uel eorum quicunq; discipulus. Horũ itaq; duorum quæ in paruulo esse diximus, unum asscribitur deo, alterum diabolo. Et quod utrunq; propter unum horum, id est, propter uitium subijcit potestati diaboli, ideo non est incõgruum, quia nõ fit ipsius diaboli potestate, sed dei. Subijcitur autẽ uitium uitio, natura naturæ, quia & in diabolo utrunq; est, ut cum dilecti & electi de potestate tenebrarum eruunt, cui iure subduntur, appareat quid donetur iustificatis bonis à deo, bona bene operãte de malis. Quod autem iste sibi quasi religiose dicere uisus est, Si natura per deum est, nõ potest in ea esse originale malũ: nonne religiosius sibi alius uideretur dicere, si natura per deum est, non potest in ea oriri ullum malum: & tamen falsum est. hoc enim Manichæi asserere uoluerunt, & non creaturam dei factam de nihilo, sed ipsam naturam dei malis omnibus implere conati sunt. Non enim ortum est malum nisi in bono, nec tamen summo & immutabili qd' est natura dei, sed facto de nihilo p̃ sapientiam dei. Est itaq; per quod homo diuino operi uendicetur, quia nõ esset homo, nisi diuino opere crearetur: malum autem nõ esset in paruulis, nisi uoluntate primi hominis peccaretur, & ex origine uitiata, peccatum originale traheretur. Nõ ergo sicut iste ait, perfecte Manichæus est, qui malũ originale defẽdit: sed perfecte Pelagian⁹ est, q̃ malum originale non credit. Neq; enim ex quo esse cœpit Manichęi pestilentiosa doctrina, ex illo cœperunt in Ecclesia dei, paruuli baptizandi exorcizari & exufflari, ut ipsis mysterijs ostenderet non eos in regnum Christi nisi erutos à tenebrarum potestate transferri. Aut quando in libris Manichæi legitur, q̃ uenerit filius hominis quærere & saluare quod perierat? Aut q̃ per unum hominem peccatum in hunc mundũ intrauit: & cætera ad eandem sententiã pertinentia, quæ supra cõmemorauimus? Aut quòd reddit deus peccata patrũ in filios: aut qd' in Psalmo scriptũ est, Ego in iniquitatibus conceptus sum, & in peccatis mater mea in utero me aluit: aut, Homo uanitati similis fact⁹ est, dies eius uelut umbra prætereũt: aut, Ecce ueteres posuisti dies meos, & substãtia mea quasi nihil ante te est, ueruntamẽ uniuersa uanitas, omnis homo uiuens: aut quod Apostol⁹ dicit, Omnis creatura uanitati subiecta est? Aut in libro Ecclesiaste, Vanitas uanitatum, & omnia uanitas: quæ abundantia est homini in omni labore suo, quem ipse laborat sub sole? Aut in libro Ecclesiastico, Iugũ graue super filios Adam à die exitus de uentre matris eorum, usq; in diem sepulturæ in matrẽ omnium? Aut quod dicit Apostolus, In Adam oẽs moriuntur: Aut qd' dicit sanctus Iob, ubi de peccatis suis loquit̃, Homo enim natus ex muliere, breuis uitæ & plenus iracũdiæ, sicut flos fœni decidit, fugit au-

Exod. 20
Psal. 50
143 & 38
Rom. 8
Eccl. 1
Eccl. 40
1. Cor. 15
Iob 14

tem sicut umbra & non stabit, nonne & huius curam fecisti, & hunc fecisti intrare in cõspectu tuo in iudiciũ? Quis eñ erit mũdus à sordibus? ne unus quidẽ, etiã si unius diei fuerit uita eius super terrã? Quas enim dixerat sordes, q̃ peccata intelligi uoluit, ipsa lectio indicat, ubi prorsus unde loquat̃ apparet. Vnde est & illud apud Prophetã Zachariã ubi aufertur à sacerdote uestis sordida, & dicitur ei, Ecce abstuli peccata tua. Puto q̃ ista omnia & cætera huiusmodi, quæ indicãt omnem hominem sub peccato & maledicto nasci, non leguntur in tenebris Manichæorum, sed in luce catholicorum. Quid autem dicam de ipsis diuinarum scripturarum tractatoribus, qui in catholica Ecclesia floruerunt? quomodo hæc nõ in alios sensus conati sunt uertere, quoniam stabiles erant in antiquissima & robustissima fide, non autem nouitio mouebantur errore. Quos si colligere & eorum testimonijs uti uelim, & nimis longum erit, & de canonicis authoritatibus, à quibus non debemus auerti, minus fortasse uidebor præsumpsisse q̃ debui. Veruntamen ut omittã beatissimum Ambrosium cui Pelagius, sicut iam cõmemoraui, tam magnũ integritatis in fide perhibuit testimonium, qui tamẽ Ambrosius nihil aliud defendit in paruulis, ut haberent necessarium medicum Christum, nisi originale peccatũ. Nunquid & gloriosissimæ coronæ Cyprianus dicet̃ ab aliquo, non solũ fuisse, sed uel esse potuisse Manichæus, cum prius iste sit passus, quàm illa in orbe Romano pestis apparuit, et tamen in libro de baptismate paruulorum, ita defendit originale peccatum, ut propterea dicat, & ante octauũ diem si necesse sit, paruulũ baptizari oportere, ne pereat anima eius. Quem tanto uult intelligi ad indulgentiam baptismi facilius peruenire, quanto magis ei dimittuntur non propria, sed aliena peccata. Hos iste audeat dicere Manichæos, & antiquissimam Ecclesiæ traditionem isto nephario crimine aspergat, qua exorcizãtur, & ut dixi, exufflant̃ paruuli, ut in regnum Christi à potestate tenebrarum, hoc est diaboli & angelorũ eius eruti transferant̃. Nos autem paratiores sumus cum istis uiris, & cum Ecclesia Christi in huius fidei antiqtate firmata, quælibet maledicta & contumelias perpeti, quàm Pelagiani cuiuslibet eloquij prædicatione laudari.

Zach. 3

Ambrosius

Cyprianus

Aisiterum, inquit, & dicis, Nulla esset concupiscentia, nisi homo antè peccasset, nuptiæ uero essent etiam si nemo peccasset. Non dixi, nulla esset concupiscentia, quia est & glorianda concupiscẽtia spiritalis, qua cõcupiscit̃ sapiẽtia, sed dixi: nulla esset pudenda concupiscentia. Releganṭ uerba mea quę etiã ipse posuit, ut quãta ab illo fraude cõmemorentur appareat. Sed quo uoluerit nomine eã appellet, Illa dixi q̃ nõ esset nisi homo antè peccasset, de qua erubuerũt in paradiso, q̃ pudẽda texerunt, quã nemo negat, quoniam peccatũ inobedientiæ præcesserat, ideo subsecutam. Qui autẽ uult intelligere quid senserint, debet considerare quid texerint. Succinctoria quippe sibi de foliis ficulneis, non uestimẽta fecerunt, quæ succinctoria Græce περιζώματα uocantur. Quid autẽ cooperi-

Cã. XXX Iulianus Augustinus

ant

ant perizomata, omnibus notum est, quæ nõnulli A Latini campestria sunt interpretati. Quis aũt ignorat qui cãpestrantur, quas partes corporis contegant? Has cõtegebant Romani iuuenes, quando nudi exercebant in campo, unde hoc genus tegminis tale nomen accepit. XXXI Illæ ergo nuptiæ, inqt, quæ sine cõcupiscentia, sine motu corporum, sine necessitate sexuum, ut dicis, esse potuerũt, à te pronunciantur laudabiles. Ista uero coniugia quę nũc aguntur, à diabolo esse definis inuenta. Illa itaq; inquit, quę institui potuisse somnias, bona deliberas, Gen. 2 Ista uero de quib. dicit diuina scriptura, Relinquet homo patrẽ & matrem, & adhęrebit uxori suæ, & erunt duo in carne una, profiteris mala diabolica, morbum postremo debere nõ coniugium nuncupari. Aug. Non est mirum si Pelagiani dicta nostra in B sensus quos uolunt detorquere conantur, quando de scripturis sanctis, non ubi obscure aliquid dictũ est, sed ubi clara et aperta sunt testimonia, id facere consueuerunt, more quidẽ hæreticorũ etiam cæterorum. Quis enim diceret, sine motu corporũ, sine necessitate sexuũ nuptias esse potuisse? Deus enim fecit sexus, quia masculum & fœminam fecit eos, sicut scriptum est. Vnde autem fieri posset, ut qui fuerãt coniungendi, & ipsa coniũctione generaturi, sua corpora non mouerent, quãdoquidẽ nullus fit hominis ad hominẽ corporalis accessus si desit corporis motus? Nõ ergo hic quæstio est de motu corporum sine quo non possent omnino miscери, sed de pudẽdo motu genitaliũ, q ꝓfecto non esset, & tamẽ seminatrix cõmixtio non deesset, si geni C talia nõ libidini, sed uolũtati sicut cætera membra seruirẽt. An nõ etiã nunc in corpore mortis huius imperat pedi, brachio, digito, labro, linguę, & ad nutũ nostrũ continuo porriguntur? Humori denique quod est mirabilius, in uesica intus posito, qui & quãdo eius copia nos urgemur, imperatur ut profluat, & obtẽperat. Imò ipsis abditis uisceribus & neruis, quibus idem humor continetur, imperatur ut eum propellant, exprimãt, eijciant, & si sanitas adest, sine difficultate seruiunt uoluntati. Quanto ergo facilius atq; tranquillius obedientibus genitalibus corporis partibus & ipsum mẽbrum porrigeretur ut homo seminaretur, nisi hominibus illis inobedientibus, membrorũ istorum inobedientia iusto supplicio redderetur. Quod supplicium casti D sentiũt, qui proculdubio mallent si possent, iubente uoluntate ꝑ; pruriẽte uoluptate filios seminare. Immundi autem qui propter istum morbum, non solum meretrices, uerumetiam coniuges amãt, de hoc supplicio carnis, grauiore supplicio mentis exultant. Caput XXXII Absit ergo ut dicamus quod nos dicere iste confingit, ista coniugia quę nunc agũtur à diabolo inuẽta. Prorsus ipsæ sunt nuptiæ, quas ab initio deus instituit, Hoc enim bonum suum ad hominum generationẽ institutũ etiam damnatis hominibus nõ detraxit, quib⁹ nõ detraxit sensus carnis & membra, proculdubio munera sua, quanuis iam debita dãnatione moritura. Istæ, inquam, sunt nuptiæ de quibus dictum est, excepto quod hic figuratum est magno illo Christi & Ecclesię sacramen to, Propter hoc relinquet homo patrem & matrẽ, & adhęrebit uxori suę, & erunt duo in carne una. Hoc enim ante peccatũ dictum est, & si nemo peccasset sine pudenda libidine posset fieri in corpore uitæ illius. Et nunc ꝗuis sine illa non fiat in corpore mortis huius, ipsum est tamẽ qđ non cessat fieri, ut adhæreat homo uxori suæ, & sint duo in carne una. Quãobrem etsi dicit nunc alias esse nuptias, alias uero si nemo peccasset esse potuisse, nõ secundum earum naturam, sed secundum quandã in deterius mutatam dicit qualitatem. Sicut alius dicitur, ꝗuis idemipse sit homo, qui mutauerit uitam siue in melius siue in deterius. Aliud est enim iustus, aliud peccator, quãuis idem ipse sit homo. Sic aliæ nuptiæ sine pudenda libidine, aliæ cũ pudẽda libidine: cũ tamen secundũ constitutionem suã, qua legitime cõiungitur mulier uiro, & fides carnalis debiti ab adulterorum peccato seruatur immunis, & hoc more legitimo filij seminantur, eędẽ sunt nuptiæ quas deus instituit, quãuis diabolus nõ ipsas, sed homines ex quibus nuptiæ fiunt, antiqua peccati persuasione sauciauerit, inobedientiæ persuadendo peccatum, cui per diuinum iudiciũ inobedientia membrorum reciproca redderet, in qua coniugati, quãuis erubuerint nuditatẽ suam, nuptiarum tamẽ à deo institutã non omnimodo potuerũt amittere bonitatem. Hinc iste pergit ab eis qui Caput coniunguntur ad eos qui gignũtur, propter quos XXXIII in hac quæstione tantis aduersus nouos hereticos disputationb. laboramus; & occulto dei cõpulsus C instinctu dicit aliquid, ubi totũ istum nodũ sua cõfessione dissoluit. uolens enim nobis maiorem inuidiam cõmouere, quia dicimus etiã de legitimis nuptijs sub peccato paruulos nasci, Illos ergo, inquit, q nunquã nati sunt, bonos potuisse esse dicis: istos uero qui mundũ impleuerunt, pro quib. Christus mortuus est, diaboli opus, & de morbo natos, & ab exordio reos definis. Probaui itaq;, inquit, nihil te aliud agere, quàm ut deum neges horum, qui sunt, hominum conditorem. Ego quidẽ cõ- Augustꝰ. ditorem hominũ omnium, quanuis oẽs sub peccato nascantur, & pereant nisi renascantur, non dico nisi deum. Vitium quippe inseminatum est persuasione diaboli, per quod sub peccato nati sunt, non natura cõdita qua homines sunt. Libido aũt pudẽda non moueat membra, nisi quando uolumus, & non est morbus. Non de illa erubescat licitus & honestus coniugatorum concubitus, uitando cõspectum & appetendo secretũ, & nõ est morbus. Nõ prohibeat Apostolus in hoc morbo possideri uxores, & nõ est morbꝰ. Quod enim græcus habet, ἐν πάθει ἐπιθυμίας, alij Latine interpretati sunt, in morbo desiderij uel concupiscentiæ, alij uero in passione cõcupiscẽtię, uel si quo alio modo in alijs atq; alijs codicibus inuenitur: sed passio in lingua Latina, maxime usu loquẽdi Ecclesiastico, nõ nisi ad uituperationẽ cõsueuit intelligi. Quodlibet autem de pudenda cõcupiscẽtia carnis iste sentiat, de paruulis, pro quibus laboramus ut saluatore indigere credantur, ne sine salute moriantur, attende qđ dixerit. Verba eius repeto: Illos ergo, inqt, qui nunquam

nunquã nati sunt, bonos potuisse esse dicis: istos uero q̃ mundũ impleuerunt, pro quibus Christus mortuus est, diaboli op⁹ & de morbo natos, & ab exordio reos definis. O si nodũ soluat etiam cõtentionis, quomodo nodũ soluit istius quæstionis. Nunquid eñ se modo de maioríb⁹ ista locutũ esse dicturus est? De paruulis agitur, de nascentibus agitur, de his nobis, q̃ rei ad exordio definiuntur à nobis, ab illo inuidia cõmouetur, quia eos dicim⁹ reos, pro quib. Christus mortuus est. Cur ergo ꝓ illis Christus mortuus est, si nõ sunt rei? Inde prorsus, inde obtinebimus causam, unde excitandã putauit inuidiam. Ipse dicit, quomodo rei sunt paruuli, ꝓ quibus Christus mortuus est? Nos respondemus, imò paruuli quomodo rei nõ sunt, ꝓ quibus Christus mortuus est? Ista cõtrouersia iudicẽ quærit. Iudicet ergo Christus, & cui rei mors eius ꝓfecerit ipse dicat. Hic est, inqt, sanguis meus qui pro multis effundet in remissionẽ peccatorũ. Iudicet cum illo & Apost. quia & in Apostolo ipse loquit Christus. clamat & dicit de deo patre, Quia proprio filio non pepercit, sed pro nobis omníb. tradidit eum. Puto quod ita dicat Christum traditũ pro omnibus nobis, ut in hac causa paruuli non separentur à nobis. Sed quid opus est hinc satagere unde nec iam iste cõtendit, quandoq̃dem non solum confitetur mortuum fuisse etiam pro paruulis Christum, uerumetiam inde nos arguit, q̃ eosdem paruulos reos dicim⁹ pro q̃bus mortuus est Christus? Iam itaq; Apostolus qui dixit, pro nobis omnibus traditum Christũ, dicat etiam quare sit pro nobis traditus Christus. Tradit⁹ est, inquit, ꝓpter delicta nostra, & resurrexit propter iustificationẽ nostram. Si igitur, sicut iste cõfitetur & profitetur, & dicit & obijcit, in eis sunt & paruuli pro quibus traditus est Christus, & propter delicta nostra traditus est Christus, habent profecto & paruuli delicta originalia, pro q̃bus tradit⁹ est Christ⁹. Habet quod in eis sanet, qui, sicut ipse ait, nõ est opus sanis medic⁹, sed male habẽtibus. Habet cur eos saluos faciat, qui uenit in mundum sicut dicit Apost. Paulus, peccatores saluos facere. Habet qd̃ in eis remittat, qui sanguinẽ se fudisse testatur in remissionẽ peccatorũ. Habet quod in eis soluat filius dei, qui propterea uenit, sicut dicit Apostolus Ioãnes, ut soluat opera diaboli. Habet propter quod eos quærat, qui uenit ut dicit, quærere & saluũ facere quod perierat. Huic ergo paruulorum saluti inimicus est, qui eorum sic asserit innocentiam, ut saucíatis & uulneratis neget necessariam medicinam.

Augusti. *Matt.26* *Rom.8* *Matt.9* *1.Tim.1* *1.Ioan.3*

Caput XXXIIII Iulianus

Iam quod sequitur & adiungit attende. Si autem peccatũ, inquit, per deum creatum est, unde homines nascerentur, per diabolum autem unde parentes cõmouerentur, ascribereť sine dubio sanctitas nascentibus & culpa generãtibus. O quàm manifestissime nuptias damnas, amoueto hũc sensum precor de Ecclesiarum medio, & uere credito quia per Iesum Christum facta sunt omnia, & sine ipso factum est nihil. Ita hoc dicit quasi nos dicamus, per diabolum aliquid substantiæ creatum in hominibus. Persuasit malum diabolus tanquam peccatum, non creauit tanquam naturam. Sed plane naturæ persuasit, qua homo natura est, & ideo eam persuadendo uitiauit. Qui enim uulnerat, nõ creat membra sed uexat. Sed uulnera quæ corporibus infliguntur, membra faciũt claudicare, uel ægre moueri, non eam uirtutẽ qua iustus est homo: uulnus autem quod peccatum uocatur ipsam uitã uulnerat, qua recte uiuebatur. Hoc uulnus autem tunc maius atq; altius diabolus inflixit, quàm sunt ista hominib. nota peccata. Vnde illo magno peccato primi hominis, natura ibi nostra in deterius commutata, non solum facta est peccatrix, uerum etiam genuit peccatores, Et tamen ipse languor quo bene uiuẽdi uirtus perijt, non est utiq; natura sed uitium: sicut certe mala in corpore ualetudo, non est ulla substantia uel natura, sed uitiũ: & licet non semper, tamẽ plerunq; malæ ualetudines parentũ ingenerant quodãmodo, & apparent in corporibus filiorum. Hoc autem peccatum quod ipsum hominẽ in paradiso in peius mutauit, q̃ multo est grauius cꝭ iudicare nos possumus, ab omni nascenti trahitur, nec nisi in renascẽte remittitur, ita ut etiam de parentibus iam renatis, in quibus remissum atq; tectum est, trahatur in reatũ nascentium filiorum, nisi & eos quos prima carnalis nati uitas obligauit, secunda spiritalis absoluat. Cuius rei mirabilis, mirabile creator in oliua & oleastro produxit exemplum, ubi non solum ex oleastri, uerumetiã ex oliuæ semine nõ nisi oleaster exorit. Quaꝓpter quãuis & in omnib. natura generatis, gratia regeneratis, sit ista carnalis cõcupiscentia repugnãs legi mentis: tamẽ quia remissa est in remissionem peccatorum, non iam illis in peccatum reputatur, nec nocet aliq̃d, nisi eius motibus ad illicita consentiat. Proles uero eorum quia non per spiritalem, sed per carnalem concupiscentiã seminat, uelut ex illa oliua quidã nostri generis oleaster, sic inde reatum nascendo trahit, ut nisi renascendo liberari ab illa peste nõ possit. Quomodo ergo affirmat iste nos ascribere sanctitatẽ nascẽtibus, & culpam generantibus: cum potius ueritas mõstret, & si fuerit sanctitas in generãtibus, originalẽ culpam inesse nascentibus, quæ non aboleatur nisi in renascentibus. Quæ cum ita sint, de ista carnis cõcupiscentia & de libidine imperiosa impudicis domanda, pudẽda tamẽ & pudicis & impudicis, sentiat iste quod libet, q̃ ei sicut uideo multũ placet, non eam laudare cunctet, quam nominare cõfunditur, appellet eam sicut appellauit mẽbrorum uigorem, nec castarũ aurium reuereat horrorẽ, appellet membrorũ potentiam, nec caueat impudentiam. Dicat si non erubescit, in paradiso si nemo peccasset, hũc ibi uigorẽ uelut florẽ uirere potuisse, nec opus fuisse ut tegereť, quod ita moueretur, ut inde nemo confunderetur, sed parata coniuge semper exerceret, nunquã reprimeretur, ne aliquã do uoluntas tanta, tantę felicitati negareť. Absit enim ut beatitudo illa posset aut in loco illo nõ habere qd̃ uellet, aut in suo corpore uel animo sentire qd̃ nollet, ac per hoc si motus libidinis uoluntatem hominũ prẽueniret, uoluntas continuo seque

Caput XXXV

retur

retur, uxorq; ꝓpter hoc nunquã abſens eſſe debe-
bat, ſed ſiue cõceptura, ſiue iam grauida, illico ad-
moueret: & aut proles ſeminaret, aut uoluptas na-
turalis et laudabilis expleret, & periret ſemẽ homi-
nis ne appetitus tã bonę cõcupiſcẽtiæ fraudaret:
tantũ non ſe conuerterent cõiuges in eũ uſum, qui
eſt contra naturã, ſed quotiens delectaret, mẽbris
ad hoc creatis & genitalibus uterent. Veruntamẽ
quid ſi & ille uſus cõtra naturã forſitan delectaret,
quid ſi & in hanc uoluptatẽ laudabilis illa libido
adhinniret, utrum ſequerent eam quoniam ſuauis
eſſet, an repugnarẽt, quoniã turpis eſſet? Si ſeque-
rent, ubi eſſet cogitatio qualiſcunq; honeſtatis? Si
repugnarent, ubi eſt pax tãtæ felicitatis? Hinc ſi
forte erubuerit & dixerit tantã pacem felicitatis
illius, tantũq; ordinem in his rebus eſſe potuiſſe, ut
nunquã carnis concupiſcẽtia uoluntatẽ illorũ ho-
minũ præueniret, ſed cũ ipſi uellent, tũc illa cõſur-
geret: tunc aũt uellent, quando ad ſeminandos fili-
os opus eſſet, ita ut nullus ſeminis eſſet irritus ia-
ctus, nullus fieret cõcubitus, quẽ non ſequeret con
ceptus & partus ad nutũ ſeruiẽte carne, ad nutum
ſeruiẽte libidine. Hoc ſi dicit, ſaltẽ cõſideret nunc
in hominib. non eſſe quod dicit, Et ſi non uult con
cedere uitiũ eſſe libidinẽ, dicat ſaltẽ per illorũ ho-
minum inobedientiã etiam ipſum uitium eſſe car-
nis cõcupiſcentiã: ut illa quæ obediẽter & ordina
te moueret, nũc inobediẽter inordinateq; mouea
tur, ita ut ipſis quoq; pudicis ad nutũ non obtẽpe-
ret cõiugatis, ſed & quando non eſt neceſſaria mo
ueatur, & quando neceſſaria eſt aliquando citius,
aliquãdo tardius, non eorũ ſequat nutus, ſed ſuos
exerat motus. Hanc ergo eius inobedientiã inobe
dientes illi tunc homines receperũt, & in nos ꝓpa
gine transfuderunt. Neq; emm ad eorum nutum, ſed
utiq; inordinate mouebat: quãdo mẽbra prius glo
rianda, tunc iam pudenda texerũt. Sed ut dixi, ſen
tiat de iſta libidine iſte qd libet, prædicet ut libet,
laudet quãtũ libet, ſicut emm multis locis ſignificat
multũ libet, ut eius ſi nõ uſibus, ſaltẽ laudibus Pe-
lagiani oblectent, quicunq; eorũ ꝓpoſito continẽ
tiæ carnali coniugio non fruuntur; tantũ paruulis
parcat, non ut eos laudet inutiliter, defendatq; cru-
deliter, ſaluos eſſe non dicat, non ad laudatorẽ Pe-
lagium, ſed ad ſaluatorẽ Chriſtũ uenire permittat.
Nam ut iam liber iſte claudat, quoniã ira ſermo il-
lius terminatus eſt, qui in chartula quã miſiſti, ſcri
Ioan. 1 ptus eſt, ut diceret, Vere credito, qa per Ieſũ facta
ſunt omnia & ſine ipſo factũ eſt nihil: concedat Ie
ſum etiã paruulis eſſe Ieſum: & ut per eũ facta om-
nia fatetur per id quod eſt uerbũ deus, ita etiã par-
uulos ab eo ſaluos fieri fateat per id qd eſt Ieſus, ſi
Matt. 1 uult eſſe catholicus Chriſtian⁹. Sic emm ſcriptũ eſt
in Euangelio, Et uocabunt nomẽ eius Ieſum: Ipſe
enim ſaluũ faciet populũ ſuũ à peccatis eorũ. Ideo
ergo Ieſum, quoniã Ieſus latine ſaluator eſt, Ipſe
emm ſaluum faciet populũ ſuũ, in quo populo ſunt
utiq; & paruuli. Saluum aũt faciet à peccatis eorũ,
Sunt ergo & in paruulis peccata originalia, ꝓpter
quæ Ieſus, id eſt ſaluator, poſſit eſſe & ipſorum.

FINIS

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA duas Epiſtolas Pelagianorum ad Bonifacium Liber Primus.

OVERAM te quidẽ fa- Caput I
ma celeberrima prędican
te: & frequentiſſimis atq;
ueraciſſimis nuncijs, quã-
ta eſſes dei gratia plenus
acceperã, beatiſsime atq;
uenerande papa Bonifaci.
Sed poſteaq; te etiam prę
ſentia corporali frater me
us uidit Alipius, acceptusq; à te benigniſſime ac
ſinceriſſime, mutua miſcuit dictãte dilectione col-
loquia, tecumq; cõuiuens, & paruulo licet tempo-
re, magno tamẽ tibi iunctus affectu, ſe ſimul & me
refudit animo tuo, teq; mihi reportauit in ſuo, tan-
to maior in me tuę ſanctitatis eſt facta notitia, quã
to certior amicitia. Neq; emm dedignaris qui non
alta ſapis, quamuis altius pręſideas, eſſe amicus hu
milium, & amorẽ rependere impenſum. Quid eſt
enim aliud amicitia, quæ non alfunde ẽſ; ex amore
nomen accepit, & nuſq; niſi in Chriſto fidelis eſt,
in quo ſolo eſſe etiam ſempiterna ac felix poteſt?
C Vnde accepta per eum fratrẽ, per quẽ te familiari
us didici, maiore fiducia, auſus ſum aliquid ad tu-
am beatitudinẽ ſcribere de his rebus, quæ hoc tẽ-
pore epiſcopalem curã, ſi qua in nobis eſt, ad uigi-
lantiã pro grege dominico ſtimulo recentiore ſoli
citãt. Noui quippe hęretici, inimici gratię dei, quæ
datur puſillis & magnis per Ieſum Chriſtũ domi-
num noſtrũ, & ſi iam cauendi euidentius apertiore
improbatione monſtrant, non tamen quieſcũt ſcri
ptis ſuis minus cautorum uel minus eruditorũ cor
da tentare. Quibus utiq; eſſet reſpondendum, ne
ſe uel ſuos in illo nephando errore firmarent, eti-
am ſi non metueremus, ne quenquam catholico-
rum ueriſimili ſermone deciperent. Cum uero nõ
deſinãt fremere ad dominici gregis caulas, atq; ad
diripiendas tanto pretio redemptas oues, aditus
D undecunq; rimari, communiſq; ſit omnibus nobis
qui fungimur Epiſcopatus officio, quamuis ipſe
in eo præmineas celſiore faſtigio, ſpecula paſtora-
lis: facio quod poſſum pro mei particula muneris,
quantum mihi dominus adiuuantibus orationib⁹
tuis donare dignatur, ut peſtilentibus & inſidianti
bus eorum ſcriptis medentia & munientia ſcri-
pta prætendam, quibus rabies qua furiunt, aut e-
tiam ipſa ſanetur, aut à lædendis alijs repellatur.
Hæc autem quæ duabus epiſtolis eorum reſpon-
deo: uni ſcilicet quam dicit Romam miſiſſe Iulia-
nus, credo ut per illã quos poſſet, ſuos aut inueni-
ret, aut faceret: alteri autem quã decẽ & octo uelut
Epiſcopi participes eius erroris, nõ ad quoslibet,
ſed ad loci illius Epiſcopum ſua caliditate tentan-
dum, & ad ſuas partes, ſi poſſet fieri traducẽdum,

auſi

Universidad de Deusto
Biblioteca

ausi sunt Thessalonicam scribere. Hæc ergo quæ A
istis, ut dixi, duabus Epistolis illorum, ista disputatione respondeo, ad tuam potissimum dirigere sanctitatem, non tam discendā q̄; examinanda, & ubi forsitan aliquid displicuerit, emendanda constitui. Indicauit enim mihi frater meus, q̄ eas illi dare ipse dignatus es, quæ in tuas manus, nisi uigilantissima diligentia fratrum nostrum, filiorum tuorū uenire non possent. Ago autem gratias syncerissimæ in nos beneuolentiæ tuæ, q̄ eas me latere noluisti literas inimicorum gratiæ dei, in quibus reperisti nomen meū calumnioſe atq; euidenter expressum. Sed spero de domino deo nostro, q̄ non sine mercede quæ in cœlis est, illi me lacerant dente maledico, quibus me pro paruulis, ne fallaci laudatori Pelagio perditi relinquātur, sed ueraci saluatori Chri B
Liberum arbitrium etiam in impio manet Cap. 11
sto liberandi offerantur, oppono. Iam itaq; Iuliani respondeamus Epistolæ. Dicunt, inq̄t, illi Manichæi, quibus modo non communicamus, id est, toti isti cum quibus dissentimus, quia primi hominis peccato, id est, Adæ liberum arbitriū perierit, & nemo iam potestatem habeat bene uiuendi, sed omnes in peccatum carnis suæ necessitate cogantur. Manichæos appellat catholicos, more illius Iouiniani, qui ante paucos annos hæreticus nou⁹, uirginitatem sanctæ Mariæ destruebat, & uirginitati sacræ nuptias fidelium coæquabat. Nec ob aliud hoc obijciebat catholicis, nisi q̄a eos uideri uolebat accusatores uel damnatores esse nuptiarum. Liberum aūt arbitrium defendendo præcipitāt, ut C
de illo potius ad faciendam iustitiam q̄; de domini adiutorio confidatur, atq; ut in se quisq;, non in domino glorietur. Quis aūt nostrū dicat, q̄ primi hominis peccato perierit liberum arbitriū de humano genere? Libertas quidem perijt per peccatum, sed illa quæ in paradiso fuit, habendi plenam cum immortalitate iustitiam, propter qd̄ natura humana diuina indiget gratia, dicēte domino, Si uos filius liberauerit, tūc uere liberi eritis: utiq; liberi ad bene iusteq; uiuendum. Nam liberum arbitriū usqueadeo in peccatore non perijt, ut per illud peccent, maxime oēs qui cum delectatione peccant, & amore peccati, hoc eis placet quod eis libet. Vn
Ioan. 8
Rom. 6
de & Apostolus, Cum essetis, inquit, serui peccati, liberi fuistis iustitiæ. Ecce ostenduntur etiā peccato minime potuisse, nisi alia libertate seruire. Liberi ergo à iustitia non sunt, nisi arbitrio uolūtatis: D
liberi aūt à peccato non fiunt nisi gratia saluatoris. Propter quod admirabilis doctor, etiam uerba ipsa discreuit. Cum em̄ serui essetis, inquit, peccati, liberi fuistis iustitiæ, Quem ergo fructū habuistis tunc in his, in quibus nunc erubescitis? Nam finis illorum mors est, Nunc autem liberati à peccato, serui aūt facti deo, habetis fructum uestrum in sanctificatione, finem uero uitam æternam. Liberos dixit iustitiæ, non liberatos. A peccato aūt non liberos, ne sibi hoc tribuerēt, sed uigilantissime maluit dicere liberatos, referens hoc ad illam domini sententiam, Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Cum itaq; nō uiuāt bene homines, nisi effecti filij dei, quid est q̄ iste libero arbitrio uult benе uiuendi tribuere potestatē, cum hęc potestas nō detur nisi gratia dei, per Iesum Christum dñm nostrū, dicente Euangelio, Quotquot aūt receperūt eū, dedit eis potestatē filios dei fieri. Sed ne forte dicant ad hoc esse adiutos, ut haberent potestatē fieri filij dei. Vt aūt hanc accipere mererent̄, prius eum libero arbitrio, nulla adiuti gratia receperūt. Hæc est q̄ppe intentio qua gratiā destruere moliūtur, ut eam dari secundū merita nostra contendāt. Ne forte ergo hanc Euangelicā sententiā sic diuidant, ut meritū ponant in eo qd̄ dictum est, Quotquot aūt receperunt eū: ac deinde non gratis datā, sed huic merito redditā gratiam in eo qd̄ sequitur, Dedit eis potestatē filios dei fieri: nunquid si quæratur ab eis, quid sit, receperunt eum, dicturi sunt aliud, nisi crediderunt in eum? Vt igit̄ & hoc sciāt ad gratiam pertinere, legant qd̄ ait Apostolus: In nullo expauescatis ab aduersarijs, quę quidē est illis causa perditiōis, uestræ aūt salutis. Et hoc à deo, quia uobis donatū est pro Christo, non tantum ut credatis in eum, sed ut etiam patiamini p̄ eo. Nempe utrunq; dixit esse donatū. Item qd̄ ait, Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre & dño Iesu Christo. Legant etiam qd̄ ipse dñs ait, Nemo potest uenire ad me, nisi pater q̄ misit me, traxerit eū. Vbi ne quisq; putet aliud dictū esse, uenire ad me, q̄; credere in me, paulopost cum de suo corpore & sanguine loqueret̄, & scandalizati essent plurimi in sermone eius, ait, Verba quæ ego locut⁹ sum uobis, spiritus & uita sunt. Sed sunt quidā ex uobis q̄ non credunt. Deinde subiunxit Euangelista, Sciebat em̄ Iesus ab initio qui essent credentes, & quis traditurus esset eum, & dicebat, Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo: sentētiam scilicet iterauit qua dixerat, Nemo potest uenire ad me, nisi pater q̄ misit me, traxerit eum: Et hoc p̄pter credentes & nō credentes se dixisse manifestauit, exponens qd̄ dixerat, Nisi pater q̄ misit me traxerit eum: idipsum alijs uerbis repetendo in eo qd̄ ait, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ille quippe trahit̄ ad Christū, cui datur ut credat in Christum. Datur ergo potestas ut filij dei fiāt, qui credunt in eum, cum hoc ipsum datur ut credant in eum. Quæ potestas nisi detur à deo, nulla esse potest ex libero arbitrio, q̄a nec liberum in bono erit, qd̄ liberator non liberauerit: sed in malo liberum habet arbitrium, cui delectationē malitiæ uel occult⁹ uel manifestus deceptor inseruit, uel sibi ipse persuasit. Nō itaq; sicut dicūt nos quidam dicere, et iste audet insuper scribere, oēs in peccatum ueluti inuiti carnis suæ necessitate cogū tur: sed si iam in ea ætate sunt, ut p̄priæ mentis utā tur arbitrio, & in peccato sua uolūtate retinent̄, & à peccato in peccatū sua uoluntate præcipitantur. Neq; em̄ ait in eis etiā qui suadet & decipit, nisi ut peccatū uolūtate cōmittant, uel ignorantia ueritatis, uel delectatione inigtatis, uel utroq; malo & cę citatis & infirmitatis. Sed hæc uolūtas quæ libera est in malis, q̄a delectat̄ malis, ideo libera in bonis non est q̄a liberata non est. Nec potest homo boni aliq̄d uelle, nisi adiuuet̄ ab eo qui malū nō potest

Libertas de malū Ca. III
Philip. 1
Ephe. 6
Ioan. 6

uelle

Universidad de Deusto
Biblioteca

uelle, hoc est gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Omne enim quod nō est ex fide, peccatum est. Ac per hoc bona uolūtas quæ se abstrahit à peccato, fidelis est, qa iustus ex fide uiuit. Ad fidem autem pertinet credere in Christum. Et nemo potest credere in eum, hoc est uenire ad eum, nisi fuerit illi datū. Nemo igitur potest habere uoluntatē iustam, nisi nullis præcedētibus meritis acceperit ueram, hoc est gratuitā desuper gratiā.

Rom. 14 Abac. 2

Caput III

Hoc isti nolunt elati & superbi, nec purgando defensores, sed extollēdo præcipitatores liberi arbitrij. Qui non ob aliud nobis hæc dicentibus indignantur, nisi quia gloriari in domino dedignātur. Timuit tamē Pelagius Episcopale iudiciū Palæstinum. Et cum ei fuisset obiectū, q diceret gratiā dei secūdū merita nostra dari, negauit se dicere, & eos qui hoc dicerent, anathematizando dānauit, Nec aliud tamen defendere inuenit in libris quos postmodū scripsit, fraudē se putans hominibus iudicātibus fecisse mentiendo, aut nescio quo modo suum sensum uerbis ambiguis obtegendo. Sed iam uideamus quod sequitur. Dicunt etiam, inqt, istas quæ modo aguntur nuptias à deo institutas non fuisse, quod in libro Augustini legitur, contra quem ego modo quatuor libellis respondi. Cuius Augustini dicta inimici nostri in ueritatis odium susceperunt. His eius calūniosissimis uerbis breuiter uideo respōdendū, Quia repetit ea postea, ubi uult ipse insinuare, quasi cōtra nostra ista quid dicant. Vbi cū illo quantū res postulare uidebit, domino adiuuante certandū est. Nunc ergo respondeo, à deo nuptias esse institutas, & tunc quādo dictum est, Propterea relinquet homo patrē suū & matrē suā, & adhærebit uxori suæ, & erunt duo in carne una: & nūc propter qd scriptū est, à dño iungitur uiro mulier. Neq; enim aliud fit etiā nunc q illud, ut adhæreat homo uxori suæ, & sint duo in carne una. De ipsis quippe nuptijs, quæ nūc quoq; fiunt, consultus est dominus à Iudæis, utrum liceret qua cūq; causa dimittere uxorem. Et isto cōmemorato testimonio legis adiunxit, Quod ergo deus coniunxit, homo nō separet. Hoc testimonium legis adhibuit etiā Apost. Paulus, cum uiros moneret, ut ab eis diligerentur uxores. Absit ergo ut in libro meo contra hæc testimonia diuina iste aliqd legerit. Sed uel non intelligēdo, uel magis calumniādo, in alium sensum conatur detorquere quod legit. Librum autem meum, contra quem se quatuor libellis respondisse commemorat, post damnationem Pelagij Celestijq; conscripsi. Quod ideo dicendum putaui, quoniam iste dicit ab inimicis suis in odium ueritatis dicta mea fuisse suscepta: ne ideo quisquā existimet propter hunc librū meum, inimicos gratiæ Christi nouos hæreticos fuisse dānatos. In eo autem libro defensio est potius, quàm reprehensio nuptiarum. Dicunt etiam, inquit, motum genitalium & commixtionem coniugum, à diabolo fuisse repertā: & propterea eos qui nascūtur innocētes, reos esse, & à diabolo fieri, nō à deo, quia de hac diabolica cōmixtione nascuntur. Hoc autem sine aliqua ambiguitate Manichæum est.

Matt. 19 Ephe. 4

Clamia Iuuen. Cap. V

Gen. 2

A

B

C

D

Imò sicut dicimus, à deo nuptias institutas ꝓpter ordinatam generationem filiorum: ita dicimus filiorum gignendorum seminationē sine motu genitalium, & sine commixtione coniugum, nec in paradiso si filij gignerent, esse potuisse. Sed utrum talis eorū motus atq; cōmixtio fuisset, si nemo peccasset, qualis nunc est cum pudenda libidine, hinc est quæstio: de qua diligentius postea, si deus uoluerit, disputabimus. Quid tamen isti uelint, quid intendant, quò rem perducere moliantur, ad iūcta istius uerba declarant, ubi ait nos dicere, propterea eos qui innocentes nascuntur reos esse, & à diabolo fieri non à deo, quia de hac diabolica cōmixtione nascuntur. Cum itaq; nos nec diabolicam dicamus coniugum cōmixtionem, maxime fidelium, quæ fit causa generandorum qui postea regenerādi sunt filiorum: nec homines ullos à diabolo fieri, sed à deo inquantum homines sunt: & tamen etiā de coniugibus fidelibus reos nasci, tanquam ex oliua oleastrum propter originale peccatum, & propter hoc esse sub diabolo, nisi renascantur in Christo, quoniā diabolus culpæ author est, non naturæ: contrà illi paruulos dicentes nullum trahere originale peccatū, & ideo non esse sub diabolo, quid efficere laborant, nisi ut illa dei gratia euacuetur in paruulis, qua eruit nos sicut dicit Apostolus, de potestate tenebrarum, & transtulit in regnum filij claritatis suæ? Quādoquidem paruulos negāt esse in potestate tenebrarum, etiam ante domini liberatoris auxilium, ita in eis laudātes opus creatoris, ut misericordiam destruāt redemptoris. Quam nos quoniam & in maioribus & in paruulis confitemur, hoc dicit sine aliqua ambiguitate esse Manichæum, cum sit antiquissimum catholicum, unde nouum istorum dogma euertitur hæreticum. Dicunt, inquit, sanctos in Veteri testamento nō caruisse peccatis: id est, nec per emendationem à criminib. fuisse liberos, sed in reatu à morte fuisse deprehensos. Imò dicimus uel ante legē uel tempore Veteris testamenti à peccatis fuisse liberatos: non uirtute propria, quia maledictus homo omnis qui spem suam ponit in homine, & in hoc sine dubio maledicti sunt, quos etiam Psalmus diuinus notat, Qui confidūt in uirtute sua: nec Veteri testamento, quod in seruitutem generat, quanuis certæ dispensationis gratia diuinitus datū sit: nec in ipsa lege sancta & iusta & bona, ubi scriptū est, Nō concupisces: quoniā non est data quę posset uiuificare, sed præuaricationis gratia posita est, donec ueniret semē cui promissū est: sed liberatos esse per sanguinē ipsius redēptoris, q est unus mediator dei & hominum homo Christus Iesus. Isti autē inimici gratiæ dei, quæ data est pusillis & magnis per Iesum Christū dominū nostrū, ideo dicūt antiquos homines dei perfectæ fuisse iustitiæ, ne Christi incarnatione, passione, resurrectiōe, cuius fide salui facti sunt, credantur eguisse. Apostolum etiam Paulum, inquit, uel omnes Apostolos dicūt semper immoderata libidine fuisse pollutos. Quis hoc uel prophanus audeat dicere? Sed nimirum isti propterea sic calumniantur, quia contendunt

Col. 1

Psal. 48

Exod. 20

Concupiscentia in Paulo quid Caput VIII

dunt de hoc quod dixit Apost. Scio quia nō habi- A
Rom.7 tat in me, hoc est in carne mea bonum, Velle enim
adiacet mihi, perficere aūt bonum nō inuenio: &
cętera talia, nō eū dixisse de seipso, sed nescio cui⁹
alterius, qui illa pateretur induxisse personam: pro
pter quod locus ipse in eius Epistola diligenter cō
siderādus est & scrutandus, ne in eis aliqua obscu
ritate delitescat error istorū. Quamuis ergo latius
hinc Apostolus disputet, & magno diuturnoq; cō
flictu gratiā defendens aduersus eos, qui gloriabā
Rom.3 tur in lege, tamen ad rem pertinentia pauca contin
gimus. Vnde ait, Quia non iustificabitur ex lege
omnis caro corā illo. Per legē ēm cognitio pecca-
ti, Nunc aūt sine lege iustitia dei manifestata est, te
stificata per legem & ꝓphetas, Iustitia aūt dei per
fidem Iesu Christi, in omnes qui credunt, Non est B
ēm distinctio. Omnes ēm peccauerūt, & egēt glo-
ria dei, iustificati gratis per gratiam ipsius per redē
ptionem, quæ est in Christo Iesu. Et iterū, Vbi est
gloriatio tua? exclusa est. Per quā legem? Factorū?
Non, sed per legem fidei. Arbitramur ēm iustifica
ri hominem per fidem sine operib⁹ legis. Et iterū,
Rom.4 Non enim per legem promissio Abrahæ aut semi
ni eius facta est, ut hæres esset mundi, sed per iusti-
tiam fidei. Si ēm qui per legē hæredes sunt, exina-
nita est fides & euacuata ꝓmissio. Lex enim iram
operatur, Vbi ēm non est lex, nec prævaricatio. Et
Ro.5. 6 & 7 alio loco, Lex enim subintrauit ut abundaret deli-
ctum, Vbi autem abundauit delictum, superabun-
dauit gratia. Item alio loco, Peccatū ēm uobis non
dominabitur: non enim estis sub lege, sed sub gra- C
tia. Itemq; alio loco, An ignoratis fratres, scientib⁹
enim legem loquor, quia lex dominat homini in-
quantum tempus uiuit? Mulier ēm sub uiro, uiuo
marito iuncta est legi, Si aūt mortuus fuerit uir ei⁹,
euacuata est à lege uiri. Et paulopost, Itaq; fratres
mei, & uos mortui estis legi per corpus Christi, ut
sitis alterius, qui ex mortuis resurrexerit, ut fructi-
ficemus deo. Cum ēm essemus in carne, passiones
peccatorum, quæ per legē sunt, operabātur in mē-
bris nostris, ut fructum ferrent morti, Nunc uero
euacuati sum⁹ à lege mortis, in qua detinebamur,
ita ut seruiamus in nouitate spiritus, & non in uetu
state literæ. His atq; huiusmodi contestationibus
doctor ille gentium satis euidenter ostēdit, legem
nō potuisse auferre, sed potius auxisse peccatum,
quod aufert gratia: quoniam lex iubere nouit, cui D
succūbit infirmitas: gratia iuuare, qua infundit cha
ritas. Ne quis enim propter hæc testimonia uitupe
ret legem, & malā esse contendat, uidit Apostolus
male intelligentibus quid posset occurrere, & eā-
dem sibi ipse proposuit quæstionem. Quid ergo di
cemus? inquit. Lex peccatū est? Absit. Sed pecca-
tū non cognoui nisi per legem. Hoc iam superius
dixerat, Per legem ēm cognitio peccati. Nō ergo
abolitio, sed cognitio. Hinc aūt iam incipit, ꝓpter
qd' ista consideranda suscepimus, introducere per
sonam suam, & tanquā de seipso loqui, ubi nolunt
Pelagiani ipsum Apostolū intelligi, sed q̄ in se ali-
um transfiguraūit hominē sub lege adhuc positū,
nondum per gratiam liberatum. Vbi quidem iam

debent cōcedere, q̄ in lege nemo iustificatur, sicut
alibi idem Apostolus dicit, sed ad cognitionē pec-
cati, & ad ipsius legis prævaricationem ualere le-
gem, ut cognito auctoq; peccato, per fidem gratia
requiratur. Non autem timent ista de Apostolo in
telligi, quæ posset & de præteritis suis dicere, sed
ea quæ sequūtur timent. Hic enim concupiscenti-
am, inquit, nesciebam, nisi lex diceret, Non concu- Exod.20
pisces. Occasione aūt accepta, peccatum per man-
datum operatum est in me omnem concupiscenti
am. Sine lege enim peccatū mortuum est. Ego aūt
uiuebam aliquando sine lege: Adueniente autem
mandato peccatum reuixit, ego aūt morttuus sum,
Et inuentum est mihi mādatum quod erat in uitā,
hoc esse in mortem. Peccatum enim accepta occa
sione per mandatum fefellit me, & per illud occi-
dit. Itaq; lex quidem sancta, & mādatum sanctū &
iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi fa-
ctum est mors? Absit. Sed peccatū ut appareat pec
catum, per bonum mihi operatum est mortem, ut
fiat supra modum peccans peccatum per manda-
tum. Hæc omnia, sicut dixi, potest uideri Aposto-
lus de sua uita commemorasse præterita, ut illud
quod ait, Ego autem uiuebam aliquando sine lege,
ætatem suam primam ab infantia ante rationales
annos uoluerit intelligi: quod aūt adiunxit, Adue
niente autem mandato peccatum reuixit, ego aūt
mortuus sum: iam se præcepti capacē, sed non effi-
cacem, & ideo prævaricatorem legis ostenderet.

Nec moueat qd' ad Philippenses scripsit, Se- Peccatum
cundum iustitiam quæ in lege est, quòd fuerit sine uiscere qui
querela. Potuit enim esse intus in affectionib⁹ pra- Cap. IX
uis prævaricator legis, & tamen conspicua opera Philip.3
legis implere, uel timore hominum uel ipsius dei,
sed pœnæ formidine, non dilectione & delectatio
ne iustitiæ. Aliud est enim uoluntate benefaciendi
benefacere, aliud autem ad malefaciendum sic uo
luntate inclinari, ut etiā faceret si hoc posset impu
ne permitti. Nam sic profecto in ipsa intus uolun
tate peccat, qui non uoluntate, sed timore non pec
cat. In quibus interioribus suis talē se fuisse sciens
Apostolus ante gratiam dei, quæ per Iesum Chri-
stum dn̄m nostrum est, alibi hoc apertissime confi-
tetur. scribens quippe ad Ephesios, Et uos, inquit, Ephe.2
cū essetis mortui delictis & peccatis uestris, in qui
bus aliquādo ambulastis secundum seculum mun
di huius, secundū principem potestatis aeris spíri-
tus eius, qui nunc operat in filijs diffidentię, in qui
bus & nos omnes aliquādo cōuersati sumus in de
sideriis carnis nostrę, facientes uoluntatem carnis
& affectionum, & eramus naturaliter filij irę, sicut
& cæteri: deus autē qui diues est in misericordia,
propter multam dilectionē qua dilexit nos, & cū
essemus mortui peccatis, conuiuificauit nos Chri-
sto, cuius gratia sumus salui facti. Rursus ad Titū, Ad Tim
Fuimus ēm & nos, inquit, stulti aliquādo & incre
duli, errantes, seruientes desideriis & uoluptatibus
uariis, in malitia & inuidia agētes, abominabiles,
inuicem odio habētes. Talis Saulus fuit, quādo se
cundū iustitiam quæ in lege est, sine querela fuisse
se dicit. Nam qa nō post hanc abominabilē uitam
ut esset

ut esset sine querela, in lege ꝓfecerat, moresq; mutauerat, euidenter id his quæ sequunt ostẽdit, quã doquidem mutatũ se nõ dicit ab his malis, nisi per gratiam saluatoris. Adiungens enim hocipsum etiam hic sicut ad Titum ait, Cum aũt benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ, quæ nos fecimus, sed secundũ suam misericordiam saluos nos fecit per lauacrũ regenerationis & renouationis spiritus sancti, quẽ ditissime effudit super nos, per Iesum Christũ saluatorẽ nostrum, ut iustificati gratia ipsius, hæredes efficiamur secundũ spem uitæ æternæ. Quod aũt ait in hoc Epistolæ loco ad Romanos, Peccatum ut appareat peccatũ, per bonum mihi operatũ est mortem: congruit superioribus ubi dixit, Sed peccatũ non cognoui, nisi per legem. Nam cõcupiscentiã nesciebam, nisi lex diceret, Non cõcupisces. Et superius, Per legem cognitio peccati: hoc em̃ & hic dixit, ut appareat peccatũ: ut illud qd̃ dixerat, Sine lege enim peccatũ mortuũ est: nõ intelligamus nisi tanꝯ non sit, latet, nõ apparet, penitus ignoratur, tanꝯ in nescio quibus ignorantiæ tenebris sit sepultum. Et quod ait, Ego aũt uiuebam aliquãdo sine lege: quid ait, nisi uiuere mihi uidebar? Et qd̃ adiunxit, Adueniente autem mandato peccatum reuixit: quid est aliud quàm eminuit & apparuit? Nec tamen ait, uixit: sed, reuixit. Vixerat enim aliquando in paradiso, quãdo contra datũ præceptũ satis apparebat admissum. Cum aũt à nascentibus trahitur, tanquã mortuũ sit latet, donec repugnãs iustitiæ, malum eius prohibitione sentiatur, cum aliud iubetur atq; approbatur, aliud delectat atq; dominatur: tũc peccatum quodãmodo in notitia nati hominis reuiuiscit, quod in notitia primi facti hominis aliquando iam uixerat. Sed quod sequitur non ita expeditum est, quomodo de Paulo possit intelligi. Scimus enim, inquit, qa lex spiritalis est, ego autẽ carnalis sum. Non ait, fui: sed, sum. Nũquid ergo Apostol⁹ cũ hęc scriberet, carnalis fuit, an secundum corpus hoc dicit? Adhuc enim enim erat in corpore mortis huius, nondum factio spiritali, quod alibi dicit, Seminãt corpus animale: surget corpus spiritale. Tunc enim ex toto se, id est, ex utraq; parte qua cõstat, spiritalis homo erit, quando etiã spiritale corpus erit. Neq; enim absurdũ est, ut sit in illa uita etiã caro spiritalis, si potuit esse in hac uita, in his qui adhuc carnalia sapiunt, etiã spiritus ipse carnalis. Sic ergo ideo dixit, ego aũt carnalis sum: quia nondum spiritale corpus habebat Apostolus, Sicut posset dicere, Ego autem mortalis sum: Quod utiq; nõ nisi secundũ corpus intelligeret dixisse, quod nondũ fuerat immortalitate uestitũ. Item quod adiunxit, Venundatus sub peccato: ne quisq; eum nondum redemptũ Christi sanguine existimet, etiã hoc secũdũ illud potest intelligi qd̃ ait, Et nos primitias habẽtes spiritus, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionẽ expectantes, redemptionẽ corporis nostri. Si em̃ secundum hoc se dicit uenundatũ sub peccato, ꝙ adhuc non est redemptũ à corruptiõe corpus eius, uel uenundatũ aliquando in prima transgressione

Rom. 7 — Exod. 20 — Rom. 3 — Rom. 7 — *Corpus mortuum ob concupiscentiam* — Caput X — Rom. 7 — 1. Cor. 15 — Rom. 7

præcepti, ut haberet corpus corruptibile quod aggrauat animã: quid prohibet hic apostolum intelligi de seipso dicere, quod ita dicit, ut etiam in ipso posset intelligi, etiã si in sua persona nõ se solum, sed omnes accipi uelit, qui se nouerunt spiritali delectatione cum carnis affectione sine consensione cõfligere? An forte metuimus ea quæ sequuntur: Quod enim operor, ignoro: nõ em̃ quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio: ne forte ex his uerbis quispiam consentire carnis cõcupiscentiæ ad opera mala suspicetur Apostolum? Sed considerandũ est quod adiungit, Si autem quod nolo hoc facio, cõsentio legi quoniã bona est. Magis enim se dicit legi consentire quàm carnis cõcupiscentiæ, Hanc em̃ peccati nomine appellat. Facere ergo se dixit & operari, nõ affectu consentiẽdi & implendi, sed ipso motu cõcupiscẽdi. Hinc ergo, inquit, consentio legi quoniã bona est: cõsentio, quia nolo quod non uult. Deinde dicit, Nunc autem iam non ego operor illud, sed id quod habitat in me peccatum. Quid est, nunc aũt, nisi iam nunc sub gratia, quæ liberauit delectationem uoluntatis à cõsensione cupiditatis? Non em̃ melius intelligitur, nõ ego operor, nisi quia nõ cõsentit exhibere mẽbra sua arma iniquitatis peccato. Nam & si cõcupiscit & cõsentit & agit, quomodo non ipse illud operat̃, etiã si se operari doleat, & uinci grauiter ingemiscat? Iam illud quod sequitur, nonne unde loquat̃, apertissime ostendit? Scio enim quia nõ habitat in me, hoc est in carne mea, bonum. Si enim non exponeret adiungendo, hoc est in carne mea, aliter fortasse acciperetur quod dixit, in me: Ac per hoc uersat hoc idem repetens & inculcãs, Velle enim adiacet mihi, perficere autem bonum non. Hoc est enim perficere bonum, ut nec concupiscat homo. Imperfectum est autem bonum, quando concupiscit, etiã si concupiscentiæ nõ consentit ad malum. Nõ em̃ quod uolo facio bonum, inquit, sed quod nolo malum hoc ago. Si autem quod nolo ego hoc facio, iam nõ ego operor illud, sed qd̃ habitat in me peccatũ. Id repetiuit inculcãs, & tanꝯ tardissimos de somno excitans, Inuenio ergo legem, inquit, mihi uolenti facere bonum, quoniam mihi malum adiacet. Illa ergo bonũ est uolẽti facere, adiacet autem malũ ex concupiscentia, cui non consentit qui dicit, Iam ego non operor illud. Apertius aũt quod sequit̃ utrũq; declarat, Condelector em̃ legi dei secundũ interiorem hominẽ. Video aũt aliam legem in mẽbris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis. Sed ꝙ dixit, captiuantem me, potest mouere, si nulla consensio est. Vnde propter tria ista, duo scilicet de quibus iam disputauimus, quo ait, Ego aũt carnalis, & uenundatus sub peccato, & hoc tertiũ, captiuantem me in lege peccati que est in mẽbris meis, potest uideri Apostolus eum describere qui sub lege adhuc uiuit, nondum sub gratia. Sed sicut illa duo exposuimus propter carnem adhuc corruptibilem dicta, sic & hoc potest intelligi ut captiuantem me, dixerit carne, nõ mente: motione, nõ consensione: & ideo captiuantẽ me, quia & in ipsa

Universidad de Deusto
Biblioteca

carne non est aliena natura, sed nostra. Sicut ergo exposuit ipse quid dixerit, Scio enim qa non habitat in me, hoc est in carne mea bonū: sic iam ex illius expositione hunc locum debemus accipere, tamq; dixerit, captiuantē me, hoc est carnē meam in lege peccati quæ est in membris meis. Deinde subiungit ꝓpter qd' dicta sunt omnia, Miser ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christū dominū nostrū. Atq; inde concludit, Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne aūt legi peccati. Carne scilicet legi peccati, cōcupiscendo: mente aūt legi dei, eidē concupiscētiæ non consentiendo. Nulla ergo condēnatio est nūc his qui sunt in Christo Iesu. Non enim dānatur, nisi qui concupiscentiæ carnis consentit ad malū, Lex enim spiritus uitæ in Christo Iesu liberauit te à lege peccati & mortis, ne scilicet consensionē tuā concupiscentia sibi uindicet carnis. Et ea quæ sequunt eundē sensum magis magisq; demonstrāt, Sed adhibendus est modus. Visum aūt aliquando etiam mihi fuerat, hominē sub lege, isto Apostoli sermone describi. Sed uim mihi fecerūt postea ista uerba ꝙ ait, Nunc aūt iam non ego operor illud. Ad hoc enim pertinet illud qd' ait & postea, Nulla ergo cōdemnatio est nunc his qui sunt in Christo Iesu. Et qa non uideo quomodo diceret homo sub lege, Condelector legi dei secundū interiorē hominem: cū ipsa delectatio boni, qua etiā non cōsentit ad malū, nō timore pœnæ, sed amore iustitiæ, hoc est enim condelectari, non nisi gratiæ deputanda sit.

Quid sit liberari de corpore mortis huius Cap. XI

Nam & illud ubi ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius: quis neget Apostolū cum hæc diceret, adhuc fuisse in corpore mortis huius? A quo utiq; impij non liberantur, quibus eadem corpora ad tormēta æterna redduntur. Liberari ergo est à corpore mortis huius, omni sanato languore cōcupiscentiæ carnis, nō ad pœnā corpus recipere, sed ad gloriam. Huic loco & illud satis cōsonat, Etiam nosipsi primitias habētes spiritus, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus, adoptionē expectantes, redemptionem corporis nostri. Nimirū enim gemitu isto ingemiscimus in quo dicimus, Miser ego homo, qs me liberabit de corpore mortis huius? Illud etiā ubi ait, Quod enim operor, ignoro: quid est aliud, q̄ nolo, non approbo, non consentio, nō facio. Alioqn contrariū est his, quæ superius dixit, Per legē enim cognitio peccati. Et, Peccatum nō cognoui nisi per legē. Et, Peccatū ut appareat peccatū, per bonum mihi operatū est mortē. Quomodo enim peccatum per legem cognouit qd' ignorat? Quomodo apparet peccatum quod ignoratur? Sic ergo dictum est ignoro, non facio, quia nulla consensione id ego ipse cōmitto, Quomodo dicturus est dominus impijs, Non noui uos: quem proculdubio latere nihil potest. Et sicut dictū est, Eum qui non nouerat peccatum, quod est, non fecerat. Neq; enim non nouerat qd' arguebat. His atq; huiusmodi in ista scripturæ Apostolicæ circūstantia diligenter cōsideratis, recte intelligit Apostol⁹, non quidem se solum in sua persona, uerū alios etiam sub gratia constitutos significasse, sed secū nō-

Rom.7

Rom.8

Ro.3 & 7

Matt.7

2.Corin.15

dum in illa constitutos pace perfecta, in qua absorbebitur mors in uictoriā. De qua post dicit, Si aūt Christus in uobis, corpus quidem mortuū est, propter peccatū, spiritus aūt uita est, ꝓpter iustitiam. Si ergo spiritus eius qui suscitauit Iesum ex mortuis, habitat in uobis, qui suscitauit Christū Iesum à mortuis, uiuificabit & mortalia corpora uestra per inhabitantē spiritum eius in uobis. Viuificatis igitur mortalibus corporibus nostris, nō solum ad peccandum cōsensio nulla erit, sed nec ipsa cui cō sentiatur carnis concupiscentia remanebit, Quā spiritui resistentem, non habere in carne mortali, ille tantummodo homo potuit, qui non per ipsam ad homines uenit. Et ideo apostolos, qa homines erant, & corpus quod corrumpitur & aggrauat animam in huius uitæ mortalitate portabant, absit ut dicamus, sicut iste calumniatur, semper immoderata libidine fuisse pollutos, sed dicimus à consensione prauarum libidinum liberos; de concupiscentia tamen carnis, quam moderando frenabāt, tanta humilitate & pietate gemuisse, ut optarent eam non haberere potius, quàm domare. Pro inde iste quod adddidit nos dicere, Christum & à peccatis liberum non fuisse, sed carnis necessitate mentitum, & alijs maculatū fuisse delictis: uiderit à quibus audierit, uel in quorum literis legerit, qd' quidem fortasse non intellexit, & in sensus calumnioſos malitia fallenti conuertit. Dicunt etiam, inquit, baptisma non dare omnem indulgentiam peccatorum, nec auferre crimina, sed radere, ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur. Quis hoc aduersus Pelagianos, nisi infidelis affirmet? Dicimus enim baptisma dare omnium indulgentiā peccatorū, & auferre crimina, non radere, nec ut omnium peccatorum radices in mala carne teneantur, quasi rasorum in capite capillorum, unde crescant iterum resecāda peccata. Nam & istam similitudinem cōperi, suæ illos adhibere calūniæ, tanquā hoc nos sentiamus atq; dicamus. Sed de ista cōcupiscentia carnis falli eos credo uel fallere, cum qua necesse est ut etiam baptizatus, & hoc si diligentissime proficit, & spiritu dei agit, pia mente confligat. Sed hæc etiam si uocatur peccatum, non utiq; quia peccatū est, sed quia peccato facta est sic uocat: sicut scriptura manus cuiusq; dicitur, ꝙ manus eā fecerit, Peccata aūt sunt, quæ secundum carnis concupiscentiam uel ignorantiā illicite fiunt, dicuntur, cogitantur, Quæ transacta etiam reos tenent si non remittant. Et ista ipsa carnis concupiscentia in baptismo sic dimittitur, ut quāquam tracta sit à nascentibus, nihil noceat renascentibus. Ex quibus tamen si filios carnaliter gignunt, rursus trahit, rursusq; & nocitura nascēti bus, nisi eadem forma renascētibus remittatur, & insit nihil obfutura uitæ futuræ, quoniā reatus eius generatione tractus, regeneratiōe dimissus est, Et ideo iam non sit peccatum, sed sic uocetur, siue quod peccato facta sit, siue quod peccādi delectatione moueatur, & si ei uincēte delectatiōe iustitiæ nō cōsentiatur. Nec ꝓpter ipsam cuius iam reatus lauacro regenerationis absumptus est, dicunt in

Rom.8

Pro Cap. XII

Concupiscētia peccatū dicitur, quū ex se non sit Cap. XIII

oratione

Matt.6 oratione baptizati, Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: sed propter peccata quæ fiunt, siue in eius cõsensionibus, cum ab eo quodlibet uincit quod placet, siue cum per ignorantiã malum quasi bonũ placet. Fiunt aũt, siue operando, siue loquẽdo, siue quod facillimũ atq; celerrimũ est, cogitãdo. A quibus omnib. quis etiam fidelium gloriabitur castum se habere cor, aut quis gloriabitur mundũ se esse à peccato? Illud sane quod in oratione sequit, propter ipsam dicitur, Ne nos inferas in tentationẽ, sed libera nos
Iacob.1 à malo. Vnusquisq; enim sicut scriptũ est, tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Deinde
Cap.XIIII concupiscentia cum conceperit parit peccatum.

Hi omnes concupiscentiæ partus, & ipsius cõcupiscentiæ reatus antiquus, qui baptismatis ablu B tione dimissi sunt, & quicquid parit nunc ista concupiscentia, si non sint illi partus, qui non solũ peccata, uerumetiam crimina nuncupant, pacto illo quotidianæ orationis ubi dicimus, Dimitte nobis debita nostra sicut & dimittimus, & eleemosynarum sinceritate mundant. Neq; em̃ quisquã sic desipit, ut dicat ad baptizatos dominicum illud non
Luc.6 pertinere præceptũ, Dimittite & dimittetur uobis, date & dabitur uobis. Nullus aũt in Ecclesia recte posset ordinari minister, si dixisset Apostolus, Si
1.Tim.3 quis sine peccato: ubi ait, Si quis sine crimine est. Aut si dixisset, nullũ peccatũ habẽtes: ubi ait, Nullum crimen habentes. Multi quippe baptizati fideles sunt sine crimine, sine peccato aũt in hac uita neminẽ dixerim, quantalibet Pelagiani, quia hæc C dicimus, aduersum nos inflentur & dirumpantur insania: non quia peccati aliquid remaneat, quod in baptismate non remittatur, sed quia in nobis in huius uitæ infirmitate manentibus quotidie fieri non quiescunt, quæ fideliter orãtibus & misericorditer operantibus quotidie remittantur. Hæc est fidei catholicæ sanitas, quam sanctus ubiq; seminat spiritus, non prauitatis hæreticæ uanitas &
Motus genitalium à deo Caput XV præsumptio spiritus. Iam itaq; de cætero uideamus, quemadmodũ posteaq; nobis calumniose putauit obijcienda quæ credimus, & fingenda quæ non credimus, suã ipse uel Pelagianorũ fidem profiteatur. Contra hæc, inquit, nos quotidie disputamus, & ideo nolumus præuaricatoribus adhibere cõsensum, quia nos dicimus liberum arbitrium in D omnibus esse naturaliter, nec Adæ peccato perire potuisse. Quod scripturarũ omniũ authoritate firmatur. Hæc si quemadmodum oportet non contra dei gratiã diceretis, nec consensum prçuaricatoribus adhiberetis, sed uestrum sensum corrigeretis. Hinc aũt quantum potuimus, & quãtum sufficere uisum est, superius disputauimus. Dicimus, inquit, has quæ nũc agunt in orbe terrarũ, à deo nuptias institutas, nec reos esse coniuges, sed fornicatores & adulteros condẽnandos. Hoc uerũ & catholicũ est. Sed qd' uos hinc uultis efficere de commixtiõe masculi & fœminæ, q̃ nihil peccati nascẽtes trahant, qd' lauacro regenerationis expiet: hoc falsum est & hæreticũ. Motũ, inquit, genitaliũ, id est, ipsam uirilitatẽ, sine qua nõ potest esse commixtio, à deo dicimus institutã. Ad hoc respõdem⁹, motũ genitaliũ, et ut uerbo eius utar, uirilitatẽ, sine qua non potest esse cõmixtio, deus sic instituit, ut nihil haberet pudẽdũ. Non em̃ fas fuit, ut eius erubesceret creatura de sui opere creatoris, sed inobedientia mẽbrorũ supplicio iusto primis hominib⁹ inobedientibus reddita est, de qua erubuerũt quãdo soljs ficulneis pudẽda texerũt, quæ prius pudẽ Cap. XVI da nõ fuerunt. Neq; em̃ sibi tunicas ut totũ corpus tegerẽt post peccatũ, sed succinctoria cõsuerũt, quę nõnulli interpretes nostri minus diligẽtes tegmina interpretati sunt. Qd' quidẽ uerũ est, sed generale nomen est tegmen, qd' indumentũ & operimẽtũ omne possit intelligi. Et ideo debuit ambiguitas euitari, ut quẽadmodũ Græc⁹ perizomata posuit, quib. non tegunt nisi pudendę corporis B partes, sic & Latinus, aut ipsũ Græcũ poneret, qa & ipso iam cõsuetudo utit pro latino, uel sicut quidam succinctoria, uel sicut alij melius cãpestria nominarũt. Ex illo q̃ppe hoc nomen est, q̃ pudenda iuuenes tegebant antiquo more Romano, quãdo nudi exercebant in cãpo: unde cãpestrati appellantur hodie, qui eadẽ membra cingendo cooperiũt. Quanq̃ si ea quibus peccatũ est tegenda fuerant post peccatũ, ne tunicis quidẽ indui debuerũt, sed manũ & os tegere, qa sumendo & uescendo peccauerunt. Quid sibi ergo uult, q̃ accepto, phibito cibo, cũ fuisset præcepti facta transgressio, in illa mẽbra aspectus intẽdit? Quæ ibi nouitas ignota sentitur, & se cõpellit aduerti, quod apertione significatur oculorũ? Neq; em̃ eis uel quando ille nomina pecoribus & uolucrib⁹ imponebat, uel quãdo illa pulchrũ lignũ uidit & bonum, oculi nõ patebant: sed aperti, hoc est, intenti ad intuendum facti sunt, Sicut scriptũ est de Agar ancilla Saræ, q̃ aperuit oculos suos, & uidit puteũ: quos clausos utiq; non habebat. Vt ergo nuditatis suæ, quã quotidie profecto intuebantur, nec cõfundebant, eos subito sic puderet, ut membra illa iam nuda ferre non possent, sed statim operire curarẽt, nonne & ille in motu aperto, & illa in occulto, contra suæ uoluntatis arbitriũ inobedientia illa mẽbra senserunt, quibus utiq; nutu uoluntario sicut cæteris dominari debuerunt? Quod merito passi sunt, quia & ipsi obedientes suo domino non fuerunt. Erubuerunt ergo ita se creatori suo nõ exhibuisse seruitiũ, ut in eis mẽbris ex quibus essent filij procreandi, meretur accipere dominatũ. Hoc pudoris genus, hęc erubescendi necessitas certe cũ omni homine nascitur, & ipsis quodãmodo naturæ legibus imperatur, ut in hoc uerecundent etiã ipsa pudica coniugia: nec quisquã tã male turpiterq; ,pficiat, ut qa cognouit deum esse conditorẽ naturę authoremq; nuptiarum, ideo etiam miscendus uxori, si quis eũ uideat, non de his motibus erubescat, quæratq; secretum ubi nõ solum alienorũ, uerumetiã suorum omniũ possit uitare conspectũ. Itaq; sua culpa sibi accidens malũ, natura humana permittat agnoscere, ne cogatur aut quod est impudentissimũ de his suis motibus nõ erubescere, aut quod est ingratissimum, de sui creatoris operibus erubescere. Quo

tamen malo ꝓpter bonum generationis filiorum, bene utunt̄ pudica coniugia. Solius aũt carnalis uoluptatis causa, libidini cõsentire peccatũ est, quã uis coniugatis secundũ ueniam concedat̄. Sed constituite Pelagiani seruata honestate ac fœcunditate nuptiarũ, si nemo peccasset, qualem uelitis in paradiso uitã illorum hominũ cogitare, & unũ de his quatuor rebus eligite. Procul dubio em̄, aut quotiens cunq; libuisset, totiens cõcubuissent: aut frenarẽt libidinẽ, quando concubitus necessarius non fuisset: aut tũc ad nutũ uoluntatis libido cõsurgeret, quãdo esse cõcubitũ necessariũ casta pudentia præsensisset: aut nulla ibi omnino existente libidine, ut cætera membra quæq; ad opera sua, sic ad opus ꝓpriũ etiã genitalia iussis uolentiũ sine ulla difficultate seruirent. Horũ quatuor quod uultis eligite. Sed puto q̃ duo priora respuetis, quibus libidini, aut seruitur, aut repugnat̄. Nanq; illud primum, tam præclara honestas, hoc aũt secundum, tam magna felicitas nõ uult. Absit enim ut tantæ illius beatitudinis decus, aut præcedẽtem semper sequendo libidinem ageret turpissimam seruitutẽ, aut ei resistendo non haberet plenissimam pacem. Absit, inquam, ut carnis cõcupiscentiã nõ opportune ad generãdum, sed inordinata cõmotione surgẽtem, aut illi menti placeret cõsentiendo satiare, aut illi qeti necesse esset dissentiẽdo cohibere. Duarum uero reliquarũ quamlibet elegeritis, non est aduersus uos ulla contentione laborandũ. Et si em̄ quartam nolueritis eligere, ubi est omnium obedientia mẽbrorum, sine ulla libidine summa trãquillitas, quoniam iam uos ei fecit uestrarũ disputationum impetus inimicos, illud uobis saltẽ placebit, quod tertio loco posuimus: ut illa carnalis concupiscentia, cuius motus ad eam postremã, quæ uos multum delectat, peruenit uoluptatem, nunquam in paradiso nisi cũ ad gignendũ esset necessaria, ad uoluntatis nutũ exurgeret. Hanc si placet uobis in paradiso collocare, & per talem cõcupiscentiã carnis, quæ nec præueniret, nec tardaret, nec excederet imperium uoluntatis, uobis uidetur in illa felicitate filios potuisse generare, non repugnamus. Ad hoc em̄ qđ agimus, sufficit nobis, quia nunc talis in hominibus non est, qualem in illius felicitatis loco esse potuisse cõceditis. Qualis quippe nũc sit, profecto omnium sensus mortaliũ, etsi cum uerecundia cõfitetur: quia & castos etiam nolentes, eamq; per temperantiam castigantes, inquietudine inordinata importunaq; solicitat, & plerunq; se se uolentib. subtrahit, nolentibus ingerit, ut nihil aliud inobedientia sua, cũq; illius priscæ inobediẽtiæ pœnam se esse testetur. Vnde merito de illa & tunc primi homines, quando pudenda texerunt, & nũc qui se utcunq; hominem esse considerat, omnis pudens impudensq; cõfunditur, absit ut de opere dei, sed de pœna primi ueteriscq; peccati. Verum uos nõ pro religiosa ratione, sed pro animosa cõtentione, nec pro humano pudore, sed pro uestro furore, ne uel ipsa cõcupiscẽtia carnis uitiata credatur, & ex ea trahi originale peccatũ, talem prorsus qualis nunc est in paradiso conabimini disputando re-

Ab libido ante peccatum
Ca. XVII

Gen. 3

uocare, eamq; illic esse potuisse contendere, quam uel semper sequeretur inhonesta consensio, uel aliquando coerceret miserãda dissensio. Nos autem non multum curamus quid uos de illa sentire delectet. Quicquid tamẽ hominũ per illam nascitur, si non renascatur, sine dubitatiõe damnatur, & necesse est esse sub diabolo, si non liberet̄ inde à Christo. Hominẽ, inquit, dei opus defendimus, nec ex illius potẽtia uel in malum uel in bonum inuitũ aliquem cogi, sed propria uoluntate, aut bonũ facere, aut malum. In bono uero opere à dei gratia semper adiuuari, in malum uero diaboli suggestionib. incitari. Ad hæc respõdemus, homines esse opus dei, inquãtũ homines sunt, sed sub diabolo esse, inquantũ peccatores sunt, nisi eruant̄ inde per eum, qui non ob aliud factus est inter deũ & homines mediator, nisi qa ex hominib. non potuit esse peccator: nec ex dei potentia, uel in malũ uel in bonũ inuitũ aliquem cogi, sed deo deserente pro meritis ire in malum, & deo adiuuante, sine meritis cõuerti ad bonũ. Non enim est homo bonus si nolit, sed gratia dei etiam ad hoc adiuuatur ut uelit, quoniã non inaniter scriptũ est, Deus est em̄ qui operatur in uobis et uelle & operari pro bona uoluntate, Et præparatur uoluntas à domino. Vos autem in bono opere sic putatis adiuuari hominẽ gratia dei, ut in excitanda eius ad ipsum bonum opus uoluntate, nihil eam credatis operari. Quod satis ipsa tua uerba declarant. Cur enim non dixisti, hominẽ dei gratia in bonum opus excitari, sicut dixisti, in malum diaboli suggestionib. incitari? Sed dixisti, in bono opere à dei gratia semper adiuuari, tanquam sua uolũtate, nulla dei gratia bonum opus aggressus in ipso iam opere diuinitus adiuuetur, pro meritis uidelicet uoluntatis bonæ, ut reddatur debita gratia, non donetur indebita: ac sic gratia iam nõ sit gratia, sed sit illud quod Pelagius in iudicio Palestino ficto corde damnauit, gratiam dei secundum merita nostra dari. Dic mihi obsecro, quid boni Paulus adhuc Saulus uolebat, ac nõ potius magna mala, quando spirans cædem pergebat ad uastandos horrenda mẽtis cætitate ac furore Christianos? Quibus meritis bonæ uoluntatis deus illum ab his malis ad bona, mirabili & repentina uocatione conuertit? Quid ego dicam, quibus meritis, cum ipse clamet, Non ex operibus iustitiæ quę nos fecimus, sed secundum suam misericordiam saluos non fecit? Quid illud quod iam commemoraui dixisse dominũ, Nemo potest uenire ad me, quod intelligitur, credere in me, nisi ei datum fuerit à patre meo? Vtrum iam uolẽti credere pro meritis bonæ uoluntatis hoc datur: an potius ut credat ipsa uolũtas, sicut Sauli, desuper excitatur, etiam si tam sit auersus à fide, ut credentes etiã persequatur? Vt quid em̄ nobis dominus præcepit, ut oremus pro eis qui nos persequũtur? Nũquid hoc oramus, ut eis pro bona eorum uoluntate gratia dei retribuatur, ac non potius ut mala in bonum uoluntas eorum mutetur? Sicut credimus tunc à sanctis quos persequebatur, non inaniter oratum esse pro Saulo, ut ad fidem quã uastabat, uoluntas

Philip. 2
Voluntas excitatur à domino

Act. 9

Ad Titum 3

Ioan. 6

eius

Universidad de Deusto
Biblioteca

eius conuerteretur. Et illius quidem conuersio de super facta, manifesto etiam miraculo apparuit. Quàm multi inimici Christi quotidie, subito dei occulta gratia trahuntur ad Christum. Quod uerbum si non ex euangelio posuissem, quanta de me propter hoc iste dixisset, cũ etiã nunc obluctet nõ mihi, sed illi q clamat: Nemo potest uenire ad me, nisi pater qui misit me traxerit eũ? Non enim ait, duxerit, ut illic aliquo modo intelligamus præcedere uoluntatem. Quis trahitur si iam uolebat? Et tamẽ nemo uenit nisi uelit. Trahit ergo miris modis ut uelit ab illo, qui nouit intus in ipsis hominũ cordibus operari, non ut homines quod fieri non potest nolentes credant, sed ut uolentes ex nolen-
Ca. XX tibus fiant. Hoc uerum esse nõ coniectura suspicamur humana, sed euidẽtissima diuinarũ scripturarũ authoritate dignoscimus. Legit in Paralipo-
1. Par. 30 menon libris: Et quidem in Iuda facta est manus dei, ut daret illis cor unum, ut facerẽt præceptũ regis & principum in uerbo domini. Item per Eze-
Ezech. 36 chielem prophetã dominus dicit: Dabo eis cor aliud, & spiritũ nouũ dabo eis, & euellam cor corũ lapideũ de carne corũ, & dabo eis cor carneum, ut in præceptis meis ambulent, & iustificatiões meas
Hester 14 obseruent & faciant eas. Quid est autẽ quod Hester illa regina orat & dicit: Da sermonem cõcinnum in os meũ, & uerba mea clarifica in cõspectu leonis, & conuerte cor eius in odiũ impugnantis nos? Vt quid ista in oratione dicit deo, si non operatur deus in cordibus hominũ uolũtatẽ? Sed forte hæc mulier insipienter orauit. Videamus ergo utrũ inaniter præmissus fuerit orantis affectus, & cõsecutus nõ fuerit exaudientis effectus. Ecce ingreditur ad regẽ. Ne multa dicamus: Et quia non ordine suo ingrediebatur, magna necessitate compulsa, intuitus est eã, sicut scriptũ est, uelut taurus in impetu indignationis suæ. Et timuit regina, & cõuersus est color eius per dissolutionẽ, & inclinauit se super caput delicatæ suæ, quę præcedebat eã. Et conuertit deus, & transtulit indignationẽ eius in lenitatẽ. Iam sequẽtia cõmmeorare qd opus est, ubi deũ cõpleuisse quod illa rogauerat, diuina scriptura testat operando in corde regis? Quid aliud, q; uoluntatẽ, qua iussit & factũ est, quod ab eo regina poposcerat? Quã deus iam ut fieret, exaudierat, qui cor regis anteq; mulieris sermonẽ poscẽtis audisset, occultissima & efficacissima potestate cõ
D uertit, & transtulit ab indignatiõe ad lenitatẽ, hoc est, de uoluntate lædendi ad uoluntatẽ sauendi, se-
Philip. 2 cundũ illud Apostoli: Deus est enim qui operatur in uobis & uelle. Nunquid homines dei qui hęc scripserũt, imò ipse spiritus dei, quo authore per eos ista cõscripta sunt, oppugnauit liberũ hominis arbitriũ? Absit: Sed omnipotentis in omnibus & iudiciũ iustissimum, & auxilium dei misericordissimũ cõmendauit. Sufficit enim scire homini, q; non est iniquitas apud deũ. Iam quomodo ista dispẽset,
Rom. 9 faciens alios secundum meritum uasa iræ, alios se-
Rom. 11 cundum gratiã uasa misericordiæ: quis cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Si ergo ad honorem gratiæ pertinemus, nõ simus ingrati, tribuendo nobis quod ãccepimus. Quid enim habemus quod non accepimus? Dicimus, ingt, sanctos ueteris Testamẽti, perfecta hinc iustitia ad æternã transisse uitã, id est, studio uirtutis ab omnibus recessisse peccatis, quia & illi quos legimus aliquid peccasse, postea tamen eos emendasse cognouimus. Quãtælibet fuisse uirtutis antiquos prædices iustos, non eos saluos fecit, nisi fides mediatoris, qui in remissionẽ peccatorũ sanguinem fudit. Ipsorũ enim uox est: Credidi propter quod locutus sum. Vnde ait & apostolus Paulus: Habentes autẽ eundẽ spiritum fidei, secundum quod scriptũ est: Credidi propter quod locutus sum: & nos cre- Psal. 115
dimus, propter quod et loquimur. Quid est eundẽ 2. Cor. 4
spiritum, nisi quem iusti quoq; illi habuerunt, qui ista dixerunt? Dicit etiam apostolus Petrus: Quid
B uultis iugum imponere gentibus, quod neq; nos portare potuimus, neq; patres nostri? Sed per gratiam domini nostri Iesu Christi credimus nos salui fieri quemadmodum & illi: hoc uos non uultis inimici gratiæ Christi, ut eadem gratia Iesu Christi salui facti credantur antiqui, sed distribuitis tempora secundum Pelagium, in cuius libris hoc legitur, & ante legẽ dicitis saluos factos esse per naturã, deinde per legem, postremo per Christũ, quasi hominibus, duorum superiorum temporum ante legẽ scilicet, & in lege sanguis Christi nõ fuerit necessarius, euacuantes quod dictũ est: Vnus enim 1. Tim. 2
deus, unus & mediator dei & hominũ homo Christus Iesus. Gratiam Christi, inquiunt, omnibus Ca. XXII
necessariã, & maioribus & paruulis cõfitemur, &
C eos qui dicũt de duobus baptizatis natũ nõ debere baptizari, anathematizamus. Nouimus quomodo nõ secundũ Paulũ apostolum, sed secundũ Pelagiũ hæreticũ ista dicatis: paruulis uidelicet baptismũ necessariũ, non propter remissionẽ peccatorũ, sed tãtummodo propter regnum cœlorum. Datis enim eis extra regnum dei locũ salutis & uitæ æternæ, etã si non fuerint baptizati. Nec attenditis quod scriptum est: Qui crediderit & baptizatus fuerit saluus erit, qui autẽ non crediderit, condemnabitur. Propter quod in ecclesia saluatoris per alios paruuli credunt, sicut ex alijs ea, quę illis in baptismo remittuntur peccata traxerũt. Nec illud cogitatis, eos uitã habere nõ posse, qui fuerint expertes corporis & sanguinis Christi, dicente ipso: Nisi manducaueritis carnẽ meã, & biberitis sanguinẽ meũ, non habebitis uitã in uobis. Aut si euangelicis uocibus cogimini cõfiteri, nec uitam salutẽq; posse habere paruulos de corpore exeuntes, nisi fuerint baptizati, quærite cur cõpellantur non baptizati secundæ mortis subire supplicium, iudicante illo, qui neminẽ damnat immeritum, & inuenietis quod non uultis, originale peccatũ. Etiã eos qui dicunt, inquit, baptisma non oĩa peccata delere, cõdemnamus, quia scimus plenã purgationẽ per ipsa mysteria cõferri. Hoc dicimus & nos, sed & paruulos quoq; per ipsa mysteria primę natiuitatis, & obnoxię successiõis uinculis solui, nõ dicitis uos. Propter quod de ecclesia Christi, quæ hoc antiqtus tenet, oportet ut sicut cæteri

Nullus iustus nisi per Christum

Ioan. 6

C.XXIII hæretici segregemini & uos. Iam uero quòd ita concludit epistolam ut dicat: Nemo ergo uos seducat, nec se negẽt impij ista sentire. Sed si uerum dicunt, aut audientia detur, aut certe isti ipsi episcopi, qui nunc dissident damnẽt, quæ supra dixi, cum Manichæis se ista tenere, sicut nos ista dãnamus, quæ de nobis iactant, & sit plena concordia: quod si nolunt, scitote eos esse Manichæos, & ab eorum uos abstinete consortijs: contemnendũ est potius q̃ refellendum. Quis enim nostrum dubitat anathema dicere Manichæis, qui dicunt à bono deo, nec homines, nec nuptias institutas, nec legem datam, quæ per Moysen Hebræo populo ministrata est? Sed & Pelagianis non immerito anathema dicimus, qui tã sunt inimici gratiæ dei, quę uenit per Iesum Christum dominum nostrum, ut eam dicant nõ gratis, sed secundum merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia: tantumq; cõsti tuunt in libero arbitrio, quo in profundum demersus est homo, ut eo bene utendo dicant hominem mereri gratiam, cum nemo bene illo uti possit, nisi per gratiam, quæ non secundum debitum reddi tur, sed deo gratis miserante donatur. Paruulos au tem ita contendunt esse iam saluos, ut saluatori au deant negare saluandos. Et hæc execrabilia dogmata tenentes & seminantes, adhuc insuper flagitant audientiam, cum damnati debeant agere pœnitentiam.

Libri primi Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra duas epistolas Pelagianorum Liber secundus.

Cap. 1

IAM nunc alíam, non Iuliani tantum, sed & communem cũ pluribus Pelagianis episcopis, quam Thessalonicam miserunt, consideremus epistolam, eiq; domino adiuuante respondeamus ut possumus.

Quod opus nostrum ne lõgum fiat, q̃ causę ipsius necessitas postulat, qd opus est ea quoq; refellere, quæ dogmatis eorũ insidiosa uenena nõ cõtinent: sed tantum in auxilium suũ, uel pro catholica fide contra Manichæorũ sicut loquuntur prophanitatẽ, consensionẽ orientalium episcoporum uidẽtur exposcere, nihil aliud nitentes, nisi ut horribili hæresi obiecta, cuius se aduersarios cõfingunt, lateãt inimici gratiæ in laude naturę. Quis enim eis hinc cõmouit aliquando quæstionem? Aut cui catholicorũ propterea displicent, quia damnãt eos quos prędixit Apostolus recessuros à fide, cauteriatam habentes conscientiam, prohibẽtes nubere, abstinentes à cibis, quos immundos putãt, nec putantes à deo cuncta esse condita? Quis eos aliquando negare compulit, quòd omnis creatura dei bona sit, & nulla subsãtia sit, quam non summus fecerit deus, nisi ipse deus qui non est ab aliquo factus?

A Non ista in eis, quæ cõstat esse catholica, reprehẽduntur atq; damnantur. Impietatẽ quippe Manichæorũ nimiam, stultam & noxiã, nõ solum fides catholica detestaẽ, uerũetiam hæretici omnes, qui non sunt Manichęi. Vnde & isti Pelagiani hoc bene faciunt, Manichæis anathema dicere, & eorum erroribus contradicere. Sed faciunt duo mala quibus & ipsi anathematizandi sunt: Vnum, quòd catholicos Manichæorum nomine criminãtur: alterũ, quòd etiam ipsi hæresim noui erroris inducũt. Neq; enim quia manichæorũ morbo non laborãt, propterea fidei sanæ sunt. Non unum pestilentiæ est genus, quemadmodum in corporibus, ita & in mentibus. Sicut ergo medicus corporis nõ continuo pronunciasset à mortis periculo liberum, quẽ negasset hydropicũ, si alio lætali morbo perspexisset ægrotũ: ita istis nõ ideo ueritas gratulatur, quia B Manichæi non sunt, si alio genere peruersitatis insaniũt: Quapropter aliud est quod anathematizamus cũ eis, aliud quod in eis. Detestamur enim cũ eis, quod recte displicet etiã ipsis, ita tamen ut detestemur in eis, unde recte displicent ipsi. Manichæi dicunt, deum bonum non omnium naturarum esse creatorem. Pelagiani dicunt, deũ nõ esse omnium ætatum in hominibus mundatorẽ, salutorẽ, liberatorem. Catholica utroscq; redarguit, & contra Manichæos defendens dei creaturã, ne ab illo instituta negetur ulla natura, & cõtra Pelagianos, ut in omnibus ætatibus perdita requiraẽ humana natura. Manichæi carnis concupiscentiam non tanq̃ accidens uitiũ, sed tanq̃ naturã ab æternitate malam uituperant. Pelagiani eam tanquam nullum uitium, sed naturale sit bonũ insuper laudant. Catholica utroscq; redarguit, Manichæis dicens, non natura, sed uitium est: Pelagianis dicẽs, non à patre, sed ex mundo est: ut eam uelut malam ualetudinem sanari utriq; permittant, definẽdo illi tanquam insanabilem credere, isti tanquam laudabilem prædicare. Manichæi negant homini bono ex libero arbitrio fuisse initium mali. Pelagiani dicunt etiã hominem malum sufficiẽter habere liberum arbitrium ad faciẽdum præceptum bonũ. Catholica utroscq; redarguit, & illis dicens: Fecit deus hominẽ rectum. Et istis dicens: Si uos filius liberauerit, uere liberi eritis. Manichæi dicũt, animam particulam dei, naturæ malæ cõmixtione habere peccatum. Pelagiani dicũt, animã iustam, nõ quidẽ particulam, sed creaturã dei, etiã in ista corruptibili uita nõ habere peccatũ. Catholica utroscque redarguit, Manichæis dicẽs: Aut facite arborẽ bonã, & fructum eius bonũ, aut facite arborem malã, & fructum eius malum: quod non diceretur homini, qui naturã facere non potest, nisi quia peccatũ non natura, sed uitiũ est: Pelagianis dicẽs: Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. His morbis inter se cõtrarijs Manichæi Pelagianiq; confligunt dissimili uolũtate, simili uanitate, separati opinione diuersa, sed propinqui mẽte peruersa. Iam uero gratiã Christi simul oppugnãt, baptismũ eius simul euacuãt: carnẽ eius simul exhonorãt, sed etiã hæc

Confert Manichæos cum Pelagianis Cap. 11

Eccle. 7
Ioan. 8

modis

Universidad de Deusto
Biblioteca

modis cauſisq; diuerſis. Nã Manichæi meritis naturæ bonæ, Pelagiani autem meritis uolũtatis bonæ, perhibent diuinitus ſubueniri. Illi dicũt, debet hoc deus laboribus mẽbrorũ ſuorum. Iſti dicunt, debet hoc uirtutibus ſeruorũ ſuorum. Vtriſq; ergo merces non imputatur ſecundũ gratiã, ſed ſecundum debitũ. Manichæi lauacrũ regenerationis, id eſt, aquam ipſam dicunt eſſe ſuperfluam, nec prodeſſe aliquid prophano corde cõtendunt. Pelagiani autẽ quod in ſacro baptiſmate ad expianda peccata dicitur, nihil opitulari infantibus nullũ peccatum habentibus aſſerũt. Ac per hoc in paruulis baptizãdis, quantũ ad remiſſionẽ attinet peccatorũ, Manichæi uiſibile deſtruunt elementũ, Pelagiani autem etiã inuiſibile ſacramentũ. Manichęi carnẽ Chriſti exhonorãt, partũ uirginis blaſphemando, Pelagiani autẽ carnem redimendorum carni redemptoris æquando. Propterea quippe natus eſt Chriſtus, non utiq; in carne peccati, ſed in ſimilitudine carnis peccati, quia cęterorum hominũ naſcitur caro peccati. Manichæi ergo omnem carnem penitus deteſtantes, auferunt carni Chriſti perſpicuam ueritatẽ. Pelagiani uero nullam carnem peccati naſci aſſeuerantes, auferunt carni Chriſti propriã dignitatẽ. Deſinant itaq; Pelagiani catholicis obiectare quod non ſunt, nec ideo ſe uelint haberi amabiles, quia odioſo Manichæorũ aduerſantur errori, ſed merito ſe agnoſcãt odibiles, quia ſuũ nõ auerſantur errorẽ. Poſſunt enim duo errores inter ſe eſſe contrarij, ſed ambo ſunt deteſtãdi, quia ſunt ambo contrarij ueritati. Nam ſi propterea ſunt diligendi Pelagiani, quia oderũt Manichæos, diligendi ſunt & Manichæi, quia oderũt Pelagianos. Sed abſit ut catholica mater propter alterorũ odium, alteros eligat amare, cum monente atq; adiuuãte domino debeat utroſq; uitare, & cupiat utroſq; ſanare. Quinetiam Romanos clericos arguunt, ſcribentes eos iuſſionis terrore perculſos non eruiſſe præuaricationis crimen admittere, ut cõtra priorem ſentẽtiam ſuam, qua geſtis catholico dogmati affuerant, poſtea pronunciarent malam hominum eſſe naturam: imò uero Pelagiani ſpe falſa putauerant, nouum & execrabile dogma Pelagianum uel Celeſtianum perſuaderi quorundam Romanorum catholicis mentibus poſſe, quando illa ingenia quãuis nefando errore peruerſa, nõ tamẽ contemptibilia, cum ſtudioſe corrigẽda potius, q; facile damnanda uiderentur, aliquanto lenius, q; ſeuerior poſtulabat eccleſiæ diſciplina, tractata ſunt. Tot enim & tantis inter apoſtolicam ſedẽ & Aphros epiſcopos currentibus & recurrentibus ſcriptis eccleſiaſticis, etiã geſtis de hac cauſa apud illam ſedẽ, Celeſtio præſente & reſpondente confectis, quæ nã tandem epiſtola uenerandæ memoriæ papæ Zoſimi, quæ interlocutio reperitur, ubi præceperit credi oportere ſine ullo uitio peccati originalis hominẽ naſci: nuſquã prorſus hoc dixit, nuſquã omnino conſcripſit. Sed cũ hoc Celeſtius in ſuo libello poſuiſſet, inter illa duntaxat de quibus ſe adhuc dubitare & inſtrui uelle cõfeſſus eſt, in homine acerrimi ingenij, qui profecto ſi corrigeretur, plurimis profuiſſet, uoluntas emendationis, nõ falſitas dogmatis approbata eſt. Et propterea libellus eius catholicus dictus eſt, quia & hoc catholicæ mẽtis eſt: ſi qua forte aliter ſapit, q; ueritas exigit, nõ ea certiſſime definire, ſed detecta ac demonſtrata reſpuere. Non enim hæreticis, ſed catholicis Apoſtolus loquebatur, ubi ait: Quotquot ergo perfecti hoc ſapiamus, & ſi qd aliter ſapitis, id quoq; deus uobis reuelabit. Hoc in illo factum eſſe putabat, quando ſe literis beatæ memoriæ papæ Innocentij, qbus de hac re dubitatio tota ſublata eſt, cõſentire reſpõdit: Et hoc ut plenius et manifeſtius in illo fieret, expectabat uẽturis ex Aphrica literis, in qua ꝓuincia eius aliquãto calliditas euidẽtius innotuerat. Quæ Romanæ literę poſteaquã uenerunt, id cõtinentes non ſufficere hominibus tardioribus & ſolicitioribus, quòd ſe generaliter Innocẽtij epiſcopi literis conſentire fatebatur, ſed aperte eũ debere anathematizare, quæ in ſuo libello praua poſuerat, ne ſi id non feciſſet, multi parũ intelligentes, magis in libello eius illa fidei uenena à ſede apoſtolica crederẽt approbata, propterea quòd ab illa dictum erat, eũ libellũ eſſe catholicum, quàm emendata, propter illud quòd ſe papæ Innocentij literis cõſentire ipſe reſpõderat. Tunc ergo cũ eius præſentia poſceretur, ut certis ac dilucidis reſpõſionibus, uel aſtutia hominis uel correctio diluceſceret, & nulli ambigua remaneret, ſe ſubtraxit, & negauit examini. Nec differendum iam fuerat, ſicut factũ eſt, quod alijs prodeſſet, ſi nimiũ peruerſorũ pertinaciæ dementiæq; nõ poſſet. Sed ſi quod abſit, ita tũc fuiſſet de Celeſtio uel Pelagio in Romana eccleſia iudicatum, ut illa eorum dogmata, quæ in ipſis & cum ipſis papa Innocentius damnauerat, approbanda & tenenda pronunciarẽtur, ex hoc potius eſſet præuaricationis nota Romanis clericis inurenda. Nunc uero cum primitus beatiſſimi papæ Innocentij literæ epiſcoporum literis reſpondentes Aphrorum, pariter hunc errorem, quẽ conantur iſti perſuadere damnauerũt, ſucceſſor quoq; eius ſanctus papa Zoſimus hoc tenẽdum eſſe, quod iſti de paruulis ſentiunt, nunquam dixerit, nunquam ſcripſerit: Inſuper etiam Celeſtium ſe purgare molientem ad conſentiendum ſupradictis ſedis apoſtolicæ literis crebra interlocutiõe cõſtrinxerit, profecto quicquid interea lenius actum eſt cum Celeſtio, ſeruata duntaxat antiquiſſimæ & robuſtiſſimę fidei firmitate, correctionis fuit clementiſſima ſuaſio, non approbatio exitioſiſſima prauitatis: Et q; ab eodẽ ſacerdote poſtea Celeſtius & Pelagius repetita authoritate damnati ſunt, paululũ intermiſſæ, iam neceſſario proferendæ ratio ſeueritatis fuit, non præuaricatio prius cognitæ uel noua cognitio ueritatis.

Vnitas in hæreticos de quibus ſpes eſt Cap. III

Damnatio Cęleſtij Ca. IIII

Sed quid opus eſt nos de hac re loquendo diutius immorari, cum extent hinc atq; inde geſta & ſcripta directa, ubi poſſint cuncta illa quemadmodum acta ſint, uel cognoſci uel recognoſci? Interrogationibus enim ſancti præceſſoris tui, & Celeſtij reſponſionibus, quibus ſe beati papæ Innocentij literis conſentire profeſſus eſt, quis non uideat quemad-

Universidad de Deusto
Biblioteca

quemadmodum sit Celestius colligatus & uincu A lo saluberrimo obstrictus, ne ulterius defendere au deret in baptismate paruulorum non dimitti origi nale peccatū? Venerabilis quippe Innocentij epi scopi de hac re ista sunt uerba ad Carthaginēse cō cilium: Liberum, inquit, arbitriū olim ille perpes sus dum suis inconsultius utitur bonis, cadens in præuaricationis profunda demersus, nihil quēad modum exinde surgere posset inuenit: suaq; ineter num libertate deceptus, huius ruinæ latuisset op pressu, nisi eum post Christi pro sua gratia libera sset aduētus, qui per nouæ regenerationis purifica tionē omne præteritū uitiū sui baptismatis lauacro purgauit. Quid ista sedis apostolicæ sentētia cla rius atq; manifestius? Huic se Celestius consenti re professus est, quando cū illi à sancto præcessore tuo dictum esset: Illa omnia damnas quæ iactata B sunt de nomine tuo? Ipse respondit: Damno secun dum sententiā beatæ memoriæ præcessoris tui, In nocentij. Inter cætera autē quæ de nomine eius ia ctata fuerant, diaconus Celestio Paulinus obiece rat, quòd diceret peccatū Adæ ipsi soli obfuisse & nō generi humano: & q; infantes nuper nati, in eo essent statu in quo Adam fuit ante peccatū. Proin de si obiecta Paulini secundū sententiam beati pa pæ Innocentij, ueraci corde atq; ore dānaret, quid ei remaneret deinceps unde contenderet, nullum esse ex præterita primi hominis transgressione in paruulis uitium, quod per nouę regenerationis pu rificationem sacro baptismate purgaretur? Sed il lud se respondisse fallaciter nouissimo exitu osten dit, cum se subtraxit examini, ne secūdum Aphri C cana rescripta ipsa omnino de hac quæstione uer ba commemorare & anathematizare, quæ in libel lo suo posuit, cogeretur. Quid illud quod idem Papa de hac ipsa causa etiā Numidię rescripsit epi scopis, quia de utroq; concilio & de Carthaginen si scilicet & Mileuitano scripta susceperat, nonne apertissime de paruulis loquitur? Hæc enim eius uerba sunt: Illud uero, quod eos uestra fraternitas asserit prædicare, paruulos æternę uitæ præmijs e- tiam sine baptismatis gratia posse donari, perfatuū est. Nisi enim māducauerint carnem filij hominis & biberint sanguinē eius, non habebunt uitam in semetipsis. Qui autem hanc eis sine regeneratio- ne defendunt, uidentur mihi ipsum baptismū uel- le cassare, cum prædicant hos habere, quod in eos D credimus non nisi baptismate conferendū. Quid ad hæc dicit ingratus, cui sedes apostolica iam sua professione quasi correcto, benignissima lenitate pepercerat? Quid ad hæc dicit, utrum post huius uitæ finem paruuli, etiam si dum uiuunt non ba ptizentur in Christo, in uita æterna erunt, an non erunt? Si dixerit, erunt: quomodo ergo quæ de no mine eius iactata sunt secundum sententiam bea tæ memoriæ Innocentij se damnasse respōdit? Ec ce beatæ memoriæ Innocentius papa, sine baptis mo Christi, & sine participatione corporis & san guinis Christi uitam nō habere paruulos dicit. Si dixerit, non erunt: quomodo ergo non accipiētes æternam uitam, utiq; consequenter æterna morte damnantur, si nullum trahunt originale peccatū? Quid ad hæc dicunt isti qui suas calumnios as im pietates scribere audent, & Orientalibus episco pis mittere? Tenet Celestius literis uenerabilis In nocentij præbuisse consensum: Leguntur ipsę me morati antistitis literæ scribentis nō baptizatos ui tam paruulos habere non posse. Quis autem nega bit id esse consequēs ut mortē habeant, qui nō ha bent uitam? Vnde ergo in infantibus ista miserabi lis pœna, si nulla originalis est culpa? Quomodo igitur ab istis fidei desertoribus & oppugnatorib. gratiæ, Romani clerici præuaricationis arguūtur sub episcopo Zosimo, quasi aliud senserint in da mnatione posteriore Celestij & Pelagij, q; quod sub Innocētio in priore senserūt? Quia uti q; cum literis uenerabilis Innocētij de paruulis, nisi bapti zarentur in Christo, in æterna morte mansuris ca tholicæ fidei clareret antiquitas, profecto ec clesiæ Romanæ pręuaricator potius esset quicunq; ab il la sentētia deuiasset: quod deo propitio, quoniā fa ctum non est, sed ipsa constanter repetita Celestij & Pelagij damnatione seruata est, se intelligāt esse unde alios criminātur, & aliquando à fidei pręua ricatiōe sanētur. Malam quippe hominū esse natu rā, nō dicit catholica fides, inquantū homo à crea tore primitus institutus est, neq; nūc quod in illa deus creat, cū homines ex hominib. facit, hoc est malum eius, sed quod ex illo uitio primi hominis trahit. Iam nunc illa uidenda sunt, quæ in episto la sua nobis obijciētes, breuiter posuerūt, quibus hæc est nostra respōsio: Peccato Adæ arbitriū libe rum de hominum natura periisse non dicimus, sed ad peccādum ualere in hominibus subditis diabo lo: ad bene autem pieq; uiuendum non ualere, nisi ipsa uoluntas hominis dei gratia fuerit liberata, & ad omne bonum actionis, sermonis, cogitationis adiuta. Neminem nisi dominum deū dicimus na scentium conditorē, nec à diabolo, sed ab ipso nu ptias institutas: oīes tamen sub peccato nasci pro pter propaginis uitiū, & ideo esse sub diabolo do nec renascant in Christo: Nec sub nomine gratiæ fatum asserimus, quia nullis hominū meritis dei gratiam dicimus antecedi. Si autē quibusdam om nipotentis dei uoluntatem placet fati nomine nū cupare, prophanas quidem uerborū nouitates eui tamus, sed de uerbis contendere nō amamus. Vn de autem hoc eis uisum fuerit nobis obijcere, q; fa tum asseramus sub nomine gratię, cum aliquanto attentius cogitarim, prius eorū uerba quæ conse quuntur inspexi. Sic enim hoc nobis obijciēdum putarunt: Sub nomine, inquiūt, gratię ita fatū asse rūt, ut dicant: quia nisi deus inuito & reluctanti ho mini inspirauerit boni & ipsius imperfecti cupidi tatē, nec à malo declinare, nec bonū posset arripe re. Deinde aliquāto post, ubi ipsi quæ defendant, cōmemorant, quid de hac re ab eis dicereī, atten di. Baptisma, inquiunt, oīnibus necessariū esse æta tibus confitemur, gratiā quoq; adiuuare uniuscu iusq; bonū propositū, non tamen reluctanti studiū uirtutis immittere, quia personarū acceptio nō est apud deum. Ex his eorū uerbis intellexi, ob hoc illos uel

Fatum pro gratia Cap. V

illos uel putare uel putari uelle, fatum nos asserere sub nomine gratiæ, quia gratiã dei non secundum merita nostra dicimus dari, sed secũdum ipsius misericordissimã uoluntatem, qui dixit: Miserebor, cui misertus ero: & misericordiã præstabo, cui misericors fuero. Vbi consequenter adiunctũ est: Igitur non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Posset etiã hinc quispiã similiter stultus fati assertorẽ Apostolum putare uel dicere: Verum hic se isti satis aperiunt. Cum enim propterea nobis calumniantur, dicẽtes nos fatum gratiæ nomine asserere, quia non secundum merita nostra dari dicimus dei gratiam, proculdubio confitentur, q̃ ipsi eam secundũ nostra merita dari dicunt: Ita cæcitas eorum occultare ac dissimulare non potuit hoc se sapere atq; sentire, quod sibi obiectũ Pelagius in episcopali iudicio Palestino subdolo timore dãnauit. Obiectũ quippe illi est ex uerbis quidem discipuli sui Celestij, q̃ etiam ipse diceret, gratiã dei secundum merita nostra dari. Quod ille detestans, uel quasi detestans, ore duntaxat anathematizare nõ distulit: Sed sicut eius libri posteriores indicãt, & istorũ sectatorũ eius nudata assertio, ficto corde seruauit, donec postea quod tunc metu texerat negantis astutia, etiã in literas proferret audacia. Et adhuc non reformidant, nec saltẽ uerecundantur episcopi Pelagiani literas suas catholicis Orientalibus episcopis mittere, quibus nos assertores fati esse criminantur, quia nõ dicimus gratiã dei secundum merita nostra dari, quod Pelagius episcopos Orientales metuẽs, dicere nõ ausus, & dãnare cõpulsus est. Ita ne uero filij superbiæ, inimici gratiæ dei, ò noui hæretici Pelagiani, quisquis dicit, gratia dei omnia hominis bona merita præueniri, nec gratiam dei meritis dari, ne non sit gratia, si nõ gratis daẽ, sed debita merẽtibus reddiẽ, fatũ uobis uidetur asserere? Nónne etiã uosipsi qualibet intentione necessariũ baptismũ omnibus ætatibus dicitis? Nónne in hac ipsa epistola uestra istam de baptismo sententiam, & de gratia iuxtà posuistis? Cur non uos baptismus qui datur infantibus, ipsa uicinitate cõmonuit quid sentire de gratia debeatis? Hæc enim uerba sunt uestra: Baptisma omnibus necessarium esse ætatibus cõfitemur, gratiam quoq; adiuuare uniuscuiusq; bonum propositum, non tamen reluctanti studium uirtutis immittere, quia personarum acceptio non est apud deum. In his oĩbus uerbis uestris de gratia quod dixistis, interim taceo: de baptismate reddite rationem, cur illud dicatis omnibus esse ætatibus necessarium, quare sit necessariũ paruulis dicite. profecto quia eis boni aliquid confert, & idem aliquid nec paruum nec mediocre, sed magnũ est. Nam si eos negatis attrahere quod in baptismo remittatur originale peccatum, tamen illo regenerationis lauacro adoptari ex filijs hominum in filios dei non negatis, imò etiã prædicatis. dicite ergo nobis quicũq; baptizati in Christo paruuli de corpore exierunt, hoc tam sublime donũ quibus præcedentibus meritis acceperũt? Si dixeritis, hoc eos parentũ pietate meruisse: Respondebit uobis: cur aliquãdo piorum filijs negatur hoc bonũ, & filijs tribuitur impiorũ? Nonnunq; enim de religiosis orta proles in tenera ætate atq; ab utero recẽtissimo præuenitur morte, antequam lauacro regenerationis abluatur: & infans natus ex inimicis Christi misericordia Christianorum baptizatur in Christo. plangit baptizata mater nõ baptizatum proprium: & ab impudica expositum, baptizandum casta fœtum colligit alienum. Hic certe merita parentũ uacant, uacant uobis fatẽtibus ipsorum etiam paruulorũ. Scimus enim uos non de anima humana credere, quod ante corpus terrenum alicubi uixerit, & aliquid operata sit uel boni uel mali, unde istã in carne differentiam mereretur. Quæ igitur causa huic paruulo baptismũ procurauit, illi negauit? An ipsi fatum habẽt, quia meritum nõ habent? aut in his est acceptio à domino personarum? Nam utrunq; dixistis, prius fatum, acceptionem postea personarum, ut quoniam utrumq; refutandũ est, remaneat quod uultis aduersus gratiã introducere meritũ. Respondete igitur de meritis paruulorum, cur alij baptizati, alij non baptizati de corporibus exeãt, nec parentum meritis uel polleant uel careant tam excellenti bono, ut fiant filij dei ex hominũ filijs, nullis parentum, nullis meritis suis. Nempe reticetis, & uos ipsos potius in eo quod nobis obijcitis inuenitis. Nam si ubi non est meritũ, cõsequenter esse dicitis fatũ, & ob hoc in gratia dei meritũ hominis uultis intelligi, ne fatũ cogamini confiteri, ecce uos potius asseritis fatũ in baptismate paruulorum, quorum nullum esse fatemini meritum. Si autem in baptizandis paruulis, & nullum meritũ omnino præcedere, & tamen fatũ non esse conceditis, cur nos quando dicimus gratiam dei propterea gratis dari, ne gratia non sit, & non tanquã debitam meritis præcedentibus reddi, fati assertores esse iactatis: non intelligentes iustificandis impijs sicut propterea merita nõ sunt, quia dei gratia est, ita propterea non esse fatum, quia dei gratia est, ita propterea nõ esse acceptionem personarum, quia dei gratia est? Fatum quippe qui affirmãt, de syderum positione ad tẽpus quo concipitur quisq; uel nascitur, quas constellationes uocant, non solum actus & euẽta, uerumetiam ipsas nostras uoluntates pendere contendunt: Dei uero gratia non solũ omnia sydera & omnes cœlos, uerumetiam oĩes angelos supergreditur. Deinde fati assertores & bona & mala hominum fato tribuunt: Deus autẽ in malis hominum merita eorũ debita retributione persequitur, bona uero per indebitam gratiã misericordi uoluntate largitur, utrumq; faciens non per stellarũ temporale consortiũ, sed per suæ seueritatis & bonitatis æternum altrumq; cõsiliũ. Neutrum ergo pertinere uidemus ad fatum. Hic respõdetis, hanc ipsam dei beneuolentiam qua non merita sequitur, sed bona indebita gratuita bonitate largitur, fatum potius esse dicendum, cũ hanc Apostolus gratiam uocet dicẽs: Gratia salui facti estis per fidem, & hoc non est ex uobis, sed dei donum est, nõ ex operibus, ne forte quis extollatur. Nónne attẽditis, nónne perspicitis, nõ à nobis diuinæ

Quid sit acceptio personarum Ca. VII

Ephe. 2

Exod. 33 Rom. 9

Cap. VI

Universidad de Deusto
Biblioteca

uinæ gratiæ nomine fatum asserí, sed à uobis potius diuinam gratiam fati nomine nũcupari? Item quia acceptio personarũ ibi recte dicitur, ubi ille qui iudicat relinquens causæ meritum de qua iudicat, alteri contra alterum suffragatur, quia inuenit aliquid in persona quod honore uel miseratione sit dignũ? Si autem quispiã duos habeat debitores, & alteri uellet dimittere debitum, alterum exigere, cui uult donat, sed neminem fraudat: nec acceptio personarũ dicẽda est, quãdo iniquitas nulla est. Alioquin eis qui parum intelligũt, potest acceptio personarũ uideri, ubi uineæ dominus operarijs, qui una hora illic opus fecerunt, tantum dedit, quantũ illis qui pertulerũt põdus diei & ęstus, æquales faciens in mercede, quorum tã magna distantia fuerat in labore: Sed quid respondit de hac uelut acceptione personarum aduersus patrẽfamiliãs murmurantibus? Amice, inquit, non facio tibi iniuriã. Nónne ex denario conuenisti mecum? Tolle quod tuũ est, & uade, uolo autẽ & huic nouissimo dare sicut & tibi. An non licet mihi quod uolo facere? An oculus tuus nequã est, quia ego bonus sum? Nempe hic tota iustitia est: Hoc uolo: tibi, inquit, reddidi, huic donaui, necꝫ ut huic donarẽ, tibi aliquid abstuli, aut quod debebã uel minui uel negaui. An nõ licet mihi facere quod uolo? An oculus tuus nequam est, quia ego bonus sum? Sicut ergo hic nulla est acceptio personarũ, quia sic alius gratis honoratur, ut alius debito non fraudetur: sic etiam cũ secundum propositum dei uocatur alius, alius non uocatur: uocato datur gratuitum bonum, cuius boni est uocatio ipsa principium: non uocato redditur malum, quia omnes rei sunt ex eo, quòd per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundum. Et in illa quidem operariorũ similitudine, ubi unum denariũ acceperũt qui una hora, & qui duodecies tantũ laborauerunt, qui utiqꝫ secundum rationes humanas, sed uanas, pro quantitate laboris sui duodecim denarios accipere debuerunt, utriqꝫ in bono coæquati, non alij liberati, alij dãnati sunt; quia & illi qui plus laborauerunt, & quòd sic uocati sunt ut uenirent, & sic pasti ut non deficerent, ab ipso patrefamiliãs habuerunt. Vbi autẽ dicitur, Ergo cui uult miseretur: & quẽ uult obdurat, qui facit aliud uas in honorẽ, aliud in cõtumeliam: bonum quidem immerito & gratis datur, quia ex eadem massa est cui datur: malũ uero merito & debitũ redditur, quia in massa perditionis malum malo non male redditur, & ei cui redditur malum est, quia supplicium est: ei uero à quo redditur, bonũ est, quia recte factum eius est. Nec ulla est acceptio personarum in duobus debitoribus, æqualiter reis, si alteri dimittitur, alter exigitur, quod pariter ab utroqꝫ debeꝛ. Sed ut id quod dicimus alicuius exempli manifestatiõe clarescat, cõstituamus aliquos ab aliqua meretrice geminos æditos, atqꝫ ut ab alijs colligerentur expositos: horum sine baptismo expirauit unus, alius baptizatus: quod hic fatũ aut fortunã fuisse dicamus, quæ oñino nulla sunt, quam personarum acceptionẽ, quæ apud deũ nulla est, etiã si in istis ulla esse potuisset, qui utiqꝫ nihil habebant, unde alter alteri præferretur: meritaqꝫ nulla propria, siue bona, quibus mereretꝛ alius baptizari, siue mala, quib⁹ alius sine baptismate moriꝛ An aliqua parentũ fuerunt, ubi fornicator pater, meretrix materꝛ Sed qualiacunqꝫ illa fuerint, non utiqꝫ istis tam diuersa cõditione morientibus ulla diuersa, sed utriqꝫ communia. Si ergo nec fatum, quia nullæ stellæ ista decernunt, nec fortuna, quia nõ fortuiti casus hæc agũt, nec personarum, nec meritorum diuersitas hoc fecerunt: quid restat quantum ad baptizatũ attinet, nisi gratia dei quæ uasis factis in honorẽ gratis datur: quantum autẽ ad non baptizatum ira dei, quę uasis in contumeliam pro ipsius massę meritis redditur. Sed in illo qui baptizatus est, gratiã dei uos confiteri cogimus, & meritum eius nullum præcessisse conuincimus: de illo autem sine baptismate mortuo, cur ei defuerit sacramentum, quod & uos fatemini omnibus ętatibus necessariũ, & quid isto modo in eo fuerit uindicatũ, uos uideritis qui nõ uultis esse originale delictũ. Nobis in duobus istis geminis unam proculdubio habentibus causam, difficultatem quęstiõis, cur alius sic, alius uero sic mortuus est, uelut non soluendo soluit Apostolus: Qui cũ & ipse de duobus geminis tale aliquid proposuisset, propter quos nõ ex operibus, quia nondum operati fuerãt aliquid boni uel mali, sed ex uocante dictum est, Maior seruiet minori: Et, Iacob dilexi, Esau aũt odio habui: & huius profunditatis horrorẽ usqꝫ ad hoc perduxisset ut diceret, Ergo cuius uult miseretur, & quẽ uult obdurat: sensit continuo quid moueret & sibi uerba contradicentis, quæ apostolica authoritate coerceret, opposuit. Ait emñ, Dicis itaqꝫ mihi, quid adhuc cõqueritur? Nã uolũtati eius quis resistit? Respondítqꝫ ista dicẽti: O homo tu quis es qui respõdeas deo? Nunquid dicit figmentũ ei qui se finxit, quare sic me fecisti? An non habet potestatẽ figulus luti ex eadẽ massa facere, aliud quidem uas in honorem, aliud in contumeliam? Deinde secutus tam magnum abditumqꝫ secretum, quantum aperiendum esse hominibus iudicauit, aperuit dicẽs: Si autẽ uolens deus ostendere iram & demonstrare potentiam suam, attulit in multa patientia uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionẽ, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quę præparauit in gloriam, hoc est gratiæ dei non solũ adiutorium, uerumetiam documentũ: Adiutoriũ scilicet in uasis misericordiæ, in uasis autem irę documentum. in eis emñ ostendit irã & demõstrat patientiã suã, quia tam potens est bonitas eius ut bene utatur etiã malis. & in eis facit diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quoniã quod ab irę uasis exigit iustitia puniẽtis, hoc uasis misericordiæ dimittit gratia liberãtis. Nec beneficiũ quod quibusdã gratis tribuitꝛ appareret, nisi deus alijs ex eadẽ massa pariter reis iusto supplicio condẽnatis, quid utrisqꝫ deberetur, ostenderet. Quis enim te discernit? ait idẽ Apostolus, homini tanqꝫ de semetipso & de suo proprio bono gloriãti: Quis emñ te discernit? utiqꝫ ab iræ uasis, à massa perditionis, quæ per unum

Rom. 9

Malach. 1

1. Cor. 4

unum omnes misit in damnationē. Quis te discer-
nit? Et tanq̄ respondisset, discernit me fides mea,
propositum meum, meritū meum. Quid enim ha-
bes, inquit, quod non accepisti? Si aūt et accepisti,
quid gloriaris quasi nō acceperis? hoc est, quasi de
tuo sit, unde discerneris. Ergo ille discernit qui un-
de discernaris impertit, pœnam debitam remouen
do, indebitam gratiam largiendo: ille discernit qui
Gen. 1 cum tenebræ essent super abyssum, dixit: Fiat lux
& facta est lux: & diuisit, hoc est, discreuit inter lu-
cem & tenebras. Non em̄ cum solę essent tenebræ
quid discerneret inuenit, sed lucem faciēdo decre-
Ephe. 5 uit ut iustificatis impijs dicatur: Fuistis em̄ aliquā-
do tenebrę, nunc aūt lux in domino, ac sic qui glo-
riatur non in seipso, sed in domino glorietur. Ille di
scernit qui de nondū natis neq̄ qui aliqd egerant
boni aut mali, ut secundum electionē propositum
eius maneret, non ex operibus, sed ex ipso uocan-
te dixit: Maior seruiet minori: atq̄ idipsum cōmen
dans postea per prophetam: Iacob, inquit, dilexi, E
Hier. 9 sau autem odio habui. electione quippe dixit, ubi
deus non ab alio factum quod eligat inuenit, sed
quod inueniat ipse facit, sicut de reliquijs Israel scri
Rom. 11 ptum est: Reliquiæ per electionem gratiæ factæ
sunt. Si autem gratia, iam non ex operibus: alio-
quin gratia iam nō est gratia. Propter quod profe-
ctio delipitis, qui dicente ueritate, nō ex operibus,
sed ex uocāte dictum est, uos dicitis ex futuris ope
ribus, quę deus illum facturū esse pręsciebat, Iacob
Malac. 1 fuisse dilectum: atq̄ ita contradicitis Apostolo di-
centi, non ex operibus: quasi non posset dicere, nō
ex pręsentibus, sed ex futuris operibus: sed ait non
ex operibus, ut gratiā cōmendaret: si aūt gratia, iā
non ex operibus, alioquin gratia iam non est gra-
tia. Gratia utiq̄, ut per illam fiant bona opera: ne si
præcesserint bona opera, tanq̄ operibus reddatur
gratia, ac sic gratia iam non sit gratia. Sed ut uobis
auferretur omnis uestræ caliginis latebra, propte-
rea geminos tales proposuit, qui neq̄ parentū me
ritis iuuarentur, & ambo infantię primordio unus
baptizatus, alter sine baptismate morerētur, ne di-
ceretis deum, sicut de Iacob & Esau contra Apo-
stolum dicitis, opera eorum futura præscisse. Quo
modo enim præsciuit ea futura, quæ illis in infan-
tia morituris, quia prescientia eius falli non potest,
præsciuit potius non futura? Aut quid prodest eis
qui rapiuntur ex hac uita, ne malitia mutet intelle
ctum eorum, aut ne fictio decipiat animā eorum,
si peccatū etiam quod non est factum, dictum, co-
gitatum, tanq̄ cōmissum fuerit, sic punitur? Quod
si absurdissimum, insulsissimum, dementissimum
est, quoslibet homines ex his peccatis, quorū nec
reatum ex parentibus trahere, sicut dicitis, nec ea
non solum cōmittere, sed nec saltem cogitare po-
tuerunt, esse damnādos: redit ad uos frater ille ge-
minus baptizati non baptizatus, & tacitus quęrit
à uobis, unde fuerit à fraterna felicitate discretus,
cur illa infelicitate punitus, ut illo in dei filium ad-
optato ipse nō acciperet omnibus ætatibus neces-
sarium, sicut fatemini, sacramentū, si quemadmo-
dum nulla est fortuna uel fatum, uel apud deum ac
ceptio personarum, ita nullum est gratiæ meritis
donum, nullum originale peccatū. Huic prorsus in
fanti linguam uestram uocemq̄ submittitis, huic
non loquenti quid loquamini nō habetis. Iam nūc
uideamus ut possumus hocipsum quod uolūt præ
cedere in homine, ut adiutorio gratiæ dignus ha-
beatur, ac sic gratia iam non sit gratia. Videamus
tamen quid illud sit: Sub nomine, inquiunt, gratiæ
ita fatum asserunt, ut dicant, quia nisi inuito & re-
luctanti homini inspirauerit boni & ipsam imper-
fecti cupiditatē, nec à malo declinare, nec bonum
possit arripere. Iam de fato & gratia q̄ inania lo- *Quomodo*
quantur ostendimus, nunc illud est quod debem⁹ *præparet bo-*
aduertere, utrum inuito & reluctanti homini deus *mo cor*
inspiret boni cupiditatem, ut iam nō sit reluctans, *Cap. VIII*
non sit inuitus, sed consentiens bono & uolens bo
num. Isti enim uolunt in homine ab ipso homine
incipere cupiditatē boni, ut huius cœpti meritū eti
am perficiēdi gratia consequatur, si tamen hoc sal-
tem uolunt. Pelagius em̄ facilius dicit impleri qd̄
bonum est, si adiuuet gratia. Quo additamento, id
est addendo facilius, utiq̄ significat hoc se sapere,
quod etiā si gratiæ defuerit adiutoriū, potest quī-
uis difficilius impleri bonum per liberum arbitri-
um. Sed istis quid in hac re sentiunt, non de illo au
thore hui⁹ hęresis præscribamus, pmittamus eos
cū suo libero arbitrio esse liberos, & ab ipso Pela-
gio, ad quem ista uerba eorum, quæ in hac cui re-
spōdemus Epistola posuerunt, potius attēdamus.
Hoc enim nobis obijciendum putarunt, q̄ inuito
& reluctanti homini deum dicamus inspirare, non
quanticunq̄ boni, sed & ipsius imperfecti cupidi-
tatem. Fortassis ergo ipsis eo modo saltem seruāt
locum gratiæ, ut sine illa putent hominem posse
habere boni, sed imperfecti cupiditatem: perfecti
autem non facilius per illam posse, sed nisi per illā
omnino non posse: uerum & sic gratiam dei dicūt
secundum merita nostra dari, quòd in Oriente Pe
lagius Ecclesiasticis gestis damnari timendo dam
nauit. Si enim sine dei gratia per nos incipit cupi-
ditas boni, ipsum cœptum erit meritum, cui tanq̄
ex debito gratiæ ueniat adiutorium, ac sic gratia
dei non gratis donabitur, sed meritum nostrū dabi
tur. Dominus aūt ut responderet futuro Pelagio,
non ait, sine me difficile potestis aliquid facere: sed
ait: Sine me nihil potestis facere. Et ut respōderet *Ioan. 15*
futuris etiā istis in eadē ipsa Euangelica sententia,
non ait, sine me nihil potestis perficere: sed, facere.
Nam si perficere dixisset, possent isti dicere, nō ad
incipiendum bonū, quod à nobis est, sed ad perfici
endum esse dei adiutoriū necessarium. Verū audi-
ant & Apostolū. Dominus enim eū ait: Sine me ni
hil potestis facere: hoc uno uerbo initium finemq̄
cōprehendit, Apostolus uero tanq̄ sententiæ do-
minicę expositor apertius utrunq̄ distinxit, dicēs:
Quoniam qui in uobis opus bonum cœpit, perfi- *Philip. 1*
ciet usq̄ in diem Christi Iesu. Sed in scripturis san-
ctis apud eundem Apostolū ista unde loquimur,
amplius inuenimus. Loqmur enim nūc de boni cu
piditate, quā si uoluntario uis incipere, à domino
perfici, uideāt quid respōdeant dicenti Apostolo:

1. Cor. 3 Non quia idonei ſimus cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt. Cogitare ait aliquid, utiq; bonũ, minus eſt aũt cogitare q̃ cupere. Cogitamus quippe omne quod cupimus, nec tamẽ cupimus omne qd̃ cogitamus, quoniam nonnunq; & quod non cupimus cogitam⁹. Cum igit̃ minus ſit cogitare q̃ cupere, poteſt ẽm homo cogitare bonũ, quod nondum cupit, & proficiẽdo poſtea cupere, quod antea nõ cupiẽdo cogitauit: quomodo ad id quod minus eſt, id eſt, ad cogitandum aliquid boni nõ ſumus idonei tanq; ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt, & ad id quod eſt amplius, id eſt, ad cupiendum aliquid boni ſine diuino adiutorio idonei ſumus ex libero arbitrio? Neq; ẽm et hic Apoſtolus ait, non quia idonei ſumus cogitare quod perfectũ eſt, tanquã ex nobiſmetipſis, ſed cogitare ait aliqd, cui cõtrariũ eſt nihil. Vnde eſt illud domini: Sine me nihil poteſtis facere: ſed nimirũ quod ſcriptũ eſt: Hominis eſt prẽparare cor, & à domino reſponſio linguæ: non bene intelligendo falluntur, ut exiſtimẽt cor præparare, hoc eſt bonũ inchoare ſine adiutorio gratiæ dei, ad hominẽ pertinere. Abſit ut ſic intelligant filij promiſſionis, tanq; cum audierint dominum dicentẽ: Sine me nihil poteſtis facere: quaſi conuincant eum dicẽtes: Ecce ſine te poſſumus cor præparare: aut cum audierint à Paulo Apoſtolo: Nõ quia idonei ſumus cogitare aliqd quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficiẽtia noſtra ex deo eſt: tanquam & ipſum cõuincant dicẽtes: Ecce idonei ſumus ex nobiſmetipſis prẽparare cor, ac per hoc & boni aliquid cogitare. Quis ẽm poteſt bona cogitatione ad bonum cor prẽparare? Abſit ut ſic intelligãt, niſi ſuperbi ſui arbitrij defenſores, & fidei catholicæ deſertores. Ideo quippe ſcriptũ eſt: Hominis eſt prẽparare cor, & à domino reſpõſio linguę: quia homo præparat cor, nõ tamen ſine adiutorio dei, qui tangit cor. Homo præparat cor, in reſponſione autem linguæ, id eſt, in eo quod præparato cordi lingua diuina reſpondit, nihil operis habet homo, ſed totum eſt à domino deo. Nam ſicut dictum eſt: Hominis eſt præparare cor & à domino

Prouer. 16

Pſal. 50 reſpõſio linguæ: ita etiã dictum eſt: Aperi os, & adimplebo illud. Quamuis enim niſi adiuuante illo ſine quo nihil poſſumus facere, os nõ poſſumus aperire: tamen nos aperimus illius adiumento & operere noſtro, implet autẽ illud dominus, ſine opere noſtro. Nam quid eſt præparare cor & os aperire, niſi uoluntatem parare? & tamen in eiſdem literis

Pſal. 50 legitur: Præparatur uoluntas à domino: Et, Labia mea aperies, et os meum annunciabit laudem tuã. Ecce dominus admonet, ut præparemus uoluntatem in eo quod legimus: Hominis eſt præparare cor: & tamen ut hoc faciat homo, adiuuat deus, quia præparatur uoluntas à domino. Et aperit os, ita iubendo ut nemo poſſit niſi ipſe id faciat adiuuando, cui dicit: Labia mea aperies. Nunquid iſtorum qui deſipiũt ut aliud os, aliud labia eſſe cõtendant, & mirabili uanitate hominẽ dicant os aperire, labia hominis deum? Quanq; deus illos & ab hac abſurditate cõpeſcit, ubi ad Moyſen famulũ ſuum dicit: Ego aperiã os tuum & inſtruã te quæ debeas loqui. In ſententia ergo illa ubi dicit: Aperi os, & adimplebo illud: quaſi unũ uidetur ad hominem pertinere, alterum ad deum. In hac aũt ubi dicitur: Ego aperiã os tuum & inſtruã te: utrunq; ad dominum. Quare hoc? Niſi quia in uno iſtorũ cooperatur homini facienti, alterũ ſolus facit. Qua propter multa deus facit in homine bona, quę non facit homo: nulla uero facit homo, quæ non facit deus, ut faciat homo. Proinde cupiditas boni non homini à domino eſſet, ſi bonũ non eſſet: ſi autem bonum eſt, non niſi ab illo nobis eſt, qui ſummeatq; incõmutabiliter bonus eſt. Quid eſt enim boni cupiditas, niſi charitas de qua Ioannes Apoſtolus ſine ambiguitate loquitur dicens: Charitas ex deo eſt. Nec initium eius ex nobis & perfectio eius ex deo, ſed ſi charitas ex deo, tota nobis ex deo eſt. Auertat enim deus hanc amentiam, ut in donis eius nos priores faciam⁹, poſteriorẽ ipſum, quoniã miſericordia eius præueniet me: & ipſe eſt cui fideliter ueraciterq; cantatur, Quoniã præueniſti eum in benedictione dulcedinis, & quid hic aptius intelligitur q̃ ipſa de qua loquimur cupiditas boni? Tunc ẽm bonum cõcupiſci incipit, quando dulceſcere cœperit: quando aũt timore pœnæ, nõ amore iuſtitiæ fit bonũ, nõdum bene fit bonũ, nec fit in corde qd̃ fieri uidet̃ in opere, quãdo malet homo nõ facere, ſi poſſet impune. Ergo benedictio dulcedinis, eſt gratia dei, qua fit in nobis ut nos delectet & cupiamus, hoc eſt, amemus quod prẽcipit nobis: in qua ſi nos nõ præuenit deus, nõ ſolum non perficitur, ſed nec inchoatur ex nobis. Si enim ſine illo nihil poſſumus facere, pfecto nec incipere, nec perficere, quia ut incipiamus, dictũ eſt: Miſericordia eius præueniet me: ut perficiam⁹ dictum eſt: Miſericordia eius ſubſequet̃ me. Quid eſt ergo quod in conſequentibus ubi ea quæ ipſi ſentiunt, commemorant, dicunt ſe confiteri, gratiam quoq; adiuuare uniuſcuiuſq; bonum propoſitum, non tamẽ reluctanti ſtudium uirtutis immittere? Hoc quippe ita dicunt, uelut homo à ſeipſo ſine adiutorio dei habeat propoſitum bonum ſtudiumq; uirtutis, quo merito prẽcedente dignus ſit adiuuari dei gratia ſubſequente. putant enim fortaſſe ita dixiſſe Apoſtolum: Scimus quia diligentibus deũ omnia cooperãtur in bonum, iis qui ſecũdum propoſitũ uocati ſunt: ut propoſitũ hominis uellet intelligi, quod propoſitũ tanq; bonum meritum ſequat̃ miſericordiam uocãtis dei: ignorantes ideo dictum eſſe, qui ſecũdum propoſitum uocati ſunt, ut dei, nõ hominis propoſitũ intelligatur, quo eos quos præſciuit & prædeſtinauit conformes imaginis filij ſui, elegit ante mundi conſtitutiõem. Nõ enim omnes uocati, ſecundũ propoſitum ſunt uocati, quoniã multi uocati, pauci electi. Ipſi ergo ſecundũ propoſitũ uocati, qui electi ante cõſtitutionẽ mundi. De hoc propoſito dei dictum eſt & illud, quod iam cõmemoraui de geminis Eſau & Iacob, ut ſecundũ electionẽ propoſitũ dei maneret, nõ ex operibus, ſed ex uocante dictũ eſt: Maior ſeruiet minori. Hoc propoſitum dei &

Exodi 4

Secundũ propoſitũ quid ſit Cap. IX.

1. Ioan. 4

Rom. 8

illo

illo commemoratur loco, ubi ad Timotheum scribens ait: Collabora Euangelio secundū uirtutem dei saluos nos facientis & uocantis uocatione sua sancta, non secundū opera nostra, sed secundū suum propositum & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna, manifestata autē nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu Christi. Hoc est ergo propositū dei unde dicitur: Omnia cooperantur in bonum, ijs qui secundum propositum uocati sunt. Hominis aūt propositum bonum adiuuat quidē subsequēs gratia, sed nec ipsum esset nisi præcederet gratia. Studiū quoq; hominis quod dicitur bonum, quāuis cum esse cœperit adiuuetur gratia, nō tamen incipit sine gratia, sed ab illo inspiratur, de quo dicit Apostolus: Gratias autem deo qui dedit idem studiū pro uobis in corde Titi. Si studiū quisq; ut pro alijs habeat deus dat, ut pro seipso habeat, qs alius est daturus? Quæ cum ita sint, nihil in scripturis sanctis homini à domino uideo iuberi, propter probandū liberum arbitrium, quod non inueniat uel dari ab eius bonitate, uel poscī propter adiutoriū gratię demōstrandum. Nec omnino incipit homo ex malo in bonū per initiū fidei cōmutari, nisi hoc in illo agat indebita & gratuita misericordia dei. De qua suam cogitationem recolēs quidam, sicut legimus in Psalmis: Nunquid obliuiscetur, inquit, misereri deus, aut cōtinebit in ira sua miserationes suas? Et dixi, nunc cœpi, hęc mutatio dextræ excelsi. Cum ergo dixisset, nunc cœpi: non ait, hæc mutatio arbitrij mei: sed, dexteræ excelsi. Sic itaq; dei gratia cogitetur, ut ab initio bonæ mutationis suę usq; in finem consummationis, qui gloriatur in domino glorietur. Quia sicut nemo potest bonum inchoare sine domino, sic nemo perficere sine domino. Sed hic sit huius uoluminis terminus, ut legentis reficiatur intentio & ad sequentia reparetur.

1. Tim. 1

1. Cor. 8

Ps. 76

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra duas epistolas Pelagianorum ad Bonifaciū, Liber Tertius.

Caput I

DHVC ea sequuntur quæ calumniose nobis obijciunt, non dum ea quæ ipsi sentiunt pertexere incipiunt. Sed ne prolixitas uoluminum offenderet, hęc ipsa quæ obijciunt in duos libros partiti sumus, quorum superiore finito, qui totius huius operis liber secundus est, hinc ordimur alterū, et eum tertiū primo secundoq; coniungimus. Legem ueteris testamenti nos aiunt dicere, non ob hoc datam fuisse, ut iustificaret obediētes, sed ut grauior fieret causa peccati. Prorsus nō intelligunt quid de lege dicamus, quia id quod dicit Apostolus, quē non intelligūt, dicimus: Quis enim dicat nō iustificari eos q̄ sunt legi obedientes, quando si non iustificarentur, nō possent esse obedientes? Sed dicimus lege fieri, ut deus quid fieri uelit, audiatur: gratia uero fieri, ut legi obediatur. Nō enim auditores legis, ait Apostolus, iusti sunt apud deum, sed factores legis iustificabuntur. Lex ergo auditores iustitiæ facit, gratia factores. Quod enim impossibile erat legi, ait idem Apostolus, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filiū suū in similitudinē carnis peccati & de peccato damnauit peccatū in carne, ut iustitia legis impleretur in nobis, qui nō secundum carnem ambulamus, sed secūdum spiritū. Ecce quod dicimus, orent ut aliquando intelligant, non litigent ut nunquam intelligant. Impossibile est enim legem impleri per carnem, hoc est per carnalem præsumptionem, qua superbi ignorantes dei iustitiam, id est, quæ ex deo est homini, ut sit iustus, & suam uolentes constituere, tanquam per eorum non adiutum diuinitus arbitrium lex possit impleri, iustitiæ dei non sunt subiecti. Ideo iustitia legis in eis impletur, qui non secundum carnem ambulant, id est, secundum hominem ignorantem dei iustitiam & suam uolentem constituere, sed ambulant secundum spiritum. Quis aūt ambulat secundum spiritū, nisi quisquis agitur dei spiritu? Quotquot enim dei spiritu aguntur, hi filij sunt dei. Ergo litera occidit, spiritus autem uiuificat. Nec litera malum est, quia occidit, sed malos præuaricatione cōuincit. Lex enim sancta, & mandatum sanctum & iustū & bonum. Quod ergo bonū est, inquit, mihi faciū est mors? Ablit. Sed peccatū ut appareat peccatū, per bonum mihi operatū est mortem, ut fiat supra modū peccans peccatū per mandatum. Ecce quid est, litera occidit. Aculeus enim mortis est peccatum, uirtus aūt peccati lex. Auget quippe prohibendo peccati desideria & inde occidit, nisi subueniendo uiuificet gratia. Ecce quod dicimus: Ecce unde nobis obijciunt, quòd sic legem dicamus datam ut grauior sit causa peccati, nō audientes Apostolum dicentem: Lex enim iram operatur: ubi enim non est lex, nec præuaricatio. Et: Lex præuaricationis gratia posita est, donec ueniret semen cui promissum est. Et: Si data esset lex quę posset uiuificare, omnino ex lege esset iustitia. Sed cōclusit scriptura omnia sub peccato, ut promissio ex fide Iesu Christi daret credētibus. Hinc est q̄ uetus testamentum ex monte Sina, ubi lex data est in seruitutē generans quod est Agar. Nos autem, inquit, non sumus ancillæ filij, sed liberæ. Non sunt itaque liberæ filij qui legem acceperunt literæ, qua possent non solum peccatores, uerum etiam præuaricatores insuper demonstrari, sed qui spiritum gratiæ, quo lex ipsa sancta & iusta & bona possit impleri. Ecce quod dicimus: Intendant, & non contendant, illuminentur, & non calumnientur. Baptisma quoque, inquiunt, non uere homines nouos facere asserunt, id est, non plenam dare remissionem peccatorum, sed ex parte filios dei fieri, ex parte aūt filios seculi, id est, diaboli remanere cōtendunt. Mentiuntur, insidiātur, tergiuersantur. Non hoc dicimus: Omnes enim homines qui sunt filij diaboli, etiā filios seculi, non aūt omnes filios seculi etiam filios diaboli dicimus. Absit

Rom. 4

Gal. 4

Universidad de Deusto
Biblioteca

enim ut filios diaboli dicamus fuisse sanctos patres, Abraham, Isaac & Iacob, & alios huiusmodi, quando per nuptias generabant, & eos fideles qui usq; nunc & deinceps adhuc generant. Non tamē
Lucæ 20 possumus domino contradicere dicenti: Filij seculi huius nubunt & tradunt ad nuptias. Quidam ergo filij seculi huius sunt, & tamen filij diaboli non sunt: Quamuis enim diabolus sit author & princeps omniū peccatorum, non tamen filios diaboli faciunt quęcunq; peccata. Peccāt enim & filij dei, quoniam si dixerint se non habere peccatum, seipsos seducunt & ueritas in eis non est. Sed ea cōditione peccant, qua sunt filij adhuc huius seculi. Qua uero gratia sunt filij dei, nō utiq; peccant, qa omnis qui natus est ex deo, non peccat. Filios aūt diaboli infidelitas facit, quod peccatū propriū uocatur, quasi solum sit si non exprimat quale peccatum sit. Sicut Apostolus cum dicitur, si non exprimatur quis Apostolus, nō intelligitur nisi Paulus, quia pluribus est epistolis notior, & plus omnibus
1. Cor. 15 illis laborauit. Vnde quod ait dominus de spiritu
Ioan. 16 sancto: Ipse arguet mundum de peccato: infidelitatem intelligi uoluit. Hoc enim cum exponeret ait,
De peccato quidem, q̄ non crediderunt in me. Et
Ioan. 15 ubi ait: Si nō uenissem & locutus eis fuissem, peccatum nō haberent. Non enim peccatū antea non habebāt, sed ipsam uoluit intelligi diffidentiā, qua
Ephes. 2 nec præsenti & loquenti crediderunt, pertinentes ad eum, de quo dicit Apostolus: Secundū principem potestatis aeris, qui nunc operat in filijs diffidentię. Ergo in quibus nō est fides, filij sunt diabo
C li, quia nō habēt in interiore homine cur eis dimittatur quicquid hominis uel infirmitate uel ignorātia, uel omnino aliqua mala uoluntate cōmittitur. Illi aūt filij dei, qui utiq; si dixerint se non habere peccatum, seipsos decipiūt, & ueritas in eis nō est. Profecto quod sequit: Cum confitentur peccata sua, quod filij diaboli non faciūt, uel nō secundum fidem quæ filiorū dei propria est faciūt, fidelis est & iustus qui dimittat eis peccata, & mūdet eos ab omni iniquitate. Vt aūt plenius intelligatur quod dicimus, audiatur ipse Iesus qui filijs dei utiq; lo-
Matt. 7 quebatur dicens: Si autem uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester qui in cœlis est, dabit bona petentibus se. Si enim filij dei non essent, non eis diceret, pa-
D ter uester qui in cœlis est. Et tamen eos malos esse dicit, & nosse bona dare filijs suis. Nunquid inde mali, unde filij dei? Absit. Sed inde mali, unde adhuc filij seculi, iam tamē filij dei facti pignore spiritus sancti. Baptismus igitur abluit quidē peccata omnia, prorsus omnia, factorū, dictorum, cogitatorum, siue originalia, siue addita, siue quę ignoranter, siue quæ scienter admissa sunt: sed nō aufert infirmitatem cui regeneratus resistit, quando bonū agonem luctatur: consentit aūt, quando sicut homo in aliquo delicto præoccupatur, propter illud gaudens in actione gratiarum: propter hoc autem
Psal. 115 gemens in allegatiōe orationum. Ibi dicens: Quid retribuā domino pro omnibus quæ retribuit mihi? Hic dicens: Dimitte nobis debita nostra. Pro-
Matt. 6

A pter illud dicens: Diligam te domine uirtus mea: Psal. 17 & 6
propter hoc dicens: Miserere mei domine, quoniam infirmus sum. Propter illud dicens: Oculi mei & 24
semper ad dominum, quoniam ipse euellet de laqueo pedes meos: propter hæc dicens: Turbatus est præ ira oculus meus. Et innumerabilia, quibus diuinæ literæ plenæ sunt, quæ alternis uicibus, uel exultando de dei bonis, uel mœrendo de nostris malis à filijs dei dicuntur ex fide, quandiu adhuc filij sunt etiā seculi pro uitę huius infirmitate, quos tamen deus à filijs diaboli non solū lauacro regenerationis, sed ipsius etiā quę per dilectionē operatur, fidei probatæ discernit, quia iustus ex fide uiuit. Hęc est aūt infirmitas cum qua usq; ad corporis mortem defectu & profectu alternante contendimus: magnicq; interest, quid uincat in nobis, do-
B nec regeneratione alia cōsumetur. De qua Dominus dicit: In regeneratione cum sederit filius hominis in sede maiestatis suæ, sedebitis & uos super sedes duodecim. Regenerationem quippe hoc loco ambigente nullo, nouissimā resurrectionē uocat. Matt. 19
quam Paulus quoq; Apostolus et adoptionē & redemptionē nuncupat dicens. Sed etiā nosipsi primitias spiritus habentes & ipsi in nobismetipsis in Rom. 8
gemiscimus adoptionē expectantes, redemptionē corporis nostri. Nunquid nō per lauacrum sanctū regenerati, adoptati & redēpti sumus? Et tamē restat regeneratio, adoptio, redemptio, quam in fine uenturam nunc patienter expectare debemus, ut tunc filij huius seculi ex nulla parte iam simus.
C Quisquis igit baptismati derogat, quod modo per illud percipimus, corrūpit fidē. Quisquis aūt iam nunc ei tribuit quod quidem per ipsum, sed tamen postea accepturi sumus, amputat spem. Nam si à me quisq; quæsierit, utrum per baptismum salui facti fuerimus, negare nō potero, dicente Apostolo: Saluos nos fecit per lauacrum regenerationis Tit. 3
& renouationis spiritus sancti. Sed si quæsierit, utrum per idem lauacrum omni prorsus modo iam nos fecerit saluos: respondebo, nō ita est. Idē quippe item dicit Apostolus: Spe enim salui facti sumus. Rom. 8
Spes autem quæ uidetur non est spes: quod enim uidet quis, quid sperat? Si autem quod non uidemus speramus, per patientiam expectamus. Salus ergo hominis in baptismate facta est, quia
D dimissum est quod peccatum à parentibus traxit, quel quicquid etiam proprie ante baptismum peccauit. Salus uero hominis tanta esse poterit, ut pec-
care omnino non possit. Quibus ita se habentibus ex his etiam illa quæ deinceps nobis obijciūt Quid inter
refellūtur. Quis enim catholicus dicat, quod nos dicere factitāt, spiritum sanctum adiutorem uirtutis in ueteri testamento non fuisse. Nisi cum uetus testamentum sic intelligimus, quemadmodum Apostolus dixit, à monte Sina in seruitutem generans? Sed quia in eo præfigurabatur nouum, qui hoc intelligebant tunc homines dei, secundum distributionem temporū, ueteris quidem testamenti dispensatores & gestatores, sed noui demōstrantē hęredes. An uero illum ad testamentū nouum negabimus pertinere, qui dicit: Cor mundum crea in Psal. 50
me

Universidad de Deusto
Biblioteca

me deus, & ſpiritum rectum innoua in uiſceribus meis? Aut illum qui dicit: Poſuit ſupra petram pedes meos, & direxit greſſus meos, & immiſit in os meum canticū nouum, hymnum deo noſtro? Vel illum ante teſtamentū uetus, quod eſt à monte Sina, patrem fidelium, de quo dicit Apoſtolus: Fratres, ſecundum hominem dico, tamen hominis cō firmatum teſtamentum nemo irritum facit, aut ſuperordinat. Abrahæ dictæ ſunt promiſſiones & ſemini eius. Non dicit, & ſeminibus, tanq̄ in multis, ſed tanquam in uno, & ſemini tuo quod eſt Chriſtus? Hoc autem dico, inquit, teſtamentum confirmatum à deo, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt, lex non infirmat ad euacuandam promiſſionem. Si enim ex lege hæreditas, iam nō ex promiſſione, Abrahę aūt per promiſſionem donauit deus. Hic certe ſi quęramus utrum hoc teſtamentum, quod dicit confirmatum à deo, non infirmari à lege, quæ poſt quadringentos & triginta annos facta eſt, utrum nouum, an uetus intelligendū ſit: Quis reſpondere dubitet nouū, ſed in Prophetícis latebris occultatum, donec ueniret tempus quo reuelaretur in Chriſto? Nam ſi dixerimus, uetus, quid erit illud à monte Sina in ſeruitutē generans? Ibi enim facta eſt lex poſt quadringentos & triginta annos. Qua lege hoc teſtamentū promiſſionis Abrahæ infirmari non poſſe confirmat, & hoc quod factum eſt ad Abraham, uult potius ad nos pertinere, quos uult eſſe filios liberæ, non ancillæ, hæredes ex promiſſione, nō lege, cum dicit: Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione: Abrahæ autem per promiſſionem donauit deus, ut q̄ facta lex eſt poſt quadringētos & triginta annos, ad hoc ſubintrauerit, ut abundaret delictū, cum per peccatum præuaricationis conuincitur hominis ſuperbia de ſua iuſtitia pręſumentis. Et ubi abundauit delictum, ſuperabundauit & gratia, per fidem iam humilis hominis in lege deficientis & ad dei miſericordiam fugientis. Ideo cum dixiſſet: Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione, Abrahæ autem per promiſſionem donauit deus: tanquam ei diceretur, ut quid ergo poſtea facta eſt lex, ſubiunxit atq; ait: Quid ergo lex? Cui mox interrogationi reddidit: Præuaricatiōis gratia propoſita eſt, donec ueniret ſemen cui promiſſum eſt. Hoc identidem ita dicit: Si enim qui ex lege, hæredes ſunt, exinanita eſt fides, & euacuata eſt promiſſio: Lex enim iram operatur: Vbi enim non eſt lex, nec præuaricatio. Quod ait in illo teſtimonio: Si enim ex lege hæreditas, iam non ex promiſſione, Abrahæ aūt per promiſſionem donauit deus: hoc in iſto ait: Si enim per legē hęredes ſunt, exinanita eſt fides & euacuata ꝓmiſſio: ſatis oſtendit ad fidem noſtram pertinere, quæ noui utiq; eſt teſtamenti, quod per promiſſionē donauit deus Abrahę. Et qđ ait in illo teſtimonio. Quid ergo lex: atq; reſpondit: Pręuaricatiōis gratia propoſita eſt: hoc in iſto ſubdidit ſimiliter, Lex enim iram operatur. Vbi em̄ non eſt lex, nec pręuaricatio. Siue igit̄ Abraham, ſiue ante illum iuſti, ſiue poſt eum uſq; ad ipſum Moyſen, per quem datum eſt teſtamentum à monte Sina in ſeruitutem generās, ſiue cęteri prophetæ poſt eum & ſancti homines dei uſque ad Ioannē Baptiſtam, filij ſunt promiſſionis & gratiæ ſecundum Iſaac filium liberæ, non ex lege, ſed ex promiſſione hæredes dei, cohæredes aūt Chriſti. Abſit enim ut Noe iuſtum & prioris temporis iuſtos, & quicunq; ab illo uſq; ad Abraham iuſti eſſe potuerūt, uel conſpicui uel occulti, negemus ad ſupernam Hieruſalem, quæ mater noſtra eſt, pertinere, cuius anteriore tempore inueniantur eſſe & Sara, quæ ipſius liberæ matris prophetiam figuramq; geſtabat. Quanto euidentius ergo poſt Abraham, cui ſic declarata eſt ipſa promiſſio, ut pater multarū gentium diceretur, quicunq; deo placuerunt filij ꝓmiſſionis habendi ſunt? Non enim ex Abrahā & deinceps iuſtorū generatio uerior, ſed prophetia manifeſtior reperitur. Ad teſtamentum aūt uetus, quod eſt à mōte Sina in ſeruitutem generans, quod eſt Agar, illi pertinent, qui cum acceperint legem ſanctam et iuſtam & bonam, putāt ſibi ad uitam literam poſſe ſufficere. Et ideo quaſi ant factores legis, diuinam miſericordiā non quærunt, ſed ignorantes dei iuſtitiā, & ſuam iuſtitiam uolentes cōſtituere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti. Ex hoc genere fuit illa multitudo, quæ aduerſus deum in eremo murmurauit & idolū fecit, & illa quę iam in ipſa terra promiſſiōis fornicata eſt poſt deos alienos. Sed hęc quoq; in ipſo uetere teſtamē to ualde reprobata eſt multitudo. Illi etiam quicūque ibi erant, ſola quæ ibi deus pollicetur terrena promiſſa ſectantes, & quid pro nouo teſtamento ea ipſa ſignificent ignorantes, eorū adipiſcendorū amore & amittendorum timore, dei præcepta ſeruabant, imò non ſeruabant, ſed ſibi ſeruare uidebātur. Neq; enim fides in eis per dilectionē operabatur, ſed terrena cupiditas metuſq; carnalis. Sic autē præcepta qui facit, proculdubio inuitus facit, ac per hoc in animo non facit: Mauult enim omnino non facere, ſi ſecūdum ea quæ cupit & metuit, permittatur impune. Ac per hoc in ipſa uoluntate intus eſt reus, ubi ipſe qui præcipit inſpicit deus. Tales erant filij terrenæ Hieruſalem, de qua dicit Apoſtolus: Seruit enim cum filijs ſuis, pertinens ad teſtamentum uetus à monte Sina in ſeruitutem generans, quod eſt Agar. Ex ipſo genere fuerunt, qui dominū crucifixerunt, & in eadem infidelitate manſerunt. Inde ſunt adhuc etiā filij eorum in ingenti multitudine Iudæorū, quamuis iam nouo teſtamento, ſicut prophetatū eſt, per Chriſti ſanguinem patefacto atq; firmato, & à flumine ubi baptizatus magiſterium q̄ ꝓfeſſus eſt, uſq; ad terminos terræ Euangelio diffamato. Qui Iudęi ſecundum prophetias quas legunt per omnes ſunt terras ubique diſperſi, ut ex eorū quoq; codicibus Chriſtianę non deſit teſtimoniū ueritati. Et uetus igitur teſtamentum deus cōdidit, quia deo placuit uſq; ad plenitudinē temporis, promiſſis terrenis tanq̄ in præmio cōſtitutis promiſſa uelare cœleſtia, & populo terrenis bonis inhiāti, & propterea durū cor habenti, q̄uis ſpiritalem, tamen in tabulis lapideis legem dare. Exceptis quippe librorū ueterum

sacramentis, quæ sola significandi ratione præcepta sunt, quanquam & in eis spiritaliter intelligenda sunt, recte lex dicit spiritalis: cætera certe quæ ad pietatẽ bonosq; mores pertinentia, non ad aliquam significationem ulla interpretatione referẽda, sed prorsus ut sunt dicta, facienda sunt: profecto illam dei legem, non solum illi tunc populo, uerumetiam nunc nobis ad instituendam recte uitam necessariam nemo dubitauerit. Si enim Christus nobis abstulit illud grauissimũ multarum obseruationum iugum, ne carnaliter circũcidamur, ne pecorum uictimas immolemus, ne sabbato septeno dierũ uolumine redeunte ab operibus etiã necessarijs quiescamus, et cętera huiusmodi, sed ea spiritaliter intellecta teneamus, remotisq; umbris significantibus in rerũ ipsarum quæ significantur luce uigilemus: nunqd propterea dicturi sumus, non ad nos pertinere quod scriptũ est, ut alienum quodcunq; perditũ quisquis inuenerit, reddat ei q̃ perdidit; & alia multa similia, quibus pie rectèq; uiuere discitur: maximeq; ipsum decalogũ, qui duabus illis lapideis tabulis cõtinetur, excepta sabbati obseruatione carnali, quæ spiritalẽ sanctificationem quietẽq; significat? Quis enim dicat nõ debere obseruare Christianos, ut uni deo religiõis obsequio seruiat, ut idolum non colatur, ut nomẽ domini non accipiatur inuanũ, ut parentes honorentur, ne adulteria, homicidia, furta, falsa testimonia perpetrentur, ne uxor, ne omnino res ulla cõcupiscatur alienaq; Quis est tã impius, qui dicat ideo se ista legis nõ custodire præcepta, quia est ipse Christianus, nec sub lege, sed sub gratia cõstitutus? Verum hæc plane magna distãtia est, quod faciũt ista sub lege positi, quos litera occidit, terrenã felicitatem uel cupiditate adipiscendi uel timore amittendi: & ideo non uere faciunt, quoniã carnalis cupiditas, qua peccatũ augetur, cupiditate alia non sanatur. Hi ad uetus pertinent testamentũ, quod in seruitutem generat, quia facit eos carnalis timor & cupiditas seruos, non Euangelica fides, spes & charitas liberos. Sub gratia uero positi quos uiuificat spiritus, & fide ista faciunt, quæ per dilectionẽ operatur in spe bonorũ, non carnaliũ, sed spiritualium: non terrenorum, sed cœlestium: non temporalium, sed æternorũ, præcipue credentes in mediatorem per quem sibi nõ dubitant & spiritũ gratiæ subministrari, ut bene ista faciant, & ignosci posse cum peccant: Hi pertinent ad testamentũ nouum filij ꝓmissionis, & regenerati à deo patre & libera matre. huius generis fuerunt antiqui omnes iusti, & ipse Moyses testamenti minister ueteris, hæres noui: quia ex fide qua nos uiuimus una eadẽq; uixerunt, incarnationẽ, passionẽ, resurrectionemq; Christi credentes futuram, quam nos credimus factam: usq; ad ipsum Ioãnem Baptistam, tanquam præteritæ dispensationis limitem quendam, qui mediatorem ipsum nõ aliqua umbra futuri, uel allegorica significatione, uel ulla prophetica prænũciatione uenturũ esse significãs, sed digito demonstrans ait: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatum mundi; Tanquam dicens; Quem multi iusti uide- Ioan. 1

A re concupierunt, in quem uenturum ab ipsius humani generis initio crediderunt, de quo Abrahæ dictæ sunt promissiões, de quo scripsit Moyses, de quo lex & prophetę sunt testes: Ecce agnus dei, ecce qui tollit peccatũ mundi. Ab hoc Ioanne & deinceps cœperunt de Christo fieri pręterita uel prę
B sentia, quæ ab illis omnibus anterioris temporis iustis credebantur, sperabantur, desiderabant̃ sutura. Eadem igitur fides, & in illis qui nondum nomine, sed re ipsa fuerũt antea Christiani, & in istis qui non solum sunt, uerũetiam uocantur, & in utriscq; eadẽ gratia per spiritũ sanctum. Vnde dicit 1.Cor.4
Apostolus: Habentes aũt eundem spiritũ fidei, se- Psal.115
cundum quod scriptũ est: Credidi propter qd̃ locutus sum, & nos credim⁹ propter quod & loqui
B mur. Aliter itaq; dicit̃ iam obtinente loquendi cõsuetudine uetus testamentum, lex & prophetę omnes, q usq; ad Ioannẽ prophetauerunt, qd̃ diligẽtius uetus instrumentum, cũ testamentũ uocatur. Aliter aũt sicut Apostolica appellat authoritas, siue hoc nomen exprimens siue significans. Exprimit enim ubi dicit: Vsq; in hodiernũ diem quam- 2.Cor.3
diu legitur Moyses, idipsum uelamen in lectione ueteris testamenti manet. Quod non reuelatur qa in Christo euacuatur. Sic em̃ utiq; uetus testamen- Rom.7
tum ad Moysi retulit ministerium. Item dicit: Vt seruiamus in nouitate spiritus & non in uetustate literæ: idipsum significans testamentum nomine literæ. Idem dicit alio loco: Qui & idoneos nos fe- 2.Cor.3
cit ministros noui testamenti non litera, sed spiri-
C tu: Litera enim occidit, spiritus autem uiuificat. Et hic per commemorationem noui, illud utique uetus intelligi uoluit. Multo autem euidentius, quamuis non dixerit, aut uetus, aut nouum, duo ipsa testamenta distinxit per duos filios Abrahæ, unum de ancilla, alium de libera, quod iam superius commemorauimus. Quid enim expressius q̃ Gal.4
ut diceret: Dicite mihi sub lege uolentes esse, le- Gen.21
gem non audistis? Scriptum est enim, quoniam Abraham duos filios habuit, unum de ancilla, & unum de libera. Sed ille quidem qui de ancilla, secundum carnem natus est: qui aut̃ de libera, per repromissionem quæ sunt in allegoria. Hæc enim sunt duo testamenta, unum quidem in monte Sina in seruitutem generans, quod est Agar. Sina e-
D nim mons est in Arabia quę cõiuncta est huic quę nunc est Hierusalẽ. Seruit enim cũ filijs suis. Quæ autem sursum est Hierusalem, libera est, quæ est mater nostra. Quid clarius, quid certius, quid ab omni obscuritate atq; ambiguitate remotius promissionis filijs? Et paulopost: Nos autem fratres, inquit, secundum Isaac promissionis filij sumus. Item paulopost. Nos autem fratres non sumus ancillæ filij, sed liberæ, qua libertate Christus nos liberauit. Eligamus igit̃ utrũ antiquos iustos ancillę filios dicamus, an liberæ? Absit autem ut ancillæ, ergo filij liberę ad nouum pertinent testamentũ in spiritu sancto, quem uiuificantem literæ occidenti opponit Apostolus. Nam quo pacto ad gratiam noui testamenti non pertinent hi, de quorũ dictis & libris istos eiusdem gratiæ dementissimos & ingratiss-

ingratissimos inimicos refellendo conuincimus? Sed dicit aliquis, Quomodo uetus appellatur, quod post quadringentos & triginta annos factū est per Moysen, & nouum dicitur, quod ante tot annos factum est ad Abraham? Qui ex hoc nō litigiose, sed studiose mouetur, intelligat primū, qa ex anteriore tempore dicitur uetus, ex posteriore aūt nouum: reuelationes eorum cōsiderantur in his nominibus, nō institutiones. Per Moysen quippe reuelatum est testamētum uetus, per quē data est lex sancta & iusta & bona, per quā fieret non abolitio, sed cognitio peccati, qua conuincerent superbi suā iustitiam uolentes constituere, quasi diuino adiutorio non egētes, & rei facti literę, cōfugerent ad gratiæ spiritum, non sua iustitia iustificādi, sed dei, hoc est quæ illis esset ex deo. Nam
Rom.3 sicut idē Apostolus loquitur, Per legem cognitio peccati. Nunc aūt sine lege iustitia dei manifestata est, testificata per legē & Prophetas. Lex quippe eo ipso quo in ea nemo iustificatur, testimonium perhibet iustitię dei. Quod in lege nemo iustificatur apud deum, manifestū est, quia iustus ex fide uiuit. Sic ergo cū lex non iustificat impium de prę uaricatiōe conuictū, mittat ad iustificantē deum, atq; ita iustitiæ dei perhibet testimonium. Prophetæ uero testimonium perhibent iustitiæ dei, prænunciando Christum, qui factus est nobis sapientia à deo & iustitia & sanctificatio & redēptio, ut
Hier.9 quemadmodum scriptū est, Qui gloriatur, in domino glorietur. Erat aūt occulta ista lex ab initio, cū homines iniquos natura ipsa conuinceret, alijs facientes quod sibi fieri noluissent. Reuelatio aūt nouī testamenti in Christo facta est, cum est manifestat⁹ in carne, in quo apparuit iustitia dei, id est,
Rom.3 quæ hominibus ex deo est. Sic enim ait, Nunc autem sine lege iustitia dei manifestata est. Ecce qua causa illud dicitur uetus testamentum, quia priore, hoc aūt nouum, quia posteriore tēpore reuelatū est. Deinde, quia testamentū uetus pertinet ad hominem ueterē, à qua necesse est hominem incipere, nouum aūt ad hominē nouū, quo debet homo ex uetustate transire, ideo in illo sunt promissa terrena, in isto promissa cœlestia: quia & hoc ad dei misericordiam pertinuit, ne quisq; uel ipsam terrenā qualemcūq; felicitatē, nisi à domino creatore uniuersitatis putet cuiq; posse conferri. Sed si propter illā colatur deus, seruilis est cultus, pertinēs ad filios ancillæ. Si aūt propter ipsum deū, ut in æterna uita sit deus omnia in omnibus, liberalis est seruitus, pertinēs ad filios liberæ, quæ est mater nostra æterna in cœlis, quę prius tanquam sterilis apparebat, quando perspicuos filios non habebat. Nūc aūt uidemus quod de illa propheta
Esa.54 tū est. Lætare sterilis quæ non paris, erūpe & clama quæ non parturis, quia multi filij desertæ magis q̄ eius quæ habet uirum; id est, magis q̄ illius Hierusalē, quę legis quodammodo uinculo maritata est, & seruit cū filijs suis. Tempore igitur ueteris testamenti spiritum sanctū in eis, qui etiā tunc secundū Isaac promissionis filij erant, non solum adiutorem, quod isti suo dogmati sufficere existimant, uerumetiā largitorē dicimus fuisse uirtutis: quod isti negant, libero eū potius arbitrio tribuētes, contradicentibus illis patribus qui sciebāt ad dominū ueraci pietate clamare: Diligam te domine uirtus mea. Psal.17 Aiunt etiam, quod omnes Apostoli uel Prophetæ non plene sancti definiantur à nobis, sed in comparatione peiorū minus eos malos fuisse dicamus, & hanc esse iustitiam cui deus testimoniū perhibet, ut quomodo dicit Prophe- Ezech.16 ta, Iustificatam Sodomam cōparatione Iudæorū, sic etiā nos criminosorum cōparatione dicamus aliquos sanctos exercuisse uirtutē. Absit ut ista dicamus, Sed aut non ualent intelligere, aut nolūt aduertere, aut calumniandi studio dissimulant se scire quod dicimus. Audiant ergo, uel ipsi, uel potius ij quos idiotas & ineruditos decipere moliūtur. Nostra fides, hoc est, catholica fides iustos ab iniustis, non operum, sed ipsa fidei lege discernit, Quia iustus ex fide uiuit. Per quam discretiōem fit, ut homo ducens uitam sine homicidio, sine fürto, sine falso testimonio, sine appetitu rei ullius alienæ, parentibus honorē debitū reddens, castus usq; ad continentiā ab omni omnino concubitu, etiā cōiugali, eleemosynarum largissimus, iniuriarum patientissimus, qui non solū nō auferat aliena, sed nec sua reposcat ablata, uel etiam uenditis omnibus suis erogatisq; in pauperes, nihil suum propriū possideat, cū suis tamen istis uelut laudabilibus moribus, si non in deū fidem rectam & catholicam teneat, de hac uita damnādus abscedat. Alius aūt habens quidem opera bona ex fide recta, quæ per dilectionem operat̄: non tamen ita ut ille bene moratus incontinentiā suā sustētat honestate nuptiarū, coniugij carnalis debitū & reddit & repetit, nec sola propagationis causa, uerumetiam uoluptatis, quāuis cum sola uxore concumbit, quod cōiugatis secundū ueniā concedit Apo- 1.Cor.7
stolus, iniurias tamen non patiēter accipit, sed ulciscendi cupiditate ferē iratus, quāuis ut possit dicere, Sicut & nos dimittimus debitorib⁹ nostris, Matt.6
rogatus ignoscat: possidet rē familiarē, faciēs inde quidē eleemosynas, sed nō tā largas, q̄ ille: nō aufert aliena, sed quāuis ecclesiastico iudicio, nō forensi, tamē repetit sua. Nēpe iste qui moribus illo uidetur inferior, propter rectā fidem quę illi est in deū, ex qua uiuit, & secundū quam in oīibus delictis suis se accusat, in oīibus bonis operib⁹ deū laudat, sibi tribuēs ignominiam, illi gloriam, atq; ab ipso sumens & indulgentiā peccatorū & dilectionē rectē factorum, de hac uita liberādus, & in consortiū cum Christo regnaturorū recipiendus emigrat. Quare, nisi propter fidē? Quæ licet sine operibus neminē saluat, ipsa enim est non reproba fides, quæ per dilectionem operatur, tamē per ipsam etiā peccata soluunt̄, quia iustus ex fide uiuit. Sine ipsa uero etiā quæ uidentur bona opera, in peccata uertuntur. Omne eīm quod nō est ex fide, peccatū est. Et fit propter hāc maximam differentiā, ut cum dubitante nullo, perseuerans uirginalis integritas cōiugali castitate sit potior, tamen mulier etiā bis nupta, catholica, professæ uirgini

hæreticæ præferatur. Nec ita præferatur, ut ista melior sit in dei regno, sed ut illa ibi omnino non sit. Nã & ille quẽ uelut melioribus descripsimus moribus, si adsit ei fides recta, superat illũ alterum, si ambo illic erũt, Si aũt fides ei desit, sic ab illo superatur, ut ipse ibi non sit. Cũ itaq; iusti oẽs & antiquiores & Apostoli ex fide uixerint recta, quæ est in Christo Iesu domino nostro, moresq; tã sanctos cũ fide habuerint, ut licet non tam perfectæ uirtutis in hac uita esse potuerint, cq; post hanc uitam quæ futura est, tamen quicquid peccati ex humana infirmitate surrepserit, pietate ipsius fidei cõtinuo deleretur. Vnde fieri potest, ut in cõparatione iniquorum, quos dãnaturus est deus, iustos eos fuisse dicendum sit, cũ per piam fidem tam in contrariũ ab illis impijs sint remoti, ut clamet A-
2. Cor. 6 postolus, Quæ pars fideli cum infideli? Sed uidelicet noui hæretici Pelagiani, religionis amatores & laudatores uidentur sibi esse sanctorũ, si nõ audeant dicere imperfectæ illos fuisse uirtutis, cum hoc confiteatur uas electiõis, qui considerãs ubi adhuc esset, & quia corpus quod corrũpitur, aggrauat animam: Non quia iam acceperim, ait, aut
Phil. 3 iam perfectus sim. Fratres ego meipsum non arbitror apprehendisse. Et paulopost tamen qui se negauerat esse perfectum: Quotquot ergo perfecti, inquit, hoc sapiamus: ut ostenderet secundũ istius uitæ modum esse quandam perfectiõem, eiq; perfectioni hoc quoque deputari, si se quisq; nouerit nondum esse perfectum. Quid enim excellentius in ueteri populo sacerdotibus sanctis? Et tamẽ eis præcepit deus sacrificium primitus pro suis offerri peccatis. Et quid sanctius in nouo populo Apostolis? Et tamen præcipit eis dominus in oratiõe
Mat. 6 dicere, Dimitte nobis debita nostra. Omnium igitur piorum sub hoc onere corruptibilis carnis, & in istius uitæ infirmitate gementium spes una est, q aduocatum habemus apud patrem Iesum Christum iustum, & ipse est exoratio peccatorum nostrorum. Istum aduocatum non habent illi, qui sunt à iustis, etiam si sola ista esset differentia, in cõtrarium longeq; discreti. Quẽ iustum aduocatum absit ut dicamus, sicut isti calumniãtur, carnis necessitate mentitum, sed dicimus eum in similitudine carnis peccati de peccato damnasse peccatum. Quod fortasse isti nõ intelligentes & calumniandi cupiditate cæcati, quàm diuersis modis peccati nomen in scripturis sanctis poni soleat ignorantes, peccatum Christi affirmare nos iactant. Dicimus itaq; Christum, & nullum habuisse peccatũ, nec in anima, nec in carne, & suscipiendo carnem in similitudine carnis peccati de peccato damnasse peccatum. Quod subobscure ab Apostolo dictum duobus modis soluitur, Siue quia rerum similitudines solẽt earum rerum nominibus nuncupari, quarum similes sunt, ut ipsam similitudinem carnis peccati uoluisse intelligatur Apostolus appellare peccatũ, Siue quia sacrificia pro peccatis peccata appellabantur in lege, quæ omnia figuræ fuerunt carnis Christi, quod est uerum & unicum sacrificium pro peccatis, non solũ his

Christus quomodo in similitudine peccati Cap. VI

quæ uniuersa in baptismate diluuntur, uerũetiam his quæ post ex huius uitæ infirmitate surrepunt, propter quæ quotidie uniuersa in oratione ad deũ clamat Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra, & dimittuntur nobis per singulare sacrificium pro peccatis. Quod Apostolus secundũ legẽ loquẽs, nõ dubitauit appellare peccatũ. Vnde est etiam illud eius multo euidentius, nec aliquo biuio cuiusq; ambiguitatis incertũ. Obsecram⁹ pro Christo recõciliari deo, Eum qui non nouerat peccatũ, pro nobis peccatum fecit, ut nos simus iustitia dei in ipso. Nã quod superius commemorauit, de peccato damnauit peccatum, quia nõ dictũ est, de peccato suo, potest quispiã sic intelligere, ut dicat eũ de peccato ludęorũ damnasse peccatũ: quia de peccato eorum, qui eũ crucifixerunt, factũ est ut sanguinem suũ in remissionẽ funderet peccatorũ. Hoc uerbo, ubi dicitur deus ipsum Christũ, qui non nouerat peccatum fecisse peccatũ, non mihi cõuenientius uidetur intelligi, cq; Christum factũ sacrificium pro peccatis, & ob hoc appellatũ esse peccatum. Quis autem ferat eos obijcere nobis, quod post resurrectionem tales processus futuros esse dicamus, ut ibi incipiant homines, quę hic noluerint, dei mandata complere: quoniã dicimus, ibi omnino nullum futurum esse peccatũ, nec cum aliqua peccati cupiditate cõflictum, tanquam ipsi audeant hoc negare? Sapientiam quoque & cognitionem dei tunc perfici in nobis, & in domino tãtam exultationem, ut ea sit plena & uera securitas, quis negabit, nisi tam auersus sit à uero, ut ob hoc ad eam peruenire non possit? Verum hæc non erunt in præceptis, sed in eorũ quæ hic obseruanda sunt præmio pręceptorum. Quorum quidem præceptorum contemptus illo non perducit ad præmium, sed hic studium præcepta seruandi gratia dei tribuit. Quæ si quid etiam in eis præceptis minus seruatur, ignoscit, propter quod orando dicimus: &, Fiat uolũtas tua: &, Dimitte nobis debita nostra. Hic ergo præceptũ est, ut non peccemus: ibi præmium, non posse peccare. Hic præceptũ est, ut desideriis peccati nõ obediamus: ibi præmium, ut desideria peccati non habeamus. Hic præceptũ est, Intelligite ergo qui insipientes estis in populo, & stulti aliquando sapite: ibi præmium est, plena sapiẽtia & perfecta cognitio. Videmus eñ nunc per speculũ in ęnigmate, ait Apostolus, tunc aũt facie ad faciem. Nunc 1. Cor. 13
scio ex parte, tunc aũt cognoscam sicut & cognitus sum. Hic præceptum est, Exultate deo adiutori nostro: Et, Exultate iusti in domino: Ibi pręmiũ Psal. 80 Psal. 32
est, exultare perfecto & ineffabili gaudio. Postremo in præcepto positũ est, Beati qui esuriũt & sitiunt iustitiã. In præmio aũt, Quoniam ipsi saturabuntur. Vnde quæso saturabuntur, nisi q esuriũt & sitiunt? Quis igitur ita, non solũ à diuino, sed à sensu quoq; abhorret humano, qui dicat in homine tãtam esse posse iustitiam, cum ab illo esuritur & sititur, quanta erit, cũ ex illa saturabitur? Quando esurimus autem sitimusq; iustitiam, si fides Christi uigilat in nobis, quid nos nisi Christũ esu-

Quomodo perficitur iustitia in uita futura Cap. VII Matt. 5

rire

rire ac ſitire credendū eſt? Qui factus eſt nobis ſa- A
pientia à deo & iuſtitia & ſanctificatio & redem-
ptio, ut quemadmodum ſcriptū eſt, qui gloriatur, Hier. 9
in domino glorietur. Et quia modo in eū nō uiden-
tes credimus, ideo ſitimus eſurimusq; iuſtitiam.
Quamdiu enim ſumus in corpore, peregrinamur
à domino: per fidē em ambulamus, nō per ſpeciē.
Quem cū inuenerimus peruenientes utiq; ad ſpe-
ciē, exultabimus gaudio inenarrabili, & tunc iu-
ſtitia ſaturabimur, qa nunc ex deſiderio dicimus,
Pſal. 16 Saturabor cū manifeſtabitur gloria tua. Quàm ue
ro eſt, non dico impudēs, ſed inſana ſuperbia, nō-
dum eſſe æquales angelis dei, & putare ſe iā poſſe
habere iuſtitiā æqualē angelis dei: nec intueri tam
magnū & ſpiritalem uirū, qui utiq; ipſam iuſtitiæ
perfectionē eſuriebat atq; ſitiebat, quando magni B
tudine reuelationum noluit extolli: nec tamen ut
non extolleretur arbitrio ſuo uoluntatiq; cōmiſ-
ſus eſt, ſed accepit ſtimulum carnis angelū ſatanę,
qui eum colaphizaret: Propter quod dominū ter
rogauit, ut diſcederet ab eo, Et dixit ei dominus,
Sufficit tibi gratia mea: nam uirtus in infirmitate
In Græce perficitur. Quæ uirtus, niſi ad quam pertinet non
ἐπιτελεῖται extollit? Et quis dubitat hoc ad iuſtitiā pertinere?
ἡ ἀρετὴ Huius igitur iuſtitiæ perfectione ſunt prædīti an-
geli dei, qui ſemper uident faciē patris, ac per hoc
totius trinitatis, quia per filiū uident in ſpiritu ſan
cto. Nihil eſt aūt iſta reuelatione ſublimius, nec ta
men angelorum quisq; illa contemplatione lętan
tium neceſſarium habet angelum ſatanæ, quo co-
laphizetur, ne illum tanta magnitudo reuelatiōis C
extollat. Hanc perfectionē uirtutis utiq; nondum
habebat apoſtolus Paulus, nondum æqualis an-
gelis dei, ſed inerat illi extollēdi ſe infirmitas, quę
per angelum etiam ſatanæ fuerat comprimenda,
ne reuelationū magnitudine extolleret. Quamq;
itaq; ipſum ſatanam elatio prima deiecerit, tamen
ſummus ille medicus, qui bene uti nouit etiā ma-
lis, de angelo ſatanæ adhibuit contra elationis ui-
tium ſalubre, quamuis moleſtum medicamentū,
ὑπῆκται ſicut fieri conſueuit antidotum, etiam de ſerpenti
bus contra uenena ſerpentiū. Quid eſt ergo, Suffi
cit tibi gratia mea, niſi ne deficiendo ſuccumbas
ſub colapho angeli ſatanæ? Et quid eſt, Virtus in
infirmitate perficitur: niſi quia in iſto loco infirmi
tatis hactenus perfectio poteſt eſſe uirtutis, ut in D
ipſa infirmitate præſente elatio reprimatur? Quæ
utiq; infirmitas, futura immortalitate ſanabitur.
Quomodo eſt enim dicenda ſanitas plena, ubi e-
tiam de angeli ſatanæ colapho adhuc eſt neceſſa-
ria medicina? Ex quo factū eſt uirtutem, quæ nūc
eſt in homine iuſto, perfectam hactenus nomina-
ri, ut ad eius perfectionem pertineat etiam ipſius
imperfectionis & in ueritate cognitio, & in humi
litate confeſſio. Tunc enim eſt ſecundū hanc infir
mitatem pro ſuo modulo perfecta iſta parua iuſti
tia, quando etiam quid ſibi deſit intelligit. Ideoq;
Apoſtolus & imperfectū & perfectū ſe dicit. Im-
perfectū ſcilicet cogitādo quantū illi ad iuſtitiam
deſit, cuius plenitudinē adhuc eſurit ac ſitit. Perfe
ctum aūt, ꝙ & ſuam imperfectionem cōfiteri non
erubeſcit, & ut perueniat bene, ꝓcedit. Sicut poſ-
ſumus dicere perfectum eſſe uiatorē, cuius bene
promouetur acceſſio, quāuis non perficiatur in-
tentio, niſi fuerit facta peruentio. Propterea cū di-
xiſſet, Secundū iuſtitiam, quæ in lege eſt, qui fue- Phil. 3
rim ſine querela: mox addidit, Quę mihi lucra fue
runt, hæc propter Chriſtum damna eſſe duxi. Ve
runtamen & arbitror omnia damnū eſſe propter
eminentem ſcientiam Chriſti Ieſu domini noſtri,
Propter quē omnia non ſolū detrimenta credidi,
uerumetiam ſtercora æſtimaui eſſe ut Chriſtū lu- Aduerſus Hie
crifaciā, & inueniar in illo non habens meam iu- ronymum di-
ſtitiam, quæ ex lege eſt, ſed eam quæ eſt per fidē ſputans, ſter-
Chriſti, quæ eſt ex deo iuſtitia in fide. Ecce Apo- cora interpre
ſtolus ſecundum iuſtitiā quæ ex lege eſt, ſine que- tatur uita, nō
rela ſe fuiſſe non utiq; mendaciter dicit, & tamen obſeruationem
hæc quæ illi lucra fuerūt, abiicit propter Chriſtū, legis
& damna & detrimēta & ſtercora exiſtimat, non
ſolum hæc, ſed & cætera omnia quæ ſupra cōme
morauit, propter nō qualemlibet, ſed eminētem,
ſicut ipſe dicit, ſcientiam Chriſti Ieſu domini no-
ſtri, quā proculdubio adhuc in fide habebat, non-
dum in ſpecie. Tunc em erit eminēs Chriſti ſcien
tia, quando fuerit ita reuelatus, ut quod creditur,
uideat. Vnde alio loco ita dicit, Mortui em eſtis, Col. 3
& uita ueſtra abſcōdita eſt cū Chriſto in deo. Cū
Chriſtus apparuerit, uita ueſtra, tunc & uos appa
rebitis cum illo in gloria. Hinc & ipſe dominus, Io. 14.
Qui diligit me, inquit, diliget à patre meo, & ego
diligā eum, & manifeſtabo meipſum illi. Hinc Io
annes euangeliſta, Dilectiſſimi, inquit, filij dei ſu- 1. Io. 3
mus, & nondū apparuit quod erimus. Scimus aūt
quia cū apparuerit ſimiles ei erimus, quoniā uide
bimus eū ſicuti eſt. Tunc erit eminens Chriſti ſci
entia. Nunc enim eſt quidem abſcondita in fide,
ſed nondum eminens apparet in ſpecie. Abiicit
ergo illa beatus Paulus præterita iuſtitiæ ſuæ tan
quam detrimenta & ſtercora, ut Chriſtum lucri-
faciat, & inueniatur in illo non habens ſuam iuſti
tiam, quæ ex lege eſt, Neq; enim lex illa dei non
eſt. Quis hoc nili Marcion & Manichæus & alię
ſimiles peſtes dixerint? Cum ergo lex illa, ut dixi,
dei ſit, iuſtitiam ſuam dicit eſſe quæ ex lege eſt.
Quam iuſtitiam ſuam noluit habere, ſed profecit
ut ſtercora. Cur ita? niſi quia hoc eſt, quod etiam
ſuperius demonſtrauimus, eos eſſe ſub lege, qui
ignorantes dei iuſtitiam & ſuam uolentes conſti-
tuere, iuſtitiæ dei non ſunt ſubiecti? Putant enim
ſe arbitrij ſui uiribus implere legem iubentem, &
iſta implicati ſuperbia ad gratiam non conuertun
tur iuuātem. Sic eos litera occidit, aut aperte etiā
ſibi reos, non faciendo quod præcipit, aut putan-
do ſe facere quod ſpiritali, quæ ex deo eſt, non fa-
ciūt charitate. ita remanent aut aperte iniqui, aut
fallaciter iuſti, in aperta iniquitate euidenter eliſi,
in fallaci iuſtitia inſipienter elati: ac per hoc miro
quodā modo, ſed tamen uero, iuſtitiā legis nō im
plet iuſtitia, quę in lege eſt, uel ex lege, ſed quę in
ſpiritu gratiæ. Iuſtitia quippe legis implet in eis
ſicut ſcriptū eſt: qui non ſecundū carnem ambu- Rom. 8
lant, ſed ſecundū ſpiritum. Secūdum iuſtitiam ue-

ro quæ

Universidad de Deusto
Biblioteca

ro quę in lege eſt,ſe fuiſſe ſine querela in carne nō
in ſpiritu dicit Apoſtolus, & iuſtitiā quæ ex lege
eſt,ſuā dicit fuiſſe,non dei. Intelligendum eſt igi-
tur iuſtitiā legis nō impleri ſecundū iuſtitiam quæ
in lege eſt,uel ex lege,id eſt ſecundum iuſtitiā ho-
minis,ſed ſecundum iuſtitiā,quæ eſt in ſpiritu gra
tiæ. Ergo ſecundū iuſtitiam dei,hoc eſt,quę homi
ni ex deo eſt. Quod planius & breuius ita dici po
teſt: iuſtitiam legis dei nō impleri cum lex iubet,
& homo quaſi ſuis uiribus facit,ſed cū ſpiritus ad
iuuat,& hominis nō libera,ſed dei gratia liberata
uoluntas facit. Legis itaq; iuſtitia eſt iubere quod
deo placet,uitare quod diſplicet,In lege aūt iuſti-
tia eſt,ſeruire literę,& extra eam nullum dei adiu
toriū ad recte uiuendū requirere. Cū enim dixiſ-
ſet,Non habens meā iuſtitiā,quæ ex lege eſt, ſed
eam quæ eſt per fidem Chriſti:addidit, quæ eſt ex
deo. Ipſa eſt ergo iuſtitia dei,quā ſuperbi ignoran
tes,ſuā uolunt cōſtituere. Non em̄ propterea iuſti
tia dei dicitur, quoniā deus iuſtus eſt, ſed quia ho
mini ex deo eſt. Secundū hāc aūt iuſtitiā dei, hoc
eſt,quæ ex deo nobis eſt,nunc fides operatur per
dilectionem:id eſt,operatur quomodo perueniat
homo ad eū,in quē modo non uidens credit, quē
cū uiderit,tūc quod erat in fide per ſpeculū in æni
gmate,iam erit in ſpecie facie ad faciē,tunc perfi-
cietur & ipſa dilectio. Nimis quippe inſipiēter di
citur,tantū amari deum anteq; uideatur, quātum
amabitur,cū uidebitur. Porrò ſi in hac uita pio ne
mine dubitante,quanto amplius diligimus deū,
tanto ſumus utiq; iuſtiores,quis dubitet, piam ue
ramq; iuſtitiam cū deſuerit dilectio dei perfecta,
tūc perfici? Tūc ergo lex ita ut nihil omnino de-
ſit,implebitur,cuius legis,ſecundū Apoſtolū,ple
Rom.13 nitudo dilectio eſt. Ac per hoc cum dixiſſet, non
habens meā iuſtitiā,quæ ex lege eſt,ſed eā quę eſt
per fidem Chriſti, quæ eſt ex deo iuſtitia in fide,
Phil.3 Deinde ſubiunxit,Ad cognoſcendū eum,& uir-
tutem reſurrectionis eius, & communicationem
paſſionum eius. Hæc omnia nondū plena & per-
fecta in Apoſtolo erāt,ſed tanq; in uia poſitus ad
eorum plenitudinem perfectionēq; currebat. Nā
quomodo iam perfecte cognouerat Chriſtū, qui
1.Cor.13 dicit alio loco, Nunc ſcio ex parte,tūc aūt cogno-
ſcā,ſicut & cognitus ſum? Et quomodo iam per-
fecte cognouerat uirtutē eius reſurrectionis, cui
reſtabat eam plenius tempore reſurrectionis car-
nis experiēdo cognoſcere? Et quomodo iam per-
fecte cognouerat cōmunicatiōem paſſionū eius,
Phil.3 nondum pro illo paſſionem mortis expertus? De
niq; addit & dicit,Si quo modo occurram in reſur
rectionem mortuorum. Ac deinde ait,Non quia
iam acceperim,aut iam perfectus ſim. Quid ergo
ſe confitetur nondū accepiſſe, & in quo nondum
eſſe perfectum, niſi ex ea iuſtitia, quæ ex deo eſt,
quā concupiſcens noluit ſuam habere, quæ ex le
ge eſt? Hinc em̄ loquebatur, & hæc fuit cauſa ut
hæc diceret,reſiſtens inimicis gratiæ Chriſti, pro
qua largiēda crucifixus eſt Chriſtus. Ex quorum
genere etiā iſti ſunt,Nā ex quo loco ſuſcepit hæc
dicere,ſic exorſus eſt, Videte canes,uidete malos
A operarios,uidete conciſionem. Nos enim ſumus
circūciſio,qui ſpiritu deo ſeruimus, uel ſicut nō
nulli codices habent,qui ſpiritui deo, uel ſpiritui
dei ſeruimus,& gloriamur in Chriſto Ieſu, & non
in carne fidentes. Hinc manifeſtū eſt aduerſus Iu-
dæos eum agere,qui carnaliter obſeruantes legē,
& ſuam iuſtitiam uolentes conſtituere, occidebā-
tur litera, non uiuificabātur ſpiritu, & in ſe gloria-
bantur, cum apoſtoli & omnes promiſſionis filij
gloriarentur in Chriſto. Deinde ſubiecit, Quam-
quā ego habeam fiduciam in carne. Si quis alius
in carne putat ſe fiduciam habere, magis ego. Et
enumerans omnia quę ſecundū carnē habent glo
riam ad illud terminauit,ubi ait, Secundū iuſtitiā
quæ in lege eſt,qui fuerim ſine querela. Et cū hęc
ſibi omnino dāna & detrimenta & ſtercora fuiſſe
B dixiſſet,ut Chriſtum lucrifaceret, adiecit, Et inue
niar in illo non habēs iuſtitiam meā, quæ ex lege
eſt,ſed eā quæ eſt per fidē Chriſti, quæ eſt ex deo.
Huius ergo iuſtitiæ perfectionē, quę non erit niſi
in illa eminenti ſcientia Chriſti, propter quā ſibi
dixit omnia damnū eſſe, nondum accepiſſe ſe cō- 1.Cor.13
feſſus eſt,& propterea nondū eſſe perfectum. Se-
quor aūt, inquit, ſi apprehendam, in quo & appre
henſus ſum à Chriſto Ieſu. Tale eſt apprehendam
in quo & apprehēſus ſum: quale eſt, Cognoſcam 2.Cor.12
ſicut & cognitus ſum. Fratres, inqt, ego meipſum
non arbitror apprehēdiſſe. Vnum aūt, quæ retro
ſunt oblitus, in ea quæ ante ſunt extētus, ſecundū
intentionē ſequor ad palmam ſupernæ uocatiōis
dei in Chriſto Ieſu. Ordo uerborū eſt, Vnum aūt
C ſequor: De quo uno bene intelligitur & dominus Luc.10
admoniſſe Marthā, ubi ait, Martha Martha ſoli-
cita es,& turbaris circa plurima, Porrò unū eſt ne
ceſſarium. Hoc iſte uolēs apprehendere, tanq; in
uia conſtitutus, ſequi ſe dixit ad palmam ſuperną
uocationis dei in Chriſto Ieſu. Quis aūt cūctetur
cum hoc quod ſequi ſe aſſeuerat apprehenderit,
tunc habiturū eum iuſtitiā æqualem iuſtitiæ ſan-
ctorum angelorū, quorum neminem utiq; ne ma-
gnitudine reuelationum extollatur, ſatanæ ange-
lus colaphizet? Deinde admonens eos, q; poſſent
illius iuſtitiæ plenitudine iā ſe putare perfectos:
Quotquot ergo, inqt perfecti, hoc ſapiamus, tan
quā diceret, Si ſecundū hominis mortalis capaci-
tatem pro huius uitæ modulo perfecti ſumus, ad
ſipſam perfectionē hoc quoq; pertinere intelliga-
D mus, ut angelica illa quę in Chriſti manifeſtatiōe
nobis erit iuſtitia, nondū nos perfectos eſſe ſapia-
mus. Et ſi quid aliter ſapitis, inquit, hoc quoq; uo
bis deus reuelabit. Quomodo, niſi ambulātibus
& proficiētibus in uia rectæ fidei, donec iſta pere-
grinatio finiat & ad ſpeciē ueniatur? Vnde conſe
quenter adiunxit, Verūtamen, inquit, in id quod
peruenimus, in eo ambulemus. Deinde cōcludit
ut caueant illi, de quibus hic locus ſermonis eius
ſumpſit exordiū. Imitatores mei, inquit, eſtote fra
tres,& intēdite eos q; ſic ambulāt, ſicut & habetis
formā noſtrā. Multi em̄ ambulant, de quibus ſæ-
pe dicebā uobis, nunc etiam flens dico inimicos
crucis Chriſti, quorū finis eſt interitus: & cætera.

Illi

Illi ipſi ſunt, de quibus incipiens dixerat, Videte canes, uidete malos operarios: & ſequentia. Oēs itaq; ſunt inimici crucis Chriſti, qui uolentes conſtituere ſuā iuſtitiā, quæ ex lege eſt, idem litera tantum iubente, nō ſpiritu implente, iuſtitiæ dei non
Rom. 4 ſunt ſubiecti. Si enim qui per legem hęredes ſunt,
Gal. 2. 5 exinanita eſt fides, Si per legē iuſtitia, ergo Chriſtus gratis mortuus eſt, ergo euacuatū eſt ſcandalū crucis. Ac per hoc illi inimici ſunt crucis eius, qui per legē dicūt eſſe iuſtitiam, ad quā iubere, pertinet, non iuuare. Gratia uero dei per Ieſum Chriſtū dominū noſtrū in ſpiritu ſancto, adiuuat infirmitatē noſtrā. Quamobrem qui ſecundū iuſtitiā quæ in lege eſt, ſine fide gratiæ Chriſti uiuit, ſicut ſe Apoſtolus ſine querela uixiſſe cōmemorat, nullam ueram putandus eſt habere iuſtitiam: non ga lex uera & ſancta non eſt, ſed quia obedire uelle li
B teræ iubenti, ſine uiuificante ſpiritu dei, ueluti ex
Abac. 2 uiribus liberi arbitrij, iuſtitia uera non eſt. Iuſtitia uero, ſecundū quam iuſtus ex fide uiuit, quoniam per ſpiritum gratię homini ex deo eſt, uera iuſtitia eſt. Quæ licet nō immerito in aliquibus iuſtis pro huius uitę capacitate perfecta dicitur, parua tamē eſt ad illā magnā, quā capit æqualitas angelorum. Quam qui nondum habebat, & propter illā, quæ tam inerat perfectū: & propter iſtam quæ adhuc deerat, imperfectum ſe eſſe dicebat. Sed plane minor iſta iuſtitia facit meritū, maior illa fit premiū. Vnde qui iſtam nō ſequitur, illam nō aſſequitur. Quocirca poſt reſurrectionem hominis, futurā negare iuſtitiæ plenitudinem, & putare tātam futuram eſſe iuſtitiam in corpore uitæ illius, quanta
C eſſe poteſt in corpore mortis huius, dementiæ ſingularis eſt. Nō aūt illic incipere homines, quę hic noluerint dei mandata complere, uertiſſimū eſt. Erit enim perfectiſſimæ plenitudo iuſtitiæ, nō tamen hominum mandata ſectantium, & ad eā plenitudinem proficiendo nitentiū: ſed in ictu oculi, ſicut ipſa futura eſt reſurrectio mortuorū: quoniā illa perfectæ magnitudo iuſtitiæ, eis qui hic mandata fecerunt, premium dabitur, nō & ipſa faciēda mandabitur. Sed ita dixerim, mandata fecerūt, ut ipſa mandata meminerimus pertinere ad oratione, in qua quotidie ueraciter dicunt ſancti fi-
Mat. 6 lij promiſſionis, Fiat uoluntas tua: Et, Dimitte no-
Cap. VIII bis debita noſtra. Cum igitur Pelagiani, his atque huiuſmodi ueritatis teſtimonijs & uocibus
D urgeantur, ne negent originale peccatū, ne gratiā dei qua iuſtificamur, nō gratis, ſed ſecundū merita noſtra dari dicant, ne in homine mortali quamlibet ſancto, & bene agente tantam dicant eſſe iuſtitiam, ut ei non ſit neceſſaria etiam poſt regenerationis lauacrum, donec iſtam uitā finiat remiſſio peccatorū, Ergo cum urgentur ne iſta tria dicant, & per hęc homines, qui eis credunt à gratia, ſalutoris alienent, & elatos in ſuperbiam, in iudicium diaboli præcipites ire perſuadeant: immittūt aliarum nebulas quæſtiōum, in quibus eorum apud homines ſimpliciores, ſiue tardiores, ſiue ſanctis literis minus eruditos impietas deliteſcat. Hæ ſunt nebulæ de laude creaturę, laude nuptiarum,
A laude legis, laude liberi arbitrij, laude ſanctorum, quaſi quisq; noſtrū iſta uituperet, ac non potius oīa in honorē creatoris & ſaluatoris debitis laudibus prędicet. Sed neq; creatura ita uult laudari, ut nolit ſanari, Et nuptiæ quanto magis laudandæ ſunt, tanto minus eis imputanda eſt pudenda carnis concupiſcentia: quæ non eſt à patre, ſed ex 1. Io. 2
mundo eſt: Quam profecto inuenerunt in hominibus nuptiæ, non fecerūt: quia & illa in plurimis ſine ipſis eſt, & ipſę ſi nemo peccaſſet, ſine illa eſſe potuerunt. Et lex ſancta & iuſta & bona, nec ipſa eſt gratia, & nihil ex ea recte fit ſine gratia, qa nō eſt data quæ poſſit uiuificare, ſed præuaricationis cauſa poſita eſt, ut conuictos concluderet ſub peccato, & promiſſio ex fide Ieſu Chriſti daretur credentibus. Et liberum arbitrium captiuatū nō niſi
B ad peccatum ualet, ad iuſtitiā uero niſi diuinitus liberatum adiutumq; nō ualet. Ac per hoc & ſancti oēs, ſiue ab illo antiquo Abel, uſq; ad Ioannem Baptiſtā, ſiue ab ipſis Apoſtolis uſq; ad hoc tempus, & deinceps uſq; ad terminū ſeculi, in domino laudandi ſunt, non in ſeipſis, quia & illorū anteriorū uox eſt, In domino laudabit̄ anima mea: Pſal. 33
Et iſtorū poſteriorū uox eſt, Gratia dei ſum quod 1. Cor. 15
ſum. Et ad omnes pertinet, Vt qui gloriatur, in domino glorietur. Et confeſſio cōmunis eſt omniū, 1. Io. 1
Si dixerimus, quia peccatum non habemus, nos ipſos ſeducimus & ueritas in nobis nō eſt. Sed αὐθις ὧν cō-
quoniā in his quinq; rebus quas propoſui, in qui- fert Manichæ-
bus quærunt latebras, & de quibus cōnectunt ca- os, Pelagia-
lumnias, diuinis documentis produntur atq; uin- nos, & catho-
C cuntur, excogitauerunt Manichæorum deteſtabili licos Ca. IX
li nomine imperitos quos potuerint deterrere, ne aduerſus eorum peruerſiſſima dogmata aures accōmodent ueritati: quia ſcilicet Manichęi quinq; iſtorum tria priora blaſphemando condemnant, dicētes, neq; humanam creaturam, neq; nuptias, neq; legē à ſummo & uero deo eſſe inſtituta. Non aūt accipiunt quod ueritas dicit, à libero arbitrio exordium ſumpſiſſe peccatū, & ex illo eſſe omne uel angeli uel hominis malū: quia mali naturam ſemper malam & deo coæternam nimis à deo exorbitantes credere maluerunt. Sanctos quoq; Patriarchas & Prophetas, quantis poſſunt execrationibus inſectantur. Ecce unde ſe putāt hæretici noui Manichæorum nomine obiecto uim ſubterfugere ueritatis, ſed non ſubterfugiunt: Inſequitur
D quippe illa, & ſimul Manichęos Pelagianoſq; ſubuertit. Homo enim dum naſcitur, quia bonum aliquid eſt, inquantū homo eſt, Manichæum redarguit, laudatq; creatorem: inquantū uero trahit originale peccatū, Pelagium redarguit, & habet neceſſarium ſaluatorem. Nam & quod ſananda dicitur iſta natura, utrunq; repercutit: quia nec medicina opus haberet ſi ſana eſſet, quod eſt contra Pelagium: nec ſanari poſſet omnino, ſi æternum atq; immutabile malum eſſet, quod eſt contra Manichæū. Item q; nuptijs, quas laudamus à domino conſtitutas, cōcupiſcentiā carnis imputandā eſſe nō dicimus, & cōtra Pelagianos eſt, qui eā in laudibus ponūt: & contra Manichæos, qui eā malæ

naturæ

naturæ tribuunt, cū sit nostræ naturæ accidēs malum, non dei distinctione separandum, sed dei miseratione sanandum. Item ꝙ dicimus legem sanctam, iustam & bonā, nō iustificandis impijs, sed cōuincendis superbis, præuaricationis gratia posirā, & cōtra Manichæos est, quia secundū Apo-
Rom.3 stolū laudatur: & cōtra Pelagianos, quia secundū Apostolum, nemo ex lege iustificatur. Et ideo iustificandis eis, quos litera occidit, id est, quos lex bona præcipiens præuaricatione reos facit, spiritus gratiæ gratis opitulatur. Item ꝙ arbitriū sui in malum liberū dicimus, ad agendum bonū gratia dei esse liberandū, contra Pelagianos est: ꝙ aūt dicimus ab illo exortū, quod antea non erat malū, contra Manichæos est. Itē ꝙ sanctos Patriarchas & Prophetas debitis in deo laudibus honoramus, aduersum est Manichęis: ꝙ uero et ipsis quāuis iustis & ideo placentibus propitiationem domini fuisse dicimus necessariam, aduersum est Pelagianis. Vtroſq; igitur catholica fides sicut & cæteros hæreticos aduersarios inuenit, utroſq; diuinorum testimoniorum authoritate & luce uerita-
Cap. X tis conuincit. Addūt sanè ad latebrarū suarum nebulas Pelagiani, de origine animæ non necessariam quæstionē, ad hoc, ut res manifestas, aliarum rerū obscuritate turbando, moliantur latendi locū. Aiunt enim nos animarum traducem, cū peccati traduce contueri. Quod ubi & quando in eorum, qui defendunt aduersus istos catholicam fidem, uel sermōibus audierint, uel literis legerint, nescio. Quia etsi inuenio à catholicis de hac re aliquid scriptum, nondum contra istos fuerat uerita-
C tis susceptа defensio, neq; id agebat ut eis responderetur. Sed hoc dico, tam manifestum esse secundū scripturas sanctas originale peccatū, atq; hoc dimitti lauacro regenerationis in paruulis, tāta fidei catholicæ antiquitate atq; authoritate firmatū, tam clare Ecclesiæ celebritate notissimum, ut quicquid de animæ origine cuiuslibet inquisitione uel affirmatione differit, si cōtra hoc sit, uerum esse non possit. Quapropter quisq; uel de anima, uel de quacunq; re obscura id astruit, unde hoc quod uerissimū, fundatissimū, notissimum est destruat, siue sit ille filius, siue inimicus Ecclesiæ, aut corrigendus est, aut cauendus. Sed hic sit huius uoluminis finis, ut aliud habeant quæ sequuntur exordium.

D

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA DUAS EPISTOLAS PELAGIANORUM AD BONIFACIUM, LIBER QUARTUS.

Cap. I POST hęc quę tractauimus quibusq; respondimus, eadem repetunt quorum redarguimus
P Epistolam, sed diuerso modo. Nam prius ea proposuerūt nobis obijcientes, quę uelut perperam sentiamus, postea uero quid ipsi sentiant exponentes, eadem à contrario reddiderunt, addentes duo quædam quę nō dixe-

A rant, id est, baptismum se dicere omnibus ætatibus necessariū: & per Adam mortē ad nos transisse, non crimina. Quæ suo loco & ipsa tractāda sunt. Proinde quia superiore libro, quē modo explicauimus, quinq; rerum eos obtendere obstacula diximus, in quibus eorum dogmata inimica gratiæ dei & catholicę fidei delitescāt, laude scilicet creaturæ, laude nuptiarum, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorum, cōmodius esse arbitror omnia quæ defendunt, quorū contraria nobis obijciunt, generatim distinguere, & quæ illorū ad qd istorū quinq; pertineāt demōstrare, ut dilucidior & probabilior ipsa distinctione possit esse nostra responsio. Laudem creaturæ, quod ad genus humanū attinet, unde nunc quęstio est, his sententijs exequuntur, ꝙ nascentiū conditor deus sit, fi-
B lijq; hominū opus sint dei, & peccatū omne non de natura, sed de uoluntate descēdat. Huic laudi creaturæ applicāt, quòd omnibus ætatibus dicūt esse baptismum necessarium, ut scilicet illa creatura in dei filios adoptetur, non ꝙ aliquid ex parentibus trahat, quod sit lauacro regenerationis expiandū. Huic laudi adiungunt, & ꝙ Christū dominum nulla dicūt macula peccati fuisse respersum, quantū attinet ad eius infantiā, quia eius carnem ab omni peccati cōtagione purissimam, nō excellentia propria & gratia singulari, sed cōmunione naturæ, quæ omnibus inest infantibus assueuerāt. Eò pertinet etiam ꝙ de animæ origine inserunt quæstionem, sic animæ Christi coæquare molientes oēs animas paruulorū, quas uolunt esse similiter nulla peccati macula aspersas. Propter hoc etiam dicunt ex Adam nihil mali transisse per cęteros, nisi mortē, quæ non semper est malū, inquiūt, cum & martyribus sit causa præmiorū, & uel bonam uel malam mortē dici faciat nō resolutio corporum, quæ excitabuntur in omni genere hominū, sed meritorū diuersitas, quæ de humana libertate cōtingit. Hæc scribunt in hac Epistola de laude creaturę. Nuptias uero secundū scripturas laudant, quia dominus in Euangelio loquitur, Qui Mat.19
fecit ab initio masculum & fœminā fecit eos, & Gen.1
dixit, Crescite & multiplicamini & replete terrā, Quāuis hoc non in eo loco Euangelij, sed tamen in lege sit scriptū. Addunt etiam, Quod ergo deus cōiunxit, homo non separet, Quæ uerba Euangelica agnoscimus. In laude legis dicunt ueterem legem secundū Apostolum iustā & sanctā, & bonā
D custodientibus mandata sua, ac per fidem iuste uiuentibus, sicut Prophetis & Patriarchis oīmibusq; sanctis uitā potuisse cōferre perpetuam. In laude liberi arbitrij dicunt, liberū arbitriū non periisse, cū loquatur dominus per Prophetā, Si nolueritis Esa.1
& audieritis me, quæ bona sunt terræ edetis: si nolueritis & nō audieritis, gladius uos comedet. Ac per hoc & gratiā uniuscuiusq; bonū propositū adiuuare, non tamē reluctanti studiū uirtutis immittere, quia personarū acceptio non est apud deum. Laude sanctorū sese cōtegunt, dicētes baptismа perfecte homines innouare. Siquidē Apostolus Rom.3
testis sit, qui per lauacrum aquæ Ecclesiā de gentibus

Latebræ Pelagianorum Cap. II

Eph.5 tibus ſanctam fieri immaculatāq; teſtatur, Sanctū quoq; ſpiritum mētes bonas in antiquis adiuuiſſe tēporibus, dicente Propheta ad deum, Spiritus Iſa.142 tuus bonus deducet me in uiam rectā. Oēs quoque Prophetas & Apoſtolos uel ſanctos, tam noui q̄ ueteris teſtamenti, quibus dominus teſtimoniū perhibet, nō in cōparatione ſceleratorum, ſed regula uirtutum iuſtos fuiſſe, in futuro aūt tempore mercedē eſſe tam bonorū q̄ malorū. Cæterum neminē poſſe quæ hic contempſerit illic mandata perficere, quia dixerit Apoſtolus, Oportet nos 1.Cor.5 manifeſtari ante tribunal Chriſti, ut reportet unuſquiſq; propria corporis ſecūdum quod geſſit, ſiue bonū, ſiue malum. In his oīibus quicquid dicunt de laude creaturę atq; nuptiarū, ad hoc referre conant, ut nō ſit originale peccatū. Quicquid B de laude legis et liberi arbitrij, ad hoc, ut gratia nō adiuuet niſi meritum, ac ſic gratia iam non ſit gratia. Quicquid de laude ſanctorum, ad hoc, ut uita mortalis in ſanctis uideat nō habere peccatū, nec ſit eis neceſſariū pro dimittendis debitis ſuis precari deū. Iſta nepharia & dānabilia dogmata in Liberum arbitrium Capitulo III hac tripertita diuiſione, quiſquis mēte catholica exhorret, illius quinq; partitæ latebras inſidiasq; deuiter, atq; ita inter utrunq; ſit cautus, ut ſic declinet Mananichæum, ne ſe inclinet in Pelagiū, ruſuſq; ita ſe ſeiūgat à Pelagianis, ne cōiungat Manichæis, aut ſi in alterutris iam tenetur, nec ſic ſe à quibuslibet alteris ſeruet, ut in alteros irruat. Vidētur quippe inter ſe eſſe cōtrarij, quoniā quinq; illa Manichæi uituperādo ſe manifeſtant, Pelagiani C laudādo ſe occultant. Quapropter utroſq; dānat atq; deuitat, quiſquis ſecundū regulā catholicæ fidei ſic in hominibus naſcētibus de bona creatura carnis & animę glorificat creatorē, quod nō uult Manichæus, ut tamē propter uitium, quod in eos per peccatū primi hominis pertranſijt, fateatur & paruulis neceſſarium ſaluatorē, quod nō uult Pelagius. Sic diſcernit malum pudendæ cōcupiſcentiæ à bonitate nuptiarū, ut neq; Manichæis ſimilis unde naſcimur, culpet, neq; Pelagianis ſimilis unde cōfundimur, laudet. Sic legem per Moyſen ſanctā & iuſtā & bonā à deo ſancto & iuſto & bono datam eſſe defendit, quod contra Apoſtolum negat Manichæus, ut eam dicat & peccatū oſtendere, nō tamē tollere, & iuſtitiā iubere nō tamen D dare, quod rurſus contra Apoſtolum negat Pelagius. Sic aſſerit liberum arbitrium, ut non ex natura neſcio qua ſemper mala, quæ nulla eſt, ſed ex ipſo arbitrio cœpiſſe dicat & angeli & hominis malū, quod euertit hæreſim Manichæā: nec ideo tamen poſſe captiuā uoluntatē, niſi dei gratia reſpirare in ſalubrem libertatem, quod euertit hæreſim Pelagianam. Sic laudat in deo ſanctos homines dei non ſolū ex manifeſtato in carne Chriſto & deinceps, uerumetiā ſuperiorum temporum, quos audent blaſphemare Manichęi, ut tamen de ipſis plus credat ipſis cōfitentibus, q̄ Pelagianis mētientibus. Sanctorū em̄ uox eſt, Si dixerimus, 1.Io.1 quia peccatū non habemus, noſipſos ſeducimus, Cap.IIII & ueritas in nobis non eſt. His ita ſe habētibus, quid prodeſt nouellis hæreticis, inimicis crucis Chriſti & diuinæ oppugnatoribus gratiæ, quòd à Manichæorum errore ſani uidentur, & alia ſua peſtilentia moriuntur? Quid eis prodeſt, q̄ in laude creaturæ dicunt deum bonū, naſcentium conditorem, per quē facta ſunt oīa, eiusq; opus eſſe filios hominū, quos Manichæi dicunt opus eſſe principis tenebrarū, cū inter utroſq;, uel apud utroſq; dei creatura, quæ eſt in infantibus pereat? Vtriq; enim nolunt eā Chriſti carne & ſanguine liberari: illi quia ipſam carnē & ſanguinem Chriſti, tanq; hæc omnino in homine uel ex homine, non ſuſceperit, deſtruunt: iſti aūt, quia nullū malū ineſſe infantibus aſſerunt, unde per ſacramētum carnis huius & ſanguinis liberentur. Iacet inter illos in paruulis humana creatura inſtitutione bona, propagatione uitiata, bonis ſuis cōfitens optimum conditorē, malis ſuis quærēs miſericordiſſimū redemptorē, Manichęos habens bonorū ſuorum uituperatores, Pelagianos habens malorum ſuorum negatores, utroſq; perſecutores. Et quāuis per infantiam loqui non ualeat, ſpecie tamen tacita & infirmitate abdita, impiam uanitatē utrorumq; cōpellat, & illis dicēs, ab eo qui bona creat credite me creari, & iſtis dicēs, ab eo qui me creauit, ſinite me ſanari. Manichæus dicit, nihil eſt huius infantis, niſi anima bona liberanda, cætera nō ad deum bonū, ſed ad principem tenebrarū pertinent reſpuēda. Pelagianus dicit, imò huius infantis nihil eſt liberandū, quia totū oſtēdimus ſaluū. Ambo mentiūtur, Sed mitior eſt iā carnis ſolius accuſator, q̄ qui in uniuerſum conuincitur ſequire laudator. Sed neq; Manichæus humanæ animæ ſubuenit blaſphemando authorem totius hominis deum, nec Pelagianus humanæ infantiæ diuinam gratiam ſubuenire permittit, negando originale peccatū. Deus ergo miſeretur per catholicā fidem, quæ utramq; redarguēdo perniciem infantibus ſubuenit ad ſalutem, Manichæis dicēs, Au 1.Cor.3 dite Apoſtolum clamātem, Neſcitis quia corpus ueſtrum templū eſt in uobis ſpiritus ſancti? & deū bonū creatorem credite corporū, quia nō poteſt eſſe templū ſpiritus ſancti opus principis tenebra Pſal.50 rū. Pelagianis dicens, In iniquitatibus conceptus eſt, & in peccatis eū mater eius in utero aluit, quē cōſpicitis paruulum. Quid eum tanq; ab oīni noxa liberum defendendo nō permittitis per indul gentiam liberari? Nemo mundus à ſorde, nec in Iob 25 fans cuius diei unius uita ſit ſuper terram. Sinite miſerū remiſſionem accipere peccatorū, per eum qui ſolus nec paruus nec magnus potuit habere peccatū. Quid eis igitur prodeſt, q̄ dicunt omne peccatum non de natura, ſed de uoluntate deſcēdere, & Manichęis malā naturam dicentibus cauſam eſſe peccati, huius ſententiæ ueritate reſiſtere: quando nolentes admittere originale peccatū, cū & ipſum ſine dubio de primi hominis uoluntate deſcendat, faciūt reos paruulos de corpore exire? Quid eis prodeſt baptiſmū omnibus ætatibus neceſſarium confiteri, quod Manichæi dicunt in omni ętate ſuperfluum, cū iſti dicant eſſe in paruu

lis falsum, quantum ad remissionem attinet peccatorũ: Quid eis prodest, q̃ carnem Christi, quam Manichæi nullam uel simulatã fuisse contendũt, aduersus eos isti non solũ ueram, sed & ipsam animam nulla peccati macula respersam fuisse defendunt, cum eius sic infantiæ cæteri ab eis coæquentur infantes, non impari puritate, ut & illa non uideatur seruare istorum cõparatione propriam sanctitatem, & isti ex illa nullam cõsequãtur salutẽ? In eo sanè quod dicunt per Adam mortẽ ad nos transisse, non crimina, nõ habent aduersarios Manichæos: quia nec ipsi astruunt originale peccatũ ex homine primo prius puro & recto corpore ac spiritu, & postea per arbitrium liberum depraua-
to, deinceps in omnes transisse cũ morte & transire peccatũ: sed carnem dicunt ab initio malam de malo corpore & à spiritu, & cũ malo spiritu creatam: animam uero bonã partẽ scilicet dei pro meritis inquinationis suę per cibos & potum, in quibus antea colligata est, uenire in hominẽ, atq; ita per concubitũ etiam carnis uinculo colligari. Ac per hoc Manichæi consentiunt Pelagianis, nõ crimen primi hominis trãsisse in genus humanum, neq; per carnem, quam nunq; fuisse dicunt bonã, neq; per animam, quã perhibent cũ meritis inquinamẽtorum suorũ, quibus polluta est ante carnẽ, uenire in hominis carnem. Sed Pelagiani quomodo dicunt solam mortẽ ad nos transisse per Adã? Si em̃ propterea morimur, quia ille mortuus est, ille aũt mortuus est, quia peccauit, pœnam dicũt transire sine culpa, & innocẽtes paruulos iniusto iudicio puniri trahendo mortem sine meritis mortis: Quod de uno solo mediatore dei & hominum homine Christo Iesu catholica fides nouit, q̃ pro nobis mortẽ, hoc est, peccati pœnam sine peccato subire dignatus est. Sicut em̃ solus ideo factus est hominis filius, ut nos per illum dei filij fieremus: ita solus pro nobis suscepit sine malis meritis pœnam, ut nos per illũ sine bonis meritis cõsequeremur gratiam, Quia sicut nobis non debebatur aliquid boni, ita nec illi aliquid mali. Cõmendans ergo dilectionem suam in eos, quibus erat daturus indebitam uitam, pati pro eis uoluit indebitã mortem. Hanc singularem mediatoris prærogatiuam Pelagiani euacuare conant̃, ut hoc iã nõ sit in domino singulare, si Adam ita propter culpam mortẽ passus est debitã, ut paruuli ex illo nullam trahentes culpã, mortẽ patiãtur indebitam. Quãuis enim bonis cõferatur per mortem plurimũ boni, unde nonnulli congruenter etiam de bono mortis disputauerunt: tamẽ & hinc quæ prædicanda est nisi misericordia dei, q̃ in bonos usus conuerti tur pœna peccati? Sed hoc ideo dicunt isti, dũ uolunt ex uerbis Apostoli in suum sensum homines
Rom. 5 detorquere, Vbi enim ait Apostolus, Per unũ hominem peccatum intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines pertrãsijt: ibi uolunt intelligi nõ peccatũ pertransisse, sed mortẽ. Quid est ergo quod sequitur, in quo oẽs peccauerunt? Aut enim in illo uno homine peccasse dicit omnes Apostolus, de quo dixerat, per unũ hominem peccatũ intrauit in mundũ: aut in illo peccato, aut certe in morte. Nõ enim mouere debet, quia non dixit, in qua, sed in quo omnes peccauerũt: Mors quippe in Græca lingua generis masculini est. Quodlibet ergo eligãt, aut enim in illo homine peccauerunt omnes, & ideo dictũ est, quoniam quando ille peccauit, in illo erant oẽs: aut in illo peccato peccauerũt oẽs, quia generaliter omnium factũ est, quod nascentes tracturi erant oẽs: aut restat ut dicant, q̃ in illa morte peccauerint omnes. Sed hoc quemadmodũ possit intelligi, non planè uideo. In peccato enim moriuntur omnes, 1.Cor. 15
non in morte peccant, Nam peccato præcedente, mors sequitur, nõ morte præcedente, peccatum. Aculeus quippe mortis est peccatum, id est, aculeus cuius punctiõe fit mors, nõ aculeus quo pungit mors. Sicut uenenum si bibitur appellatur poculum mortis, q̃ eo poculo facta sit mors, non q̃ morte sit poculũ factũ, aut à morte sit datũ. Quòd ἁμαρτία
si propterea nõ potest illis uerbis Apostoli peccatum intelligi, in quo omnes peccauerunt, quia in Græco unde translata est Epistola, peccatum fœminino genere positum est, restat ut in illo primo homine peccasse oẽs intelligantur: quia in illo fuerunt omnes quãdo ille peccauit, unde peccatũ nascẽdo trahitur, quod nisi renascendo nõ soluitur. Nã & sic sanctus Hilarius intellexit quod scriptũ est, in quo oẽs peccauerunt: ait em̃, In quo, id est, in Adã, omnes peccauerunt. Deinde addidit, Manifestũ in Adã oẽs peccasse quasi in massa. Ipse
C enim per peccatum corruptus, oẽs quos genuit Hilarius
nati sunt sub peccato. Hæc scribens Hilarius sine ambiguitate cõmonuit, quomodo intelligẽdum esset, in quo oẽs peccauerunt. Propter quid autem idem Apostolus dicit nos per Christũ reconciliari deo, nisi propter quod facti fuimus inimici? Et
Esa. 59 hoc quid est, nisi peccatum? Vnde & Propheta dicit, Peccata uestra separãt inter uos & deum. Propter hãc ergo separationẽ mediator est missus, ut tolleret peccatũ mũdi, per quod separabamur inimici, & reconciliati ex inimicis efficeremur filij. Hinc utiq; Apostolus loquebatur, hinc factũ est ut interponeret quod ait, per unũ hominẽ intrasse peccatũ. Hęc em̃ sunt superiora uerba eius, Cõ Rom. 5
mendat aũt, inquit, suam charitatẽ deus in nobis, quoniã cum adhuc peccatores essemus, Christus
D pro nobis mortuus est, multo magis iustificati nũc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si em̃ cũ inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortẽ filij eius, multo magis reconciliati, salui erimus in uita ipsius. Non solum aũt, sed & gloriantes in deo per Iesum Christũ dominũ nostrũ, per quẽ & nũc reconciliationem accepimus. Deinde subiungit, Propter hoc sicut per unũ hominem peccatũ in hunc mundũ intrauit, & per peccatũ mors, & ita in oẽs pertransijt, in quo omnes peccauerunt. Quid tergiuersantur Pelagiani? Si omnibus necessaria est reconciliatio per Christũ, per oẽs transijt peccatum, quo inimici fuimus ut opus recõciliari haberemus. Hæc recõciliatio est in lauacro regenerationis & Christi carne & sanguine

Universidad de Deusto
Biblioteca

guine, sine quo nec paruuli possunt habere uitam in semetipsis. Sicut enim fuit unus ad mortē propter peccatū, sic est unus ad uitā propter iustitiā. Quia sicut in Adam oēs moriuntur, ita & in Christo omes uiuificabūtur, Et sicut per unius delictū in omnes homines ad condemnationē, ita & per unius iustificationē in omnes homines ad iustificatiōem uitæ. Quis aduersus hæc Apostolica uerba tanta duritia nephandæ impietatis obsurduit, ut his auditis mortē sine peccato in nos per Adā transisse cōtendat, nisi oppugnatores gratiæ dei, inimici crucis Christi? Quorū finis est interitus, si in hac obstinatione durauerint. Verum hæc dixisse sufficiat propter eorū illā uersutiam serpētinam, qua uolunt mentes corrūpere simplices, & auertere à catholicæ fidei castitate, ueluti laude creaturæ. Porrò aūt de laude nuptiarum quid eis prodest, q̄d aduersus Manichæos, qui nuptias non deo uero & bono assignant, sed principi tenebrarū, isti uerbis ueræ pietatis obsistunt dicentes, quia dominus in Euangelio loquitur. Qui fecit ab initio masculū & fœminam fecit eos, Et dixit, Crescite & multiplicamini, & replete terram. Quod ergo deus coniunxit, homo non separet. Quid eis hoc prodest per uerum seducere ad falsum? Hoc em̄ dicūt, ut ab omni noxa liberi nasci credantur infantes, ac sic nō eis opus sit recōciliari per Christū, non habentibus ullū originale peccatū, propter quod recōciliatio necessaria est omnibus per unū, qui sine peccato uenit in mūdum. Sic em̄ inimicitiæ factę sunt per unum, per quem peccatum intrauit in mundū, quod catholice creditur, pro saluanda natura hominū salua laude nuptiarū, qa nuptiarū laus est iusta copulatio sexuū, non iniqua defensio uitiorum, Ac per hoc cū isti laudādo nuptias à Manichęis homines ad seipsos uolūt traducere, mutare illis morbū cupiunt, non sanare. Rursus in laude legis q̄d eis prodest, quod contra Manichæos uerum dicunt, quādo ex hoc ad illud uolūt ducere, quod falsum contra catholicos sentiunt? Dicunt enim, Legē etiā ueterem secundum Apostolū iustam & sanctam & bonā fatemur, quæ custodientibus mandata sua, ac per fidem iuste uiuentibus, sicut Prophetis & Patriarchis omnibusq̄ sanctis uitam potuit cōferre perpetuam. Quibus uerbis callidissime positis legē contra gratiā laudant. Neq̄ em̄ lex illa quāuis & iusta & sancta & bona omnibus illis hominibus dei, sed fides quæ in Christo est, uitā potuit conferre perpetuā. Hæc em̄ fides per dilectionē operat̄, non secundū literā quæ occidit, sed secundū spiritū qui uiuificat, ad quā dei gratiam lex de pręuaricatione terrendo tanq̄ pædagogus perducit, ut sic cōferatur homini, quod cōferre ipsa nō potuit. Istis namq; uerbis eorum, quibus dicūt legē Prophetis & Patriarchis omnibusq̄ sanctis mandata eius seruātibus, uitā potuisse cōferre perpetuam, respōdet Apostolus. Si per legē iustitia, Christus gratis mortuus est. Si ex lege hæreditas, iam non ex promissione. Si hi qui per legem hæredes sunt, exinanita est fides, euacuata est promissio. Quia

Phil. 3

Lex bona, quamuis ad gratiā Ca. V

Mat. 19

Gen. 1

Gal. 2

Rom. 4

aūt in lege nemo iustificatur apud deum, manifestū est, quia iustus ex fide uiuit. Lex aūt non est ex fide, sed qui fecerit ea, uiuet in illis. Quod ex lege testimoniū cōmemoratum ab Apostolo propter uitam temporalē intelligitur, propter cuius amittendæ timorē faciebant homines legis opera non ex fide, quæ transgressores legis eadem lege à populo iubebat occidi. Aut si altius intelligendū est, propter uitam æternā scriptū esse, qui fecerit ea uiuet in illis; ideo sic expressum est legis imperiū, ut infirmitas hominis in seipsa deficiens ad faciēda quæ lex imperat, de gratia dei potius ex fide quęreret adiutoriū, cuius misericordia etiā fides ipsa donatur. Ita quippe habetur fides, sicut unicuiq; deus partitus est mensuram fidei. Si enim non à seipsis habent, sed accipiunt homines spiritū uirtutis & charitatis & continētiæ: unde dicit idē ipse doctor gentium, Nō enim accepimus spiritum timoris, sed uirtutis & charitatis & cōtinentię: profecto accipitur etiam spiritus fidei, de quo dicit, Habentes aūt eundē spiritū fidei. Verum ergo dicit lex, Qui fecerit ea, uiuet in illis. Sed ut faciat ea & uiuat in eis, non lex quæ hoc imperat, sed fides est necessaria, quæ hoc impetrat. Quæ tamen fides ut hæc accipere mereatur ipsa gratis datur. Nusquam aūt isti inimici gratię ad eandē gratiam uehementius oppugnandam occultiores moliuntur insidias, q̄s ubi legē laudāt, quę sine dubitatione laudanda est. Legē quippe diuersis locutionū modis & uarietate uerborum in omnibus disputationibus suis uolunt intelligi gratiam, ut scilicet à domino deo adiutorium cognitionis habeamus, quo ea quę facienda sunt nouerimus, non inspirationem dilectionis, ut cognita sancto amore faciamus, quę propria gratia est. Nā scientia legis sine charitate inflat, nō ædificat, secundū eundē Apostolum apertissime dicentē, Scientia inflat, charitas uero ędificat. Quę sentētia similis est ei qua dictum est, Litera occidit, spiritus uiuificat. Quale est em̄, scientia inflat: tale est, litera occidit. Et quale est, charitas ædificat: tale est, spiritus uiuificat: qa charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritū sanctū, qui datus est nobis. Cognitio itaq; legis facit superbum pręuaricatorem, per donum aūt charitatis delectat legis esse factorē. Non ergo legem euacuamus per fidem, sed legē statuimus, quæ terrendo ducit ad fidem. Ideo quippe lex irā operatur, ut territo atq; conuerso ad iustitiā legis implēdam, dei misericordiam gratia largiatur per Iesum Christum dominum nostrum, qui est dei sapientia, de qua scriptum est, Legē & misericordiā in lingua portat: legē, qua terreat: misericordiam, qua subueniat: legem per seruum, misericordiam per seipsum. Legem tanq̄ in baculo, quem misit Helisæus ad filiū uiduæ suscitādum, & non resurrexit. Si em̄ data esset lex, quæ posset uiuificare, oīno ex lege esset iustitia. Misericordiā uero tāquam in ipso Helisæo, qui figuram Christi gerēs, mortuo uiuificando magni sacramēti uelut noui testamenti significatione coniunctus est. Item q̄ aduersus Manichęos laudāt liberū arbitriū, adhibentes

2. Tim. 1

1. Cor. 8

2. Cor. 3

4. Reg. 4

Gal. 3

Voluntas bona à deo Cap. VI

Esa.1 hibentes propheticū teſtimoniū: Si uolueritis & audieritis me, quæ bona ſunt terræ comedetis: ſi aūt nolueritis & nō audieritis me, gladius uos cōſumet: quid eis hoc prodeſt? quandoquidem non tam contra Manichæos defendunt, q̄ contra catholicos extollunt liberum arbitrium. Sic em̄ uolunt intelligi quod dictum eſt, ſi uolueritis & audieritis me: tanq̄ in ipſa præcedente uoluntate ſit cōſequentis meritum gratiæ, ac ſic gratia iā non ſit gratia, quæ non eſt gratuita, cū redditur debita. Si aūt ſic intelligerēt quod dictū eſt, ſi uolueritis, ut etiam ipſam bonā uoluntatem illum prę parare confiterentur, de quo ſcriptū eſt, Præparatur uoluntas à domino: tanq̄ catholici uterentur hoc teſtimonio, & nō ſolū hæreſimueterem Manichęorum uincerent, ſed nouam Pelagianorum conterrerent. Quid eis prodeſt, q̄ in laude ipſius liberi arbitrij gratiam dicunt adiuuare uniuſcuiuſq; bonū propoſitū? Hoc ſine ſcrupulo acciperetur catholice dictum, ſi non in bono propoſito meritū ponerent, cui merito iam merces ſecundū debitū non ſecundum gratiam redderetur: ſed intelligerent & cōfiterentur etiā ipſum bonū propoſitum, quod cōſequens adiuuat gratia, non eſſe potuiſſe in homine, ſi non præcederet gratia. Quomodo enim eſt hominis bonū propoſitū ſine miſerante prius domino, cū ipſa ſit bona uoluntas, quæ prę paratur à deo? Quod aūt cū dixiſſent gratiā quoque adiuuare uniuſcuiuſq; propoſitū bonū, mox addiderunt, non tamen reluctanti ſtudium uirtutis immittere: poſſet bene intelligi, ſi non ab iſtis, quorū ſenſus notus eſt diceretur. Reluctāti enim prius aditus diuinę uocationis ipſa dei gratia procuratur, ac deinde in illo iā non reluctāte ſpiritus uirtutis accenditur. Veruntamē in omnibus quæ quiſq; agit ſecundū deū, miſericordia eius præuenit eum. Quod iſti nolunt, quia non eſſe catholici ſed Pelagiani uolunt. Multum enim delectat impietatem ſuperbā, ut etiam id quod cogitur confiteri à domino datū, nō ſibi donatū uideatur eſſe, ſed redditū: ut ſcilicet filij perditiōis nō promiſſionis ipſi credātur ſe bonos feciſſe, & deus iā bonis à ſeipſis effectis, pro iſto eorū opere debitum prę mium reddidiſſe. Ita nanq̄ illis tumor ipſe aures cordis obſtruxit, ut non audiant. Quid em̄ habes quod nō accepiſti? Non audiāt, Sine me nihil poteſtis facere. Non audiant, Charitas ex deo eſt. Nō audiant, Deus partitus eſt mēſuram fidei. Nō audiant, Spiritus ubi uult ſpirat. Et qui ſpiritu dei aguntur, hi filij ſunt dei. Non audiāt, Nemo poteſt uenire ad me, niſi fuerit ei datū à patre meo. Non audiāt quod Eſdras ſcribit, Benedictus eſt dominus patrū noſtrorū, qui hoc dedit in cor regis clarificare domū ſuam, quæ eſt in Hieruſalē: Nō audiant quod per Hieremiam dicit dominus. Et timorē meū dabo in cor eorū ut à me non recedāt, & uiſitabo eos ut bonos eos faciā. Maximeq; illud per Ezechielē Prophetam, ubi prorſus deus oſtendit nullis ſe hominū bonis meritis prouocari, ut eos bonos faciat, id eſt, obedientes mandatis ſuis: ſed potius hęc eis retribuere bona pro malis, propter ſeipſum hoc faciendo, non propter illos. Ezech.36 Ait em̄, Hæc dicit dominus deus. Ego faciam domus Iſrael, ſed propter nomen meū ſanctū, quod prophanaſtis in gētibus, quo intraſtis illuc, & ſanctificabo nomen meū magnum, quod prophanatū eſt in gentibus, & prophanaſtis in medio eorū, & ſcient gētes, quia ego ſum dominus, dicit Adonai dominus, cū ſanctificatus fuero in uobis ante oculos eorū: & accipiā uos de gentibus, & cōgregabo uos ex omnibus terris, & inducā uos in terram ueſtrā, & aſpergā ſuper uos aquā mūdam, & mundabimini ab omnibus inquinamētis ueſtris, & mūdabo uos, & dabo uobis cor nouū, & ſpiritū nouū dabo in uobis, & auferet cor lapideū de carne ueſtra, & dabo uobis cor carneū, & ſpiritū meum dabo uobis, & faciam ut in iuſtificatiōibus meis ambuletis, & iudicia mea obſeruetis & facia tis. Et poſt aliquanta per eundem ipſum prophetam, Non propter uos, inquit, ego facio dicit dominus deus, notū ſit uobis, Confundimini & erubeſcite de uijs ueſtris domus Iſrael. Hæc dicit dominus deus. In die quo mundauero uos ab omnibus iniquitatibus ueſtris, conſtituam ciuitates & ædificabuntur deſerta, & terra exterminata præparabit̄, pro eo q̄ exterminata eſt ante oculos omnis prætereūtis. Et dicēt, Terra illa exterminata eſt, facta eſt ſicut ortus uoluptatis, & ciuitates deſertæ & exterminatæ & effoſſæ, munitæ ſederūt, Et ſcient gētes quæcunq; relictæ fuerint in circuitu ueſtro, quia ego dominus ędificaui deſtructas, plantauiq; exterminatas. Ego dominus locutus ſum & feci. Hęc dicit dominus. Adhuc hoc inquirā domui Iſrael ut faciā eis, Multiplicabo eos ſicut oues homines, ſicut oues ſanctas, ſicut oues Hieruſalē in diebus feſtis eius, Sic erunt ciuitates illę deſolatæ plenæ ouibus hominū, & ſciēt quia ego dominus. Quid remāſit pelli morticinę unde poſſit inflari, & dedignetur quādo gloriatur, in domino gloriari? Quid ei remanſit, quando quicquid dixerit ſe feciſſe, ut eo præcedente hominis merito ab homine exorto deus ſubſequenter faciat, q̄ dignus eſt homo: reſpondet̄, reclamatur, contradicitur. Ego facio, ſed propter nomē meū ſanctum, nō propter uos ego facio, dicit dominus deus? Nihil ſic euertit Pelagianos, dicentes gratiam dei ſecundū merita noſtra dari. Quod quidē ipſe Pelagius & ſi non corrigendo, tamē orientales iudices timendo dānauit. Nihil ſic euertit hominum præſumptionē dicentiū, nos facimus ut mereamur, cū quibus faciat deus. Reſpondet uobis nō Pelagius, ſed ipſe dominus. Ego facio, & non propter uos, ſed propter nomē meū ſanctū. Quid em̄ poteſtis facere boni de corde non bono? Vt aūt habeatis cor bonū. Dabo, inquit, uobis cor nouū & ſpiritū meum dabo uobis. Nunquid poteſtis dicere, prius ambulauimus in iuſtificatiōibus eius, & iudiciū eius obſeruauimus & fecimus ut digni eſſemus, quibus gratiā ſuam daret? Quid em̄ boni faceretis homines mali? Et quomodo iſta bona faceretis, niſi boni eſſetis? Vt aūt homines ſint boni quis facit, niſi ille qui dixit, Viſitabo eos, ut eos

bonos

Universidad de Deusto

bonos faciã: Et qui dixit, Spiritum meũ dabo uobis, & faciam: ut in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis? Itáne nondũ cuigilatis? Nõ auditis: Faciam ut ambuletis, facta ut obseruetis, postremo faciam ut faciatis? Quid adhuc uos inflatis? Nos quidẽ ambulamus, uerum est, nos obseruamus, nos facimus, sed ille facit ut ambulemus, ut obseruemus, ut faciamus. Hæc est gratia dei bonos faciens nos, hæc misericordia eius præueniens nos. Quid merentur deserta & exterminata, & effossa, quæ tamen ædificabuntur & operabunt & muniẽtur? Nunquid hæc pro meritis desertionis, exterminatiõis, effossionis suæ? Absit, Ista enim merita mala sunt, hæc munera bona. Redduntur itaq; malis bona. Gratuita ergo, non debita, & ideo gratia. Ego, inquit dominus, ego dominus: Nónne te ista uox comprimit, ó humana superbia, quæ dicis, ego facio ut merear à domino ædificari atque plantari? Nónne audis, Nõ propter uos ego facio, Ego dominus ædificaui destructas, plantaui exterminatas. Ego dominus locutus sum & feci: non tamen propter uos, sed propter nomẽ meũ sanctũ. Quis multiplicat sicut oues homines, sicut oues sanctas sicut oues Hierusalẽ? Quis facit ut ciuitates illæ desolatæ plenę sint ouium hominũ, nisi ille qui sequitur & dicit, Et scient quia ego dominus? Sed quibus ouibus hominibus implet, sicuti est pollicitus, ciuitates, utrum quas inuenit, an quas facit? Psalmũ interrogemus. Ecce respõdet, audiamus, Venite adoremus & procidamus, ploremus ad dominũ qui fecit nos, quia ipse est deus noster, & nos populus pascuę eius & oues manus eius. Ipse igitur facit oues quibus desolatas impleat ciuitates. Quid mirũ? Quandoquidẽ illi unicæ ouí dicitur, hoc est Ecclesiæ, cuius membra sunt omnes oues homines, Quoniam ego sum dominus qui facio te? Quid mihi obtendis liberum arbitrium quod ad faciendam iustitiã liberũ non erit, nisi ouis fueris? Qui facit igitur oues homines, ipse ad obedientiam pietatis, humanas liberat uolũtates. Sed quare istos homines oues facit, & istos nõ facit, apud quem non est acceptio personarũ? Ipsa est quæstio quã beatus Apostolus curiosius q̃ ca
Ion.1.& 9 pacius proponentibus ait, O homo tu quis es ut respondeas deo? Nunquid dicit figmẽtum ei qui se finxit, quare sic me fecisti? Ipsa est quæstio quæ ad illã pertinet altitudinem, quã perspicere uolẽs idẽ Apostolus, quodãmodo expauit & exclama-
Rom.11 uit. O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei: q̃ inscrutabilia sunt iudicia eius & inuestigabiles uiæ eius. Quis enĩ cognouit sensum domini, aut quis cõsiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi, & retribuetur ei? Quoniã ex ipso & per ipsum & in ipso sunt oĩa, ipsi gloria in secula seculorũ. Non itaq; istã scrutari audeãt inscrutabilẽ quęstionem, qui meritũ ante gratiam, & ideo iam contra gratiã defendentes, priores uolũt dare deo ut retribuatur eis: priores utiq; dare quodlibet ex libero arbitrio, ut sit gratia retribuenda pro præmio, & sapienter intelligant, uel fideliter credãt etiam A quod se putant priores dedisse, ab illo ex quo sunt omnia, per quẽ sunt omnia, in quo sunt oĩa per cepisse. Cur aũt iste accipiat, ille nõ accipiat, cum ambo non mereanť accipere, & quisquis eorũ acceperat indebite accipiat, uires suas metiantur, & fortiora se nõ scrutentť. Sufficiat eis scire, q̃ nõ sit iniquitas apud deũ. Cũ eĩm nulla merita inuenisset Apostolus, quibus Iacob geminũ apud deum prę cederet fratrẽ, Quid ergo dicemus, inqt? Nunquid est apud deũ iniquitas? Absit. Moysi enĩ di- Exo.33
B cit, Miserebor, cui misertus ero, & misericordiã præstabo, cui misericors fuero. Igitur non uolẽtis, neq; currẽtis, sed miserẽtis est dei. Grata sit ergo nobis eius gratuita miseratio, etiã si hæc profunda insoluta sit quæstio. Quæ tamẽ hactenus soluitur, quatenus eã soluit idẽ Apostolus dicẽs, Si aũt deus uolens ostẽdere irã & demõstrare potẽtiam suã, attulit in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionẽ, & ut notas faceret diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriã. Ira q̃ppe nõ reddit, nisi debita, ne sit iniquitas apud deũ: misericordia uero etiã cũ præbetur indebita, nõ est iniquitas apud deũ. Et hinc intelligunt uasa misericordiæ, cũ gratuita illis misecordia præbeať, quod iræ uasis cũ quibus est eis perditionis causa & massa cõmunis, ira debita & iusta repẽditur. Hæc iã satis sint aduersus eos, qui per arbitriũ libertatẽ destruere uolũt gratiæ largi-
Sancti ueteris testamenti Cap. VII
torẽ. Quod uero laude ipsorũ, nolunt nos affectu illius publicani esurire & sitire iustitiã, sed ua
C nitate illius Pharisæi tanq̃ saturatos plenosq; ructare, qd eis prodest q̃ aduersus Manichæos, qui baptisma destruũt, isti dicũt baptismo perfecte homines innouari, atq; ad hoc Apostoli adhibent testimoniũ, qui per lauacrũ aquæ Ecclesiã de genti Eph.5
bus sanctã fieri immaculatamq; testatur, cũ superbo sensu atq; peruerso cõtra orationes ipsius Ecclesię suas exerãt disputatiões? Hoc eĩm propterea dicũt ut credatur Ecclesia post sanctum baptismũ, in quo fit omniũ remissio peccatorum, ulterius non habere peccatum, cũ aduersus eos illa à solis ortu usq; ad occasum oĩbus suis membris Matt.6
clamet ad deũ: Dimitte nobis debita nostra. Quid quod etiam de seipsis in hac causa si interrogẽtur, quid respondeant nõ inueniũt? Si enim dixerint 1.Io.1
D se nõ habere peccatũ, respondet eis Ioannes q̃ seipsos decipiant & ueritas in eis non sit. Si aũt confiteanť peccata sua, cũ se uelint esse Christi corporis mẽbra, quomodo erit illud corpus, id est, Ecclesia in isto adhuc tẽpore pfecta, sicut isti sapiũt, sine macula & ruga, cuius mẽbra non mendaciter confitentur se habere peccata? Quapropter & in baptismate dimittuntur cuncta peccata, & per ipsum lauacrũ aquæ in uerbo exhibetur Christo Ecclesia sine macula & ruga. Quia nisi esset baptizata, infructuose diceret, Dimitte nobis debita nostra: donec perducať ad gloriã, ubi ei perfecti⁹ nulla insit macula & ruga. Et spiritũ sanctũ fatendum est etiã antiquis tẽporibus non solũ mentes bonas adiuuasse, quod & isti uolũt, uerumetiam bonas eas fecisse, quod nolũt. Oẽs quoq; Prophe

tas & Apostolos uel sanctos & euãgelicos & antiquos, quibus deus testimoniũ perhibet, non in cõparatione sceleratorũ, sed regula uirtutum iustos fuisse nõ dubium est, quod aduersum est Manichæis, q Patriarchas Prophetasq; blasphemãt: Sed quod aduersum est & Pelagianis, interrogati oẽs de seipsis cũ in hoc corpore degerent, una uoce concordissima responderent: Si dixerimus quia peccatũ nõ habemus nosipsos seducimus & ueritas in nobis nõ est. In futuro aũt tempore negandũ nõ est mercedem esse tã bonorum operum quàm malorũ, & nemini præcipi quæ hic cõtempserit, illic mandata perficere, sed plane istam saturitatẽ, ubi peccatũ esse nõ possit, quæ hic à sanctis esuritur, & sitiatur, hic sperari in præcepto, ibi percipi in præmio, eleemosynis & orationibus impetrãtibus, ut quod hic minus impletum fuerit mandatorũ, fiat impunitum per indulgentiam peccatorũ. Quæ cũ ita sint, desinant Pelagiani quinq; istarũ rerum inuidiosissimis laudibus, id est, laude creaturæ, laude nuptiarũ, laude legis, laude liberi arbitrij, laude sanctorũ, quasi Manichæorũ tendiculis fingere se homines uelle eruere, ut possint eos suis retibus implicare, id est, ut negẽt originale peccatũ, & paruulis inuideãt Christi medici auxiliũ: & ut dicãt, gratiã dei secundũ merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia: & ut dicãt sanctos in hac uita nõ habuisse peccatũ, ac sic euacuetur oratio quam sanctis tradidit, qui non habebat peccatũ, & per quẽ sanctis orantibus dimittitur omne peccatũ. Ad hæc tria mala homines incautos & ineruditos quinq; illorũ bonorũ fraudulenta laude seducũt. De quibus omnibus satis me existimo respondisse eorũ crudelissimę & impijssimæ & superbissimæ uanitati. Sed quoniã dicũt inimicos suos dicta nostra in ueritatis odiũ suscepisse, & toto penitus Occidente nõ minus stultũ quàm impiũ dogma esse susceptũ, & simplicibus Episcopis sine cõgregatione synodi in locis suis sedẽtibus ad hoc confirmandũ subscriptionẽ queruntur extortã, cũ potius eorum prophanas uocum nouitates Ecclesia Christi & occidentalis et oriẽtalis horruerit: ad curam nostrã existimo pertinere, non solũ scripturas sanctas canonicas aduersus eos testes adhibere, quod iã satis fecimus: uerumetiã de sanctorum literis, qui eas ante fama celeberrima & ingenti gloria tracta uerũt, aliqua documenta proferre: nõ quo canonicis libris à nobis ullius disputatoris æquetur authoritas, tanq; omnino non sit quod melius seu uerius ab aliquo catholico, quàm ab alio itidem catholico sentiatur: sed ut admoneantur qui putant istos aliquid dicere, quemadmodũ de his rebus ante noua istorum uaniloquia, catholici antistites eloquia diuina secuti sint: & sciant à nobis rectã & antiquitus fundatam catholicam fidẽ aduersus recentẽ Pelagianorũ hæreticorũ præsumptionẽ perniciemq; defendi. Beatissimum, corona etiam martyrij gloriosissimũ Cyprianũ, nec Aphricanis atq; occidẽtalibus tantũ, uerum & orientalibus Ecclesijs fama prędicante, & scripta eius longe lateq; diffundente notissimum, etiã ipse hęresiarches istorũ Pelagius cũ debito certe honore cõmemorat, ubi testimoniorum librũ scribens, eũ asserit imitari, hoc se dicẽs facere ad Romanum, quod ille fecerit ad Quirinum. Videamus ergo quid de originali peccato quod per unũ hominẽ intrauit in mundum, senserit Cyprianus. In epistola De opere & eleemosynis ita loquitur, Cũ dominus aduenies sanasset illa, quę Adã portauerat uulnera, & uenena serpentis antiqua curasset, legẽ dedit sano & præcepit, ne ultra iam peccaret, ne quid peccanti grauius eueniret. Coarctati eramus & in angustum innocẽtiæ præscriptione cõclusi: nec habebat, qd fragilitatis humanę infirmitas atq; imbecillitas faceret, nisi iterũ pietas diuina superueniẽs iustitiæ & misericordię operibus ostẽsis, uiã quandã tuendæ salutis aperiret, ut sordes postmodũ quascũq; cõtrahimus, eleemosynis abluamus. Hoc testimonio duas istorũ falsitates testis iste redarguit. Vnã qua dicunt nihil uitiorũ ex Adã trahere genus humanũ, quod sit curandũ sanãdumq; per Christũ. Alteram qua dicunt nullũ post baptismũ sanctos habere peccatũ. Rursum in eadẽ epistola: ponat, inquit, unusquisq; ante oculos suos diabolũ cum suis seruis, id est, cum populo perditionis ac mortis in mediũ prosilire, plebem Christi præsente ac iudicante ipso cõparationis examine prouocare dicentẽ, Ego pro istis quos mecum uides, nec alapas accepi, nec flagella sustinui, nec crucem pertuli, nec sanguinẽ fudi, nec familiam meã precio passionis & cruoris redemi, sed nec regnũ illis cœleste promitto, nec ad paradisum restituta immortalitate denuo reuoco. Respondeant Pelagiani, quãdo fuerimus in immortalitate paradisi, & quo modo inde fuerimus expulsi, ut ex eo Christi gratia reuocemur. Et cũ inuenire nequiuerint, quid hic pro sua peruersitate respondeãt, attẽdant quẽadmodũ intellexerit Cyprianus quod ait Apostolus, In quo oẽs peccauerunt, & Pelagiani hęretici noui de Manichæis ueteribus hæreticis nulli catholico audeant irrogare calumniam, ne tam sceleratã etiã martyri antiquo Cypriano facere conuincantur iniuriam. Hoc em̃ & in epistola, cuius De mortalitate titulus inscribit̃, ita dicit. Regnũ dei fratres dilectissimi esse cœpit in proximo, præmiũ uitæ & gaudium salutis æternæ, & perpetua lætitia & possessio paradisi nuper amissa, mundo trãseunte iã ueniunt. Hoc rursus in eadẽ, Amplectamur, inquit, diem qui assignat singulos domicilio suo, q nos istinc ereptos & laqueis secularib. exolutos paradiso restituat & regno. Itẽ in epistola De patiẽtia. Dei sentẽtia cogitet̃, inquit, quã in origine mũdi statim & generis humani Adã præcepti immemor, & datæ legis trãsgressor accepit: tunc sciemus q̃ patientes in illo seculo esse debeamus, q sic nascimur ut pressuris istis & cõflictationib. laboremus. Quia audisti, inqt, uocẽ mulieris tuæ, & mãducasti ex illa arbore, ex qua sola pręcepã tibi ne mãducares, maledicta terra erit in omnibus operib. tuis. In tristitia & gemitu edes ex ea oĩbus diebus uitæ tuę, spinas & tribulos eijciet tibi

Cypriani testimonia Cap. VIII

Cyprianus

Rom. 5

Gen. 3

tibi & edes pabulũ agri. In sudore uultus tui edes panẽ tuũ, donec reuertaris in terra de qua sumptꝰ es, quoniã terra es & in terram ibis. Huius sententiæ uinculo colligati omnes & cõstricti sumus, donec morte expũcta de isto seculo recedamus. Itẽq; in eadem, Nam cum in illa, inquit, prima trãsgressione præcepti firmitas corporis cum immortalitate discesserit, & cum morte infirmitas uenerit, nec possit firmitas recipi, nisi cum recepta & immortalitas fuerit, oportet in hac fragilitate atq; infirmitate corporis luctari semper & congredi. Quæ luctatio & congressio non nisi patientiæ potest uiribus sustineri. In epistola autem quã scripsit ad Episcopum Fidum, cũ sexaginta sex coepiscopis suis, à quo fuerat consultus propter circumcisionis legem, utrum ante octauum diem baptizari liceret infantem, hæc causa sic agitur, tanquam prouisione diuina tam longe futuros hæreticos Pelagianos iam catholica confutaret Ecclesia. Neq; enim qui consuluerat inde dubitabat, utrum nascentes traherent originale peccatum, quod renascẽdo diluerent. Absit enim ut hinc aliquando fides Christiana dubitauerit. Sed ille dubitabat, utrum regenerationis lauacrum, quo non dubitabat soluendũ originale peccatum, ante diem tradi deberet octauum. Ad quam cõsultationem respõdens beatiss. Cyprianus, Quantum uero, inquit, ad causam infantum pertinet, quos dixisti intra secundũ uel tertium diem quo nati sunt cõstitutos baptizari non oportere, & considerandam esse legem circumcisionis antiquæ, ut intra octauum diem eum qui natus est baptizandum & sanctificandum non putares, longe aliud in cõcilio nostro omnibus uisum est. In hoc enim quòd putabas esse faciendum, nemo consensit, sed uniuersi potius iudicauimus nulli hominum nato misericordis dei gratiam denegandam. *Luce 9* Nam cum dominus in Euangelio suo dicat, Filius hominis non uenit animas perdere, sed saluare, quantũ in nobis est, si fieri potest, nulla anima perdẽda est. Et paulopost, Nec aliquis, inquit, nostrum id debet horrere, quod dominus dignatus est facere. Nã etsi adhuc infans à partu nouus est, non ita est tamen, ut quisquam illum in gratia danda atq; in pace facienda horrere debeat oscula ri: quando in osculo infantis unusquisq; nostrum pro sua religione ipsas adhuc recentes dei manus debeat cogitare, quas in homine modo formato et recens nato quodãmodo exosculamur, quando id quod deus fecit amplectimur. Itẽ paulopost, Cęterum si homines, inquit, impedire aliquid ad consecutionem gratiæ posset, magis adultos & proiectos et maiores natu possent impedire peccata grauiora. Porrò autem si etiam grauissimis delictoribus, & in deum multo ante peccantibus, cum postea crediderint, remissa peccatorũ datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur: quãto magis prohiberi nõ debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi quòd secundũ Adam carnaliter natus, contagiũ mortis antiquę prima natiuitate contraxit. Qui ad remissam peccatorũ accipiendam, hoc ipso facilius accedit, quod illi remittũtur non propria, sed aliena peccata. Quid ad ista dicturi sunt gratiæ dei, non solũ desertores, sed etiam persecutores? Quid ad ista dicturi sũt? Quo pacto nobis paradisi possessio redditur? Quomodo paradiso restituimur, si nunq; ibi fuimus? Aut quomodo ibi fuimus, nisi quia in Adam fuimus? Et quomodo ad sententiam quæ in transgressorem dicta est, pertinemus, si noxam de transgressore non trahimus? Postremo si baptizandos etiã ante diem censet octauum, ne per contagiũ mortis antiquæ prima natiuitate contractũ pereant animæ paruulorum, quomodo pereãt si ex hominibus etiam fidelibus qui nascuntur, nõ tenentur à diabolo donec renascantur in Christo, & eruti de potestate tenebrarum in regnũ illius transferãtur? Et quis dicit nascentiũ nisi renascãtur, animas perituras? Nempe ille qui sic laudat creatorem atq; creaturã, opificem atq; opus, ut humani sensus horrorẽ quo dedignãtur homines recẽtes ab utero paruulos osculari, creatoris ipsius interposita ueneratione compescat & corrigat dicens, in illius ætatis osculo recentes dei manus esse cogitandas. Nunquid ergo confitens originale peccatũ, aut naturam damnauit, aut nuptias? Nunquid quoniã nascenti ex Adam reo adhibuit regenerationis purgationẽ, ideo deum negauit nascentium conditorem? Nunquid quia metuẽs animas cuiuslibet ætatis perire, etiã ante diem octauum liberandas esse sacramẽto baptismi cum collegarũ concilio iudicauit, ideo nuptias accusauit, quandoquidem in infante siue de coniugio, siue adulterio, tamen quia homo natus est, recentes dei manus dignas etiã osculo pacis ostendit? Si ergo potuit sanctus Episcopus & martyr gloriosissimus Cyprianus peccatum originale in infantibus medicina Christi censere sanãdum, salua laude creaturæ, salua laude nuptiarũ, cur nouitia pestilentia, cum istum nõ audeat dicere Manichęum, catholicis qui ista defendunt, ut obtegat propriũ, putat obijciendũ crimen alienum? Ecce prædicatissimus tractator diuinorũ eloquiorum, anteq; terras nostras uel tenuissimus odor Manichæi pestilentiæ tetigisset, sine ulla uituperatione diuini operis atq; nuptiarũ, confitẽ originale peccatum, non dicens Christum ulla peccati macula aspersum, nec tamen ei comparans carnem peccati in nascẽtibus cæteris, quibus per similitudinem carnis peccati mundationis præstet auxilium: nec originis animarum obscura quæstione terretur, quominus eos qui Christi gratia liberantur, in paradisum remeare fateatur. Nunquid ex Adam dicit in homines mortis cõditionẽ sine peccati contagione trãsisse? Non enim propter corporis mortem uitandã, sed propter peccatũ, quod per unum intrauit in mũdum, dicit per baptismũ paruulis ab utero q̃libet recentissimis subueniri. Iam uero gratiã dei quemadmodũ aduersus istos prædicet Cyprianus, ubi de oratione dñica disputat, euidẽter apparet. Ait em̃, Dicimus, Sanctificet nomen tuũ: nõ q̃ optemus deo ut sanctificet orationibus nostris, sed q̃ petamus à deo, ut nomẽ eius sanctificetur in nobis. Cæterũ à quo deus sanctificatur, qui ipse

Ex eodem Cap. I X.

Matt. 6

qui ipse omnes sanctificat? Sed quia ipse dixit: San
Lmit. 19 cti eitote, quoniã ego sanctus sum: id petimus &
oramus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in
eo quod esse cœpimus, pseueremus. Et alio loco
in eadẽ epistola: addimus quoq;, inquit, & dicim⁹:
Fiat uoluntas tua, sicut in cœlo & in terra: non ut
deus faciat quod uult, sed ut nos facere possimus
quod deus uult. Nã deo quis obsistit, quo minus
quod uelit faciat? Sed qa nobis à diabolo obsistit,
quo minus per omnia noster anim⁹ atq; actus deo
obsequatur, oramus & petimus, ut fiat in nobis uo
luntas dei. Quę ut fiat in nobis, opus est dei uolun
tate, id est, ope eius & protectione, quia nemo su-
is uiribus fortis est, sed dei indulgentia & miseri-
cordia tutus est. Item alio: Fieri autem petimus,
inquit, uoluntatem dei in cœlo & in terra, quod u-
trunq; ad consummationem nostræ incolumitatis
pertinet & salutis: Nam cum corpus è terra, & spi-
ritum possideamus è cœlo, ipsi terra & cœlum su-
mus, et in utroq;, id est, in corpore & spiritu, ut dei
uoluntas fiat, oramus. Est enim inter carnẽ & spi-
ritum colluctatio, & discordantibus aduersus se in
uicem quotidiana cõgressio, ut non quę uolumus
ipsa faciamus, dum spiritus cœlestia & diuina quę
rit, caro terrena & secularia cõcupiscit. Et ideo pe-
timus inter duo ista ope & auxilio dei cõcordiam
fieri, ut dũ & in spiritu & in carne uoluntas dei ge
ritur, quæ per eũ renata est, anima seruetur. Quod
aperte atque manifeste Apostolus Paulus sua uo-
Gal. 5 ce declarat: Caro, inquit, concupiscit aduersus spi-
ritum, & spiritus aduersus carnem: hæc enim inui-
cem aduersantur, ut non quę uultis ipsa faciatis. Et
Matt. 5 paulopost: Potest & sic intelligi, inquit, fratres di-
lectissimi, ut quoniã mandat & docet dominus e-
tiam inimicos diligere, & pro his quoq; q nos per-
sequuntur orare, precemur, & pro illis qui adhuc
terra sunt, & nec dum cœlestes esse cœperunt, ut
& circa illos uoluntas dei fiat, quã Christus homi-
nem conseruando & redintegrando perfecit. Itẽq;
alio: Hunc aũt panem, inquit, dari nobis quotidie
postulamus, ne qui in Christo sumus, & euchari-
stiam quotidie ad cibũ salutis accipimus, interce-
dente aliquo graniore delicto, dũ absentes, & non
cõmunicantes à cœlesti pane ꝓhibemur, à Christi
corpore seperemur. Et aliquãto post in eadẽ. Quã-
do aũt rogamus, inquit, ne in tentationẽ ueniam⁹,
admonemur infirmitatis & imbecillitatis nostræ,
dum sic rogamus, ne quis se insolenter extollat, ne
quis sibi superbe atq; arroganter aliquid assumat,
ne quis aut cõfessionis, aut passionis gloriã suam
ducat, cum dominus ipse humilitatẽ docens dixe-
Matt. 26 rit: Vigilate & orate ne ueniatis in tentationẽ. Spi
ritus quidem prõptus est, caro aũt infirma: ut dum
præcedit humilis & submissa cõfessio, & datur to-
tum deo, quicquid suppliciter cum timore & ho-
nore dei petit, ipsius pietate prẽstetur. Itẽ ad Qui
rinum, in quo opere se Pelagius uult eius imitato-
rem uideri, ait in libro tertio: In nullo gloriandum,
quando nostrum nihil sit. Cui propositio testimo-
nia diuina subiungens, inter cętera posuit Aposto
licum illud, quo istorum maxime ora claudenda

A sunt. Quid enim habes quod non accepisti? Si aũt 1. Cor. 4
accepisti, quid gloriaris, quasi nõ acceperis? Item
in epistola De patientia: Est enim nobis, inquit, cũ
deo uirtus ista cõmunis. Inde patientia incipit, in-
de claritas & dignitas caput sumit, origo et magni
tudo patiẽtiæ deo authore procedit. Nunquid iste
sanctus tam memorabilis Ecclesiarum in uerbo
ueritatis instructor, liberum arbitrium negat esse
in hominibus, quia deo totum tribuit quod recte
uiuimus? Nunquid legem dei culpat, quando non
ex ipso iustificari hominem significat, quandoqui
dem quod illa iubet à domino deo precibus impe-
trandum esse declarat? Nunquid sub nomine gra-
tiæ fatum asserit, quãuis dicat in nullo gloriandũ,
quando nostrum nihil sit? Nunquid sicut isti spiri-
B tum sanctũ adiutorium ita credit esse uirtutis, tan-
quam ipsa uirtus quę ad hoc adiuuat oriatur ex no
bis: quando nostrũ nihil esse asserens, propter hoc
Apostolum dixisse cõmemorat, Quid enim habes
quod nõ accepisti? uirtutẽq; excellentissimã, hoc
est patientiam, non à nobis dicit incipere, ac dein-
de adiuuari spiritu dei: sed ab ipso caput, ab ipso o-
riginem sumere? Postremo nec ꝓpositum bonum
nec studiũ uirtutis, nec mentes bonas sine gratia
dei incipere & esse in hominibus confitetur, cũ di
cit in nullo gloriandum, quando nostrum nihil sit.
Quid tam in libero arbitrio constitutum, cũ quod Exodi 20
lex dicit, nõ adorandum idolũ, nec mœchandum,
non homicidium perpetrãdum? Ista aũt sunt atq;
huiusmodi crimina, quæ si quisquam cõmiserit, à
C corporis Christi cõmunione remouetur. Et tamẽ
si beatissimus Cyprianus his non cõmittendis exi
stimaret nostram sufficere uoluntatẽ, nõ sic intelli
geret quod in oratiõe dominica dicimus: Panem
nostrum quotidianũ da nobis hodie, ut hoc nos pe
tere assueueraret, ne intercedente aliquo graniore
delicto, dum absentes & non cõmunicantes à cœ-
lesti pane ꝓhibemur, à Christi corpore seperemur.
Respondeant certe hęretici noui, quid bonorũ me
ritorum præcedat in hominibus inimicis nomini
Christiano. Non solum enim nõ habent bonũ, sed
habent etiã pessimum meritum. Et tamẽ etiam sic
Cyprianus intelligit, quod in oratiõe dicimus: Fi-
at uoluntas tua sicut in cœlo & in terra: ut & pro
ipsis qui propter hoc terra intelliguntur oremus. O-
D ramus ergo non solũ pro nolentibus, uerumetiam
pro repugnantibus & oppugnantibus. Quid ergo
petimus, nisi ut fiant ex nolentibus uolentes, ex re
pugnãtibus cõsentientes, ex oppugnãtibus aman
tes? A quo, nisi ab illo de quo scriptum est: Prępa
ratur uoluntas à deo? Discant ergo esse catholici
qui dedignantur, si quid mali non faciunt, & si qd
boni faciunt, non in seipsis, sed in domino gloria-
ri. Illud iam tertium uideamus, quod non mi- Perfectæ iust. tia Cap. X
nus in istis omne Christi membrum, & totum e-
ius corpus exhorret, quia cõtendunt esse in hac ui
ta, uel fuisse iustos, nullum habentes omnino pec
catũ. Qua prẽsumptione apertissime oratiõi domi
nicæ cõtradicunt, in qua omnia membra Christi,
Dimitte nobis debita nostra, ueraci corde, & quo Matt. 6
tidianis uocibus clamant. Videamus ergo quid

etiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

etiam in hoc Cyprianus in domino glorioſiſſimus ſenſerit, quid ad inſtruendas Eccleſias non utique Manichæorum, ſed catholicorum, non ſolum dixerit, uerumetiam literis memoriæq; mandauerit in epiſtola De opere & eleemoſynis, agnoſcimus. Itaq; fratres, inquit, dilectiſſimi diuinæ indulgentię ſalubre munus, ut emũdandis purgandisq; peccatis noſtris, qui ſine aliquo conſcientię uulnere eſſe nõ poſſumus, medelis ſpiritualib. uulnera noſtra curemus. Neq; quiſq; ſic ſibi de puro atq; immaculato pectore blandiatur, ut innocẽtia ſua fretus medicinã non putet adhibendam eſſe uulneribus, cum ſcriptum ſit: Quis gloriabit̃ caſtum ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundũ ſe eſſe à peccatis? Et iterũ in Epiſtola Ioannes ponat & dicat: Si dixerimus, quia peccatũ nõ habemus, noſipſos decipimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Si aũt nemo ſine peccato eſſe poteſt, & quiſquis ſe inculpatum dixerit, aut ſuperbus aut ſtultus eſt, cum ſciat non deeſſe ſanatis quædã poſtmodũ uulnera, dedit curandis denuo ſaluandisq; uulneribus remedia ſalutaria. Rurſus in eadem: Et quoniã quotidie, ingt, deeſſe non poteſt quod peccetur in conſpectu dei, ſacrificia quotidiana nõ deerunt, quibus poſſent peccata tergi. Item in epiſtola De mortalitate: Cũ auaritia, ingt, nobis, cum impudicitia, cũ ira, cum ambitione cõgreſſio eſt, cũ carnalibus uitijs, cum illecebris ſecularibus aſſidua & moleſta luctatio eſt, obſeſſa mens hominis, & undiq; diaboli infeſtatione uallata, uix occurrit ſingulis, uix reſiſtit. Si auaritia proſtrata eſt, exurgit libido: ſi libido compreſſa eſt, ſuccedit ambitio: ſi ambitio cõtẽpta eſt ira exaſperat, inflat ſuperbia, uinolentia inuitat, in uidia concordiam rumpit, amicitiã ſcelus abſcindit, cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet, compelleris iurare quod nõ licet. Tot perſecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urgeẽ, & delectat hic inter diaboli laqueos diu ſtare, cum magis concupiſcendũ & optandũ ad Chriſtum ſubueniẽte uelocius morte ꝓperare. Item in ipſa: Beatus, inquit, Apoſtolus Paulus in epiſtola ſua ponit & dicit: Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum: lucrum putãs maximũ iam ſecularibus laqueis non teneri, iam nullis peccatis & uitijs carnis obnoxiũ fieri. Itẽ de oratione dominica exponens quod petimus dicentes: Sanctificet̃ nomen tuum: ait inter cętera: Opus eſt enim nobis quotidiana ſanctificatiõe, ut q quotidie delinqmus, delicta noſtra ſanctificatiõe aſſidua repurgem⁹. Rurſus in eadẽ cum exponeret, qd̃ dicimus: Dimitte nobis debita noſtra: Quàm neceſſarie aũt, inquit, q̃ prouidenter & ſalubriter admonemur, q̃ peccatores ſumus, q pro peccatis rogare cõpellimur, ut dum indulgentia de deo petit̃, conſcientiæ ſuę animus recordetur. Et ſi quis ſibi quaſi innocẽs placeat & ſe extollendo plus pereat, inſtruit̃ & docetur peccare ſe quotidie, dũ quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic deniq; & Ioãnes in epiſtola ſua monet dicẽs: Si dixerimus quia peccatũ non habem⁹, noſipſos decipim⁹, & ueritas in nobis nõ eſt. Si autem cõfeſſi fuerimus peccata noſtra, fidelis & iuſtus eſt qui nobis peccata dimittat. Merito & ad Quirinũ de hac re abſolutiſſimã ſententiã ſuã propoſuit, cui teſtimonia diuina ſubiungeret, neminẽ ſine ſorde & ſine peccato eſſe: ubi etiã illa teſtimonia poſuit, q̃bus confirmat̃ originale peccatũ, quę conãtur iſti in neſcio quos alios nouos ſenſus prauosq; cõuertere. Siue qd̃ ait ſanctus Iob: Neminẽ eſſe ſine ſorde, nec cuius ſit uita diei unius ſup̃ terram: ſiue quod in Pſalmo legitur: In facinore cõceptus ſum, & in peccatis me mater mea in utero aluit. Quibus teſtimonijs propter eos etiã qui iam in ætate maiori ſunt ſancti, quia nec ipſi ſunt ſine ſorde atq; peccato, adiunxit etiã illud beatiſſimi Ioannis, quod multis & alijs locis ſæpe cõmemorat: Si dixerimus quia peccatum non habemus: & cętera eiuſdẽ ſentẽtiæ, quæ ab omnibus catholicis non tacentur aduerſus iſtos, q ſeipſos decipiũt, & in eis ueritas nõ eſt. Dicant ſi audẽt Pelagiani hũc hominẽ dei, Manichæorũ errore peruerſum, quia ita laudat ſanctos, ut tamẽ fateatur neminẽ in hac uita ad tantam perfectionem pertinere iuſtitiæ, ut nullum habeat omnino peccatũ, ſententiã ſuam teſtimoniorum canonicorum perſpicua ueritate & diuina authoritate confirmans. Nunquid enim negat in baptiſmo uniuerſa peccata dimitti, quia fatetur manere fragilitatẽ atq; infirmitatẽ, unde nos dicit peccare poſt baptiſmũ & uſq; in huius uitę finem cũ carnalibus uitijs indeſinẽter habere cõflictum? Aut ideo nõ meminerat, qd de immaculata Eccleſia dixiſſet Apoſtolus, quia prȩcepit neminẽ ſic ſibi de puro atque immaculato pectore debere blandiri, ut innocẽtia ſua fretus, medicinã nõ putet adhibendam eſſe uulneribus? Puto quòd concedant noui hæretici huic homini catholico, ſcire ſpiritum ſanctum mentes bonas etiam antiquis temporibus adiuuiſſe, imò etiam, quod ipſi nolũt, nec mentes bonas eos niſi per ſpiritum ſanctum habere potuiſſe. Puto quòd omnes prophetas & Apoſtolos uel quoslibet ſanctos, qui domino quocunq; tempore placuerũt, non in cõparatiõe ſceleratorum, ſicut nos iſti dicere calũniantur, ſed regula uirtutũ, ſicut ſe dicere gloriant̃, iuſtos fuiſſe nouerat Cyprianus, qui tamen dicit: Nemo eſſe ſine peccato poteſt: & quiſquis ſe inculpatũ dixerit, aut ſuperbus, aut ſtultus eſt. Nec ꝓpter aliud intelligit ſcriptũ: Quis gloriabitur caſtũ ſe habere cor, aut quis gloriabit̃ mundum ſe eſſe à peccatis? Puto q non ab iſtis docẽdus fuerat Cyprianus, quod optime ſciebat, in futuro tempore mercedem eſſe bonorum operum, malorum autem ſupplicium, cæterum neminem poſſe, quæ hic contempſerit mandata perficere, & tamen ipſum Apoſtolum Paulum mandatorum diuinorũ non utiq; contemptorem, non ob aliud intelligit aſſeritq; dixiſſe: Mihi uiuere Chriſtus eſt, & mori lucrum, niſi quia lucrũ maximum cõputabat iam poſt hanc uitam ſeculares laqueis nõ teneri, iã nullis peccatis et uitijs carnis obnoxiũ fieri. Senſit ergo beatiſſimus Cyprianus, atq; in diuinarum ſcripturarũ ueritate perſpexit, etiam ipſorum Apoſtolorum quamuis bonam, ſanctam, iuſtamq; uitam, nonnullos nexus ſecularium

Prouerb. 20 — 1. Ioan. 1 — Philip. 1 — 1. Ioan. 1 — Iob 25 — Pſal. 50 — Prouer. 20 — Ephes. 5 — Philip. 1

Universidad de Deusto Biblioteca

ſecularium laqueorum fuiſſe perpeſſam, nõnullis peccatis & uitijs carnis obnoxiã, & ideo eos mortem deſideraſſe, ut his malis carerent, & ut ad illã, quæ iſta nõ pateretur, nec iam in mandato facienda ſed in pręmium percipienda eſſet, perfectam iuſtitiam peruenirent. Neq; enim cũ uenerit quod oramus dicentes: Veniat regnum tuũ, non erit in illo dei regno ulla iuſtitia, cũ dicat Apoſtolus: Non eſt enim regnũ dei eſca & potus, ſed iuſtitia & pax & gaudium in ſpiritu ſancto. Nempe iſta tria inter cætera præcepta diuina præcipiuntur. Hic nobis præcipitur iuſtitia cum dicitur: Facite iuſtitiam. Præcipitur pax cum dicitur: Pacem habete inter uos. Præcipitur gaudium cum dicitur: Gaudete in domino ſemper. Negent ergo Pelagiani hæc futura in regno dei, ubi ſine fine uiuemus, aut uſqueadeo ſi uidetur inſaniãt, ut iuſtitiã, pacem, gaudiũ, qualia ſunt hic iuſtis, talia & illic futura eſſe cõtendant. Quod etſi erunt, & non talia erunt, profecto eorũ hic in præcepto curanda eſt actio, illic in præmio ſperanda perfectio, ubi ſeculariũ ullis laqueis non erunt retenti, nullisq; peccatis & uitijs carnis obnoxij. Propter quod Apoſtolus, ſicut hoc teſtimoniũ accepit Cyprianus, mori lucrũ ſibi eſſe dicebat. Perfecte diligemus deũ, cuius erit facie ad faciem contẽplatio. Perfecte diligemus & proximum, cum manifeſtatis cogitatiõibus cordis nulla ullũ de ullo mali ullius poſſit ſolicitare ſuſpitio.

Matt. 6 *Rom. 14* *Eſaiæ 54* *Marci 9* *Philip. 4* *Philip. 1*

Ambroſii teſtimonia Cap. XI

Sed & iam glorioſiſſimo martyri Cypriano, adiſtos cumulatius redarguendos beatiſſimũ addamus Ambroſiũ, quoniã & ipſum Pelagius ita laudauit, ut ne ab inimicis quidẽ in eius libris quod reprehenderet, diceret inueniri. Quoniã ergo Pelagiani dicũt, non eſſe originale peccatũ, cum quo naſcant infantes, & catholicis q eis pro antiquiſſima Eccleſiæ fide reſiſtunt, hæreſis Manicheæ crimen obijciunt: reſpondeat eis de hac re homo dei catholicus, & ab ipſo Pelagio in ueritate fidei laudatus Ambroſius, qui cum Eſaiam prophetam exponeret, ait: Idcirco Chriſtus immaculatus, quia nec ipſa quidem naſcendi ſolita conditione maculatus eſt. Et alio loco in eodem opere, loquẽs de Apoſtolo Petro: Ipſe ſe, inquit, obtulit, quod ante putabat eſſe peccatũ, lauari ſibi non ſolũ pedes, ſed et caput poſcẽs: q̃ illico intellexiſſet lauacro pedũ, q̃ in primo lapſi ſunt homine, ſordẽ obnoxię ſucceſſionis aboleri. Item in eodẽ opere: Seruatũ eſt igitur, inquit, ut ex uiro & muliere, id eſt per illã corporum cõmixtionem nemo uideatur expers eſſe delicti, qui aũt expers eſt delicti, expers etiam huiuſmodi cõceptionis. Item cõtra Nouatianos ſcribens: Omnes homines, inquit, ſub peccato naſcimur. Quorum ipſe ortus in uitio eſt, ſicut habes

Ioan. 13 *Pſal. 50*

lectum dicente Dauid: Ecce enim in iniquitatibus cõceptus ſum, et in delictis peperit me mater mea.

Ambroſius in apologia Dauitis cap. 11

Item in apologia Prophetæ Dauid: Antequam naſcamur, inquit, maculamur contagione & ante uſuram lucis, originis ipſius excipimus iniuriã, in iniquitate cõcipimur. Item de domino loquẽs: Dignum etenim fuit, inquit, ut qui non erat habiturus corpore peccatum prolapſionis, nullum ſentiret generationis naturale contagium. Merito ergo Dauid flebiliter in ſe deplorauit ipſa inquinamenta naturæ, & quòd prius inciperet in homine macula quàm uita. Item De arca Noe: Per unum igitur, inquit, dominum Ieſum ſalus uentura nationibus declaratur, qui ſolus potuit iuſtus eſſe, cũ generatio omnis erraret, niſi eſſet natus ex uirgine, qui generatiõis obnoxiæ priuilegio minime teneretur. Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus ſum, & in delictis peperit me mater mea, dicit is qui iuſtus præ cæteris putabatur. Quẽ igitur iam iuſtum dixerim, niſi horum liberum uinculorum, quem naturæ cõmunis uincula non teneant? Ecce uir ſanctus, Pelagij quoq; teſtimonio in fide catholica probatiſſimus, Pelagianos negantes originale peccatum tanta manifeſtatione redarguit, nec tamen cum Manichæis uel deum naſcentium conditorem negat, uel nuptias quas deus inſtituit & benedixit, accuſat. Pelagiani dicunt ab homine incipere meritum per liberum arbitriũ, cui deus ſub ſequens gratiæ retribuat adiumentum. Etiam hic eos refellat uenerandus Ambroſius dicens in expoſitione Eſaiæ Prophetæ: Quia humana natura ſine diuina ope imbecilla eſt, ad medendum deum auxiliatorem requirit. Item in libro qui inſcribitur De fuga ſeculi: Frequens nobis, inquit, de effugiendo ſeculo iſto ſermo, atq; utinã quàm facilis ſermo, tam cautus & ſolicitus affectus. Sed quod peius eſt, frequenter irrepit terrenarũ illecebra cupiditatũ, & uanitatum offuſio mentem occupat, ut quod ſtudeas uitare, hoc cogites animoq; uoluas. Quod cauere difficile eſt homini, exuere autẽ impoſſibile. Denicq; uoti magis eam eſſe rem q̃ effectus, teſtatur Propheta dicendo: Declina cor meũ in teſtimonia tua & nõ in auaritiam. Non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrũ & noſtrę cogitationes, quę impuiſo offuſæ mentẽ animumq; cõfundunt, atq; aliò trahunt q̃ tu propoſueris. Ad ſecularia reuocant, mundana inſerunt, uoluptaria ingerunt, illecebroſa intexunt, ipſoq; in tempore, quo eleuare mentem paramus, inſertis inanibus cogitationibus ad terrena plerunq; deijcimur. Quis autem tam beatus qui in corde ſuo ſemper aſcendat? Sed hoc ſine auxilio diuino, quî fieri poteſt? Nullo profecto modo. Deniq; ſupra eadem ſcriptura dicit: Beatus uir cuius eſt auxilium eius abs te domine, aſcenſus in corde eius. Quid apertius & ſufficientius dici poteſt? Sed ne Pelagiani fortere ſpondeant, eoipſo quo diuinum auxilium poſſit præcedere hominis meritum, idipſum meritum eſſe dicentes, quia orando fit dignus, cui gratia diuina ſubueniat: attendant quid idem uir ſanctus dicat in expoſitione Eſaiæ: Et orare deum, inquit, gratia ſpiritalis eſt. Nemo enim dicit dominum Ieſum, niſi in ſpiritu ſancto. Vnde & exponens Euangelium ſecundum Lucam: Vides utique, inquit, quia ubiq; domini uirtus ſtudijs cooperatur humanis, ut nemo poſſit ædificare ſine domino, nemo cuſtodire ſine domino, nemo quicquã incipere ſine domino. Nunquid quoniã hæc dicit uir tantus Ambroſius & gratiã dei ſicut filio promiſſio

Ambroſius in libro De fuga ſeculi cap. 1

Pſal. 118 *Pſal. 83* *1. Cor. 13*

Universidad de Deusto
Biblioteca

promissionis congruit, grata pietate cõmendat, ideo destruit liberũ arbitrium: aut eam uult intelligi gratiã, quam diuersis locutiõibus Pelagiani nolunt nisi legem uideri, ut uidelicet nõ ad faciendũ quod cognouerimus, sed ad agnoscendũ quid faciamus nos, deus adiuuare credatur? Si hoc istũ hominem dei sapere existimant, quid de ipsa lege dixerit, audiãt in libro De fugã seculi: Lex, inqt, os omniũ potuit obstruere, nõ potuit mentẽ conuertere. Item alio loco in eodẽ libro: Lex, inquit, factũ damnat, non aufert malitiã. Videant fidelem & catholicum uirum Apostolo consentire dicenti: Scimus autem, quia quęcunq; lex loquitur, his qui in lege sunt loquitur, ut omne os obstruatur, & reus fiat omnis mundus deo, quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram illo. Ex eo enim Apostolico sensu illa sumpsit & scripsit Ambrosius. Iam uero quoniam Pelagiani dicunt, iustos in hac uita ideo uel esse uel fuisse, quia sine ullo peccato uixerunt, intantũ ut uita futura, quæ in præmio speranda est, prouectior & perfectior esse non possit: etiam hic eis respondeat, eosq; refutet Ambrosius: Nam exponẽs Esaiam Prophetã propter id quod scriptum est: Filios genui & exaltaui, ipsi autem me spreuerunt: suscepit de generationibus quę ex deo sunt disputare, atq; in ipsa disputatione cõmemorauit testimonium Ioannis, ubi ait: Qui natus est ex deo, non peccat. Et eandem quæstionẽ difficillimam tractans: Cum in hoc mundo, inquit, nullus sit, qui immunis sit à peccato, cum ipse Ioãnes dicat: Si dicimus, quia non peccauimus, mendacem facimus illum: si autem ex deo nati non peccant, & de his intelligimus qui in mundo sunt, innumeros necesse est ęstimemus, qui per lauacri regenerationẽ dei gratiam consecuti sunt. Sed tamẽ cum dicat Propheta: Omnia à te expectant, ut des illis cibum in tempore, dante te his colligent sibi: Aperiente te manum tuam, uniuersa implebuntur bonitate: Auertente autem te faciem, turbabũtur: auferes spiritum eorum, & deficient, & in puluerem suum conuertentur: Emittes spiritũ tuum & creabuntur, & innouabis faciem terræ: possunt nõ de quocunq; tempore uideri dicta, sed de futuro, quo erit noua terra & nouum cœlum. Turbabuntur ergo ut principiũ sumant, atq; aperiente te manum tuam implebuntur uniuersa bonitate, quæ non facile huius seculi est. Nam de hoc seculo scriptura quid dicit? Non est qui faciat bonitatem, non est usque ad unum. Si igitur diuersæ generationes sunt, & hic introitus in hanc uitam receptor est delictorum, intantum ut spernatur etiã ipse qui genuit, alia autem generatio peccata non recipit, uideamus ne qua sit post huius uitę circulũ nostra regeneratio, de qua dictũ est: In regeneratiõe cum sederit filius hominis in throno gloriæ suæ. Sicut enim regeneratio lauacri dicitur, per quam deterſa peccatorum colluuione renouamur, ita regeneratio dici uidetur, per quam ab omni corporeę cõcretionis purificati labe, mundo animæ sensu in uitam regeneramur æternam, eo q̃ purior quædam qualitas sit regenerationis quàm lauacri illius, ut non solum in actus eius, sed ne in ipsas quidem cogitationes nostras aliqua cadat suspitio peccatorum. Item alio loco in eodem opere: Videmus, inquit, impossibile esse, ut perfecte quis immaculatus esse possit in corpore cõstitutus, cũ etiam Paulus imperfectiũ se dicat, sic enim habet: Non quòd iam acceperim, aut iam perfectus sim. Et tamen post paulum ait: Quicunq; ergo perfecti sumus, nisi forte quia est perfectio alia in hoc mundo, alia post hanc uitam, illud perfectum de quo dicit ad Corinthios: Cum uenerit quod perfectum est. Et alibi: Donec occurramus omnes in unitatem fidei & agnitionem filij dei in uirum perfectum, in mensuram ætatis plenitudinis Christi. Vt ergo perfectos secum multos ait Apostolus in hoc mundo sitos, qui si ad perfectionẽ ueram respicias, perfecti esse non poterant, quia ipse dixit: Videmus nunc per speculum in ænigmate, tunc autem facie ad faciem. Nunc cognosco ex parte, tunc autem cognoscam sicut & cognitus sum, ita & immaculati sunt in hoc mundo, & immaculati erunt in regno dei: cum utiq; si minutias discutias, immaculatus esse nemo possit, quia nemo sine peccato. Item in ipso: Videmus, inquit, dum in hac uiuimus uita q̃ nos mundare debemus, & quærere deũ & incipere ab emundatione animæ nostræ, & quasi fundamenta constituere uirtutis, ut perfectionẽ purificatiõis post hãc uitam mereamur adipisci. Itemq; in ipso: Grauatus autem & ingemiscens, inquit, quis non loquatur: Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Ita eodem magistro omnes uarietates interpretationis absoluimus. Nã si omnis infelix qui se corporis implicatũ molestijs recognoscit, utiq; omne corpus infelix: neq; ẽm felicẽ dixerim illũ, qui cõfusus quibusdam mentis suę tenebris cõditionem suã nescit. Illud quoq; nõ absurdum ad intellectum accessit. Si ẽm homo qui se cognoscit, infelix est, infelices profecto omnes, ga unusquisq; suam infirmitatẽ, aut per sapientiã recognoscit, aut per insipientiã nescit. Item in libro de bono mortis: Operetur, inquit, mors in nobis, ut operetur & uita bona, uita post mortẽ: hoc est bona uita post uictoriã, bona uita absoluto certamine, ut iam lex carnis, legi mentis repugnare nõ nouerit, ut iã nobis nulla sit cũ corpore mortis cõtentio. Rursus in eodem: Ergo, inquit, quia iusti hãc remunerationẽ habent, ut uideãt faciẽ dei, & ut lumen quod illuminat omnẽ hominẽ: ab hinc induamus huiusmodi studiũ, ut appropinquet anima nostra deo, adhęreat illi desideriũ nostrum, non separemur ab eo. Et hic quidẽ positi, meditando, legendo, quærendo copulemur deo, cognoscamus eum, ut possumus: Ex parte enim hic cognoscimus, ga hic imperfecta, illic pfecta oĩa, hic paruuli, illic robusti. Videmus, inqt, nunc per speculũ in ænigmate, tunc aũt facie ad faciem. Tũc reuelata facie gloriam domini speculari licebit, quã nunc animę corporis huius cõcretis uisceribus inuolutę, & q̃busdã carnis huius maculis & colluuiõibus obũbratę sincere uidere non possunt. Quis ẽm, inqt, uidebit uultũ meũ & uiuet? Et recte: Nã si solis radios

oculi

Ambrosius de bigs seculi ca. 3. & 7

Rom. 3

Esaie 1

1. Ioan. 3

Psal. 103

Psal. 13

Matt. 19

Philip. 3

1. Cor. 13

Ephe. 4

1. Cor. 13

Rom. 7

Ambrosius de bono mortis capite 3

De bono mortis capite 11

1. Cor. 13

Exodi 33

oculi noſtri ferre nõ poſſunt,& ſi quis diutius ere gione ſolis intenderit, cæcari ſolere perhibetur: ſi creatura creaturam ſine fraude atq; offenſione ſui non poteſt intueri, quomodo poteſt ſine periculo ſui uibrantẽ cernere uultum creatoris æterni, corporis huius opertus exuuijs? Quis enim iuſtificatẽ in conſpectu dei, cum unius quoq; diei infans mũdus eſſe non poſſit, & nemo poſſit de ſui cordis in-
Cap. XII tegritate & caſtimonia gloriari. Nimis longum erit ſi omnia uelim cõmemorare, quę ſanctus Ambroſius aduerſus hanc hæreſim Pelagianorũ tanto poſt exorturam, non eis quidem reſpõdens, ſed prædicans catholicã fidem atq; in ea homines ędificans dixit & ſcripſit. Sed nec illa omnia commemorare potui uel debui, quę glorioſiſſimus in domino Cyprianus poſuit in Epiſtolis ſuis, quibus demonſtratur, quomodo ſit hæc quam tenemus fides, uera uereq; Chriſtiana atq; catholica, ſicut p ſcripturas ſanctas antiquitus tradita, ſic à patribus noſtris, & uſq; ad hoc tempus, quo iſti eam conuellere tentauerunt, retenta atq; ſeruata & deinceps propitio deo retinenda atque ſeruanda. Nam ſic Cypriano & à Cypriano tradita hęc atque huiuſmodi ex eius literis teſtimonia prolata teſtãtur. Sic autem uſque ad tempora noſtra ſeruata, ea quæ de his rebus antequam iſti ebullire cœpiſſent Ambroſius cõſcripſit, oſtendunt, & quòd eorum prophanas nouitates catholicæ aures quæ ubiq; ſunt, horruerũt: ſic porrò deinceps eſſe ſeruanda, ſatis ſalubriter iſtorũ partim damnatio, partim correctio declarauit. Quodlibet enim mutire audeant aduerſus ſanam fidem Cypriani & Ambroſii, non eos puto in tam magnum prorupturos furorem, ut memoratos & memorabiles homines dei audeãt dicere Manichæos. Quid eſt ergo quod rabioſa mentis cæcitate nunc iactant, toto penitus Occidente non minus ſtultum quàm impium dogma ſuſceptum? quandoquidem domino miſerante ſuamq; Eccleſiam miſericorditer gubernante, ſic uigilauit catholica fides, ut nõ minus ſtultum quàm impium dogma, quemadmodum Manichæorũ, ita etiam non ſuſciperetur iſtorum. Ecce ſancti & docti uiri fama totius Eccleſiæ conteſtante catholici, & creaturam dei, & nuptias ab illo inſtitutas, & legem per ſanctũ Moyſen datam, & liberum arbitriũ naturæ hominis inſitum, & ſanctos Patriarchas & Prophetas debitis ac cõgruis prędicationibus laudant, quæ omnia inique Manichęi, partim negando, partim etiã deteſtando cõdemnant. Vnde apparet iſtos doctores catholicos lõge à Manichæorum ſenſibus alienos, & tamen aſſerunt originale peccatum, aſſerunt gratiã dei ſuper liberũ arbitrium, omne antecedere meritum, ut uere gratuitum diuinum præbeat adiutorium. Aſſerunt ſanctos ita iuſte in hac carne uixiſſe, ut eis eſſet neceſſarium, quo dimittunt quotidiana peccata, oratio nis auxiliũ: perfectamq; iuſtitiã, quæ nõ poſſit habere peccatum, in alia uita futurã eis, qui iuſte hic uixerunt pręmium. Quid eſt ergo ꝙ dicũt, de ſimplicibus Epiſcopis, ſine cõgregatione ſynodi in locis ſuis ſedentibus, extorta ſubſcriptio eſt? Nunqd A beatiſſimis & in fide catholica excellentiſſimis uiris Cypriano & Ambroſio ante iſtos, aduerſus iſtos extorta ſubſcriptio eſt: qua eorum impia dogmata tanta manifeſtatione ſubuertũt, ut quæ contra eos manifeſtiora dicam⁹, uix nos inuenire poſſimus? Aut uero congregatione ſynodi opus erat, ut aperta pernicies damnaretur: quaſi nulla hæreſis aliquãdo niſi ſynodi cõgregatiõe damnata ſit: cum potius rariſſimę inueniant, propter quas dãnandas neceſſitas talis extiterit: multoq; ſint atque incõparabiliter plures, quæ ubi extiterunt, illic improbari damnariq; meruerunt, atq; inde per cæteras terras deuitãdæ innoteſcere potuerũt. Verum iſtorum ſuperbia, quę tantũ ſe extollit aduerſus deum, ut nõ in illo uelit, ſed potius in libero arbitrio
B gloriari, hanc etiã gloriam captare intelligitur, ut propter illos Oriẽtis & Occidentis ſynodus congregetur. Orbem quippe catholicũ, quoniã domino eis reſiſtente peruertere nequeũt, ſaltem cõmouere conantur, cum potius uigilantia & diligentia paſtorali poſt factum illis cõpetens, ſufficiensq; iudicium ubicunq; iſti lupi apparuerint, conterendi ſint, ſiue ut ſanentur atq; mutentur, ſiue ut ab aliorũ ſalute atq; integritate uitentur, adiuuante paſtore paſtorum, qui ouem perditam & in paruulis quærit, qui oues ſanctas & iuſtas gratas facit, qui eas cuiſ ſanctificatas et iuſtificatas, tamẽ in iſta fragilitate atq; infirmitate pro quotidianis peccatis, ſine quibus hic non uiuitur, etiam cum bene uiuitur, quotidianam remiſſionem, & ut petant prouidenter inſtruit, & petentes clementer exaudit.
C

Libri quarti finis.

REDDIT CAVSAM QVVR DE/nuo reſpondeat Iuliano.

Eatiſſimo fratri & coepiſcopo Claudio,
B Auguſtinus in domino ſalutẽ. Quoniam mihi fraterno excitatus affectu Iuliani quatuor libros, quos aduerſus unum meum ſcripſit, priuſq; peterem, ipſe miſiſti, nihil cõuenientius putaui eſſe faciendũ, cui ut ea quę reſpondeo, potiſſimum tu legens iudices, utrũ recte congruenterq; reſponderim. Nã de his quatuor libris nõnulla decerpta ſcripſerat neſcio quis, ad Illuſtrẽ & religioſum uirũ, comitem Valeriũ, aduerſus eundẽ librũ
D meũ, quẽ me aduerſus illũ ſcripſiſſe cognouerat: quæ cum in manus meas eodẽ ſublimi uiro curante ueniſſent, illi primo non diſtuli ſecundum uolumen adiũgere, in quo illa omnia ſicut potui refutaui. Sed nũc cum eoſdem libros diligentius inſpicerem, cõperi illum qui nõnulla inde ſelegerat, non oĩa ita poſuiſſe, ut in his libris leguntur. Vnde uideri poterit Iuliano, uel cuilibet illorũ, me poti⁹ fuiſſe mentitũ, quia nõ utiq; ſicut hi quatuor libri, ita illa quæ de his excerpta, & memorato comiti miſſa ſunt, innoteſcere potuerũ. Quiſquis ergo & illũ ſecundũ librum meũ ad comitem identidem Valerium ſicut primũ conſcriptũ legit, nouerit me in quibuſdã nõ reſpõdiſſe Iuliano, ſed ei potius q̃ de libris ei⁹ illa ſelegit, & nõ ita poſuit ut inuenit, ſed aliquantum

Universidad de Deusto
Biblioteca

aliquantū putauit esse mutanda, fortasse ut eo modo quasi sua faceret, quæ aliena esse cōstaret: Nūc autem ueriora credens exemplaria, quæ tua sanctitas mihi, ipsi authori uideo respondendum, qui unum meū quatuor libris suis refelliſſe se iactat, & usquequaq; spargere fidei uenena nō cessat. Aggressus sum igit hoc opus in adiutorio saluatoris pusillorum atq; magnorum, & scio te ut id implerem orasse pro me, & pro ijs quibus huiuscemodi labores nostros profuturos credimus & optamus. Attende ergo iam respōsionem meam, cuius principium hāc epistolam subsequetur. Vale in domino memor nostri beatissime frater.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA Iulianum, Liber primus.

Cap. I

ONTVMELIAS tuas & uerba maledica Iuliane, quæ ardens iracundia libris quatuor anhelasti, si me contēnere dixero, mētiar. Quomodo enim possum ista contemnere, ubi testimonium conscientiæ meæ cogitans, uel gaudere me uideo debere pro me, uel dolere pro te, & pro eis qui decipiuntur abs te? Quis autem contemnat siue exultationis suæ materiam, siue mœroris? Nā unde partim lętamur, partim cōtristamur, nulla ratione cōtemnimus. Meorū quippe causa gaudiorū est promissio domini dicentis: Cū dicūt omne malū aduersum uos mentiētes propter me, gaudete & exultate, quoniā merces uestra multa est in cœlis. Et rursus mei causa mœroris est Apostoli affectus ubi lego: Quis infirmat & ego nō infirmor? Quis scandalizatur, & ego non uror? Sed hæc pro tuo dogmate, quod ueritatē putas, etiam tu potes dicere: Auferamus itaq; de medio si placet, ista cōmunia, quę dici ex utraq; parte possunt, quāuis ueraciter ex utraq; parte dici non possunt: Primum abs te quæro, cur libro meo saltē speciem tenus te respondisse glorieris, cum tuis libris quatuor unius mei partem nec quartam reprehendendo tetigeris, eosq; saltus in prętereūdis meis disputationib. feceris, quasi omnino desperares utriusq; operis, & mei scilicet & tui quenquā esse posse lectorem, qui ista deprehenderet? Denicq; etiam pauca ipsa, in quibus uix est, ut dixi, quarta pars uoluminis mei, quæ uelut infirmiora existimans, quatuor tuorum grandiorum uoluminū strepitu, quasi quadrigarum impetu prosternere & conculcare molitus es, consideratione multo plurium cæterorum, quæ attingere timuisti, inconcussa manere monstrantur. Quod ostendere pene superfluū est: Admonendi enim sunt potius, qui hoc nosse desiderant: ut non eos pigeat utrumq; legere, & quod scripsi, & quod respondere uoluisti: Ita enim se res ipsa declarat atq; indicat, ut nimium tardi sint, qui hoc à nobis postulent demōstrari. Nunc ergo quia uideo te à ueritate desertū, ad maledicta esse cōuersum, ita distribuam disputationem meā, ut ostendam prius quantis & qualibus ecclesiæ catholicæ doctoribus nomine Manichæorū intolerabilē facere nō cuncteris iniuriam, & cum me appetis, in quos tela sacrilega iaculeris. Deinde monstrabo, quòd tu ipse sic adiuuas Manichæorum damnabilem & nefandæ impietatis errorem, ut nullum talem patronum nec in suis dilectoribus ualeant inuenire. Tertio loco quātum breuiter potuero sententijs non meis, sed eorum qui fuerunt ante nos, & aduersus impios fidem catholicam defenderūt, inanes argutias tuas & elaborata argumenta conuincam. Postremo quoniā si te non correxeris, ne cesse tibi erit etiam illos ecclesiæ catholicæ oppugnare doctores, atq; contendere, nec ipsos in hac quæstione catholicā tenuisse ueritatem, defendā contra te deo adiuuante & ipsorū & nostrā fidem: ubi etiam id poterit apparere, non solum tu uerbis tuis, quod secūdo loco me demōstraturū esse promisi, sed ipsum dogma Pelagianū, quod cōmune est omnibus uobis, quantū adiuuet Manichæos.

Distributio operis

Primā itaq; partē distributionis meæ, quemadmodū exequar parūper aduerte. Nēpe inter nos, quantū attinet ad intentionē libri mei, cui te respō disse quatuor tuis iactas, ista uertit quæstio, quod ego dico sic nuptias esse laudādas, ut nullo modo ad eorū culpam uituperationēq; pertineat, quod omnes homines primorū illorū hominum peccato nascātur obnoxij. Hoc em̄ qui negat, ipsa Christianæ fidei subuertere firmamēta conatur. Hinc quippe factum est, ut de nuptijs & concupiscentia librum scriberem: nuptiarū scilicet bonum discernens ab eo malo, unde trahitur originale peccatū. Tu autem dicis nuptias sine dubitatione damnari, nisi quod ex eis nascitur, ab omni sit liberū obligatione peccati: Propter quod libris quatuor tu unum meum refutasse gloriaris. In quibus libris uolens homines auertere à fide catholica fundatissima, & ad nouitatem uestri erroris adducere, sæpe incutis legentium sensibus Manichęæ pestis errorem: quasi malum naturale cū Manichæis sapiat, qui dicit infantes secundum Adam carnaliter natos, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contrahere, & ob hoc secunda indigere, ut per lauacrum regenerationis prius peccati originalis remissione purgentur, & in dei filios adoptati in regnū unigeniti transferantur. Hoc de Manichæorū nomine & crimine faciebat etiam Iouinianus, negans Mariæ sanctæ uirginitatem, quę fuerat dū conciperet, permansisse dum pareret, tanq; Christum cum Manichæis phantasma crederemus, si matris incorrupta uirginitate diceremus exortū. Sed in adiutorio ipsius saluatoris, sicut spreuerūt catholici uelut acutissimū, quod Iouinianus exeruerat argumentū, & nec sanctam Mariā parīēdo fuisse corruptam, nec dominum phantasma fuisse

Testimonia doctorum de peccato originali

Cap. II

Universidad de Deusto
Biblioteca

crediderunt, sed & illam uirginẽ mansisse post partum, & ex illa tamen uerum Christi corpus exortum: sic spernẽt uestra calũniosa uaniloquia, ut neque cũ Manichęis astruãt mali naturale principiũ, & secũdum antiquã & ueram catholicam fidem, nullo modo dubitent Christum in euacuãdo chirographo paterni debiti liberatorem credere parυulorum. Sed tu qui tam crebro nobis Manichęorum nomen opponis, quos & quales uiros & quãtos fidei catholicæ defensores tã execrabili criminatione appetere audeas, si euigilas intuere. Non quidem omnium de hac re sententias, nec omnes eorum, quos commemorabo, me cõgregaturum esse polliceor, quia nimis longũ est, & necesse esse nõ arbitror: sed ponam pauca paucorum, quibus tamen nostri contradictores cogantur erubescere & cedere, si ullus in eis uel dei timor, uel hominũ pudor tantum malum peruicaciæ superauerit. Ire
Irenæus episcopus næus Lugdunensis episcopus, non longe à tẽporibus apostolorum fuit: Iste ait, non aliter saluari homines ab antiqua serpẽtis plaga, nisi credãt in eũ, qui secundum similitudinẽ carnis peccati in ligno martyrij exaltatus à terra, & omnia traxit ad se, & uiuificauit mortuos. Item idem ipse: Quemadmodum astrictum est, inquit, morti genus humanum per uirginem, soluatur per uirginem, æqua lance dispositа uirginalis inobedientia, per uirginalem obedientiam. Adhuc enim protoplasti peccato per correptionẽ primogeniti emendationẽ accipiẽte, serpẽtis prudentia deuicta per simplicitatẽ columbæ, uinculis illis resoluti sumus, per quæ alligati eramus morti. Videsne antiquum hominem dei, quid de antiqua serpentis plaga sentiat? Quid de similitudine carnis peccati, per quam sanatur plaga serpentis in carne peccati? Quid de protoplasti peccato, per quod alligati fueramus? Multo autẽ apertius de eadẽ fide beatissimus martyr & episco
Cyprianus pus Cyprianus: Si homines, inquit, impedire alicuid ad consecutionẽ gratię posset, magis adultos & grandiores natu possent impedire peccata grauiora. Porrò autẽ si grauissimis delictoribus & in deũ multo ante peccantibus, cum postea crediderint remissio peccatorũ datur, & à baptismo atq; gratia nemo prohibetur: quãto magis prohiberi nõ debet infans, qui recens natus nihil peccauit, nisi q̃ secundum Adam carnaliter natus, cõtagium mortis antiquę, prima natiuitate cõtraxit. Qui ad remissionẽ peccatorum accipiendam hoc ipso facilius accedit, q̃ illi remittũtur, nõ propria,
Reticius episcopus sed aliena peccata. Reticium ab Augustuduno episcopũ magnæ fuisse authoritatis in ecclesia tempore episcopatus sui, gesta illa ecclesiastica nobis indicãt, quando in urbe Romana Melchiade apostolicę sedis episcopo præsidente, cũ alijs iudex interfuit, Donatũq; dãnauit, qui prior author Donatistarũ schismatis fuit, & Cæcilianũ episcopum ecclesiæ Carthaginẽsis absoluit. Is cũ de baptismo ageret, ita locutus est: Hãc igitur esse principalem in ecclesia indulgentiã neminẽ præterit, in qua antiqui criminis oñe pondus exponimus, & ignorantiæ nostrę facinora prisca delemus, ubi & uete

A rẽ hominẽ cũ ingenitis sceleribus exuimus. Audis antiqui criminis põdus, audis prisca facinora, audis cũ sceleríb. ingenitis hominẽ ueterẽ, & audes aduersus hæc ruinosam construere nouitatẽ?
Olympius episcopus Olympius Hispanus episcopus, uir magnæ in ecclesia & in Christo gloriæ, in quodã sermone ecclesiastico: Si fides, inquit, unquã in terris incorrupta mãsisset, ac uestigia defixa tenuisset, quę signata deseruit, nunc̃q; protoplasti mortifera transgressione uitiũ sparsisset in germine, ut peccatũ cũ homine nasceretur. Habẽsne aliquid quod aduersus nos tibi dicere uidearis, quod nõ etiã in istũ dicere cõpellaris, uel potius in istos? Vna est enim omniũ catholica fides, qui per unum hominẽ peccatũ intrasse in mundum, in quo omnes peccauerũt, uno corde credunt, ore uno fatentur, & uestras nouitias
B præsumptiones catholica antiquitate subuertunt. Audi adhuc quod te possit amplius commouere, atq; turbare, & utinã in melius cõmutare. Ecclesię catholicæ aduersus hæreticos acerrimũ defensorẽ
Hilarius episcopus uenerandũ quis ignorat Hilariũ episcopũ Gallũ? Qui cũ de Christi carne ageret, attende quid dixerit: Ergo cũ missus est, inquit, in similitudinẽ carnis peccati, non sicut carnẽ habuit, ita habuit & peccatũ: Sed qa ex peccato oñis caro est, à peccato scilicet Adã parẽte deducta, in similitudine peccati carnis est missus, existente in eo non peccato, sed peccati carnis similitudine. Rursus idẽ ipse in expositione centesimi duodeuigesimi Psalmi, cũ ad id uenisset quod scriptũ est: Viuet anima mea,
C & laudabit te: uiuere se, inquit, in hac uita nõ reputat, quippe q̃ dixerat: Ecce in iniq̃tatib. cõceptus *Psal. 50* sum, & in delictis concepit me mater mea. Scit sub peccati origine, & sub peccati lege esse se natũ. Sentisne quid audias? Quęrisne quid dicas? Hũc uirum tanta in episcopis catholicis laude præclarum, tanta notitia famaq; conspicuum, de peccato originali aude si quid tibi frõtis est criminari. Sed adhuc audi alium excellentem dei dispẽsatorem, quem ueneror ut patrem: in Christo enim Iesu per euangelium ipse me genuit, & eo Christi ministro lauacrum regenerationis accepi: beatum loquor Ambrosium, cuius pro catholica fide gratiam, cõstantiam, labores, pericula, siue operibus, siue sermonibus & ipse sum expertus, & mecum non dubitat orbis prædicare Romanus. Hic uir cũ secun-
Ambrosius per Lucam
D dum Lucam exponeret euangelium, Iordanis, inquit, conuersus est retrorsum: significauit salutaris lauacri futura mysteria, per quæ in primordia naturæ suæ, qui baptizati fuerint paruuli à malitia reformantur. Rursus idẽ ipse in eodem opere: Non enim uirilis coitus, inquit, uuluę uirginalis secreta reseranit, sed immaculatum semen inuiolabili utero spiritus sanctus infudit. Solus enim per omnia ex natis de fœmina sanctus dominus Iesus, qui terrenæ contagia corruptelæ immaculati partus nouitate non senserit, & cœlesti maiestate depulerit.
Rom. 5 Idemq; in eodem ipso: Omnes, inquit, in Adã morimur: quia per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerunt.

runt. Illius igitur culpa, mors omniū est. Item loco alio in eodē euangelio: Caue ergo, inquit, ne ante nuderis, sicut Adā nudatus est, mādati cœlestis custodia destitutus, & exutus fidei uestimēto, & sic letale uulnus accepit, in quo oīe genus occidisset humanū, nisi Samaritanus ille descendens uulnera eius acerba curasset. Rursus in opere ipso, alio loco: Fuit, inquit, Adā & in illo fuimus oīes. Perijt Adā, & in illo oīes perierūt. Rursus idem ipse in apologia prophetæ Dauid: Anteq̄ nascimur, inquit, maculamur contagio, & ante usuram lucis, originis ipsius excipimus iniuriam & in iniquitate cōcipimur. Nō expressit, inquit, utrū parētū an nostris. & in delictis unū quemq̄ generat mater sua. Nec hic declarauit, utrū in delictis suis mater pariat, an iam sint aliqua delicta nascentis: Sed uide ne utrūq̄ intelligendū sit. Nec conceptus ex ors iniquitatis est, quoniā & parentes nō carēt lapsu. Et si nec unius diei infans sine peccato, multo magis nec illi materni cōceptus dies sine peccato sunt. Cōcipimur ergo in peccato parentū, & in delictis eorū nascimur. Sed & ipse partus habet contagia sua, nec unū tantummodo habet ipsa natura contagiū. Idē ipse in expositiōe libri Tobię. Quis iste peccati est fœnerator nisi diabolus, à quo Eua maculata peccato, obnoxię successiōis usuris oīe genus defœnerauit humanū? Rursus in eodē, Diabolus, inquit, Euā decepit ut supplantaret uirum, obligaret hæreditatem. Idem ipse in expositione psalmi quadragesimioctaui: Alia est, inquit, iniquitas nostra, alia calcanei nostri, in quo Adam dente serpentis est uulneratus, & obnoxiam hæreditatē successionis humanæ suo uulnere dereliquit, ut omnes illo uulnere claudicemus. I nūc & mihi obij ce originale peccatū, dissimula ab istis, finge te nescire quid dicant, & sanctæ ecclesiæ tot tantosq̄ doctores, qui uita optime gesta, debellatisq̄ suorū tēporum erroribus, gloriosissime de hoc seculo, anteq̄ uos ebulliretis exierūt, uelut eis nō uisis, in me impetum faciens, & uelut nesciens, q̄ illi sub meo nomine lacerētur, tanq̄ securus insulta. Crederem te, fateor, quid mali facias ignorare, nec impudentiæ, sed imprudentiæ tuæ tribuerem, q̄ hæc lumina ciuitatis dei audes hostiliter insectari, quæ sectari fideliter debuisti: Crederē te, inquam, hoc tantum nefas cōmittere nescientem, nisi in eo libro cui te respondisse uel existimas, uel existimari cupis, apertissimū testimonium de sancti Ambrosii disputatione posuisses. An ibi non legisti, q̄ cum Christi natiuitatem de uirginis partu supradictus insinuaret episcopus: Ideo, inquit, & quasi homo per uniuersa tēratus est, & in similitudine hominū cūcta sustinuit, sed quasi de spiritu natus abstinuit à peccato. Omnis enim homo mēdax, & nemo sine peccato nisi unus deus. Seruatū est igitur ut ex uiro & muliere, id est, per illam corporū cōmixtionē nemo uideatur expers esse delicti. Qui autem expers delicti, expers etiā huiusmodi cōceptiōis. Si hæc ibi uerba uenerandi Ambrosii non legisti, quomodo redarguendū librum, in quo ea sunt posita suscepisti? Si autē legisti, quid aduersus me furis, & illum in me primitus carpis? Quid nomē dilaniare niteris meū, & Ambrosiū facis tacito eius nomine Manichæū? Cernis nempe cū quibus tua maledicta sustineam, cernis cum quibus mihi sit causa cōmunis, quam nulla consideratione sobria pulsare calumnijs & expugnare conaris? Cernis q̄ tibi perniciosum sit, tam horribile crimen obijcere talibus, et q̄ mihi glorioſum sit, quodlibet crimē audire cū talibus? Si cernis cerne, & tandē tace, Pelagianā linguam tot linguis catholicis depri me, tot uenerandis oribus proterua ora submitte. Si scholam Xenocratis sicut Polemo ex anteluca no conuiuio temulentus intrasses, nō tanta quāta in isto cœtu tot sanctorū, deberes uerecūdia coerceri. Hic eñi certe tanto maior debet esse uerecundia, quanto uerior addiscitur sapientia. Tanto amplius reuerendi sunt tot memorabiliū episcoporū, q̄ unius Xenocratis uultus, quanto Platone Xenocratis doctore, doctor istorum maior est Christus. Ego certe beatæ memoriæ Memoris patris tui nō immemor, qui mecū non paruā inierat amicitiā colloquio literarum, teq̄ ipsum mihi charissimū fecerat, cū te uidērē in libris tuis nō anteluca no cōuiuio temulentū, sed insano conuitio turbulentū, introduxi te sedandū atq̄ sanandū, nō in alicuius philosophi auditoriū, sed in sanctorū patrū pacificum honorandumq̄ conuentum. Sit operæ precium obsecro te, aspice illos quodāmodo aspicientes te, & mansuete ac leniter dicentes tibi, Itáne nos fili Iuliane Manichęi sumus? Rogo quid respondebis? Quibus eos oculis intueberis? Quæ tibi argumenta succurrent? Quæ Aristotelis cathegoriæ, q̄bus ut in nos uelut artifex disputator insilias, uideri appetis elimatus? Quæ tuorū argumētorum uel acies uitrea, uel plumbei pugiones in illorum conspectu exeri audebunt? Quæ abs te arma non fugient nudumq̄ destituent? An forte dicturus es, neminem illorū te in isto crimine nominasse? Et quid facies cū tibi dixerint, tolerabilius dente maledico nomina concideres nostra, q̄ fidē nostrā, cuius merito in cœlo nomina scripta sunt nostra? An forte dices eis, nec fidem uestram ullo tali crimine uiolaui? Sed qua cōfidentia id dicere audebis homo, qui dicis manichæum esse sensum, confiteri ex Adam trahere nascētes originale peccatum, quod isti cōfessi atq̄ professi sunt, quod in Christi ecclesia suorum rudimentorum tempore didicerunt, quod Christi ecclesiam suorum honorum tempore docuerūt, qui per spiritum sanctum tam multa peccata omnibus, quos baptizare potuerunt, tam multis paruulis sola originalia remiserūt? Iterū te admoneo, iterum rogo aspice tot ac tales ecclesiæ catholicæ defensores atq̄ rectores, uide quibus tam grauē, tamq̄ nefariam irrogaris iniuriam. An ideo cōtemnendos putas, quia occidentalis ecclesiæ sunt oīes, nec ullus in eis est cō memoratus à nobis Orientis episcopus? Quid ergo faciemus cū illi Græci sint, nos Latini? Puto tibi eam partē orbis sufficere debere, in qua primū apostolorum suorū uoluit dominus gloriosissimo martyrio coronare. Cui ecclesiæ præsidentē beatū

Ambrosius in apologia Dauid ca. 11

Innocentiũ si audire uoluisses, iã tunc periculosam iuuẽtutẽ tuam Pelagianis laqueis exuisses. Quid enim potuit uir ille sanctus Aphricanis respõdere conciliis, nisi quod antiquitus apostolica sedes & Romana cũ cæteris tenet perseueranter ecclesia? Et tamen eius successorem crimine præuaricationis accusas, quia doctrinę apostolicæ & sui decessoris sentẽtiæ noluit refragari. Sed de hoc interim taceo, ne animũ tuũ, quem sanare potius cupio q̃ irritare, laudibus tui damnatoris exulcerẽ. Sancto

Innocẽtius Innocẽtio uide quid respondeas, qui nihil aliud dehac re sapit, q̃ quod isti in quorum te cõuentum, si tamen prodest aliquid, introduxit: cũ his etiã ipse cõsidet, etsi posterior tempore, prior loco. De miseris paruulis ab originali malo, quod trahitur ex Adam, per Christi gratiam liberãdis, unã cum eis tenet christianã ueramq; sententiã. Qui omne præteriti uitium primi scilicet hominis, qui libero arbitrio est in profunda demersus, Christum dixit sui lauacro purgasse baptismatis. Qui denicq; paruulos definiuit, nisi mãducauerint carnem filij hominis, uitam prorsus habere non posse. Huic respondeo, imò ipsi domino, cuius ille antistes usus est testimonio, & dic unde imago dei tã capitali supplicio puniat, ut uita priuetur, si peccatũ à nascentib. originale non trahitur. Sed quid dicas, aut quid respondeas, qui etiã si beatum audeas Innocẽtium, non audebis tamen Christum dicere Manichæũ. Non est ergo cur prouoces ad Orientis antistites, quia & ipsi utiq; Christiani sunt, & utriusq; partis terrarum fides ista una est: quia & fides ista Christiana est, & te certe occidentalis terra generauit, occidentalis regenerauit ecclesia. Quid ei quæris inferre, quod in ea nõ inueneristi quãdo in eius mẽbra ueneristi? Imò quid ei quæris auferre, quod in ea tu quoq; accepisti? Nam peccatũ originale quod in aliorum perniciem paruulorũ negas, quacunq; ætate sis baptizatus, aut ipsum tibi remissum est, aut & ipsum. Sed si uerum est, quod audiuimus te infantulum baptizatum, etiam tu quamuis à tuis propriis peccatis innocens: tamen quia ex Adam carnaliter natus, contagiũ mortis antiquæ prima natiuitate traxisti, & in iniqtate cõceptus es: pfecto exorcizatus et exufflatus es, ut à potestate erutus tenebrarũ transferreris in regnũ Christi. O fili male ex Adam nate, sed bene in Christo renate, sacramenta quibus te peperit, tuæ matris conaris auferre. Nunquid Manichæa fuit quãdo isto modo te peperit, quomodo iam non uis ut pariat, & ingeris ei natiuitatis opprobria, ut in ea cæteris claudas, ex quibus ipse natus es, uiscera pietatis? Diuidis ei nomẽ uiri sui, ut ad regenerandos paruulos tantũmodo Christus sit: ad maiores autẽ, Christus Iesus, quia Iesus saluator interpretat. Quod eum paruulis esse non uultis, quia nihil eos habere, unde illos saluos faciat prædicatis. Sed nõ tibi deerit magni nominis & fama celeberrima illustris episcopus etiã de partibus Oriẽtis, cuius eloquia ingentis merito gratiæ, etiã in linguã Latinã trãslata usquequaq; claruerunt. Sedeat ergo cũ istis patribus etiã sanctus Gregorius, & cũ eis tuæ crimi

A nationis inanẽ patiatur inuidiã, dum tamen cum eis contra nouitiã pestem uestrã, medicinalem proferat & ipse sententiã. Audi ergo quid dicat: Ima- *Gregorius*
go inquit dei, labem corporeæ inundatiõis expurget, & coniunctã sibi carnẽ uerbi dei subleuet pẽnis. Et quãuis melius fuisset ne egere quidem huiuscemodi expurgatione, sed in illa prima dignitate permãsisse, ad quã & festinamus post præsente emendationẽ, & melius fuisset non excidere à ligno uitæ gustu amarissimo peccati: tamen in secũdo loco expedit emẽdari & corrigi post lapsum, q̃ *1. Cor. 15*
in nequitijs permanere. Itemq; idem ipse: Sicut in Adã omnes, inquit, mortui sumus, ita & in Christo omnes uiuificemur. Cum Christo ergo nascamur, & cũ Christo crucifigamur, & cõsepeliamur ei in mortẽ, ut cũ ipso etiã resurgamus ad uitã. Ne
B cesse est enim nos perpeti utilẽ hanc & necessariã uicissitudinẽ, ut sicut ex bonis ad tristia deuoluti sumus, ita ex tristibus ad meliora reparemur. Vbi *Rom. 5*
em abundauit peccatũ, superabũdauit gratia. Vt quos gustus ligni uetiti cõdemnauit, Christi crux gratia largiore iustificet. Idẽ rursus: Venerare, inquit, natiuitatẽ, per quã terrenæ natiuitatis uinculis liberatus es. Honora Bethleem pusillã & minimã, per quã tibi regressus ad paradisum patefactus est. Itẽq; alibi de baptismo loquẽs: Persuadeat, in- *Ioan. 3*
quit, tibi de hoc quoq; sermo Christi dicẽtis, neminẽ posse introire in regnũ cœlorũ, nisi renatus fuerit ex aqua & spiritu. Per hunc primæ natiuitatis maculæ purgantur, per quas in iniquitatibus concipimur, & in delictis genuerunt nos matres nostræ. Nunquid & istum Manichæi sapere uel iacere uenena dicturus es? Audis omnes uno corde, *Augustinus*
uno ore, una fide idipsum dicere, & hãc esse catholicã fidẽ nõ dissonante cõtestatione firmatã. An tibi parua in uno Gregorio episcoporũ orientalium uidet authoritas? Est quidẽ tanta persona: ut neq; ille hoc nisi ex fide Christiana omnibus notissima diceret, nec illi eũ tam clarum haberent atq; uenerandũ, nisi hæc ab illo dicta ex regula notissimæ ueritatis agnoscerẽt. Sed si uis addimus huic & sanctũ Basiliũ, imò uelis nolis addendus est, maxime *Basilius magnus*
quia & tu de libro eius, quẽ scripsit aduersus Manichæos, in quarto uolumine huius operis tui aliquid putasti esse ponendũ, quod ad causam peccati originalis per unũ intrãtis in mundũ, & per omC nes homines trãseuntis omnino non pertinet. Ibi quippe agit, ne malũ substantiale credatur, habẽs suã quandam materiã, sicut sapiunt Manichæi. Dicit ergo nõ esse substantiã, sed conuersationẽ, quæ de sola uoluntate cõtingat, nõ his, qui contagium mortis antiquæ prima natiuitate traxerunt, sed ijs qui ægritudinẽ cõuersatiõis de uoluntate propria collegerũt, id est, iam maioríb. ratione utẽtibus & arbitrio uolũtatis. Hanc cõuersationẽ ex accidẽti uenientẽ facillime dicit posse ab ægrotantium uoluntate separari. Dicit etiã si euenisset malum, ita ut nõ ualeret ulterius à uoluntate remoueri, id est, quamuis accidisset, si ita accidisset ut separari ulterius à uoluntate nõ ualeret, merito dici posset, substantiale quidẽ malũ nõ esse, sed ipsam substãtiam

sine

Universidad de Deusto
Biblioteca

sine malitia quæ accidit, iam esse non posse. Si autē accessit, inquit, & principiū accessionis nō substantiam habuit, sed uoluntatem, facile potest malum à substantia separari, ut & subiecta uoluntati substantia, mūda possit per omnia possideri, ita ut
Augustinus nullius mali uel signa remaneāt. Ista ita recte dixit sanctus Basilius, ut etiā de ipso malo, quod per Adā intrauit in mundum, & per omnes homines pertrāsiit, bene possit intelligi, quia & ipsum accessit naturæ humanæ. Non enim sic est primitus cōdita, & principiū accessionis non substantiam habuit, sed uoluntatē, siue mulieris, quæ à serpēte seducta est, siue uiri eius, qui seductæ ad peccandum consensit uxori. Sed quod ait, facile posse malum à uoluntate, uel à substantia separari, nō humanæ facile est uolūtati, sed misericordiæ dei. Quod aduersus Manichęos utiq; sufficit, qui putāt esse im- B possibile mutari in bonū naturā mali. Ideo non ait Basilius, ipsam uoluntatem hominis, siue substantiam, uel naturā, malū à se posse facile separare: sed ab ea posse facile separari: sic uerba sua librans, ut & Manichæos, cōtra quos agebat refelleret, & cōtra diuinam gratiam humanā superbiam non extolleret. Ille quippe omnipotēs cui secundū euangelium facile est, quod hominibus impossibile est, malum quod nobis accidit, uel ex primi hominis, uel ex nostra insuper uoluntate, ita suæ gratię largitate consumet, ut subiecta substantia uoluntati, quēadmodū cōmemorasti dixisse Basilium, mūda possit per omnia possideri, sic omnino, ut nullius mali uel signa remaneant. Fiet hoc, & ipsa spes est indubitata fideliū. Sed quādo perficiatur, in prom C ptu est catholicæ fidei. Tunc enim dicetur nouissi-
1. Cor. 15 me inimicæ morti: Vbi est cōtentio tua, ubi est aculeus tuus? Item quòd cōmemoras dixisse Basilium, si castitas uirtus est, corpus uero substantialiter malū esset, impossibile erat castum corpus inueniri, quia corpus turpitudinis, uirtutis non fieret corpus: cū autē sanctificat, uirtutis efficitur, & ita communicat uirtus corpori, corpusq; uirtuti, per quam & templum efficitur dei. Vnde si omne corpus fornicationis esset, impossibile utiq; erat castitatē in corporib. inueniri, tumq; demū naturæ corporū possemus malū substantiale deputare. Si uero eousq; corporis merita processerunt, tātoq; honore decoratum est, ac tale indumētum pudicitiæ susceptit, ut domus sui factoris esse mereretur, ac fie- D ret thalamus filij dei, ut uenientes pater & filius habitationem corporum eligere dignarētur: quomodo non execrabilis & ridendus Manichæi sermo cōuincitur? Quid potuit dici uerius & catholicæ regulæ cōuenientius? Dictum est enim aduersus Manichæos, putantes atq; affirmantes de gēte tenebrarū, quā malam naturam dicūt, deo bono coęternā habere originē corpora, & esse etiā ipsa immutabilia mala: non aduersus eos, qui tenētes uerā & uere christianā fidem, nunc quidem corruptibile esse corpus & aggrauare animā cōfitētur, sed nec tale primitus conditū, atq; in paradiso cōstitutum, nec tale semper futurū: sed incorruptiōe atq; immortalitate mutādum, & nunc iam esse incipe-

re templum dei, cōiugali, uel uiduali, uel etiam uirginali pudicitia decoratum. Quando & si caro cō cupiscit aduersus spiritū, sic tamen spiritus concupiscit aduersus carnē, ut nec ipsius corporis membra exhibeat iniquitatis arma peccato. Sed audi quod ad rem prędentē spectat, quid de peccato primi hominis ad nos etiam pertinente dicat iste sanctus sine ulla ambiguitate Basilius. Quod etsi re- Basilius ma-
peri interpretatū, tamen propter diligentiorē ueri gnus
fidem, uerbum è uerbo malui trāsferre de Gręco. In sermone de ieiunio: Ieiuniū, inquit, in paradiso lege constitutum est. Primum enim mandatū accepit Adā: à ligno sciendi bonū & malū non man Gen. 2
ducabis. Non manducabis autem, ieiunium est & legis cōstitutionis initiū. Si ieiunasset à ligno Eua, non isto indigeremus ieiunio. Non enim opus habent ualentes medico, sed male habentes. Aegrotauimus per peccatum, sanemur per pœnitētiam. Pœnitentia uero sine ieiunio uacua est. Maledicta Gen. 3
terra, spinas & tribulos pariet: Contristari ordinatus es, nunquid deliciari? Et paulopost in eodē sermone, idem ipse: Quia non ieiunauimus, inquit, decidimus de paradiso. Ieiunemus ergo ut ad eum redeamus. Hæc atq; huiusmodi alia sancti Basilij si Augustinus
legisses, uel si lecta fideliter considerare uoluisses, nunq; profecto de literis eius ad offundendas nebulas ignorantibus ea, quæ nihil ad quæstionem, quæ inter nos uertitur, pertinent, in his tuis libris, nescio qua mente posuisses. Audis quòd isto non indigeremus ieiunio, si homo ieiunij legē nō fuisset in paradisi felicitate transgressus, & negas peccato illorū hominū obnoxios cæteros nasci? Audis adiunctum: Non enim sani indigēt medico: & negas nos sanitatem, in qua nos creati sumus, peccato illorū hominum perdidisse? Audis sentētiam, quæ prolata est in primum hominem peccatorē: Spinas & tribulos terra pariet tibi: ad nos etiā pertinere, & negas obnoxios esse peccato, quos eidem cernis obnoxios esse sententiæ. Audis ad paradisum nos, unde decidimus, redire debere, & negas ad nos eorum peccatū, qui soli tunc homines in paradiso fuerant, in quibus & nos fuimus, pertinere. Quid hinc plura? Vide iam utrū sufficiant tibi ex Orientis partibus duo isti tam insignes uiri, & tā clara prædīti sanctitate, & sicut fertur etiam carne germani. Sed dic nō sufficere: Habemus alios oriētales episcopos quatuordecim, Eulogiū, Ioannē, Ammonianū, Porphyriū, Eutonium, Porphyrium, Fidum, Zosimum, Zoboenum, Nymphidiū, Chromatium, Iouinū, Eleutheriū, Clematiū, quos uno loco simul inuentos in istum consessum introducere ualeamus, illos ipsos q Pelagio iudices præsederūt, eūq; ut homines nullo exaltera parte urgēte aduersario putātes catholicum, tanq; catholicū pronunciarūt. Nisi em in eorū conspectu audituq; damnasset eos, qui dicūt q peccatū Adæ ipsum solū læserit, & nō genus humanū, & quòd infantes nuper nati in eo statu sint, in quo Adā fuit ante peccatū, & infantes etiā si nō baptizentur, habere uitam æternā, nullo modo inde nisi dānatus exisset. Quid em uobis prodest, quòd

nescio quas ansas atq; uncos, arte nescio cuius per plexitatis inseritis, ne simplicia pateãt, & clara luceant: Quis enim non uideat, quomodo ista illi iudices accipere potuerũt, scilicet secundũ catholicam fidem, quæ ubiq; paruulos exorcizando & exufflando de potestate eruit tenebrarũ, non sicut exponũtur, uel potius cõponuntur à uobis? Et tamen dicere potuistis, Adę peccatũ nõ propagatione, sed imitatione læsisse genus humanũ, & infantes nuper natos nõ in eo statu esse, in quo fuit Adã ante peccatũ, ꝙ ille præcepti capax fuerit, isti adhuc nõ sint. His nebulis illud iudiciũ se putat illusisse Pelagius, uosq; ad hoc nefas toto capite annuitis, & tot ab illo episcopos irrisos esse ridetis. Sed nunquid infantes etiã si nõ baptizentur, habere uitã æternã ulla calliditate in aliud detorquere, uel ullis folijs ficulneis operire potuistis? Eos em̃ qui hoc dicũt, non potuit apud catholicos iudices nisi damnare Pelagius. Et quod sentiebat, damnauit corã hominibus, dãnari metuens ab hominib. Nam si hoc nõ sentitis, nobis utiq; cõsentitis: Sed quia nobis nõ cõsentitis, illud sine dubitatiõe sentitis. Ac per hoc Oriẽtales uos iudices damnẽt, à quibus Pelagius dãnari timens, eos qui sentiunt ista damnauit, cũ eis quos dãnauit profecto dãnandus, quia id quod negauit ore, corde seruauit. Nã quod uerbis eius anathematizatur, in literis eius inuenit̃. Sed nunc cũ illo non ago: Tu quid dicis, cũ quo mihi nunc res est? Ecce adsunt tot iudices Orientales, leguntur gesta ecclesiastica, quæ apud eos sunt habita. Legit̃ obiectũ esse Pelagio, quòd dicat infantes etiã non baptizatos habere uitã æternã. Legitur Pelagius eos damnasse, qui hoc dicunt. Neq; enim illos iudices aliter potuisset euadere. Nunc ipse quid dicis? Habebunt uitam æternam paruuli etiã si non baptizati ex hac uita emigrauerint, an non habebunt? Si dixeris, habebũt: Pelagij tui te uerba dãnabunt, & illi omnes à quibus timuit ipse damnari. Si autẽ dixeris, non habebunt: quæro qua causa innocẽs imago dei uitæ priuatione punietur, si nullum peccatum ex humana propagatione contrahitur? Si uero cõtrahitur, cur Manichæi dicuntur, qui hoc sentiunt, à quibus Pelagius dãnatus fuisset, nisi hoc se sentire finxisset? Tu interim habes in conspectu, non solum Occidentis, uerumetiam Orientis episcopos. Nam qui nobis deesse uidebant̃, plures Oriẽtis inuenimus. Omnes uno eodemq; modo credunt, per unũ hominẽ peccatum intrasse in mundum, & per peccatũ mortem, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerũt. Qui modus hic est? Vt peccato illius primi unius hominis oms̃ nasci credant̃ obnoxij. Si hoc quod dicit Manichæus, abste dicit̃, istos aspice, istos erubesce, istis parce, uel tibi potius, ne rector & habitator illorũ tibi forte nõ parcat. Si autẽ istos Manichæos esse nõ dicis, nec me poteris inuenire cur dicas. Neq; em̃ me ob aliud esse dicis, nisi qa de peccato primi hominis, cui omnes carnalis natiuitas obligauit, nec inde quenq; nisi spiritalis natiuitas soluit, quod credũt, credo: quod tenẽt, teneo: quod docẽt, doceo: quod prædicãt, prædico. Istis cede, & me nõ cędes. Acquiesce istis & quiescis à me. Postremo si mihi per eos amicus fieri nõ uis, saltẽ peto, ne per me illorũ efficiaris inimicus. Sed quomodo nõ efficieris, si in isto errore permãseris? Quanto ergo melius ut his accedas, ab illo recedas. Tantúmne apud te possunt Pelagius & Celestius, ut à solis ortu usq; ad occasum tot ac tantos catholicæ fidei doctores & defensores, antiquos & nostri ætati cõtiguos, dormientes & manentes, nõ solũ deserere, uerũetiam Manichæos audeas appellare? Miror si hoc aliquãdo ex tuo poterit ore procedere, quod re tamen clamare prauitas tui cõpellit erroris. Sed mirũ si in facie hominis tantũ interuallũ est inter frõtem & linguã, ut in hac causa frons non cõprimat linguã. Sed quid mussites, noui. Dic iã dic, audiamus, in extremo tui operis, de quo nũc agimus, id est, in quarti libri parte nouissima est: Sãctus Ioan nes, inquis, Constantinopolitanus negat esse in paruulis originale peccatũ. In ea quippe homilia, quã de baptizatis habuit: Benedictus, inqt, deus, qui fecit mirabilia solus, qui fecit uniuersa, & conuertit uniuersa. Ecce libertatis serenitate perfruũtur, qui tenebant̃ paulo ante captiui, & ciues ecclesiæ sunt, qui fuerunt in peregrinatiõis errore, & iustitiæ in sorte uersant̃, qui fuerũt in cõfusione peccati. Non enim tantũ sunt liberi, sed & sancti: non tantũ sancti, sed & iusti: nõ solũ iusti, sed & filij: nõ solũ filij, sed & hæredes: nõ solum hæredes, sed & fratres Christi: nec tantũ fratres Christi, sed & cohæredes: nõ solum cohæredes, sed & mẽbra: non tantum mẽbra, sed & tẽplum: nõ tantũ templum, sed & organa spiritus. Vides quot sunt baptismatis largitates. & nonnulli deputant cœlestem gratiã in peccatorũ tantũ remissione consistere. Nos autem honores cõputauimus decẽ. Hac de causa etiã infantes baptizamus, cũ non sint coinquinati peccato, ut eis detur uel addatur sanctitas, iustitia, adoptio, hæreditas, fraternitas Christi, ut eius mẽbra sint. Itáne ista uerba sancti Ioannis episcopi audes tanq; e contrario tot taliumq; sentẽtijs collegarum eius opponere, eumq; ab illorum concordissima societate seiungere, & eis aduersarium constituere? Absit, absit hoc malũ de tãto uiro credere aut dicere. Absit, inquã, ut Constantinopolitanus Ioannes de baptismate paruulorũ, eorumq; à paterni chirographi liberatione per Christũ, tot ac tantis coepiscopis suis, maximeq; Romano Innocẽtio, Carthaginẽsi Cypriano, Cappadoci Basilio, Gregorio Naziãzeno, Gallo Hilario, Mediolanẽsi resistat Ambrosio. Alia sunt in qbus inter se aliquando etiã doctissimi atq; optimi regulæ catholicæ defensores, salua fidei cõpage nõ cõsonãt, & alius alio de una re melius aliqd dicit & uerius. Hoc autẽ unde nũc agimus, ad ipsa fidei pertinet fundamẽta. Quisquis in Christiana fide uult labefactare, quod scriptum est: Per hominem mors, & per hominẽ resurrectio mortuorũ: Sicut enim in Adam omnes moriunt̃, ita & in Christo oms̃ uiuificabũtur: totũ quod in Christum credimus auferre molitur. Omnino & paruulorũ saluator est Christus

Ioannes ep̃i scopus

1. Cor. 15

Christus, Omnino, nisi ab illo redimant peribunt, quoniam sine carne eius, & sanguine uitam habere nō possunt. Hoc sensit, hoc credidit, hoc didicit, hoc docuit & Ioannes. Sed tu eius uerba in uestrū dogma conuertis, Peccata dixit paruulos nō habere, sed propria. Vnde illos innocentes merito nun-
Rom. 9 cupamus, secundū id quod ait Apostolus, Nondū natos nihil egisse boni siue mali, non secundum id
Rom. 5 quod ait, Per unius inobedientiam peccatoris cōstituti sunt multi. Poterat etiam noster Cyprianus hoc dicere de paruulis quod Ioannes, quando quidem ait, ꝙ infans natus nihil peccauerit, & quòd ei remittantur non propria, sed aliena peccata. Comparans ergo eos Ioānes maioribus, quorū propria peccata dimittunt in baptismo, dixit illos non habere peccata, non sicut uerba eius ipse posuisti, nō B coinquinatos esse peccato, dum uis utiq; intelligi, non eos peccato primi hominis inquinatos. Verū hoc non tibi tribuerim, sed interpreti, quanquā in aliis codicibus eandem interpretationem habenti bus, nō peccato, sed peccatis legatur. Vnde miror si nō aliquis ex numero uestro singularem maluit numerum scribere, ut illud acciperetur unum, un
Rom. 5 de dicit Apostolus, Nam iudiciū quidem ex uno in condemnationem, gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Ibi quippe unum, non nisi unum delictū uult intelligi: quo nolentes credi paruulos inquinatos, non eos peccata nō habere qd' ait Ioannes, ne intelligerent propria: uel peccatis, sicut habet in aliis codicibus eadem interpretatio, sed peccato non inquinatos dicere maluistis, ut C unum primi hominis peccatū ueniret in mentem. Sed suspitionibus non agamus, & hicuel scriptoris error, uel uarietas putetur interpretis. Ego ipsa uerba Græca quæ à Ioāne dicta sunt ponā, ὅτι διὰ τοῦτο
Ioannes Episcopus καὶ τὰ νηπία βαπτίζομεν, καὶ τὶ ἁμαρτήματα οὐκ ἔχοντα, Quod est latine, Ideo & infantes baptizamus, quamuis peccata nō habētes. Vides certe nō ab eo dictum esse paruulos non coinquinatos esse peccato, siue peccatis, sed nō habere peccata, intelige ꝓpria, & nulla contentio est. At inquies, Cur non ipse addidit ꝓpria? Cur putamus, nisi quia disputans in catholica Ecclesia, nō se aliter intelligi arbitrabat, tali quæstione nullus pulsabatur, uobis nondum litigātibus securius loquebatur. Nam uis audire quid etiā ipse de hac re apertissime dixerit, D Ecce etiā ipsum numero illi adiungo sanctorū, Ecce inter meos testes, uel inter nostros constituo iudices, quē putasti patronum tuū, Ecce & ipsum dicturus es Manichæum. Ingredere sancte Ioannes ingredere, & cōside cū fratribus tuis, à quibus nulla ratio, nulla tētatio te separauit. Opus est & tua, & maxime tua sentētia, quoniā in tuis literis iste iuuenis inuenisse se putat, unde tot tantorūq; coepiscoporū tuorū se arbitratur percellere & euacuare sentētias. Quòd si uere tale aliqd inueniset, & qd' ipse sentit, te sentire clariusset, nunquā te unū, pace tua dixerim, tot & talib. prę ferre in ea causa possemus, de qua nūquā fides Christiana & Ecclesia catholica uariauit. Sed absit ut tu aliud saperes, & in ea tam præcipuus emineres. Dic ergo & tu aliqd, unde iste iuuenis cōfundat & reuereatur, qui quærit maculā meam, & ignosce mihi, quia cū illi de hac re quid sentias demonstrauero, quæsiturus est & tuam. Dicit em̄ sensum esse Manichæum, credere paruulos indigētes esse Christi liberatoris auxilio, ut à dānatione liberētur, quia ex peccato primi hominis obligati sunt. Ac per hoc cū te hoc sentire cognouerit, aut ipse se corriget ab errore Pelagij, aut et tibi crimē obijciet Manichęi. Sed ut cōsemus ei uerū beneficiū, falsum eius nō curemus opprobriū. Audi iam Iuliane qd etiam Ioannes cū cęteris catholicis doctoribus dicat, ad Olympiam scribens, Quando em̄ Adam peccauit, inquit, illud graue peccatū, & oīe genus hominū in cōmune damnauit, de mœrore pœnas luebat. Itē de resuscitatione Lazari, flebat Christus, inquit, cur usq; ad hoc mortalitas deliquisset, ut excussa de perēnitatibus inferos adamaret. Flebat Christus, ꝙ eos qui immortales esse potuerūt, diabolus fecit esse mortales. Quid dici posset expressius? Quid ad ista respondes? Si Adā grandi peccato suo omne genus humanum in commune damnauit, nunquid nisi damnatus paruulus nascitur? Et per quem, nisi per Christum ab ista damnatiōe liberatur? Si & in Lazaro dicitur excussa de perennitatibus mortalitas inferos adamasse, quis mortaliū nō ad istam culpā casumq; pertineat, quo cecidit primus homo de uitæ perennitate, quam si non peccaret, acceperat? Si diabolus omnes, qui immortales esse poterāt, fecit esse mortales, unde etiam paruuli moriuntur, C si obnoxij peccato primi illius hominis non sunt? Nūquid ergo, nisi per eum in quo omnes uiuificabunt, etiam paruuli de regno mortis eruunt? Tractat idem Ioannes in sermone quodam huiusmodi quæstionem, cur bestiæ uel lędant homines, uel interimant, cū sentētia domini manifesta sit, qua eas homini subdidit, ut earum habeat potestatē? Quā quęstionem sic soluit, ut dicat, ante peccatū oēs bestias homini fuisse subiectas, quòd autem nunc hominibus nocent, pœnam primi esse peccati. Prolixa tractatio est, ideo huic operi non à me inseritur, sed tamen aliquid inde oportet ut ponam. Timemus, inquit, bestias & pauemus, non contradico, Et à principatu decidim⁹, et hoc dico ipse etiā. Sed non hoc ostendit legē dei esse mendacē. Ab initio em̄ non ita res erant dispositæ, sed timebant, & tremebant, & subijciebant domino. Et quoniā à fiducia decidimus, ꝓfecto & ab honore. Vnde hoc manifestum est? Adduxit bestias ad Adam uidere qd eas uocaret, & non resiluit Adam tanquā timens. Et paulopost, Hoc unū, inquit, signū, quòd nō fuerint homini ab initio terribiles bestiæ, secundū aliud isto manifestius, quæ fuit ad mulierē per serpētem disputatio. Si em̄ essent terribiles hominibus bestiæ, non utiq; mulier uiso serpente māsisset, nō accepisset consiliū, non ei cū tanta sermocinaretur fiducia, sed statim ad ipsū & expauisset & resiluisset aspectū. Nunc aūt & disputat & nō timet. Nondū enim erat timor iste, sed quia peccatum ingressum est, ablata sunt ea quæ honoris erant. Itemq; post paululum, Quamdiu quidem, inquit, habebat ad

Augustinus

Ioannes Episcopus

deum fiduciam, terribilis beſtijs erat, ſed qꝫ offendit, extremos etiam cõſeruorũ ſuorum iam pauet. Quòd ſi hoc non eſt, inquit, tu mihi oſtende ante peccatum, quòd terribiles erant hominib. beſtiæ, ſed non habebis. Si aũt poſt tanta ingreſſus eſt timor, tutela domini eſt. Si enim mandato uel quod datum eſt moto ab homine & ſoluto, honor qui ei datus erat à deo, mãſiſſet immobilis, non facile reſurrexiſſet. Nempe manifeſtũ eſt ſanctum Ioannem hac diſputatione monſtraſſe illud, quod per unum hominẽ peccatũ ingreſſum eſt, cõmune omnibus hominibus factũ eſſe peccatũ, quãdoquidem in omnib. terror cõmunis eſt beſtiarũ, quę utiq; nec infantib. parcunt. Quos ꝓfecto ſecundum iſtũ tractatum Ioannis, nullo modo læderẽt, ſiue terrerẽt, niſi eſſent ueteris illius peccati obligatione conſtricti. Dic Iuliane, dic etiã iſtũ, quid enim iam dubitas dicere, Manichæũ, qui tantam naturę cuius innocẽtiã defenditis, fecit iniuriã, & ꝓpagationẽ damnationis aſſeruit. Imò uero cohibe teipſum, ſi quid tibi eſt ſanabilis mentis, & corrige, & aliquando intellige, quomodo potuerit dicere Ioannes paruulos nõ habere peccata. Non ꝙ peccato primorũ hominum non teneantur obſtricti, ſed ꝙ ſua nulla cõmiſerint. Et hoc quidẽ in eadem ipſa homilia ſi totã legiſſes, inuenire potuiſti. Aut ſi legiſti, neſcio quemadmodũ te potuit præterire. Aut ſi præterire non potuit, miror cur te non correxerit, ſi tamen aliqd apud te ualet Ioãnis authoritas. Aut ſi illo ſermone perlecto, eoq; loco eius quem commemoraturus ſum, cognito atq; perſpecto in opinione tua manendum putaſti, ut quid inde uerba quælibet inſeruiſti operi tuo? An forte ut nos tecum legere commoneres, & inuenire unde tuas deprehẽderemus & cõuinceremus inſidias? Quid ẽm apertius, quàm id quod ibi dixit, Venit ſemel Chriſtus, & paternis nos cautionibus inuenit aſtrictos, quas conſcripſit Adam, Ille initium obligationis oſtendit, peccatis noſtris fœnus accreuit.

Auguſtinus

Audiſne hominem in fide catholica & eruditũ & erudientem, diſtinguẽtem debitũ paterni chirographi, quod hæreditariũ nobis inhæſit, ab eis debitis, quorũ per noſtra peccata fœn? accreuit? Audis quid paruulis relaxẽt in baptiſmo, qui nondũ propria debita contraxerunt, nec tamen à paterno chirographo immunes eſſe potuerũt? Verba quippe eius non interpretata ſic leguntur in Græco ꝙ. χειρὶ ἀπαξ ὁ χριστὸς, εὗρεν ἡμῶν χειρόγραφον πατρῶον, ὃπερ ἔγραφεν ὁ ἀδὰμ. ἐκεῖνος τῷ ἀρχῇ ἀσύγαγεν τὸ χρέος, ἡμᾶς γὰρ πλανήσομεν ἡυξήσαμεν τὰς μεταγενεσέρας ἁμαρτίας. Quæ uerbum è uerbo interpretata ſic ſe habẽt, Venit ſemel Chriſtus, inuenit noſtrum chirographũ paternũ, quod ſcripſit Adam. Ille initiũ induxit debiti, nos fœnus auximus poſterioribus peccatis. Nũquid cõtentus fuit dicere, paternũ chirographũ, niſi adderet, noſtrum? Vt ſciremus antequã fœnus peccatis noſtris poſteriorib. augeremus, iam illius chirographi paterni ad nos debitũ pertinere. Lege etiã quẽadmodũ exponat idem ipſe uir ſanctus eundẽ ipſum Apoſtoli locũ ubi ſcriptũ eſt, Per unum hominẽ peccatũ intrauit

Rom. 6

in mũdũ. Ibi enim luce clarius in huius fidei catholicæ ueritate uerſatur. Quod totum qa longum eſt huic operi intexere, pauca inde contingã. Manifeſtum eſt, inquit, quoniam non ipſũ peccatũ, quod ex legis tranſgreſſione, ſed illud peccatũ, qđ ex Adę inobediẽtia, hoc erat qđ omnia cõtaminauit. Et paulopoſt, Regnauit, inquit, mors ab Adam uſq; ad Moyſen, & in eos qui non peccauerunt. Quomodo regnauit? In ſimilitudine tranſgreſſionis Adæ, qui eſt forma futuri, ꝓpterea & forma eſt Chriſti Adam. Quomodo forma eſt aiunt? Quoniã ſicut ille ex ſemetipſo naſcẽtibus, quãuis non manducauerint de ligno, factus eſt cauſa mortis, quæ per cibũ inducta eſt: ita & Chriſtus ijs, qui ex ipſo ſunt, tãetſi nihil iuſte egerint, factus eſt ꝓuiſor iuſtitiæ, quã per crucẽ nobis omnib. condonauit. Alio loco in eodẽ ſermone, Vt cum dixerit tibi Iudęus, inquit, quomodo unius uirtute Chriſti mũdus ſaluatus eſt, poſſis ei dicere, quẽadmodũ uno inobediente Adam, mundus damnatus eſt: quanquam non ſint æqualia, gratia atq; peccatum, neq; paria ſint, mors atq; uita, non ęqualis deus, ac diabolus. Item poſt paululum, Sed non quemadmodũ delictum, inquit, ita & gratia, Si enim unius delicto multi mortui ſunt, multo magis gratia dei, & donum in gratia unius domini Ieſu Chriſti in multos abundauit. Quod eñ dicit, inquit, huiuſmodi eſt, Si peccatum ualuit, & peccatũ unius hominis: gratia, & dei gratia, et nõ ſolum patris, ſed etiã filij, quemadmodum non amplius prævalebit? Multo enim hoc rationabilius. Nam alium pro alio damnari non ualde uidetur habere rationem, alium autem pro alio ſaluari, & decentius magis & rationabiliùs apparet. Si igitur illud factum eſt, multo magis hoc. Itemq; alibi in conſequentibus. Iudicium, inquit, ex uno in cõdemnationẽ, gratia aũt ex multis delictis in iuſtificationẽ. Hoc idem, inquit, qđ dicitur, quoniam quidẽ mortẽ & damnationẽ potuit peccatum inducere, gratia aũt nõ unum illud tantũmodo interfecit peccatũ, ſed etiam poſt illud introeũtia peccata. Et paulopoſt de hocipſo, Quomodo ergo, inquit, plura introducta ſunt bona, & non ſolum illud interfectũ eſt peccatum, ſed etiam omnia reliqua, oſtendit dicens, Gratia aũt ex multis delictis in iuſtificationẽ. Et poſt paululum ait, Primo enim dixit, quoniã ſi unius peccatũ interfecit oẽs, multo magis & unius gratia poterit ſaluare. Poſt hæc autem oſtendit, inquit, quoniã non illud ſolũ interfectũ eſt peccatũ per gratiam, ſed etiam omnia reliqua. Et nõ ſolum peccata interfecta ſunt, ſed etiã & tributa iuſtitia eſt. Et non tantũ ſolum profuit Chriſtus, quantũ nocuit Adã, ſed multo amplius atq; magis. Poſt hæc in eodem cum de baptiſmo ageret, interpoſuit uerba Apoſtoli dicentis, An ignoratis, ingt, fratres, quoniã quicunq; in Chriſto baptizati ſumus, in morte eius baptizati ſumus? Cõſepulti ergo ſumus illi per baptiſmũ in morte. Quid eſt, in morte illius baptizati ſumus? Vt & ipſi moriamur ſicut & ille. Crux enim eſt baptiſma. Quod ergo crux Chriſto & ſepulchrũ, hoc nobis baptiſma factum eſt, tametſi non in eiſdem ipſis

Rom. 6

Universidad de Deusto

ipsis. Ipse nanq; carne & mortuus est & sepultus, A nos autē peccato in utroq; quapropter non dixit, Complātati morti: sed, similitudini mortis. Mors nanq; & hoc & illud, sed non eidem ipsi subiacet. Sed hæc quidē carnis Christi, nostra aūt peccati. Quēadmodū ergo illa uera, & hęc. Nunquid dubitare iam poteris sanctū Ioannem tam longe esse à sensu uestro, quàm nō recedit à sensu catholico? Nunqd in eius disputatione qua exponit Apostoli locū huic quæstioni, quæ inter nos uertit̄ pernecessariū, ubi scriptū est, Per unum hominē peccatū intrauit in mundum, & cętera quæ connexa sunt, alicui redolet, quod uos dicitis, propter imitationē hoc esse dictum, non propter carnalem natiuitatē? Nonne illo uno peccato contaminata dicit esse omnia, & sic illud distinguit à cæteris postea cōmissis introductisq; peccatis, quæ uos dicitis ad imitationem, non ad propaginem pertinere, ut non illatūm, sed hōc & illa per gratiā Christi dicat interfici? Nōne de baptismate Apostoli uerba, ubi ait, Quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte illius baptizati sumus: sic exponit, ut dicat ita eum peccato mori, qui baptizatur in Christo, sicut carne mortuꝰ est Christus, Quia in morte Christi baptizari, nihil est aliud q̄ peccato mori? Cui ergo peccato paruulus moritᵘ, si originale non traxit? An forte non in Christi morte paruuli baptizant̄, cum Apostolus non dixerit quidā, sed quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sumꝰ? An quādo baptizant̄ baptismate Christiano, dicturi estis, quòd non baptizent̄ in Christo: ne uos Episcopus Ioannes sua definitione suffocet, qui dicit hoc esse baptismū eis, qui baptizantur in Christo, quod crux & sepulchrū fuit Christo, ut quemadmodū ille mortuus est carne, sic & istos intelligamus mortuos esse peccato? Ecce cui uiro q̄ magno Christianæ fidei, atq; huius catholici dogmatis defensori, uoluisti uestrū dogma supponere, quasi dixerit, paruulos primi hominis nō inquinatos esse peccato, cū dixerit eos non habere peccata: quę non eum intelligi nisi propria uoluisse, eius tā multa testimonia tamq; manifesta declarant. Quid te igitur adiuuit, quod Ioānis Constantinopolitani tanquam tibi suffragetur testimoniū posuisti? An ut unum uerbum quasi ab eo prætermissū, uelut acuta calliditate captares, & tot uerborum eius quibus obrueris, tam ingentē tibi aggerem cōmoueres? intantū improuidus & incautus, ut nec in ipsa homilia, ubi uix unū de quo male intellecto decepti deciperetis, testimonium reperire potuistis, aduerteres sanctum Ioannem Constantinopolitanum satis euidenter expressisse, omnes homines exceptis debitis proprijs paterni esse chirographi debitores: & tamē posteaquam uerba eius interposuisti, quibus intentionem tuam putasti aliquid adiuuari, sequeris & dicis, Cum igitur liquido clareat hanc sanam & ueram esse sententiam, quam primo loco ratio, deinde scripturarum muniuit authoritas, & quam sanctorum uirorum semper celebrauit eruditio, qui tamen ueritati authoritatem non suo tribuēre consensu, sed testimonium & gloriam de eius susceperē consortio, nullum prudentum conturbet conspiratio perditorū.

Hæc uerba tua quò proficiunt, nisi ut appareat, uel quomodo de hac causa scire neglexeris catholicorum sententias sermonesq; doctorum, uel si eos nosse curasti, qua fraude coneris circumuenire nescientes? Nam de ratione, & sanctarū scripturarū authoritate ut nunc interim taceam, hanccine sententiā, qua negatis peccato primi hominis obnoxios paruulos nasci, sanctorū uirorū semper celebrauit eruditio? Non hoc istis tot tātorumq; sanctorū & eruditorum, quę cōmemoraui, testimonijs indicatur: imò è cōtrario puto, quòd iam uideas quantum te opinio ista fefellerit, si tamen non dolo agis atq; id ante iam noueras. Sed ut melioꝰ de te credā, si nunc primum ista cognoscis, si de peccato primi hominis, quòd eo sint obligati, qui carnaliter generantur infantes, nec eo nisi spiritali regeneratione soluuntur, nunc primum perspicis hoc didicisse & docuisse tot sanctos, quod & nos didicimus & docemus: muta iam istam mentem, obliuiscere huius erroris, & propemodum furoris, quo in tot ac tales patres Manichæum iacularis opprobriū. Si nesciens hoc feciſti, cur nō miseram respuis impericiā? Si sciens, cur non sacrilegā deponis audaciā? Conuinceris undiq;, luce clariora sunt testimonia tanta sanctorū, In quorum conuentum te introduxerim conspice. Hic est Mediolanensis Ambrosius, quē magister tuus Pelagius tāta prędicatione laudauit, ut diceret in libris eius pręcipue fidem lucere Romanam, qui scriptorum inter latinos flos quidam speciosus enituit, ita ut eius fidem & purissimum in scripturis sensum reprehēdere nec inimicus auderet. Hic est & Constantinopolitanus Ioānes, quem tu in numero eruditorū ac sanctorū excellentissimum in hac ipsa tua, cui respondeo disputatiōe posuisti. Hic est Basilius, cuius te uerbis ad id quod nunc agitur nō pertinentibus, putasti aliqd adiuuari. Hinc sunt & cęteri quorū te mouere debet tanta cōsensio. Non est ista, sicut stylo maledico scribis, cōspiratio perditorū. In Ecclesia catholica doctrinæ sanę studijs claruerunt, spiritalib. armis muniti & accincti, strenua cōtra hæreticos bella gesserunt, perfuncti fideliter suæ dispensationis laboribus in pacis gremio dormierūt. Vnum dicis egressum, meipsū significās, qui in se summā prælij sitam optat intelligi. Ecce non ego unus, sed tot ac tāti sancti eruditiq; doctores, tibi pro me uel mecum proq; omnium nostrum & tua ipsius, si sapis salute respondent. Non tibi sicut calumniaris solum populi murmur opponimus, quanquam & ipse populus aduersus uos propterea murmuret, quia non est talis quæstio, quæ possit etiam cognitionem fugere popularem. Diuites & pauperes, excelsi atq; infimi, docti atq; indocti, mares & fœminę nouerunt, qd cuiq; ætati in baptismate remittatur. Vnde etiam matres quotidie toto orbe terrarum non ad Christum tantum, id est, ad unctum: sed ad Christum Iesum, id est, etiam saluatorem cum paruulis currunt. Sed ecce quò te introduxi, conuentus sanctorum istorū non est multitudo popularis

Augustinus

Vetus Italiani

pularis, nō ſolum filij, ſed & patres Eccleſiæ ſunt. A
Pſal. 44 Ex illo numero ſunt, de quibus prędictum eſt, Pro patribus tuis nati ſunt tibi filij, conſtitues eos principes ſuper omnem terram, Ex qua filij regenerati ſunt, ut hæc diſcerent, eius patres facti ſunt, ut docerēt. Quid eſt quod uos gaudere iactas, ꝙ iſta ueritas, quam tu errorem putas, uel putari cupis, de tanta multitudine aſſertorem nō poteſt inuenire, quaſi parua ſit eius aſſertio, ꝙ in hoc fidei firmiſſimo & antiquiſſimo fundamēto ipſa toto orbe diffuſa nō à ſe diſcrepat multitudo? Si autem aſſertores eos flagitas, quorum aliquid etiā literarum inueniri poteſt, illuſtriſq; doctrina eſt: en adeſt aſſertorū eius memorabilis & uenerabilis cōſeſſus atq;
Irenæus conſenſus. Sanctus Irenæus dicit, antiquam ſerpē tis plagam fide Chriſti & cruce ſanari, & ꝙ proto B
plaſti peccato ſuimus tanquā uinculis alligati. Sed
Cyprianus Cyprianus dicit, perire paruulum, niſi fuerit baptizatus, quāuis ei non propria dimittantur, ſed alie-
Reticius na peccata. Sanctus Reticius dicit, ueteris hominis quo per lauacrū regenerationis exuimur, non
Olympius tantum uetera, ſed ingenita eſſe peccata. Sanctus Olympius dicit, uitium de protoplaſto in germine ſparſum, ut peccatū cū homine naſcereē. Sanctus
Hilarius Hilarius dicit, ex peccato eſſe omnē carnem, præter illius, qui uenit in ſimilitudine carnis peccati ſine peccato. Dicit ſub peccati origine, & ſub pecca
Pſal. 50 ti lege natū eſſe, cuius uox eſt, Ego in iniqtate con
Ambroſius ceptus ſum. Sanctus Ambroſius dicit eos, qui baptizati fuerint, paruulos in primordia naturæ ſuæ à malitia reformari. Dicit ſolum ex natis de fœmi C
na ſanctū dominum Ieſum, nulla terrena contagia corruptele immaculati partus nouitate ſenſiſſe. Dicit quòd in Adam omnes morimur, quia per unū hominem peccatum intrauit in mundum, & illius culpa mors omnium eſt. Dicit quod in eius uulnere omne genus occidiſſet humanum, niſi Samaritanus ille deſcēdens uulnera eius acerba curaſſet. Dicit fuiſſe Adam, & in illo fuiſſe omnes, periſſe Adam, & in illo periſſe omnes. Dicit nos cōtagio maculari antequam naſcimur, nec humanum conceptum eſſe iniquitatis exortem, quia cōcipimur, inquit, in peccato parentum, & in delictis eorū naſcimur. Sed & ipſe partus habet contagia ſua, nec unum tantummodo habet ipſa natura contagium. Dicit diabolū fœneratorē, à quo Eua maculata obnoxiæ ſucceſſionis uſuris, omne genus defœnera- D
uit humanū. Dicit à diabolo Euā deceptā, ut ſupplantaret uirum, obligaret hæreditatem. Dicit Adam ita morſu uitiatum eſſe ſerpentis, ut omnes illo uulnere claudicemus. Dicit per corporum uiri & fœminę cōmixtionem neminem expertē eſſe delicti. Qui aūt expers delicti eſt, id eſt dominus Chriſtus, etiam huiuſmodi eſſe cōceptionis expertem. Dicit ſanctus Innocentius, lauacro regenera
Innocentius tionis præteriti uitiū omne purgari, quod per illū accidit, qui libero arbitrio cadēs, in, pfunda demerſus eſt. Dicit, niſi manducauerint carnē filij hominis, id eſt domini, & ſanguinē biberint, uitā paruulos habere nō poſſe. Sanctus Gregorius dicit, me-
Gregorius lius fuiſſe nō excidere à ligno uitæ guſtu amariſſimo peccati, ſed emēdari nos debere poſt lapſum. Dicit nos ex bonis ad triſtia deuolutos, & uult à triſtib. ad meliora reparari, ut quos guſtus ligni uetitus condēnauit, Chriſti crux gratia largiore iuſtificet. Dicit uenerādā eſſe natiuitatē, per quam terrenæ natiuitatis uinculis liberamur. Dicit regeneratione ex aqua & ſpiritu purgari maculas primæ natiuitatis, per quas in iniquitatibus cōcipimur.
Baſilius Dicit tibi ſanctus Baſilius, nos ægritudinē contraxiſſe peccati, quoniā Eua noluit à ligno prohibito ieiunare. Dicit poſtremo nos de paradiſo deciduſſe, qa nō ieiunauimus, atq; ut illò redeam⁹, præcepit ut ieiunemus. Dicūt tibi ore uno tot ſancti Epiſcopi, Eulogius, Ioānes, Ammonianus, Porphyrius, Fidus, Zoſimus, Zoboenus, Nimfidi⁹, Chromatius, Iouinus, Eleutherius, Clematius. Nos Pelagium nō abſoluimus, niſi qa dānauit eos, qui dicunt paruulos etiā ſi non baptizentur habere uitā æternam. Iam tu reſpōde, utrum deus iuſtus nulli obnoxiā peccato imaginē ſuam priuare uita poſſit
Ioannes Epiſcopus æterna? Poſtremo ſanctus Episcopus Ioānes dicit, quem tu honorabiliter cōmemoraſti, quē tu ſicut ſanctum eruditūq; laudaſti, quem tu teſtimonium & gloriam de cōſortio ueritatis ſuſcepiſſe dixiſti: etiam ipſe dixit, Adam ſic peccaſſe illud graue peccatū, ut omne genus humanum in cōmune damnaret. Dixit in Lazari morte ideo fleuiſſe Chriſtū,
Ioan. 11 quia de perennitatibus excuſſa mortalitas inferos adamauit, & qa eos qui immortales eſſe poterant, diabolus fecit eſſe mortales. Dicit ante peccatum primi hominis omnimodo beſtias homini fuiſſe ſubiectas, poſteaquam uero peccatum illud intrauit, cœpiſſe à nobis beſtias formidari. Vſqueadeo peccatū illud primi hominis intelligi uoluit ad omnes homines pertinere, ubi quis nō uideat eſſe cōſequens, ut nulla beſtiarum paruulos læderet, niſi & ipſos illius peccati uinculo natiuitas carnalis obſtringeret? Dicit in eodem ſermone, ex quo tu incautus obrepere uoluiſti, quòd nos Chriſtus inuenerit in paterno chirographo noſtro quod ſcripſit Adam, & poſteriorib. proprijs debitis obligatos. Exponit Apoſtoli locum in quo tota iſta cauſa cō
Rom. 5 ſiſtit, ubi ſcriptum eſt, Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & cætera huic ſententiæ cohærentia. Nec in tā prolixa ſua diſputatione qd⁹ dicitis, dicit non propagatione generis hoc peccatum in omnes homines, ſed imitatione tranſiſſe: imò è contrario q̄ ſe res aliter habeat in coepiſcoporum ſuorum ſententijs non diſſentiendo demōſtrat. Dicit ēm omnia peccata primi hominis eſſe contaminata, & ne hoc non generatione carnali, ſed imitatiōe mortali factum putetur, dicit Adam propterea dictum formam futuri, quia ſicut ille ex ſemetipſo naſcētibus, quāuis non manducauerint de ligno, factus eſt cauſa mortis, quæ per cibum inducta eſt: ita & Chriſtus ijs qui ex ipſo ſunt, tāetſi nihil iuſte egerint, factus eſt prouiſor iuſtitiæ, quā per crucem nobis omnibus condonauit. Dicit Iudæum negantē uirtute unius Chriſti, mūdū poſſe ſaluari, de ipſius primi hominis peccato refutandū, quo uno inobediente dānatus eſt mundus. Dicit

cit non ualde uideri habere rationem, ut alius pro alio damnetur, & tamẽ factum esse per Adam. Vnde magis persuadet esse credendum, quod decentius & rationabilius apparet, saluari aliũ pro alio, quod impletur in Christo. Quis autem non uideat si peccatum primi hominis non propagatione sed imitatione per omnes homines pertransiit, neminem pro alio, sed suo damnari unumquenq; peccato, quod non alius in eo generando transmisit, sed ipse imitando sua uoluntate cõmisit? Dicit per gratiã non illud unum tantũmodo primi hominis, sed etiam post illud introeũtia interfecta esse peccata. Vbi satis utiq; distinguit peccata posteriora, quæ dici possunt imitatione commissa, ab illo uno, qd̃ propagatione pertransiit: & ostendit utraq; interfecta esse per gratiam, ut secũdum Apostoli intentionem plus appareat profuisse regeneratio, q̃ nocuerat generatio. Sic em̃ exponit quod dictum est, Et non sicut delictum, ita est & donum. Nam iudicium quidem ex uno in condemnationem: gratia autem ex multis delictis in iustificationem. Qua sentẽtia imitatio illa uestra, quod est nouitium Pelagiani erroris machinamentum, Paulo Apostolo scribente, & Ioanne Episcopo exponente subuertitur. Dicit etiam de ipso baptismo, exponẽs quod ait Apostolus, Quicunq; baptizati sumus in Christo, in morte ipsius baptizati sum⁹, nihil esse aliud in morte Christi baptizari, quàm peccato mori, sicut ille mortuus est carne. Vnde necesse est, paruuli aut in Christo baptizentur, aut si baptizantur, in morte eius baptizentur, ac sic peccato ipsi quoq; moriantur, & quia non habent proprium, ab alieni illius, id est, originalis, quod omnium cõmune factum est, cõtaminatione mundentur. His tot ac tantis molibus uirorum sanctorũ doctorumq; uallatus, adhuc causam nostram putabis nullum assertorem de tanta multitudine inuenire potuisse? An tantam consensionem sacerdotum catholicorum, conspirationem dicturus es perditorum? Nec sanctum Hieronymum, quia presbyter fuit, contemnẽdum arbitreris, qui Græco & Latino insuper & Hebræo eruditus eloquio, ex Occidentali ad Orientalem transiens Ecclesiam, in locis sanctis atq; in literis sacris, usq; ad decrepitam uixit ætatẽ. Hic omnes uel penè oñes qui ante illum ex utraq; parte orbis de doctrina Ecclesiastica scripserãt, legit, nec aliã de hac re tenuit prompsitq; sententiã. Qui cum exponeret Ionam Prophetam, apertissime dixit, quòd etiam paruuli peccato offendẽtis Adam tenentur obnoxij. Ita ne tuum sic amabis errorem, in quem iuuenili confidentia & humano lapsu incautius decidisti, ut ab istis catholicę unitatis & ueritatis sacerdotibus, ex diuersis orbis terrarum partibus tanta inter se fidei cõcordia congruentibus, in tam magna causa, ubi Christianę religionis summa consistit, non solum dissentire, sed eos audeas Manichæos insuper nuncupare. Quod si hoc non facis, nec mihi hoc iuste facis, quem cernis in eadem causa disputationibus meis, quibus aduersus me ferociter irritaris, illorum secutum fuisse uestigia. Si autem me solum tali aspergis opprobrio, non ob aliud, nisi quia de peccato primi hominis quod sentiũt, sentio: quod tenent, teneo: quod prædicant, prædico: quis te non uideat in me apertum iactare conuitium, de illis occultum quidem, sed tamen simile habere iudicium? Et tamen consideratis, ut alia taceam, uel Ioannis Episcopi uerbis de nostro paterno chirographo, quod scripsit Adam, quæ uerba in eo sermone, unde quod uoluisti, ptulisti, inuenisse te credo: uel Episcopi Ambrosii, quòd de cõmixtione maris & fœminæ nullus potest expers esse peccati: quæ in meo libro legisti, sed in tuis attingere timuisti, etsi coram hominibus sit dura frons tua, erubescit coram deo mẽs tua. Ego quidem pro dilectione, quæ mihi est erga te, quã deo propicio quibuslibet conuitijs adsit ut de medullis mei cordis extirpes, mallem fili Iuliane, ut iuuentute meliore atq; fortiore te uinceres, & animositatẽ quid aliud q̃ humanam, qua cupis tuam qualiscũq; sit, quoniam tua iam facta est, prævalere sententiam, potentiore pietate superares. Et sicut Polemo luxuriæ coronis sensim capite detractis, eisq; abiectis, manũ pallio subdidit, os & uultum formauit ad uerecundiã, ad extremum totum se illi, ad quem deridendum uenerat, discipulũ tradidit: sic & tu loquentib. tibi tot uenerabilibus uiris, maximeq; Episcopo Ambrosio integritate catholicæ fidei, etiã tui mali doctoris & deceptoris ore laudato, & Episcopis Basilio & Ioãne, quos tu quoq; in sanctis eruditis ueridica attestatiõe posuisti, tanq; coronas ebriosorũ abijceres laudes Pelagianorũ, quibus tanq; magnus eorum defensor extolleris: & stylum, ut mitius dixerim, contumeliosum non tanq; pallio pudoris abscõderes, sed tanq; manu emendatiore confringeres: tuumq; pectus ueritate complendum, non Platonico Xenocrati, sed istis sacerdotibus Christianis, uel potius in eis ipsi domino Christo, non uelut qui nunc primum ueneris, traderes, sed uelut q̃ recesseras, redderes. Quod si tibi consilium meum displicet, age ut placet. Ego enim et si correctus fueris, in quo maiora uota mea sunt, abũdantius cumulati⁹q; gaudebo: & si, quod abominor, in hac prauitate permãseris, ex opprobrijs tuis fructuosum habebo, & pro me cœlestis mercedis augmentum, & de te misericordis doloris aculeum

Sed quoniam iam ostendi quot & quales & quãtos uiros fidei catholicæ defensores atq; doctores falsos facias Manichæos, audi iam parumper, inerudita temeritate quãtum ueros adiuues Manichæos. Hoc enim me secũdo loco disputationis meæ demonstraturum esse promisi. Manichęi, quod etiam te satis nosse indicasti, duas naturas, unam boni, alteram mali ex diuersis atq; inter se aduersis coæternisq; principijs, uanitate sacrilega nephãdi erroris inducũt. Contra quos catholica fides tantummodo sine initio naturam prædicat, summi scilicet atq; incommutabilis boni, hoc est illi⁹ ineffabilis trinitatis: à quo summo, ut dictum est, atq; incõmutabili bono uniuersam conditam dicit esse creaturam: naturasq; omnes bonas, quamuis impares creatori, quia ex nihilo creatas, ideoq; mutabiles: ita ut oñino nulla natura sit

Hieronymi probata eruditio

Hieronymus super Ionam

Quàm Pelagiani adiuuent Manichæos

Caput III

Universidad de Deusto
Biblioteca

ra ſit, quæ non aut ipſe ſit, aut ab ipſo facta ſit, ut A quantacunq; aut qualiſcunq; natura ſit, & inquantum natura eſt, bonum ſit. Quærunt itaq; à nobis, unde ſit malum, Reſpondemus ex bono, ſed non ſummo & incommutabili bono. Ex bonis igitur inferioribꝰ.atq; mutabilibꝰ.orta ſunt mala. Quę mala licet intelligamus non eſſe naturas, ſed uitia naturarũ, tamẽ ſimul intelligimus ea, niſi ex aliqbus & in aliquibus naturis eſſe non poſſe, nec aliquid eſſe malum, niſi à bonitate eſſe defectũ. Sed cuius defectũ, niſi alicuius ſine dubitatiõe naturæ? Quia & ipſa uoluntas mala, non niſi alicuius uoluntas eſt profecto naturæ. Et angelus q̃ppe & homo naturæ ſunt, Non enim poteſt eſſe nullius uoluntas, quãdo eſt uoluntas, Et tantũ ualent eædem uolun tates, ut earũ naturarum, quarum ſunt, faciant qua B litates. Nam ſi quæratur, qualis ſit angelus uel homo malę uoluntatis, rectiſſime reſpõdetur malus, magis accipiens qualitatis nomen ex uolũtate mala, quam ex natura bona, Quoniam natura eſt ipſa ſubſtantia & bonitatis & malitiæ capax. Bonitatis capax eſt, participatione boni à quo facta eſt, Malitiam uero capit non participatione mali, ſed priuatione boni, id eſt, non commiſcetur naturæ, quæ aliquid malum eſt, quia nulla natura inquantũ natura eſt, malum eſt, ſed quia deficit à natura, quę ſummum atq; incõmutabile eſt bonum, ꝓpterea quia nõ de illa, ſed de nihilo facta eſt, Alioquin nec malam uoluntatem habere poſſet, niſi mutabilis eſſet. Mutabilis porrò natura non eſſet, ſi de deo eſſet, non ab illo de nihilo facta eſſet. Quapropter bono C rum author eſt deus, dum author eſt naturarum, Quarum ſpontaneus defectus à bono, nõ indicat à quo factæ ſunt, ſed unde factæ ſunt, Et hoc non eſt aliquid, quoniam penitus nihil eſt, & ideo non poteſt authorem habere quod nihil eſt. Quapropter ſicut aduerſatur catholicæ fidei Manichæus, hoc eſt fidei ueritatis, ueræq; pietatis, qui bonũ & malum ſic inter ſe dicit eſſe contraria, ut non naturam, cum deficit à bono, dicat fieri malã, ipſumq; defectum eius, eſſe malum eius, ſed potius ipſum malum dicat eſſe naturã, & quod eſt inſanius, ſine initio ſempiternã, eamq; appellat corpꝰ & ſpiritũ, corpus uidelicet, unde ſpiritus operetur, ſpiritum uero, qui operetur ex corpore: ita hũc aduerſariũ fidei dici non poteſt quãtum adiuuet, qui mala ex bonis oriri negat, & in eundem ſenſum accipit qđ D
Matt. 7 ait dominus, Arbor bona fructus malos non facit: cum ille magiſter deus, non utiq; naturam conſtituat arborem, ex qua fructus de qua loquebatur, exiſtat, ſed uoluntatem ſeu bonam ſeu malam, fructus autem opera, quæ nec bona uoluntatis malæ, nec mala poſſunt eſſe uolũtatis bonæ. Hoc eſt em̃ quod ait, Arbor mala fructus bonos non facit, & arbor bona fructus malos non facit: tanquam diceret, Nec opera bona uoluntas mala, nec mala opera facit uoluntas bona. Nã ipſarũ arborũ, id eſt, ipſarum uoluntatum ſi quærantur origines, quæ occurrunt niſi naturæ, quas bonas deus condidit? Ac per hoc ex bonis orta ſunt mala, non ex bonis uoluntatibus opera mala, ſed ex bonis naturis uoluntates malæ. Quid ergo ſic optat audire Manichæus, niſi ex bonis mala eſſe non poſſe, ut quoniam negari non poteſt eſſe mala, nihil reſtet niſi ut ex malo ſint, ſi ex bonis naturis eſſe non poſſunt? Ac ſic ſine initio habeant originẽ ſuam mala naturam mali, quæ ſine initio ſemper fuerit, & ſint duæ naturæ, una boni, altera mali. Neceſſe eſt enim ut aut nulla ſint mala, aut ex bonis naturis ſint, aut ex malis. Si dixerimꝰ nulla eſſe mala, fruſtra dicimus deo, Libera nos à malo. Si autem dixerimus non Matt. 6 oriri mala niſi ex malis, Manichæa peſtilentia triũphabit, totũq; uaſtabit, & ipſius dei tanquã mutabilem naturã malæ naturę commixtione uiolabit. Relinqtur ergo, ut mala ex bonis eſſe fateamur, quia ſi hoc negauerimus, ex malis erunt, & Mani Iulianus chæis utiq; ſuffragabimur. Tu itaq; ubi dicis, cũ ſecundum ſententiam Euangelij, ex fructibus ſuis arbor debeat cognoſci, hic audiendus putetur, qui dicit bonum eſſe coniugium, de quo nihil aliud, Augustinus quàm malũ prodire definit: Vis utiq; arborem bonam cõiugium deputari, de qua uelut fructum malum naſci non uis, hominem contagio peccati originalis obſtrictum: nec uides neceſſe tibi eſſe adulterium cõſtituere arborem malam, ſi coniugium eſt arbor bona. Ac per hoc ſi de coniugio qui naſcitur, cõiugij fructus eſt, & ideo debet eſſe ſine uitio, ne fructus malus naſcatur ex arbore bona: ſequitur, ut qui de adulterio naſcitur, non debeat naſci ſine uitio, ne fructus bonus naſcatur ex arbore mala, quoniã dominus nec à bona arbore fieri fructus malos, nec à mala bonos, diuina authoritate definit. Vt ergo hinc exeas, quia nec de adulterio dicis hominem naſci poſſe cum uitio, negabis adulterium eſſe arborem malam, ne ille qui ſecundum te ſine uitio de adulterio naſcitur, contra definitionem domini, bonus fructus naſci de mala arbore uideatur. Nega ergo etiam cõiugium eſſe arborem bonam, & erraſſe te ut hoc diceres, confitere. Sed dicturus es, nõ de adulterio naſci hominẽ, qui per adulterinum concubitũ gignitur. Vnde igitur? De natura, inquis, humana quæ in adulteris quoq; dei opus eſt, non ipſorum. Cur ergo eodem modo non intelligis, nec de coniugio naſci hominem, qui per concubitũ gignitur coniugalem, ſed de natura ſimiliter humana, quæ in coniugibus quoq; dei opus eſt, non ipſorum: atq; ita bonitati non tribui nuptiarũ, quod malũ naſcentes trahunt de uitio naturæ, ſicut non tribuitur iniquitati adulterorum, quod bonum naſcentes trahunt de inſtitutione naturæ? Tu autem intelligis arborem bonam, non quã Chriſtus intelligi uoluit, id eſt hominis uoluntatem bonã, ſed ipſum opus dei, id eſt, hominem, uel nuptias, uel naturã. Et quia bona ſunt hæc opera dei, malum inde nõ poſſe dicis exiſtere, quia malum fructum bona arbor nõ poteſt facere. Ac ſic aduerſus te ratiocinationem ſuam concludit pro ſuo dogmate Manichæus, quẽ uerbis iſtis tuis ſic adiuuas, ut nihil magis optet audire, q̃ mala ex bonis eſſe non poſſe: hoc em̃ accepto, infert & dicit tibi, Si malũ eſſe non poteſt ex bono, unde erit, niſi ex malo? Nec; em̃ mala per ſeipſa repẽte

authore

Universidad de Deusto
Biblioteca

authore nullo exiſtere potuerunt. Tu autem dicis malum ex bono eſſe non poſſe, ne contra Euangelij ſententiam, arbor bona faciat fructus malos. Remanet, inqt, ut mali naturа fuerit ſempiterna, quæ potuerit mala generare, quia ex bonis ea nō poſſe fateris exiſtere. Placetne tibi iam mutare ſententiam, quā non Manichæis fauendo, ſed quid loquaris neſciendo, ad adiuuādā Manichæorū peſtilentiam protuliſti? Quomodo enim diceret Chriſtus,
Matt. 12 Aut facite arborē bonā & fructum eius bonū, aut facite arborem malā, & fructus eius malū: quando quidem hoc dicebat hominibus, quos ipſe creauerat: ſi ex eius opere bono, quod eſt homo, malū nō poſſet exiſtere: ſicut tu ſapis, arborē bonam cōſtitues bonū opus dei, id eſt, nuptias hominū, uel naturam, & ideo dicēs, malū inde naſci non poſſe, qa ſi ex bono malum naſci dixerimus, reſiſtemus, ut
Matt. 7 putas, ei q dixit, Arbor bona fructus malos nō facit: cum ſcias ex angeli & hominis naturis bonis, quas nulli parentes mali genuerant, ſed deus ſumme bonus de nullis parentibus fecerat, nō fructus malos, ſed ipſas malas arbores extitiſſe, ex quibus fructus naſcerent mali? Dominus aūt Ieſus et Manichæos uincit, qa unus homo, hoc eſt una natura poteſt utrāq; arborē facere: & te uincit, qa ex natura bona poteſt mala arbor exiſtere. Ex quo falſum eſſe monſtratur, qd' in Manicheorū ſuffragium dicis, mala ex bonis eſſe non poſſe, ut niſi ex natura mali, quā nefarius illorū error indicit, non putent mala eſſe potuiſſe. Neq; em uno tantum loco tibi ex Euangelio arborē bonam cōmemorandam putaſti, ſed aliis etiā locis diſputatiōis tuæ iſta peruerſitate ſuffragatus es Manichęis. ſicuti eſt illud, ubi rurſus dixiſti, trahi peccatū per naturā non poteſt, quia per opus dei opus diaboli tranſire nō ſinitur. Ad quod tibi ego reſpondeo, quomodo in opere dei opus diaboli manere ſinit, ſi per opus dei tranſire non ſinitur? Quis enim putet peius eſſe ut illic maneat, quàm ut illinc tranſeat? Quæris fortaſſe, quomodo opus diaboli maneat in opere dei. Noli alibi quærere, ipſum diabolū recole opus dei eſſe, naturа utiq; angelica, Inuidia uero opus eſt ipſius diaboli, quod opus & proceſſit ex illo, & manet in illo. uanū eſt igitur quod dixiſti, opus diaboli per opus dei nō tranſire, ubi perſpicis & manere. Manichæus autem quantas tibi gratias agat, itáne nō dum reſpicis? nondum expergiſceris? Laborat enim Manichæus, ut oſtēdat ex bono dei opere malum oriri non poſſe, ut quod ipſe uult, malum niſi ex malo eſſe non poſſe credatur. Hic tu mirabilis eius adiutor, per opus, inquis, dei malum tranſire non ſinitur, ut ille tota facilitate concludat, multo minus inde oriri poſſe, per qd' nec tranſire permittitur. Audi tale aliud, imò grauius, ubi Manichęis identidē ſuffragaris. Euanuit, inquis, originale peccatum, qa non poteſt mala radix in eo qd' donum
Gen. 2 dei uocas, locari. Quod ego uide q; manifeſta ueritate conuincā. Nōne ſenſus hominis donū dei eſt? Et tamē ibi locauit inimicus ſeminator radicē mali, quando peccatū homini ſerpentina fraude perſuaſit. Niſi enim radicem mali humanus tunc reciperet ſenſus, nullo modo male ſuadenti accōmodaretur aſſenſus. Quid dicam de radice omniū malorū auaritia? Et ubi eſt hæc, niſi in hominis anima? Et quid eſt hominis anima, niſi donum dei? Quomodo ergo tu dicis, niſi non conſiderando quid dicas, radicem mali locari nō poſſe in dono dei? Sed Manichęus cui per iſtas inconſideratas ſententias tuas plurimū ſuffragaris, qd tibi dicat attende. Si etiam eſſe rationalē creaturā, dei donū eſt, & dicis locari non poſſe radicem mali in dono dei, quanto probabilius dicitur, oriri non poſſe radicem mali ex dono dei? Ac ſic te ſuffragatore introducit Manichæus, radicem mali ex illa quam nō à deo creatam, ſed deo coæternam fingit naturam mali. Quoniā ſi dixeris ex libero arbitrio naturæ bonæ à deo creatæ, ortam mali radicem, qd' catholica ueritas dicit, illis uerbis tuis te facillime ſuperat, ubi ais, radicem mali locari non poſſe in dono dei, quia & liberum arbitriū proculdubio eſt donū dei. Ac per hoc cum mali radicem in dono dei locari nō poſſe dixiſti, Manichæo qd contra te diceret, tu dediſti. Quia ſi non poteſt in bono locari malum, quod tu dicis mihi: multo min⁹ poteſt oriri ex bono malū, quod ille dicit tibi. Ac ſic concludet, non eſſe malū niſi ex malo: ubi uictor uidebitur ſibi, & erit profecto, niſi & illi reſiſtatur & tibi. ueritas ergo fidei catholicæ in his uerbis ueſtris ideo uincit Manichæum, quia uincit & teipſum. Nam ſi te non uinceret dicentem, nō poſſe in dono dei locari radicē mali, multo minus Manichæum poſſet uincere dicentem, non poſſe ex dono dei oriri radicem mali. Sed ut uincat ambos, nec aliunde oriri, nec alicubi eſſe poſſe dicit radicē mali, niſi ex natura & in natura rationali, cui eſſe naturam rationalem, non eſt niſi donum dei. Sed quoniam à ſummo atq; incommutabili bono de nihilo facta eſt, ut eſſet quamuis mutabile, tamē bonū, deficere à bono, à quo facta eſt: hæc eſt ex illa, uel in illa radix mali, qa nihil eſt aliud malum, niſi priuatio boni. Iam porrò ubi dicis, rerum ratio nō ſinit, ut de bono malum, & de iuſto iniquū aliquid proferatur, prorſus Manichæorum uerba dicis, hoc enim aſſerunt, nō poſſe malum proferri niſi de malo, & ibi tota eorū nefanda ſecta conſiſtit, quia prius contendunt malum proferri nō poſſe de bono. Quod ſi eis te authore conceſſerimus, nihil nobis penitus remanebit, unde illorū nefaria dogmata redarguere ualeam⁹. Hoc eſt aūt iniquum de iuſto, qd' eſt malū de bono. Catholica igitur fides, ut & tibi & illis reſiſtat, hoc dicit, nō prolatū eſſe malū niſi de bono, & iniquū niſi de iuſto. Quia prius angelus & homo, de quibus iſta plata ſunt, boni erant utiq; & iuſti. Nō igit reſiſtimus Manichæis, niſi obtineamus, nō eſſe mala orta niſi ex bonis: nec ea mala ſubſtātias eſſe, ſed ſubſtantiarum uitia creatarum, quibus deficiunt à bono quoniā mutabiles ſunt, eo q; ex nihilo factæ ſunt. Hæc eſt doctrinæ catholicæ ſanitas, qua Manichææ peſtilētiæ uirus expellit. Vnde ille doctor meus, tui etiā mali doctoris ore laudatus Ambroſius, in eo lib. quē de Iſaac & anima ſcripſit: Quid ergo eſt, inquit, malitia, niſi boni indigentia? Et ite

Ambroſius in libro de Iſaac et anima ca. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

rum ait, Ex bonis igit̃ mala orta sunt. Nō em̃ sunt mala, nisi quæ priuantur bonis, per mala tamen factum est, ut bona eminerēt. Ergo indigentia boni, radix malitiæ est. Vides quàm uera catholicæ fidei ratione redarguit beatus Ambrosius Manichęos. Vides quemadmodū eos, quāuis in eadem disputatione non nominauerit, tamen ista sententiarum ueritate ac breuitate conuicerit. Ecce cui homini dei ꝓpter originale peccatū, quod catholicus catholice asseruit, obijcis nomine Manichæorū instinctu maledici furoris opprobriū, q̃ cōtra suffragiū, quod eis tu præstas, tam inuictū ad eos debellandos, catholicis disputationibus præbet auxilium. Ille quippe aduersus Manichæos clamat, Ex bonis mala orta sunt: & aduersus eum pro Manichæis tu reclamas, Necesse est malum esse, ex quo & per qd̃ malus fructus apparuit, & per opus dei opus diaboli transire non sinitur, & in dono dei radix mali locari non potest, & rerum ratio nō sinit, ut de bono malum, ac de iusto iniquū proferatur.

Iulianus

Hæc clamas pro Manichæis contra uocem per sacerdotem dei prolatā catholicæ ueritatis, ut si tu audiaris Manichæi uincant, ut alia taceā, dicētes, Si rerū ratio non sinit, ut de bono malum aliquid proferatur, non ergo ex bonis sicut dicit Ambrosius, sed sicut nos dicimus, ex mali natura orta sunt mala. ecce in quantā uoraginē decidisti male intelligendo dominū dicentē, Arbor bona fructus malos non facit: cum hoc non sit dictū de natura, uel de nuptijs, quas instituit deus, sed de uoluntate hominis bona, à qua nō fiunt opera mala. Sed ne forte uel tu, uel quispiam dicat: quomodo de arbore quam facit homo, id est uoluntate bona non fiunt fructus mali, & de natura, quam fecit deus, ipsa quæ faciat fructus malos, nascitur arbor mala: quasi aliquid melius faciat homo, unde non possit malus fructus existere, q̃ est illud quod facit deus, unde possit mala arbor existere? Ne quis ergo sic erret, audiat diligēter Ambrosium dicentē, Quid est malitia, nisi boni indigentia? Non enim sunt mala nisi quæ priuantur bonis, quia indigētia boni, radix malitię est. Et hinc intelligat ideo esse arborem malam, uoluntatē malā, quia defectus est à summo bono, ubi bonum creatū bono creante priuatur, ut sit in eo radix mali, nil aliud q̃ indigentia boni. Arbor aūt bona ideo est uoluntas bona, qa per ipsam conuertit̃ homo ad summū atq; incōmutabile bonum, & implet̃ bono, ut faciat fructū bonum. Ac per hoc deus author est omnium bonorū, hoc est & naturæ bonę, & uoluntatis bonæ, quam nisi deus in illo operetur, non facit homo, qa præparatur uoluntas à dño. Sed iam ordinē dispositionis meę uideo postulare, ut faciam deo donante, qd̃ tertio loco me facturum esse promisi, hoc est ut catholicorum, qui fuerunt ante nos Episcoporū sentētijs, quascunq; rebus de quibus agitur, congruētes potero reperire, uitreas argutias tuas, et fragilia, quibus tibi multū uideris acutus & nitidus, argumenta cōfringā. Quod ab alio aggrediemur exordio, hic istius libri prolixitate concluſa.

Augustinus

Matt. 7

Ambrosius

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum, Liber secundus.

NVNC iam mihi aggrediendum est, quod tertio loco posui disputationis meæ, ut sententijs Episcoporum, qui scripturas sanctas ingenti gloria tractauerunt, tua Iuliane, domino adiuuante, machinamenta subuertam. Non ut eos ostendam secundum catholicam fidem de originali sensisse peccato, hoc enim iam primis huius operis partibus feci, ut inde monstrarem, quot & quantis uiris Ecclesiæ, sanctis clarisq; doctoribus, Manichæorum crimen impingas: & cū me cupis apud imperitorum decolorare iudicia, eos qui catholicam fidē contra hæreticos defenderunt, hæresis nefariæ nomine accuses. Sed nunc argumenta ipsa uestra quibus agitis, ne hominū prima natiuitas originali peccato credat̃ obstricta, eloqis sunt redarguenda sanctorum. Quos oportet, ut populi Christiani, uestris ꝓphanis nouitatib. anteponāt, eisq; potius eligant adhærere q̃ uobis. Hæc sunt certe uelut capita argumentorum, quasi formidanda uestrorū, quibus terretis infirmos, & minus q̃ cōtra uos expedit, sacris literis eruditos. Dicitis enim nos asserendo originale peccatū, diabolum dicere hominū nascentium conditorem, damnare nuptias, negare in baptismo dimitti uniuersa peccata, deum crimine iniquitatis arguere, desperationem perfectionis ingerere. Hæc quippe omnia cō sequentia esse cōtenditis, si credamus nasci paruulos, peccato primi hominis obligatos, & ob hoc esse sub diabolo, nisi renascant̃ in Christo. Diabolus em̃ creat dicitis, si ex hoc uulnere creātur, qd̃ diabolus naturæ, quæ primum condita est, *inflixit* humanę: & dānantur nuptiæ, si aliquid, unde damnabiles generantur, habere credantur: nec omnia peccata dimittuntur in baptismo, si aliquod in baptizatis coniugibus remanet malum, ex quo generentur mali. Quemadmodum autem non est iniquus deus, qui cum baptizatis dimittat peccata propria, paruulum damnat, quia cum ab illo crearetur, nesciens nec uolens etiam ex illis parētibus, quibus remissa fuerant, traxit aliena. Nec uirtus, cui uitiositas intelligitur esse contraria, posse creditur perfici; qa ingenerata uitia incredibile est posse consumi, quæ iam nec uitia deputanda sunt, Nō enim peccat qui non potest aliud esse quàm creatus est. Hęc si fideli diligētia quęreretis, nec ea quę catholicę fidei ueritate atq; antiqtate fundata sunt, infideli oppugnaretis audacia, in ea quæ abscondita sunt sapientib. & prudentibus, & reuelata sunt paruulis, nutriti Christi gratia ueniretis. Multa enim multitudo dulcedinis domini, quam profecto non inuidit, & tamen abscondit timentibus eum, perfecit aūt sperantibus, nō in seipsos, sed in eum.

Quæ obiciũt Pelagiani

Catholicorum sententia

Nos ergo dicimus quod ea fides habet, de qua scriptum est, nisi crediderit non intelligetis: nec

Esa. 7

diabolum

Universidad de Deusto
Biblioteca

diabolum,sed deum uerum & uere bonum esse ho minum conditorem,munda de immundis ineffabi liter operantē,quamuis hominū nemo mūdus na scatur, & ideo donec mūdetur spiritu sancto, sub spiritu immundo esse cogatur, Nec quantācunq; immunditiā naturarū,ullum crimen esse nuptiarū: bonum quippe discernitur proprium nuptiarū, à quolibet uitio naturarū, Nec ullius reatum rema nere peccati, qui non ea, quæ in Christo fit, rege neratione soluatur,quāuis infirmitas restet,contra quam in seipso cōstitutam, regeneratus si proficit pugnet.Nec iniquus est deus,cū peccatis,siue ori ginalibus siue propriis digna retribuit:magisq; ini quus aut infirmus ostenditur, si iugū graue super Eccl. 40 filios Adam,à die sicut scriptum est, natiuitatis eo rum usq; in diem sepulturæ,in matre omnium,sub quo iugo imago eius atterit, aut ipse nullo uel ori ginali uel proprio præcedēte peccato,aut quilibet alius ipso imponit inuito. Nec perfectio est despe randa uirtutis,per eius gratiam,qui ex origine uiti atam mutare potest & sanare naturam. Aggrediar igitur implere pollicitationē meā. Nec ista quinq; argumenta uestra, ex quibus cuncta connectitis, quæ in hac quæstione aduersus catholicam fidem multipliciter disputatis,singillatim testimonijs san ctorum refutanda suscipiam, sed quantum potue rit eorum percuti & dejci, etiam cum à me de lite ris catholicorum Episcoporum singula proferen tur,tantum percutietur atq; dejcietur, siue unum eorum,siue duo,siue plura,siue omnia,sicut ualue rit quod profertur. Veluti est illud in libro quem de arca Noe cōscripsit beatus Ambrosius, Per u- Ambrosius de arca Noe num,inquit,dominum deum salus uentura natio nibus declaratur, qui solus potuit iustus esse, cum generatio omnis erraret, nisi natus ex uirgine gene rationis obnoxiæ priuilegio minime teneretur.Ec Psal. 50 ce,inquit,in iniquitatibus conceptus sum,& in de lictis peperit me mater mea: dicit is qui iustus præ cæteris putabatur. Quem igitur iam iustum dixe rim,nisi horum liberum uinculorum,quem natu ræ communis uincula non teneant? Omnes sub peccato ab Adam,in omnes regnabat mors. Veni at solus iustus in cōspectu dei, de quo iam nō cum exceptione dicatur, non peccauit in labijs suis,sed Augst. peccatū non fecit. Huic dic si audes, q̄ diabolū fecerit hominum conditorē, qui utriusq; sexus cō mixtione nascunt, quandoquidē solum Christum quia sit natus ex uirgine,à uinculis obnoxiæ gene rationis excepit,omnib. cæteris ex Adam sub pec cati obligatione nascentibus, qd' utiq; peccatū dia bolus seminauit.Hunc damnatorem redargue nu ptiarum,qui sine peccato natum solum dicit uirgi nis filiū:istum negatorē percipiendę criminare uir tutis, qui asserit ingenerari uitia generi humano in ipso cōceptionis exordio: & dic ei quod aduersus me in primo tuo uolumine uideris tibi satis alte a cuteq; dixisse, nec peccare eos omnino, q̄ peccare di cuntur. Siquidē à quocūq; creati sunt, secundū id quod creati sunt, necesse habent uiuere, nec sue re pugnare naturæ. Hæc omnia dic Ambrosio, siue de Ambrosio, quæ mihi tam superbe, tam contu-

A melioſe,tam procaciter & petulanter obiectas.Nā his uerbis suis infamare etiā baptismatis sacramen tum, q̄ in eo plena non fiat remissio peccatorum, & iniquum deum facere,qui peccata in filijs dam nat aliena,quę in parentibus relaxauit,forasse nō potest dici,quoniā cum hæc loqueretur,nō de ba ptizatorum propagine loquebatur. Porrò si san ctus Ambrosius non ex his erat, qui diabolū faci unt hominum creatorem,uel nuptias damnāt, uel incapacem uirtutis naturam opinant humanā:sed ex his potius qui deum summū ac summe bonū to tius hominis, id est, totius animæ, totius corporis agnoscūt & confitent authorem, & honorant in sui gradus bonitate coniugia,nec hominē perfecte iustificari posse desperant:hæc interim tria uestra argumēta tāta illius uiri authoritate subuersa sunt, B nec ulterius obijcienda sunt nobis,qui de origina li peccato ea dicimus,quę dixit ille, qui neq; homi nis creationē diabolo attribuit, neq; nuptias con demnauit,neq; iustitię perfectionē in natura homi nis desperauit. De duobus uero residuis argumen tis uestris, quæ ad baptismū pertinēt, mox uidebi mus quid ille uir senserit,& quomodo uos ingenti mole authoritatis obtriuerit.Dicit enim in lib.con tra Nouatianos, Omnes homines sub peccato na Ambrosius in scimur,quorū ipse ortus in uitio est,sicut habes le libro contra ctum dicente Dauid,Ecce enim in iniquitatib. cō Nouatianos ceptus sum,& in delictis peperit me mater mea. Ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? Chri Rom. 7 sti aūt caro damnauit peccatū,quod nascendo non C sensit, quod moriēdo crucifixit, ut in carne nostra esset iustificatio per gratiā, ubi erat ante colluuio per culpam. Hic sanè omnia simul uestra argu Augustinus menta subuersa sunt. Si enim omnes homines sub peccato nascimur, quorum ipse ortus in uitio est, cur mihi ex hoc obijcis, q̄ dicam diabolū hominū creatorem:cum hoc me dicere uideas quod ille di xit;qui hominū creatorē diabolum esse non dixit? Si quoniam hominis ortus in uitio est, ideo dicit Dauid,Ecce in iniquitatibus conceptus sum,& in delictis peperit me mater mea:nec accusat uox ista nuptiale consortium, sed originale peccatum, cur me damnatorē dicis esse nuptiarū, quod dicere nō audebis Ambrosium? Si quoniā oēs homines sub peccato nascimur, & ipse ortus noster in uitio est, D ideo Pauli caro corpus mortis erat, sicut ipse ait, Quis me liberabit de corpore mortis huius? iam tandē perspicis etiā seipsum in his suis uerbis uo luisse intelligi Apostolū. Ipsi9 ergo interior homo cum delectaretur lege dei, uidebat aliam legem in membris suis,repugnantē legi mentis suæ,& pro pterea carnē suam corpus mortis esse dicebat. In ipsius ergo carne nō habitabat bonū, propter qd' non qd' uolebat,faciebat bonū,sed malū quod ode rat, hoc agebat. An nō tota uestra causa impulsa, prostrata,cōtrita,& sicut puluis quē proijcit uētus a facie terræ,sic à cordibus eorū quos decipere cœ peratis,si hæc uoluerint deposito studio contentio nis cogitare,pijecta est. Nunqd eī Paulus Apost. non erat baptizatus? aut aliq̄d ei uel originalium,

Universidad de Deusto
Biblioteca

uel propriorum, uel ignorãtiæ, uel ſcientiæ remiſ-
ſum non fuerat peccatorũ? Vnde ergo talia lo-
quebatur, niſi quia id quod dixi in libro meo, cui te re-
ſpondiſſe gloriaris, omnino uerũ eſt? Lex quippe
iſta peccati, quæ in membris eſt corporis mortis
huiꝰ, & remiſſa eſt regeneratiõe ſpiritali, & manet
in carne mortali. Remiſſa ſcilicet, qa reatus ſolutꝰ
eſt ſacramento, quo renaſcunt fideles, manet autẽ,
quia operatur deſideria, cõtra quæ dimicant & fi-
deles. Hoc eſt omnino quod funditus ſubruit hæ-
reſim ueſtrã. Quod uſq; adeo uidetis & timetis, ut
non aliter ex his Apoſtolicis uocib. exire conemi
ni, niſi quanta poteſtis cõtentione aſſeueretis, non
illic ipſius Apoſtoli accipiendã eſſe perſonam, ſed
adhuc ſub lege, nondũ ſub gratia poſiti cuiuſpiam
Iudæi, cõtra quẽ ſuæ malæ cõuerſationis cõſuetu-
do pugnaret: quaſi uis ipſa cõſuetudinis deponat
in baptiſmo, & nõ aduerſus eã cõfligant etiã bapti
zati, tanto fortius atq; uehemẽtius, quanto magis
placere ſtudẽt oculis eius, cuius gratia adiuuãtur,
ne in tali certamine ſuperent. Quod ſi attente ſine
peruicacia cõſideraре uoluiſſes, profecto in ipſa e-
tiam ui conſuetudinis inuenires, quomodo cõcu-
piſcentia remittat in reatu, & maneat in actu. Neq;
enim nihil in homine agitur, quãdo concupiſcẽtia
rum ſuarũ, etiã quib. non cõſentit, ſtimulis inquie
tatur. Sed tamẽ nõ ꝓpter uim cõſuetudinis appel-
labat carnẽ ſuã corpus mortis Apoſtolus, ſed pro-
pter qđ rectiſſime intellexit Ambroſius, quia oẽs
ſub peccato naſcimur, & ipſe ortus in uitio eſt, hu-
ius uitij reatũ, iam ſibi in baptiſmate fuiſſe dimiſſũ
dubitare non poterat, ſed contra eius inquietudi-
nem pugnans, primũ ab eo uinci ſubiugariq; me-
tuebat. Deinde licet inuicte non diu pugnare, ſed
hoſtẽ nõ habere malebat, quando dicebat, Miſer
Rom.7 ego homo, quis me liberabit de corpore mortis
huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtũ dñm noſtrũ.
Sciebat enim gratia nos ſanari ab iſto cõcupiſcen-
tiali motu, qui nos ab eius originali reatu, ſpiritali
regeneratione ſanauit. Hoc bellum quod in nobis
ipſis aduerſum noſipſos gerendũ ſuſcipimus, ex-
periuntur in ſe, neq; negare poſſunt libidinis acer-
rimi expugnatores, non impudentiſſimi laudato-
Cyprianus in Epiſtola de oratione dominica res. Deniq; dicit etiã uictoriоſiſſimꝰ Cyprianus in
Epiſtola, Fieri autem peti-
mus uolũtatẽ dei in cœlo & in terra, quod utrunq;
ad conſummationem noſtræ incolumitatis perti-
net & ſalutis. Nam cum corpus è terra, & ſpiritum
poſſideamus è cœlo, ipſi terra & cœlum ſumus, &
in utroq;, id eſt, in corpore & ſpiritu, ut dei uolun-
tas fiat, oramus. Eſt enim inter carnem & ſpiritum
colluctatio, & diſcordãtibus aduerſus ſe inuicem,
quotidiana cõgreſſio, ut nõ ea quæ uolumus ipſa
faciamus, dum ſpiritus cœleſtia & diuina quærit,
caro terrena & ſecularia concupiſcit. Et ideo peti-
mus inter duo iſta, ope & auxilio dei concordiam
fieri, ut dum & in ſpiritu & in carne uoluntas dei
geritur, quæ per eum renata eſt anima ſeruet. Qđ
aperte atq; manifeſte Apoſtolus Paulus ſua uoce
Galat.5 declarat. Caro, inquit, concupiſcit aduerſus ſpiri-
tum, & ſpiritus aduerſus carnẽ. Hæc enim inuicẽ
aduerſantur ſibi, ut non ea quæ uultis, illa faciatis.

Vide quẽadmodũ inſtruat baptizatũ populum doctor egregius: quod ad baptizatũ enim perti-
neat oratio dominica, quis Chriſtianus ignorat: ut
humanam uoluntatem, incolumitatẽ, ſalutemq; na
turæ in hoc eſſe intelligãt conſtitutã, non ut caro
& ſpiritus, tanq; inter ſe naturaliter inimica, ſicut
Manichæus deſipit, ſeparent, ſed potius tanq; ex
uitio diſcordiæ ſanata, concordent. Hoc eſt em li-
berari è corpore mortis huiꝰ, ut uitę fiat, qđ modo
corpꝰ eſt mortis, ipſa in ea morte moriẽte, finita di
ſcordia nõ natura. Vnde dicitur etiã illud, Vbi eſt 1.Cor.15
mors contentio tua? Quod non in hac uita perfici, Cyprianus
idem quoq; teſtis eſt martyr in Epiſtola de morta-
litate, ubi Apoſtolum Paulum propterea dicit cõ
cupiſcere diſſolui, & eſſe cũ Chriſto, ut nullis iam
fieret peccatis & uitijs carnis obnoxius. Quàm ue
ro uigilanter aduerſus illud dogma ueſtrũ, quo in
ueſtra uirtute cõfiditis, hoc in oratiõe dominica ex
ponit. Sic em̃ docet, petendũ id potius à dño q̃ de
propꝛijs uiribus præſumendũ, ut inter carnem &
ſpiritũ nõ humana uirtus, ſed gratia faciat diuina
concordiam: cõſonans omnino Apoſtolo dicenti,
Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gra- Rom.7
tia dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrum. His &
ſanctus Gregorius atteſtatur dicens, Anima nãq; Gregorius
cum in laboribus fuerit, & in anguſtijs cum hoſti-
liter urgetur à carne, tunc ad deũ refugit & cogno Auguſtinus
ſcit unde debeat auxilium poſcere. Ac ne quiſquã
in his uerbis Epiſcopi Gregorij hoſtiliter urgeri
carnem tanquam ex contraria natura mali, ſecun-
dum Manichæorum inſaniam ſuſpicetur, etiam
ipſe uide, quemadmodum ſuis fratribus & condo
ctoribus concinat, docens non ob aliud aduerſus
carnem ſpiritũ cõcupiſcere, niſi ut ſuo utrũq; reuo
cetur authori, poſt grauiſſimum in hac uita rei utri
uſq; conflictum, in quo laborat omnium uita ſan- Gregorius in
ctorũ, In libro quippe apologetico, Illorum uero, apologetico
inquit, uerborum nondum facio mentionẽ, quib.
intra noſmetipſos propꝛijs uitijs ac paſſionibus im
pugnamur, & die noctuq; ignitis ſtimulis corporis
humilitatis huius, & corporis mortis urgemur,
nunc latenter, nunc etiã palàm prouocantib. ubiq;
& irritantibus rerum uilibiliũ illecebris, luto huiꝰ
fecis, cui inhęſimus, ſenſim fœtorem uenis capaci-
oribus exhalante, Sed in lege peccati, quæ eſt in
membris noſtris repugnãte legi ſpiritus, dum ima
ginem regiam, quæ intra nos eſt, captiuam ducere
ſtudet: ut ſpolijs eius cedat, quicquid illud eſt, qđ
in nos beneficio diuinæ ac primæ illius cõditionis
influxit: unde uix aliquis fortaſſe longa ſe & diſtri-
cta regens philoſophia, & paulatim nobilitatem a-
nimæ ſuæ recolens, naturam lucis quæ in ſe eſt hu
mili huic & tenebroſo luto cõiũcta, reuocet ac re-
flectat ad deũ: uel ſi certe propitio deo agat, utrũq;
pariter reuocabit, ſi tamen longa & aſſidua medi-
tatione inſueſcat ſurſum ſemper aſpicere, & deor-
ſum male trahentẽ ac degrauantem materiam ſibi-
met aſtrictã, frenis arctioribus ſubleuare. Agnoſce Auguſtinus
fili Iuliane conſonas catholicas uoces, & ab eis de
ſine diſſonare. Cum dicit beatus Gregorius, intra
noſmet-

nosmetipsos propriis uitiis ac passionib. impugna A
mur, & die noctuq; ignitis stimulis corporis humi
litatis huius, & corporis mortis urgemur: baptiza
tus loquitur, de baptizato loquitur. Cum dicit, le
ge peccati quæ est in membris nostris legi spiritus
repugnante: baptizatus loquitur, de baptizatis lo
quitur: Christianorum est ista pugna fidelium, nō
infidelium Iudæorum. Crede, si non pugnas, agno
sce, si pugnas, & in ista pugna rebellē quoq; super
biam Pelagiani erroris expugna. Iámne discernis,
iámne perspicis, iámne respicis, & in baptismate
fieri omniū remissionem peccatorum, & cum ba
ptizatis quasi ciuile bellum interiorum remanere
uitiorū? Non enim talia sunt uitia, quæ iam pecca
ta dicenda sint, si ad illicita opera spiritum concu
piscentia non trahat, & cōcipiat pariatq; peccatū:
Nec tamen extra nos sunt, quibus uincendis, cum B
in hoc certamine proficiēter laboramus, instandū
est, nostra sunt, passiones sunt, uitia sunt frenanda,
cohibenda, sanāda sunt, sed dū curant infesta sunt.
Et si nobis ad meliora ,pficiētibus, magis magisq;
minuuntur, tamen dum hic uiuitur, esse non desi
nunt. Discedente hinc anima pia peribunt, in sur
gente corpore non redibunt. Ergo ad beatū redea
Ambrosius mus Ambrosium. Etiā Pauli caro, inquit, corpus
mortis erat, sicut ipse ait, Quis me liberabit de cor
pore mortis huius? Ita intellexit Ambrosius, ita Cy
prianus, ita Gregorius, ut de aliis interim taceam
simili prædictis authoritate doctoribus. Huic mor
1.Cor.15 ti dicetur in fine, Vbi est mors contentio tua? Sed
regeneratorum est hæc gratia, non generatorum.
Christi enim caro quod adiungit Ambrosius, dā C
nauit peccatum, quod nascendo non sensit, quod
moriendo crucifixit: nascendo non sensit in se, mo
riendo crucifixit in nobis. Lex itaq; peccati repu
gnans legi mētis, quæ in tanti quoq; Apostoli mē
bris erat, remittitur in baptismate, non finitur. Ex
hac lege carnis repugnante legi mentis, nihil Chri
sti corpus attraxit, quia non ex illa uirgo cōcepit.
Ex hac lege carnis repugnante legi mentis, eandē
legem prima natiuitate nemo non traxit, quia nisi
ex illa mulier nulla concepit. Et ideo uenerandus
Hilarius Hilarius, ex peccato esse omnem carnem nō cun
ctatus est dicere, Sed nūquid ideo negauit ex deo?
Quomodo dicimus, & ex carne carnem, & ex ho
mine carnem, nūquid etiam sic negamus, genera
mur ex deo? Ergo & ex deo, quia creat: & ex ho
mine, quia generat: & ex peccato, quia uitiat. Sed
deus qui genuit filiū sibi coæternū, quod in princi
pio erat uerbū, per quod creauit omne quod non
erat, etiā ipsum creauit hominem sine uitio, nō ex
semine hominis per uirginem natum, in quo rege
nerat hominē generatum, sanatq; uitiatum, à reatu
statim, ab infirmitate paulatim. Cōtra quam rege
neratus si iam ratione utitur, illo spectante atq; ad
iuuante uelut in agone confligit: quia uirtus in in
firmitate perficitur, dum cōtra hoc nostrum quod
à iustitia deficit, illo nostro, qd' ad iustitiā proficit,
dimicatur: ut uincēte profectu, totum surgat in me
lius, non uincente defectu, totum uergat in peius.
Paruulus uero in quo adhuc rationis nullus est u
sus, uoluntate quidem propria nec in bono est, nec
in malo, nulla in alterutro cogitatione uersatur:
sed utrunq; in illo consopitum uacat, & bonum na
turale ratiōis, & malum originale peccati. Sed an
nis accedentibus, euigilante ratione, uenit manda
tum, & reuiuiscit peccatum: quod aduersus cresce
tem cum pugnare cœperit, tunc apparebit, quid in
fante latuerit, & aut uincit & dominabitur, aut
uincitur & sanabitur. Non tamē ideo malum hoc
nihil nocuisset, etiam si priusquam in illo apparere
cœpisset paruulus hac uita exisset: quia reat' eius
dem mali, nō quo reum malum est, sed quo reum
facit in quo est, sicut generatione cōtrahitur, ita ni
si regeneratione non soluitur. Hoc est propter qd'
paruuli baptizantur, ut non solum regni Christi
fruantur bono, uerum & à malo regni mortis eru
antur. Neq; hoc fieri potest, nisi per eum, qui pec
catum in sua carne damnauit, quod nascendo non
sensit, quod moriēdo crucifixit, ut in carne nostra
esset iustificatio per gratiam, ubi erat ante colluuio
per culpam. His itaq; beati Ambrosii uerbis, nec
diabolus bonitate hominem creauit, sed hominem
malignitate uitiauit: nec concupiscentiæ malum
nuptiarum abstulit bonum, nec in baptismatis sa
cramento peccati alicuius reatus relinquitur inso
lutus, Nec iniustus est deus, qui eum damnat lege
iustitiæ, qui peccati lege fit reus, etiam si ex illa na
tus est, quæ parentem eius propterea iam reum fa
cere non potest, quia renatus est. Virtus porrò quę
in infirmitate perficitur, quare si hæc uera sunt de
speranda est, cum per carnem Christi, quæ dam
nat peccatum quod nascendo non sensit, quod mo
riendo crucifixit, fiat etiam in ea carne nostra iusti
ficatio per gratiam, in qua erat ante colluuio per
culpam? Ac per hoc quinq; ista uestra, in quibus
maxime terretis homines argumenta, nec alios
poterunt perturbare, nec uos, si credatis Ambro
sio, Cypriano, Gregorio, aliisq; catholicis sanctis
clarisq; doctoribus, imò uero etiā uobisipsis, legē
peccati quæ inest hominis membris, repugnans le
gi mentis, quia caro concupiscit aduersum spiritū,
etiam baptizatis sanctis ingerere pugnandi neces
sitatem, contra quid? nisi contra malum, non sub
stantiam, sed substantiæ uitium, dei gratia nos re
generante non imputandū, dei gratia iuuante fre
nandum, dei gratia remunerante sanandum? Sed
D ne forte dicas contra hoc potius pugnare baptiza
tos, quod sibiipsi prioris uitæ mala consuetudine
fecerunt, non contra id cum quo nati sunt. Quan
quam si hoc dicis, iam proculdubio cernis atq; cō
cedis, esse in homine aliquid mali, quod nō ipsum,
sed reatus qui ex illo contractus fuerat, auferatur
in baptismo. Tamen quia parum est ad huius quę
stionis absolutionem, nisi nobis ex peccato primi
hominis ingeneratum esse monstretur, audi quid
inde in alio loco expressius dicat sanctus Ambro
sius in expositione Euangelij secundum Lucam,
cum diuersis modis ab una tamen regula fidei nō
abhorrentibus, tractaret illum locum, ubi domi
nus ait, in una domo diuidi tres aduersus duo, &
duo aduersus tres. Possunt etiam uideri, inquit,

Universidad de Deusto
Biblioteca

caro atq; anima ab odore, tactu, gustuq; luxuriæ se paratæ in una domo, se aduersus incursantia uitia diuidentes, subijcientes se legi dei, remouentes se à lege peccati: quorum licet dissensio per præuaricationem primi hominis in naturam uerterit, ut nequaquam sibi paribus ad uirtutū efficaciam studijs conuenirent, tamen per crucem domini saluatoris, tam inimicitijs quàm etiam mandatorum lege uacuatis, in societatis concordiam cōgruerunt, posteaquā Christus è cœlo pax nostra descēdens fecit uraq; unum. Rursus in eodem opere, cum de spiritali atq; incorruptibili loqueretur cibo, Et enim misericors cibus mentis est, inquit, præclaraq; alimonia suauitatis ratio, quæ membra nō oneret, neq; in naturæ pudenda, sed ornamēta conuertat, cum libidinum uolutabrum cōmutatur in dei templum, diuersoriumq; uitiorum, sacrariū incipit esse uirtutum. Quod utiq; tunc facit, cum caro in naturam regressa uigoris sui agnoscit altricem, atq; ausu depositio contumaciæ, moderatoris animæ coniugatur arbitrio: qualis fuit cum inhabitanda paradisi secreta suscepit, antequam ueneno pestiferi serpentis infecta, sacrilegā famem sciret, diuinorūq; memoriam præceptorum animæ sensibus inhęrentem, edacitatis studio præteriret. Hinc peccatum manasse proditur, tanquam corpore animaq; genitoribus, dum corporis natura tentatur, anima malesana compatitur. Quæ si appetentiam corporis refrenasset, in ipso ortu esset extincta origo peccati, quā uelut uirili infusa corporis motu male fœta anima, etiā uigore corrupto, alienis grauis oneribus parturiuit. *Augustinus* Hic certe apertissime atq; sanctissime, ille tam excellenter tui doctoris ore laudatus doctor Ambrosius declarauit, & quid esset, & unde esset originale peccatum, & unde contigerit illa prima confusio, quę inobedientia carnis fuit dissentientis ab anima, quam discordiam sanat dei gratia per Iesum Christum dominū nostrum. Vides unde caro concupiscit aduersus spiritum, uides unde sit lex in membris repugnās legi mentis. Vides uertisse se in naturam, animæ carnisq; discordiā, et per has inimicitias nobis abundare miserias, non nisi dei misericordia finiendas. Noli mihi iam aduersari. Nam si adhuc facis, cui uel quib. simul aduerseris, aduertis. Me nempe dixisti nihil magis laborare, quàm ut non intelligar. Et in quibusdam locis sensus meos ad tuū potius interpretaris arbitrium, abutens tardiusculis cordibus hominum, qui te non intelligunt tacere potius noluisse, quàm respondere potuisse uni meo, quatuor uoluminibus tuis. Ecce fundit eloquentiæ lucidum ac perspicuum flumen Ambrosius. Non est ubi hæreat lector, ubi caliget auditor. Manifestissime dicit Apostolum ideo dixisse, Quis me liberabit de corpore mortis huius, quia oēs sub peccato nascimur, & ipse ortus in uitio est. Manifestissime dicit, dominū Christum propterea fuisse sine peccato, quòd natus ex uirgine, uinculis obnoxiæ generationis naturęq; communis minime teneretur, & damnasse peccatum, quod nascendo non sensit. Apertissime dicit, quòd dissensio carnis & animæ

A

B

C

D

p præuaricationē primi hominis in naturā se uerterit. Apertissime dicit, carnem libidinum uolutabrum diuersoriūq; uitiorum ita mutari in dei templum, sacrariumq; uirtutum, cum in naturam regressa uigoris sui agnoscit altricem, atq; ausu depositio cōtumaciæ, moderatoris animæ coniugat arbitrio: qualis fuit cum inhabitanda paradisi secreta suscepit, anteq; esset ueneno pestiferi serpentis infecta. Qd si adhuc qd aduersus meos libros moliaris, inquiris, illum aspice, aduersus illum aliquid aude, qui hæresis uestræ uenenis antequam nascerentur occurrit, & unde possunt expelli, hæc antidota præparauit. Quæ si satis non sunt, adhuc audi. In lib. de Isaac & anima idem dicit, Bonus ergo rector malos equos restringit & reuocat, bonos incitat. Boni equi sunt quatuor, prudentia, temperātia, fortitudo, iustitia. Mali equi, iracundia, cōcupiscentia, timor, iniquitas. Nunqd ait, Bonus rector bonos equos habet, malos non habet? Sed ait, bonos incitat, malos restringit & reuocat. Vnde isti sunt equi? Nēpe si eos substātias dicimus uel putamus, Manichæorū fauemus uel hæremus insanię: quod ut absit à nobis, catholice istos equos intelligimus uitia nostra, quæ legi mētis ex lege peccati resistunt. Nō à nobis hæc uitia separata, alicubi alibi erunt, sed in nobis sanata nusquam erunt. Verū tamen quare non in baptismate perierunt? An nō dum fateberis q̄ reatus eorum perierit, infirmitas manserit, non reatus quo ipsa rea fuerant, sed quo nos reos fecerant in malis operibus, quò nos traxerant. Nec ita eorum mansit infirmitas, quasi aliqua sint animalia, quę infirmantur, sed nostra infirmitas ipsa sunt. Nec in his equis malis iniquitatē nominasse putandus est illam, quæ deletur in baptismo, Illa nanq; peccatorum quæ fecimus, fuit, quæ cuncta remissa sunt, atq; omnino iam nō sunt, quorum reatus manebit, quando ipsa fiebant atq; transibant. Istam uero legem peccati, cuius manētis reatus in sacro fonte remissus est, propterea uocauit iniquitatē, quia iniquum est, ut caro concupiscat aduersus spiritum: quamuis assit in nostra renouatione iustitia, qua iustum est, ut aduersus carnem spiritus concupiscat, ut spiritu ambulemus, & concupiscentias carnis non perficiamus. Hanc quippe iustitiam nostram inter bonos equos inuenimus nominatam. Audi adhuc quid dicat in lib. quem scripsit de paradiso, Fortasse, inquit, ideo dixit Paulus, quę non licet homini loqui: quia adhuc in corpore constitutus, hoc est, uidebat istius corporis passiones, uidebat legem carnis suę repugnātem legi mentis suæ. Itemq; in eodem, Cum dicit, inquit, sapientiorem serpentē, intelligis quē loquatur, id est, illum aduersariū nostrū, qui tamē habet huius sapientiam mundi. Sed & uoluptas & delectatio bene sapiens dicitur, qa & carnis appellatur sapientia, sicut habes, quia sapientia huius carnis inimica est deo. Et ad exqrenda delectatiónum genera astuti sunt, qui appetentes sunt uoluptatum. Siue ergo, inquit, delectationem intelligas, quædā est diuino aduersa mādato, & inimica sensib. nostris. Vnde sanctus Paulus ait, Video aliam legem

Ambrosius in lib. de Isaac & anima

Ambrosius in lib. de paradi.

Ambrosius in lib. de paradiso cap. 12

Rom. 7

in

Universidad de Deusto
Biblioteca

in membris meis, repugnantē legi mentis meę, & A
Augustinus captiuantē me in lege peccati. Qualem uoluptatem dicat hoc loco iste doctor, in prōptu est, quia ut intelligeremus adhibuit Apostoli testimonium dicentis: Video aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Hæc est uoluptas illa suscepta tua, quāuis & tu reprehendas eius excessum. Vbi qualis sit plane fateris, sed tantis uerborum ornamētis eam moderatam defendis & laudas, quasi istum modum sibi ipsa constituerit, & nō spiritus qui aduersus eius impetum cōcupiscit. Aduersus quem fortiter stabat ille, qui clamabat: Video aliam legē in membris meis, repugnantem legi mentis meæ. Iste repugnantis impetus si laxetur, in quæ declinabit immunda? in quæ non pertrahet & præcipitabit abrupta? Verum nūc quod potius instat, ecce B
non secundum uos quicunq; ludæus, sed secundū beatissimū Ambrosium de seipso Paulus Apostolus dicit: Video aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mentis meæ, & captiuantem me in lege peccati. Rursus in eodē opere alio loco, doctor
Ambrosius in lib. De paradiso cap. 12 in fine idem: Impugnatur, inquit, Paulus, & uidet legem carnis suæ, repugnantem legi mentis suæ, & captiuantē se in lege peccati, nec de conscientia sua prę sumit, sed per Christi gratiam confidit se à mortis
Rom. 7 corpore liberandum: & tu quenq; opinaris scientem nō posse peccare. Paulus dicit: Non em̄ quod uolo facio bonū, sed quod nolo malum hoc ago: & tu arbitraris homini prodesse scientiā, quæ delicti augeat inuidiā. Itemq; in ipso opere, idem ipse
Ambrosius ut supra ca. 15 episcopus ad omnes nos referens eloquium, cau- C
samq; cōmunem sedulo agēs: Repugnat enim lex carnis, inquit, legi mentis, & laborandū nobis est ac desudandum, ut castigemus corpus & seruituti redigamus, & quæ sunt spiritalia seminemus. In alio quoq; libro suo De sacramento regenerationis, uel de philosophia quem scripsit, ita loquitur:
tē in lib. De sacramento regenerationis Beata igitur mors quę nos peccato eripit, ut reformet deo. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato. Nunquid naturæ fine, inquit, iustificatur à peccato aliquis? Non utiq; quoniam qui peccator moritur, in peccato manet: Ille autem iustificatur à peccato, cui per baptismum peccata remittū-
August. tur omnia. Habes ad ista quid dicas? Vides ne quemadmodum expresserit uir uenerabilis, in baptismo fieri hominis mortē beatam, ubi remittun- D
tur peccata omnia? Sed attēde aliud, attēde quod
Ambrosius non uis. Aduertimus, inquit, cuiusmodi sit mors mystica, nunc consideremus cuiusmodi sepultura esse debeat. Non ergo satis est ut moriantur uitia, nisi marcescat corporis luxus, & omniū uinculorū carnalium cōpago soluatur, omnis nodus corporei laxetur usus. Nemo sibi blandiatur, quòd aliam figurā induerit, mystica præcepta acceperit, ad continentiæ disciplinam applicuerit animum: Non quod uolumus hoc agimus, sed quod odio habemus hoc facimus. Multa operat̄ in nobis peccatū: Nobis reluctantibus rediuiuæ plerunq; uoluptates resurgunt. Luctandum nobis aduersus carnem est, luctatus est aduersus eam Paulus, denicq;

ait: Video autem aliam legem in membris meis, re Rom. 7
pugnantem legi mentis meæ, & captiuantē me in lege peccati. Nunquid tu, inquit, fortior Paulo? Nec tanq; sedulæ carni tuæ confidas, & te ei credas, cum Paulus clamet: Scio enim quia non habitat in me, id est, in carne mea bonū: Nam uelle adiacet mihi, perficere autē bonū non inuenio: Non enim quod uolo facio bonū: sed quod nolo malū, hoc ago. Si autem quod nolo hoc ago, iam nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatum.

Quantalibet feraris animi obstinatione Iuliane, Augustinus
quantalibet aduersus nos peruicacia pro Pelagiano errore consistas, tanta per beatū Ambrosiū circumuallaris rerū euidentia, tanta uerborū eius manifestatione contunderis, ut profecto si nulla te ratio, cogitatio, consideratio religionis, pietatis, humanitatis, atq; in te ipso aduertēdæ ueritatis à pertinaci intentione reuocauerit, ostendas quantū in malis humanis ualeat, eò quenquā fuisse progressum, ubi manere nō libeat, unde iā redire pudeat. Sic em̄ te credo affici, cū ista legeris. Sed o si pax Christi in tuo corde uincat, & bona pœnitētia de mala uerecundia palmā ferat. Sed iam nūc parum per attende, quomodo ex ista lege peccati, cuius motū mortalitas etiam cōtinentium cogitur ferre, cui modum castitas nuptiarū laborat imponere, ubi concupiscentia carnis uoluptasq;, quam laudas, contra propositū uoluntatis agit suos impetus, cum excitatur, etiam si actus nō peragit, cum frenatur. Attēde ergo paulisper, quomodo ex hac lege peccati omnem generari hominem, & ideo trahere originale peccatū, sanctus eloquatur Ambrosius in eo ipso De sacramento regenerationis, Ambrosius in
siue De philosophia libro suo: Est, inquit, domus lib. De sacramento regenerationis
quā sapientia ædificat, & mensa cœlestibus referta sacramentis, in qua iustus cibum diuinæ uoluptatis epulatur, suauem gratiæ potū bibens, si perpetuorum meritorū uberi posteritate lætetur. Hos filios generans Dauid partus illos corporeæ commixtionis horrebat, & ideo mūdari sacri fontis irriguo desiderabat, ut carnalem ac terrenam labem gratia spiritalis ablueret: Ecce, inquit, in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Male Eua parturiuit, ut partus relinqueret mulieribus hæreditatē, atq; unusquisq; concupiscentiæ uoluptate cōcretus, & genitalibus uisceribus infusus, & coagulatus in sanguine, in pānis inuolutus, prius subiret delictorum contagium, q; uitalis spiritus munus hauriret. Si te nō deseruit Augustinus
qualiscūq; saltem sensus humanus, uides quid de concupiscentiæ uoluptate hac ipsa, cui præbes impudentissimum patrocinium, pronunciauerit, tui quod sæpe dicendum est doctoris testimonio prædicatus tā memorabilis doctor Ambrosius: quòd ea quisq; concretus, ea genitalibus uisceribus infusus, & coagulatus in sanguine, & in pannis, non utique laneis, aut lineis, aut huiusce modi talibus, qualibus iam nati obuoluuntur infantes, sed parnis uitiatæ originis tanquam hæreditarijs inuolutus, prius subeat cōtagium delictorum, quàm uitalis huius aeris auram spirando percipiat: in quem

ueluti immensum fontē cōmunis & non desisten-
tis alimenti, post occulta spiramenta uiscerum ma-
ternorum, qui nascitur, funditur, in ortu ploratu-
rus reatū, quē contraxit ante ortū. Ergo ne ex hu-
ius concupiscentiæ motu illi non erubescerent ho-
mines primi, quo & ipsi apparebant noxij, & eorū
filij peccato parentū pronunciabantur obnoxij?
Vtinam sicut illi erubuerunt eas partes corporis,
in quibus libidinis inobedientiā sentiebāt, nudas
relinquere, ita tu fidei catholicæ obediēs erubesce
res erubescenda laudare. Quid autē etiam de ipso
ficulneorū tegmine foliorū in libro De paradiso
Ambrosius in lib. De paradi so cap. 13 idem ipse scripsit doctor aduerte. Quod ergo gra-
uius est, inquit, hac se Adam interpretatione suc-
cinxit eo loco, ubi fructu magis castitatis se succin
gere debuisset. In lumbis enim quibus præcingi-
mur, quædam semina generationis esse dicunt: Et
ideo male ibi succinctus est Adam foliis inutilib.
Augustinus ubi futuræ generationis non fructum futurū, sed
quædam peccata signaret. Hic certe frustrauit
iste uir sanctus tam elaboratā disputationē tuā ni-
misq; sollicitā, ne post peccatum Adam & Eua o-
culis apertis lumbos præcinxisse credātur. Vt ēm
tanta ibi loquacitate laborares, cōtra sensus uenie
bas omniū, & eos multiloquij strepitu perstringe-
re cupiebas. Quid ēm tam in prōptu est, q̄ succin
ctorijs, uel præcinctorijs, quæ Græco περιζώματα
nuncupantur, lumbos hominum contegi uel præ
cingi, quas uulgus etiam munituras uocat? Neq;
hoc ille homo dei, cuius te urgemus eloquio, tan-
quā obscurum esset exposuit: sed quod omnes in-
telligebant, quid significaret ostendit. In lumbis
enim quibus præcingimur, ait, quędam semina ge
nerationis esse dicunt, & ideo male ibi succinctus
est Adam foliis inutilibus: Quare male? Sequitur
& dicit, ubi futuræ generationis, non fructum fu-
turum, sed quædam peccata signaret. Habes ne
ad ista quod dicas? Ecce unde illa cōfusio, ecce un
de contextio & succinctio foliorum, ecce unde in
Ioānes episcopus Constanti nopolitanus posteris originale peccatū. Sanctus uero Ioannes
Costantinopolitanus episcopus, quātum uerecun
dia permittere potuit, totum illud primorū homi-
num erubescentium factum, duobus uerbis euidē-
Augustinus ter expressit dicens: Foliis autem ficus erant coo-
perti, tegentes speciem peccati. Cui nō apparet,
quæ uel qualis peccati species à confusis tegenda
fuerat in regione lumborū, qui de sui corporis nu-
ditate non confundebantur ante peccatum? Obse
cro intelligite, imò uero permittite homines quod
uobiscum intelligunt intelligere, & nolite nos co-
gere de pudendis penè impudenter diutius dispu-
Circūcisio carnis præcepta in signo baptismatis tare. Merito idem beatus Ioannes, etiam ipse sicut
martyr Cyprianus, circumcisionē carnis, in signo
præceptam commendat esse baptismatis. Et uide
quomodo Iudæus, inquit, circumcisionē nō dif-
fert propter cōminationē, quia omnis anima, quę
Gen. 17 cunq; non fuerit circūcisa die octaua, exterminabi
tur de populo suo. Tu autem, inquit, non manufa-
ctam circūcisionem differs, quę in expoliatiōe car
nis in corpore perficitur, ipsum dominū audiens:
Ioan. 3 Amen amē dico uobis, nisi quis renatus fuerit ex
A aqua & spiritu, nō introibit in regnum cœlorum.
Circūcisio & baptismus cōparantur Cernis quēadmodum circumcisionē circūcisioni,
cōminationem cōminationi uir ecclesiastica do-
ctrina præditus cōparauit. Quod ergo est octauo
die non circumcidi, hoc est in Christo nō baptiza
ri. Et quod est, perire de populo suo, hoc est nō in-
trare in regnum cœlorum. Et tamen uos in baptis-
mate paruulorum expoliationem carnis, hoc est
circūcisionem nō manufactam, celebrari negatis,
cum nihil eos, quo expoliari debeant, habere con
tenditis: Non enim eos fatemini mortuos in præ-
putio carnis suæ, quo peccatum significatur, ma-
xime quod originaliter trahitur. per hoc enim est
corpus nostrum corpus peccati, quod euacuari di
cit Apostolus per crucē Christi. Sed nunc senten-
tijs episcoporū qui fuerūt ante nos, & hæc diuina
B eloquia fideliter & memorabiliter tractauerūt, ur
gere te instituí. Proinde ad episcopū Ambrosium
reuertamur: Qui cū homines, id est, & animas &
corpora hominū, opus dei esse non dubitet, & nu
ptias honoret, & in baptismo Christi prædicet o-
mnia peccata dimitti, & deū nouerit esse iustū, &
capacē uirtutis atq; perfectionis per dei gratiā hu
manam nō neget esse naturam: quæ uestra quinq;
facitis argumenta, intēdentes nullū istorū quinq;
uerum esse posse, nisi falsum sit trahere nascentes
originale peccatum: tamen hocipsum, quod his
quinq; argumētis auferre conamini, sic ille ubi o-
pus est, in suis sermonib. ponit, ut cuiuis satis elu
ceat, quid catholica ueritas soleat prædicare, quid
prophana nouitas conet euertere. An forte ipsum
Platonis opinio C quoq; Ambrosiū scisse ac docuisse dubitabis, deū
esse hominum conditorem & animæ & corporis?
Audi ergo quid dicat in libro De philosophia cō-
tra Platonem philosophum, qui hominū animas
reuolui in bestias asseuerat, & animarum tantum-
modo deum opinatur authorem, corpora autē dijs
Ambrosius in lib. De philosophia cōtra Platonem minoribus facienda decernit. Ergo sanctus Am-
brosius: Miror, inquit, tantum philosophum quo-
modo animam, cui potestatem conferēdæ immor-
talitatis attribuit, in noctuis includat aut ranulis,
feritate quoq; induat bestiarum, cum in Timæo
eam dei opus esse memorauerit, inter immortalia
à deo facta: corpus autem non uideri opus summi
dei asserit, quia natura carnis humanæ, nihil à na-
tura corporis bestialis differt. Si ergo digna
Augustinus D est quæ dei opus esse credatur, quomodo indigna
est quæ dei opere uestiatur? Ecce non solum ani-
mam, quod & illi dicunt, uerumetiam corpus,
quod illi negant, contra Platonicos dei opus esse
defendit Ambrosius. An dicturus es, q̄ nuptijs in
gerat crimen, quia & inde quod nascitur concupi
scentiæ uoluptate concretū, dicit subire contagiū
delictorū? Audi ergo de nuptijs Ambrosii senten-
Ambrosius in Apologia Dauid cap. 12 tiam in Apologia sancti Dauid: Bonū, inquit, con
iugium sancta copula. Sed tamen qui habent uxo
res, ita sint ac si nō habētes: Ipse est thorus incoin-
quinatus, & nemo alterum fraudare debet eo, nisi
forte ad tēpus, ut uacent orationi. Tamē secundū
1. Cor. 7 Apostolū, nō uacat oratiōi, q̄ eo tēpore usum cor
poreæ illius cōuentionis exercet. Audi & alteram
in libro

Idem in lib. De philoso phia

in libro De philosophia: Bona, inquit, cõtinentia quædã uelut crepido pietatis. Namq; in præcipitis uitę huius labentiũ, statuit uestigia speculatrix sedula, ne quid obrepat illicitũ. Mater autẽ uitiorũ omnium incontinentia, quę etiã licita uertat in uitiũ: Ideoq; Apostolus nõ solũ à fornicatione nos retrahit, uerũetiam in ipsis coniugijs modũ quendã docet, & tẽpora præscribit orandi: Intẽperans eñ in cõiugio, quid aliud nisi quidam adulter uxoris est? Cernis quẽadmodũ uelit etiã inter se ipsa uera & honesta esse coniugia? Vides quẽadmodum dicat, incontinentiã etiã licita uertere in uitiũ, ubi & licitũ demonstrat esse connubiũ, & in ipso non uult incontinentia fœdari quod licitũ est? Aduertis quomodo intelligere nobiscum debeas, in quo morbo desiderij noluerit Apost. unumquẽq; uas suũ possidere, sicut gentes quæ ignorant deũ? Tibi autẽ libido non nisi præter uxorẽ, uidetur esse culpabilis. Quid ergo de Ambrosio iudicabis, qui intẽperantem in cõiugio, adulterũ quendã appellat uxoris? Tũne melius nuptias honoras, in quibus libidini licentiosissimũ spatiũ præbuisti, ne fortassis offensa defensorẽ sibi aliũ prouideret? Neq; enim quod ego cõmemoraui, secundũ ueniã cõiugibus concedere Apostolum, ubi proculdubio notatur, etsi ignoscitur culpa, saltẽ uerbotenus attingere uoluisti: aut ꝙ ab illo opere, ut oratioi uacẽt, cessare coniuges admonentur, quod ego totũ cõmemoraui, ausus es in tua responsione refricare: credo formidãs, ne tua uideret prævaricata defensio, si & te cõfitente appareret, quod per libidinẽ, cui te patrocinari nõ pudet, etiã coniugum impediretur oratio. Ita cũ mihi pro illa respondere cupores, sed Apostolo resistere nõ auderes, nec in aliam sententiã, sicut soletis, ipsum apostolicum testimoniũ detorquere potuisses, omnino inde tacere maluisti. Tu ergo melius honoras nuptias, quarũ dignitatem tanq; omnino irreprehẽsibili uolutabro carnalis cõcupiscentiæ decoloras: an ille qui cum dicat, nõ solũ licitum, sed etiã bonum cõiugiũ, sanctamq; copulã, tamẽ cessante libidinis uoluptate, tẽpora orandi ab Apostolo præscripta cõmemorat, atq; iam ita nõ uult illi morbo esse deditos cõiuges, unde trahitur originale peccatũ, ut eos qui habent uxores, secundũ eundẽ Apostolum, ita esse uelit, ac si non habentes. Nec uocare dubitat etiã uxoris adulterũ, intemperantẽ maritum: omne cõ nubij bonũ pensans non cupiditate carnis, sed fide potius castitatis: non morbo passionis, sed fœdere coniũctionis: nõ uoluptate libidinis, sed uoluntate propaginis. Nam mulierem uiro non nisi generãdi causa perhibet institutã, unde tam diu frustra, quasi quisquã hoc nostrũ negaret, disputandũ putasti. Hæc enim sunt de hac re uerba eius in libro De paradiso: Si igit̃ uiro, inquit, culpæ author est mulier, quẽadmodum pro bono uidetur adiecta? Verum si consideres, quia deo uniuersitatis est cura, inuenies plus placere domino debuisse id, in quo esset causa uniuersitatis, quàm condemnandũ fuisse illud, in quo esset causa peccati. Ideo quia ex uiro solo non poterat humani esse generis propagatio, pronunciauit dominus, non esse bonum solum hominẽ esse. Maluit enim deus plures esse, quos saluos facere posset, quibus donaret peccatum, q̃ unum solum Adam, qui liber esset à culpa. Denicq; quia idem, inquit, utriusq; author est operis, uenit in hunc mũdum, ut saluos faceret peccatores. Postremo nec Cain parricidij reum priusquam generaret filios, passus est interire. Ergo, inquit, propter generationem successionis humanę, debuit mulier adijci uiro. Habes ecce Ambrosium doctorem meum, & à tuo mirabiliter prædicatũ, & opus dei esse omnem hominem atq; hominis carnẽ, & bonas esse nuptias, inquantũ sunt nuptiæ, non solum fatẽtem, uerumetiam differentẽ, uel defendẽtem. Iam uero quòd per originale peccatum sacro baptismati nihil deroget, superius demonstraui, quando eius posui uerba, ubi dicit illũ iustificari à peccato, cui per baptismum peccata remittuntur omnia. Iustum porrò ille deũ ubi nõ prędicat, aut quis de hoc potest catholicus dubitare Christianus, quod penè & omnes impij confitentur? Quintũ illud restat, utrũ uideatur Ambrosio humanã capacẽ iustificationis & perfectionis esse naturam, nec ab hac sentẽtia propterea reuocetur, quia sæpe ac multis modis dicit omnẽ hominem sub peccato nasci, & esse ipsum ortũ eius in uitio. Verũ & hoc iam supra docui, ubi eũ loco ipso paulopost dixisse memoraui, à Christi carne dãnatum esse peccatũ, quod nascẽdo nõ sensit, quod moriendo crucifixit, ut in carne nostra esset iustificatio per gratiã, ubi erat ante colluuio per culpã. Ibi eñ naturã demonstrauit humanã etiã istam, quæ sub peccato nasciẽ, & cuius ortus in uitio, esse iustificationis capacẽ: sed sanè per gratiã, quod inimicum est uobis, eidem gratiæ crudelibus inimicis. Verũ si hoc parũ est: rursus quid dicat, attende in expositione Esaiæ prophetæ: Videamus, inquit, ne qua sit post huius uitæ curriculum nostra regeneratio, de qua dictum est: In regeneratiõe cũ sederit filius hominis in throno gloriæ suæ. Sicut enim regeneratio lauacri dicitur, per quam detersa colluuione peccatorũ, in regeneratione cũ sederit filius hominis renouamur: ita regeneratio dici uidet, per quã ab oñi corporeæ cõcretionis purificati labe, mundo animæ sensu in uitam regeneramur æternam.

Augustinus

An capax sit iustificationis humana natura

Ambrosius super Esaiã Matt. 19 Regeneratio duplex

Nempe distinxit uir sanctius & uerax, iustificationẽ uitæ huius, quæ fit per lauacrũ regenerationis, & illius perfectionẽ, cũ & nostra corpora fuerint immortalitate renouata. Nõ itaq; fuit Ambrosio, quãuis fateretur nascentis originis uitiũ, iustificationis desperata perfectio. Quia sicut est humana natura creatori deo formabilis, ita sanabilis redẽptori. Sed uos festinatis, & præsumptionem uestrã festinãdo præcipitatis. Hic eñ uultis hominẽ perfici, atq; utinã dei dono, et nõ libero, uel potius seruo propriæ uolũtatis arbitrio. A qua perfectiõe quidẽ longe uos esse sentitis. Sed dolus est in ore uestro, siue peccatores uos esse dicatis, & iustos credi uelitis, siue ꝓfiteamini perfectionẽ iustitiæ, quã profecto in uobis non esse sentitis. Iustificatio porrò in hac uita, nobis secundũ tria ista cõfertur.

Augustinus

Prius

1. Cor. 7

Ambrosius in lib. De paradiso cap. 10

Prius lauacro regenerationis, quo remittunt cuncta peccata. Deinde cōgressione cū uitijs, à quorū reatu absoluti sumus. Tertio dum nostra exaudi-
Matth. 6 tur oratio, qua dicimus: Dimitte nobis debita nostra: Quoniā quālibet fortiter contra uitia dimicemus, homines sumus, dei aūt gratia sic nos in hoc corruptibili corpore adiuuat dimicantes, ut nō desit, propter quod exaudiat ueniā postulātes. Istam super nos dei misericordiā, uobis necessariā non putatis, quoniā ex eo numero estis, de q̄bus in psal-
Psal. 48 mo dictum est: Qui confidunt in uirtute sua. Sed
Ambrosius in lib. De fuga se culi cap. 1 quanto melius audimus Ambrosium, in libro De fuga seculi dicentē: Frequens nobis de effugiēdo isto seculo est sermo, atq; utinā q̄; facilis sermo, tā cautus & solicitus affectus. Sed quod peius est, frequenter irrepit terrenarū illecebra cupiditatū, & uanitatum offusio mentē occupat, ut quod stu-
B deas uitare, hoc cogites, animoq; uoluas. Quod cauere difficile est homini, exuere autē impossibile. Deniq; uoti magis eā esse rem q̄; effectus, testa-
Psal. 118 tur propheta dicēdo: Declina cor meū in testimonia tua, & non in auaritiā. Non enim in potestate nostra est cor nostrū, & nostræ cogitationes, quæ improuiso offusæ, mentem animūq; confundunt, atq; alio trahunt quàm tu proposueris, ad secularia reuocant, mundana inserūt, uoluptuaria ingerūt, illecebrosa intexunt, ipsoq; in tempore quo eleua rementem paramus, insertis inanibus cogitationi bus, ad terrena plerunq; deijcimur. Hæc si uos non patimini, ignoscite, non uobis credimus, & in his potius sancti Ambrosii uerbis quoddā specu-
C lum, & hoc si proficimus, communis humanæ infirmitatis agnoscimus. Vobis autē etiam si credamus et dicamus, orate pro nobis, ut nec nos ista patiamur: ita uos inuenimus elatos & alta sapientes, ut respondeatis nobis, non solum ista uos non pati, uerūetiā in hominis esse potestate, ne ista patiatur, nec esse causam cur ad hoc dei poscatur auxilium. Quanto ergo melius identidē audimus Ambrosium dei gratiam confitentē, nec de sua uirtute confidentē, qui cum hæc dixisset adiecit: Quis autem tam beatus, qui in corde suo semper ascēdat? Sed hoc sine auxilio diuino quî fieri potest? Nullo profecto modo. Deniq;, inquit, supra eadē scri-
Psal. 83 ptura dicit: Beatus uir cuius est auxilium eius abs te domine, ascensus in corde eius. Itemq; idē ipse
Ambrosius in lib. De sacramento regenerationis in libro De sacramēto regeneratiōis: Quis igitur
D est, inquit, qui carne utitur ad operandum, nisi anima? Ergo princeps & domina carnis naturaliter anima est, quę domare carnē debet et regere. Ideoq;
Psal. 35 spiritus sancti fulta præsidio, dicit in psalmo: Non timebo quid faciat mihi caro. Ipsa eadem dicit in
1. Cor. 9 Paulo: Sed castigo corpus meū, & seruituti redigo. Castigat ergo Paul⁹, quod ipsius est, nō quod ipse est. Castigat quod ipsius est, ut mortē in se lasci-
Augus. uiæ corporalis iustus operet. Nunquid sanctus Ambrosius quando ista dicebat, non cū uitijs confligebat? non uitia uincebat? Non exercitū quendam uariarū cupiditatū intra semetipsum, tanquā Christi miles egregius debellabat? Nō corpus propriū castigabat? Nunquid non superatis & oppu-
A gnatis diaboli operibus, opus dei cum opere dei, hoc est anima cū carne pacē iustitiæ requirebat, ut non in sua uirtute confidens, sed sicut ait: spiritus sancti fulta præsidio diceret: Non timebo quid faciat mihi caro? Ecce quomodo natura humana capax iustificationis ostenditur: Ecce quomodo uirtus in infirmitate perficitur. Sed audiamus de hac re etiā uictoriosissimum martyrem Cyprianum in
Cyprianus epistola De mortalitate. Cum auaritia nobis, inquit, cum impudicitia, cum ira, cum ambitione cōgressio est, cum carnalibus uitijs, cū illecebris secularib. assidua & molesta luctatio est. Obsessa mēs hominis, & undiq; diaboli infestatiōe uallata, uix occurrit singulis, uix resistit. Si auaritia prostrata est, exurgit libido: si libido compressa est, succedit ambitio. Si ambitio contempta est, ira exasperat,
B instat superbia, uinolentia inuitat, inuidia concordiam rūpit, amicitiā zelus abscindit: Cogeris maledicere, quod diuina lex prohibet, cōpelleris iurare, quod nō licet. Tot persecutiones animus quotidie patitur, tot periculis pectus urgetur, & delectat hic inter diaboli gladios diu stare, cum magis concupiscendū sit, & optandū, ad Christū subue-
Augustinus niente uelocius morte properare. Absit autē ut sanctum Cyprianū, aut auarum existimemus fuisse, quia cū auaritia: aut impudicum, quia cū impudicitia: aut iræ subditū, quia cum ira: aut ambitiosum quia cū ambitione: aut carnalem, quia cū carnalibus uitijs: aut seculi huius amatorē, quia cum illecebris secularibus: aut libidinosum, quia cū libidine: aut superbum, quia cum superbia: aut uinolentum, quia cū uinolētia: aut inuidum, quia cum
C inuidia confligebat. Imò uero ideo nihil eorum erat, quia his malis motibus partim de origine, partim de consuetudine uenientib. fortiter resistebat, non acquiescens esse, quod eū esse cogebant. Nec ideo tamen in tam periculoso laborioso q; certamine nullo telo feriebatur hostili, cum dicat in epistola sua De eleemosynis: Ne quisquam sic sibi de pu
Cyprianus ro atq; immaculato pectore blandiatur, ut innocētia sua fretus, medicinam non putet adhibendam esse uulneribus, cum scriptum sit: Quis gloriabi-
Prouerb. 20 tur castū se habere cor? Aut quis gloriabitur mundum se esse à peccatis? Et iterum in epistola sua Ioannes ponat & dicat: Si dixerimus quia peccatum
1. Ioan. 1 nō habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est. Si autem nemo esse sine peccato po-
D test, & quisquis se inculpatū esse dixerit, aut superbus, aut stultus est, q̄; necessaria, q̄; benigna est diuina clementia, quæ cum sciat non deesse sanatis quædam postmodum uulnera, dedit curandis de nuo sanandisq; uulneribus remedia salutaria.

Augustinus O doctor præclarissime & testis gloriossime, sic docuisti, sic monuisti, sic te audiendum imitandumq; præbuisti. Merito finitis alijs omnium cupiditatum certaminibus, sanatisq; uulneribus cū extrema & omnium maxima uitæ huius cupiditate, pro Christi ueritate pugnasti, & eius in te gratię largitate uicisti. Secura est corona tua, uictoriosa est doctrina tua, in qua & istos uincis, qui confidunt in uirtute sua; Ipsi enim clamant: Perfectio

nobis

Universidad de Deusto
Biblioteca

nobis uirtutis à nobis est: tu autem reclamas: Ne-
mo suis uiribus fortis est, sed dei indulgẽtia & mi-
Hilarius sericordia tutus est. Audi & beatissimum Hilariũ,
ubi speret hominis perfectionẽ: Cum enim loque
Ioan.14 retur de pace euangelica, ubi dominus ait: Pacem
meã do uobis: Quia lex, inquit, umbra est futuro-
rũ bonorum, idcirco per hanc præfiguratam signi
ficationem docuit nos in hoc terreni & morticini
corporis habitaculo mundos esse non posse, nisi
per ablutionẽ cœlestis misericordię emundationẽ
cõsequamur, post demutationẽ resurrectionis ter
reni corporis nostri, effecta glorioſiore natura.
Rursus in eodẽ sermõe: Ipsis, inquit, apostolis uer
bo licet iã fidei emendatis atq; sanctificatis, nõ de-
esse tamẽ malitiã, per conditionẽ cõmunis nobis
Matth.7 originis docuit dicẽs: Si uos cũ sitis mali nostis bo
na data dare filijs uestris. Vides quẽadmodum
uenerabilis catholicus disputator, nec in hac uita
mundationẽ nostram neget, & tamẽ humanã per-
fectionẽ speret, id est perfectioris mundationis in
ultima resurrectione naturã. In quadã uero homi-
lia de libro sancti Iob, attende quid dicat, quemad
modũ ipsius diaboli aduersus nos indesinens bel-
lum ex hoc fieri asserat, cum ea mala quæ in nobis
sunt excitat contra nos, quod in nostram fieri uti-
litatẽ uult docere, conuertente scilicet diuina mise
ricordia malitiam diaboli ad purgationem nostrã.
Tanta eñ & tam admirabilis, inquit, in nos miseri
cordiæ dei bonitas est, ut per quẽ in Adæ offensa
generositatẽ primæ & beatæ illius creationis ami-
simus, per eũ rursum id quod amisimus, obtinere
mereamur: tũc eñ diabolus inuidens nocuit, nũc
autẽ cũ nocere nititur, uincit. Mouet enim per in-
firmitatẽ carnis nostræ omnia potestatis suæ tela,
cũ ad lasciuiam accẽdit, cum ad ebrietatem illicit,
cum ad odia stimulat, cũ ad auaritiã prouocat, cũ
ad cædes instruit, cũ ad maledicta exacerbat: Sed
cum per firmitatem animi, horũ omnium surrepẽ
tia incentiua reprimuntur, emundamur à peccato
per huius uictoriæ gloriam. Dictum enim ita est:
Aut quomodo se emundabit natus ex muliere?
Quia non extante hoste non erit bellum, cessante
deinde bello, uictoria deerit. Collidentium autem
aduersus nos uitiorum uictoria non adepta, nõ e-
rit emũdatio ulla uitiorum, quia his insidijs corpo
ris nostri pirata uicto, colluctantium aduersus nos
passionũ concertatione purgamur. Memores igi-
tur, inquit, & conscij, illa ipsa corpora nostra om-
nium uitiorũ esse materiem, pro qua polluti & sor
didi nihil in nobis mundum, nihil innocens obti-
nemus, gaudeamus nobis esse hostem, in cuius cõ
certatione, quodam cõcertationis nostræ bello di
micemus. In expositiõe autem primi psalmi idem
doctor non dubitat dicere naturam nostram utiq;
istam, quæ de morbo morbum trahit, ad peccan-
dũ ferri, ac sic ne peccemus, aduersus eã nos quo-
dammodo fidei religione pugnare. Plures enim
sunt, inquit, qui cum per confessionem dei ab im-
pietate discreti sint, non tamen à peccato per id li-
beri sunt, ecclesiæ disciplinam non tenẽtes, ut ava
ri, ebriosi, tumultuosi, procaces, superbi, æmulato-
res, mẽdaces, & rapaces. Et ad hæc quidem nos ui
tia naturæ, inquit, nostræ propellit instinctus, sed
utile est nos à uia hac ad quam ferimur, abscedere,
neq; consistere illic, adhibito decedendi ex ea non
moroso recursu. Et idcirco: Beatus uir qui in uia Psal.1
peccatorum non stetit: natura quidem in uiã hãc
ferente, sed ex uia hac fidei religione referente.

Nunquid nam istum putabimus accusatorem
fuisse naturæ, quã condidit deus? Non utiq;. Non
enim dubitabat homo catholicus humanã dei o-
pus esse naturam, sed profecto uitia, cũ quibus na-
scimur accusauit, Apostolicum illud tenens: Fui- Ephe.2
mus enim & nos natura filij iræ, sicut & cęteri. Ve
runtamen hæc uerba, quæ de sermone sancti Hila
rij posui, si mea essent quanta in me diceres, Mani
chæorumq; nomen & crimen, quanto buccarum
strepitu uentilares? Nunc ergo ne tui stomachi fol
lis indigesta maledictorum cruditate rumpatur,
in hunc euome, si audes, calumnioſas tuas uanita-
tes, & insanias mẽdaces. Ad hæc, inquit, nos uitia
naturæ nostræ propellit instinctus. Quæ ista natu-
ra est? Nunquid gens tenebrarũ, quã Manichæo-
rum fabula inducit? Absit. Catholicus loquitur,
insignis ecclesiarum doctor loquitur, Hilarius lo-
quitur. Nostra ergo natura est primi hominis præ
uaricatione uitiata, non ab alia natura ulla diuisio-
ne separanda, sed ipsa sananda: cui diabolum à no-
bis constitui calumniaris authorem, dũ tu ei Chri-
stum inuides saluatorem, & eius hic uitam, ita ut si
ne ullo sit omnino peccato, perfectam duci posse
contendis. Sed audi quid etiam hinc te admoneat
beatus Hilarius. Cum enim exponeret psalmum Hilarius
quinquagesimumprimum: Spes, inquit, in miseri
cordia dei, in seculum & in seculum seculi est. Nõ
enim ipsa illa iustitiæ opera sufficient ad perfectæ
beatitudinis meritum, nisi misericordia dei etiam
in hac iustitiæ uoluntate, humanarum demutatio
num & motuum nõ reputet uitia. Hinc illud pro-
phetę dictum est: Melior misericordia tua super ui Psal.72.31
tam. Vides ne hominem dei, ex illo numero esse
beatorum, de quibus prædictum: Beatus uir cui
non imputauit dominus peccatum, neq; est in ore
eius dolus? Confitetur enim etiam peccata iusto-
rum, magis eos asserens in dei misericordia spem
ponere, quàm de iustitia sua fidere: & ideo non est
in ore eius dolus, imò in ore illorũ omniũ, in qui-
bus huius ueracis humilitatis, uel humilis uerita-
tis perhibet testimoniũ. Qui dolus abundat in ore
uestro. Vbi enim uirtus non est, & tanta iactantia
est, hypocrisis est: Et ubi hypocrisis, utiq; dolus:
prorsus quantum sancti de misericordia dei, quæ
magna est, tantum uos de uestra, quæ nulla est uir
tute præsumitis. Et quantum ipsi aduersus ingene
rata uitia bellum gerunt, adiuti per dei gratiã, tan
tum uos bellum geritis aduersus ipsam dei gratiã.
Sed utinam sicut uos uincit in suis, ita suos fa-
ciens, uos quoq; ipsos uincat in uobis. Itáne in cor
de uestro dicere audetis, quod cum uos audiunt,
accẽduntur homines ad uirtutem, cum autẽ istos
audiunt tantos ac tales uiros, Cyprianum, Hila-
rium, Gregorium, Ambrosium, cæterosq; sacer-
dotes

dotes domini, desperatione franguntur, ac renunciant studijs perfectionis? Hæccine monstra cogitationũ ascendunt in cor uestrum, & non elidunt frontẽ uestram? Ergóne uos honoratis sanctos dei patriarchas, prophetas, apostolos laude naturę, & decolorant eos ista lumina ecclesiæ uituperatione naturæ: quia eos dicunt in corpore mortis huius, ut tenerent castitatis bonum, dimicasse cõtra ingenitum concupiscentię malum, per dei gratiã prius conflictatione uincendum, postea nouissima regeneratione sanandum? Tu intelligis Iudæũ esse qui
Rom.7 dicit: Non enim quod uolo bonũ hoc ago: & hoc præclaro intellectu, nec cõuersationis sordes in naturæ refundis inuidiã, nec earũ obscœnitates apostolorum & sanctorum omniũ consolaris iniurijs: & hæc mala quæ nõ tu facis, faciebat Ambrosius cũ collegis suis eadem sentientibus, qui beatũ Apostolum de seipso dixisse intelligit: Non quod uolo facio bonũ, sed quod nolo malum hoc ago: Et, Video aliam legem in membris meis, repugnantẽ legi mẽtis meæ: & cætera huiusmodi. Isti ergo sancti talia docendo suffodiunt, sicut mihi obijcis, murum pudoris, & uos ob perfectionis prædicationẽ patimini inuidiam? Sed te, ut scribis, plurimũ consolaris, quoniã laudis genus est ei displicuisse, qui apostolis non pepercit. Si ergo apostolis dicẽdo talia nõ peperci, ergo nec Ambrosius pepercit apostolis, nec coepiscopi eius eadem sentiẽtes: Si autem illi & ex apostolis ista didicerunt, & secundum apostolos ista docuerunt, quid me unũ appetis? Ipsos aspice, ipsos etiã atq; etiã depositio pauli sper tumore ceruicis intuere. Itáne tãdem iuuenis cõfidentissime, cõsolari te debes, quia talib. displices, an lugere? Sed iam quid egerimus per totum istum librum, in summã sicut possumus breuiter
Epilogus colligamus. Proposuimus hic authoritatis molẽ sanctorum, qui episcopi ante nos, non solũ sermone, cum hic uiuerent, uerumetiã scriptis, quæ posteritati relinquerent, fidem catholicã strenue defenderunt, ut uestra argumẽta cõfringerent, quibus dicitis: Si deus homines creat, nõ possunt cũ aliquo malo nasci: Si nuptiæ bonum sunt, nihil ex eis oritur mali: Si in baptismate peccata omnia remittuntur, non possunt nati de renatis trahere originale peccatũ: Si iustus est deus, non potest in filijs parentũ damnare peccata, cũ ipsis parẽtibus dimittat & propria: Si perfectæ iustitiæ capax est humana natura, habere nõ potest uitia naturalia. Ad hæc nos dicimus, & deũ esse hominũ creatorem, hoc est & animæ & corporis, & bonum esse nuptias, & per baptisma Christi oĩa peccata dimitti, & iustũ esse deum, & perfectæ iustitiæ capacem humanã esse naturã: & tamẽ cum hæc omnia uera sint, obnoxios nasci homines origini uitiatæ, quæ trahitur ex homine primo, & ideo ire in dãnationẽ, nisi renascãtur in Christo. Hoc autẽ probauimus catholicorũ authoritate sanctorũ, qui & hoc asserunt, quod de originali peccato dicimus, & illa quinq; esse uera omnia confitentur. Ac per hoc nõ est consequẽs, ut hoc falsum sit, quia uera sunt illa. Tales quippe ac tãti uiri secũdum catholicam A fidem, quæ ubiq; toto orbe diffunditur, & hoc, & illa uera esse cõfirmant, ut uestra fragilis, & quasi argutula nouitas sola authoritate conteratur illorum, præterq; quòd ea dicunt, ut se per eos loqui ueritas ipsa testetur. Sed nunc authoritate primitus eorum, uestra est contumacia comprimẽda, ut à præsumptiõis impetu repercussi, & quodammodo sauciati, dum tales homines dei sic in fide catholica errare potuisse non creditis, ut aliquid dicerẽt, unde esset consequens, deum non esse hominum creatorẽ, nuptias esse damnandas, in baptismo nõ omnium remissionẽ fieri peccatorum, deũ esse iniustum, nullam spem nobis remansisse uirtutis perficiendæ, quæ oĩa uel aliquid eorũ nefas est opinari: ausus præcipites refrenetis, & tanquam ex furore resipiscentes, incipiatis in qua nutriti estis, re
B colere & aduertere & resumere ueritatem. Dicit beatus Ambrosius, unum solum hominẽ mediatorẽ dei & hominũ, eo q; sit natus ex uirgine, nec senserit nascendo peccatũ, generationis obnoxiæ uinculis nõ teneri. Omnes autẽ homines sub peccato nasci, quorũ ipse ortus in uitio est: quia cõcupiscentiæ uoluptate concreti, prius subirent contagia delictorũ, q; uitalem de hoc aere spiritũ ducerent: ipsamq; concupiscentiã tanq; legẽ peccati in corpore mortis huius, legi mentis usq; adeo repugnare, ut aduersus eã, non solũ quicunq; boni fideles, sed apostolicæ etiã uirtutis magnitudo pugnauerit, ad hoc ut per Christi gratiã caro animæ subiugata, in concordiã reuocetur. Quorũ duorũ quę primitus sine peccato creata sunt, ex primi hominis transgressione facta discordia est. Et quis hæc
C dicit? Homo dei catholicus, & catholicę ueritatis aduersus hæreticos usq; ad periculum sanguinis defensor acerrimus, sic tui doctoris testimonio prędicatus, ut diceret, quòd eius fidem & in scripturis purissimum sensum, ne inimicus quidem ausus est reprehendere: qui creatorem deum non solum animarum, uerumetiam corporum, aduersus Platonicorum philosophorũ asseuerauit errorẽ: qui nuptiarum bonum & causa propagãdi generis humani diuinitus institutum, & pudicitia coniugali sanctam eius copulam prædicauit. Qui neminem dixit iustificari à peccato, nisi cui fuerint per baptismũ dimissa omnia peccata. Qui coluit iuste iustum deum: Qui perfectionem hominis in uirtute
D atq; iustitia ablit ut impediat desperando, sed eam tamen perfectionem, cui nihil adijciendum sit, in alia uita sperat, quæ implebitur resurrectione mortuorum. In hac autem uita humanam iustitiam in quadam militia belloq; constituit, non solum aduersus æmulas aereas potestates, sed aduersus ipsas nostras cupiditates, per quas & illi exteriores inimici nos deijcere, uel penetrare moliuntur. In hoc bello & ipsam carnem aduersariam grauem dicit, cuius utiq; natura sicut primitus condita est, nobiscum concordissima permaneret, nisi primi hominis præuaricatione uitiata, suo nobiscum languore cõfligeret. In hoc bello ille uir sanctus monet nos seculũ effugere, & in ea fuga quãta sit difficultas, imò impossibilitas, nisi dei gratia opitulet,

Ambrosius

ostendit

ostendit. Dicit mortua quædam uitia per remissio
nem in baptismate omnium peccatorũ, sed eorum
nos curare debere quodammodo sepulturam. Et
in hoc ipso operetalem describit cum uitijs mor
tuis nos habere cõflictum, ut non quod uolumus
agamus, sed quod odio habemus, hoc faciamus,
Multa in nobis peccatum nobis reluctãtibus ope
rari, rediuiuas plerunq; resurgere uoluptates, Lu
ctandũ nobis esse aduersus carnem, aduersus quã
Rom. 7 luctatus est Paulus quando dicebat, Video aliam
legem in membris meis repugnantem legi mentis
meæ. Præcipit ne carni nostræ cõfidamus, ne nos
ei credamus, cũ Apostolus clamet, Scio quia non
habitat in me, id est, in carne mea bonum: Velle
enim adiacet mihi, perficere autem bonum nõ in
uenio. Ecce quantam nos pugnam cum mortuis
habere peccatis, ille strenuus Christi miles, & Ec
clesiæ fidelis doctor ostẽdit. Quomodo enim pec
catum mortuum est, cum multa operetur in nobis,
1. Tim. 6 reluctãtibus nobis. Quæ multa? nisi desideria stul
ta & noxia, quæ consentientes mergunt in interi
tum & perditionem: quæ utiq; perpeti, eisq; non
consentire, certamen est, conflictus est, pugna est.
Quorum pugna? nisi boni & mali, non naturæ ad
uersus naturam, sed naturæ aduersus uitium iam
mortuũ, sed adhuc sepeliẽdum est, id est, omnino
sanandum. Quomodo ergo mortuũ dicimus hoc
peccatũ in baptismate, sicut etiam iste uir dicit, &
quomodo habitare in membris fatemur, & multa
operari desideria reluctãtibus nobis, quibus non
consentiendo resistimus, sicut etiam hic uir fatẽ,
nisi quia mortuũ est in eo reatu, quo nos tenebat,
& donec sepulturę perfectione sanetur, rebellat &
mortuum? Quamuis iam non eodem modo appel
letur peccatum, quo facit reum, sed quòd sit reatu
primi hominis factum, & quòd rebellãdo nos tra
here nititur ad reatum, nisi adiuuet nos gratia dei
per Iesum Christum dominũ nostrum, ne sic etiam
mortuum peccatum rebellet, ut uincendo reuiui
scat & regnet. In hoc bello laborãtes, quamdiu ui
ta humana tentatio est super terram, non ideo sine
peccato non sumus, quia hoc quod eo modo pec
catum dicitur, operatur in membris repugnans le
gi mentis, etiam non sibi ad illicita cõsentientibus
nobis. Quantum enim ad nos attinet, sine pecca
to semper essemus, donec sanaretur hoc malum, si
ei nunq; consentiremus ad malum. Sed quibus ab
illo rebellante, etsi non letaliter, sed uenialiter, ta
men uincimur, in his contrahimus unde quotidie
Matt. 6 dicamus, Dimitte nobis debita nostra. Sicut con
iuges quando modum generationi necessarium,
causa solius uoluptatis excedunt: sicut continen
tes, quando in talibus cogitationibus cum aliqua
delectatione remorantur, non quidem decernen
tes flagitium, sed intentionem mentis, non sicut
oportet, ne illò incidat inde auertentes, aut si in
ciderit inde rapientes. De hac lege peccati, quæ a
lio modo etiam peccatum uocatur, quæ repugnat
legi mẽtis, de qua multa beatus Ambrosius dixit,
attestantur etiã sancti Cyprianus, Hilarius, Grego
rius, aliiq; plurimi. Qui ergo generatur in Adam,

A regenerandus in Christo, mortuus in Adam, uiui
ficãdus in Christo, ideo peccato est obstrictus ori
ginis, quia de malo nascit, quo caro cõcupiscit ad
uersus spiritũ, non de bono, quo spiritus concupi
scit aduersus carnem. Quid ergo mirũ est, si rena
sci debet homo ex illo malo natus, contra quod pu
gnat homo renatus, quo reus & ipse teneret, nisi
renascendo liberaretur? Non est hoc malum mate
ries dei creantis, sed uulnus diaboli eandem mate
riam uitiantis. Non est hoc malũ nuptiarũ, sed pri
morum hominũ peccatũ, in posteros propagatio
ne traiectũ. Etiam huius mali reatus, baptismi san
ctificatione remittit. Deus autẽ iustus, si tanta par
uulis mala, quanta nũc dicere nõ sufficio, nihil pec
cati trahentib. irrogaret, magis appareret iniustus.
B Iustitiæ uero perfecta capacitas hominis nõ nega
tur, quia nec uitiorũ omniũ plenissima sanitas sub
omnipotenti medico desperat. Propter quam ca
tholicam ueritatẽ sancti ac beati, & in diuinorum
eloquiorũ pertractatiõe clarissimi sacerdotes, Ire
næus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius,
Ambrosius, Gregorius, Innocentius, Ioannes, Ba
silius, quib⁹ addo presbyterũ uelis nolis Hierony
mum, ut omittã eos qui nondum dormierunt, ad
uersus uos proferũt de omniũ hominum peccato
originali obnoxia successione sententiã, unde ne
mo eruit, nisi quem sine lege peccati repugnãte le
gi mẽtis, uirgo cõcepit. Quid est quod exultas, &
mihi quasi uictor insultas, tanq; nõ inuenirẽ qd fa
cerẽ, quò cõfugerẽ, si iudicũ premerer potestate,
C si in medio eruditorũ cõsisterẽ tecũ, si uere quã di
cis ratiõis tuba, à te scilicet magno tubicine infla
ta, si auditorũ arma circũstantiũ et tibi fauentiũ cõ
creparent? Ita enim tibi ponis ante oculos nostrũ
in disputatione certamen, & te argumentante, me
quid respondeã non habẽtem, fingis ut placet. Sic
tecum uana et insana tui cordis imaginatio fabula
tur, quasi me ante Pelagianos iudices tecũ consti
tuas, quibus plaudẽtibus tibi liceat exaltare tanq;
tubam uocẽ tuam, & prædicare cõtra catholicam
fidem, et contra gratiã Christi, qua pusilli cum ma
gnis liberant à malo, cõmunem tibi et illis nouitię
huius impietatis errorem. Tales iudices in Eccle
sia dei, nec sine aduersario ex parte altera stãte po
tuit eruditor uester Pelagius inuenire. De quo iu
D dicio, ipse quidẽ, quãtum ad hominũ conspectum
attinet, uelut ab solutus, uestro tamen palàm dam
nato dogmate egressus est. At ego ubicunq; sis, u
bicunq; legere ista poteris, te ante istos in tuo cor
de constitui, quos non amicos meos & inimicos
tuos, aliqua in meam partẽ gratia propendẽtes, ali
quo abs te merito tuę offensiõis auersos, & ob hoc
tibi aduersos, in hac nostra disceptatione constitui
cognitores, Nec eos qui nunq; fuerunt, aut non
sunt, aut quorũ sentẽtiæ, de hoc quod inter nos di
sputatur, incertæ sunt, inani cogitatione cõfinxi,
sed sanctos, & in sancta Ecclesia illustres antistites
dei, nõ Platonicis & Aristotelicis et Zenonicis a
liisq; huiuscemodi, uel græcis uel latinis, quanq;
& istis aliquos eorũ, uerũ omnes sacris literis eru
ditos, nominatim, sicut oportebat expressi: eorũq;

Hieronymus ultimus

sententias, quantum sufficere uidebatur, sine ulla æditas ambiguitate digessi, ut in eis timeas nō ipsos, sed illū qui sibi eos utilia uasa formauit, & sancta templa construxit, qui tunc de ista causa iudicauerunt, quando eos nemo potest dicere perperam cuiq; uel aduersari uel fauere potuisse. Nondum em̄ extiteratis, contra quos suscíperemus de hac quæstione conflictū. Nōdum enim eratis qui diceretis quod in libris tuis ponis, quia de uobis multitudini mentiti fuerimus, & ꝙ Celestianorū, uel Pelagianorum nomine homines terreamus, et ꝙ terrore ab omnibus extorqueamus assensum. Certe ipse dixisti, ꝙ omnes iudices ab odio, amicitia, inimicitia, ira uacuos esse deceat, pauci tales potuerunt inueníri, Sed Ambrosiū aliosq; collegas eius, quos cum illo cōmemoraui, tales fuisse credendum est. Verū & si tales non fuerūt in his causis, quas ad se delatas & inter partes cognitas, cū hic uiuerēt, suo iudicio definierūt, ad hanc tamen causam tales erant, quādo de illa sentētias protulerunt, nullas nobiscū, uel uobiscum amicitias attenderunt, uel inimicitias exercuerūt, Neq; nobis neque uobis irati sunt, neq; nos, neque uos miserati sunt. Quod inuenerunt in Ecclesia, tenuerunt: qđ didicerunt, docuerūt: quod à patribus acceperūt, hoc filijs tradiderūt. Nondum uobiscū apud istos iudices aliquid agebamus, & apud eos acta est causa nostra. Nec nos, nec uos eis noti fueramus, et eorum ꝓ nobis latas cōtra uos sententias recitamus, nondū uobiscum certabamus, & eis pronuncian-

Obiectio tib⁹ uicimus. Dicis me si sub potestate iudicū premerer, quales tibi ipsi cōponis, non habiturū fuisse quid facerē, quò confugerē, cum tuis argumentationibus unde occurrerē, reperire non possem.

Responsio Ego planè haberē quod facerem, haberē quò confugerem, à Pelagianis enim tenebris ad hæc tam clara catholica lumina prouocarem, quod et nunc iam facio. Tu ergo responde, quid facias, dic quò confugias. Ego à Pelagianis ad istos, tu ab istis ad quos? An quia nō numerandas, sed ponderandas censes esse sententias, & addis, quod quidē & ego uerū esse consentio, ad aliquid inueniendū multitudinem nihil prodesse cæcorū, etiam istos cæcos dicere audebis? Et usq; adeo permiscuit imis summa longus dies, usqueadeo tenebræ lux, & lux tenebræ esse dicuntur, ut uideāt Pelagius, Celestius, Iulianus, & ęci sint Hilarius, Gregorius, Ambrosius? Sed qualiscunq; homo sis, tamē quia homo es, uidere mihi uideor uerecūdiam tuam, si tamen non in te spes est omnis emortua sanitatis, & quodammodo audio uocē tuam: Respondes, Absit ut audeam cæcos istos uiros, uel cogitare, uel dicere. Eorum ergo appende sentētias. Nolo esse plures, ut eas te pigeat numerare. Sed non sunt leues, ut eas dedigneris appendere, imò tam sunt graues, ut te uideam sub earum onere laborare. Nunquid & de istis dicturus es, me imbellē tibi opinionē consortis opponere, & uelut consternatum metu, conscios nominare? Dicis, in causa iudicandi amoto

Obiectio strepitu turbarum de omni ordine conuersationis hominū, siue sacerdotum, siue administrantium, si ue prævaricatorū, ad discussionem talium rerum non sola nomina, sed eligendā esse prudentiam, & honorandā esse paucitatem, quam ratio, eruditio, libertasq; sublimat. Ita uero est, ut dicis. Sed nec ego te ullius multitudinis numerositate perturbo, quamuis propitio deo, de hac fide, cui contradicitis, catholica sanum sapiat etiā multitudo. In qua usquequaq; plurimi ubi possunt, quomō possunt, sicut diuinitus adiuuantur, uana uestra argumenta cōfutant. Vnde absit à me ista, quam mihi obij- *Obiectionis responsio*
cis arrogātia, ut me istam causam contra uos, unū pro omnibus agere pollicerer. Quod cum tu inter Pelagianos facis, nō erubescens dicere & scribere maioris tibi esse apud deū gloriæ, destitutam ueritatem tueri: multū abiecti & uere destituti sunt, multumq; abs te pēdent, si hanc intolerabilē arrogantiam esse nō iudicant, qua te etiam ipsis Pelagio scilicet & Celestio uestrū omnium doctorib⁹ anteponis, quasi & illi iam cesserint, & tu remanseris, qui destitutā tuearis, quam ueritatē putatis. Verum quia te delectat non numerare multitudinem, sed appendere paucitatē, exceptis iudicibus Palæstinis, qui hęresim uestrā in absoluto Pelagio damnauerunt, quem timore cōpressum Pelagiana ipsa dogmata damnare coegerunt, decē Episcopos iam defunctos, et unum presbyterū tibi huius causæ oppositi iudices, qui de illa cū hic uiuerent, iudicauerunt. Si uestra considereť paucitas, multi sunt, si multitudo catholicorum Episcoporum, perpauci sunt. Ex quibus Papam Innocētium, & presbyterum Hieronymū retrahere fortasse tentabis, istum, quia Pelagium Celestiumq; damnauit, illum, quia in Oriente contra Pelagiū catholicam fidem pia intentione defendit. Sed lege quæ dicat in laudem beatissimi papę Innocentij Pelagius, & uide utrum tales facile possis iudices inuenire. De illo aūt sancto presbytero, qui secundum gratiam quæ data est ei, sic in Ecclesia laborauit, ut eruditionem catholicā multum in latina lingua, multis & necessarijs literis adiuuaret, non solet Pelagius iactitare, nisi ꝙ ei tanq; æmulo inuiderit. Sed nolo ex hoc tibi uideať de istorum iudicum numero retrahendus, Non enim eius sententiā posui, quam tempore inimicitiarū contra uestrum tenuit & defendit errorē, sed quam posuit in scriptis suis, liber ab omni studio partium, anteq; uestra damnabilia dogmata pullularent. De reliquis sanè non habes omnino quod dicas. Nunqd Irenæus, Cyprianus, Reticius, Olympius, Hilarius, Gregorius, Basilius, Ambrosius, & Ioannes de plebeia fece sellulatiorum, sicut Tulliane iocaris, in uestrā inuidiam concitati sunt? Nunquid milites, nunquid scholastici auditoriales? Nunquid nautæ, tabernarij, cetarij, coqui, lanij? Nunquid adolescētes ex monachis dissoluti? Nunquid postremo de qualiūcunq; clericorum turba isti sunt, quos urbana exagitatos dicacitate, uel potius uanitate contēnis, quia non possunt secundum categorias Aristotelis de dogmatibus iudicare? Quasi tu, qui maxime quereris examen uobis & episcopale iudiciū denegari, Peripateticorum possis inuenire consiliū, ubi de subiecto

Hieronymi laus

iecto & his quæ sunt in subiecto contra originale peccatum dialectica sententia proferatur. Isti Episcopi sunt docti, graues, sancti, ueritatis acerrimi defensores aduersus garrulas uanitates, in quorũ ratione, eruditione, libertate, quæ tria bona iudici tribuisti, non potes inuenire quod spernas. Si episcopalis synodus ex toto orbe congregaretur, mirum si tales possent illic facile sedere tot, quia nec isti uno tempore fuerunt. Sed fideles & multi, excellentiores paucos dispẽsatores suos deus per diuersas ætates, temporum locorumq; distantias, sicut ei placet atq; expedire iudicat, ipse dispensat. Hos itaq; de alijs atq; alijs temporibus atq; regionibus ab Oriente & Occidente congregatos uides, non in locum quo nauigare cogantur homines, sed in librum qui nauigare possit ad homines. Quanto tibi essent isti iudices optabiliores, si tenere catholicam fidem, tanto tibi sunt terribiliores, quia oppugnas catholicam fidem, quam in lacte suxerunt, quam in cibo sumpserunt, cuius lac et cibum paruis magnisq; ministrauerunt, quam contra inimicos etiam uos tunc nondum natos, unde nunc reuelamini, apertissime ac fortissime defenderũt. Talibus post apostolos sancta Ecclesia planatoribus, rigatoribus, ædificatoribus, pastoribus, nutritoribus creuit. Ideo prophanas uoces uestræ nouitatis expauit, & cauta ac sobria ex admonitione apostolica, ne sicut serpens Euam seduxit astutia sua, sic & mens eius corrumperetur à castitate, quæ est in Christo, catholicæ fidei uirginitati insidias uestri dogmatis surrepentis exhorruit, & tanquã caput colubri calcauit, obtriuit, abiecit. His igitur eloquijs & tãta authoritate sanctorum, profecto aut sanaberis dei misericordia donãte, quod quantum tibi optem, uidet qui faciat: aut si quod abominor, in eadem quæ tibi uidetur sapientia, & est magna stultitia, p̃duraueris, non tu iudices quẽ sturus es, ubi causam tuam purges, sed ubi tot sanctos doctores egregios atq; memorabiles catholicæ ueritatis accuses, Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilarium, Gregoriũ, Ambrosium, Basilium, Ioannem, Innocentium, Hieronymum, cæterosq; socios ac participes eorum, insuper & uniuersam Christi Ecclesiam, cui diuinæ familiæ dominica cibaria fideliter ministrantes, ingenti in domino gloria claruerunt. Aduersus hãc autem miserabilem quam deus auertat insaniam, sic respondendũ esse uideo libris tuis, ut fides quoque aduersus te defendatur istorum, sicut contra impios & Christi professos inimicos, etiam ipsum defenditur Euangelium.

Libri secundi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum liber tertius.

AM nunc quia sine dubio tot tantorumq; sanctorum & in sacris literis eruditorũ, & in Ecclesiæ regimine tam clara memoria & laude pollentium authoritati si non cesseris, nec acquieueris, siue contumelioſiſſime sicut me, siue illos uerecũdius & mitius cum aliqua personarum acceptione tractaueris, tamen etiam ipsos errare dicturus es: ita tibi dilecte fili Iuliane, domino donante, respondere debeo, & sic tuos libros atq; argumẽta refellere, ut si possis, intelligas male tibi fuisse persuasum, quod alijs persuadere molitis. Teq; salubriter pœniteat incautę ac temerariæ iuuenilis progressionis & prolapsionis tuæ, non tantum tibi tua correctione, uerumetiam pluribus profutura, cognoscẽtibus uobis atque fatentibus q̃ non inaniter, quamq; ueraciter tot & tanti Christianorũ rectores doctoresq; populorum, hoc in Ecclesia dei didicerint & docuerint, quod uerisimili nouitate decepti, cupiebatis euertere. Si autem, quod abs te dominus auertat, uel sic tenebratum cor habueris, ut intelligere ista nõ possis, uel ex eo numero fueris, quos in sanctis psalmis ueritas notat dicens, Noluit intelligere, ut bene ageret: uel ex eo, de qualibus item scriptum est, Verbis nõ emendabitur seruus durus: si enim & intellexerit, non obaudiet: nec sic erit iste infructuosus labor, uel meus, uel aliorum fratrum, qui per Christi gratiam contra hunc errorem, catholicam defendunt fidem. Multo amplius enim erũt quos antiqua ueritas uel instruat defensa, uel corrigat, si non defuerunt quos irrepens error insolutus aut subuerteret, aut moueret. Ac ne lõgum faciam, nõ omnia uerba tua ponam, sed si dominus adiuuerit, tuarum uelut acutarum argumentationum nihil non solutum destructumq; dimittã. De iudicibus, apud quos propterea dicis nõ potuisse uos agere causam uestrã, quia nemo de rebus dubijs bene cõsultat, nisi qui ab odio, ira & amicitia, uacuum pectus attulerit, quales non fuisse dicis, qui de causa uestra iudicauerunt, quia prius eã cœperunt odisse q̃ nosse, tam quidem superiore libro respõdi, Quia si tales iudices, quales definiuit unde hoc dixisti Salustius, quereretis: sancto Ambrosio & coepiscopis eius qui de hac re ab odio uestri uel amicitia, uel ira, uel quod tu nõ posuisti, Salustius posuit, misericordia pro uobis, uel cõtra uos uacuũ pectus habuerunt, quando de hac re ueras tranquillasq; sentẽtias protulerũt, utiq; cederetis. Quos nũc uobis parũ est, iudices nolle, nisi etiam reos facere insuper audeatis. Sed obsecro te quomodo causam uestrã qui damnauerunt, ante cœperunt odisse q̃ nosse? Quia eam proculdubio nouerant, oderant. Nouerãt enim uos dicere, nihil mali paruulos habere nascẽdo, quod purgari debeat renascendo. Nouerant uos dicere, gratiã dei secun-

Ad primum cauſationum Iuliani

Psal. 35

Prouer. 29

Universidad de Deusto
Biblioteca

Rom.11 dum merita nostra dari, ut iam gratia nõ esset gratia, quia non gratis daretur, sed secundũ debitum redderetur. Nouerãt uos dicere, hominem in hac uita posse nullum habere peccatum, ut non ei sit necessarium, quod in oratione dominica tota dicit
Matt.6 Ecclesia, Dimitte nobis debita nostra. Hæc in uobis nouerant, & rectissime oderant. Denique si ab eis uos correctos nouerint, & amabũt. Quoniam non sicut dicis, Si quis aut liberum in hominibus arbitrium, aut deum esse nascentium conditorem dixerit, Pelagianus & Celestianus uocabitur: sed qui libertatem in quam uocati sumus, non gratiæ dei tribuerit, & qui paruulorum liberatorẽ Christum negauerit, & cuiquam in hac uita iusto aliquam in dominica oratione petitionem, non propter ipsum dixerit necessariam, ipse huius erroris accipit nomen, quia errore communicat crimen. Iam uero Manichæorum crimine, quæ catholica lumina audeas, uel nescias, uel te nescire fingas, in famare, non opus est & hic dicere. Sane ut dicis, si pro uobis potius ab Imperatore responsum est, cur non in medium prosilitis, & hoc ultro publicis potestatib. allegatis, uos esse monstrantes, quorum Christianus princeps approbauit fidem? Verum si dei legem non sicut sese habet, sed sicut uobis placet, intelligitis: quid mirum si et de lege Imperatoris hoc facitis? Sed hæc te aliàs executurũ plenius polliceris. Quod si feceris, aut redarguetur sicut insidiosum, aut contemnetur sicut inane, quod fateris. Quàm uero lauta & lepida est gratulatio tua, quòd unum dicis egressum, qui in se summam prælij sitam optat intelligi, uidelicet ut Pelagianis tu uidearis Dauid, ego autem Golias. Vide ris, si tu hoc induxisti pactum & placitũ cum Pelagianis, ut si uictus fueris, nihil ulteri⁹ illi audeãt. Ego autem absit ut ad monomachiam uos prouocem, quos ubicunq; apparueritis, ubique diffusus Christi debellat exercitus, qui debellauit apud Carthaginem Celestium, quando illic ipse non eram, & rursus Constantinopolim tam longe à regionibus Aphricanis, qui debellauit in Palæstina Pelagium, ubi causam uestram suæ damnationis timore damnauit: ibi enim omnino cecidit hæresis uestra. Et quia ille, cuius figura erat Dauid, cõtra suos aduersarios, in suis omnibus militibus oppugnat errorem uestrum, etiam Pelagij linguam tanquam prostrati & iacentis gladio detruncauit. Nã quod tu dedignaris, propterea uos nouos hæreticos dici, quia omne malum quod peccatum definitur, asseritis non in natura, sed in sola uoluntate cõsistere, iam uobis Pelagius, imò per linguam Pelagij dominus amputauit. Timens quippe ille damnari, damnauit eos qui dicunt infantes etiam si nõ baptizentur, habere uitam æternam. Qui ergo negatis esse in paruulo malum, quod baptismate diluatur, dicite quo merito paruulus non baptizatus, æterna morte plectatur? Sed quid estis dicturi, nisi forte Pelagio maledicatis? Qui tamen si uobis maledicentibus dicat, Et quid uelletis ut faIoan.6 cerem? An dicente Christo, Si non manducaueritis meam carnem, & biberitis meum sanguinẽ, nõ habebitis uitam in uobis: dicturus fueram paruulum habiturũ uitam, qui fine isto sacramẽto finisset hanc uitã? Puto q̃ uos maledixisse homini pœnitebit. Iam uos ergo totius pœniteat huius erroris, ne argumento miserrimo utamini, quo uniuersi utuntur hæretici, quos à pernicioſa licẽtia leges Imperatorum catholicorũ premunt. Omnes quippe huiusmodi dicunt, quod ipse dixisti, laborare illam partem rationis inopia, quæ in differẽdo cum terrorem surrogat, nullũ à prudentibus impetrat, sed cęcum à meticulosis extorquet assensum. Nouidem hæretici uos estis, sed istam penè omnium hæreticorũ ueterem uocem cum cęteris agnouistis atq; tenuistis. Nec uos & alios decipiatis, uelut talem uocẽ habẽtes aduersus nos, qualem nos aduersus Donatistas, quos ad collationẽ nobiscũ uenire per imperialia iussa compulimus. Illorum enim furor occupauerat Aphricã totam, nec prædicari à catholicis ueritatẽ, contra suum patiebantur errorem, uiolẽtis aggressionibus, latrocinationibus, itinerũ obsidionibus, rapinis, ignibus, cædibus multa uastantes, cuncta terrentes. Cum quib. apud Episcopos, quos cõmunes non habebamus, nihil agere poteramus. Quod uero ante centũ fermè annos maiores nostri cum eis egerant, iam populorum memoria nõ tenebat. Hæc igitur necessitas cõpulit, ut saltem gestis nostra collatione confectis, eorum contunderemus inuerecundiã, & reprimeremus audaciã. Vestra uero apud cõpetens iudicium cõmunium episcoporum, modo causa finita est. Nec amplius uobiscũ agendum est, quantum ad ius examinis pertinet, nisi ut prolatam de hac re sententiã cum pace sequamini. Quod si nolueritis, à turbulẽta uel insidiosa inquietudine cohibeamini. Similes aũt estis potius Maximinianistis, qui cupientes exiguitatẽ suam nomine saltem certaminis consolari, & ideo uideri aliquid apud eos quibus contemptibiles erant, quia inire nobiscum sinerentur examen, interpellantes eos, & libellum dantes, prouocãtesq; contempsimus. Magis enim de certamine nominari desiderabant, q̃ formidabant in certamine superari. Nec sperabãt uictoriæ gloriã, sed famam requirebant collationis, quia multitudinis nõ habebant. Si ergo putatis, ideo uos esse uictores, quia non uobis datũ est quale desideratis examen, Maximinianiste uos ad ista uaniloquia præcesserunt: quamuis dederit uobis Ecclesia catholica iudicium, quale debuit, ubi causa uestra finita est: illis aũt nullum dare dignata est, quia nõ à nobis sicut uos, sed à Donatistis fuerant segregati. Si autẽ in Maximinianistis uidetis non esse cõsequens, ut qui conferre in aliquo iudicio nõ sinuntur, putari debeãt de ueritate confidere, nolite ulterius hæc uana iactare: uobisq; sufficiat, q̃ uos Ecclesia catholica & materna lenitate sustinuit, & iudiciaria seueritate, uel potius medicinali necessitate damnauit. Sed ne superfluis immoremur, omitto tumultus maledictorũ & conuitiorum tuorũ, siue quæ in principio cõgessisti operis tui, siue quæ per oẽs eosdẽ quatuor libros pene nusq; spargere destitisti, ne grauib⁹ hominibus

neuter

Universidad de Deusto
Biblioteca

neuter noſtrũ diſputator grauis, ſed leuis uterq; litigator apparcat. Videamus iam potius quid afferas, unde me ſicut promittis, oſtendas homines et nuptias diabolo authori tribuere. Certe redarguenda tibi mea uerba proponis, quibus propoſitis uelut reſpondens perſuadere conaris, cõtra me ipſum locutũ me fuiſſe. Qui cum propter meã defenſionẽ dixerim, ab hæreticis nouis dici, nos damnatores eſſe nuptiarũ, operisq; diuini: poſtea id abſtulerim, dicendo in ſenis uncijs poſſideri hominem naſcentẽ à deo & à diabolo, uel potius totũ à diabolo poſſideri, prorſus excluſo deo uelut ab uniuerſa ſua poſſeſſione, quod eſt homo. Vbi eſt acumen tuũ, quo tibi uideris & categorias Ariſtotelicas aſſecutus, & aliã dialecticæ artis aſtutiam? Itáne nõ attendis hoc, quod mihi de paruulis obiecisti, de quibuslibet maioribus, malis hominibus, utriq; noſtrũ obijci poſſe ab aliquo aduerſario ueritatis? Interrogo enim te, quid de nondũ regenerato homine peſſimo quocunq; reſpõdeas, ſaltem iſtum cõfiteris eſſe ſub diabolo, niſi renaſcatur in Chriſto, an & hoc negas? Si negas, qui ſunt ergo quos deus eruit de poteſtate tenebrarũ, & trãsfert ad regnũ filij charitatis ſuæ? Si aũt confiteris, quæro utrum in tali homine in poteſtate adhuc poſito tenebrarũ, habeat deus aliquam poteſtatẽ. Si dixeris, non habet: reſpondebit tibi, Ergo deus de ſua poſſeſſione à diabolo excluſus eſt. Si dixeris, habet: reſpondebit tibi, Ergo deus & diabolus in ſenis uncijs hominẽ poſſident, et tibi ab imperitis talis inuidia concitabit, qualem tu mihi qui uis peritus putari, de paruulis ab ortu recentibus concitare uoluiſti. Ecce primum argumentũ tuum, quanta facilitate deſtructũ eſt, dum attendere negligis, ſic eſſe homines ſub diaboli poteſtate, anteq; redimantur à Chriſto, ut tamen dei poteſtati, non ſolũ hi, ſed ne ipſe quidẽ diabolus ſubtrahat. De baptiſmi ſanè queſtione, quã uobis apud ignaros inuidioſam mendacijs noſtris factam fuiſſe conqueſtus es, uix dici poteſt, & eleganter exiſti, hãc à uobis amolitus inuidiã, eo q; paruulos baptizandos eſſe fateamini, quia gratiã baptiſmatis dicitis, non pro cauſis eſſe mutandam, q; ipſa dona ſua pro accedentium capacitate diſpenſat. Ideoq; Chriſtus q eſt ſui operis redẽptor, auget, inquis, circa imaginem ſuam continua largitate beneficia, & quos fecerat condendo bonos, facit innouando adoptandoq; meliores. Hoccine eſt totum, cur uobis de baptiſmate paruulorũ faciendam non exiſtimatis inuidiam, quaſi quiſq; noſtrum uos dixerit negare, paruulos baptizari oportere. Nõ eos dicitis nõ debere baptizari, ſed pro magnitudine ſapientiæ ueſtræ, res mirabiles dicitis. In ſacramẽto ſaluatoris baptizantur, ſed nõ ſaluantur: redimuntur, ſed non liberant: lauantur, ſed non abluuntur: exorcizantur & exufflantur, ſed à poteſtate diaboli non eruuntur. Hæc ſunt ſententiarũ portenta ueſtrarum, hæc inopinata myſteria dogmatũ nouorum, hæc paradoxa Pelagianorũ hæreticorum, mirabiliora q; Stoicorum philoſophorum. Vt enim hæc dicatis, timetis audire, Si ſaluantur, quid in eis agrotabat? Si liberantur, quid in eis ſeruitutis uinculo tenebat? Si abluuntur, quid in eis latebat immundum? Si eruuntur, quo merito erant ſub diaboli poteſtate, qui propria iniquitate nõ erant rei, niſi quia trahũt quod negatis, originale peccatũ? Et ad hoc negatis, non ut eos ſaluos, liberos, mundos, nulli hoſti ſubditos aſſeratis: nõ enim aliquid eis opitulatur ueſtrum teſtimoniũ falſum, ante iudicem uerum: ſed ut illis in mala uetuſtate remanentibus, uos nouam ſectemini uanitatẽ. Non em̃ ueſtra, ſed illius eſt uera ſentẽtia, qui dixit, Niſi qs renatus fuerit ex aqua & ſpiritu, non poteſt intrare in regnum dei. Verum uos excellentiſſimi amatores illius uitæ, quæ futura eſt æterna cum Chriſto, nullam pœnam putatis eſſe, imaginẽ dei in æternum exulare à regno dei: cum ſi paruã pœnam eſſe diceretis, non eſſet hæc uox beati amatoris illius regni, ſed miſeri contemptoris. Porrò autẽ, ſi quod huic ſufficit cauſæ, paruã ſaltem pœnam fatemini eſſe, quæ magna eſt, ut imago dei non ſinatur intrare in regnũ dei: obſecro aperite qualeſcunque oculos, & uidete qua iuſtitia pœna iſta infligẽda ſit paruulo, quem clauſis oculis originali obnoxium negatis eſſe peccato. Omitto cõmemorare quæ mala in hac ipſa tranſitoria uita, penè omnes patiantur infantes, & quomodo explicetur, quod dictum eſt, Graue iugum ſuper filios Adam à die exitus eorũ, de uentre matris eorum uſq; in diem ſepulturæ in matrem omniũ. Quæ utiq; mala ſub iuſto & omnipotẽte deo non irrogarent̃ eius imagini, quibus malis in uirtute exerceri infantilis ætas non poteſt dici, ſi nulla ex parentibus mala merita traherentur. Hæc aũt mala paruulorum, nõ ea quæ habere negantur à uobis, ſed quę perpeti cernuntur ab omnibus nobis, tu prætermittis omnino, nec reſpicis, expatiaris ibi uir diſertiſſimus, & exerces ingeniũ ac linguam tuam in laude naturę. Natura iſta in tãtas & tam manifeſtas collapſa miſerias, ſaluatorem, liberatorẽ, mundatorẽ, redemptorem Chriſtum habet neceſſariũ, nõ Iulianum, non Celeſtium, non Pelagium laudatorẽ. Quam quidem redimi non fatereris in paruulis, niſi quia hoc Celeſtius apud Carthaginem geſtis eccleſiaſticis, ora Chriſtiana non ſuſtinens, faſſus eſt. Cæterũ rogo te, quomodo poteſt intelligi iſta redemptio, niſi à malo redimente illo, qui redemit Iſrael ab omnibus iniquitatibus eius? Vbi enim redemptio ſonat, intelligitur & preciũ, Et quod eſt hoc, niſi precioſus ſanguis agni immaculati Ieſu Chriſti? De hoc autẽ precio quare ſit fuſum, quid interrogamus aliũ? Redemptor ipſe reſpondeat, dicat ipſe mercator. Hic eſt, inquit, ſanguis meus q pro multis effundet̃ in remiſſionem peccatorũ. Pergite, adhuc pergite, & ſicut dicitis: in ſacramẽto ſaluatoris baptizant̃, ſed non ſaluãtur: redimuntur, ſed non liberant̃: lauantur, ſed non abluunt̃: exorcizantur & exufflantur, ſed à poteſtate diaboli nõ eruũtur: ſic etiã dicite, fundit̃ pro eis ſanguis in remiſſionem peccatorũ, ſed nullius peccati remiſſione mũdant̃. Mira ſunt quæ dicitis, noua ſunt quæ dicitis, falſa ſunt quæ dicitis: mira ſtupemus, noua

Ad primũ lumi argumentum Cap. 11

De baptiſmo Cap. 111

Ioan. 3

Exod. 40

Matt. 26

Universidad de Deusto
Biblioteca

Morbi infantium unde

Cap. IIII

cauemus, falsa conuincimus. Nónne ipse dixisti, administrationem corporis sic animo esse commissam, ut fructus operis fieret utriq; cõmunis, & uel uirtutis exercitæ gaudia, uel insolẽtiæ pœnas cum eius quam hic non bene rexerat, carnis afflictione sentiret? Respondes igitur, quare in hac ipsa uita afflictione carnis anima crucietur infantis, cuius ei meritum, quia non bene rexerit carnem, adhuc non potest imputari? Naturã dicis humanam in exordijs nascentiũ innocentiæ dote locupletẽ. Fatemur sanè, quantum ad peccata pertinet propria. Cum autem etiã originali negatis obnoxios, respondete, quo merito tanta innocentia nonnunquam cæca, nonnunq; surda nascatur? Quod uitium etiã ipsam impedit fidẽ, Apostolo teste qui dicit, Igit̃ fides ex auditu. Iam uero quis ferat quod ad ipsum spectat animũ, imaginem dei innocẽtiæ sicut asseris dote locupletẽ, fatuã nasci, si nulla ex parentibus mala merita in paruulos trãseunt? An ita est quisq; uestrum fatuus, ut fatuitatem nullum malum putet, cum scriptura dicat, mortuũ septem diebus, fatuum uero omnibus diebus esse lugendum? Quis autẽ nesciat quos uulgo moriones uocant, natura ita fatuos, ut quibusdam eorum penè sensus pecorũ conferatur? Et non uultis fateri genus humanũ ex initio quo deseruit deum, trahere damnatę originis noxã his omnibus dignissimam pœnis, nisi ubi parcit ratione dispositionis occultę inscrutabilis sapientia cõditoris, qui nec ab ipsa uniuersa massa perditionis abstinet sui operis bonum: ut ex malis uitiorum condat, licet cum malis, inquantũ bona est, rationalem mortalemq; naturam, cuius nemo esse potest conditor, præter ipsum: & in generatione damnata, præbeat uasis misericordiæ regenerationis auxilium. Frustra itaque putas ideo in paruulis non esse delictum, quia sine uoluntate, quæ in eis nulla est, esse non potest. Hoc enim recte dicitur propter proprium cuiusque peccatum, non propter primi peccati originale contagium. Quod si nullum esset, profecto nulli malo paruuli obstricti, nihil mali uel in corpore, uel in anima, sub tanta iusti dei potestate paterentur. Quod tamen & ipsum à mala uoluntate priorum hominum sumpsit exordium. Sicut uoluntas mala ipsa est origo peccati, id est, à uoluntate mala peccatum exortum est, & peccati origo uoluntas mala est: ita nisi uoluntas mala, nõ est cuiusquam ulla origo peccati. Hæc si sapias, simpliciter & ueraciter gratiam Christi erga paruulos cõfiteberis. Nec cogeris res impñssimas atq; absurdissimas dicere, aut baptizandos nõ esse paruulos, quod quidem postea estis fortasse dicturi: aut tam magnum sacramentũ sic in eis esse ludibriũ, ut in saluatore baptizentur, sed non saluent̃: à liberatore rediman tur, sed non liberentur: lauacro regenerationis lauentur, sed non abluantur: exorcizentur & exufflentur, sed à potestate tenebrarũ non eruantur: sit eorum precium sanguis qui in remissionem fusus est peccatorum, sed nullius peccati remissione purgẽtur. Hoc totum propterea, quia timetis dicere, non baptizent̃, ne non solum facies uestræ iputis oblinãtur uirorum, uerũetiam capita sandalijs mulierc ularum cõmitigentur. Nos certe causam cur sub diabolo sit qui nascitur, donec renascatur in Christo, peccati ex origine dicimus esse contagium, Vos autem qui hoc negatis, ea saltem quæ aperta sunt intuemini, cur nonnulli etiã dæmonem patiantur infantes, nisi forte & ipsos, aut esse, aut sub diabolo esse negabitis. Nec uos Euangelium cõmouebit: at forsitã propter uos interrogauit dominus quod sciebat, ut pater pueri responderet filium suum ab infantia sua dęmonio tam graui graiterq; uexari, ut à Christi discipulis nõ posset expelli. Ecce ego, ut sint paruuli in diaboli potestate, causam nuptias esse nõ dico, quod me dicere calumniaris. Nuptiæ quippe habẽt ordinẽ suum, & benedictionem suã, bonumq; suũ, nec subintrãte peccato amittere potuerunt. Tu aũt quare sit sub diabolo ille saltem infans qui manifestissime uexat̃ à diabolo, ita ut aliquãdo ipsa uexatione moriatur, responde si potes. Non uis enim quenq; ullam pœnam pro alienis subire peccatis, ne hinc fiat credibile, etiam contagia peccatorũ in nascentes ex gignentibus posse transire. Sed uidelicet ut egregius dialecticus nõ me patieris elabi, sed presse interrogabis & breuiter, in paruulis actionem ream, an naturam putem. Et ad utrunq; respondes, Si actionem, inquis, ostende quid fecerint. Si naturã, ostende quis eos fecerit. Quasi & actio mala faciat nisi naturam ream. Actione quippe qui reus est, homo est, homo autem natura est: homines igitur sicut peccati actione maiores, ita minores maiorum cõtagione sunt rei. Isti ex eo quod faciunt, illi ex quibus originem ducunt. Quocirca paruuli bonũ est, quòd homines sunt, quod omnino nõ essent, nisi eos ille qui summe bonus est, creauisset. Malum uero si nullum ex origine traherent, nunquam cum uitijs uel corporalibus nascerẽt̃. Deus enim qui est animarum, ipse est etiam corporum conditor, qui utiq; humanæ in ipsa conditione naturæ uitia non infligit immeritæ. Neque enim de innumerabilibus paruulis, qui & in animo & in corpore cum tanta uitiorum uarietate nascuntur, hoc dici potest, quod dominus ait de illo qui cæcus est natus: non propter peccatũ ipsius, uel parẽtum id esse factum, sed ut manifestarentur opera dei in illo. Multi quippe nec sanantur omnino, sed cum eisdem uitijs, siue in qualibet ætate, siue in ipsa moriuntur infantia. Nõnullis etiã paruulis iam renatis, uel permanent cum quibus sunt nati, uel accidunt huiusmodi mala. Absit ut dicamus indigne, sed hinc potius intelligamus eis ad alterũ seculum prodesse, q renascantur. Huius aũt seculi dispositionem propter initiũ superbię hominis, per quod apostatauit à deo, diuersis malis hominũ peragi in iugo graui super filios Adam, à die exitus de uentre matris eorũ, usq; in diem sepulturæ in matrem omnium. Quod autem in hoc opere tuo, quomodo fiant à dialecticis syllogismi, unde quæstionem tibi nullus obiecit, docere conaris, quantum tibi places, tantum grauibus lectoribus displices. Et qd̃ est peius, fingis me dicere qd̃ nõ dico, concludere

Cap. V

Rom. 10

Eccl. 22

Cap. VI

Ioan. 9

Eccl. 10 & 40

Eludit Iuliani syllogismos Cap. VII

cludere ſicut nō concludo, concedere quod non cōcedo, & cōcludis tibi ipſe, quod renuo. Quando enim ego negaui naturam hominū eſſe laudabilem, inquantū homines ſunt? Quando dixi, ob hoc ipſum reos eſſe, quia ſunt, cū profecto eſſent, nec rei eſſent, ſi nemo peccaſſet? Quando dixi, fœcunditatem eſſe reprobandā, cū ad benedictiōem pertineat nuptiarum? Quomodo à te peterem ut hoc ipſum cōcederes, quod ipſe non dixi? Iā uero quod me dicis aſſumere, omnis commixtio corporum mala, nihil minus eſt, q̄ ut dicas me etiam uini & aquæ accuſaſſe cōmixtionem, quando potio nobis tēperatur, quia & ibi corporū eſt ſine dubitatione cōmixtio. Et ſi omnem commixtiōem corporū malā dixi, neq; hāc utiq; prætermiſi. Sed nec ipſam cōmixtionem ſexus utriuſq; reprehendi: ſi legitima atq; nuptialis eſt. Sine hac em̄ non fieret hominum generatio, etiā nullo cuiusq; præcedente peccato. Proinde illud aliud quod me dicere adiungis: Filij aūt de corporū commixtione naſcuntur, dico ſanè: Sed concluſio quam uelut meā inferre uoluiſti, non eſt mea. Non enim dico, nequam igitur filij, qui de mala operatione procedunt: quando quidē ipſam coniugū operatiōem, quæ fit gignendorum gratia filiorū, non dico malam, ſed potius bonam: quia bene utitur libidinis malo, per quod generantur homines, bonū opus dei, nō ſine malo, propter quod regenerādi ſunt, ut liberentur à malo. Deinde contexis alterū ſyllogiſmū tuum, quoniā tuus eſt & prior iſte non meus. Dicis ergo, cauſa ſexuum cōmixtio corporū, & uis ut hoc concedā tibi. Ecce concedo. Pergis inde & adiungis: Si mala ſemper commixtio, deformis etiā conditio corporū, in ſexuū diuerſitate poſitorum. Hoc ſi eſſet conſequens, me non premeret, qui cōmixtiōem nuptialem, id eſt, liberorum procreandorum cauſam, non ſolū malam nō dico, uerumetiā bonā dico. Huc accedit, quia & cōſequens non eſt, ut ſi ſemper eſt mala ſexus utriuſq; commixtio: propterea ſit deformis etiam conditio corporum, in ſexuum diuerſitate poſitorum. Profecto enim ſi in tantum homines eſſent malo libidinis ſubiugati, ut remota honeſtate nuptiarum, omnes indifferēter ac paſſim canino more concumberent, non ideo deformis eſſet conditio corporū, cuius deus author eſt, quoniam mala eſſet omniū hominū maris fœminęq; cōmixtio: ſicut etiā nunc de adulterina commixtione utiq; mala, bonum eſt in corporū conditione opus dei. Vides nempe, q̄ dialecticē nihil dixeris, & nulla quidē culpa eſt dialecticæ diſciplinæ, quantū à tramite eius exorbitaueris. Videris illius artis uerbis ad hoc uti, ut eis inflatus attonitos facias imperitos, uolendo uideri eſſe, quod non es. Quod & ſi eſſes, ad eū modū quo iſta diſputanda ſunt, nihil eſſes. Sed plane nunc & ineptus & imperitus, tunc aūt ineptus artifex eſſes, & tamen dialecticorū, quaſi iaculis oneratus acutis, in certamen procedis, & iactas plumbeos pugiones, dicens: Si mala ſemper cōmixtio, deformis etiā conditio corporū in ſexuum diuerſitate poſitorū. Nec uidens q̄ non ſit conſequens, quod pro argumento neceſſario poſuiſti, adiungis & dicis: Quod cum negare nequiueris. Quid eſt quod nequeo negare? Hoc nempe, quod tu tā ſi uel ſero ſapis, non potes niſi negare, quia non utiq; ſi mala eſt cōmixtio adulterorum, propterea ex illis naſcentiū conditio deformis eſt hominum. Illa quippe eſt hominū, male operantiū de mēbris bonis: iſta uero dei eſt, bene operātis de hominibus malis. Quòd ſi dixeris, etiā cum ſit adulteriū, bona eſt per ſeipſam commixtio, quia naturalis eſt, ſed ea male utuntur adulteri: cur non uis acquieſcere ita poſſe eſſe libidinem malā, qua bene tamen utātur gignendi gratia coniugati? An poteſt bonorū eſſe uius malus, & non poteſt malorū bonus? cū inueniamus ipſo ſatana q̄ bene uſus fuerit Apoſtolus, tradens ei hominem in interitū carnis, ut ſpiritus ſaluus eſſet in die domini, & alios ut diſcerent nō blaſphemare. Quod uero ſuperaddis & dicis: Rei aūt malæ deus author eſſe nō poteſt, quomodo id dicis, cū ſint quædam mala, quorū author eſt deus? Melius em̄ loqui nouit ipſe q̄ tu, qui per Prophetam dicit, creare ſe mala. Deinde quomodolibet ſeſe habeat hæc ſuperadditio tua, qd ad me pertinet, cum illud cui cōnectitur, non conceſſerim, eo q̄ inconſequens eſſe monſtrauerim, ut deformis ſit cōditio corporum, etiā ſi omnem commixtiōem corporū, uel utriuſq; ſexus malā eſſe cōcederem? Vt enim concedamus deū nullius eſſe authorem mali: nunquid ideo non eſt author conditiōis corporū, quā nullo modo malā eſſe conceſſi, quia nulla me ad hoc ſuperius cōceſſa cogebant? Inanis ergo & ridenda tua remanſit illatio, qua concludis & dicis: Omnia igitur corpora, malo reputantur authori. Multo enim uerius ita cōcluditur, ut dicamus: Si nec mala cōmixtio adulterorum, facit eſſe malā conditionem corporū: aut ſi bona eſt & in adulteris ſexus utriuſq; cōmixtio, ſed ea male utuntur male: quoniā multo magis ex hoc nō poteſt corporū mala eſſe conditio, recte igitur corpora deo reputātur authori. Nulla eſt itaq; fouea, quā metuens quaſi reuertar in uiam, quò uideris me uelle reuocare. Die tamē quæ nā illa uia ſit, & explica ratiocinationem tuā. Deus, inquis, bonus, per quem facta ſunt omnia, ipſe corporis noſtri membra formauit. Hoc ueriſſimū eſſe concedo. Sequeris & adiūgis: Qui aūt corpora fecerat, diuiſit & ſexū, diuiſit in ſpecie, quod in operatione cōiungeret, fecitq; cauſam coniunctionū diſſimilitudo membrorū. Et hoc aſſentior. Deinde infers, Ab ipſo igitur commixtio corporū, à quo eſt origo corporū. Quis hoc negauerit? Quod cum ingratis, inquis, cōceſſeris, ſequitur tot rerum bonarum, corporum, ſexuum coniunctionum malos fructus eſſe nō poſſe. Et hoc uerum dicis, horum enim bonorū fructus homo eſt, quod inquātum homo eſt, bonū eſt: quod aūt in illo malū eſt, à quo ſanādus eſt per ſaluatorē, & liberandus per redemptionē, & abluendus per lauacrū, & eruendus per exorciſmum, & abluendus per ſanguinem, qui in remiſſionē fuſus eſt peccatorum, non

Plumbeus pugio

T 4 eſt

Universidad de Deusto
Biblioteca

est fructus corporum, sexuũ, coniunctionum, sed originalis ueterisq; peccati. Sicut enim de prole adulterorũ, si ego dicerẽ, tot malorum, id est lasciuiæ, turpitudinis, criminis bonus fructus esse nõ potuit: recte mihi responderes, hominẽ qui de adulteris natus est, non esse fructũ lasciuiæ, turpitudinis, criminis, quorum malorũ author est diabolus, sed corporũ, sexuum, coniunctionũ, quorum bonorũ author est deus: Sic ego ubi rectissime dico, malũ cũ quo nascitur homo, non esse fructum corporũ, sexuum, coniunctionum, quorũ bonorũ author est deus, sed primæ præuaricationis, cuius author est diabolus. Absit aũt ut quemadmodum calumniaris, dicamus homines ad hoc à deo fieri, ut à diabolo legitimo iure teneantur. quamuis em̃ & hoc diuinę sit magis, q̃ diabolicę potestatis, ut immundo principi generatio immũda subdatur, nisi regeneratione mundetur; tamen non ad hoc facit deus homines, ut familiam quodãmodo diabolus habeat, sed ea bonitate, qua naturis oĩbus præstat ut sint, qua etiã ipsum facit subsistere diabolum. Quam bonitatẽ si rebus subtraheret, continuo nihil essent. Sicut non ideo creat pecora in armentis & gregibus impiorũ, ut dæmonibus immolẽtur, quamuis hoc eos nouerit esse facturos: sic etiam ubi generationem peccato cernit obnoxiam, secundũ pulcherrimũ, quem disposuit ordinem seculorum, suã non abstinet ab eius condi-
Cap. X tione bonitatem. Sed post hanc argumentatio nẽ qua te fallis, & confecisse te aliquid arbitraris, ingeris solitũ maledictum, ac deinde subnectis, q̃ forsitan dicam, scripturarũ, non syllogismorũ debere testimonio cõprobari, filios de corporũ commixtione nascentes, reputari diuino operi: quasi qui hoc negauerit, possit esse Christianus. Proinde rem, quam promptissime confitemur, & libentissime prædicamus, uelut habeat inter nos cõtrouersiã, ita per scripturarũ testimonia conaris ostẽdere: & laboras inaniter, nõ ut respondere nobis, sed ut libros possis implere. Veruntamẽ quod dixisti, ut exprimeret fidem operũ Propheta, propè
Gen. 2 periculum pudoris accessit, quia dixit: Erunt duo in carne una: satis te debuit admonere, nihil pudẽdum futurũ fuisse in operibus dei, nisi præcessisset cur natura humana deberet de suí meriti deformitate cõfundi. Dicis etiam in laude libidinis,
Senectus Abrahæ Cap. XI hanc fuisse redditã dei munere Abrahæ & Saræ, senio confectis emortuis corporibus: & inuidiosa
Rom. 4 uoce proclamas, ut asserã si possim, ad opus diaboli pertinere, quod deũ uideam interdum conferre pro munere. Quasi uero si claudũ hominem resuscitet deus, uiuẽtibusq; restituat, qui utiq; mortuus iã claudicare non poterat, etiã claudicationẽ debet uideri pro munere cõtulisse. Ita ergo si restitutus est, qui fuerat in uiridioribus corporum uigor, sic utiq; restitutus est, ut se habet cõditio corporis mortis huius. Nõ em̃ eos ad illum statum reuocari oportebat, in quo Adã fuit ante peccatũ, ut possint sine lege in mẽbris, quæ repugnat legi mẽtis, filios procreare. Quãuis ad hoc intelligendũ sit emortuũ fuisse corpus Abrahæ, ut non ualeret de omni fœmina filios gignere, quæ parere posset. Dicitur enim facere hoc ætatis accessus, ut ex fœmina generare senex possit adolescẽtula, cũ iam de grandiore non possit, quãuis illa de iuuene possit. Qui enim tam prolixo tempore tunc uiuebant, proculdubio serius fiebant ita decrepiti, ut ad concubitum moueri omnino non possent, si tamen cuiq; uiro sano potest id accidere per ætatẽ. Nam cũ hoc opus in manibus haberem, nuncia-
tus est nobis senex octoginta & quatuor agẽs annos, qui religiose cũ coniuge religiosa iam uiginti quinq; annos uixerat cõtinenter, ad libidinẽ sibi emisse Lyristriã, qui utiq; pro modulo, quo isto tẽpore uiuũt homines, grauioris senectutis est q̃ fuerat Abraham in annis centum, adhuc uicturus alios septuaginta. Vnde prudentius creditur, fœ-
B cunditatẽ quæ defuit, suis deũ famulis præstitisse. *Quare Sara parere non poterat*
Duæ quippe causæ dicuntur, propter quas parere Sara non poterat, & erat uulua eius emortua, Vna est sterilitatis, quæ ab ipsa inerat iuuentute. Altera ætatis, non quia nonaginta annos agebat, sed quia iã destiterant ei fieri muliebria. Constat em̃ si mulierũ menstrua secreta cessauerint per ętatem, non eas iã posse concipere, etsi fœcundæ fuerũt, anteq; illa cessassent. Et ideo scriptura noluit hoc tacere, ut augeretẽ miraculi gloria, quod erat deus in eorũ prole facturus. Quando aũt suo uiro ancillã dedit, de qua uoluit, quia de se non poterat suscipere filios, nõ ætate fuerat, sed sua sterilitate permota. Sic enim ait scriptura: Sara autem uxor Abraham non pariebat illi. Et uerba eius ad
C uirum ista sunt: Ecce conclusit me deus, ut nõ pariam. Tunc aũt si ætatem consideremus amborũ, decrepiti essent, si nostri tẽporis homines essent. Erat enim Abraham annorũ circiter octoginta quinq;: Sara aũt annorũ septuagintaquinq;. Scriptum est enim, Abraham aũt erat octogintaex, cũ peperit Agar Hismael Abrahæ. Proinde ante annum fermè mixtus inuenitur ancillæ, quando conceptus est Hismael. Qui tandem coniuges in hac ætate generant temporibus nostris, nisi diuinitus fiat tale miraculũ: Et tamen illi poterant, si Sara sterilis non fuisset, qa & ille potuit de Agar, & illa nondũ erat sic ętate progressa, ut ei cessarẽt fieri muliebria. Ad hoc ergo erat Abrahę corpus *Abrahæ corpus emortuũ* emortuum, ut de Sara iam generare non posset,
D etiam si esset illa ita fœcunda, ut tamen iã propinquaret ætati, qua cruor ille menstruis interuallis uenire desisteret. Quibus em̃ iã omnino nõ fluit, eas ab authoribus medicinę definitũ est non posse concipere. Quòd si falsum esset, nullo modo dicere scriptura curaret, Defecerunt aũt Saræ fieri *Gen. 18* muliebria: cũ superius iã dixisset, Abraham aũt & Sara seniores progressi in diebus suis. Pro modo ergo temporis, cuius longe prolixiore spatio tũc uiuebant, generare iam illa ætate non poterant, cum esset Abraham centenarius, Sara nonagenaria, etiam si sterilis non fuisset, & ante annum concumberẽt, quãdo adhuc ei fluebãt fortasse muliebria. Et ideo adhuc cõcipere posset, si iuuenis esset maritus, tũc aũt nõ posset, ꝓpter corpus Abrahæ

Universidad de Deusto

hæ ſic emortuũ ſenectute, ut ex illius ætatis fœmina gignere non ualeret, qui tamen & ipſe de adoleſcentula ualeret, ſicut poſtea de Cethura ualuit: quãuis & illic dici poſſit, fœcunditatis munus in eodẽ perſeueraſſe, quod acceperat ut naſceretur Iſaac. Pro modo aũt nunc tẽporis, quo longe breuiore ſpatio uiuunt homines, intra centum annos amborũ coniugum, generare poſſe dicũtur. Si uero in ſummam ducti amborũ anni, centenariũ numerum exceſſerint, ſic aſſeuerantur non poſſe filios procreare, etiã ſi fœcunda ſit mulier, & fluentibus adhuc muliebrib⁹ poſſit ex iuuene. Vt iure fuerit etiam conſtitutũ, ne quiſq; ius liberorũ haberet, niſi cum amborũ anni cõputati & ſimul decẽtũ centum non tranſiſſe docerentur. Miraculum ergo dei factũ eſt, ut cõciperetur Iſaac, non parentibus eius libidine reddita, ſed fœcunditate donata. Nã illa eſſe poterat etiã in illis annis, hæc uero eſſe nõ poterat, tot impediẽtibus cauſis. Quamq; & libido, ſicut ſuperius diſſeruimus, ſi emortuis mẽbris ſenilibus munere dei quodãmodo reuiuiſcentibus, etiã ipſa reuiuiſceret, conditionẽ profecto carnis corruptibilis ſequeretur, ut eſſet in corpore mortis huius, quæ in paradiſo eſſe nõ poſſet ante peccatũ in corpore uitæ illius. Secundũ conditionem aũt pœnalis huius corporis, munus fœcunditatis nũc deus unicuiq; largitur, non ſecundum illam felicitatẽ, ubi nihil erat in carne, quod aduerſus ſpiritum concupiſceret, & cõcupiſcẽtiæ aduerſus ſe ſpiritu frenareẽ, quia in natura hominis ante peccatũ, pacem decebat eſſe, non bellum. In ea uero parte ratiocinationis tuæ fruſtra laboraſti, tanq; dicere poſſemus: Iſaac ſine cõcupiſcentia carnis, uel ſemine uiri fuiſſe procreatũ. hoc eñ nõ dicimus, & ideo quicquid inde diſputaſti, prętereundo contẽnimus. Quod aũt tibi præclaro acumine uiſus es inueniſſe, ut diceres, etiã ſi diabolus crearet homines, nulla culpa ſua mali eſſent, & ideo iã nec mali eſſent, quia eſſe quiſq; niſi quod natus eſt, non poteſt, nec ab eo iuſtũ eſt aliquid amplius flagitare q; poteſt. Solemus & nos aduerſus Manichæos iſta dicere, qui non uitiatã bonã dicũt eſſe naturam, ſed ſine initio & immutabiliter malã, quam ſecundũ ſuas fabulas opinãtur malã. Natura uero humana ſecundum catholicam fidẽ bona inſtituta, ſed uitiata peccato meritoq; damnata eſt. Nec mirũ aũt nec iniuſtum eſt, quòd radix proferat damnata dãnatos, niſi cuius manus non defuit creantis, non deſit & miſericordia liberantis, quam uos miſeri inuidetis, cũ malum paruulos, a quo liberentur, habere non dicitis. Sed certe uos qui miſeriã falſa defenſione premitis, & pernicioſa laude oppugnatis infantiam, quare nihil mali merentes, tot in paruulis imagines dei, ſi non baptizenẽ, non admittitis ad regnũ dei? Nunquid ipſi ſibi defuerunt, ut priuentur regno, ut tam luctuoſo puniantur exilio, cũ id nõ fecerint, quod facere oñino nõ poterãt? Vbi etiam panis, quia & uita carebũt, quoniã non manducauerunt carnẽ, nec biberunt ſanguinem filij hominis. Vnde Pelagius, quod ſupra commemoraui,

Ætas coniugum

Ius liberorũ

Cap. XII

eos qui dicunt infantes, etiam ſi nõ baptizentur, habere uitã æternam, in Eccleſiaſtico iudicio niſi damnaſſet, damnatus exiſſet. Qua iuſtitia quæſo, à regno dei, aut à uita dei alienatur imago dei, in nullo tranſgreſſa legẽ dei? Nónne audis quemadmodum deteſtetur Apoſtolus quoſdã, quos dicit alienatos à uita dei per ignorantiã, quę eſt in illis, propter cæcitatẽ cordis eorũ? Tenebitur hac sententia non baptizatus paruulus, an nõ tenebitur? Si dixeritis, nõ tenebitur, Euangelica ueritate, lingua etiã Pelagij teſte, uincemini atq; puniemini. Vbi eſt eñ uita dei, niſi in regno dei, quo niſi renati ex aqua & ſpiritu, intrare nõ poſſunt? Si autem dixeritis, tenebitur, fatemini pœnam, culpam dicite, fatemini ſuppliciũ, meritum dicite. Nihil in ueſtro dogmate reperitis, quod proferre poſſitis. Iam igitur aliquando ſi ullus eſt Chriſtianus ſenſus in uobis, etiam in paruulis propaginem mortis & damnationis agnoſcite, debita iuſtitia puniendam, gratis gratia dei liberandam. In quorũ redemptiõe laudari dei miſericordia poteſt, in quorum perditione accuſari dei ueritas non poteſt, quia uniuerſę uię domini miſericordia & ueritas. Pſal. 24

Diuidis, definis, diſſeris quaſi medicinaliter de genere, & ſpecie, & modo, & exceſſu concupiſcẽtiæ, huius genus eſſe aſſerens in igne uitali, ſpeciẽ in motu genitali, modũ in opere coniugali, exceſſum in intẽperantia fornicãdi: & tamen poſt iſtam totam quaſi ſubtilem atq; prolixam diſputationem tuam, cum te breuiter & aperte interrogauero, cur ignis iſte uitalis bellum in homine radicauerit: ut eo caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, & ſpiritui neceſſe ſit concupiſcere aduerſus carnẽ: cur uulnere feriatur mortali, qui uoluerit igni conſentire uitali: puto quòd ipſum libri tui atramentum erubeſcẽdo conuertetur in minium. Et ignis uitalis, qui noſtræ animæ, quæ uita eſt uera carnis, non ſolum ad arbitrium non obſequitur, ſed plerunq; contra eius arbitrium inordinatis & turpibus motibus excitatur, & niſi aduerſus eum ſpiritus concupiſcat, bonã uitam noſtrã ignis iſte uitalis occidit. Poſt longam diſputationem uelut cõcludens, merito igitur, inquis, cõcupiſcẽtiæ origo definiẽ in igne uitali, quo collecto neceſſe eſt ut ei reputetur concupiſcentia carnalis, per quam conſtituta eſt uita carnalis. Ita hoc dicis, quaſi probare poſſis. An uero cuiuſcũq; frontis ſis, audeas ſuſpicari, in prima hominũ conſtitutione, priuſq; culpam debita damnatio ſequeretur, iſtam carnalem concupiſcentiam aut extitiſſe in paradiſo, aut inordinatis, ſicut eam nunc uidemus motibus, pugnas aduerſus ſpiritum fœdiſſimas ædidiſſe. Deinde ſubnectis & dicis: Huius itaq; appetitus non in genere ſuo, nõ in ſpecie, nõ in modo culpa eſt, ſed in exceſſu, quia genus eius & ſpecies ad conditoris operam pertinent: modus eius ad arbitriũ honeſtatis: exceſſus ad uitium uoluntatis. Quàm concinne tibi uerba inania ſonuerunt, utiq; homini, qui non cogitas quid dicas. Si modus appetitus huius ad arbitriũ pertinet honeſtatis, cuius tandem honeſti arbitrium cõiugati uelit hũc appetitum

Gap. XIII

petitum, niſi quãdo opus eſt, cõmoueri? & tamen quod uult non poteſt. Cuius honeſte continentis arbitrium uelit aliquando hunc appetitum mouerí? & tamen quod uult non poteſt. Vnde clamat
Rom.7 homo: Velle adiacet mihi, perficere autẽ bonum non inuenio. Cum ergo in ipſo motu pro noſtræ uoluntatis arbitrio non habeat ullũ modũ, in effectu aũt non ſit ipſe moderatus, ſed ei modum uigili certamine ſpiritus honeſtus imponat, quid eſt quod laudatis homines mali, & ad deũ non clama
Cap. XIIII tis, Libera nos à malo? Quid te aũt iuuat quod dicis, intercipi debilitate libidinem, quaſi nõ mortẽ prorſus extinguatur, quando iam homini, qui ab illa fuerit ſuperatus & ſubiugatus, non certamen indicitur, ſed uicto redditur, quod debetur? Hoc eſt amarius, hoc eſt ubi non intelligis contendentis propaginem mortis, quod quando ſani ſumus, tunc eſt iſte motus inſanus. Aut in coniugibus, inquis, cũ honeſtate exercetur, aut in caſtis uirtute frenatur. Itáne uero, ita tu expertus es? Ergo ne à coniugibus non frenatur hoc malum, uel hoc tuum bonum? Prorſus cum libitũ fuerit, ſternunt ſe coniuges, & inuadunt quandocunq; titillauerit, nec ad horã cubandi appetitus iſte differtur, ſed tunc uidetur legitima corporum eſſe commixtio, quando illud naturale tuum bonum fuerit ſponte commotum. Si talem duxiſti uitam cõiugalem, deſine te tuis experimentis in diſputatione cõmittere, & de alijs potius quemadmodũ ſit ducenda, uel docenda, perquire. Miror tamen ſi adulterina ſaltẽ deſideria non frenaſti, nec frenanda ſenſiſti. Si uero etiã pudicitia cõiugalis, & propter immoderata in ipſo quoq; connubio uoluptabra libidinis, & propter damnabiles concupiſcentias, ne præter coniugis naturalem uſum aliquid perpetretur, frenat hanc peſtem, quid eſt quod dicis in cõiugibus cũ honeſtate exercetur, quaſi honeſtus ſit appetitus iſte ſemper in coniuge, & nihil ei ſaltem ſecũdum ueniã, ſicut dicit Apoſtolus
1.Cor.7 cõcedatur? Quanto melius diceres, in coniugum moderatiõe cũ honeſtate exercetur? An timuiſti neillic quoq; intelligatur malũ, cui etiã coniuges frenũ cura moderationis imponũt? Poſtremo nũc ſaltẽ iã continẽter uiuẽs, agnoſce in quadrigis illis Ambroſianis equũ malũ, & noli corde uel ore
Iulianus laudare, quem cogeris uirtute frenare. Quartum, inquis, à laſciuiẽtibus perpetrat, id eſt, illius uoluptatis exceſſus, & quia de inſolentia, non de natu
Auguſt. ra cõtingit, inquis, iure dãnatur. De cuius quę ſo inſolentia cõtingit? laſciuiæ, an cõcupiſcentię? Ne offendas ſuſceptam, reſpõdebis laſciuiæ. Sed oẽs homines iudicant laſciuiæ non eſſe peccatũ, niſi quia cõcupiſcentiæ cõſentitur. Nullúmne ergo malũ eſt, cui cõſentiendo peccatur? At hoc malum ineſt in carne cõtra ſpiritũ cõcupiſcente, etiã ſi nõ ſit in ſpiritu nõ conſentiente, & contra etiã
Mat.6 cõcupiſcẽte. Exclama ergo: Libera nos à malo: &
Cap. XV noli malũ falſę laudis, huic addere malo. Diſerte ſane inter laſciuiẽtes & cõtinentes tanq; in medio pudicitiã conſtituis coniugalẽ, quæ illos illi-
Iulianus cita cõmiſiſſe indignat, hos etiam licita contem-

A pſiſſe miratur, ultimi limitis ſortita regionem, ultra ſe proruentiũ execrata barbariem, ſupra ſe micantiũ uenerata fulgorem, quæ uerecundis manibus, & cõfouet æſtuantes, & laudat tali remedio non egentes. Multũ delector eloquẽtiſſima ue- Auguſt.
ritate, ſed obſecro te, nẽpe ſicut dicis, & diſertiſſime ac ueriſſime dicis, propterea continentes laudat pudicitia cõiugalis, q̃ tali remedio nõ egeant, quo ſe ipſam perſpicit euaſiſſe, id eſt, ut ſecundum Apoſtolũ, qui ſe nõ cõtinet nubat. Cur ergo quãdo ego iſtam concupiſcentiã morbũ eſſe dico, tu negas, qui tamen ei neceſſarium remedium conſiteris? Si agnoſcis remediũ, agnoſce morbũ. Si negas morbum, nega remediũ. Rogo cede aliquando etiã per os tuum tibi loquenti ueritati. Nemo
Cap. XVI prouidet remedium ſanitati. Illud etiã recte di-
B cis, examinate non poſſe placere connubiũ, ſi mali comparatione laudetur. Hoc uerũ eſt. Omnino enim in genere ſuo nuptiæ bonũ ſunt, ſed ideo bonum quia fidẽ thori ſeruant, quia prolis ſuſcipiendæ cauſa ſexum utrũq; commiſcent, quia impietatem ſuperationis exhorrent, Hæc ſunt bona nuptialia, quibus nuptiæ bonũ ſunt, quæ ſæpiſſime diximus eſſe potuiſſe, etiã ſi nemo peccaſſet. Poſt peccatum aũt acceſſit eis, non de felicitate, ſed de neceſſitate certamen, ut ſub bono pugnent etiam ipſæ contra concupiſcentiæ malum, ad nihil eam ſinentes illicitum peruenire, quamuis ipſa in hęc nũc remiſſioribus, nunc cõcitatioribus motibus inſtigare non ceſſet, & eius malo bene utentes in propagatione filiorum. Illud uero quis neget malum, niſi qui nõ audit Apoſtolum monentẽ: Hoc
C autem dico ſecundum ueniam, non ſecũdum imperium: quando coniuges non prolis ſuſcipiendæ, ſed carnalis uoluptatis explendæ uicti cupiditate concumbunt: hoc non laudatur, ſed ignoſcitur in comparatione peioris, interuenientibus & deprecantibus nuptijs. Poſt hæc autem ad Cap. XVII
exemplum Abrahæ & Saræ, neſcio qua ratione reuerteris, de quo iam ſatis reſpondiſſe me exiſtimo. Sed neſcio quid te fugerat, quod addere uoluiſti, cum poſtea ueniſſet in mẽtem. Humanum eſt, ſolet euenire. Quid ergo illud eſt audiamus. Dicis factũ fuiſſe prophęticum, quod nunc oſtenſum eſt in regiõe Aphricæ, pulchræ & ſanctæ mulieris, quæ Eccleſiæ formã tenebat, tutũ non eſſe
D uel coniugem, uel pudorem, & quia ibi diuinitus intacta ſeruata eſt. Ne in omnibus tuis uerbis fruſtra immorer, ad eum cui ſcribis, te cõuertis & di- Iulianus
cis: Orandus eſt hic deus frater beatiſs. Turbãti, cõſacerdos dilectiſſime, ut paribus etiã hac tempeſtate uirtutibus Eccleſiã catholicã filij ſui ſponſam, maturam, fœcundam, caſtã decoram à Manichæorũ cõſtupratione in Aphrica, uel ex Aphrica latrocinantium eruere nõ moretur. Hæc no- Auguſt.
ſtra potius oratio eſt aduerſus Manichęos, & Donatiſtas, & alios hæreticos, uel quoslibet chriſtiani & catholici nominis inimicos, in Aphrica conſtitutos. Cõtra uos aũt, quia nobis eſtis peſtilẽtia tranſmarina, Chriſto ſaluatore uincenda. Ideóne latrocinamur ex Aphrica, quia unum martyrem

hinc

Universidad de Deusto

hinc opponimus Cyprianum, per quē probemus antiquam nos defendere fidem, contra ueſtri erroris uanam prophanamq; nouitatem? O nefas. Defuerunt Eccleſiæ dei quæ in Aphrica conſtituta eſt, defuerunt orationes tuæ, quando iſta quæ oppugnas, Cyprianus beatiſs. prædicabat? Quando ille dicebat, multo magis à baptiſmate prohiberi non debet infans, qui recens natus nihil peccauit, niſi q̄ ſecundū Adam carnaliter natus, contagium mortis antiquæ prima natiuitate contraxit, ut ei remittantur non propria, ſed aliena peccata: quando hæc Cyprianus didicerat & docebat, defuit auxiliū precum tuarum, quo Sara in regione Aphricæ ſeruaret intacta, & à Manichæorum conſtupratione, qui ſecūdum intellectum tuum, antequam Manichæi nomen Romanis ſonuiſſet interris, etiam ipſum deceperant Cyprianum, liberaretur Eccleſiæ pulchritudo? Vide quæ monſtruoſa & furioſa dicas contra antiquiſſimam catholicam fidē, non habendo quid dicas. Sed quantumlibet tergiuerſeris ó hæreſis Pelagiana, quæ contra muros antiquiſſimæ ueritatis, nouas conſtruis machinas, nouas moliris inſidias: Pœnus diſputator, quod me cōtumelioſe tuus defenſor appellat: Pœnus, inquam, diſputator nō ego, ſed Cyprianus, Pœnus te hoc uulnere Pœnus Immolat, & pœnā ſcelerato ex dogmate ſumit. Quid ſi tot Epiſcopos ex Aphrica nominaſſem, quot ex alijs orbis partibus nominaui, aut qd ſi in eis ipſis plures Aphri eſſent? Vnus hinc eſt, cæteri aliunde, quorū ab Oriente & Occidente conſenſione cōfoderis, & tamē tanta obſtinatiōe cæcaris, ut non uideas: te potius uelle corrūpere antiquum Eccleſiæ decorem, id eſt, antiquā fidem, tanq̄ Sarę aniculæ pulcherrimæ caſtitatē. Si enim per ſanctos antiſtites dei, memorabilesq̄ doctores Irenæum, Cyprianum, Reticium, Olympium, Hilariū, Ambroſium, Gregorium, Baſilium, Ioannem, Innocentium, & Hieronymū conſtuprauerūt Eccleſiam Manichæi, dic mihi Iuliane quæ te peperit? Vtrum te caſta, an uero meretrix in lucem, quam deſeruiſti, per uterū gratiæ ſpiritalis enixa eſt: an ut dogmata Pelagiana defendas, cōiugis Chriſti & matris tuæ uiſcera, inſtinctu nefario nō erroris, ſed furoris infamas? Vſqueadeo enim cōtra uetuſtam pulchritudinem Saræ non inuenit, quid nouitia deformitas mentiatur, ut tot Epiſcoporū glorioſorum catholicorum in tāta ſuarū ſententiarū manifeſtatiōe conſenſum, in quibus ſunt qui Manichæi nec nomen audierunt, Manichæorū blaſphemia criminetur. Sed ab hoc digreſſu, quo te impetus non ut dicis doloris, ſed perditi pudoris abſtulerat, ad ea quæ inſtitueras delirare reuertēris: & adhibito ex Apoſtolo teſtimonio illud, q̄d de Abrahæ & Saræ emortuis membris dixeras, confirmare conaris. Vnde iam ſuperius, quātum ſatis uiſum eſt, me diſſeruiſſe ſuffecerit. Quis autē chriſtianus ignorat, quòd ille, qui primum hominem fecit ex puluere, oīnes fabricetur ex ſemine? Sed ex ſemine iam uitiato atq̄ dānato, quod partim per ueritatē remaneat in ſupplicio, partim per miſericordiam liberetur à malo. Non igitur ut putas atq̄ concludis, ullis laqueis tuis peccati naturalis ſuffocatur aſſertio. Depraua tam quippe primi tranſgreſſoris uolūtate naturam, nō tua defenſio uerbis inanibus purgat, per nouitium dogma ueſtrum, ſed gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Quamobrem nec puto, ſicut calumniaris, q̄ coniuges ſine corporum calore generauerint, nec puto q̄ hominem deus non fecerit, aut diabolo fecerit, aut diabolus fecerit, quia nec ipſi parentes poſſunt hominem facere, ſed ex parentibus deus. Cuius poteſtati nec ſeipſum diabolus ſubtrahit, quanto minus naturam humanam, quā ſibi per peccati meritū illo damnāte ſubiecit. Quæ cum ita ſint, tu potius & ſi non cultor, quod eſſe dicis me, tamen quantumlibet eum accuſare uideaſ, diaboli adiutor eſſe conuinceris, quòd omnes paruulos ab eo malo, per quod tenentur à diabolo, ſanari per Chriſtum non debere contendis, cū doctrina non ſana ſanos eſſe defendis. Ego aūt ſecundum ſanam fidē, ex eadem concupiſcentiæ uoluptate concretū etiā Iſaac dico, ex qua & homines cæteri, uno ſolo excepto ab hoc malo, per quem liberamur à malo: peccatorū quoq̄ genitalibus manum diuinæ prouidētiæ intereſſe nō nego. Attingit enim à fine uſq̄ in finem fortiter, & diſponit omnia ſuauiter, & nihil inquinatum in eam incurrit. Et ideo etiā de immundis & contaminatis, quæ uoluerit operatur, munda tamē ipſa & incontaminata perſiſtens. Nec opus eſt, ut anfractibus longis ea quæ cōcedo, mihi probare coneris, ſed ad hoc reſponde ſi potes, cur ipſe Iſaac niſi baptiſmatis Chriſti ſigno circūciſus die octauo fuiſſet, periſſet anima eius de populo ſuo. Explica ſi potes, tāta pœna quo merito plecteretur, niſi ab hac illo ſacramēto liberaretur? Emortuam uuluam Saræ ad emiſſionem ſeminis, & emortuū corpus Abrahæ ad generandū ſicut iuuenes generant, deum uiuificaſſe negari nō poteſt, ut proles de illa parentū naſceretur ętate. Sed Iſaac quātum ad propria peccata, etiam ſi ex adulteris naſceretur, innocēs natus, quid meruerat, ut anima eius de populo ſuo periret, niſi circunciſio ſubueniret? Noli euagari per multa obſcura, perplexa, ſuperflua: ad hoc unū apertum, ſimplex, neceſſariumq̄ reſpōde. Interponis Apoſtoli teſtimoniū, nō ad quod ab ipſo poſitū eſt, ſed ad quod ipſe arbitraris. Vnde nunc quoniā non inde agimus, & longum & ſuperuacaneū eſt diſputare, tamen interponis ubi ait, Et quomodo iudicabit deus mūdum? Si enim ueritas dei in meo mēdacio abūdauit in gloriā ipſius, quid adhuc & ego tanq̄ peccator iudicor? Ac deinde ſubiungis, per hæc ſua uerba Apoſtolū oſtēdere, amiſiſſe deū authoritatem iudicandi, ſi modū non tenuit imperandi. Si ergo ſicut putas, ad hoc iſta dixit Apoſtolus, ut ſe ſe cohiberēt, qui aſſerebāt laudi dei proficere peccata mortaliū, eūq̄ ideo impoſſibilia pręcepiſſe, ut miſerendi ſibi materiā præpararet: & per hanc apoſtolicam ſententiā, ſicut exiſtimas demōſtrat, propterea recte iudicari homines, quia pręcepta poſſibilia

Rom. 4

Rom. 5

Cap. XVIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

possibilia non fecerunt, iniuste aũt iudicarẽtur, si ea non fecissent, quæ impossibilia iuberẽtur: quid de Isaac dicturus es, cui quicq; nec possibile, nec impossibile est imperatũ, & tamen perditionis animæ suæ pœna feriretur, si octauo die non circumcideretur? An uero nec sic tandem respicis illud primitus in paradiso datũ, possibile ac facile fuisse præceptũ, quo contempto atq; uiolato omnes ex uno homine, tanq; in massa originis commune illud habere peccatũ, & hinc esse iugũ graue super filios Adam, à die exitus de uẽtre matris eorum, usq; in diem sepulturæ in matrẽ omnium. Et quoniam ex ista in Adam generatiõe damnata nemo liberatur, nisi regeneretur in Christo, propterea signum eiusdẽ regeneratiõis Isaac nisi accepisset, perisset: nec immerito perisset, quia ex hac uita, quò per generationem damnatam damnatus intrauerat, sine signo regenerationis exisset. Aut si nõ est ista causa, dic alterã. Bonus est deus, iustus est deus, potest aliquos sine bonis meritis liberare, quia bonus est, nõ potest quemquam sine meritis damnare, quia iustus est. Nullum meritũ malum octo dierum infans de proprijs peccatis habebat, quare damnaretur, nisi circumcideretur, si
Cap. XIX ex origine nõ trahebat? Perge ad cætera, & uanis uaniora contexe, non scripturarũ sanctarum eloquia, quæ commemoras, dico, sed ex his quæ conficere niteris. Quandoquidẽ dicis, ex hoc intelligi debere perfectam ignorantiam, iustitiã nominari, quia dixit deus ad Abimelech, qui cũ Sara erat cõcubiturus, ignorãs q uxor esset aliena, Et ego sciebam, quia in corde mundo fecisti hoc: C & ideo nascentium statum, generantiũ uoluptate non lædi. Quia etsi mala esset, inquis, tamen ad illorũ nullo genere scientiam perueniret. Cur ergo eos non nominas iustos, si perfecta ignorantia iustitiæ nomine nũcupanda est? Nihil est namq; perfectius ignorantia paruulorũ, nihil ergo uocetur & iustius. Vbi est quod superius asserendũ putasti, nec iustos nasci paruulos, nec iniustos, quod futuri sunt actib. suis, sed tantũmodo infantiã innocentiæ dote locupletem? An nõ uerba tua sunt ubi dicis: Homo igitur innocentia quidẽ plenus, sed uirtutis capax nascitur, aut laudem, aut reprehensionẽ ex proposito accedẽte meriturus? Nunquid uirtutem dicturus es non esse iustitiã? Quomodo igitur infans nondũ plenus est uirtute, sed
D capax, cũ plenus sit ignorantia, quam dicis esse iustitiam, nisi uirtutẽ neges esse iustitiam? Ita ne nõdũ euigilabis hac absurditate percussus, & te hoc dixisse pœnitebit? Nam domini uerba uigilãt, sed tu dormis. Neq; enim ait regi, Sciebam quia cor habes iustum: aut, quia cor habes mundum: cum
Mat. 5 scriptũ sit, Beati qui mundo sunt corde, quoniam ipsi deum uidebunt: tu aũt istum Abimelech ad peccatoris proponis exemplum. Sed sciebam, inquit deus, quia in corde mundo fecisti hoc: Non omnia uel quæcunq; alia, sed hoc, in quo adulterij conscientiam non habebat. Miror tamen q̃ isto exemplo à te cõmemorato, quod non potes, conaris efficere, & non ibi uides, quod nõ uis audire.

A Conaris em̃ ut credatur orante Abraham, libido reddita esse mulieribus, quia scriptũ est, Conclu- Gen. 20
serat deus à foris omnem uuluam in domo Abimelech, propter Saram uxorem Abrahæ. Hanc enim conclusionem sic uis intelligi, tanq̃ libido fuerit illis fœminis deo indignante detracta, cum magis indicet his uerbis, aliqua ualetudine uulua conclusa, ut aut imprægnanda concũbere fœmina, aut parere imprægnata non posset: & non attendisti homo, qui non uis iudicio diuino quẽquam non alienis, sed suis plecti posse peccatis, quomodo fieri potuerit ut Abimelech peccaret, quamuis nec ipse adulterino corde peccauerit, & deus quantulumcũq; peccatũ eius in mulieribus ad eum pertinẽtibus uindicaret. Vides contagionem transire peccati de uiro in fœminas, quibus
B miscebatur, uel quibus dominabat: & in prolem de parentibus non uis, ex quorũ seminibus propagatur. Considera igitur, q̃ sit inscrutabilis altitu- Rom. 11
do iudiciorum sapiẽtiæ & scientiæ dei, & garrire
Cap. XX desine cõtra originalis secreta peccati. Deinde incipis disputare de excessu concupiscentiæ, quẽ reprehensibililem dicis, quasi in eius moderatiõe cũ ea bene utitur coniugatus, equus ipse qui malus est, & non potius sit eius auriga laudandus. Quid ergo te adiuuant testimonia de scripturis, quibus ostenditur, quemadmodum deus uel prohibeat libidinis uel damnet excessum. Illud potiꝰ intuere, quicquid in quorumlibet flagitiorũ turpitudine, quæ genitalibus mẽbris perpetratur, horremus, concupiscentiam carnis, nisi teneatur efficere ipsis motibus suis, quos in corporibus etiam castorum usq; ad ingemiscẽdum effectũ perducit in somnis. Sic autẽ dicis, qua ratione quęreret iustos in Sodomis deus, si illos tales natura faciebat: tanq̃ nos dicamus, mẽtis excellentiore natura, concupiscentiã carnis nõ posse frenari. Sed dicimus, usqueadeo malum est, ut repugnans expugnando uincatur, donec sicut uulnus in corpore, ita perfecta curatione sanetur. Si aũt putas Apostolũ ex hoc laudasse libidinẽ, quia usum fœminæ dixit esse naturalẽ, ubi ait, quosdã relicto naturali Rom. 1
usu fœminę, exarsisse in appetitum suũ in inuicẽ: omnem profecto usum fœminæ laudare cõpelleris, ac per hoc & ea, quę cũ fœminis cõmittuntur stupra, laudabis, quia & illic usus utiq; naturalis est, quãuis damnãdus, quia legitimus non est. Vnde & filij nõ legitimi, sed naturales uocantur, qui inde nascũtur. Nõ utiq; concupiscentiã carnis, illo uerbo laudauit Apostolus, sed naturalẽ appellauit usum, unde natura humana potest nascendo subsistere. Dicis etiam Sodomitas, & in panis ac uini peccasse creaturã: atq; ita uis intelligamus libidinẽ bonã, sed homines qui ea male utũtur, esse culpabiles, sicut bona est natura panis & uini, quãuis ea male utendo peccetur. Ita enim nõ intelligis qd loquaris, ut non uides creaturã panis & uini, nõ cõcupiscere aduersus spiritũ, sed ipsam potius inhoneste à male utentibus concupisci, & eã forinsecus in nostrũ corpus intrare. Qua ideo parcius & restrictius est utendũ, ne ipsa quoq; cõcupiscentia

Universidad de Deusto
Biblioteca

cupiſcentia, quod malũ intus ac noſtrum eſt, meri tẽ corruptibili corpore ex abundantiore materia multo magis aggrauante, aduerſus nos uehementius & inuictius cõcitetur. Hoc igit malo, quod indicat malũ eſſe, ſiue qui aduerſus illud dimicat, ſiue quẽ ſubiugat, & parens bene utitur, cũ pudice filiũ gignit, & deus, cũ prouide hominẽ cõdit.

Ca. XXI Nunc ergo conſidera, rogo te, Nunc, inquam, ut te ſalubriter ueritas uincat, depoſita uincendi cupiditate, cõſidera utrũ noſtræ, an tuæ ſententiæ debeas acquieſcere. Bene quod breuiter admonere te dicis, ut lectoris pectori hæreat, quod toto libro abs te geſtũ eſt. Et quæ ſit ipſa breuis admoni

Iulianus tio, ſubinferens: Cõcupiſcentiæ naturalis qui modum tenet, inquis, bono bene utitur: qui modum non tenet, bono male utitur: qui aũt etiam ipſum B modũ ſanctę uirginitatis amore contempſerit, bono melius nõ utitur. Cõfidẽtia quippe ſiue ſalutis, inquis, & roboris contẽpſit remedia, ut glorioſa

Auguſt. poſſet exercere certamina. Ego uero ſic ad tua iſta reſpondeo. Cõcupiſcentiæ carnalis qui modũ tenet, malo bene utitur: qui modũ non tenet, malo male utitur: qui aũt etiã ipſum modum ſanctæ uirginitatis amore cõtempſerit, malo melius non utitur. Cõfidentia quippe diuinę opitulationis & muneris contẽpſit infima remedia, ut glorioſiora poſſet exercere certamina. In hac controuerſia de bene utendo iſto, utrum bono an malo, tota inter nos cauſa uerſatur. In qua uellẽ quidem egregios iudices non repudiares, quos tibi meis ſuperioribus libris ſana doctrina eruditos, ſine ullo ſtudio C partiũ, de hac cauſa ſententias protuliſſe monſtraui. Sed quoniã ſi te nõ correxeris, ipſorum quoq; accuſationẽ, uel ut mitius dixerim, reprehenſionẽ ſine dubio præparabis, te potius utar iudice, pro mea ſententia contra tuã, non alicubi alibi, ſed in eodem libro tuo, nec eius alio, ſed eoipſo loco. Dixiſti em̃ ſanctã uirginitatẽ cõfidẽtia ſuæ ſalutis & roboris contempſiſſe remedia, ut glorioſa poſſet exercere certamina. Quæro quæ remedia cõtempſerit? Reſpõdebis nuptias. Quęro, Iſta remedia cõtra quẽ morbũ ſint neceſſaria? Remediũ quippe à medendo, id eſt, à medicando nomẽ accepit. Simul itaq; uidem? ambo remediũ nuptiarũ. Cur laudas tu libidinis morbum, quo perueniri cernis ad mortẽ, ſi ei nõ reſiſtat, aut cõtinentiæ retinaculum, aut coniugale remediũ? Iam hoc & ſuperius egi tecũ, ubi diſertiſſime pudicitiam coniugalem inter laſciuientes & cõtinentes ita poſuiſti, quę uerecũdis manibus, & cõfouet æſtuantes & laudat tali remedio nõ egẽtes. Eadẽ itaq; repeto. Iterum audi, quod illic tibi breuiter dilucideq; reſpondi. Quando ego iſtã cõcupiſcentiã morbũ eſſe dico, quare tu negas, qui tamẽ ei neceſſarium remediũ confiteris? Si agnoſcis remediũ, agnoſce morbũ. Si negas morbum, nega remediũ. Rogo cedę aliquando etiã per os tuum tibi loquẽti ueritati, nemo prouidet remediũ ſanitati. Quæ ſunt aũt ſanctarũ uirginum, ſicut appellas glorioſa certamina, niſi quia non uincuntur à malo, ſed uincunt in bono malũ? Quæ nõ glorioſa ego, ſed glorioſiora dicere malui. Habet enim palmam de huius mali ſubiectione, quãuis minorem, pudicitia etiam cõiugalis. Belligerat enim etiã ipſa contra carnalem concupiſcentiam, ne limites thori nuptialis excedat: belligerat, ne definitum ex cõſenſu cõiugum orandi tempus irrumpat. Et ſi tantas uires habet iſta pudicitia coniugalis, tantumq; dei donũ eſt, ut faciat quod præſcribũt tabulæ matrimoniales, in ipſo quoq; thoro coniugali cõflictu fortiori belligerat, ne ultrã ęq; generandis filijs ſatis eſt, etiam ipſum coniugis corpus attractet. Talis pudicitia nec menſtruatis, nec grauidis utitur fœminis, nec eius ætatis, qua certum eſt eas iam concipere non ualere. Nec eam prorſus concũbendi uincit affectus, ſed tunc relaxatur, cũ ſperatur regenerationis effectus. Si quid uero fit in coniuge, non quidem contra naturam, ſed tamen quod tabularũ matrimonialium limitem tranſeat, ueniale apud Apoſtolũ reperitur, quia nequaquam limes cõiugalis carnis exceditur, ſed tamen ut etiam ipſe nõ excedatur, contra malum concupiſcentiæ dimicatur. Quod uſqueadeo malũ eſt, ut ei ne noceat pudicitiæ certamine reſiſtatur: & tu niſi fallor, in iſto es certamine conſtitutus. Et quia te fideliter pugnare exiſtimas, uinci times. A quo quæſo te uinci times? A bono, an malo? An forte à me uinci times, ut adhuc malum neges, & tanq; bonum laudes, à quo uinci times? Inter duos aduerſarios cõſtitutus in magnas coartaris anguſtias, & me uis uincere per eloquentiam, & libidinem per continentiam, ſed pugnando aduerſus eam confiteris malum, laudando eã deſeris ueritatis bonum. Sed ego te uinco, & expugnatorem & laudatorẽ mali, conſtituẽs te ante iudicẽ non aliũ, ſed teipſum. Vis em̃ uincere concupiſcentiam expugnatione eius, me uero laude eius. Sed ego reſpondeo: Vt uincat quę laudat, iudicet qui pugnat. Si em̃ malũ eſt, cur laudat? Si bonum eſt, cur expugnat? Si aũt nec bonũ nec malũ eſt, ut quid laudat? ut qd expugnat? Quandiu igitur expugnator libidinis eris, tamdiu pro me cõtra teipſum iudex eris. An forte aduerſus libidinem non certabis, ne in iſto quod mecum habes certamine ſupereris, dicens tibiipſi, melius non pugno, ęq; oſtendo pugnando malũ eſſe quod laudo. Noli obſecro te. Quid em̃ ſum ego, quẽ pro magno deſideras uincere? Vincat te potius ueritas, ut tu libidinem uincas. Nam ſi aduerſus eam pugnare deſtiteris, uinceris, & ad immunda omnia pertraheris. Quod cum ſit horrendũ malum, nec ad hoc quod deſideras tibi proderit hoc. etiam ſic em̃ uinceris à me: imò ab ipſa, quã prædico, ueritate. Sed cõcupiſcentiæ debellator etiã tuo iudicio uinceris, cũ id malũ laudas, de cuius debellatione gloriaris. Si aũt ne certamine dimicantis uincatur lingua laudantis, pugnare iam deſinis, captiuum cõcupiſcentiæ, deſertorem continentiæ uincã, nõ iam ſuo, ſed iudicio ſapientiæ. Cauſa utiq; noſtra finita eſt. Quantũlibet em̃ laudes concupiſcentiã carnis, quamdiu pugnas aduerſus eam, cernis ęq; uerum de illa, nec niſi de illa dixerit Apoſtolus Ioannes, quòd non eſt à pa 1. Io. 2

tre. Nam ſi ut dicis, qui modum eius nō tenet, bo A
no male utitur, etiam in male utētibus bonum eſt
ipſa. Quæ igitur eſt illa, quæ non eſt à patre? An
etiam ipſam quomodolibet intellígas, laudare di
ſpones? Porrò ſi malū eſt ipſa, ubi erit quādo erit,
quando quidē iſta etiā ſi male quis utatur, bonum
erit. Nec ipſa, ut dicis, ſed ille erit malus, qui bono
utitur male, ac per hoc fruſtra dixit Ioannes cōcu
piſcentiā carnis nō eſſe à patre. Hāc enim tu bo-
nam, & ob hoc à patre eſſe contendis, etiā cum ea
quiſq; male utitur, quia bono male utitur. Nec di
cere poteris, quādo moderata eſt, à patre eſt, quan
do immoderata eſt, nō eſt à patre, quia & tunc, ut
dicis bonū eſt, quo male utitur malus. Sed ab his
anguſtijs liberaberis, ſi crediderís nō línguæ tuæ,
ſed pugnæ tuæ. Cōtinentia eſt em̄ à patre, qua nō
expugnaretur cōcupiſcentia, niſi nō eſſet à patre. B
Hæc ipſa ergo cōtra quā ſi continenter uiuis, acri
ter pugnas, non eſt à patre. Nō enim contra eam
pugnares, niſi repugnaret. Nec uero repugnaret
ubi agenti quod donat̄ & amatur à patre, ſi eſſet
à patre. Ex iſta & cū iſta naſcitur homo, bonū dei
opus, non ſine malo, quod trahit origo generatio
nis, & ſanat gratia regenerationis. Ac per hoc re-
cte à me dictū eſt, ita nuptiarū bonū malo origina
li, quod inde trahitur, nō poteſt accuſari: ſicut ad-
ulteriorum & fornicationū malū, bono naturali,
quod inde naſcitur, nō poteſt excuſari. Bonū em̄
naturale dixi, quod mecū ipſe collaudas: malum
aūt originale dixi, cuius motibus mecum repu-
gnas, & cuius contra me laudibus pugnas. Hoc
non eſt malum, q̄ natus es, ſed cū quo natus es, & C
contra quod ſpiritaliter dimicas, quia renatus es.
Quod natus es, pertinet ad dei conditionē, paren
tum fœcunditatem: cōtra quod aūt dimicas, quia
renatus es, pertinet ad præuaricationem, quā dia-
boli aſtutia ſeminauit, unde te Chriſti gratia libe-
rauit: ut prius hoc malo bene utereris in coniuge,
nunc illi aduerſeris in te, non iā reus ex illo, ſicut
eras natus, ſed ab eodē reatu nō erutus, niſi quia
renatus: ut poſſis redemptus regnare cum Chri-
ſto, ſi tamen iſta hæreſis nō te faciat perire cū dia-
bolo. Sed quod potius cupimus, cōfitearis malū,
cōtra quod bellū geris, ut eo nō ita ſeparato, qua-
ſi alia natura ſit, ſed in te omni ex parte ſanato, in
perpetua pace læteris. Non igitur ſum pharmaco
polæ ſimilis, ut dicis, qui promittebat beſtiā, quæ D
ſeipſam comeſſet: ſed obſerua ne beſtialis iſte mo
tus, contra quem uideris in tua carne confligere,
ſicut te peruertit laudatus, ſic te conſumat poſtea
relaxatus. Non enim ut calumniaris, ego dixi nu-
ptias & magnum bonū, & magnū malū, tanc̄; eo
modo ſeipſam comedat iſta ſententia: ſed dixi in
uno homine naturam bonā, uitium malum: quod
eſſe tuipſe certe in adulteris cōfiteris, nec propter
eorum uitium improbans naturā, nec propter eo-
rum naturā approbās uitiū. Bonum dixi nuptias
ex quibus es natus, malū aūt non de nuptijs, ſed
de uitiata origine attractū, contra quod geris bel-
lum renatus. Ridiculū eſt aūt, q̄ me dicis Epicuri
uias gradientē, habenas omnes, quibus cupidita-
tes frenantur incidere. Quid ſi ego laudarē corpo
ris uoluptatē: hoc enim tu ſatis eloquenter facis,
quod inerudite atq; impolite faciebat Epicurus,
quaſi propterea ſis eius aduerſarius, quia diſerte
dicere non nouerat ille, quæ dicis. Rurſus ut ſen-
tio laboraturus es, quomodo te oſtendas, & lau-
datorē uoluptatis eſſe, & Epicureū non eſſe. Sed
noli laborare, ego te iſta cura liberabo. Nō es Epi-
cureus, quia ille totum hominis bonū in corporis
poſuit uoluptate, tu aūt magnā partē humani bo-
ni ponere in uirtute conaris, quā ueram, id eſt, ue Iob 28
ræ pietatis ignoras. Dixit em̄ homini deus, Ecce
pietas eſt ſapiētia. Et hęc unde homini, niſi ille det
de quo ſcriptū eſt, Dominus ſapiētes facit cæcos, Iac. 1
& de quo item legitur, Si quis indiget ſapiētia, po
ſtulet à deo. Verum ſi non tu es Epicureus, qui ex
illo aliquam partē in uoluptatis laude ſumpſiſti,
quāto minus ego, qui de uoluptate carnis hoc ſen Ambroſius
tio, quod ſentit Ambroſius: inimicā ſcilicet eſſe iu
ſtitiæ, & quod homo cōcupiſcētiæ uoluptate con
cretus, priuſq; naſcitur ſubeat cōtagia delictorū.
Quod aūt ad mores pertinet noſtros, quēadmo-
dum uiuamus, in promptu eſt eis, cum quibus ui
uimus. Nūc de catholico agitur dogmate ac fide,
perfidia non ſit deſertoris in te. Nam tua me non
terret, uelut lingua cenſoris. Fateor me docere ho 1.Io.1
mines, quod in apoſtolicis literis didici, quia ſi di
xerimus quod peccatū non habemus, noſipſos de
cipimus, & ueritas in nobis non eſt. Fateor me in
populo, & cū populo dei pectus tundere, & uera- Mat. 6
citer dicere: Dimitte nobis debita noſtra. Nec in-
ſultetis hinc nobis. Inde quippe eſtis hæretici, qa
hæc diſplicent uobis. Nos in dei uera miſericor-
dia, uos in ueſtra falſa uirtute cōfidítis. Vos gratiā
dei ſecundū merita ueſtra dari dicitis, quod tamē
niſi damnaſſet Pelagius, à catholicis Epiſcopis
dānaretur. Nos uero eā gratis dari, & propterea
gratiā nuncupari, & ex illa eſſe oīa ſanctorum
merita cōfitemur, dicente Apoſtolo, Gratia dei 1.Cor.15
ſum, id quod ſum. Ideo nos irrideris, & præ uobis
alta ceruice cōtemnitis. Facti enim ſumus oppro- Pſal.122.13
briū ijs qui ambulant, & deſpectio ſuperbis. Con
ſilium quippe inopis confudiſtis, cum dominus
ſpes eius eſt. In hac tamen re, unde nunc agimus,
non uideo cur dicas me habenas oēs, quibus cu-
piditates frenantur incidere, qui omni uirtute ſe-
cundū gratiā dei, quæ dat̄ hominibus, oēs cupidi
tates frenādas eſſe decerno. Sed abs te quæro, u-
trū bonæ an malæ ſint iſtæ cupiditates, quas eſſe
frenandas prædicas, & uelut à me relaxent̄, accu-
ſas? Puto em̄ non eas equorū uel quorūcunq; ani
malīū præter nos eſſe, ſed noſtras. In nobis ſunt er
go malę cupiditates, quas bene uiuēdo frenamus.
Habenas igit̄, quibus nō bonæ, ſed malæ frenan-
tur cupiditates, me præcidere criminaris. Harum
eſt una cōcupiſcentia carnis, ex qua & cū qua na-
ſcunt̄, & propter quā renaſcūtur infantes. Eo ma
lo coniuges caſtos dico bene uti, adulteros male:
tu contra eo bono adulteros dicis uti male, caſtos
cōiuges bene: continentiam melius eo nō uti am
bo dicimus, ſed ego eo malo, tu eo bono. Ac per

hoc

hoc, quãuis deo nostra conscientia, cõuersatio uero etiam hominibus, inter quos uiuimus, nota sit, tamen ambo continẽtiam profitemur. Et si quod profitemur agimus, istam concupiscentiam profecto ambo frenamus, aduersus eius repugnantes motus ambo bellamus, ambo eã si proficimus debellamus. Verum hoc interest, q̃ ego dico me malum frenare, tu aũt te bonum. Ego dico mihi malum repugnare, tu tibi bonum. Ego bello aduersus malũ, tu aduersus bonum. Ego cupio malum debellare, tu bonũ. Vnde putari potest, q̃ istã concupiscentiam magis incitare laudando, q̃ frenare studeas cõtinendo. Gloriosa te per continentiam profiteris exercere certamina. Cõtra quid rogo? Quid dicturus es, nisi contra carnis concupiscentiam? Sed utrum amicam, an aduersariam? Nun-
Gal.5 quid nisi aduersariam respondebis? Caro enim cõ cupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur, sicut Apostolus testis est. Fortasse ergo eam laudare te fingis, si pugnare non fingis. Nam quomodo fideliter simul agas duo ista, non uideo, ut & laudes uelut amicam, & expugnes uelut inimicam. Vnum eorũ credimus, sed elige qd credamus. Si ex animo pugnas, non ex animo laudas: Si aũt simpliciter agis in præconio, colludis in prælio. Ego sanè quia inimicus tibi nõ sum, sicut inimicum tibi est illud, quod habitat in carne tua malum, quamuis potissimũ cupiam, ut hoc malum & doctrinę sanitate uituperes, & uitæ sanctitate debelles, tamẽ ex his duobus, quorũ putari potes unum ex animo facere, alterũ fingere, malim te fallaciter laudare cõcupiscentiam, q̃ fallaciter impugnare. Tolerabilius enim lingua tua, quàm uita mẽtitur, tolerabilius sententia, q̃ continentia simulatur. Fingis quippe laudem, qua sis aduersarius sentẽtiæ meę, si non fingis castitatem, qua es aduersarius concupiscentiæ tuæ. Ita fiet, ut nec cõtra me diutius proferas fallaciter uerbũ, si ueraciter geris cõtra libidinem bellum. Sed siue unum horum fingas, siue utrunq; , quod nescio quemadmodum possis ex animo facere, id est, sine ulla simulatione, & pugnes cõtra quod laudas, & laudes cõtra quod pugnas: ego tamen id quod est mitius de te credens, uelut cũ debellatore libidinis ago, & nuptias non dico malas, sed beneuti malo, quas tu dicis bene uti bono, bonam esse dicens concupiscentiã carnis, quam tamen in te debellando malũ esse cõuincis. Quomodo aũt cum illa etiã, qui ea bene utuntur, belligerant cõiugati, iam superius disputaui.

Cap. XXII Quę cum ita sint, & cõiugium bonum inquantum coniugiũ est, & homo siue de coniugio, siue adulterio nascatur, inquantũ homo est, bonũ est: quia inquantum homo est, opus dei est: & tamen quia cum illo & ex illo malo generatur, quo bene pudicitia coniugalis utitur, necessarium illi est, ut ab eius mali nexu regeneratione soluatur. Quid ergo ex me quæris, ubi sit originale malum, cum in teipso uerius tibi loquatur libido, contra quam pugnas, q̃ tuipse, quando eã laudas? Quid quæ-

A ris, unde sit homo sub diabolo, quem deus fecit? Vnde enim est in morte, quã deus nõ fecit? Quid ibi cognoscit, inquis, diabolus suum, si nec quod factum, nec unde factum est, ipse condidit? Planè quod factum est, homo est. Vnde factũ est, semen est hominis, utrunq; bonũ est, nihil horum diabolus cõdidit, sed uitiũ seminis ipse seminauit. Non ibi cognoscit suum bonũ, quia non est eius, quod ambo laudamus, sed cognoscit suum malum, contra quod ambo pugnamus. Nec recte laudat ab altero nostrum, cõtra quod ab utroq; pugnatur. Vide sanè, quẽadmodum quæras à me inter tot bona, unde sit in paruulis malum, & taceas quod ego posui in eodem libro, cui respondes, & inter ipsa uerba, quibus nunc respõdes, quod ait Apo- Rom.5
B stolus: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatum mors, & ita in oẽs homines pertransijt, in quo omnes peccauerũt. Hoc enim non uis ut audiant uel legant homines isto loco, ubi maxime opus erat, ne agnoscant fidem suam, & contemnant argumentationem tuam.

Cap. XXIII Definisse me dicis hominem, si de fornicatione nascat, reũ non esse: si de cõiugio innocẽtem non esse. Hæc uero nimia est & aperta calumnia. Imò definiui hominem undecunq; nascatur, secũdum catholicam fidem quam patres contra uos anteq; nasceremini euidentissime defenderunt, & innocentem esse paruulum per proprium, & reum per originale peccatũ. Naturæ aũt substantiam, cuius author est deus, etiam in grandibus esse peccatoribus bonam, qui utiq; propter peccata etiam sua
C propria mali sunt, quæ illi malo cũ quo nati sunt addiderũt. Cur aũt timerem ne mihi obijceretur, ut dicis, quia peccata omnium parentũ, omnibus filijs imputarem: cum etiam si hoc uerum sit, non quantũ attinet ad uiuentes iam suæ uoluntatis arbitrio, sed quantum attinet ad nascẽtes, nullo modo naturæ substantia malum esset, cuius author est deus, sed ea quæ insunt ei uitia, contra quæ tu quoq;, ut uerbis tuis utar, exerces gloriosa certamina? Sicut aũt quemadmodũ dicis, quando adulteri gignũt, nascitur homo de uirtute seminum, non de turpitudine flagitiorum: ita quando coniuges gignũt, nascitur homo de uirtute seminum, non de honestate nuptiarum. Aut si hic de utroq;, & ibi de utroq;: fructus autem nuptiarũ est, quan-
D tum ad ipsas prorsus attinet nuptias, non hominum generatio, qui possunt etiam de adulteris nasci, sed ordinata susceptio filiorum. cur ergo sententię meę pars falsissima est, qua dixi, nuptiarum bonum malo originali, quod inde trahitur, non potest accusari, cum eo malo, cõtra quod pugnas & quo bene usi fuerint cõiugati ut nascereris, & hoc inde abs te tractũ reum teneret nisi renascereris? Itaq; nec accusandi sunt coniuges, q̃ bene utũtur malo, & regenerandi sunt filij ut liberentur à malo. Si enim nuptiarũ bonũ nõ esset, nisi bonus usus boni, tunc mirandũ esset, quomodo inde traheretur malum: cum uero sit bonum, nuptiarum bonus usus mali, quid mirũ si de ipso malo, quo

Universidad de Deusto
Biblioteca

bene utitur bonitas nuptiarum, trahitur malum quod est originale peccatum? Illud mirabile est,
1.Cor.2 quòd cũ essent Apostoli bonus odor Christi, trahebatur inde bonum, trahebatur & malum. Alijs enim erant odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem, cum odor ille non esset usus mali, sed boni. Ideo quippe bonus odor erant Christi, quia bene utebant gratia Christi. Falsum est igit quod dixisti, si malum inde trahitur, accusari potest, excusari non potest: quia trahitur inde originale malum, cum trahitur inde etiã bonum, ordinata scilicet propagatio filiorũ. Nec malum illud inde ideo trahitur, quia bonæ sunt nuptiæ: sed quia in bonis earum est etiam usus mali. Non enim copula nuptialis, sicut putas, propter carnis cõcupiscentiã, sed propter bonũ, quod de isto malo fit, instituta est. Quod quidem bonum sine isto malo fieret, si nemo peccasset. Nũc ergo sine isto malo esse non potest, sed non ideo malum est. Sicut econtrario, nullum malum sine aliquo bono esse potest, nec ideo bonum est. Opus enim dei bonum est in natura, sine quo tamen esse nõ potest uoluntas mea. Ac per hoc, sicut adulterium non potest esse sine bono naturæ, nec ideo bonum est: ita cõnubium non potest esse sine malo cõcupiscentiæ, nec ideo malum est. Quapropter etiam si tibi concedatur, omnem causam mali esse expertẽ boni, nihil hinc refertur ad nuptias, quæ nõ sunt causa mali. Neq; enim concupiscentiæ malũ, nuptiæ fecerunt, sed
Ca. XXIIII quo bene uterentur paratum inuenerunt. Non euadit, inquis, res illa supplicium, cuius participatione etiam alia trahunt reatũ. Hoc si de concupiscentia carnis sentis, nõ absurde sentis. Hoc enim malo bene utunt fideles coniugati, & ex hoc qui generantur reatum trahunt, ideoq; & ipsi regenerandi sunt. Id aũt malum non euadit supplicium, hoc est enim eius supplicium, ut eo generati si regenerati non fuerint, puniãtur, in regeneratis autem, cum ex omni parte sanati fuerint, consumatur. Si trahitur, inquis, & de nuptijs originale malum, causa mali est conuentio nuptiarum. Quid si alius dicat, si trahitur de natura uolũtas mala, causa mali est cõstitutio naturarũ, nónne falsissimum est? Sic ergo & quod ipse dixisti, quamuis originale malum non de nuptijs trahatur, sed de carnali concupiscentia, contra quod malum & ipse cõfligis, quo malo coniugati bene utuntur, si sola coniuges propagationis gratia misceãtur, & si peccatum nõ præcessisset, quod in omnes homines pertransijt, nec fuisset profecto malum quo bene uterentur, & tamen ut procrearent, filios miscerentur. De arboribus autem bona & mala, quantũ erraueris, puto me satis demõstrasse in primo huius operis libro. Et cum eosdẽ nodos repetis, qui iam soluti sunt, non est in superfluis immorandum. Quæris per quid peccatũ inueniatur in paruulis, & enumeras multa bona, tacens de malo, contra quod pugnas, sed cum taces clamas: Parentes, inquis, qui conuentu suo causam fecere peccato, iure damnabiles, quorũ labore actum est, ut ad dominatum exercendum in homines diabolus perueniret. Potes hoc & ipsi deo dicere, non dico, qa creat homines trahentes originale peccatũ, quia id tu negas, sed quia nutrit & uestit innumerabiles impios, etiã quos nouit in ipsa impietate manſuros. Quod profecto si non fecisset, seruos homines diabolus nõ haberet. Sed forsitan dicas: Deus in eis pascendis non attendit, nisi bonũ, cuius ipse author est, quo homines sunt. Sic ergo & parentes in filijs gignendis, non attendunt nisi bonum, quod homines sunt, maxime nescientes quales futuri sunt. Nempe quòd etiam tu confiteris, peccatum nullum esset, si nulla præcessisset uolũtas mala: quia & originale peccatũ, quod nos dicimus, uos negatis, nullum esset utiq; nisi natura ex primi hominis mala uoluntate uitiata. Sed nulla esset etiam uoluntas mala, si nulla præcessisset natura, uel angelica, uel humana. Nũquid propter hoc deum causam dicturus es peccatorũ, quia uoluntas eius causa est mutabilium naturarũ? Sicut ergo creanti deo nõ imputatur, quod rationales naturæ à bono deficiunt, sed quod bonum sunt: sic parentibus gignentibus & malo concupiscentiæ bene utentibus, non imputandum est, quòd cum eo malo filij nascũtur, sed quod bonum sunt. Non autẽ ideo sicut putas, à diabolo ducitur origo nascentium, inquantum homines sunt, quia dicitur à diabolo esse origo peccati, sine quo nullus nascitur hominum. Neque enim quia origo mortis à diabolo est, ideo ab illo est origo mortalium. Rimam quæris inter tot innocẽtiæ præsidia, qua potuerit intrare peccatum, cum tibi ostendat apostolus Paulus, non rimam, sed apertissimã ianuam Rom.5 dicẽs: Per unum hominem peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & ira in omnes homines pertransijt. Sed hæc tacẽs uerba, dicis tua, quia per opus dei, opus diaboli transire non sinitur, cum homines sint opus dei, peccatum autem opus diaboli, quod dicit Apostolus in oẽs pertransisse. Clamas, si natura per deum est, non potest in ea esse originale malum, quasi non alius religiosius sibi clamare uideat, Si natura per deum est, non potest ex ea nasci ullum malum, aut non potest in ea esse ullum malũ. Et tamen falsum est, quia nec oriri malũ potest, nisi ex natura, nec ubi sit habet nisi fuerit in natura. Cõfiteor igitur opus dei esse qui nascitur, etiam trahens originale malum, quoniam quod in illo dei opus est, bonũ est: quia bonum est opus dei etiam cum malo, nõ solum in paruulis, uerumetiam in quibuslibet ætatibus, hoc est, substantia, forma, uita, sensus, ratio cæteraq; omnia bona, etiam in quocunq; homine malo. Quis autem operatur ut uiuat homo, nisi in quo uiuimus, mouemur & sumus? Id autem operatur occulto quodam opere beneficentiæ suæ, exceptis alimẽtis perspicuis, quibus extrinsecus sustinemur. Qui ergo operatur ut uiuat homo, quamuis cõuersione uitiosa, ipse operatur ut nascatur homo, quãuis origine uitiata. Quid est Cap. XXV autem quod propositis alijs ex libro meo uerbis meis

Obuiatio
Responsio

Universidad de Deusto
Biblioteca

meis fingis, q̃ dixerim aliam fuisse nuptiarum institutionem ante peccatum Adæ, quę sine concupiscẽtia, sine motu corporum, sine necessitate sexuum esse potuissent? Detrahe nuptijs concupiscentiam, qua caro cõcupiscit aduersus spiritum, detrahe malum contra quod pugnas, gloriosa exercens cõtinentię uirtute certamina, & non opus est ut cætera detrahas. Si nuptias quæris, quales ante peccatum primorum hominum esse docuerunt, sine motu corporum, & sine necessitate sexuum, quis unquam ullas nuptias cogitauit? Sed bellum quod in se casti sentiunt, siue cõtinentes, siue etiam coniugati, hoc dicimus in paradiso ante peccatum nullo modo esse potuisse. Ipsæ ergo etiam nunc sunt nuptiæ, sed in generãdis filijs tũc nullo malo uterentur, nunc concupiscentię malo bene utuntur. Quo malo sua bona non perdiderunt in castitatis fide, in coniunctionis fœdere, in propaginis germine. Adhæreret ergo tunc etiam uir uxori ut gignerent filios, non tamen haberent in carne motum libidinis turbidæ, sed tranquillæ tantummodo uoluntatis, quã spectamus in cæteris membris. Arguis me, quòd eos paruulos qui mundum impleuerunt, pro quibus Christus mortuus est, diaboli opus & de morbo natos, & ab exordio reos definiã. Paruuli opus diaboli substantialiter nõ sunt, sed opere dei originaliter rei sunt. Et ideo Christus, quod & ipse confiteris, etiã pro paruulis mortuus est, qa & ad ipsos pertinet sanguis, qui in remissiõem fusus est peccatorum. A quo illos sanguine facitis alienos, cum eos negatis trahere originale peccatum. Nec succenseas, quòd concupiscẽtiam dixi morbum, cui & tu cõfessus es prouisum fuisse remedium. Exordiũ uero paruulorum, ex quo nascerẽtur, in Adam fuit, quo per peccatum uitiato atq; damnato, alterum eis Christus, ex quo renascerentur instituit.

Caput XXVI Si ante peccatum, inquis, per deum creatum est unde homines nascerentur, per diabolum aũt unde parentes commouerẽtur, ascribitur sine dubio sanctitas nascentibus, & culpa generantibus. Quid dicis, parentes commouerentur? Si pietate uolũtatis, qua optat filios quisq; suscipere, & hoc per deum institutum: si autem perturbatione libidinis, cui nec excitandæ nec auferẽdæ sufficit uoluntatis arbitrium, naturæ uulnus est de præuaricatione, quam diabolus persuasit, inflictũ. Recte itaq; à me dictum est, fieret sine isto morbo seminatio filiorum in corpore uitæ illius, sine quo nũc fieri non potest in corpore mortis huius. Quod autem argumentaris ad bonum fœcunditatis paruulos pertinere, quæ dei benedictione ante morbum libidinis instituta est, non ad ipsum libidinis morbum, qui postea peccãtibus accidit, atq; ideo sanctitatem ascribendam esse nascẽtibus, & generantibus culpã, non attendis peccato illo magno, uniuersam in deterius mutatam fuisse naturã, unde fuerat propago ducenda. Sic enim posses dicere Euam solam, non cæteras fœminas dolores parturitionis sentire debuisse: quoniã benedictio qua A dictum est: Crescite & multiplicamini & replete terram: ex qua filij procreantur, ante facta est, q̃ fuisset muliebris sexus illa maledictione punitus. Sed si hoc dixerimus, utiq; respondebitur sicut ex peccato illo, ita & ex maledicto in peius totã mutatam fuisse naturam, unde trahitur originale peccatum, & iugũ graue super filios Adam. Non em̃ sicut tu argumentaris, Iudæum sub lege positum, describit Apostolus dicentem: Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum: &, Non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatũ: &, Mihi malum adiacet: &, Video aliã legem in membris meis repugnantem legi mentis meę: sed describebat humanam in hac corruptibili carne naturam, non opere dei cum uitio primitus institutã, sed ex uoluntatis arbitrio ueniente priorum B hominũ uitio sauciatam. Cuius enim uox est: Infelix ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrũ. Nunquid Iudæi? Absit, sed fine dubitatiõe christiani. Eius ergo uoces sunt etiã illæ superiores, ex quibus hæc consequenter expressa est. Ipse enim dixit: Gratia me liberabit de corpore mortis huius, per Iesum Christum dominũ nostrum, qui dicebat: Video aliam legẽ repugnantem legi mentis meæ. Sed ne forte istam catechumeni existimes uocem, lauacrum regenerationis adhuc sperantis, post quod lauacrũ nullam legem peccati resistentem legi mentis, habiturus esset in membris, quanquam tuipse, si quid de te tibi credimus, aduersus huius concupiscentiæ malum, per C continentiæ bonum, gloriosa certamina post lauacrũ regenerationis exerceas, recole tamen quid scribat ad Galatas, certe homines baptizatos. Dico autem, inquit, spiritu ambulate, & concupiscentias carnis non perfeceritis. Non ait, ne feceritis: quia eas non habere non poterãt: sed, ne perfeceritis: id est, ne opera eorum consensu uolũtatis impleatis. Caro enim, inquit, concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem. Hæc enim inuicem aduersantur, ut non ea quæ uultis faciatis. Vide si nõ hoc est ad Romanos: Non em̃ quod uolo facio bonũ, sed quod nolo malum, hoc ago. Deinde ad Galatas ait & dicit: Quod si spiritu ducimini, nõ adhuc estis sub lege. Vide si nõ hoc est ad Romanos: lã non ego operor illud: &, Conde- D lector legi dei secũdum interiorem hominem: &, Non regnet peccatũ in uestro mortali corpore, ad obediendũ desiderijs eius. Si enim nõ obediatur concupiscentijs, quas necesse est esse in carne peccati, atq; in corpore mortis huius, non perficietur quòd perfici uetat Apostolus dicens: Concupiscẽtias carnis ne p̃feceritis. Ipsa quippe sunt opera, de quibus totum mire sequitur, & dicit: Manifesta aũt sunt opera carnis, quę sunt fornicatiões, immũditiæ, luxuriæ, idolorum seruitus, & cætera. Si ergo non cõsentiatur cõcupiscentijs carnis, quamuis agantur motibus, non tamen perficientur operibus. Proinde cum caro cõcupiscit aduersus spiritum & spiritus aduersus carnẽ, ut non ea

Gen. 1. 3

Rom. 7

Gal. 5

Rom. 6. 7

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæ uolumus faciamus, nec carnis perficiuntur concupiſcentiæ quãuis fiant, nec noſtra perficiuntur bona opera, quamuis fiant. Sicut em̃ tunc perficitur carnis concupiſcentia, cum conſentit ei ſpiritus ad operanda, ut non concupiſcat aduerſus illam, ſed cum illa: ſic & bona opera noſtra tũc perficientur, quando ita ſpiritui caro conſenſerit, ut aduerſus eum etiam ipſa non concupiſcat. Hoc enim uolumus, cum perfectionem iuſtitiæ concupiſcimus. Hoc, intendere concupiſcentijs carnis non perficiendis, & bonũ perficere non inuenio, hoc intentione nõ intermiſſa uelle debemus: ſed quia id perficere in iſta corruptibili carne nõ poſſumus, ideo dixit ad Romanos: Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio. Vel ſicut habent codices Græci, Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non: id eſt, non mihi adiacet perficere bonũ. Non ait facere, ſed perficere bonum, quia facere bonum, eſt poſt concupiſcentias non ire. Perficere autem bonum, eſt nõ concupiſcere. Quod ergo eſt ad Galatas. Concupiſcentias carnis ne perfeceritis: hoc e contrario eſt ad Romanos: Perficere autem bonũ nõ inuenio. Quia nec illæ perficiuntur in malo, quando eis non accedit noſtræ uoluntatis aſſenſus: nec noſtra uoluntas perficitur in bono, quamdiu illarum cui non conſentimus permanet motus. Ipſe autem conflictus in quo etiam baptizati uelut in agone decertant, cum caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, & ſpiritus aduerſus carnem, ubi & ſpiritus facit bonum opus, non conſentiẽdo concupiſcentiæ malæ, ſed non perficit quia ipſa mala deſideria nõ abſumit: & caro facit malum deſiderium, ſed nec ipſa perficit, quia nõ ſibi conſentiẽte ſpiritu, & ipſa ad opera dãnanda non peruenit: Iſte ergo conflictus non Iudæorum, nec quorumlibet aliorum, ſed planè chriſtianorum fidelium, & bene uiuendo in hoc certamine laborantium, breuiter oſtenditur ad Romanos ubi ait: Igitur ipſe ego mente ſeruio legi dei, carne aũt legi peccati. Si ergo hæc eſt cõditio in corpore mortis huius, quæ utiq; non fuit in paradiſo, in corpore uitæ illius, proculdubio ſatis euidẽter apparet, unde trahant paruuli obligationem peccati, cum carnaliter naſcuntur, quæ non ſoluitur niſi cũ ſpiritualiter renaſcuntur. Non em̃ hanc trahunt ex opere, quo humanam deus naturã fecit, ſed ex uulnere, quod naturæ humanæ hoſtis inflixit. Non hoſtis ſecundũ Manichæos proſiliẽs ex natura mali, quam non cõdidit deus, ſed hoſtis angelus quondã ex opere dei bonus, ex opere ſuo factus malus. Qui ſe primum uulnerãdo proſtrauit, ut eliſus elideret, & per malam ſuaſionem præuaricationis uulnus infligeret, unde genus humanum etiam in his, qui uiã dei ambulant, claudicaret. Et tamen ſuccenſes mihi qa dixi, Hęc em̃ quæ ab impudentibus impudenter laudatur, pudenda concupiſcentia, & iratus impudentius multa dicis, uos extollens, tanquam ſcripturis ſanctiis, & rationi certiſſimæ congruentes, eo propoſito nõ eſſe in natura malum defendatis, ut aduitutitũ ſtudia homines incitetis, inculcantes nullum culmẽ ita arduum eſſe uirtutis, ut nõ ad illud aduuante deo mens queat fidelis euadere. Atq; ob hoc dicatis, nõ eſſe in carne mali neceſſitatem, ut erubeſcat unuſquiſq; laudabiliter conditus, deformiter uiuere, ac ſi pudor turpi occurrat ignauię de cõmendatione nobilitatis ingenitæ: & cætera huiuſmodi, quæ ſatis eloquẽter in ueſtra prædicatione iactaſti, nos contra deprimens & dicens: q̃ dubium non ſit euerſionem ſanctitatis, contaminationem pudicitiæ, morum labem noſtris conuenire, imò ineſſe dogmatibus: neq; id eſſe me negaturũ, qui ideo ſicut dicis, in naturæ inuidiã malæ cõuerſationis ſordes refundo, ut peccãtibus metum demã: quorũ obſcœnitatẽ, Apoſtolorũ & ſanctorum omniũ cõſolor iniurijs, eo q̃ uas aureũ Apoſtolum Paulũ ſæpe dixiſſe cõmemorem: Non em̃ quod uolo bonũ hoc ago, ſed quod odi malum illud facio: & cætera huiuſmodi. Veruntamen uos laudãs, nos arguens, aduerſus concupiſcentiæ malũ pugnas, & pugnando cõfiteris, quod loquẽdo negas. Atq; ita uis uideri culmen aſcendiſſe uirtutis, ut in ipſo culmine, quò te exiſtimas euaſiſſe, cũ perſequente concupiſcentia, tanc̃ in carne confligas, & quantũlibet ex loco ſuperiore, tamen cum hoſte interno dimicare nõ deſinas. Nec erubeſcis concupiſcentiã, quæ te amplius perdet ſine dubitatione ſi uicerit, laudare aduerſus eũ, qui te perditũ etiã cum uincit, inquirit: Maxime quia in fine eiuſdẽ libri tui dicis, q̃ nõ ſit alia mei ſenſus intentio, c̃ ad inferẽdũ uirtutibus bellũ in uitiorũ ſacramenta iurare, & ad excidiũ ciuitatis dei, oñi aſtu, oñi furore conari, adipiſcẽdæ caſtitatis deſperatiõe, repugnãtes tui pitudini territare, mẽtiri tãtas obſcœnę libidinis uires, ut eam ratio regere ac frenare non poſſit, cui nec Apoſtolorum legio repugnauerit. Hæc de me prorſus ipſe mentiris. Ego em̃ nõ infero uirtutibus bellũ, ſed uitijs, quantum adiuuor infero, & inferendũ eſſe ꝓclamo. Quod ſi & tu facis, quid eſt quod laudas, cũ quibus pugnas? Quomodo uirtute hoſtes debellare te credã, quos uerbo lacerare nõ audes? Si ambo cõcupiſcentiam debellamus, quare nõ ambo uituperamus? Quã te factas expugnare continentia, quare nõ uis dãnare ſentẽtia? Mentiri me dicis tãtas libidinis uires, ut eã ratio regere ac frenare nõ poſſit. Ecce ego nõ dico tãtas libidinis uires, ut humana ratio diuinitus accẽſa & adiuta, eã regere ac frenare non poſſit. Sed tu quare negas malũ eſſe, quod ſi non frenet occidit? Ecce ego uoce qua poſſum, quod me negare aſſeris clamo: Apoſtolorũ legionẽ repugnaſſe libidini, utiq; pugnãti. Tu qui nos feciſſe Apoſtolis calumniaris & uelut indignaris iniuriã, cur & illorũ & tuã exornas laudib. inimicã? Quis eã defendat, cui legio repugnauit Apoſtolorũ, niſi hoſtis Apoſtolorũ? Itáne habere tecũ libido & amicitiam meretur & bellum, ut abs te & expugnet in te, & defendatur aduerſus me? Bellum ueſtrũ latet, amicitia patet. Ex hoc quod patet, ſuſpectũ facis eſſe quod latet. Quid em̃ uis credamus

Rom. 7

credamus de bello, quod geritis in operto, quorũ amicitiam cernimus in aperto? Quomodo uis ut arbitremur aduersus aculeum te dimicare libidinis, cum libros impleas laude libidinis? Verum ecce uinco suspitionem meam, Expugnare te credo quod laudas, sed laudare te doleo qđ' expugnas. Ex isto igitur & cum isto malo, quod à te quoque credimus expugnari, homo generat̃, quem negas regeneratione saluari. Isto enim coniugati bene utuntur, quo continentes melius non utuntur. Porrò si malum est, quo caro concupiscit aduersus spiritum, cui malo sicut fateris, apostolorum legio repugnauit, hoc utentes cõiugati, proculdubio non bono bene utũtur, sed malo. Ex hoc igitur, & cum hoc filij generati regenerãdi sunt, ut liberẽt̃ à malo. Hoc enim originali malo etiam parentes illorum renati sunt, etsi ab hoc reatu renascendo sunt liberati. Quid autem uellemus ut gignerent, non unde renati, sed unde nati sunt, nisi quod et ipsi nati sunt? Reos ergo, quia & ipsi rei nati sunt, & generantes inde unde nati sunt, non aliud potuerunt generare q̃ nati sunt. Vnde autem renati, inde à reatu cum quo nati sunt liberati. Ac per hoc & illi quos reatu liberati genera uerũt, eadem sunt regeneratione liberandi. Ex hoc em̃ malo rei nati sunt, quo bene utuntur renati, ut nascantur regenerandi. Contra quod malum si non pugnas, pugnantibus crede. Si pugnas, aduersarium cõfitere, & noli laudando morbum habere amicum, quem pugnando experiris inimicum.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum liber quartus.

Cap. I

AM nunc ab alterius uoluminis exordio cætera uideamus, quibus librum meum refellere niteris, omittẽtes sicut instituimus ea quę nodos non faciunt quæstionum, quibus soluendis curam nos oportet impẽdere, nec immorando superfluis, ipsa prolixitate operis à laborioso negotio deterrere lectorem. Superiore igitur libro satis egimus, quo recte iudicãtibus appareret, cum deus uerus & bonus sit hominũ conditor, bonæq; sint nuptiæ, quas et conditione atq; copulatione utriusq; sexus instituit, & fœcunditatis munere benedixit, malum tamen esse concupiscentiam carnis qua concupiscit aduersus spiritũ, eoq; malo bene uti pudicitiã cõiugalem, meliusq; non uti continentiam sanctiorem: quod malũ non ex alia substantia quã deus non cõdidit, sicut Manichæus insanit, nobis esse permixtum, sed per inobedientiam unius hominis exortum atq; traductum, & per obedientiam unius hominis expiandum atq; sanandũ, cuius obligatione implicat debita pœna nascentem, solut indebita gratia renascentem. Hoc malum contra me laudando, aduersarius meus uideris: sed in te debellando, meus testis es: si aũt hoc non debellas, tuus hostis es. Proinde quia primo tuo libro sufficienter me respondisse existimo, quamuis ibi tota causa finita sit, tamen ne cæteris tribus respondere non potuisse uideamur, in eis etiam quàm uana dixeris intuere. Propositis ex meo libro uerbis meis exultas, q; teste Apostolo dixerim̃, donum dei esse pudicitiam coniugalem: quasi propterea laudauerit Apostolus malũ quod tu laudas, quo caro concupiscit aduersus spiritũ, quo malo utitur bene pudicitia coniugalis, sicut iam in libro superiore mõstraui. Non itaq; paruum donum dei est, ita frenari hoc malũ, ut ad nihil relaxetur illicitum, sed generationi tantum regenerandorũ seruiat filiorum. Eius quippe impetus nõ sua spõte moderatus est. A nullo namque illicito sese abstinet, si membra desiderio eius inseruiant. Ac per hoc eius modus, non in ipso cuius inquietus est motus, sed in refrenante ac bene utente laudatur. Itaq; isto malo cum bene utuntur coniugati fideles, à cuius reatu soluti sunt munere saluatoris, profecto quicũq; inde nascuntur, eiusdem munere creatoris, non sicut nobis obijcis, in regnum diaboli præparantur, sed ab illo potius eruendi & in regnum unigeniti transferendi. Hæc enim est, et esse debet piorum coniugum intentio, ut regenerationi generatio præparetur. Si autem hoc malum quod in seipsis parentes sentiunt, cui malo, ut tuis uerbis utar, apostolorũ legio repugnauit, non pertineret ad filios, sine illo utiq; nascerẽtur. Nunc uero quãdoquidem cum hoc nascantur, quid miraris, quia propter hoc renascuntur, ut ab eius obligatione soluãtur, & aut ex ista uita ab illo liberati rapiant̃, aut in ista uita aduersus illud liberi prælient̃, uictoresq; in fine remunerent̃. Quis autem nostrũ suspicatus est usum coniugum à diabolo fuisse repertum? Quis cõmixtionem corporum, per malum præuaricationis credit accidisse, cum sine his nuptię prorsus esse non possent? Sed malum quo bene utunt̃, nullum esset, si nemo peccasset. Quod dixi, mihi obijce ut purgẽ. Nam si et quod nõ dixi, mihi obijcis, quando finimus? Consequens putas esse, ut munus dei noceat, si homo cum malo nascit̃, Nemo enim nisi dei munere nascitur. Audi ergo & intellige, Munus dei nulli nocet, quo quisq; est & uiuit: sed cõcupiscentię malũ nõ potest esse, nisi in eo quod est & uiuit. Quapropter potest esse malum in munere dei, sanandum alio munere dei. Potest igitur in homine, qui munere dei est, ut uiuat, malum esse generatione contractum, regeneratione sanandum. Nam utiq; nullus infans cũ dæmone nasceretur, si non nasceretur, nec ideo mali huius ipsa est causa qua nascit̃. Nascitur ergo munere dei, cum dæmone autem, iudicio dei sane occulto, sed nunquid iniusto?

Cap. II

In eo uero quod dixi, bonum coniugale etiam si non habetur, à domino esse poscẽdum, quibus utique, nisi quibus est necessarium, usus sum tibi dicere, pro concũbendi uiribus supplicandum. Sed ego pro ipsa pudicitia coniugali dixi rogandum deum, in qua est concumbendi non liber usus, sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sus, sed licitus modus. Nam homo si concumbere non potest, potius non quærat uxorem, quando-
1.Cor.7 quidem apostolica sententia ubi ait, Si se non continet, nubat, remedium uoluit esse nuptias, quod & ipse confessus es, contra morbum concupiscentiæ, quod confiteri non uis, qui remedium confiteris. Hoc autem remedium est, non ut sit concupiscentia, si non est, sed ut nō rapiat ad illicita, cuius motus infrenis est. Pertinet enim ad hoc quoq; petitionis genus, quod in oratiōe dominica dicim⁹,
Matt.6 Ne nos inferas in tentationē; quoniam unusquisq; tentatur à cōcupiscentia sua, sicut ait apostolus la-
Iacobi 1 cobus, Conuenit huic & quod dicimus, Libera nos à malo. Dicunt enim hoc de hac re coniuges, ut interim mente liberi à malo, bene utantur malo quod habent in carne. Sciunt enim quia in carne eorum non habitat bonum, ut omni postea corruptibilitate sanata, nullum in eis quo utantur, remaneat malum. Quid est quod triumphas tanquā de hoste uicto? Internum potius uince quod laudas, Nam uictoria de te mea illo malo tecum pugnante secura est. Neq; enim dicere audebis eum uinci qui uerū dicit, ab eo qui falsum dicit. Ego autem concupiscentiam cōtra quam pugnas, malum dico, tu bonum: sed pugna tua malum fatetur, quod bonum lingua mentitur, augens mendacium alio mendacio, quo affirmas & à me illam dictam bo-
1.Ioan.2 nam. Neq; enim concupiscentiā carnis, quam Ioannes apostolus dixit à patre nō esse, ego dicerem bonum: sed bonum dixi esse pudicitiam coniugalem quæ resistit malo concupiscentiæ, ne ad illicita rapiat cum mouetur. Verum sciens quàm inaniter argumentatus fueris, pulsas ut dicis alterum definitionis meæ latus, & inquis. Si calor genitalis cōiugalis honestatis minister ab immoderatis procursibus, tam studio fidelium quàm doni uirtute retinetur, nec extinguitur per gratiam, sed refrenatur, probabilis est in genere suo & in modo suo, et solis accusatur excessibus. Hæc dicens, non attendis coniugum conuentionem causa generandi, ideo bonū esse laudabile, quia in eo limes præfigit licitus malo concupiscendi. Cur enim non potius malū uocet, quod fateris esse frenandū? Cur quæso frenādum, nisi ne noceat, nisi ne ad illicita quæ desiderat, relaxetur? Et utiq; desiderij mali malum est, etiam si ei non consentiat, donec eò ueniamus ubi nec habeatur. Non igitur quid boni de concupiscentia carnis fiat, sed ipsa quid mali faciat, cogitandum est. Nam pudicitia coniugalis inhiantem concupiscentiam, siue de illicito, siue de licito percipere uoluptatē, frenat ab illicito, permittit ad licitum: hoc est bonum, nō tamen eius, sed bene utentis bonum est. Quod autem ipsa cōcupiscentia facit, siue ad licitum siue ad illicitum indifferēter ardescere, utiq; malum est. Hoc itaq; malo bene utitur pudicitia coniugalis, melius non utitur continentia uirginalis. Si posset, inquis, calor genitalis malum esse, naturaliter extirpandus erat, nō componendus. Vide quemadmodum noluisti dicere, quod supra dixeras frenādus, sed maluisti compo-

A nēdus. Sensisti enim quòd eum nemo frenaret, nisi cui repugnaret, & ob hoc mutato uerbo, timore ipso fassus es malum quod repugnat bono. Appellas etiam calorem genitalem, quia pudet appellare libidinem, siue sicut eam dituinus sermo appellare consueuit, carnis cōcupiscentiam. Sic ergo loquere & dic, Si posset carnis concupiscentia mala esse naturaliter, extirpanda erat, non componenda, Sic enim possunt qui latine sciunt tardiores intelligere quid loquaris. Sed ita hoc dicis, quasi nō eam mallent extirpare si possent, omnes qui propterea coniugantur, quia continentiæ laborē quo huic malo resistitur, non ferunt, & ideo malunt eo bene uti, quam melius omnino non uti. Sed si in corpore mortis huius hoc malum necessarium est
B coniugatis, quia sine illo fieri non potest bonū generationis, continenter extirpent cōcupiscentiam carnis. Tu ipse, tu qui loqueris, nec quid loquaris attendis, extirpa libidinem de membris tuis. Non enim & tibi necessaria est, aut bona sunt eius desideria, quibus si consenseris uel cesseris, interibis. Porrò si malum est in te cui repugnas, quod oppugnas, quod cū uincis expugnas, hoc malo melius non uteris, quo malo bene utuntur, in quibus hoc bonum esse contendis, ubi profecto mentiris, aut falleris. Neq; enim dicturus es in coniugibus bonum esse libidinem, in sanctis autem, uel uirginibus, uel continentibus malum. Iam sententiam teneamus tuam, ubi aisti, Concupiscentiæ naturalis qui modum tenet, bono bene utitur: Qui modum
C non tenet, bono male utitur: Qui autem etiam ipsum modum sanctæ uirginitatis amore cōtempserit, bono melius non utitur. Confidentia quippe suæ salutis, inquis, & roboris cōtempsit remedia, ut glorioſa posset exercere certamina. His uerbis tuis sine ambiguitate declaras, concupiscentiam carnis hoc esse in utrisque, id est, et coniugatis & continentibus. Quo enim coniugati bene utuntur, et continentes melius non utuntur, bonum tu dicis, ego malū: sed in sanctis uirginibus & continentibus, carnis concupiscentia malum se esse manifestat, contra quam fateris eos glorioſa exercere certamina: proculdubio ergo non bono, sed malo melius non utuntur. Hoc igitur utentes coniuges, nec ipsi utique bono, sed malo bene utuntur.
D Proinde tota controuersia non remansit, si tamen remansit aliqua, nisi utrum in eis qui cōtinentiam deo uouerunt, bonum sit ista de qua disputamus concupiscentia carnis, an malum. Quod enim horum duorum repertum in his fuerit, hoc & in coniugibus apparebit, quoniam hoc illi bene utūtur, quo isti melius non utuntur. Collige itaq; totas uires acuti tui cordis, ac liberæ frontis, & aude respondere si potes, hoc bonū esse, cui sicut libro superiore confessus es, apostolorū legio repugnauit: mihi scilicet exprobrās, q̄ tantas esse dixerim libidinis uires, ut ei nec apostolorū legio repugnauerit: cum potius pro causa mea faciat, quia ei malo quod tu bonū dicis, legio non qualiūcunq; sancto rum, sed ipsorum quoq; repugnauit apostolorum.

Cui

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cui malo tantum licere posse, quis crederet, ut si-
bi laudatorem etiam de suis expugnatoribus pro-
uideret? absit quidem ut antiquorū aliquem, uel
apostolorum, uel quorumcunq; sanctorum, mira-
biliter tamen, si uel quenquam hęreticorum nouo-
rum, qui simul utrunq; se esse profiteatur inexpli-
cabilibus modis, expugnatorem scilicet defenso-
remq; libidinis, & conetur ostendere manēs in hæ
resi Pelagiana, et ex animo se laudare, qđ ipsum
eius animū nisi expugnetur occidit, & ex animo
expugnare quod eius dogma nisi laudetur, absu-
mit. Rogo si est in uobis ullus sensus humanus,
num potest & malum esse peccatū, & bonum esse
desiderare peccatū? Quid autem agit in carne san
ctorum continentium ista concupiscentia, nisi pec
candi desideria, quib. non consentientes exercent
ut cōfiteris glorioſa certamina? Neq; enim saltem
connubij desiderium in illa continentiæ professio
ne potest esse non malum. Quid ergo illic agit, ubi
malum est quicquid agit, ac si ei consentiatur, &
peragit? Quid ibi agit hæc concupiscentia, u-
bi nihil boni concupiscitur ex illa? Quid ibi agit
libido, ubi nihil boni libebit ex illa? Non importu
ne in coniugatis esse dicatur. Si enim summū cul-
men obtinent pudicitiæ cōiugalis, faciunt boni ali
quid per illam, quamuis nihil faciant propter illā.
In sanctis autem uirginibus & cōtinentibus quid
agit obsecro te? Quid agit tua ista suscepta, quum
desipis, aduersaria? Si sapis, qd agit, ubi nihil bo-
ni agit ipsa, nihil boni agitur de ipsa? Quid agit in
eis in quibus quicquid secundum ipsam concupi-
scitur malum est? Quid agit in eis quos contra se
compellit uigilare atq; pugnare, & si quādo ab eis
ullum uel in somnis furatur assensum, cum euigi-
lauerint gemere & inter gemitus dicere, quomo-
do impleta est anima mea illusionibus? Quid cum
sopitos deludunt somnia sensus: nescio quomodo
etiam castæ animæ in turpes labunt assensus, quæ
si imputaret altissimus, quis uiueret castus? Hoc
ergo malum quod nō dicturus es bonum, nisi ad-
uersus omnem ueritatis tubam sic obsurdueris, ut
clames bonum esse cōcupiscere malum, quod nec
inter surdos dicere audebis. Hoc inquam malum,
cur non extirpatur de continentium carne sancto
rum? Cur non totum opere mentis aufertur? Hoc
enim dicis fieri debuisse si malū esset. Et quia non
fit in coniugatis, ubi eius modus est necessarius, i-
deo putas bonum: quum uideas, nec fieri ubi mo-
dus eius nullus necessarius eius est, & inquantum
inest nocet, & si nō ad perdendum de sorte sancto-
rum, si non ei consentiatur, tamen ad minuendam
spiritalem delectationē sanctarum mentium, illam
Rom. 7 scilicet de qua dicit Apostolus, Cōdelector enim
legi dei secundum interiorem hominem. Hæc de-
lectatio profecto minuitur, quando & si nō ad ex-
plendam, certe ad oppugnandam carnalis concu-
piscentiam uoluptatis, bellantis animus occupa-
tur, & ita exercet glorioſa certamina, ut à delecta-
tione intelligibilis pulchritudinis ipsis certamini-
bus auocetur. Sed quia in ista humana miseria pe-

A ior hostis est cauēda superbia, ideo nimirum non
penitus extinguitur in carne cōtinentium sancto-
rum ista concupiscentia, ut dum pugnatur aduer-
sus eam periculorum suorū animus admoneatur,
ne securus inflet, donec humana fragilitas ad tan-
tam perfectionē perueniat sanitatis, ubi nulla pu-
tredo lasciuiæ, nullus tumor superbię formidetur.
Sic uirtus in infirmitate perficitur, quia & pugna- 2. Cor. 12
re infirmitatis est, Quanto enim quisq; uincit faci
lius, tanto pugnat minus. In semetipso autem quis
pugnaret, si nihil ex semetipso eidem repugnaret?
Et quid nobis repugnat ex nobis, nisi quod adhuc
curatur ut sanetur in nobis? Ergo in nobismetipsis
sola est infirmitas causa pugnandi: & rursus infir-
mitas admonitio est non superbiendi. Proinde uir
B tus qua hic ubi superbiri potest, ut non superbiat,
in infirmitate perficitur. Quamobrem quoniā hoc
coniuges bene utuntur, quo continentes melius
non utuntur, malum igitur est quo coniuges bene
utuntur: & inest coniugibus quo bene utantur, in-
est & continentibus quo melius nō utantur. Ideo
quippe inest, ut non extollantur. Solis ergo libidi
nis excessibus accusatur, sed ille à quo non refre-
natur. Nā ipsa per seipsam rectissime omnino suis
ipsis motibus accusat, quibus ne excedat obsisti-
tur. Non itaq; ut dicis, nihil ad innocentiam pro-
mouet modestia rei per ipsum genus nocētis. Pro
mouet quippe ad innocentiam nō consentire ma-
lo: nec ideo & illud cui non consentitur, non est
malum, immo propterea sine dubitatione malum
C est, quia non ei consentire bonum est. Quid enim
mali faceret qui bonæ cōcupiscentiæ consentiret,
cum mali nihil faciat, etiam qui opere coniugali,
non sine ipsius malo seminat hominem, qui est dei
opus bonum? Nec confectricem seminum libidi-
nem dixeris, Ille quippe creat hominis semen, qui
hominē ex semine, sed unde intereſt, quia mali hu-
ius occulta sunt, & dira cōtagia: nec his omnibus
qui malo carēt, deus uel semē uel homines creat,
etiam si quidam ab eiusdē mali noxa regeneratio-
ne soluti sunt, sicut soluendi sunt qui inde nascun-
tur. Dixi sanè, nec pœnitet, de pudicitia coniuga-
li, quæ mea uerba posuisti, quia cum dona dei esse
monstrant, à quo petenda sunt, discit si nō haben-
tur, & cui agēdæ gratiæ, si habent. Aguntur enim
D gratiæ nō de origine ut dicis cōcupiscentiæ, cuius
origo est primum malum hominis, sed de regimi-
ne, quod uerum dicis. Vtrunq; enim dicis, uel regi
mine uel origine. Ideo autem aguntur gratię de re
gimine concupiscentiæ, quia repugnans uincitur. Quod autem repugnat uoluntati bonæ, non
est bonum, imò malum esse quis neget, nisi qui nō
habet uoluntatis bonum, cui quod repugnat, fa-
teatur malum? Interponis alia de libro meo, Cap. I II
ubi cum dixissem donum dei pudicitiam esse co-
iugalem, & hoc Apostolo teste docuissem, occur
rentem deinde quæstionem tacitus nolui præteri-
re quid dicendum sit, cum uidētur etiam nonnulli
impij pudice cum coniugibus uiuere. Soletis e-
nim negantes dei dona esse uirtutes, quibus recte

uiuitur

uſuitur, & eas naturæ uoluntatiq; humanæ, non gratiæ dei tribuẽtes, hoc uti argumẽto, q eas nonnunquam habeant infideles: ita conantes euacuare quod dicimus, neminem recte uiuere, niſi ex fide per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum, unum dei & hominum mediatorem, ubi uos eius aduerſarios apertiſſime profitemini. Denicq; longe non eamus, ſi forte fallor, ad iſta reſpõde, Ego dixi pudicum non ueraciter dici, qui non propter deum ueram fidem connubij ſeruat uxori. Vnde autem id oſtenderem, paulopoſt adhibui, quod mihi uiſum eſt grande documentum. Cum enim uirtus ſit, inquam, pudicitia, cui uitium contrarium eſt impudicitia, omnesq; uirtutes etiam quæ per corpus operantur, in animo habitent, quomodo uera ratione pudicum corpus aſſeritur, quando à uero deo ipſe animus fornicatur? Deinde ne quiſquam noſtrum negaret animum infidelium fornicari, adhibui teſtimonium de ſcriptura ſancta, ubi legit, Pſal.72 Ecce enim qui longe ſe faciunt à te, peribunt, perdidiſti omnem qui fornicatur abs te. Sed tu qui mea ſicut dicis, quę mihi uidentur acuta perſequeris, hoc totum tanquam mihi obtuſum uiſum fuerit præteriſti. Vide ergo quid horum negandum arbitreris. Virtutem eſſe pudicitiam coniugalem promptiſſime confiteris: omnes uirtutes etiã quæ per corpus operantur, in animo habitare non negas. Porrò infidelis animũ fornicari à deo ille poteſt negare, qui ſe palàm ſanctarum ſcripturarum aduerſarium profitetur. Ex quibus omnibus hæc ſumma conficitur, ut aut in animo fornicante pudicitia uera eſſe poſſit, quod cernis quàm ſit abſurdum: aut in animo infidelis pudicitia eſſe nõ poſſit, quamuis hoc cum aſſererem, te finxeris ſurdũ. Non igitur ut calumniaris ſtudio uituperãdi ſubſtantiam, dona collaudo, Non enim diuinorũ donorum capax eſſet, niſi bona eſſet humana ſubſtantia, cui uitia quoque ipſius bonitatis perhibent teſtimonium naturalis. Quid enim aliud in uitio recte diſplicet, niſi quia detrahit uel minuit, quod in natura placet? Cum ergo diuinitus adiuuatur homo, nõ tantum ad capeſſendam perfectionem adiuuatur, quod ipſe poſuiſti, utique uolens intelligi eum per ſe incipere ſine gratia, quod perficit gratia: ſed potius quod Apoſtolus loquitur, ut qui in Philip.1 uobis opus bonum cœpit, perficiat uſq; in finem. In quo enim uis hominẽ ſicut loqueris, ad aliquid laudabile generoſi cordis ſtimulis incitari, in hoc eum non uis in domino, ſed in libero arbitrio gloriari, ac ſic priorẽ dare ut retribuatur illi, eoq; mo- Rom.11 do gratia iam non ſit gratia, quia non eſt gratuita. Bonam dicis hominum naturam, quæ talis gratię opitulationem meretur. Quod gratãter audirem, ſi hoc propterea quia rationalis natura eſt, diceres, Neque enim gratia dei, per Ieſum Chriſtum noſtrum lapidibus aut lignis pecoribuſue præſtatur, ſed quia imago dei eſt, meretur hanc gratiam: non tamen ut eius bona uoluntas poſſit præcedere præter gratiam, ne uel ipſam prior det ut retribuatur illi, ac ſic gratia iam non ſit gratia, dum nõ datur gratuita, ſed redditur debita. Quid eſt ergo quòd ſecũdum modum ueſtrum, effectum uoluntatis humanæ dona cœleſtia mę credideras nuncupaſſe, tanquam uoluntas hominis ſine dei gratia moueretur ad bonum, ut ei debitus à deo retribueretur effectus? Ita ne oblitus fueras, nos cum ſcriptura dicere contra uos, præparatur uoluntas Philip.2 à domino, uel quod in nobis deus operetur & uelle? O ingrati gratiæ dei, ó inimici gratiæ Chriſti, & ſolo uocabulo Chriſtiani. Nónne pro inimicis ſuis orat Eccleſia? Quid orat obſecro? ſi ut eis ſuæ uoluntatis retribuatur precium, quid eis orat, niſi grande ſupplicium? Quod iam contra eos eſt, nõ pro eis. Orat autem pro eis. Non ergo quia eſt illis uoluntas bona, ſed ut conuertatur in bonam uoluntas mala, quoniam præparatur uoluntas à domino. Et deus eſt enim, ut ait Apoſtolus, qui operatur in uobis & uelle. Sed acerbiſſimi gratiæ huius inimici exempla nobis opponitis impiorũ, quos dicitis alienos à fide abundare uirtutibus, in quibus ſine adiutorio gratiæ, ſolum eſt naturæ bonum, licet ſuperſtitionibus mancipatum, qui ſolis libertatis ingenitæ uiribus, & miſericordes crebro, & modeſti, et caſti inueniuntur & ſobrij. Hęc dicẽs ecce iam & illud quod gratiæ dei tribueras, abſtuliſti, ipſum ſcilicet uoluntatis effectum. Non enim aiſti uelle eos eſſe miſericordes, modeſtos, et caſtos, & ſobrios, & ideo non eſſe quod nondum per gratiam fuerint conſecuti, bonæ huius uoluntatis effectum: ſed ſi & eſſe uoluerunt & ſunt, iam in eis uoluntatem & effectum uoluntatis inuenimus, quid remãſit quod gratię reſeruemus in tam euidentibus, quibus dixiſti eos abundare uirtutibus? Quãto ſatius ſi te impios ita laudare delectat, ut non audiens dicẽtem ſcripturam, Qui dicit im- Prouerb.24 pium iuſtum eſſe, maledictus erit in populo, & odibilis in gentibus: etiam uirtutibus ueris eos prædices abundare. Quãto, inquam, ſatius hæc ipſa in eis dona dei eſſe fatereris, ſub cuius occulto iudicio nec iniuſto, alij fatui, alij tardiſſimi ingenij, & ad intelligendum quodammodo plumbei, alij obliuioſi, alij acuti memores ſue naſcuntur, alij utroque munere prædiți, & acute intelligẽtes, & tenaciſſimæ memoriæ theſauro cognita recondentes: alij natura leues, alij leuiſſimis cauſis ira facillima ardẽtes, alij ad uindictæ cupiditatem inter utroſq; mediocres: alij ſpadones, alij in concubitu ita frigidi ut uix omnino moueant, alij libidinoſiſſimi, ut uix omnino tenẽatur, alij inter utroſq; & moueri faciles, & teneri: alij timidiſſimi, alij audaciſſimi, alij neutrum: alij hilares, alij triſtes, alij ad nihil horum procliues: nec eorum quæ commemoraui aliquid inſtituto ac propoſito, ſed natura, unde medici audent iſta tribuere temperationibus corporũ. Quod ſi & probari, uel nulla exiſtente, uel omni finita quęſtione potuiſſet, nunquid ſibi quiſque corpus condidit, & hoc eius tribuendum eſt uoluntati, quòd mala iſta naturalia magis minusue perpetitur? Nam prorſus ea non perpeti quum hic uiuitur, nullo modo, nulla ratione quiſquã poteſt.

Nec ta-

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nec tamẽ siue maximus, siue minimus urgeatur, fas est ut dicat ei qui se finxit, quãuis omnipotenti
Esa. 45 iusto & bono, quare sic me fecisti? Et de iugo gra-
Eccl. 40 ui quod est super filios primi Adam, nemo liberat
Rom. 9 nisi secundus Adam. Quanto ergo tolerabilius illas, quas dicis in impijs esse uirtutes, diuino muneri potius, q̃ eorum tribueres tantummodo uoluntati: licet ipsi hoc nesciant, donec si ex illo sunt prædestinatorum numero accipiant spiritum, qui ex deo est, ut sciant quæ à deo donata sunt eis. Sed absit ut sit in aliquo uera uirtus, nisi fuerit iustus,
Rom. 1 Absit autem ut sit iustus uere, nisi uiuat ex fide: iustus enim ex fide uiuit. Quis porrò eorum qui se Christianos haberi uolunt, nisi soli Pelagiani, aut in ipsis etiam forte tu solus, iustum dixerit infidelem, iustũ dixerit impium, iustum dixerit diabolo mancipatũ? sit licet ille Fabrici⁹, sit licet Fabius, sit licet Scipio, sit licet Regulus, quorũ me nominibus tanquam in antiqua Romana curia loqueremur, putasti esse terrẽdum. Verum tu in hac causa & si ad scholam Pythagoræ prouoces uel Platonis, ubi eruditissimi atq; doctissimi uiri multo excellentiore cæteris philosophię nobilitate ueras uirtutes nõ esse dicebant, nisi quæ menti quodam modo imprimuntur à forma illius æternæ immutabilisq; substantiæ, quod est deus, etiam illic aduersus te quantum donat, qui nos uocauit, pietatis libertate clamabo: Nec in istis est uera iustitia,
Rom. 1 qua iustus ex fide uiuit. Fides ex auditu, auditus autem per uerbum Christi: finis legis Christus ad iustitiam omni credẽti. Quomodo sunt uere iusti, quibus utilis est humilitas ueri iusti? Quò enim propinquauerunt intelligentia, inde superbia recesserunt, quia cognoscentes deũ, non sicut deum glorificauerunt, aut gratias egerunt: sed euanuerunt in cogitationibus suis, & obscuratum est insipiens cor eorum, Dicentes enim se esse sapientes, stulti facti sũt. Quomodo est in eis uera iustitia, in quibus non est uera sapientia? Quam si eis tribuemus, nihil erit causæ cur eos non ad illud regnum
Sap. 6 peruenire dicamus, de quo scriptum est, Concupiscentia sapientiæ deducit ad regnum. Ac per hoc Christus gratis mortuus est, si homines sine fide Christi ad fidẽ uerã, ad uirtutem uerã, ad iustitiam uerã, ad sapientiã uerã, quacunq; re alia, quacunq; ratione perueniũt. Prorsus sicut de lege uerissime
Gal. 2 ait Apostolus, Si per legem iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: ita uerissime dicitur, Si per naturã uoluntatẽq; iustitia, ergo Christus gratis mortuus est: Si per doctrinas hominũ qualiscunq; iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Per quod enim uera iustitia, per hoc etiã regnum dei. Deus namq; ipse, quod absit, erit iniustus, si ad eius regnum uerus nõ admittit̃ iustus, cum & ipsum eius
Rom. 14 regnũ iustitia sit, quemadmodũ scriptum est, Non est regnũ dei esca & potus, sed iustitia, & pax, & gaudium. Porrò si ueram iustitiam nõ habent impij, profecto nec alias uirtutes comites eius & socias: quia cum non ad suum referuntur authorem dona dei, hoc ipso mali his utentes efficiũtur iniusti: si quas habent, ueras nõ habent, ac per hoc nec

A continentia siue pudicitia uera uirtus est impiorum. Tu uero tam male accipis, quod ait Apostolus, Nam qui in agone cõtendit, ab omnibus con- 1. Cor. 9
tinens est, ut cõtinentiam tam magnam uirtutem, Sap. 8
de qua scriptum est, quod nemo esse potest continens nisi deus det: etiam choraulas & huiuscemodi turpes infames q̃ personas habere contendas. Hi enim quando in agone decertant, ab omnibus continent ut corruptibilem coronã accipiant: à cuius tamen uana cupiditate non continent. Hæc enim cupiditas uana ac per hoc praua, uincit in eis et frenat alias pravas cupiditates, propter quod dicti sunt continentes. Sed ut grauissimã faceres iniuriam Scipionibus, continentiã quam in eis tanto eloquio prædicasti, dedisti & histrionibus, ignorans Apostolũ cum exhortaretur homines ad uir-
B tutem, sic exemplum de uitiosa hominum affectione Proverb. 2
sumpsisse, quemadmodum alio loco scriptura, cum ad amorẽ sapientiæ homines hortaretur, quærendam dixit esse sicut pecuniã, Nũquid propterea sancta scriptura dicenda est laudasse auaritiam? Sed quia notum est, amatores pecuniæ quãtis patienter laboribus doloribus q̃ subdantur, à quãtis se contineant uoluptatibus, siue cupiditate augendi pecuniã, siue timore minuendi, quanta lucrum sagacitate sectentur, & prudenter damna deuitẽt, q̃ timeant plerunq; aliena diripere, & aliquando sua sibi ablata cõtemnant, ne repetendo & litigando plus perdant: recte admoniti sumus sic amare
C sapientiam, ut eam nobis thesaurizare auidissime cupiamus, atq; ut nobis magis magis q̃ acquiratur, nec aliqua ex parte minuatur, & perferamus molestias, et libidines refrenemus, et prospiciamus in posterum, & innocentiam beneficentiamq; seruemus. Quod cum facimus, ideo ueras uirtutes habemus, quia uerum est propter quod facimus, id est, hoc naturæ nostræ consentaneũ est ad salutem & ueram felicitatem. Non enim absurde uirtus definita est, ab eis qui dixerunt, Virtus est animi ha- Quid sit uirtus
bitus naturæ modo atq; rationi consentaneus. Verum dixerunt, sed quid sit consentaneum liberandæ ac beatificandæ naturę mortalium nescierunt. Neq; enim omnes homines naturali instinctu immortales et beati esse uellemus, nisi esse possemus. Sed hoc summũ bonum præstari hominibus non
D potest, nisi per Christum & hunc crucifixũ, cuius morte mors uincitur, cuius uulneribus natura nostra sanatur. Ideoq; iustus ex fide Christi uiuit, Ex Rom. 1
hac enim fide prudenter, fortiter, temperãter, & iuste, ac per hoc his omnibus ueris uirtutibus recte sapiẽterq; uiuit, quia fideliter uiuit. Si ergo ad consequendam ueram beatitudinem, quam nobis immortalem fides quæ in Christo est uera, promittit, nihil prosunt homini uirtutes, nullo modo ueræ possunt esse uirtutes. An placet tibi ut ueras uirtutes auarorũ esse dicamus, cum lucrorũ uias prudẽter excogitant, quum pro acquirenda pecunia sæua atq; aspera multa fortiter tolerant, cum uarias cupiditates quibus sumptuose uiuitur temperanter sobrieq; castigant, cum abstinent ab alieno, & de suo sæpe amisso contemnunt, quod uidetur ad

iustitiam

Universidad de Deusto
Biblioteca

iuſtitiam pertinere, ne iurgijs et iudicijs plura con
ſumant? Cum enim agitur aliquid prudenter, for-
titer, temperanter et iuſte, omnibus quatuor uirtu
tibus agitur, quæ ſecundū tuam diſputationem ue
ræ uirtutes ſunt: ſed ad cognoſcendum utrum ue-
ræ ſint, hoc tantūmodo intuetur quod agitur, nec
cauſa quærēda eſt cur agatur. Vnde ne tibi uidear
Iulianus calumniari, ipſa tua uerba iam ponam. Cunctarū,
inquis, origo uirtutū in rationabili animo ſita eſt,
& affectus omnes per quos, aut fructuoſe, aut ſte-
riliter boni ſumus, in ſubiecto ſunt mentis noſtræ,
prudentia, iuſtitia, temperātia, fortitudo. Horum
igitur affectuum uis cum inſit omnibus naturali-
ter, inquis, nō tamen ad unum finem in omnibus
properat, ſed pro iudicio uoluntatis, cuius nutui
ſeruiunt, aut ad æterna, aut ad temporalia dirigun
tur. Quod cum fit, nō in eo quod ſunt, non in eo
quod agunt, ſed in eo ſolo uariāt quod merentur.
Nec nominis ſui igitur, inquis, poſſunt, nec gene-
ris ſuſtinere diſpendiū, ſed ſolius quod appetiue-
runt præmij, aut amplitudine ditantur, aut exilita-
Auguſt. te fruſtrantur. Hæc ubi didiceris neſcio: iam ta-
men cernis, ut arbitror, cōſequens eſſe, ut uera ſit
uirtus auarorum: prudentia, qua excogitant gene
ra lucellorum & theſaurorū: iuſtitia, qua grauium
damnorū metu facilius ſua nonnunq; contēnunt,
q; uſurpant aliquid alienum: & auarorū temperan
tia, qua luxuriæ, quoniā ſumptuoſa eſt, cohibent
appetitū, ſoloq; neceſſario uictu tegumentoq; con
tenti ſunt: & auarorum fortitudo, qua ut ait Hora
Horat. lib. 1 Epiſtolarum tius, Per mare pauperiem fugiunt, per ſaxa, per ig-
nes: qua deniq; cognouimus quoſdam irruptione
barbarica, ad ea prodenda quæ habebāt nullis ho
ſtium tormētis potuiſſe cōpelli. Ergo uirtutes iſtæ
tali fine turpes atq; deformes, & ideo nullo modo
germanæ ueræq; uirtutes: tibi tamē ita ueræ uiden
tur & pulchræ, ut nec nominis ſui poſſint, nec ge-
neris ſuſtinere diſpendiū, ſed ſolius quod appeti-
uerunt præmij exilitate fruſtrentur, id eſt, terreno-
rum cōmodorum fructu, non cœleſtium præmio-
Saluſt. rum. Nec aliud erit q; uera iuſtitia Catilinæ, com-
prehendere multos amicitia, tueri obſequio, cum
omnibus cōmunicare quod habebat: & fortitudo
uera erit eius, q; frigus, famem, ſitim, ferre poterat:
& uera patientia, q; patiens erat inediæ, algoris, ui
giliæ, ſupra q; cuiquam credibile eſt. Quis hæc ſa-
piat, niſi deſipiat? Sed uidelicet homo eruditus eo
rum uitiorum ueriſimilitudine falleris, quæ finiti-
ma uidentur & propinqua uirtutibus, cum abſint
ab eis q; lōge abſunt à uirtutibus uitia. Nam ſicut
conſtantia eſt uirtus, cui contraria eſt incōſtantia:
uitium eſt tamen ei quaſi finitimū pertinacia, quæ
conſtantiā uidetur imitari, Quo utinam uitio ca-
reas, cum hęc quæ dico uera eſſe cognoueris, ne ti
bi in errore uelut amando conſtantiā, manendum
pertinaciter arbitreris: Ita omnibus uirtutibus nō
ſolum ſunt uitia manifeſta diſcretione contraria, ſi
cut prudentiæ temeritas: uerumetiam uicina quo-
dammodo, nec ueritate, ſed quadam ſpecie fallen-
te ſimilia, ſicut ipſi prudentiæ nō temeritas uel im
prudentia, ſed aſtutia: quod tamen uitiū eſt, quam

A uis in ſcripturis ſanctis et in bono accipiatur quod
dictū eſt, Aſtuti ut ſerpētes: & in malo, quòd in pa *Matt. 10*
radiſo erat ſerpens prudētiſſimus omnium beſtia- *Gen. 3*
rum. Nec iſtorum uitiorum, quæ finitima uirtuti-
bus diximus, poſſunt omnium facile nomina repe
riri, Verum et ſi non inuenitur quemadmodū nun
cupentur, cauenda ſunt. Noueris itaq; nō officijs,
ſed finibus à uitijs diſcernendas eſſe uirtutes. Offi
cium eſt autem quod faciēdum eſt: finis uero pro-
pter quod faciendum eſt. Cum itaq; facit homo a-
liquid ubi peccare nō uidetur, ſi non propter hoc
facit propter quod facere debet, peccare conuinci
tur, Quæ tu non attendens, fines ab officijs ſepara
ſti, & uirtutes ueras officia ſine finibus appellan-
das eſſe dixiſti. Ex quo te tāta abſurditas ſequitur,
B ut ueram cogaris appellare iuſtitiam, etiam cuius
dominā repereris auaritiam. Siquidem manus ab
ſtinere ab alieno, ſi officium cogites, poteſt uideri
eſſe iuſtitiæ. Sed cum quæriē, quare fiat, & reſpon
detur, ne plus pecuniæ litib. pereat: quomodo iam
hoc factum ueræ poterit eſſe iuſtitiæ, cum ſeruiat
auaritiæ? Quales uirtutes Epicurus induxit uolu-
ptatis ancillas, quæ omnino quicquid facerēt, pro
pter illam uel adipiſcendam facerent uel tenendā.
Abſit autē ut uirtutes ueræ cuiquam ſeruiant, niſi
illi uel propter illum cui dicimus, *Deus uirtutum* *Pſal. 79*
conuerte nos. Proinde uirtutes quę carnalibus de
lectationibus, uel quibuſcq; cōmodis & emolumē-
C tis temporalibus ſeruiunt, ueræ prorſus eſſe non
poſſunt, Quæ aūt nulli rei ſeruire uolunt, nec ipſę
ueræ ſunt. Veræ quippe uirtutes deo ſeruiūt in ho
minibus, à quo donantur hominibus. Deo ſeruiūt
in angelis, à quo donantur & angelis. Quicquid
autem boni fit ab homine, & non propter hoc fit,
propter quod fieri debere uera ſapientia præcipit,
& ſi officio uideatur bonū, ipſo non recto fine pec
catum eſt. Poſſunt ergo aliqua bona fieri, non be-
nefacientibus à quibus fiunt, Bonum eſt enim ut
ſubueniatur homini periclitanti, præſertim inno-
centi. Sed ille qui hoc facit, ſi amando gloriam ho
minum magis quàm dei facit, non bene bonum fa
cit: quia non bonus facit, quod non bona uolunta
te facit. Abſit enim ut ſit uel dicatur uoluntas bo-
na, quæ in alijs uel in ſeipſa, non in domino gloria
tur. Nec eſſe fructū eius à quo fit bonum, niſi bo-
D na factum fuerit uoluntate: ſed dei opus bonum, à
quo etiam per malos fit bonū: ac per hoc nec eius
fructus iſte dicēdus eſt, quādo arbor mala bonos
fructus facere nō poſſit. Arbor enim mala bonos
fructus non facit, ſed potius bonū opus eſt illius,
qui etiā per malos bene facit. Quapropter dici nō
poteſt quātum te fallat iſta opinio, qua dixiſti, om-
nes uirtutes affectus eſſe, p quos aut fructuoſe, aut
ſteriliter boni ſumus. Fieri autem nō poteſt ut ſte-
riliter boni ſimus, ſed bonū nō ſumus quicquid ſte
riliter ſumus. Arbor enim bona bonos fructus fa-
cit, Abſit aūt ut deus bonus, à quo ſecuris paratur
arboribus nō facientibus fructū bonum, excidat
et in ignem mittat arbores bonas. Nullo modo igi
tur homines ſunt ſteriliter boni, ſed qui boni non
ſunt, poſſunt eſſe alij minus, alij magis mali. Vnde

& illi

Universidad de Deusto
Biblioteca

& illi quos commemorare uoluisti, de quibus ait
Rom.2 Apostolus: Gentes legē non habētes ipsi sibi sunt
lex, qui habent opus legis scriptū in cordibus suis:
quid te adiuuent omnino non uideo. Per hos ēm
probare conatus es, etiā alienos à fide Christi, ue-
ram posse habere iustitiam, eo quòd isti teste Apo
stolo, naturaliter quæ legis sunt faciunt. Vbi qui-
dem dogma uestrum quo estis inimici gratiæ dei,
quæ datur per Iesum Christum dominum nostrū,
qui tollit peccatum mundi, euidentius expressisti:
introducēs hominū genus quod placere deo pos-
sit sine Christi fide lege naturæ. Hoc est unde uos
maxime Christiana detestatur ecclesia. Sed quid
uis esse istos? Vtrum ueras uirtutes habēt & steri-
liter boni sunt, quia non propter deum: an etiam
deo ex his placent, atq; ab illo uita remunerantur
æterna? Si steriles dixeris, quid ergo eis prodest, B
Rom.2 quòd secundum Apostolum defendent eos cogi-
tationes suæ, in die qua iudicabit deus occulta ho
minum? Si autem qui defendētur cogitationibus
suis, eo quod naturaliter opera fecerint legis, non
sunt steriliter boni, & ob hoc inueniunt æternam
mercedem apud deum, proculdubio propterea iu
sti sunt, quia ex fide uiuunt. Nam testimonium il-
lud quod ex Apostolo posui: Omne quod nō est
ex fide, peccatū est: sicut tibi uisum est accepisti &
exposuisti, non ut sapit, sed ut sapis: De cibis enim
Rom.14 Apostolus loquebatur. Verum cum dixisset: Qui
autem discernit, si manducauerit dānatus est, quia
nō ex fide: hanc peccati speciem de qua agebat, ge
nerali uoluit probare sentētia, mox inferēs: Ome
enim quod nō est ex fide, peccatū est. Sed ut hoc
tibi de cibis tantum intelligendum esse cōcedam: C
quid de alio dicturus es testimonio quod identi-
dem posui, nec inde aliquid disputasti, quia nō in-
ueneristi quomodo in tuam possis detorquere sen-
Heb.11 tentiam, quod ad Hebræos scriptum est: Sine fide
enim impossibile est deo placere? Nempe ut hoc
diceretur, de tota uita hominis agebatur, in qua iu
stus ex fide uiuit: & tamen cū sine fide impossibile
sit placere, tibi uirtutes sine fide sic placent, ut eas
ueras prædices, eisq; bonos esse homines: & rur-
sus, quasi te pœnituerit laudis earum, steriles pro-
nūciare non dubites. Isti ergo q naturali lege sunt
iusti, aut placēt deo, & ex fide placēt, quia sine fide
impossibile est placere: & ex qua fide placent nisi
Acto.2 ex fide Christi: quoniā sicut legit in Actibus apo- D
stolorum: In illo deus definiuit fidem omnibus, su
scitans eum à mortuis. Ideoq; dicūtur sine lege na-
turaliter quę legis sunt facere, quia ex gentibus ue
nerunt ad euangelium, non ex circumcisione, cui
lex data est: & propterea naturaliter, quia ut crede
rent, ipsa in eis est per dei gratiam correcta natura:
nec per eos potes probare quod uis, etiā infideles
ueras posse habere uirtutes: sunt quippe isti fide-
les: Aut si fidem non habent Christi, profecto nec
iusti sunt, nec deo placēt, cum sine fide placere im-
possibile sit. Sed ad hoc eos in die iudicij cogitatio
nes suæ defendent, ut tolerabilius puniantur, quia
naturaliter quæ legis sunt utcūq; fecerunt, scriptū
habentes in cordibus opus legis hactenus, ut alijs

non facerent quod perpeti nollent: Hoc tamē pec
cantes, quòd homines sine fide, nō ad eum finem
ista opera retulerunt ad quem referre debuerunt.
Minus enim Fabricius quàm Catilina punietur,
non quia iste bonus, sed quia ille magis malus: &
minus impius q̄; Catilina Fabricius, nō ueras uir-
tutes habendo, sed à ueris uirtutibus non plurimū
deuiando. An forte & istis qui exhibuerunt terre-
næ patriæ Babylonicam dilectionem, & uirtute ci
uili, non uera, sed uerisimili dæmonibus uel huma
næ gloriæ seruierunt, Fabricijs uidelicet, & Regu
lis, & Fabijs, & Scipiōibus, & Camillis, cæterisq;
talibus, sicut infantibus qui sine baptismate mo-
riuntur, prouisuri estis aliquē locum inter damna-
tionem regnumq; cœlorum: ubi non sint in misе-
ria, sed in beatitudine sempiterna, qui deo nō pla-
cuerūt, cui sine fide placere impossibile est, quam
nec in operibus, nec in cordibus habuerunt? Non
opinor perditionē uestram usq; ad istam posse im
pudentiam prosilire. Erunt ergo, inquis, in damna
tiōe sempiterna, in quibus erat uera iustitia? O uo
cem impudentia maiore præcipitem: Non erat,
inquam, in eis uera iustitia, quia non actibus, sed fi
nibus pēsantur officia. Sed facete ac lepide homo
elegantissimus & urbanissimus, si dicatur, inquis,
quia castitas infidelium castitas non est: eadē fron
te dicetur, quia corpus Paganorum corpus nō sit:
& oculi Paganorum sensum non habeant intuen-
di: & frumenta quæ in Paganorū nascuntur agris,
frumenta non sint: & multa inquis alia quæ tantę
absurditatis sunt, ut risum possint intelligentibus
commouere. Non planè risum, sed fletum potius
intelligentibus uester cōmouet risus, sicut menti-
bus amicorum sanorum, fletum commouet risus
phreneticorum. Itáne aut cōtra scripturas sanctas
infidelis animū fornicari negas, aut esse in animo
fornicante ueram castitatē dicis, & rides & sanus
es? Vnde, quomodo, qua ratiōe istud fieri potest?
Prorsus nec illa est castitas uera, nec sanitas uestra:
Prorsus, inquam, nec uera est castitas animi forni-
cantis, & uera insania est hominis dicentis hoc de-
decus & ridentis. Nos autē absit ut dicamus quòd
corpus Paganorum corpus non sit, & cætera hu-
iusmodi. Necq; enim est consequens, ut si nō est ue
ra uirtus qua gloriatur impius, non sit uerum cor-
pus quod operatur deus. Sed plane possumus di-
cere hæreticorū frontē non esse frontē, si non mē-
brū quod fecit deus, significare intelligamur fron
tis nomine, sed pudorē. Quid si non eo ipso libro,
cui respondisse te iactas, ante præstruerē, ne in hac
sententia, qua dicimus: Omne quod non est ex fi- Rom.14
de, peccatū est, etiam illa intelligantur infidelium,
quæ dona sunt dei, siue in animi, siue in corporis
bonis? Ibi ēm sunt & ista quæ inaniter garris, cor
pus, & oculi, & mēbra cætera. In eo genere sunt e-
tiam quæ in agris Paganorū frumenta nascuntur,
quorū deus creator est, non Pagani. An nō tu ipse
inter cætera etiā ista uerba mea posuisti, ubi dixi:
Anima enim & corpus & quæcunq; bona animæ
& corporis naturaliter insita, etiā in peccatoribus
dona dei sunt, quoniā deus, non ipsi ista fecerunt?

Universidad de Deusto
Biblioteca

De his autẽ quæ faciũt dictũ eſt: Omne quod nõ eſt ex fide, peccatũ eſt. Hanc breuẽ, ſed utiq; apertam ſententiã meam ſi mente tenuiſſes, puto quòd tam improbus non fuiſſes, ut nos poſſe dicere aſſereres, quia corpus Paganorũ corpus nõ ſit: & oculi Paganorum ſenſum non habeant intuẽdi: & frumenta quæ in Paganorũ naſcuntur agris, frumenta non ſint. Vt enim tibi tanquam de ſomno excitato eadem uerba mea repetam, quæ tuæ memoriæ fortaſſis ut hæc diceres exciderunt, hæc etiam in peccatoribus dona dei ſunt, quoniam deus, nõ ipſi iſta fecerunt. De his autem quæ faciunt dictũ eſt: Omne quod nõ eſt ex fide, peccatum eſt. Sed cum inſana dicis & rides, phrenetico es ſimilis. Cum autem uera quæ dico abs te pauloante commemorata, & huic ipſi operi tuo quo mihi reſpondere uideris, inſerta, ſic non attendis, ſic obliuiſceris, non iam phreneticis, ſed lethargicis compararis. Mirari te dicis, quòd tam excellens meum uidelicet, ſicut irridenter loqueris, nõ uidit ingeniũ quantum uos in hoc quoq; iuuerim, quia dixi aliis peccatis alia peccata uincũtur: Continuo quippe ſubditis atq; concluditis dicentes: Perfacile igitur ſtudio ſanctitatis, quod deus adiuuat, poteſt homo carere peccatis. Si enim uincuntur, inquis, peccata peccatis, quãto magis poſſunt uirtutibus peccata ſuperari: Quaſi nos negemus adiutorium dei tantum ualere, ſi uelit, ut hodie nullas concupiſcentias malas habere poſſimus, contra quas uel inuictiſſime dimicemus: Et tamen nõ fieri nec tu negas. Cur autem non fiat, quis cognouit ſenſum domini? Non tamen parum ſcio, cum ſcio, quæcunq; illa cauſa ſit, quod nec iuſti dei ſit iniquitas, nec omnipotentis infirmitas. Eſt igitur aliquid in eius abdito altoq; conſilio, cur quamdiu uiuimus in hac carne mortali, eſt in nobis cõtra quod mẽs dimicet noſtra: eſt etiam propter quod dicamus, Dimitte nobis debita noſtra. Sed ut tibi ſic loquar tanq; homini homo, & talis homo cuius terrena inhabitatio deprimit ſenſum multa cogitantem, nihil eſt in creaturis, quod attinet ad inſtituta rum diuinitus merita naturarum, rationali mente præſtantius. Vnde fit conſequẽs, ut mẽs bona magis ſibi placeat, magisq; ſeipſa delectet, q; quælibet alia creatura. Quàm uero periculoſe, imò pernicioſe ſibi placeat, cum per hoc tumeſcit typho, & morbo inflationis extollitur, quamdiu non uidet ſicut uidebit in fine ſummum illud & immutabile bonum, in cuius comparatione ſe ſpernat, ſibiq; illius charitate uileſcat, tantoq; ſpiritu eius impleatur, ut id ſibi non ratione ſola, ſed æterno quoque amore præponat, multum eſt diſputando uelle mõſtrare. Sapit hæc qui fatigatus fame reuertitur ad ſemetipſum & dicit: Surgam & ibo ad patrẽ meum. Vnde itaq; ſcimus, ne forte quia hoc ſuperbiæ malum tunc animũ tentare non poterit, & contra quod decertemus omnino nullũ erit, quando tanta ſatiabitur uiſione, & tãta inflammabitur charitate ſuperioris boni, ut ad ſeipſum ſibi placẽdo deficere ab illius delectatione non poſſit: ideo factum eſt in loco infirmitatis huius, ne ſuperbe ui

Lucæ 15

ueremus, ut ſub quotidiana peccatorum remiſſione uiuamus? Propter quod ſuperbiæ malum nec apoſtolus Paulus eſt arbitrio ſuo creditus: ſed qa nondum uenerat ad tantam participationẽ ſuperioris illius boni, ut illic iam non poſſet extolli, hic illi eſt angelus ſatanæ colaphizator, ne hic ubi poterat extolleret, appoſitus. Sed ſiue iſta cauſa ſit, ſiue alia quæ multo amplius me latet, tamen quod dubitare non poſſum, quantumlibet proficiamus ſub hoc onere corruptibilis corporis, ſi dixerimus quia peccatum nõ habemus, noſipſos decipimus, & ueritas in nobis nõ eſt. Propter quod & ſancta eccleſia etiam in talibus ſuis mẽbris, ubi maculam criminis & rugam non habet falſitatis, licet cõtra dicente ſuperbia ueſtra, non deſinit deo dicere: Dimitte nobis debita noſtra. Tu autem quanta arrogantia & de ueſtræ præſumptiõe uirtutis dixeris, Perfacile igitur ſtudio ſanctitatis, quod deus adiuuat, poteſt homo carere peccatis: ille nõ agnoſcit, qui dogmata ueſtra non nouit. Nam & ſtudiũ ſanctitatis ſine adiutorio dei uultis in hominis uoluntate præcedere, quod merito deus debeat adiuuare, non gratis: & ſic creditis hominem in hac ærumnoſa uita poſſe carere peccatis, ut non in ſe habeat quare dicat: Dimitte nobis debita noſtra. Quãuis aliquanto timidius id poſuiſſe uidearis, quia non dixiſti, poteſt omnibus carere peccatis. Verũ nec quibuſdam dicere uoluiſti, ſed tãquam tibiipſe de nimia ueſtra præſumptione erubueris, ita ſententiã tẽperaſti, ut & ueſtra & noſtra poſſet uoce defendi. Nam ſi apud Pelagianos diſcutiat, reſpondebitur ideo nõ dictũ quibuſdã, quia omnibus peccatis hominẽ carere poſſe dixiſti. Si autẽ apud nos, & hic reſpondebitur, ideo non dictum oĩbus, quoniam quemlibet hominem uolueris intelligi, pro quibuſdã peccatis neceſſe habere ueniam poſtulare: ſed qui ſcimus quid ſentiatis, neſcire non poſſumus, quomodo iſta dicatis. Si gentilis, inquis, nudum operuerit, nunquid quia nõ eſt ex fide peccatũ eſt? Prorſus inquantũ nõ eſt ex fide peccatũ eſt, non quia per ſeipſum factum, quod eſt nudum operire, peccatum eſt: ſed de tali opere nõ in domino gloriari, ſolus impius negat eſſe peccatũ. Quod ut intelligas, quãuis iam ſatis inde fuerit diſputatũ, tamẽ quia magna res eſt, adhuc pauliſper auſculta. Ecce eadem cõmemoro quæ ipſe poſuiſti: Si gentilis qui nõ uiuit ex fide, nudũ operuerit, periclitãtem liberauerit, ægri uulnera fouerit, diuitias honeſtæ amicitiæ impenderit, ad teſtimoniũ falſum nec tormẽtis potuerit impelli, quæro abs te, utrũ hæc opera bona bene faciat, an male? Si enim quãuis bona, male tamen facit, negare non potes eũ peccare, q male quodlibet facit. Sed quia eum nõ uis cum facit iſta peccare, profecto dicturus es, & bona facit, & bene. Fructus ergo bonos facit arbor mala, quod fieri non poſſe ueritas dicit. Noli præcipitare ſententiã, diligenter conſidera quid te reſpondere cõueniat: An dicis hominẽ infidelem arborem bonam? Placet ergo deo: Neq; enim bono poteſt nõ placere quod bonum eſt. Et ubi erit quod ſcriptum eſt: Sine fide impoſ-

Matth. 7

ſibile

Universidad de Deusto

sibile est deo placere? An respondebis, nō inquan A tum infidelis est, sed inquantū homo est, arbor bona est? De quo ergo dominus ait: Nō potest arbor mala bonos fructus facere: quandoquidē quicūq; erit, aut homo, aut angelus erit. Sed si homo, inquantū homo est, arbor bona est, profecto & angelus inquantum angelus, arbor bona est: Hæc enī dei sunt opera, qui naturarum cōditor est bonarū: Ac per hoc nulla erit arbor mala, de qua dictū est, quòd nō possit facere fructus bonos. Quis infidelis ita infideliter sapiat? Non itaq; inquantum homo est, quod est opus dei, sed inquantū malæ uoluntatis est, quisq; arbor mala est, & bonos fructus facere non potest. Vide itaq; utrum infidelem uoluntatem, audeas bonam dicere uoluntatem. Sed forte dicturus es: Misericors uoluntas bona est. Recte istud diceretur, si quēadmodum fides Chri B
Gal. 5 sti, id est, fides quæ per dilectionem operatur, semper est bona, ita misericordia semper esset bona. Si autē reperitur & misericordia mala, qua persona pauperis accipitur in iudicio: propter quā postre-
1. Reg. 15 mo rex Saul meruit à domino utiq; misericorde damnari, quia contra eius præceptum captiuo regi per humanum pepercit affectum: attentius cogita, ne forte misericordia bona nō sit, nisi quę huius bonæ fidei fuerit. Imò responde ut hoc sine dubitatiōe perspicias, utrum bonam misericordiam existimes infidelem. Porrò si uitium est male misereri, peculdubio uitiū est infideliter misereri. Quod si & ipsa per seipsam naturali cōpassione opus est bonum, etiam isto bono male utitur qui infideliter utitur, & hoc bonum male facit, qui infideliter C facit: qui autē male facit aliquid, profecto peccat. Ex quo colligitur, etiam ipsa bona opera quæ faciunt infideles, non ipsorum esse, sed illius qui bene utitur malis. Ipsorum autem esse peccata, quibus & bona male faciunt, quia ea non fideli, sed infideli, hoc est, stulta & noxia faciūt uolūtate. Qualis uoluntas nullo Christiano dubitante arbor est mala, quæ facere non potest nisi fructus malos, id est, sola peccata. Omne enim, uelis nolis, quod nō est ex fide, peccatum est. Et ideo deus istas arbores non potest diligere, & si tales permanserint, disponit excidere, quia sine fide impossibile est placere. Sed ita hic immoror, quasi istas arbores nō iam tu ipse steriles pronunciaueris: Quomodo igitur D obsecro non aut iocaris in his disputationibus, aut deliras, qui sterilium fructus arborū laudas? Qui utiq; aut nulli sunt, aut si mali sunt, laudandi non sunt: aut si fructus boni sunt, profecto steriles arbores non sunt, imò & bonæ sunt, quarum fructus boni sunt, & debēt deo placere, cui bonæ arbores nō possunt nisi placere, falsumq; erit quod scriptū est:
Heb. 11 Sine fide impossibile est placere. Sed respōsurus es, quid nisi uana? Ego, inquis, steriliter bonos dixi homines, qui non propter deum faciendo bona quæ faciunt, non ab eo uitam consequuntur æternam. Iustus ergo deus & bonus, bonos est in mortem missurus æternam? Piget iam dicere cū multa te sequātur insana, talia sentientem, talia dicentē, talia scribentem, in talibus me quòd similiter non desipiam uelut censorie reprehēdentem. Sed breuiter accipe, ne forte cum in rebus ipsis tantum erres quantum errari plurimum potest, uidear tecū certare de uerbis: Aut ergo intellige quod ait dominus: Si oculus tuus nequam est, totum corpus Matth. 6
tuum tenebrosum erit, si autem oculus tuus simplex est, totum corpus tuum lucidum erit: & hūc oculum agnosce intentionē, qua facit quisq; quod facit: & per hoc disce eum, qui non facit opera bona intentione fidei bonæ, hoc est, eius quæ per dilectionem operatur, totum quasi corpus quod illis uelut membris operibus cōstat, tenebrosum esse, hoc est, plenum nigredine peccatorum. Aut certe quoniam saltem concedis opera infidelium, quæ tibi eorum uidentur bona, non tamen eos ad salutem sempiternam regnumq; perducere: scito nos illud bonum hominum dicere illam uoluntatē bonā, illud opus bonū, sine dei gratia, quæ datur per unum mediatorem dei & hominum, nemini posse conferri, per quod solum homo potest ad æternum dei donum regnumq; perduci. Omnia proinde cætera quæ uidentur inter homines habere aliquid laudis, uideantur tibi uirtutes ueræ, uideantur opera bona, & sine ullo facta peccato. Quod ad me pertinet, hoc scio, quia nō ea facit uoluntas bona. Voluntas quippe infidelis atq; impia nō est bona. Dicantur secundū te huiusmodi uoluntates arbores bonę, sufficit q̄ apud deū steriles sunt, ac per hoc non bonæ. Sint inter homines fructuosæ, inter quos sunt & bonę, te authore, te laudatore, si uis etiā plantatore: dum tamen illud uelis nolis obtineam, q̄ amor mundi, quo quisq; amicus est huius mundi, nō est à deo: amorq; fruēdi quibuscūq; creaturis sine amore creatoris, nō est à deo. Amor autem dei quo peruenitur ad deū, nō est nisi à deo patre per Iesum Christum cum spiritu sancto. Per hunc amorem creatoris, bene quisq; utitur etiam creaturis. Sine hoc amore creatoris, nullus quisquā bene utitur creaturis. Hoc ergo amore opus est, ut bonū beatificum sit & pudicitia coniugalis, ut sit eius intentio quando utitur coniugis carne non in uoluptate libidinis, sed in uoluptate propagationis. Si autem uicerit, & propter seipsam non propter filios propagādos fieri aliquid extorserit, & uoluntas ueniale peccatum sit propter nuptias Christianas. Non autem dixi, quod interpositis Cap. IIII
aliis ex libro meo uerbis me dixisse dixisti, ideo filios esse sub diaboli potestate, quia de corporū cōmixtione nascuntur. Aliud est enim dicere, de corporum commixtione nascūtur: aliud, quia de corporum commixtione nascuntur. Non autē ibi causa mali est, quia de corporum commixtiōe nascuntur. Nec; enim etiam si natura humana primorum hominum peccato uitiata nō esset, possent filij nisi de corporū commixtione generari. Sed ideo sub diaboli potestate sunt, qui de corporū cōmixtione nascuntur, antequam per spiritū renascātur: quia per illam nascuntur concupiscentiā, qua caro concupiscit aduersus spiritū, & aduersum se cogit concupiscere spiritū. Quæ pugna boni & mali nulla esset si nemo peccasset. Sicut autem ante hominis

Universidad de Deusto
Biblioteca

iniquitatem nulla erat, ita post infirmitatem nulla erit. Cap. V Sed alia rursus mea uerba proponis, & copiosissime disputas, quoniam ex imparibus bonis compositi sumus, animum corpori debere domi-
Salustius in Prolo. Catil. nari. Quorum alterum nobis cum dijs, alterū cum beluis cōmemoras esse cōmune. Et ideo id quod est melius, id est animum uirtute præditum, dicis & membris corporis bene & cupiditatibus imperare. Nec consideras, quòd cupiditatibus non sic imperatur ut mēbris. Cupiditates enim malę sunt, quas ratione frenamus, contra quas mente pugnamus. Membra uero bona sunt, quæ uolūtatis motuemus arbitrio, exceptis genitalibus, quamuis & ipsa ex dei opere bona sint. Quæ ideo pudenda dicuntur, quia plus in eis mouēdis potestatis habet libido, quàm ratio. Quę tamen non sinimus perpe
B trare quò prouocat ipsa commotio, cum membra cætera facili tenemus imperio. Quando autē male utitur homo membris bonis, nisi quando consentit eis, quæ in nobis habitant cupiditatibus malis? In quibus libido præ cæteris turpis est, cui nisi resistatur, horrenda immūda cōmittit. Quo malo bene nō utitur, nisi sola pudicitia coniugalis. Hæc autem libido ideo malū nō est in beluis, quoniam non repugnat rationi qua carent. Cur autem non creditis hominibus in paradiso cōstitutis ante peccatū, diuinitus potuisse concedi, ut tranquilla motione & coniunctione uel commixtione membrorum sine ulla libidine filios procrearent: aut in eis saltem libido talis esset, cuius motus nec præcederet nec excederet uoluntatem? An uobis libido parum est quia placet, nisi & talis placeat, quę nolen
C tes etiam repugnantesq; solicitet? De qua Pelagiani quidem etiam litibus gloriantur tanquam de aliquo bono, sed eam sancti gemitibus cōfitentur,
Cap. VI ut liberentur à malo. Ridenda contrarietate me dixisse calumniaris, alios reos ex bono, alios sanctos ex malo opere, quoniam dixi nuptiarum bonum homines infideles infideliter utendo, in malum peccatumq; conuertere: eoq; modo concupiscentiæ malum conuertere fidelium nuptias in usum iustitiæ. Ac per hoc nō dixi alios reos ex opere bono, sed ex opere malo, quo male utuntur bonis. Nec alios sanctos ex opere malo, sed ex opere bono, quo bene utuntur malis. Si nō uis intelligere, aut si te fingis nō intelligere, noli obstrepere uo
Ca. VII lentibus & ualentibus intelligere. Si aliquis ma D lus condi posset, inquis, nunquam in bonum ablutione trāsiret. Eo modo diceres corpus quod mortale conditum est, fieri immortale non posse: & tamen ut illud, ita & hoc falsum diceres. Non enim deus malum condidit, cum hominem cōdidit: sed bonum quod ipse cōdidit, malum trahit ex peccato, quod ipse non cōdidit: & sanat hoc malū quod ipse non condidit, in bono quod condidit. Cum autem nos non dicamus dæmones instituisse connubium, nec seminalem sexus utriusq; mixtionē, nec diabolicum opus esse causa generandi concubitum coniugum, quoniam hæc omnia deus instituit, & possent esse sine cōcupiscentiæ malo, si uullus præuaricatiōis unde sequeretur discordia carnis & spiritus, inflictū non fuisset à diabolo: Nónne te respicis, & de tua garrula loquacitate, qua inania fabulatus es, erubescis, quòd scilicet deprehēdant dæmones in concubitu coniugatos, & tanquam in sua operatione deprehensos, non sinant generare filios regeneratione liberādos. Quasi diabolus si quod uellet faceret, non ipsos maiores impios adhuc in eiusdem diaboli positos potestate quando cognosceret disponere fieri Christianos, continuo suffocaret. Non est ergo consequens, ut parentibus regenerandos generātibus, & propter hoc concumbentibus dæmones minaciter ac terribiliter contradicant, sicut tibi ipse cōfingis: quia per uulnus à diabolo inflictū, in quo claudicat genus humanum, aliquid creāte deo gignitur, quod ex Adam transferatur ad Christum: cum legio dæ Matth. 8
B monum nec porcos in potestate habere potuerit, nisi petentibus permitteret Christus: & nouerit etiam de ipsis quos eū facere permittit, diaboli persecutionibus coronas suscitare martyribus, utens bene omni genere malorum ad utilitatem bonorum. Sed in illis quoq; coniugibus, qui filiorum regenerationem, uel non cogitant, uel etiā detestantur, bonum opus est nuptiarum, generandi causa commixtio legitima sexuum, cuius operis fructus est ordinata susceptio filiorum: quamuis eo bono male utantur, & in eo peccent, q̄ de impia uel propaganda uel propagata prole gloriant̄. Homines enim qualibet peccati contagione uel perpetratione polluti, inquantū homines sunt, bonū sunt, & ideo bonū est ut nascantur, quia bonum sunt. Nec
C tamen ut gignantur, ideo adulteria uel quæq; stupra facienda sunt, ad quam nos absurditatē putas posse cōpelli, quia nuptias de malo libidinis, bonū prolis dicimus operari. Sed nullo modo ex hac nostra uera rectaq; sentētia illud peruersum falsumq; conficitur. Neq; enim quia dominus ait: Facite uo Luce 16
bis amicos de māmona iniquitatis, ideo adhuc addere iniquitatem debemus, & furta rapinasq; cōmittere, ut plures pauperes sanctos misericordia largiore pascamus. Sicut ergo de māmona iniquitatis faciendi sunt amici, qui recipiant in tabernacula æterna: ita coniugibus de plaga peccati originalis gignēdi sunt filij, qui in uitam regenerentur æternā. Et quēadmodum furta, fraudes, depræda-
tiones adijciēdę non sunt, ut per iniquitates aucta
D pecunia plures amici iusti inopes comparētur: sic adulteria, stupra, fornicatiōes malo cū quo nati sumus addenda nō sunt, unde filij numerosiore stirpe nascant̄. Aliud quippe est malo bene uti, quod iam inerat: & aliud est malū perpetrare, quod non erat. Illud enim est de malo tracto ex parētibus uoluntariū bonum facere: hoc uero est malum à parentibus tractum alijs malis iam propijs & uoluntarijs augere. Sanè interest quòd māmona iniquitatis cum laude indigētibus erogatur: carnalis autem concupiscentia laudabilius continentiæ uirtute frenatur, quàm fructibus impenditur nuptiarum. Tam magnum est enim malum eius, ut eo non uti, quàm bene uti sit melius. Alia deinde Cap. VIII
mea uerba proponis, & multum aduersus ea nihil

dicis

Universidad de Deusto

dicis, replicãs quædam quæ ſuperiore diſputatione conſumpta ſunt. Quæ ſi & ego repetere uelim, quis erit finis? Inter quæ dicis etiam illud ueſtrum cõtra Chriſti gratiam, ſæpe à uobis inaniter dictũ: quòd ſublata appellatione gratiæ, bonos fieri homines fatali neceſſitate dicamus, cũ uobis ora obſtruant & linguas premãt, qui loqui nondũ ualẽt. Cum enim loquaciſſime laboretis aſtruere ac perſuadere, quod Pelagius in Palæſtinorũ epiſcoporum cognitione damnauit, gratiam dei ſecũdum merita noſtra dari, nulla tamen merita poteſtis aſſerere paruulorum, per quæ diſcernãtur, qui eorũ in dei filios adoptantur, ab eis qui ſine huius gratiæ cõſequutione moriunt. Calumniaris me dicere, nihil ſtudij expectari ab humana uoluntate debere, contra illud euangelicum quo ait dominus,
Matth.7 Petite, & accipietis: quærite & inuenietis: pulſate & aperietur uobis: Omnis enim qui petit accipit, & qui quærit inuenit, & pulſanti aperietur. Ibi enim uos, ut uideo, ponere iam cœpiſtis merita gratiam præcedentia, quod eſt petere, quærere, pulſare, ut his meritis debita illa reddatur, ac ſic gratia inaniter nuncupetur, tanquam gratia nulla præceſſerit, & cor tetigerit, ut beatificum bonum peteretur à deo, ut quæreretur deus, ut pulſaretur ad deũ:
Pſal.58 fruſtraq; ſit ſcriptum, Miſericordia eius præueniet me. Fruſtra etiam nos pro inimicis noſtris iubeat orare, ſi non eſt eius auerſa, & aduerſa corda con-
1.Tim.2 uertere. Sed ponis apoſtolicum teſtimonium, & ab eo dicis pulſantibus aperiri, qui omnes homines uult ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire: ut uidelicet intelligamus docentibus uobis, ideo nõ omnes ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire, quia ipſi nolunt petere, cum deus uelit dare: nolunt quærere, cum deus uelit oſtendere: nolunt pulſare, cum deus uelit aperire. Sed hunc ſenſum ueſtrum infantes illi ipſa ſua taciturnitate conuincunt, qui nec petunt, nec quærunt, nec pulſant, imò etiam cum baptizantur reclamant, reſpuunt, reluctantur, & accipiunt tamen & inueniunt, pulſant & aperitur eis, & intrant in regnum dei, ubi fit eis æternitatis ſalus & agnitio ueritatis, longe pluribus infantibus in iſtam gratiam non adoptatis ab eo, qui uult omnes homines ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Quibus dicere nõ poteſt, uolui & noluiſtis, quia ſi uoluiſſet, quis eorum qui nondum habent uolũtatis ſuę arbitriũ, D uoluntati eius omnipotentiſſimæ reſtitiſſet? Cur ergo non ſic accipimus quod dictum eſt, Qui omnes uult homines ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire: quomodo & illud accipimus, quod
Rom.5 idem dixit Apoſtolus, Per unius iuſtificationem in omnes homines ad iuſtificationem uitæ? Hos enim omnes uult deus ſaluos fieri, & in agnitionẽ ueritatis uenire, in quos omnes per unius iuſtificationem gratia peruenit ad iuſtificationem uitæ, nedicatur nobis, Si deus uult omnes homines ſaluos fieri, et in agnitionem ueritatis uenire, ſed ideo nõ ueniunt quia ipſi nolunt: cur tot milia paruulorũ, qui non percepto baptiſmate moriuntur, non ueniunt in regnũ dei, ubi certa eſt agnitio ueritatis?

A Nunquid aut homines non ſunt, ut non pertineãt ad id quod dictũ eſt, omnes homines? Aut aliquis poterit dicere, deus quidẽ uult, ſed ipſi nolunt, qui nondum uelle ſeu nolle iſta nouerunt, quãdo nec ij, qui paruuli baptizantur atq; moriũtur, & per illam gratiã ad agnitionẽ ueritatis quæ in regno dei eſt, certiſſimã ueniunt, ideo ueniũt, quia ipſi renouari Chriſti baptiſmate uoluerunt? Cum ergo nec illi propterea nõ baptizentur, quia noluerunt: nec iſti propterea baptizẽtur, quia uolũt, cur deus qui uult omes homines ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire, tam multos in regnũ ſuum, ubi eſt certa ueritatis agnitio, qui nullo ei reſiſtunt uoluntatis arbitrio, patitur non uenire? Niſi forte dicturus es, ideo paruulos nõ in eorũ numero deputandos, quos deus omnes uult ſaluos fieri, quia ea ſa-
B lute, quæ hic intelligenda eſt, ſalui ſunt ipſi, nihil trahẽtes omnino peccati. Atq; ita intolerabilior ſequet abſurditas. Iſto enim modo beneuolentiorẽ facis deũ omnib. impijſſimis & ſceleratiſſimis hominibus, cũ innocentiſſimis & puriſſimis ab omni labe peccati. Quãdoquidẽ illos, quia uult eos omnes ſaluos fieri, uult etiã intrare in regnũ ſuũ. Hoc eſt enim illis cõſequens ſi ſalui fuerint: ſed qui nolunt, ipſi ſibi obſunt. Immenſum uero numerũ par uulorũ, qui ſine baptiſmate moriuntur, ſuo regno adijci non uult, quos neq; ulla peccata ſicut putatis impediũt, & quod nullus ambigit, eius reſiſtere uoluntati cõtraria uoluntate nõ poſſunt. Sic fit, ut eſſe Chriſtianos omnes uelit, quorũ multi nolunt: non omnes uelit, quorũ eſt nemo qui nolit. Quod
C abhorret à uero. Nouit dominus qui ſunt eius: & 2.Tim.2
in eorũ ſalute atq; in ſuũ regnũ introductione certa eſt uoluntas eius. Sic ergo debet intelligi quod dictum eſt: Omnes homines uult uenire, quemadmodum intelligitur quod dictum eſt: Per unius iuſtificationem in omnes homines ad iuſtificationẽ uitæ. Quod apoſtolicum teſtimonium ſi eo modo intelligendum putas, ut dicas omnes poſitos eſſe pro multis, qui iuſtificãtur in Chriſto, multi quippe alij non uiuificantur in Chriſto: Reſpondebitur tibi, ſic etiam illic ubi dictum eſt, omnes homines uult ſaluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire: omnes poſitos eſſe pro multis, quos ad iſtam gratiã uult uenire. Quod multo cõuenientius propter hoc intelligitur dictum, quia nemo uenit, niſi quem uenire ipſe uoluerit. Nemo poteſt uenire ad Ioan.6
me, inquit filius, niſi pater, qui miſit me traxerit eũ. Et, Nemo poteſt uenire ad me, niſi fuerit ei datũ à patre meo. Omnes ergo qui ſalui fiunt, & in agnitionẽ ueniunt ueritatis, eo uolente ſalui fiunt, eo uolente ueniunt. Quia etſi nõdum ſicut paruuli utunt uoluntatis arbitrio, eo uolente regenerantur, quo creante generant. Et qui iam utuntur uoluntatis arbitrio, niſi eo uolente ac ſubueniente à quo præparatur uoluntas, uelle non poſſunt. Vbi ſi dixeris mihi: Cur ergo non conuertit omniũ nolentium uoluntates? Reſpondebo: Cur non oẽs morituros adoptat lauacro regenerationis infantes, quorũ adhuc nullas, & ideo nec contrarias inuenit uolũtates? Si hoc profundius eſſe perſpicis,

quàm ut abs te ualeat inueniri, utriq; noſtrum profundum ſit, cur & in maioribus & in minoribus deus uelit alteri, & nolit alteri ſubuenire: dū tamē certū & immobile teneamus, non eſſe iniquitatē apud deū, qua quenq; ſine malis meritis damnet: & eſſe bonitatē apud deū, qua multos ſine bonis meritis liberet, demonſtrans in eis quos damnat quid omnibus debeatur: ut hinc diſcant quos liberat, quæ ſibi pœna debita relaxetur, & quæ indebita gratia cōdonetur. Hæc ut Chriſtianis cordibus conuenit cogitare neſcitis, & uos potius ſecundū ueſtrā ſententiam fato iſta dicitis fieri. Veſtra quippe nō noſtra ſentētia eſt, fato fieri quod merito nō fit. Et ne ſecundum iſtam definitionē fato fiant hominibus, ſi meritis nō fiant, quæcunq; fiunt, ideo merita uel bona uel mala quantū poteſtis aſſeritis, ne fatum ſit cōſequens, ſi merita negaretis. Ac per hoc dicitur uobis, ſi ea quæ nullis meritis præſtantur hominibus, fato fieri iā neceſſe eſt, & ideo merita aſtruenda ſunt, ne fatū ſit cōſequens: ſi merita non ſunt, fato baptizantur, fato intrant in regnū dei paruuli, quorū bona merita nulla ſunt. Et rurſus: Fato nō baptizantur, fato nō intrant in regnū dei paruuli, quorū mala merita nulla ſunt. Eccepuſilli qui fari nequeūt, uos potius aſſertores fati eſſe cōuincunt. Nos autē cū uitiatæ originis mala merita eſſe dicamus, gratia dicimus intrare paruulum in regnū dei, quoniā bonus eſt deus: & alium merito nō intrare, quoniā iuſtus eſt deus: & in neutro eſſe fatū, quoniā quod uult facit deus. Sed cum ſciamus ab eo, cui miſericordiā & iudicium fideli uoce cantamus, iſtum ſecūdum iudicium damnari, illum ſecundum miſericordiam liberari: cur iſtū potius, q̄ illum damnet aut liberet, nos qui ſumus qui reſpondeamus deo? Nunquid dicit figmentū ei qui ſe finxit, quare me ſic feciſti? An non habet poteſtatē figulus luti ex eadem maſſa originis uitiatæ atq; damnatæ facere aliud uas in honorē ſecundum miſericordiam, & aliud in contumeliam ſecundum iudicium? Ideo non utrumq; in honorem, ne hoc meruiſſe ſe exiſtimet tanq̄ inculpata natura: Ideo non utrunq; in contumeliam, ut iudicio ſuperexultet miſericordia: Ac per hoc nec damnatus ex debito, de ſupplicio iuſte queritur, nec liberatus gratis, de merito ſuperbe gloriat̄, ſed potius humiliter gratias agit, quando in illo à quo debitū exigitur: quid in eadem cauſa ſibi donetur agnoſcit. Aſſeris me in alio libro meo dixiſſe, negari liberum arbitriū, ſi gratia commendetur: & iterum negari gratiam, ſi liberū cōmēdetur arbitriū. Calumniaris. Nō hoc à me dictum eſt, ſed propter ipſius quæſtionis difficultatē uideri hoc poteſt dictum eſſe & putari. Non eſt multum ut ipſa uerba mea ponam, unde uideant qui hæc legunt, quemadmodum ſcriptis meis inſidieris, & qua cōſcientia, uel tardis, uel ignaris cordib. abutaris, ut ideo te exiſtiment reſpondere, quia nō uis tacere. In nouiſſimis enim partibus primi libri mei ad ſanctum Pinianū, cuius eſt titulus, De gratia dei contra Pelagiū: Iſta, inquā, quæſtio ubi de arbitrio uoluntatis & dei gratia diſputatur, ita eſt ad diſcernēdum difficilis, ut quādo defenditur liberum arbitrium, negari dei gratia uideatur: quādo autem aſſeritur dei gratia, liberum arbitrium putetur auferri: & cętera. Tu autē uir honeſtus & uerax, abſtuliſti uerba quę dixi, & dixiſti quod ipſe finxiſti. Ego enim dixi, iſtam quæſtionem ad diſcernēdum eſſe difficilem, non autem dixi non poſſe diſcerni. Multo minus ergo dicerem, quod me dixiſſe mentiris, negari liberum arbitrium, ſi gratia commendetur, & negari gratiam, ſi liberum commendetur arbitriū. Redde uerba mea, & uaneſcet calumnia tua. Repone ſuis locis: ubi dixi, uideatur: ubi dixi, putetur: ut appareat de re tāta quibus abs te fraudibus diſputetur. Non dixi negari gratiam, ſed ut negari gratia uideatur. Non dixi negari arbitrium liberum uel auferri, ſed dixi ut putetur auferri. Et promittis cum libri ipſi uentilari cœperint, quòd abs te illa ſententiarū mearum & nudabitur & confodietur impietas. Quis non expectet ſapientiā diſſerentis, qui fidem cognouerit mētientis? Quid eſt autē quod loqueris nihil pertinere ad laudem gratiæ ſi id donet ſuis, quod peccata impijs largiūtur? Propter pudicitiam ſcilicet coniugalem, quam tibi habere uidentur & impij. Homo contentioſe, uirtus donatur uera per gratiam, nō quæ uocatur, & non eſt. Vt quid autem pudicitiā & uirginitatē quaſi eiuſdem generis iungis? Pudicitia eſt res animi, uirginitas corporis. Deniq; illa integra in animo permanente, poteſt iſta de corpore uiolēter auferri: Et cum iſta integra manet corpori, poteſt illa in animo laſciuiæ uolūtate corrumpi. Propter quod ego non dixi uerū cōiugium, ſiue uiduitas, ſiue uirginitas, ſed uera pudicitia, ſiue coniugalis, ſiue uidualis, ſiue uirginalis, dicenda non eſt, niſi quæ ueræ fidei mancipatur. Coniuges enim & uiduæ & uirgines poſſunt eſſe, & pudicæ non eſſe, ſi contaminata uoluntate mœchantur, ſi ſpiritu impuro ſtupra perpetranda decernunt. In quibus tamen ueram pudicitiam dicis eſſe, etiam ſi animo fornicētur, quod facere omnes impios eloquia diuina teſtantur. Quis autem noſtrum dicit cōiugalium membrorum malum eſſe conſertum, in quo nuptiæ bene utuntur ad propagandos filios cōcupiſcentiæ malo? Quæ concupiſcentia malum nō eſſet, ſi ſola generandi cauſa ad licitum concubitum moueretur. Nunc uero cum ei reſiſtit cōiugalis pudicitia, limes eſt mali, & ideo bonum eſt: Vnde non crimen eius ſicut calumniādo loqueris, impunitū fit per religionē, quia nullius eſt criminis, quando per fidei bonum bene utitur libidinis malo. Neq; hic dici poteſt ut putas: Faciamus mala ut ueniant bona: quia ex nulla ſui parte malū ſunt nuptiæ. Non enim earū malum eſt, quod in hominibus quos parētes gignūt, nō fecerūt, ſed inuenerunt. In primis autem coniugibus, qui ex nullis parentibus nati ſunt, per peccatū accidit carnalis cōcupiſcētiæ diſcordioſum malū, quo nuptiæ bene uterētur, nō per ipſas nuptias, unde merito damnarentur. Quid ergo quæris, utrū in cōiugibus Chriſtianis conuentum uoluptatem, pudicitiam, an impudicitiam nominem? Ecce reſpondeo, nō ipſa

Rom. 3

Auguſtinus lib. 1. De gratia dei contra Pelagium cap. 47

nomina

Universidad de Deusto
Biblioteca

nominat pudicitia, ſed eius mali uſus bonus, quo uſu bono fit, utillud malum, nec impudicitia dici poſſit. Impudicitia eſt enim eiuſdem mali uſus flagitioſus: ſicut pudicitia uirginalis eiuſdem mali uſus nullus. Salua igitur pudicitia coniugali, malū de malo naſcendo trahitur, quod renaſcendo purgatur. Sed ſi propter hoc, inquis, libidinis malum etiam de coniugibus Chriſtianis proles criminoſa profertur, ſequitur ut pudicitia uirginalis ſit felicitatis illatrix. Et quia in impijs inuenit, inquis, antecellunt infideles pudicitiæ uirtute ſublimes, Chriſtianis libidinis tabe pollutis, Nō eſt ita ut dicis, Multum falleris. Nec libidinis enim tabe polluuntur, qui libidine bene utuntur, quamuis gene rent libidinis tabe pollutos, & ideo regenerandos. Nec in impijs inuenit pudicitia uirginalis, quamuis inueniatur uirginitas carnis, quia uera pudicitia non poteſt haberi in animo fornicante. Ac per hoc nō anteponitur uirginale bonum impiorum, bono coniugali fidelium, Sed coniuges bene utentes malo, anteponuntur uirginibus male utentib. bono. Et ideo cum fideles coniugati bene utuntur malo libidinis, non apud eos ut calumniaris propter fidē exercetur impunitas criminis, ſed in eis propter fidem ueram non falſa uirtus eſt caſtitatis. Quid autem ad nos pertinet, quia Manichæos dicere affirmas, ſi quis homicidium conſcientia formidante commiſerit, reus eſt, quia timuit: ſi autem aliquod facinus exultante perpetrauerit audacia, uelut credens ſe ex fide facere quod male facit, euaſit culpam? Quod quidem nunquam audiui dicere Manichæos. Sed quid ad nos, ſiue dicāt, ſiue etiam ipſis calumnieris: cum hoc catholica fides non dicat, quam tenemus, & cuius te pondere urgemus. Nos enim ea quæ uidentur opera bona, dicimus non eſſe uere bona ſine fide, quoniam opera uere bona neceſſe eſt deo placere, cui ſine fide quia impoſſibile eſt placere, profecto quod uere opus eſt bonum, ſine fide non poteſt eſſe. Verun
Gal. 5 tamen illa opera quę apertiſſime mala ſunt, non ſa
Rom. 13 cit fides, quæ per dilectionē operatur: quia dilectio proximi malū non operatur. Bona igitur concupiſcentia naturalis, inquis, erubeſcis enim dicere carnalis, quæ cum intra modū ſuū tenetur, inquis, nulla mali aſperſione turbatur. Quomodo tenet intra modum ſuum quæſo te, quomodo tenet, niſi cum ei reſiſtitur? Cur aūt reſiſtitur, niſi ne impleat deſi-
Cap. IX deria mala? Quomodo eſt igitur bona? Veniſti etiam ad uerba illa libri mei ubi dixi, Nonne illi coniuges primi, quorum nuptias benedixit deus,
Gen. 1 dicens: Creſcite & multiplicamini, nudi erant, & non confundebantur? Cur ergo ex illis membris cōfuſio poſt peccatum, niſi qa extitit illic indecēs motus, quem niſi homines peccaſſent proculdubio nuptiæ non haberent? Hæc uerba mea cum uideres ſecundum ſcripturas ita poſita, ut quicunq; eundem locum libri Geneſeos legit aut legerit, approbet ſine dubitatione quod dixi, prolixa contra dicendi diſputatione multum ſudaſti, ſed non ſinceraſti. Perſtitiſti qppe in ſententia tua praua, quā uis meam rectam ipſo experimento probares non abs te potuiſſe conuelli. In qua tua contradictione prætereo geſtus & iactationes tuas, tanquam hominis anhelātis & peruenire quò nititur nō ualentis, & in nebulis tamē quas perturbatus offundit, ſe peruenisſe fingentis. Sed neceſſarios articulos ſermonis tui, quantū me adiuuat dominus, cōprehendo atq; confringo, ut totum corpus uictum iacere conſpiciat, qui & illa tua & hæc noſtra perlegerit, præſertim qa illa quæ abs te multis modis repetuntur, etiam à nobis ſæpe deſtructa ſunt. Dicis hic inter cætera, in hoc q poſt peccatū primi homines erubeſcentes membra illa in quibus eſt libido texerunt, inueniſſe me unde perſuaderē, deum aerea conſtituiſſe coniugia. Si ergo aerea eſſent cōiugia ſine libidine, aerea erunt te authore corpora, quando libido nō erit. An iſtam libidinem ſic amatis, ut quomodo eam prius ante peccatū in paradiſo poſitis, ita etiā reſuſcitatis corporib. ingeratis? Ego aūt non dico, ut me dicere affirmas, naturale non eſſe ſine quo natura non eſt: ſed dico, naturale appellari uitium, ſine quo nūc natura humana nō naſcitur, quæ tamē ſic inſtituta eſt ab initio. Ideoq; & hoc malum non ab illa prima inſtitutione naturæ, ſed à primi hominis mala uoluntate originē ducit. Nec permanebit, ſed aut damnabit, aut ſanabitur. Sententiam meam cimicē dicis, qui ut moleſtiam uiuus, ſic fœtorē præſtat attritus, quaſi uerecūderis ut loqueris, uincēdo me atterere, uel tanquā uictus ad loca ut dicis, cœnoſa cōfugerim, exhorreas conſeq atq; perimere: quia uidelicet partes diſputationis tuæ, quib. atterendus uel perimendus ſum, quoniam de pudendis loqui cogeris, uelut quidam æditus pudor tuus à uerborū ſicut perhibes libertate ſubmouit. Quare non potius de bonis quæ laudas, libere loqueris? Quare non eſt de opere dei uerborū libertas, ſi eius intemerata permanet dignitas, nec aliquid ibi egit peccatum, unde potius incuteret pudorem, & uerborum cōpriməret libertatem? Si nō ſunt, inquis, nuptiæ ſine libidine, & generaliter à uobis libido damnatur, damnatis & nuptias. Poſſes dicere, quia damnabitur mors, omnes damnādos eſſe mortales. Si aūt libido de connubio eſſet, profecto ante connubium uel prēter connubiū nulla eſſet. Non poteſt, inquis, dici morbus ſine quo non eſt connubium, quia poteſt eſſe connubium præter peccatū. Morbus autem, inquis, ab Apoſtolo peccatum dicitur. Sed reſpōdetur tibi, Non omnis morbus peccatū dicitur, Iſte autem morbus pœna peccati eſt, ſine qua non poteſt eſſe humana natura, nondum ex omni parte ſanata. Si autem propterea libido malū non eſt, quia ſine illa non fit nuptiarū bonum: ecōtrario nec corpus bonum eſt, quia ſine illo non fit adulterij malum. Hoc autem falſum eſt, ſic ergo & illud. Quis autem neſcit coniugatis Apoſtolū 1. Theſ. 4 præcepiſſe, ut ſciret unuſquiſq; eorum ſuum uas poſſidere, hoc eſt, uxorem ſuam, non in morbo deſiderij, ſicut gentes quæ ignorant deum. Qui ergo de hac re Apoſtolum legit, te negligit. Et nō erubeſcis iſtum morbum, uel quod tu quāuis pudibūdus fateris, iſtam libidinem introducere in para-

diſum,& tribuere coniugibus ante peccatū? Ideó-
ne tu non in cœno abſconditus latitas, qui libidi-
ne carnis & ſanguinis quaſi paradiſi flore roſeo te
coronas, & tanquā libēter tali colore perfuſus, &
Cap. XI erubeſcis, & laudas. Quid quod te tantū de
lectat loqui, ut quod confitemur & docemus, tan-
quam negemus ſuperflua prolixitate ſermōis pro-
bare coneris? Quis enim negat futurū fuiſſe con-
cubitum, etiam ſi peccatū non præceſſiſſet? Sed fu
turus fuerat, ſicut aliis membris, ita etiā genitalib.
uoluntate motis, non libidine concitatis: aut certe
etiam ipſa libidine, ut non uos de illa nimiū contri
ſtemus, nō qualis nunc eſt, ſed ad nutum uolunta-
rium ſeruiēte. Verum uos pro ſuſcepta ueſtra tam
fideliter laboratis, ut uim patiamini, niſi eam qua
lis nunc eſt etiam in paradiſo collocetis, nō ibi de
peccato dicentes talem factā, ſed talem nullo pec-
cante fuiſſe manſuram, cum qua in illa pace dimi-
caretur, aut ne dimicaretur quotienſcunq; ſurge-
ret expleretur. O ſanctas paradiſi delitias, O fron-
tem qualiumcunq; Epiſcoporum, O fidem quali-
Ca. XII umcunq; caſtorum. Sed uolens oſtendere non
omnia quæ teguntur, ex peccato erubeſcenda pu-
tari oportere, multū inhianter multa cōmemoras,
quæ in noſtro corpore naturaliter tecta ſunt, quaſi
poſt peccatū tecta ſint, ſicut illi homines unde inter
nos quęſtio eſt, quę ante peccatū nec pudēda, nec
tecta fuerāt, poſt peccatū pudēda texerūt. Balbus,
inquis, apud Tulliū cum Cotta uere diligenterq;
diſſeruit. Vnde ob hoc pauca ponis, ut dicis, ut o-
neres pudorem meū, nō ea me intellexiſſe ſub ma-
giſterio ſacræ legis, ad quorū notionē gentiles ſo-
lo rationis ductu peruenire potuerūt: & ponis Bal
bi uerba ex Cicerōis lib. per quę nos doceas, quid
ſenſerint Stoici de animaliū mutorū maſculis ac
fœminis diuerſitatibus, de partibus corporis geni
talibus, & miris cōmiſcēdorū corporū libidinib⁹.
Quæ tamen uerba, uel Tulliana, uel cuiuslibet al-
terius antequā interponeres, cautiſsime prælocu-
tus es, quòd ideo ſub beſtiarum occaſione ſexuum
tangat effectū, quia propter honeſtatē hoc in homi
nis deſcriptione prętermit. Quid eſt propter hone-
ſtatem? An in ſexu hominis honeſtas cōfunditur,
ubi deus tanquam in excellentiore natura dignius
operatur? Sed docuerunt te Stoici diſputare de oc
cultis, nec docuerunt erubeſcere de pudendis. Ad-
iungis deinde quomodo ipſum hominem oratio-
ne depingat ut dicis, & quomodo differat alui na-
turam ſtomacho eſſe ſubiectā, quòd cibi & potio-
nis ſit receptaculum: pulmones aūt & cor extrin-
ſecus ſpiritum adducant: multa in aluo mirabili-
ter effecta, quæ conſtarent ex neruis: & quòd ſit
multiplex & tortuoſa, arceatq; & contineat, ſiue il
lud aridū ſit, ſiue humidum quod receperit: & cę-
tera huiuſmodi uſq; ad illud quemadmodum reli-
quiæ cibi depellantur, tum aſtringētibus ſe inteſti
nis, tum relaxantibus. Cum ergo poſſet etiā in be
ſtiis iſta deſcribere, cur inde ad hominem tranſitū
fecit, niſi quia iſta pudenda nō ſunt: ſicut nec in be
ſtiis illa de ſexuum genitalibus atq; naturis: quæ ta
men in homine pudenda ſunt? Ea cauſa utiq;, qua

A primitus poſt peccatum foliis ficulneis adoperta
ſunt. Nam cum in deſcriptione humani corporis
uſq; ad illa extrema ueniſſet, qua cibi reliquiæ de-
pelluntur, Quemadmodum, inquit, fiat, haud ſanè
difficile dictu eſt: ſed tamen prætermittendum, ne quid
habeat iniucūditatis oratio. Non dixit cōfuſionis,
uel ne quid pudendum habeat oratio, ſed ne quid
iniucūditatis. Alia ſunt enim quæ horrorem inge-
runt ſenſibus, uel deformia ſunt: alia quæ pudorē
mentibus etiā ſi formoſa ſint: quia illa offendūt de
lectationē, cōmouēt autem iſta libidinem, uel libi-
dine commouentur. Quid igitur te adiuuant hæc?
Quia ipſe, inquis, opifex noſter nullum ſuæ artis
crimen agnouit, ut uitalia noſtra tam diligenter oc
culeret. Abſit ēm planè ut artis ſuæ tantus artifex
B ullum agnouerit crimen. Sed cur iſta texerit, iam
paulo ſuperius ipſe dixiſti, ne ſcilicet uel intereāt,
uel horreāt publicata. Illa uero quę foliis ficulneis
texerunt coniuges primi, nec interibant utiq; nec
horrebant, quando nudi erant & nō confundeban
tur. Et nūc pudicitiæ cautio potius ne libeat, q̄ ne
horreat illa ſpecies, eorundē membrorū deuitat a-
ſpectum. Fruſtra igitur teſtimonio Stoicorum iu-
uandam putaſti tuam eſſe ſuſceptam, non ſanè illis
amicam, qui nullam particulam boni humani in
corporis uoluptate poſuerunt. Deniq; elegerunt
in pecoribus potius quàm in hominibus, quod tu
facis, laudare libidines. Eorum quippe opinioni
conuenienter ait quodam loco Tullius, ſe non pu
tare idem eſſe arietis & Publij Aphricani bonū.
C Qua magis ſententia te oportuit admoneri, quid
de humana libidine ſentire deberes. Sed ſi talibus
literis ut aliquid agamus placet, quia & in ipſis re-
periuntur nonnulla ueſtigia ueritatis, interim quæ
ipſe poſuiſti nihil aduerſus nos ualere puto, quod
iam debeas cōfiteri. Vide nunc utrū iſta quæ dicā,
non euertant aſſertionem tuam. In lib. tertio de re
publica, idem Tullius hominem dicit non ut à ma- Tullius de repub.
tre, ſed ut à nouerca natura æditū in uitam, corpo
re & nudo & fragili, & infirmo: animo aūt anxio
ad moleſtias, humili ad timores, molli ad labores,
prono ad libidines: in quo tamē ineſſet tanquā ob-
rutus quidā diuinus ignis ingenij & mentis. Quid
ad hęc dicis? Non hoc author iſte male uiuentium
moribus dixit effectum, ſed naturam potius accu-
ſauit. Rem uidit, cauſam neſciuit. Latebat ēm eum
D cur eſſet graue iugum ſuper filios Adam à die
exitus de uentre matris eorum, uſq; in diem ſepul-
turę in matrem omnium: quia ſacris literis nō eru
ditus, ignorabat originale peccatum. Si aūt de libi
dine quam defendis bene ſentiret, nō ei pronus in
libidines animus diſpliceret. Sed ſi hæc tanquam
minora bona defendis, in quæ nō debet à ſupernis
animus inclinari, non quia libido uitiū eſt, ſed qa
infimum bonum, audi manifeſtiora quæ dicat in
eodem ipſo lib. de republica tertio cum ageret de
cauſa inperādi, An non, inquit, cernimus optimo
cuique dominatū ab ipſa natura cum ſumma utili
tate infimorum datum? Cur igitur deus homini,
animus imperat corpori, ratio libidini iracūdię q;
& cæteris uitioſis eiuſdē animi partibus? Iámne
ſaltem

Universidad de Deusto
Biblioteca

saltem docente isto has, quas bonas esse defendis, A uitiosas partes animi confiteris? Adhuc audi. Paulo post enim, Sed & imperandi & seruiēdi, inquit, sunt dissimilitudines cognoscendæ, Nam ut animus corpori dicitur imperare, dicitur etiam libidini: sed corpori ut rex ciuibus suis, aut parens liberis: libidini autem, ut seruis dominus, quo eam coercet & frāgit. Sic regum, sic imperatorum, sic magistratuum, sic patrum, sic populorum imperia ciuibus socijsq; præsunt, ut corporib. animus. Domini aūt seruos ita fatigant, ut optima pars animi, id est, sapiētia ciusdem animi uitiosas imbecillasq; partes, ut libidines, ut iracundias, ut perturbationes cæteras. Habesne adhuc qd' contra nos de secularium literarum autoribus garrias? Sed si contra Episcopos eloquiorum diuinorum præclarissimos tractatores, pro isto quem à te deus auertat B errore quæsiturus es, quid dicas, quóue modo illorum sanctitati resistas, quid tibi erit Tullius, ut nō cum in hac sententia desipuisse ac deliasse contendas? Tace ergo de illius generis libris, & noli nos inde aliquid contumeliose docere conari, ne quorum te inaniter subleuari credis, eorū testimonijs
Cap. XIII comprimaris. Quid autem de motu fœminæ, cuius & ipsam puduit, inaniter argumentandum putastis? Non utiq; fœmina motum uisibilem texit, sed cum in eisdem membris tale aliquid sentiret occultius, quale uir senserat, ambo texerunt, quod alterutrum uidendo in alterutrum commoti ambo senserunt, & uel unusquisq; sibi, uel alter alteri erubuerunt. Sed loquēs uana, petis ut ignoscant uerecundæ aures, & congemiscant potius, C quàm indignentur necessitati tuæ. Quare confunderis de dei operib. disputare? Quare petis ut ignoscatur tibi? Nonne abs te ueniæ postulatio, etiam est ipsa libidinis accusatio? Sed si poterat, inquis, uirile membrum & antea moueri, nihil ergo nouitatis inuexit delictū. Poterat planè etiā antea moueri, sed non erat indecens ut puderet, quando id mouebat uolūtatis imperiū, non caro cōcupiscēs aduersus spiritū. In hoc enim extitit nouitas pudēda, quam defendit impudēter nouitas uestra. Nunquam uero ego motum genitalium reprehendi generaliter, quod tu dicis dedicatiue, sed illum motū reprehendi quem facit concupiscētia, qua caro cōcupiscit aduersus spiritū: quam uelut bonum cum defendat error tuus, nescio quemadmodum aduer D sus illam uelut aduersus malum, concupiscat spiritus tuus. Si in fructu ligni illius, inquis, hæc fuit libido, à deo facta esse mōstratur, & per hoc bona quoq; ipsa defenditur. Sed respōdetur tibi, Non in fructu ligni fuit libido, & ideo bonum erat lignū: sed mala est inobediētia libidinis, quæ aduersus hominis inobedientiam quam in ligno admisit, deo deserente surrexit. Absit enim ut deus de ligno bono cuicunq; ætati illorum hominum quocunque tempore beneficium tale conferret, ut haberent in membris aduersariū contra quem pudicitia dimicaret. Nouimus autem Ioannem Apostolum, non mundum istum, id est, cœlum & terram & omnia quæ in eo substantialiter sunt, qui mundus factus est à patre per filium, reprehendisse, cum diceret, Omnia quæ in mundo sunt, concupiscentia carnis est, & concupiscentia oculorum, & ambitio seculi, quę nō est à patre, sed ex mundo est. Nouim? hæc, nolo nos doceas, Sed quā concupiscentiam carnis dixerit à patre nō esse, tu uolens exponere, luxuriam intelligendam esse dixisti. Sed cū abs te quæro, cui consentiatur, ut sit luxuries, uel cui repugnetur ut non sit, tua tibi susceptа occurrit in faciem, utrum adhuc laudando tu uideris, cui consentire luxuria est, cui repugnare continentia est. Vbi miror si deliberas, utrum eam magis debeas cum luxuria uituperare, quæ fit per eius assensum, an eam laudare cum continentia, quæ illi ingerit bellum. In quo bello pudicitia est uictoria cō tinētiæ, & luxuria uictoria cōcupiscentiæ. Tu aūt iudex incorruptus atq; integer, cum laudes continentiam, uituperesq; luxuriam: sic tamen accipis personam concupiscētiæ, quam tu uideris cur offendere timeas, ut eam non erubescas cum sua laudare aduersaria, nec audeas cum sua uituperare uictoria. Sed absit ut quilibet homo dei sic te audiat uituperatorem luxuriæ, ut approbet cōcupiscētiæ laudatorem: & ex tuo sermone arbitretur bonum, quod in se ipso experitur malū. Deniq; qui concupiscentiam quam praue laudas, confligendo uicerit, luxuriam quam recte uituperas non habebit. Quomodo autem Ioanni Apostolo obtemperamus, si concupiscentiā carnis diligimus? Respondebis, non est ipsa quam laudo. Et quæ illa est quam Ioannes dicit à patre non esse? Luxuria, inquies. Sed luxuriosi non erimus, nisi istā quam laudas concupiscentiam diligamus, Ac per hoc, nolite diligere carnis concupiscentiam, cum dicebat, luxuriosos nos esse nolebat. Ab hac igit̄ abs te laudata carnis concupiscentia diligenda prohibemur, quando à luxuria prohibemur. Hæc autē quam diligere prohibemur, non est à patre. Duo enim bona quæ à patre sunt, inter se pugnare non possunt, Pugnant autem inter se continentia & concupiscentia. Quid horum à patre magis uelis esse responde. Video quas patiaris, angustias, faues quidem cōcupiscentiæ, sed erubescis continētiæ. Vincat pudor tuus, eoq; uincat̄ error tuus. Cū igitur à patre sit continentia qua debellatur carnis concupiscentia, sume à patre continentiam, cui re
1. Ioan. 2
cta fronte erubuisti, & uince cōcupiscentiā, quam Ca. XIIII peruerso ore laudasti. Quinetiam putasti, omnium sensuum uoluptatē in auxilium cōuocandā, tanquam uoluptas genitaliū nec tanto patrono sibi sola sufficeret, nisi sociarum cuneus subueniret. Consequens enim existimas, ut sensum uidendi, audiendi, gustandi, olfaciendi, atq; tangendi, non à deo, sed à diabolo nobis fateamur esse collatum: si concesserimus eā concupiscentiā carnis, cui per continentiā repugnamus, nō fuisse in paradiso ante peccatum, & in illo accidisse peccato, quod primū primo homini diabolus persuasit. Sic ignoras uel ignorare te fingis per quemlibet corporis sensum aliud esse sentiendi uiuacitatem, uel utilitatem, uel necessitatem, aliud sentiendi libidinem.

Viuacitas

Universidad de Deusto
Biblioteca

Quid sit uiuacitas, utilitas, necessitas, & libido sentiẽdi

Viuacitas sentiendi, qua magis alius, alius minus in ipsis corporalib. rebus pro earũ modo atq; natura quod uerum est percipit, atq; id à falso magis minúsue discernit. Vtilitas sentiendi est per quam corpori uitęq; quam gerimus, ad aliquid approbãdum uel improbandum, sumẽdum uel reijciendũ, appetendum, uitandúmue consulimus. Necessitas sentiendi est, quando sensibus nostris etiam quæ nolumus ingeruntur. Libido aũt sentiendi est, de qua nunc agimus, quæ nos ad sentiendũ, siue consentientes mente, siue repugnãtes, appetitu carnalis uoluptatis impellit. Hæc est contraria dilectioni sapientię, hæc uirtutib. inimica. Hoc malo quãtum attinet ad eius partẽ, qua sibi sexus uterq; miscetur, bene utuntur nuptiæ, cum coniuges procreant filios per illam, nihilq; faciunt propter illam. Hanc si uoluisses, uel ualuisses à sentiẽdi uiuacitate, utilitate, necessitate discernere, uideres q; superfluo tam multa dixisses. Non em̃ ait dominus, Qui uiderit mulierem, sed qui uiderit ad concupiscendum, iam mœchatus est eã in corde suo. Ecce sensum uidẽdi à libidine sentiendi, si peruicax nõ sis, breuiter aperteq; discreuit. Illud deus condidit, instruẽdo corpus humanũ, illud diabolus seminauit persuadendo peccatũ. Laudent ergo cœlum & terram & om̃ia quæ in eis sunt, homines pij, & ex his omnibus deum, cõsideratione pulchritudinis, nõ ardore libidinis. Sicut auri decus aliter laudat religiosus, aliter auarus, Iste cũ pietate uenerãdi creatorem, ille cũ libidine possidendi creaturã. Mouet certe animus ad pietatis affectum, diuino cantico audito: tamen etiam illic si sonũ non sensum libido audiendi desideret, improbatur, quanto magis si cantiũculis inanibus uel etiã turpibus delectatur.

Differentia inter olfactum, gustum & tactum

Cæteri tres sensus corpulentiores, & quodãmodo crassiores sunt, nec se foras proijciunt, sed interius quod ad eos pertinet agũt. Odor ab olfaciente discernit̃, sapor à gustante, tactus à tangẽte plurima, Non em̃ hoc est calidum & frigidum, quod leue et asperum, aut ista hoc sunt quod molle ac durum, & ab his omnib. distat, quod dicit̃ leue seu graue. In his omnibus quãdo molesta uitantur, ut putores, amaritudines, æstus, frigora, & quæq; aspera & dura & grauia, cõmoditatis prouisio, nõ libido est uoluptatis. Ea uero quæ his contraria cõmode sumimus, si nihil eorum interest ad salutem, uel ad declinandam doloris laborisue molestiam, etiam si cum aliqua sumunt̃ delectatione cũ præsto sunt, tamen cum absunt nulla sunt desiderãda libidine. Si autem desiderantur non est bonum. In quibuslibet enim rebus talis domandus & sanandus est appetitus. Quis enim quantuscunq; sit carnalis concupiscentiæ castigator, si locum thymiamate intrauerit odoratum, possit efficere ut ei non suauiter oleat, nisi nares claudat, aut intentione uehementi alienetur à corporis sensibus? Sed nunquid cũ inde fuerit egressus, id domi suæ uel quacunq; pergit desiderabit? Aut si desiderauerit, satiare debet istam libidinem, non frenare, & contra concupiscentem carnem spiritu concupiscere, donec ad illam redeat sanitatem, qua nihil tale desideret. Minimum hoc quidem, sed qui minima spernit, sicut scriptum est, paulatim decidit. Alimentorũ sustentaculis indigemus, Si suauia non sint quæ ore sumuntur, nec sumi possunt, & nauseando sæpe respuuntur & pernicioſa sunt cauenda fastidia. Non solum ergo cibo, sed etiã cibi sapore indiget infirmitas corporis nostri, non propter exaturandã libidinem, sed ꝓpter tuendam salutem. Cũ ergo natura quodãmodo poscit supplementa quę desunt, non uocatur libido, sed fames aut sitis. Cum uero suppleta necessitate, amor edẽdi animum solicitat, iam libido est, iam malum est, cui cedendum non est, sed resistẽdum, Hæc duo, id est, famem & edendi amorem etiam poeta discreuit, qui post maris iactationem, socijs Aeneæ naufragis & peregrinis satis esse iudicans tantum sumere alimentorum, quantmu refectionis indigentia postularet, ait,

Postq; exempta fames epulis, mensæq; remotę:

Cũ uero Aeneas ipse ab Euãdro rege susceptꝰ est hospes, decentius arbitratus ampliores exhiberi epulas regias, quàm necessitas poscceret, non satis fuit ut diceret, Postquam exempta fames: sed addidit, & amor compressus edendi. Quanto magis nos discernere ac nosse debemus, quid necessitas refectionis, quid libido edacitatis exposcat, quorũ negocium est contra concupiscentem carnem spiritu concupiscere, & condelectari legi dei secundũ interiorem hominem, eiusq; delectationis serenitatem nullis libidinosis delectationib. nubilare. Nã iste amor edendi non edendo, sed continendo est comprimendus. Quis autem mente sobrius non mallet si fieri posset sine ulla mordaci uoluptate carnali, uel arida sumere alimẽta, uel humida, sicut sumimus hęc aeria, quæ de circumfusis auris respirando & spirando sorbemus & fundimus? Quod alimentum, cum ore ac naribus sine cessatione sumamus, nec sapit nec olet quicquam: nec tamen sine illo uel tantillo spatio temporis, sicut tam prolixe sine cibo & potu possumus uiuere: nec eius indigentia sentitur, nisi molestia, si ora, nares q; claudantur, uel nutu uoluntatis quantum sinit ipsa molestia, paulisper pulmonũ inhibeamus officium, quibus uelut follibus alternante motu uitales flatus haurimus & reddimus. Quanto esset felicius, si spatiosis quidem interuallis, sicut etiam nũc, uel quantumcunq; spatiosioribus sine ulla saporis illecebrosa suauitate cibũ percíperemus & potũ, quo tantam molestiam, uel perniciem pelleremus. Nã si in præsenti uita temperanter alimẽta sumentes, continentes uocantur & sobrij, meritoq; laude habentur: nec desunt huiusmodi qui quantum natura petat, aut minus refectionis assumant, malentes si modo necessitatis cõgruo fallunt̃, minus id sum psisse quàm amplius: quanto magis in illa dignitate honestum modum fuisse credendum est sumendorum alimentorum, quo & animali corpori necessaria præberentur, & modus naturalis nullatenus excederetur, sicut in paradiso primos homines uixisse credendum est? Quamuis nonnulli, neque hi contemptibiles diuini eloquij tractatores, nullo huiuscemodi uictu eos indiguisse potius opinentur

Universidad de Deusto
Biblioteca

opinentur, ut ea sola in paradiso uoluptas, uel ali- A
monia existimetur fuisse, qua delectantur & alun-
tur corda sapientium. Sed ego cum eis sentio, qui
sicut illud quod dictum est, Masculum & fœminā
fecit eos, & benedixit illos deus dicens, Crescite
& multiplicamini, & implete terram: secundū se-
xum corporalem atq; conspicuum intelligunt di-
ctum: ita etiā quod paulopost sequitur, & dixit de-
us, Ecce dedi uobis omne fœnū satiuum seminās
semen, quod est super omnem terram, & omne li-
gnum quod habet in se fructum seminis satiui, uo-
bis erit in escam, & omnibus bestijs terræ, & om-
nibus uolatilibus cœli, & omni serpenti reptanti
super terram, quod habet in se animam uitæ: & o-
mne fœnū uiride in escam: nō aliter accipiunt, nisi
quia ille uterq; sexus his alimentis quibus & ani-
malia cætera corporaliter utebatur, & habebat ex B
hoc uictu sustentaculū congruū, licet modo quodā
immortali, tamen animali corpori necessariū, ne in
digentia læderet: de ligno autē uitæ, ne senectute
perduceretur ad mortem. Sed nulla ratione credi-
derim in illo tantæ felicitatis loco, aut carnē con-
cupiuisse aduersus spiritū, & spiritū aduersus car-
nem, atq; in ista conflictatiōe sine interna pace ui-
xisse: aut spiritū desiderijs non repugnasse carnali-
bus, sed quicquid undecūq; libido suggesserat, tur
pi seruitio peregisse. Remanet igit̄, ut aut nulla ibi
fuerit carnalis cōcupiscentia, sed ille fuerit uiuen-
di modus, ut omnia necessaria congruis membro-
rum officijs sine ullius motu libidinis implerētur.
Non enim quia terra non libidine, sed uoluntate
motis agricolarum manibus seminatur, ideo suos C
pariendos non concipit fœtus: aut ne nimiū uidea
mur offendere homines, qui uoluptatem corporis
quomodocunq; defendunt, ita ibi credatur carnali
um sensuum fuisse libidinē, ut omnimodo rationa
li subdita uoluntati, nō aliās adesset, nisi cum per
illam uel saluti esset corporis, uel stirpis propagini
consulendum: & tanta adesset, ut nulla ex parte
mentem de supernarum cogitationum delectatio-
ne deponeret, nullus superuacuus siue importu-
nus motus, esset ex illa: nihil nisi quod prodesset
fieret per illam, nihil omnino fieret propter illam.
Nunc uero quàm se aliter habeat, qui dimicant ad
uersus eam, hi maxime sentiunt. Ingerit se uideti
bus uel audientibus aliquid, quāuis propter aliud
uideant & audiant, ut etiam si tangendi non inde D
percipit uoluptatem, saltem uoluptariā cogitatio-
nem inter necessaria, quæ ad eā non pertinent, mo-
tu obrepēte furetur. In his porrò cogitationibus,
etiam quando nihil illecebrosum adiacet oculis,
aut insonat auribus, quæ nō conatur etiā obsoleta
atq; sopita recordationibus inquietis cū turpi dele
ctātione refricare, & castis sanctisq; intentionibus
tumultu quodam sordidæ interpellationis obstre-
pere? Iam uero cum ad usum uentum fuerit neces-
sariæ uoluptatis, per quam reficimus corpus, quis
uerbis explicet quemadmodum nos modum ne-
cessitatis sentire non sinat, & ipsum limitem pro-
curādæ salutis, si qua assunt delectabilia, rapiendo
abscondat & transeat, putantibus nobis satis non

esse quod satis est, dum libenter eius prouocationi
bus ducimur, existimantes nos adhuc agere nego
cium ualetudinis, cum agamus potius cruditatis?
Quid enim mali fecerimus crapula pœnitendo te
statur, quod metuentes plerunq; minus, q̄; eximē
dæ fami sufficit, uescimur, Ita nescit cupiditas, ubi
finiatur necessitas. Et hæc quidē uescendi atq; po-
tandi tolerabilis est uoluptas, quanta possumus in
tentione uigilantibus nobis, ut facilius non imple
at, quàm modū aliquando uictus sufficientis exce
dat, Contra cuius concupiscentiā, & ieiunando &
parcius alimenta sumendo pugnamus. Eoq; malo
bene tunc utimur, quando per illam nō nisi quod
saluti cōducibile est, agimus. Ideo autem hanc uo
luptatem dixi tolerabilem, quia uis eius tanta non
est, ut nos à cogitationibus ad sapientiam pertinē
tibus, si in eis sumus mentis delectatione suspensi
abrumpat & deijciat. Nam sæpe de magnis rebus
inter epulas non solum cogitamus, uerūetiam di-
sputamus, atq; inter ipsos ciborum morsus & poti
onum gluctus, nihil remissius audiendo, dicēdoq;
colloquimur, & qd̄ nosse, uel recolere uolumus,
intētissime omnino si nobis legat̄ accepimus. Illa
uero pro qua mecū tantis contentionibus litigas,
etiam quando ad eam bona intentiōe, hoc est, cau
sa propagandę prolis acceditur: tamen in ipso ope
re suo, quem permittit aliquid nō dico sapientiæ,
sed cuiuslibet rei aliud cogitare? Nōne illi totus
animus & corpus impēditur, & ipsius mētis qua-
dam submersiōe illud extremū eius impletur? Cū
uero uincit etiam coniugatos ut non propagatio-
nis, sed delectationis carnalis cupiditate misceantur, quod Apostolus secundū ueniam, non secun- 1. Cor. 7
dum imperium se dixisse testatur, ita hinc emergit̄,
& quasi in auram cogitatiōis post illum gurgitem
respiratur, ut fiat consequens, quod uerum ait qui
dam, & pœnitendi quæ est cum uoluptate uicini-
tas. Quis ergo amator spiritalis boni, etiā sola cau
sa sobolis cōiugatus, nō mallet uel sine ista si pos-
sit, uel sine tam magna ui eius filios ꝓcreare? Qd̄
ergo mallent sancti coniuges in hac uita, puto nos
hoc debere de illa paradisi uita, quæ multo melior
erat, credere, si nihil melius inde possumus cogita
re. Obsecro te, non sit honestior philosophia gen-
tiū, quàm nostra Christiana, quæ una est uera phi-
losophia, quandoquidem studium uel amor sapiē
tiæ significatur hoc nomine. Vide enim quid in
Hortensio dialogo dicat Tullius, quæ magis uer-
ba te delectare debuerunt, quàm Balbi Stoicorū
partes agentis, Quæ licet uera, tamen de parte ho-
minis inferiore, hoc est, de corpore fuerunt, & te
nihil adiuuare potuerūt. Vide quid iste pro uiuaci
tate mentis contra uoluptatem corporis dicat. An
uero, inquit, uoluptates corporis expetendæ, quæ
uere & grauiter à Platone dictæ sunt illecebræ esse
atq; escæ malorū? Quæ em̄ cōfectio est, inqt, uale
tudinis, quæ deformatio coloris & corporis, qd̄
turpe dānū, quod dedecus, qd̄ nō euocet̄ atq; elici-
at̄ uoluptate? Cui⁹ motus ut quisq; est maxim⁹,
ita est inimicissimus philosophiæ. Congruere em̄
cum cogitatione magna uoluptas corporis non
potest

poteſt. Quis enim cum utatur uoluptate ea, qua nulla poſſit maior eſſe, attendere animo, inire rationem, cogitare omnino quicquã poteſt? Quis autem tantus eſt gurges, qui dies & noctes ſine ulla minimi temporis intermiſſione uelit ita moueri ſuos ſenſus, ut mouentur in ſummis uoluptatibus? Quis autem bona mente præditus, non mallet nullas omnino nobis à natura uoluptates datas? Hęc ille dixit, qui nihil de primorum hominum uita, nihil de paradiſi felicitate, nihil de corporũ reſurrectione crediderat. Erubeſcamus interim ueris diſputationibus impiorũ, qui didicimus in uera uerę pietatis ſanctaq; philoſophia, & cõtra ſpiritum carnem, & contra carnem concupiſcere ſpiritum. Sed hoc unde acciderit, Cicero neſciebat: & tamẽ carnis concupiſcentiæ non fauebat, quod tu facis, imò uehementer urgebat, quod tu non ſolum non facis, ſed facientibus uehementer iraſceris: qui cõcupiſcentias & ſpiritus & carnis inter ſe belligerãtes tanquam in bello timidus ambas laudare conaris, uelut inimicam metuens habere, quæ potuerit alterã uincere. Quin age poti⁹ ne formides, & lauda concupiſcentiã ſpiritus, aduerſus concupiſcentiam carnis, tanto acrius, quanto caſtius dimicantem. Illam uero repugnantem legi mentis, ſine pauore ullo eadẽ cui repugnat lege mentis condẽna. Aliud eſt conſideratio pulchritudinis etiã corporalis, ſiue uiſibilis, ſicut eſt in coloribus & figuris: ſiue audibilis, ſicut eſt in cãtibus atq; modulis, quã conſiderationem, niſi rationale animal habere nõ poteſt: & aliud eſt commotio libidinis, quæ rationе frenanda eſt. Ioannes enim Apoſt. illam concu
1. Ioan. 2 piſcentiã non eſſe dixit à patre, quæ cõcupiſcit aduerſus ſpiritum. Quam nemo poteſt bonã dicere, niſi cuius aduerſus eam non amat cõcupiſcere ſpiritus. Quod ſi talis non eſt in motu & in ardore genitalium, non aduerſus eam cõcupiſcit ſpiritus, ne aduerſus donum dei concupiſcendo inueniatur ingratus, ſed quicquid appetiuerit detur, tanquã illi quæ ex patre eſt. Si autem non eſt quod detur, hoc potius petatur à patre, nõ ut auferat uel cõprimat, ſed ut expleat concupiſcentiã quam donauit. Qđ ſapere, deſipere eſt. Vt quid eam comparamus uino & cibo, & aliquid nobis dicere uidemur, quia dicimus, nec uinum ebrietas, nec cibum condemnet crapula, nec concupiſcentiam infamet obſcœnitas, quãdo nec ebrietas, nec crapula, nec obſcœnitas ulla committitur, ſi carnis cõcupiſcentia ſpiritu aduerſus eam concupiſcente uincatur? Exceſſus, inquis, eius in culpa eſt. Nec perſpicis quod facillime potuiſſes, ſi magis ipſam, quàm me uincere uoluiſſes, ut non fiat malum excedendi, reſiſtendum eſſe malo cõcupiſcendi. Duo ergo mala ſunt, quorum unum habemus, alterũ facimus, ſi ei nõ reſiſtimus quod habemus. Ideo in pecoribus malũ non eſt concupiſcentia, quia non aduerſus ſpiritum cõcupiſcit, ſed eorum potius oblectat ſpiritũ. Concupiſcentia enim ſapientiæ carentia, carnali concupiſcẽtiæ reſultant, & à bono uitæ rationalis aliena, hoc bonum habẽt quo delectantur. Iam uero & antea diximus, propterea hoc non eſſe in pecoribus malũ, quia in eis non cõcupiſcit aduerſus ſpiritum. Non enim habent rationem, qua libidines ſubiugent ſuperando, fatigẽtue pugnando. Quis autem tibi dicit ſemper pecorum imitatione peccari? Quam ſententiam non tibi obiectã tanta loquacitate refellere laboraſti, ut ſuperflua multa colligeres, quæ in pecoribus anima duerſa, etiã medicinæ diſciplina ſectatur. Sed ne ꝓpterea putaret, non eſſe malum concupiſcentia carnis, quia bonũ eſt in pecore, ut eo ſe oblectet illa natura, cui non poteſt ineſſe concupiſcentia ſapiẽtiæ, ideo dictum eſt bonum eſſe pecoris, cuius ſine ulla repugnãtia delectat ſpiritum: malum aũt hominis, quo concupiſcit aduerſus ſpiritum. Conuocaſti etiam in auxiliũ turbam philoſophorũ, quaſi ſuſceptæ tuæ ſi non poſſint pecorum ſolertiæ naturales, ſaltem doctorum hominum opitulẽtur errores. Sed quis non uideat doctrinæ te quæſiſſe iactantiam, in cõmemorandis nominibus doctorum hominum ſectisq; diuerſis, quando perſpicit quicunq; iſta tua legit, ad quæſtionem quæ inter nos uertitur, hæc nullatenus pertinere? Quis enim audiat quod abs te cõmemoratur Thales Mileſius unus è ſeptem ſapientibus, deinde Anaximander, Anaximenes, Anaxagoras, Xenophanes, Parmenides, Leucippus, Democritus, Empedocles, Heraclitus, Meliſſus, Plato, Pythagorei, unuſquiſq; cum proprio dogmate ſuo de naturalib⁹ rebus? Quis, inquam, hæc audiat, & non ipſo nominum ſectarumq; conglobatarum ſtrepitu terreatur, ſi eſt ineruditus, qualis eſt hominum multitudo, & exiſtimet te aliquem magnũ, qui hæc ſcire potueris? Ecce quod appetis, quandoquidẽ in his omnibus abs te coaceruatim commemoratis, quod ad rem quæ inter nos agitur pertineat, nihil omnino dixiſti. Nam Iuliani uerba prælocutus es iſta dicturus, & aiſti, Omnes philoſophi in ſcholis licet aliud differentes, tamen idola cum plebe uenerantes, qui de naturalibus cauſis aliquid excogitare conati ſunt, inter multas opinionis ſuæ uanitates aliquas tamen ueritates, uelut iam fere pares, per caliginem uani, huic tamen dogmati contra quod agimus iure anteferri poſſunt. Atq; ut hoc probares, ſubdidiſti ea quæ à me quoq; modo commemorata ſunt, philoſophorum nomina phyſicorum cum opinionibus ſuis, quas de naturalibus cauſis habuerunt: nec tamen commemorare omnes ſiue uoluiſti, ſiue potuiſti. Qua in re homines imperitos nullo doctorum dubitante fraudaſti. Hoc enim demonſtrare ſuſceperas, omnes philoſophos qui de naturalibus cauſis aliqd excogitare conati ſunt, iure poſſe huic dogmati cõtra quod ageres anteferri. Cur ergo, ut de alijs plurimis taceam, cum cõmemoraſſes Anaximenem eiusq; diſcipulum Anaxagoram, tacuiſti alterum eius diſcipulum Diogenem, qui & à magiſtro & condiſcipulo ſuo in rerũ naturę opiniõe diſſenſit, propriumq; dogma conſtituit? Quid ſi tale aliqd ipſe ſenſit, ut nobis non eſſet anteponendus, quib. omnes qui de rerum natura philoſophati ſunt anteponendos eſſe dixiſti? Atq; ut hoc quaſi oſtenderes, te in cõmemorandis truſtra nominibus & dogmati

Cap. XV

Universidad de Deusto
Biblioteca

dogmatibus philosophorum insipiẽter inflasti. Ec A
ce præteristi unum quem uel ex magistro, uel ex
condiscipulo quos nominasti, iuxta attendere de-
buisti. An forte timuisti ne Diogenes Cynicus pu
taretur, aut ille etiam legentibus propter idem no
men occurreret, & ueniret in mentem, quòd melí-
or te patronus libidinis fuerit, de qua exercenda
non uerecũdabaẽ in publico? Vnde illa secta cani-
nũ nomẽ accepit. Tu aũt defensorem quidẽ libidi
nis profiteris, sed de tua suscepta, qd' fidem liberta
temq; patroni non decuerat, erubescis. Verũ obse-
cro te, si philosophos nobis anteponere gestiebas,
cur non potius eos cõmemorasti, qui de moribus
quę pars ab eis philosophiæ uocaẽ ethica, quã nos
moralem dicimus, solertissime disputarunt? Hoc
enim tibi potissimum congruebat, qui honestate
quidem mentis inferius, tamen bonũ hominis esse B
censes corporis uoluptatem. Sed quis non quid
aspexeris cernat? Ne scilicet in ipsa de uoluptate
quæstione unde tecum agimus, honestiores philo
sophi te obruerent, quos Cicero propter ipsam ho
nestatem tanquam consulares philosophos nuncu
pauit, & ipsi Stoici maxime inimicissimi uolupta-
tis, quorum testimonium ex persona Balbi apud
Ciceronem disputantis, uerum quidem, sed quod
tibi prorsus nihil prodesset, interponendum puta-
sti. Quòd autem nullum hominis bonum censeãt
corporis uoluptatem cupiens abscondere, nulla
de quæstione morali nomina & dogmata philoso
phorum, quod maxime ad rem pertinebat, si ali-
quid de philosophis probandum fuit, commemo-
rare uoluisti. Non enim te aduersus istos defende C
ret, nõ dico Epicurus, qui totum bonum hominis
in uoluptate corporis posuit, quia nõ quod ille tu
sentis: sed Dinomachus, huius quippe dogma tibi
placuit. Nam ipse coniungendam uoluptatem ar-
bitratus est honestati, ut quẽadmodum honestas,
ita uoluptas per se ipsa appetenda uideretur. Hanc
ergo partem ubi de moribus disputatur, cum tibi
infensam cerneres attingere timuisti. Nam ubi ma
xime controuersia ista uersatur, quanti & quales,
& cuius apud gentes gloriæ philosophi tibi præfe
rantur, uides: maximeq; ipse Plato, quem Cicero
appellare non dubitat, penè philosophorum de-
um: cuius nec tu nomen preterire potuisti, cum de
naturalibus, non de moralibus philosophorũ no-
bis dogmata inferres siue præferres, qui corporis
uoluptates uere & grauiter dixisse perhibetur ille D
cebras atq; escas malorum. Nunquid autem quid
de hominis conditione senserint quos nominasti
philosophi, quia & hoc ad naturalem pertinet quę
stionem, quod qualitercunq; causa poscebat, com
memorandum putasti? Non utiq; fecisti, & recte.
Quid enim illi didicerant, uel quid locuti fuerant
de primo homine Adam & eius coniuge, de pri-
ma eorum præuaricatione, de serpentis astutia, de
nuditate corporis ante peccatum sine confusione,
& cum confusione cõtinuo post peccatum? Quid
deniq; tale audierunt, quale illud est quod ait A-
Rom.5 postolus, Per unum hominem peccatum intrauit
in mundum, & per peccatum mors, & ita in om-
nes homines pertransiit, in quo omnes peccaue-
runt? Harum literarum illi atq; huius ueritatis ex
pertes, quid de hac re sapere potuerunt? Verum si
de hominis cõditione dogmata hominum à sacris
literis nostris abhorrentium nihil iudicasti esse po
nendum, & rectissime iudicasti: quanto minus te
quæ posuisti adiuuare potuerunt, quid de princi-
piis mũdi huius uisibilis senserint, unde inter nos
nulla quæstio uertitur? Sed mens tua potius tan-
quam magnum aliquid de philosophorum libris
didiceris, iactantiæ uanitate subuertitur. Videntur
autem non frustra Christianæ fidei propinquasse,
qui uitã istam fallaciæ miseriæq; plenissimam non
opinati sunt nisi diuino iudicio contigisse, tribu-
entes utiq; iustitiam conditori, à quo factus est &
administratur hic mundus. Quanto ergo te meli-
us ueritatiq; uicinius de hominũ generatione sen-
serunt, quos Cicero in extremis partibus Horten
sii dialogi uelut ipsa rerum euidentia ductus com-
pulsusq; commemorat? Nam cum multa quæ ui-
demus & gemimus, de hominum uanitate atq; in-
felicitate dixisset, ex quibus humanæ, inquit, uitæ
erroribus & erumnis sit, ut interdum ueteres illi,
siue uates, siue in sacris initijsq; tradendis diuinæ
mentis interpretes, qui nos ob aliqua scelera susce
pta in uita superiore, pœnarum luendarum causa
natos esse dixerunt, aliquid uidisse uideantur: ue-
rumq; sit illud qd' est apud Aristotelem, simili nos
affectos esse supplicio, atq; eos qui quondã, quum
in prædonum Hetruscorũ manus incidissent, cru-
delitate excogitata necabantur, quorum corpora
uiua cum mortuis, aduersa aduersis accõmodata,
quàm aptissime colligabantur: sic nostros animos
cum corporibus copulatos ut uiuos cum mortuis
esse coniunctos. Nonne qui ista senserunt multo
quàm tu melius, graue iugum super filios Adam
& dei potentiã iustitiamq; uiderunt, etiam si grati-
am, quæ per mediatorẽ liberandis hominibus cõ-
cessa est, non uiderunt? Ecce ego inueni quod tibi
de illis gentilium philosophorum literis posset iu
re præponi, te instigante, qui nihil tale de illis inue
nire potuisti, & ut me admoneres, quod aduersus
te inuenirem tacere noluisti. Quid quòd de A- Cap. XVI
postoli testimonio pro te esse existimas, quod est
contra te, & membra nostra quæ utiq; ante pecca-
tum nuda erant, nec confundebant eos quibus in-
erant, pudenda fuisse asseris, nesciens quid loqua
ris? Ego enim debui adhibere testimonium, quod 1.Cor.12
ipse adhibuisti, ubi ait Apost. Multo magis quæ
uidentur infirma esse corporis nostri, hæc necessa-
ria sunt, & cętera quæ pro nobis ipse posuisti. Sed
operæprecium est considerare, quomodo eò uene
ris ut hęc diceres. Iam igitur, inquis, tempus est ut
ostendamus extra naturæ testimonium etiam ali-
qua authoritate legis, sic nostra membra fuisse for
mata, ut alia uerecundia, alia libertate gauderent.
Ad quod confirmandum, inquis, gentium citetur
magister, qui scribens ad Corinthios, ait, Corpus 1.Cor.12
nostrum non est unum membrum, sed multa. De-
inde cum Apostolica uerba subtexeres, quibus il-
le mirifice explicauit unitatẽ consensumq; mem-

brorum,Et quia pauca,inquis,totius corporis mẽ bra nominauerat, atq; pro ſua honeſtate genitalia loca directe appellare nolebat. Nõne his uerbis tu is te ipſe redarguis? Honeſtas ergo erat nõ appella re directe,qd' deus facere dignatus eſt recte.Et qd' creare non puduerat ipſum iudicẽ,pudebat enun-ciare pręconem. Quãdo iſtud ita eſſet,niſi quæ ille fecerat honeſta condendo,nos feciſſemus inhone ſta peccando? Inde ſubiũgis de hac re Apoſtolicũ teſtimoniũ,quod ita ſcriptũ eſſe cõmemoras,Mul to enim magis quæ uidentur infirma eſſe corporis noſtri,hæc neceſſaria ſunt: & quæ putamus inho-norabilia eſſe membra corporis, his honorẽ abun dantiorem circundamus. Et quæ uerecunda ſunt noſtra,maiorem honeſtatẽ habent. Quæ aũt ſunt honeſta noſtra, nullo egent: ſed deus temperauit corpus,ei cui deerat,abundantiorem dando hono rem, ut nõ ſit ſciſſura in corpore, ſed eadẽ ipſa pro ſe inuicem cogitent membra. Quibus dictis tan-quam uictor exclamas,En uerũ intellectorem ope ris dei,en fidelem ſapientiæ eius prædicatorẽ. Ve-recundiora, inquit, noſtra maiore honeſtate cõte-guntur. Ad hoc certe unum uerbum totã cauſam tuam religandam putaſti, quod Apoſtolũ dixiſſe legiſti, uerecundiora noſtra. Si aũt legiſſes inhone ſta noſtra, nullo modo utiq; hoc teſtimonium po-nere auderes. Nullo modo enim deus, et hoc quod eſt peius ante peccatũ, aliquid faceret in membris humani corporis inhoneſtum. Diſce ergo quod ne ſcis quia diligenter quærere noluiſti. Inhoneſta di-xit Apoſtolus: ſed nonnulli interpretes, in quib. & iſte eſt quantum arbitror quem legiſti, credo uere-cundati uerecundiora dixerũt, quæ ille dixit inho neſta: quod probatur ex uerbis in ipſo codice ſcri-ptis, unde iſta uerba Apoſtolica tranſtuliſti. Quod enim abs te poſitum eſt uerecundiora, in Græco legitur ἀσχήμονα. Quod aũt ſequitur, maiorem ho neſtatem habent, in græco eſt εὐσχημοσύνῳ, quod integre interpretatum eſt, honeſtatem. Vnde appa ret illa quę ἀσχήμονα dicta ſũt, inhoneſta Latine ap pellari. Poſtremo quod adiunctũ eſt, quæ aũt ſunt honeſta noſtra, græcus habet εὐσχήμονα. Vnde ma niſeſtum eſt illa quæ ἀσχήμονα dicta ſunt, inhone-ſta eſſe. Quãuis & nulla græcorũ conſideratione uerborũ eo ipſo debuiſti admoneri, inhoneſta eſſe illa quę abundantiorẽ honeſtatem habent uelami-nis, quando ea quæ hoc opus non habent, honeſta ſunt dicta. Quid eſt enim, Quæ autẽ honeſta ſunt noſtra, nõ opus habẽt: niſi illa inhoneſta ſunt, quæ opus habẽt? Honeſtas ergo adhibetur inhoneſtis, cum rationalis naturę ſenſu ipſo uerecundante ue lantur. Eorum quippe honeſtas & honor eſt uela-mentum, tanto abundantius, quanto magis inho-neſta ſunt. Quod profecto non diceret Apoſtolus ſi corpus tale deſcriberet, quale habebãt homines quando nudi erant & non confundebantur. Vide igitur quàm impudẽter ideo dicas homines fuiſſe primitus nudos, quia ad ſolertiæ humanæ operam ut ſe tegerent pertinebat, quæ nondum in illis fu-it. Vnde fit conſequens, ut ante peccatum inertes, peccato autem factos credas eſſe ſolertes. Quàm

A

B

C

D

porrò multis inaniter dictis quaſi eleganter acu-teq; cõcludis dicens, Non igitur quia peccauerãt genitalia, uel diabolica, uel inhoneſta fecerunt, ſed quia pauitabant, in ea qua primum fuerant hone-ſtate permanentia membra texerunt. Ad quod re-ſpondeo, diabolica quidẽ membra non eſſe, quan-tum ad eorum ſubſtantiam, figuram qualitatemq; pertinet, quam cõdidit deus: ſed ſi eadem membra in qua prius fuerant honeſtate mãſerunt, cur ea di xit Apoſtolus inhoneſta? Bene quod ipſe cõfeſſus es, illa membra fuiſſe prius honeſta: nõ enim aliud poſſes niſi blaſphema opinione ſentire. Quæ igi-tur deus honeſta fecerat, dixit Apoſtolus inhone-ſta. Cauſam requiro. Si hoc non peccato factũ eſt, unde factum eſt? Quis honeſta dei opera dehone-ſtauit, ut ea inhoneſta ſanctus Apoſtolus diceret? Vtrum habitudo in qua eſt ſolertia creantis, an li-bido in qua eſt pœna peccantis? Nam etiã nunc quod deus ibi facit, honeſtũ eſt: quod origo cõtra-hit, inhoneſtum. Et tamen ne ſint ſciſſuræ in corpo re, cõtributum eſt diuinitus ſenſui naturali, ut pro inuicem ſolicita ſint membra: & quod dehoneſta-uit concupiſcentia, contegat uerecũdia. Sed dicis, Cur audita uoce dei deambulantis in paradiſo ab- Gen.3
ſconderũt ſe Adam & mulier eius, cum perizoma ta ſufficere potuiſſent, ſi de genitaliũ nuditate eru-buiſſent? Quid eſt quod dicis, nõ inueniendo qd' dicas, nec attendis, quod animo trepidante à facie domini, abſtruſiora latibula quæſierunt? Illa uero lumbis circumpoſita tegmina, motum qui ibi ſen tiebatur erubeſcendo uelarunt. Si cum nudi eſſent non confundebantur: reſtat ut confuſione ſe texe-rint. Confuſionem inhoneſtatis eſſe, non dubium. Gen.2
Ideoq; ibi dictum eſt, Nudi erant & nõ confunde-bantur: ut appareat confuſione factum, quod po-ſtea pudenda texerunt. Hic autem ubi ſe abſconde Gen.3
runt in medio ligni paradiſi, reſpondit Adam, Vo cem tuã audiui deambulantis in paradiſo, & timui ga nudus ſum. Illud manifeſta confuſio, iſtud oc-culta conſcientia, qua delinquente intrinſecus ac-cidit manifeſta cõfuſio. Illud ergo fecit pudor, hoc timor. Illud erubeſcenda concupiſcentia, hoc pu-nienda conſcientia, dementi ſcilicet ſimilis, quãdo eum qui cordis cernebat interna, corporis occulta tione fugiebat. Quid eſt autem quod ait dñs, Quis nunciauit tibi quia nudus es, niſi de ligno de quo præceperã tibi ne manducares, manducaſti? Quid eſt guſtato cibo, phibito nuditas indicata, niſi pec-cato nudatũ, quod gratia cõtegebat? Gratia qppe dei magna ibi erat, ubi terrenum & animale cor-pus beſtialem libidinem non habebat. Qui ergo ueſtitus gratia nõ habebat in nudo corpore quod puderet, ſpoliatus gratia ſenſit quod operire debe-ret. Fugienda, inquis, opinio eſt quæ putat uel in membris hominum, uel in ſenſib. mẽbrorum ali-quid diabolũ cõdidiſſe. Quid nobis obijcis uanas exorbitationes tuas? Non aliquid diabolus quod ad naturã hominis pertinet condidit, ſed qd' deus bene condiderat, peccati perſuaſione uiolauit, ita ut illo uulnere quod factũ eſt per duorũ hominum liberum arbitriũ, totum genus claudicaret huma-

num

num. Ecce circumstat sensus tuos miseria generis humani. Homo es, humani nihil abs te alienum puta, & in ijs quæ non pateris, compatere patientibus. Quãuis & ipse quantalibet terrena felicitate prepolleas, nullum sine bello intestino diem ducis, si tamen quod profiteris implere conaris. Sed in ijs quæ meminisse iam nõ potes, paruulos intuere, quot & quanta mala patiantur, in quibus uanitatibus, cruciatibus, erroribus, terroribus crescant. Deinde iam grandes, etiã deo seruiẽtes tentat error ut decipiat: tentat labor, aut dolor, ut frangat: tentat libido, ut accendat: tentat mœror ut sternat: tentat typhus ut extollat. Et quis explicet omnia festinanter, quibus grauatur iugũ super filios Adam? Huius euidentia miseriæ gentium philosophos nihil de peccato primi hominis siue scientes, siue credentes compulit dicere, ob aliqua scelera suscepta in uita superiore pœnarum luendarum causa nos esse natos, & animos nostros corruptibilibus corporib. eo supplicio quo Hetrusci prædones captos affligere consueuerant, tanquam uiuos cum mortuis esse coniunctos. Apostolus autem amputat opinionem, qua credũtur singulæ animæ pro meritis anteactæ uitæ diuersis corporibus inseri. Quid igitur restat, nisi ut causa istorum malorum sit, aut iniquitas uel impotentia dei, aut pœna primi ueterisq; peccati? Sed quia nec iniustus, nec impotens est deus, restat quod non uis, sed coEcclc. 40 geris confiteri, quòd graue iugum super filios Adam à die exitus de uentre matris eorum usq; in diem sepulturæ in matrem omnium non fuisset, nisi delicti originalis meritum præcessisset.

Libri quarti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, contra Iulianum, Liber quintus

Caput I

RDO ipse postulat, quoniã primo secundoq; respondimus, qd liber tuus tertius contineat deinde uideamus: & respondeamus pestilentiosis laborib. tuis, quantum dominus opitulatur salubribus laboribus nostris, tenentes institutum modum, ut ea quæ non habent ad rem quæ inter nos agitur pertinentem controuersiam, transeamus: ne qui hęc nostra nosse uoluerint, plus laboris & tẽporis in opere legendi quàm in discendi utilitate consumant. Quid ergo opus est, ut aliquid aduersus ea dicam, quæ in principio posuisti libri huius solita & uana, de inuidia quam nos sustinere pro ueritate iactatis, & de paucitate uelut prudentiũ quib. uos placere gaudetis? Hæc enim & ueterum & nouorum omnium uox est hæreticorum, ipsa consuetudine iam sordidata atq; pertrita. Et tamen necessitate compellitur talibus pannis indui tam magna etiam uestra superbia, quæ sic tenditur & inflatur, ut eos deformius, dum gestit ostentare, dirumpat. Tuas etiam calumniosissimas contumelias, non est necesse sæpius refutare, quibus unũ nominatim uideris appetere: & in tot ac tanta catholica lumina, tacitis eorum nominib. uel insanus insilis, uel cæcus offendis. Vnde tibi duobus prioribus libris sic me respõdisse arbitror, ut à nullo amplius requiratur. Exaggeras q̃ sit difficilis paucisq; conueniens eruditis, sanctarum cognitio literarum: uidelicet, ut deus hominũ sicut uniuersorum cõditor & iustus & uerax ac pius, id est, donorum suorũ in homines cumulator probetur, quia una est, ut fateris, optima causa studiorũ bonorum ut honoretur deus. Quem tamen sic honoras, ut paruulorum liberatorem neges per Christũ Iesum, id est, saluatorem, qui eos baptismate sic abBlui dicis, ut non consequantur salutem, tanquam medico non indigeãt Christo, humanæ originis uenam sagaciter inspiciente, & eos sanos pronunciante Iuliano. Quanto melius nihil omnino didicisses, quàm per istam uelut scientiam legis in qua te turgidus iactas, non sanè duce lege, sed uestra potius uanitate, ad hãc impiam præsumptionẽ inimicam fidei Christianæ & tuæ animę peruenisses. Sentẽtia, inquis, uestra tam deformis & uana est, quæ & deo iniquitatem, & diabolo conditionem hominũ, & peccato substantiam, & conscientiam sine scientia paruulis conatur ascribere. Breuiter respondeo, Sententia nostra nec deformis est, quia Psal. 44 speciosum forma præ filijs hominum saluatorem prædicat omnium hominum atq; etiam paruulorumC: nec uana est, quæ non frustra, sed præcedente peccato dicit hominem uanitati similem factum, cuius dies sicut umbra prætereunt. Nec deo ascri Psal. 143 bit iniquitatem, sed potius æquitatem, quia non iniuste tot & tantis malis, quę sępissime cernimus, etiam paruulus plectitur. Nec diabolo conditionẽ hominum, sed humanæ originis deprauationem: nec peccato substantiam deputamus, sed in primis hominibus actum, in eorum uero posteritate contagium. Nec paruulis conscientiam sine scientia, in quibus nec scientia est nec cõscientia, sed sciuit ille quid fecerit in quo omnes peccauerunt, & singuli malum inde traxerunt. Tu aũt qui multitudinem præstruis idiotarũ, quos appellas simplices, qui alijs occupati negotijs, nihil de eruditione cœDperunt, sola tamen fide ad Ecclesiam Christi peruenire curarunt, ne facile obscuris quæstionibus terreanẽ, sed credentes deum uerum conditorem esse hominũ, indubitanter quoq; teneant quia pius est, quia uerax, quia iustus, atq; hanc existimationẽ de illa trinitate seruantes, quicquid audierint huic cõuenire sententiæ, amplexentur atq; collaudent: nec hoc eis ulla uis argumẽtatiõis euellat, sed detestentur omnem authoritatem atq; omnem societatem cõtraria persuadere nitentem: si hæc ipsa tua uerba consideras, aduersus te illos firmissimos reddis. Neque enim alia causa est, cur nouitatem uestram detestetur etiam multitudo Christiana, à cuius uelut imperito iudicio ad paucos uestros, quos uideri cupis prudentissimos & doctissimos, prouocas:

nisi quia deum & hominum conditorem iustissimum cogitant, & suorũ tantos cruciatus conspiciunt paruulorum, ut sub deo creatore optimo atq; iustissimo nullo modo imago eius illa ætate tanta mala pateretur, si nõ esset originale peccatũ. Quorum si quisq; gestans paruulum filium, te sine clamore inuidioso, et in parte ubi nullus audiret, compellaret, ac diceret, Ego ea mente, intelligentia, ratione, in qua sum factus ad imaginem dei, tantum amo regnum dei, ut hominis magnã iudicem pœnam, si eò nũquam possit intrare. Itáne uero tu nõ homo de turba imperitorum, sed inter paucos prudentissimos regni illius amator, tanto utiq; ardentior quanto magis te flagrantissima paucorum societas in illud accẽdit, nec facit inde torpescere frigidior multitudo, respõsurus es homini atq; dicturus, Non solũ magna nõ est, sed nulla omnino pœna est imaginis dei, nunquã posse intrare in regnũ dei? Puto q̃ nec uni homini, cuius nec uim, nec testimoniũ formidabis, hoc dicere audebis. Te itaq; siue respondente quod libet, siue quod magis à te exigeret si nõ christiana certe humana uerecũdia, reticente, ingereret aspectibus tuis paruulũ suũ dicens: Si iustus est deus, quid mali est, q̃ innocẽtem hanc eius imaginem prohibet intrare in regnum
Rom. 5 eius, si non hoc est peccatum quod per unum hominem intrauit in mundum? Puto quod nulla tibi aderit sapientia, qua tibi uidearis illo indocto homine doctior, sed si à te recesserit impudentia, illo
Caput II infante remanebis infantior. Sed procœmio terminato quo imperitos admonitos remouisti, & paucorum tibi aures eruditissimas præparasti, qd disputationis aggrediaris, uideamus. Nescio quid enim satis acutum tibi uenit in mentem, quod te in secundo libro tuo fugerat, cum de membris pudẽdis, quæ post peccatum rationali uerecundante natura ficulneorũ adoperta sunt tegmine foliorum, multa dixisses: frustra refutare conatus quod ego dixeram, Cur ergo ex illis membris confusio post peccatum, nisi quia extitit illic indecens motus? Quid igit excogitasti quod ita tibi placuit, ut nec finito uolumine ubi hanc quæstionẽ tam diuturna loquacitate uersasti, iam hoc putares omittẽdum?
Gen. 3 Scriptum esse dicis, Et fecerunt sibi uestimenta, aliamq; interpretationẽ habere cõmemoras perizomata: & uestimenta perhibes totius corporis indumentum intelligi posse, quod ad pudoris refertur officium. Vbi miror istum interpretem quem legisti si Pelagianus non fuit, ex eo quod Græcus ait perizomata, uestimenta potuisse transferre. Verũ & hic si pudor adsit, ad cuius officium uestimenta asseris pertinere, nequaquã persuadere conaberis homines primos peccato magistro ista pudoris officia didicisse, & in eis prius duas quasi socias & amicas cõuenienter habitasse innocentiã & impudentiam. Quando eñ nudi erant & non cõfundebantur, inuerecundi erant secundum tuam disputationẽ, & à naturali pudoris sensu abhorrebant. Sed uidelicet ab ista prauitate peccando correcti sunt, & sensus reꝓbus præuaricatiõis factus est in eis doctor pudoris. Pudentes q̃ppe fecit nequitia, quos impudẽtes iustitia faciebat. Immo uero tua ista sentẽtia ita est indecẽter impudens & deformiter nuda, ut eã quantalibet folia uerborũ consuas, operire nõ possis. à pictoríb. me didicisse derides, quod Adã & mulier eius pudenda cõtexerint, & Horatianũ illud decantatũ audire me præcipis, Pictoribus atq; poetis Quidlibet audẽdi semper fuit æqua potestas. Ego uero non à pictore inaniũ figurarum, sed à scriptore diuinarũ didici literarũ: quia illi primi homines antequam peccarent nudi erãt, & non confundebantur. In quibus absit ut tanta innocentia tam impudẽs esset, sed nondum inerat quod puderet. Peccauerunt, attenderunt, erubuerunt, operuerunt, & adhuc clamas nihil illic indecens nouumq; senserunt. Hanc plane impudentiã tuam nimis incredibilem, absit ut dicam, nullus te Apost. aut Propheta, sed nec pictor docuit, nec poeta. Illi quippe ipsi quibus quidlibet audendi, sicut eleganter dictũ uidetur, semper fuit æqua potestas, cõfunderentur tale aliquid ridendum fingere, quale tu credendum non confunderis disputare. Duas enim simul habitantes, quarum altera est optima, altera est pessima, uelut inter se conuenientes atq; concordes, innocentiam scilicet atq; impudentiã, nullus pictor pingere, nullus poeta canere
Eccl. 40 auderet: nec eorũ quisquã ita de sensibus desperaret humanis, ut etiã hoc sibi audendi æquã credere potestatẽ, sed insanam potius uanitatẽ. In eo uero quod aisti, si illi interpretationi quæ perizomata, id est, præcinctoria posuit fauet, latera magis dicã tecta fuisse q̃ femora. Primũ doleo, sic te abuti eorum ignorantia, qui græce nesciunt, ut eorum qui sciunt iudicium reueritus non sis. Sed cõmodius accidit, ut ipsa perizomata quæ legunt in codicibus Græcis, tanquam uerbum suæ linguæ mos Latinus usurpet. Proinde cũ perizomata nõ femora, sed latera contegi potuisse asseueraſti, puto qd te etiam ipse risisti. Quis enim doctus uel indoctus ignoret, quas perizomata contegant corporis partes? Quod nomen tegminis etiam in fœminarum dotibus frequentari & æstimari solet, neq; id alligari nisi zona quę lumbos cingit. Interroga et disce, quod te nõ credo nescire. Quamuis etiam si nescias, non usqueadeo te arbitror non humanum eloquium, sed humanũ habitũ uelle peruertere, ut perizomata etiã super humeros leuare coneris: aut eis ita latera illorum hominũ fuisse cõtecta, ut genitalia totæq; lumborũ cum femoribus partes nudę relinquerẽtur. Quid ergo te adiuuat, & nõ me potius, ex quantáuis parte corporis superioris inferiora uelata sint, ubi lex in mẽbris repugnans legi mentis affectu sentiebat amborũ, & alterno excitabatur aspectu, inobedientiũ prauitatem suæ in obedientiæ nouitate confundens? Quæ quãto turbulentius mouebatur, tanto uerecundius fieret, si caro cuius eam stimulabat aspectus, aliquãto spatiosius uelaretur. Siue igitur à lumbis, siue à lateribus demissa sunt tegmina, pudẽda sunt tecta, quæ pudenda non essent, nisi legi mentis lex peccati inuide repugnaret. Sed ubi manifesta res est, scripturæ diuinæ sensui nostrum sensum addere nõ debemus

Horatius in arte poetica

Rom. 7

Universidad de Deusto

mus: non enim hoc fit humana ignorãtia, sed præ-
Gen.3 sumptione peruersa. Adam & mulier eius, q̃ nudi
erant ante peccatum, & non confundebant, mox
ut peccauerunt quas partes corporis amicierunt,
pellitas tunicas nomine satis euidẽter expressum est.
Videmus quid texerint, nimiæ insipientiæ est ad-
huc quærere, nimiæ impudẽtiæ, adhuc negare qd
senserint. Nã tu quoq; cũ obstinatissime contradi
cas, usq; adeo iudicasti nihil aliud humanis occur-
rere sensibus, nisi cõcupiscentialem motũ erube-
scentes illos homines in genitalibus tegere uoluis-
se, ut perizomata erigere ad latera conareris: aut
operiẽs latus ubi peccatores nihil mali sensisse cõ-
Caput III tendis, aut deformiter nudãs, quod magis tegen-
dum esse cõsentis. Inseris alia de libro meo uer
ba, ubi dixi carnis inobidientiã inobedienti homi-
ni dignissime retributam, quia iniustum erat ut ob
temperaret̃ à seruo suo, id est, à corpore suo, ei qui
non obtemperauerat domino suo: & conaris ostẽ-
dere hanc inobedientiam carnis potius esse laudа-
bilem, si pœna peccati est: & tanquam persona sit
aliqua, quæ peccatorẽ scienter affligat, sic eam ue-
lut ultricem sceleris, & in hoc dei ministrã, tanquã
magnum aliquod bonum cothurno sermonis ex-
ornas. Nec cogitas posse te isto modo laudare an-
gelos malos, qui utiq; nõ sunt nisi præuaricatores
atq; impij, per quos tamen deũ meritas pœnas irro
gare peccantibus, sancta scriptura testatur, dicens:
Psal.77 Misit in eos iram indignationis suæ, indignationẽ
& iram & tribulationum immissionem per ange-
los malos. Lauda etiam istos, lauda eorum princi-
pem Satanã, quia & ipse uindex peccati fuit, quan
1.Cor.15 do ei tradidit Apostolus hominẽ in interitũ carnis.
Valde enim disertus es contra gratiam Christi, &
idoneus dicere panegyricũ Satanę & angelis eius,
per quos multorum deus iudex atq; ultor est pec-
catorum, retribuens eis secundum opera sua, eos
ipsos pessimos & damnabiles spiritus puniendorũ
supplicia faciens, qui bene iusteq; utitur & bonis
& malis. Prædica igitur iniquissimas potestates,
quia per ipsas mala retribuuntur malis: qui propte
rea concupiscentiam prædicas carnis, quia inobe-
dientia retributa est inobedientiæ peccatoris. Lau
da iniquum regem Saulem, quia & ipse fuit pœna
Osee 3 peccantium domino dicente, Dedi tibi regem in
1.Reg.16 ira mea. Lauda dæmonium quod rex ipse patieba
tur, quia & hoc pœna fuerat peccatoris. Lauda cæ
citatem cordis quæ ex parte Israel facta est. Nec ta
Rom.11 cetur de cęcitate Israel. Quare? Donec plenitudo,
inquit, gentium intraret. Nisi forte & istam pœnã
negabis esse, quam si lucis internæ amator esses,
non solum aliquam, sed ualde magnam pœnam
esse clamares. At ista cæcitas fuit Iudæis grande
incredulitatis malum, & grandis causa peccati ut
occiderent Christum. Iam istam cæcitatem si pœ-
nam fuisse negaueris, similem te perpeti etiam nõ
confitens indicabis. Si autem pœnam quidem fu-
isse, sed peccati pœnam non fuisse contendis, iterũ
fateris, quod unum aliquid & peccatũ esse possit
& pœna: si aũt non est hęc pœna peccati, profecto
iniqua pœna est, & iniustũ facis deum, quo iuben-

A te uel sinente: aut infirmum, quo non attertente, in
fligitur nocenti. Quod si etiam pœnã peccati esse
concedis, ne hoc concedendo tu ipse corde cęcus
appareas, uide iam quod uidere nolebas, istã quã
mouisti solutam esse quæstionem: quia sicut diabo
lus atq; angeli eius & mali reges, non solũ ipsi pec-
catores sunt, sed per iustitiam dei fiunt etiam sup-
plicia peccatorum, nec ideo laude sunt digni, quia
pœna ex illis iusta infligitur dignis: sic lex in mem
bris repugnans legi mentis, non ideo ipsa iuste a-
git, quia eius qui egit iniuste, pœna fit iusta: & sicut
cæcitas cordis, quam solus remouet illuminator
deus, & peccatum est quo in deum non creditur,
& pœna peccati qua cor superbum digna animad
uersione punitur, & causa peccati cũ mali aliquid
cæci cordis errore committitur: ita cõcupiscentia
B carnis, aduersus quam bonus cõcupiscit spiritus,
& peccatũ est, qa inest illi inobediẽtia cõtra domi-
natũ mentis: & pœna peccati est, qa reddita est me
ritis inobedientis: & causa peccati est, defectione
consentiẽtis uel cõtagione nascẽtis. Proinde oĩa
quæ pro hac tua cæca & incõsiderata opinione di
xisti, qua carnis cõcupiscẽtiã eo ipso q̃ eam pœnã
diximus esse peccati, non solum nõ uituperandã,
uerumetiam laudandam putasti, quamlibet proli-
xa disputatione in eo fueris immoratus, euanuisse
certissimũ est. Nã quod aisti, Si libido pœna pec-
cati est, abijciendã esse pudicitiã, ne rebellis in de-
um castitas illatam ab eo dicatur enerυare senten-
tiam, & cætera huiusmodi quæ hanc uanitatẽ con
sequentia atq; hinc religata contexis: totidem uer
C bis de cæcitate cordis errore simillimo dici potest:
Si cæcitas cordis est pœna peccati, est abijcẽda do-
ctrina, ne rebellis in deum mẽtis illuminatio illatã
ab eo dicatur enerυare sententiam. Quod si absur
dissimum est dicere, quamuis sit cęcitas cordis pœ
na peccati, eo modo absurdissimũ est etiam quod
ipse dixisti, quamuis sit libido, id est, inobedientia
carnis pœna peccati: quoniam cæcitati cordis de
bet resistere scientia, & libidini continentia: eam
uero pœnam quæ nec error est, nec libido, debet
tolerare patientia. Quapropter quando deo donã
te ex uera uiuitur fide, ipse deus adest & menti illu
minandæ & concupiscentiæ superandæ, & mole-
stiæ perferendæ Hoc enim totum recte fit, quando
fit propter ipsum, id est, quãdo gratis amatur ipse:
D qualis amor nobis esse non potest, nisi ex ipso.
Alioquin quãdo sibi homo multũ placet & de sua
uirtute cõfidit, si traditur in desideria superbiæ sug
tanto amplius augetur hoc malũ, quantomagis ei
cupiditates cæterę cesserint, easq; uelut laudabilis
hanc unam oblectando compresserit. Quod ergo
in alijs opusculis meis legisse te dicis, atq; id fru-
stra refutare conatus es, esse nonnulla peccata quę
pœnæ sint etiam peccatorum, deposito uincendi
studio diligenter attende, & inuenies esse uerissi-
mum secundum ea quæ de cordis cæcitate tracta-
ta sunt. Quid enim egisti quæso te, quid egisti, cõ-
memorando apostolicum testimonium, quo egõ
illud probaui, quod in alia mea disputatione legi-
sti, quia de quibusdam scripsit dicens: Tradidit

Universidad de Deusto
Biblioteca

illos deus in reprobum sensum, ut faciant quæ nō conueniunt? Hoc enim uoluisti uideri hyperbolicum dictū, quod fit cum ad permouendos animos fidem rerum qui sermocinatur excedit. Vbi ergo id Apostolus fecerit, non graueris ostēdere. Cum inueheretur, inquis, in impiorū crimina, pœnarū ea nominibus aggrauauit, quantumq; pectori suo uirtutum omnium domicilio turpitudo horreret ostendēs, non tam reos quàm damnatos sibi tales ait uideri. Imò sicut ipse loquitur, nō sicut tu loqui fingis, & damnatos demonstrauit reos, nec solum de præteritis reos propter quæ damnatos, sed inde etiam reos unde etiam damnatos. Nam reos ostendit, ubi ait, Et coluerunt, & seruierunt creaturę potius quàm creatori, qui est benedictus in secula. Amē. Deinde damnatos propter iustū reatum, Sequitur enim, Propter hoc tradidit illos deus in passiones ignominiæ. Audis propter hoc, & quæris inaniter, quomodo intelligendus sit tradere deus, multum laborans, ut ostendas eum tradere deserendo. Sed quomodolibet tradat, propter hoc tradidit, ppter hoc deseruit: & uides eius traditionem, qualemlibet & quomodolibet intelligas quę consecuta sunt. Curauit enim Apostolus dicere quanta pœna sit à deo tradi passionib. ignominiæ, siue deserendo, siue alio quocunq; uel explicabili, uel inexplicabili modo, quo facit hæc summe bonus & ineffabiliter iustus. Nā fœminæ eorū, inqt, immutauerunt naturalē usum in eum usum qui est contra naturā. Similiter aūt & masculi relinquētes naturalem usum fœminæ, exarserūt in appetitum suum in inuicem, masculi in masculos deformitatem operantes, & mercedem mutuam quam oportuit erroris sui in semetipsis recipientes. Quid hoc euidentius, quid apertius, quid expressius? Mercedem mutuam recepisse dicit, utiq; damnatos ut tanta operarentur mala, & tamen ista damnatio etiam reatus est, quo grauius implicātur. Ita & peccata sunt ista, & pœnæ præcedentium peccatorū. Et quod est mirabilius, etiam oportuisse dicit eos istam mutuam mercedem recipere. Ita se habēt etiam superiora uerba Apostoli, quæ ipse posuisti, Mutauerūt gloriam incorruptibilis dei in similitudinem imaginis corruptibilis hominis, & uolucrū & quadrupedum & serpentium. Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorū in immunditiam: & cętera quæ sequuntur. Et hic utiq; uides causam propter quam traditi sunt, sine ulla ambiguitate monstratam. Dixit quippe quid mali ante fecissent, & adiunxit: Propter quod tradidit illos deus in desideria cordis eorum. Proinde præcedētis est hæc pœna peccati, & tamen etiam ipsa peccatum est, quod uerbis consequentibus explicat. Sed tu contra disserēs, eo modo tibi uideris istam soluisse quæstionem, quia desideriis suis Apostolus traditos dixit. Iam enim flagitiorum, inquis, desideriis æstuabant. Et adiūgis ac dicis, Quomodo ergo per potentiam tradentis dei putandi sunt in talia facta cecidisse? Quid ergo plus factum est obsecro te, aut ut quid diceret, Tradidit illos deus in desideria cordis eorum, si iam erant possessi quodā

Rom. 1

Rom. 1

modo malis desideriis cordis sui? Nunquid aūt cō sequens est, ut si habet aliquis cordis desideria mala, iam etiam consentiat eis ad cōmittenda eadem mala? Ac per hoc aliud est habere mala desideria cordis, aliud tradi eis, utiq; ut cōsentiendo eis possideatur ab eis, quod fit cum diuino iudicio traditur eis. Alioquin frustra dictum est, Post concupiscentias tuas nō eas, si iam quisq; reus est, quòd tumultuantes, & ad mala trahere nitentes sentit eas, nec eas sequitur si non eis tradit, exercēs aduersus eas glorioſa certamina si uiuit in gratia. Quid tibi enim uidet, qui obseruat quod scriptum est, si præstes animæ tuæ concupiscentias eius, quod quid est aliud, quàm desideria eius mala, faciet te gaudium inimicis & inuidis tuis? Nunquid iam iste reus est, habendo tales animæ concupiscentias, quas ei præstare nō debet, ne in gaudiū ueniat diabolo & angelis eius, qui sunt inimici atq; inuidi nostri? Cū ergo dicitur homo tradi desideriis suis, inde fit reus, quia desertus à deo cedit eis atq; consentit, uincitur, capit, trahit, possidetur. A quo em̄ quis deuictus est, huic & seruus addictus est. Et fit ei peccatū cōsequens, præcedētis pœna peccati. An nō est peccatū & pœna peccati, ubi legit, Dominus em̄ misceuit illis spiritum erroris, & seduxerunt Aegyptū in omnib. operibus suis, sicut seducit ebrius? Non est peccatum & pœna peccati, ubi deo dicit Propheta, Quid errare fecisti nos domine à uia tua obtudisti corda nostra ut nō timeremus te? Non est peccatū & pœna peccati, ubi rursus deo dicit, Ecce tu iratus es, & nos peccauimus, ꝓpterea erramus, & facti sumus sicut immundi oēs? Non est peccatū & pœna peccati, ubi legit de gentib. quas debellauit Iesus Naue, quia per dominū factū est confortari cor eorum ut obuiā irent ad bellum ad Israel, ut exterminarentur? Non est peccatū & pœna peccati, quod non audiuit Roboam rex plebē bene monentem, quoniam sicut scriptura loquitur, Erat conuersio à domino, ut statueret uerbum suum quod de illo locutus est in manu Prophetę? Non est peccatū & pœna peccati, in eo quod scriptum est Amasiam regē Iuda noluisse audire Ioas regem Israel bene monētem, ne procederet ad bellandum? Sic enim legitur, Et non audiuit Amasias quoniā à deo erat ut traderetur in manu, quoniam quæsierūt deum Edom. Et multa alia cōmemorare possemus, in quibus liquido appareat occulto iudicio dei fieri peruersitatem cordis ut non audiatur qđ uerum dicitur & inde peccetur, & sit ipsum peccatum præcedentis etiā pœna peccati. Nā credere mēdacio, & non credere ueritati, utiq; peccatum est. Venit tamen ab ea cæcitate cordis, quæ occulto iudicio dei, sed tamē iusto etiam pœna peccati monstratur. Quale est etiam illud quod ad Thessalonicenses scribit Apostolus, Pro eo q; dilectionē ueritatis non receperūt, ut salui fierent, ideo mittit illis deus operationē erroris, ut credant mendacio. Ecce pœna peccati, peccatū est. Vtrūq; claret, breuiter dictum est, aperte dictum est, ab eo dictum est, cuius alia uerba in tuam sententiam frustra detorquere conatus es. Quid est autem

Eccle. 18

Eccl. 18

Esa. 19

Esa. 63

Esa. 64

Ioſue 11

3. Reg. 12

2. Par. 25

2. Thes. 2

quod

Universidad de Deusto

quod dicis, cũ desiderijs suis traditi dicũtur, relicti per diuinã patiẽtiam intelligendi sunt, non per potentiã in peccata cõpulsi: quasi non simul posuerit hæc duo idẽ Apostolus & patiẽtiam & potentiã, Rom.9 ubi ait: Sic autẽ uolens deus ostendere iram & demõstrare potentiam suã, attulit in multa patientia uasa iræ, quæ perfecta sunt in perditionem. Quid horum tamẽ dicis esse quod scriptum est: Et propheta si errauerit & locutus fuerit, ego dominus seduxi prophetã illum, & extendã manum meam super eũ, & exterminabo eum de medio populi mei Israel. patientia est, an potẽtia? Quodlibet eligas, uel utrũq; fatearis, uides tamen falsa prophetantis peccatũ esse, pœnãq; peccati. An & hic dicturus es quod, Ego dominus seduxi prophetã illum, intelligendum est deserui, ut pro eius meritis seductus erraret? Age ut uis, tamẽ eo modo punitus est pro B peccato, ut falsum prophetãdo peccaret. Sed illud intuere quod uidit Micheas propheta, dominũ sedentẽ super thronũ suum, & omnis exercitus cœli stabat circa eũ à dextris eius & à sinistris eius. Et 3.Reg.22 dixit dominus: Quis seducet Achab regẽ Israel, & ascẽdet, & cadet in Ramoth Galaad? Et dixit iste sic, & iste sic. Et exijt spiritus & stetit in conspectu domini & dixit: Ego seducam eum. Et dixit dominus ad eũ: In quo? Et dixit: Exibo & ero spiritus mẽdax in ore omnium prophetarũ eius. Et dixit: Seduces & præualebis, exi & fac sic. Quid ad ista dicturus es? Nẽpe rex ipse peccauit, fallis credẽdo prophetis. At hæc ipsa erat & pœna peccati, deo iudicante, deo mittẽte angelũ malũ, ut apertius in- Psal.77 telligeremus, quomodo in psalmo dictum est, mi- C sisse irã indignationis suæ per angelos malos. Sed nunquid errando nunquid iniuste quicquã uel temere iudicando, siue faciẽdo? Absit: Sed non fru- Psal.35 stra illi dictum est: Iudicia tua sicut abyssus multa. Rom.11 Non frustra exclamat Apostolus: O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ dei quàm inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quis enim cognouit sensum domini, aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit ut retribuatur ei? Nullum elegit dignum, sed eligendo effecit dignũ, nullum tamen punit indignum. Ait, inquis, Rom.2 Apostolus: Bonitas dei ad pœnitentiã te adducit. Verum esse constat, sed quem prædestinauit adducit, quãuis secundum duritiam & cor impœnitẽs, quantũ ad ipsum attinet, thesaurizet sibi irã in die D iræ, & reuelationis iusti iudicij dei, qui reddet unicuiq; secundum opera eius. Quantũlibet eñ præbeat patientiã, nisi ipse dederit, quis agit pœniten- 2.Tim.2 tiã? An oblitus es quod idẽ ipse doctor ait: Ne forte det illis deus pœnitentiam ad cognoscendã ue- Psal.35 ritatem & resipiscãt à diaboli laqueis? Sed iudicia eius sicut multa abyssus. Nos certe si eos in quos nobis potestas est, ante oculos nostros perpetrare scelera permittamus, rei cum ipsis erimus. Quàm uero innumerabilia ille permittit fieri ante oculos suos: quæ utiq; si noluisset nulla ratione permitteret: & tamen iustus & bonus est, & quod præbendo patientiam dat locum pœnitentiæ, nolens ali- 2.Tim.2 quẽ perire, nouit dominus qui sunt eius, & omnia

cooperantur in bonum, sed his qui secundum pro Rom.8
positum uocati sunt. Non enim omnes qui uocati
sunt, secundum propositum sunt uocati. Multi e- Matth.22
nim uocati, pauci uero electi. Qui ergo electi, hi
secundum propositum uocati. Vnde & alibi dicit:
Secundum uirtutem dei saluos nos facientis & uo 2.Tim.1
cantis uocatione sua sancta, non secundum opera
nostra, sed secũdum suum propositum & gratiam,
quæ data est nobis in Christo Iesu ante secula æterna. Deniq; & hic cum dixisset: Omnia cooperan- Rom.8
tur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt, continuo subdidit, quoniam quos ante
præsciuit & prædestinauit, conformes imaginis filij eius ut sit primogenitus in multis fratrib. quos
autem prædestinauit, illos & uocauit: quos autem
uocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit, hi sunt secundum propo- B
sitũ uocati. Ipsi ergo electi, & hoc ante mundi con Ephe.1
stitutionem, ab eo qui uocat ea quæ non sunt tanquam sint. Sed electi, per electionem gratiæ. Vnde
dicit idem doctor & de Israel: Reliquiæ per electio Rom.4
nem gratiæ factæ sunt. Et ne forte ante constitutio Rom.11
nẽ mundi ex operibus prænotis putarentur electi, secutus est, & adiunxit: si autem gratia, iam nõ
ex operibus, alioquin gratia iam nõ est gratia. Ex
isto numero electorum & prædestinatorum etiam
qui pessimam duxerunt uitam, & per dei benignitatem adducuntur ad pœnitentiã, per cuius patientiam non sunt huic uitæ in ipsa scelerum perpetratione subtracti, ut ostendatur & ipsis & alijs cohæredibus eorum, de quàm profundo malo possit dei
gratia liberare. Ex his nemo perit, quacunq; ætate moriatur. Absit enim ut prædestinatus ad uitã, C
sine sacramento mediatoris finire permittatur hãc
uitam. Propter hos dominus ait: Hæc est autem Ioan.6
uoluntas eius qui misit me patris, ut omne quod
dedit mihi, non perdam ex eo. Cæteri autem mortales, qui ex isto numero non sunt, & ex eadẽ quidem massa ex qua & isti, sed uasa iræ facti sunt, ad
utilitatẽ nascũtur istorum. Non enim quenquam
eorum deus temere ac fortuito creat, aut quid de
illis boni operetur ignorat, cum & hoc ipsum bonum operetur quod in eis humanam creat naturam, & ex eis ordinem seculi præsentis exornat.
Istorum neminem adducit ad pœnitentiam salubrem & spiritalem, qua homo in Christo reconciliatur deo, siue illis ampliorem patientiam, siue nõ
imparem præbeat. Quãuis ergo omnes ex eadem
massa perditionis & damnationis secundum duritiam cordis sui, & cor impœnitẽs quantũ ad ipsos
pertinet, thesaurizent sibi iram in die iræ, quo redditur unicuiq; secundum opera sua: deus tamen alios inde per misericordem bonitatem adducit ad
pœnitentiam, alios secundum iustum iudiciũ non
adducit. Habet enim potestatem adducendi & trahendi, ipso domino dicente: Nemo uenit ad me, Ioan.9
nisi pater qui misit me traxerit eum. Nunquid au- 3.Reg.22
tem Achab regem sacrilegum & impium adduxit
ad pœnitentiam, aut saltem per mendacem spiritum iam seducto atq; decepto, patientiam & longanimitatẽ præbuit? Nónne in eo statim propter

Universidad de Deusto
Biblioteca

quod erat seductus, morte rapiente completũ est? Quis eũ dicat non peccasse, spiritui credendo mẽdaci? Quis dicat hoc peccatũ pœnã non fuisse peccati, uenientẽ de iudicio dei, ad quem legit mendacem spiritum, siue missum, siue permissum? Quis horũ aliqd dicit, nisi qui dicit quod uult, & quod uerum est audire non ult? Quis uero ita desipiat
Psal. 139 ut cũ audierit quod in psalmo canitur: Ne tradas me domine à desiderio meo peccatori: hoc dicat orasse hominem, ne deus sit patiens erga illum, si deus non tradit ut mala fiant, nisi patientem bonitatem præbendo cum fiunt? Quid est autem quod
Matth. 6 quotidie dicimus: Ne nos inferas in tentationem:
Iacobi 1 nisi ut non tradamur concupiscentijs nostris? Vnusquisq; enim tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. An forte hoc à deo petimus, ut nõ sit erga nos patiens bonitas eius? Non ergo eius inuocamus misericordiam, sed potius iracundiam prouocamus. Quis ista sapiat sanus: immo quis uel furiosus hæc dicat? Tradit ergo deus in passiones ignominiæ, ut fiant quę non conueniũt, sed ipse conuenienter tradit, & fiunt eadem peccata, & peccatorum supplicia præteritorũ, & supplici-
3. Reg. 22 orum merita futurorum. Sicut tradidit Achab
3. Reg. 12 in pseudoprophetarum mendacium: sicut tradidit Roboã in falsum cõsilium. Facit hæc uiris & ineffabilibus modis, qui nouit iusta iudicia sua, non solũ in corporibus hominũ, sed & in ipsis cordibus operari. Qui nõ facit uolũtates malas, sed utitur eis ut uoluerit, cũ aliquid inique uelle non possit, quæ deus pro uotis humanis ꝓpicius annuat, iratus ne nõ annuat: ac rursus quæ iratus annuat, propicius nõ annuat: atq; iterum quæ contra uota humana propicius faciat, quæ iratus non faciat, & in his omnibus bonus perseuerat & iustus. Exaudit propicius, non exaudit iratus: Et rursus non exaudit propicius, exaudit iratus. Parcit propicius, nõ parcit iratus: Et rursus non parcit propicius, parcit iratus: atq; in his omnibus bonus perseuerat & iustus. Sed ad hæc quis idoneus, utiq; ad hæc eius
Sap. 9 perscrutanda & inuestiganda iudicia? Quis homo idoneus quẽ corruptibile aggrauat corpus, etiã si habeat sancti spiritus pignus? Sed homo intelligẽs & acutus, iustam dicis esse libidinem, & laudis prę conio prædicandam, si eum qui deo nõ obediuit, non illi obediendo puniuit. Si prudenter hic saperes, profecto esse iniquitatem uideres, qua pars inferior hominis repugnat superiori atq; meliori, & tamen iuste iniquum suę carnis iniquitate punitũ: sicut est rex iniquus maligni spiritus iniquitate punitus. An & ipsum malignum spiritũ laudare disponis? Eia quid moraris? Decet enim te inimicũ gratuitæ dei bonitatis, laudatorẽ spiritus esse mẽdacis. Nec laborabis inuenire quid dicas, laudes eius paratas habes, si hæc ipsa in eum uerba trãstuleris, quæ posuisti in laude libidinis, uelut consequentia sententiã meam, quia ego dixi: Iniustum em̃ erat, ut obtẽperaretur à seruo suo, hoc est à corpore suo ei, qui non obtemperauerat domino suo. Quod tu negãs, & falsum esse deridẽs, uelut ostendere uoluisti quæ sequeretur absurditas: tanquam ultricem peccati, si hoc ita est, libidinem laudans. Certe istum mendacem spiritum quia impium regem sicut merebatur, fallendo traxit ad mortem, non negas iniquitatis ultorem. Ecce ego & hic dico: Iniustum enim erat ut qui nõ crediderat deo uero, non deciperetur à falso. Lauda ergo & istius iustitiam falsitatis, & dic quæ dixisti in laude libidinis: quia nihil ea potest laudabilius æstimari, si iniquitate ulta commissa est, si uindicauit iniuriã dei, & quia ita consortium peccati non habuit, ut officium uindicantis assumeret: omnia hæc secũdum tuos acutissimos sensus recte dicuntur, & in illius immundi spiritus laude. Ergo præconiũ laudis tuę in simili causa, aut mendaci redde spiritui, aut contumaci tolle libidini. Quid fugis ad obscurissimã de anima quæstionem in paradiso? Ab animo quidem cœpit elatio, & ad præceptum transgrediendum inde cõsensio, propter quod dictum est à serpente: Eritis sicut dij: sed peccatum illud totus impleuit. Tunc est caro facta peccati, cuius uitia sanãtur sola similitudine peccati. Vt ergo & anima & caro pariter utrumq; puniatur, nisi quod nascitur, renascẽdo emẽdetur, profecto aut utrumq; uitiatũ ex homine trahitur, aut alterum in altero tanquã in uitiato uase corrumpitur, ubi occulta iustitia diuinæ legis includitur. Quid autẽ horũ sit uerum, libẽtius disco cꝫ dico, ne audeã docere quod nescio. Hoc tamen scio, id horum esse uerũ, quod fides uera, antiqua, catholica, qua creditur & asseritur originale peccatũ, non esse cõuicerit falsum. Ista fides nõ negetur, & hoc quod de anima latet, aut ex ocio discitur, aut sicut alia multa in hac uita sine salutis labe nescitur. Magis enim curandum est, siue in paruulis, siue in grãdibus, quo anima sanetur auxilio, quàm quo uitiata sit merito. Quę tamen si uitiata negabitur, nec sanabitur. Illud sane cur dixeris, excogitare non potui, in eo quod commemorasti dixisse Apostolum: Et tenebris obplerum insipiens cor eorum. Addidisti enim notandũ esse, quoniam insipientiam causam dicat omnium malorum. Hoc quidem dixisse Apostolum non satis constat. Sed non inde contendo: tu potius cur hoc dixeris quæro. An forte quia paruuli non recte dicuntur insipientes, qui nondũ sapientiæ possunt esse participes: ideo nullum malum in eis inesse uis credi, quod esse cõsequens arbitraris, si malorum omnium causa insipientia est? Sed si disputatiõe subtilissima & elimatissima opus est, ut sciamus utrum primos homines insipiẽtia superbos, an insipiẽtes superbia fecerit: nũc propter id quod inter nos agitur, quis ignorat omnes homines qui cunq; sapientes fiunt, ex insipientibus fieri? Nisi forte aliqui ex pręconibus mediatoris magna eius multumq; insolita gratia ad sapientiam, nõ ex insipientia, sed ex infantia trãsire potuerint. Quod si natura, sine fide mediatoris fieri posse cõtenditis, arcanũ uirus pãditis hæreſis uestræ. Nihil em̃ uos agere apparet tãta defensione & laude naturę, nisi ut Christus gratis mortuus sit, cuius nos dicimus
Gal. 2 fidem quæ per dilectionẽ operatur, etiam natura
Gal. 5 insipientibus opitulari. Sunt em̃ qui tanta cordis obtusitate
Gen. 3
Rom. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

obtusitate nascũtur, ut similiores pecoribus, q̃ ho minibus uideantur. Quorum tantæ fatuitatis quæ in illis naturalis apparet, nõ potestis ullum dicere meritũ, qui nullum esse dicitis originale peccatũ. Quis autẽ non quotidie probet testibus rebus humanis, paruulum prius nihil sapere, deinde crescẽdo uana sapere, & postea si ad sapientiæ sortẽ pertinet, recta sapere. atque ita ab infantia ad sapientiam, per insipientiam mediã peruenire? Quapropter humana natura quæ iacet in paruulis, cui laudibus uestris saluatorẽ tanq̃ sana sit inuidetis, quẽ admodũ prius proferat insipientiæ q̃ sapientię fructum uidetis, & radicis eius uitium uidere nõ uultis, aut uidetis quod peius est, & negatis. Deinde alijs uerbis meis interpositis calumniaris, quod ego ipse mihi contrarius fuerim, qui cũ dixissem inobedienti homini pœnam inobedientiã sui corporis redditam, continuo alia mẽbra corporis nominatim expressérim dicẽs, quod ad nutũ nostræ seruiãt uoluntati. Hoc ergo dixi, genitalibus utiq̃ exceptis, quæ corporis nomine nuncupaui: ac per hoc & corpus uoluntati seruit in aliorũ motione mẽbrorũ, & corpus uoluntati non seruit in motibus genitalium. Non sunt ergo uerba mea inter se contraria, quãuis te patiantur, uel nõ intelligẽdo, uel alios intelligere non sinendo, contrariũ. Si em̃ pars corporis non posset nomine corporis nuncupari, non diceret Apostolus: Mulier non habet sui corporis potestatẽ, sed uir: similiter & uir non habet sui corporis potestatẽ, sed mulier. Ipsa utiq̃ mẽbra sic appellãs corporis nomine, quibus discernitur sexus, peragiturq̃ concubitus. Quis est em̃ qui dicat uirũ sui potestatẽ corporis non habere, si in his uerbis Apostoli totũ corpus intelligas, quod constat omnibus membris? Ac per hoc ego secundum Apostolum, etiam solum genitale membrũ nomine corporis nuncupaui, quod nõ uoluntate, sicut manum uel pedẽ, sed libidine moueri agnoscit sensus humanus, qui te deridet in rebus manifestis impudẽtes nebulas excitantẽ, ut nos diutius de pudendis rebus cogat & necessitas loqui, & honestas circũloqui. Sed qui uerba mea legit quæ refellere niteris, eisq̃ te insidiantẽ perspicit, sufficit mihi quia loco illo quid dixerim corpus intelligit. Verum tu qui me uerbis meis repugnasse dixisti, quod esse falsissimũ uidebit quisquis te audito ea relegerit, & Apostolũ genitalia nomine corporis appellasse recoluerit: tu ergo qui in me quasi sentẽtias inter se pugnãtes notasti & momordisti, expone quẽadmodũ tibi ipse cõstiteris, nec tibi ipse restiteris, ubi primũ dixisti, cũ uentũ fuerit ut filij seminent, ad uoluntatis prorsus nutũ mẽbra in hoc opus creata famulari, et nisi eorũ impedimẽta, aut de infirmitate, aut de immoderatione prouenĩant, seruire animi imperio: cũ prius dixeris membra genitalia ad nutũ uoluntatis seruire, & animi imperio subiacere: postmodũ inter has corporis partes eadẽ deputasti, quæ non uoluntatis imperium, sed consensum requirunt: in quo tibi aduersus manifestissime cõprobaris. Postea uero hoc genus motus in his habendũ putasti, quę multa in nostro corpore ordine suo ac dispensatione secreta, uoluntatis nõ imperiũ, sed consensum requirũt magis. uerius enim mẽbra genitalia uoluntatis non imperium, sed cõsensum requirere, q̃ uoluntatis imperio aut animi subiacere. Vnde apparet hæreticum & contrarium sibimet extitisse, prius illa & posterius ista definiẽdo, & quia erubuerit prioribus, posterioribus ueriora cõfessum, peruicacia tamen impudenti seu imperitia quæ prius praue dixerat non mutasse. Vbi quidem perspicuę ueritati ex aliqua parte cessisti, sed illud quod prius dixeras delere debuisti. Quomodo em̃ secundũ priorẽ sententiam tuã ad uoluntatis prorsus nutũ ista, de quibus agimus, mẽbra famulãtur atq̃ imperio animi seruiũt, si secundum posteriorẽ sentẽtiam tuã, sicut fames, & sitis, & digestio non uoluntatis imperium, sed consensum requirunt? Multum quidem laborasti ut hæc inuenires, quę contra te potius q̃ cõtra me diceres. Sed in tali causa non tibi esset necessarius labor, si adesset pudor. Quid em̃ prodest, quia uerecundari te dicis, & de rebus loqui talibus horrore prohiberi, sed necessitate compelli: quãdo non erubuisti sententiã tuam relinquere scriptam, contra quam tu ipse perspicua ueritate turbatus, mox aliam sententiam protulisti? Quanq̃ & ipsa cõmoratio uerecundiæ tuæ nimis inuerecunda est. Sed ideo mihi placet, quia contra te loquitur. Homo es em̃ qui nõ erubescis libidinẽ laudare, & erubescere te dicis de libidinis motib. disputare. Quid autem magnũ fuerat intueri, quod posteaq̃ dixi ut alia mẽbra moueantur positũ in potestate est, cõtinuo subieci, quando ab impedimentis corpus liberũ habemus & sanũ? Somnus enim quando inuitos premit & lassitudo, utiq̃ impedimenta sunt, quibus membrorum agilitas impeditur. Deinde quod aisti, nec in eam partẽ sequi mẽbra quã uolumus, si ita uelimus ut habitus ipse nõ patitur, nõ attẽdisti propterea me prædixisse, ut ad opera sibi congrua moueantur: Ac per hoc si ea uolumus flectere quò eorum natura non patitur, ad opera sibi cõgrua nõ sequuntur, tamẽ quando ea sequentia uoluntario motu agimus, libidinis adiutorio non egemus. Et cũ ab eis mouẽdis cessare uolumus, cõtinuo cessamus, nec contra uoluntatẽ nostram stimulo libidinis excitantẽ. Sanè quod dicis etiã genitalia seruire animi imperio, nouã quandã libidinẽ dicis, aut forte nimis antiquã qualis & in paradiso esse potuisset, si nemo peccasset. Sed quid hinc tecũ agam, quando posterioribus uerbis hoc tollis, quibus dicis nõ moueri hæc ad animi imperiũ, sed potius expectare consensum? Nec tamen ideo debes istã libidinẽ fami, uel alijs molestijs nostris cõparare. Quòd enim nemo cũ uult esurit, aut sitit, aut digerit: indigentiæ sunt istæ reficiẽdi, uel exonerandi corporis, quibus subueniendũ est, ne lędatur, aut occidat. Nunquid autẽ lædit̃ aut occidit corpus, si libidini non adhibeatur assensus? Discerne ergo mala quę per patientiã sustinemus, ab eis malis quæ per continentiã refrenamus. Nam & illa mala sunt, quæ in corpore mortis huius potuimus experiri. Quantæ autem & quàm tranquillæ

potestatis

Universidad de Deusto
Biblioteca

potestatis essemus etiã de his motibus, quibus ali-
menta sumuntur & digerũtur, in illa felicitate pa-
radisi, quis possit ut certũ est indagare, quis ut di-
gnũ est explicare? Vbi absit ut credamus aliquid
fuisse unde sensum nostrum, siue intrinsecus, siue
extrinsecus aut dolor pũgeret, aut labor fatigaret,
aut pudor cõfunderet, aut ardor ureret, aut algor
stringeret, aut horror offenderet. Quid quod istã
pulcherrimam famulam tuã, quam me pudet assi-
due uel uituperando nominare, te autem prædica
re non pudet, cõmendatiorem fieri putas, ꝙ ei ser
uiunt ut ardentius excitetur, etiã cæteræ corporis
partes, siue oculi uidentes ad concupiscendũ, siue
alia mẽbra in osculis & amplexibus? Aures quo-
que hominis quomodo ei subderes inuenisti, & e-
rexisti eius uetustissimũ quidem, sed plane glorio-
sissimũ titulum, cõmemoras quod in expositione
consiliorum suorũ Tullius posuit: quia cum uino-
lenti adolescentes tibiarũ etiam cantu, ut fit, instin
cti, mulieris pudicæ fores frangerent, admonuisse
tibicinã ut spondeũ caneret Pythagoras dicitur:
quod cum illa fecisset, tarditate modorum, & gra-
uitate cantus, illorũ furentẽ petulantiam resedisse.
Vides ergo quanto cõgruentius ego dixerim, sui
iuris hanc esse quodammodo cui seruitur ab alijs
sensibus, ut in opus suum dignetur assurgere, uel à
sua cõmotione requiescere. Hoc enim ego ideo di
xi, quia sicut ipse confessus es, cõsentitur ei potius
q̃ imperatur. Nam & ꝙ alijs concitatur stimulis,
uel modulamine frangitur & sedat̃, sicut ipse pro
sequeris, profecto nõ fieret, si seruiret hominis uo-
luntati. Fœminas autẽ quas ab isto motu immu-
nes facis, quãuis possint uirili cõcupiscẽtiæ subia-
cere, & quando nõ patiuntur suã, tamen quãtum
eius etiã ipsæ sufferãt impetũ, cui repugnat decus
Gen.39 honestasq̃ castarũ, interrogetur Ioseph. Debuisti
sanè homo ecclesiastice, ecclesiastica musica po-
tius q̃ Pythagorica cõmoneri, quid Dauidica ci-
1.Reg.16 thara egerit in Saule quando malo spiritu uexaba
tur, & tangẽte citharã sancto ab illa molestia respi
rabat: ne ideo bonũ aliquid existimes concupiscẽ-
tiam carnis, quia nonnunq̃ musicis cohibetur so-
nis. Quod autẽ dicis exclamans: O q̃ digne Hie-
remias cũ prophetarũ choro & sanctorũ omnium
Hierem.9 exclamaret: Quis dabit capiti meo aquã, & oculis
meis fontẽ lachrymarũ, ut insipientis populi pec-
cata defleret, quia ecclesia Christi doctores Pela-
giani erroris expellit: si flere salubriter uelles, hoc
fleres, ꝙ illo es implicatus errore, eisq̃ te lachry-
mis ab eadẽ noua peste dilueres. An ignoras uel
oblitus es, uel cõsiderare detrectas, sanctã ecclesiã
unã catholicã etiã paradisi significatã fuisse uoca-
bulo? Quid ergo miramini, si de isto paradiso fo-
ras mittimini, qui legẽ quæ est in mẽbris nostris
Rom.7 repugnans legi mentis, in illũ paradisum uultis in-
ducere, de quo foras à domino missi sumus, nec ad
eũ redire poterimus, nisi hãc in isto paradiso uice-
rimus? Si enim nõ ista cõcupiscẽtia quã defendis
repugnat legi mẽtis, nullũ aduersus eam certamen
quisq̃ sanctus exercet. Tu autẽ cõfessus es, aduer
sus istam quã tueris, exercere sanctos glorioſa cer

A tamina. Ipsa est igitur quæ repugnat legi mẽtis in
corpore mortis huius, de qua se gratia dei per Ie-
sum Christũ dominũ nostrũ liberari dicebat Apo-
stolus. Sentis ne iam tandẽ gratiæ huius inimici
quanto sint fonte lachrymarum plangendi, & ne
alios ad interitũ secum trahant, quanta pastoralis
curæ obseruatione uitandi? Vos enim augetis ista
nouitate eã quæ in omnibus est hæreticis, occidui
tẽporis prauitatẽ. Vos estis ruina morũ, qui ipsius
fidei supra quam mores ædificandi sunt, molimi
ni fundamenta subuertere. Vos pudoris interitus,
quos laudare non pudet, contra quod pugnat pu-
dor. Hoc potius audire debet ecclesia, quæ uirgo
dicitur, ut uos caueat: hoc matronæ, hoc uirgines
sacræ, hoc omnis pudicitia Christiana. Non enim
sicut insimulas cũ Manichæis dicunt, inesse carni
B sue mali necessitatẽ: quod malũ illi substantiale, &
deo coæternũ esse mentiunt̃, sed dicũt sanè cum Rom.7
Apostolo: Video aliam legẽ in mẽbris meis repu-
gnantem legi mẽtis meæ, esse tamen eã sub animi
potestate, gratia dei per Iesum Christũ dominum
nostrum, in mortis corpore castigandã, in morte
corporis resoluẽdam, in corporis resurrectione &
mortis morte sanandã. Tenent enim sanctã pro-
fessionẽ, non solo habitu uestis, sed & mẽtis & cor
poris resistendo cõcupiscẽtiæ carnis, quod hic fie
ri potest, non ea prorsus carẽdo, quod hic fieri nõ
potest. Hoc ergo audiãt, ut donec illa careant, uos
caueant. Nam si ab omnibus sanctis quæras tanq̃
in sancto auditorio duobus recitare cupientibus,
utrũ uituperatorẽ, an laudatorẽ malint audire libi
C dinis, quid de illis responsurũ putas, cõtinentium
laborẽ, coniugatorũ pudorẽ, omniũ castitatẽ? Ita
ne abijcerẽt ab auribus suis libidinis uituperatio-
nẽ, & libenter audirent libidinis laudẽ? Non usq̃ Horatius
adeo putandum est perisse frontẽ de rebus, ut hoc
dedecus, nisi in tali forte auditorio fieret, ubi te re-
citaturo cõsidentibus discipulis suis magister Ce
lestius aut Pelagius præsideret. Hinc ad alia uer Cap.V
ba mea transis, ubi dixi: Hunc itaq̃ motũ ideo in-
decentẽ, quia inobedientẽ, cum illi primi homines
in sua carne sensissent & in sua nuditate erubuis-
sent, foliis ficulneis eadẽ mẽbra texerũt, ut saltẽ ar
bitrio uerecundantiũ uelaretur, quod nõ arbitrio
uolentiũ mouebatur: Et quoniã pudebat quod in-
decenter libebat, operiendo fieret quod decebat.
D His uerbis meis propositis hoc te iam destruxisse
in secũdi tui libri disputatiõe, & in huius tertij cui
nunc respondeo parte superiore, inani iactatione
cõmemoras. Nunc autẽ quia istũ motũ libidinis
dixi, ideo indecentẽ, quia inobedientẽ, dixisse me
uis putari, non eã corpori, nõ animo esse subiectã,
sed uera uirtute semper indomitã. At ego illã uir-
tutem nunq̃ dixi esse, sed uitium. Quod si nõ mo-
uetur cõcupiscendo, quid est quod aduersus eam
castitas dimicat continendo? Vbi sunt illa quę ad-
uersus eã confessus es exerceri sanctorum glorio-
sa certamina? Quantũ ergo attinet ad pudicitiam,
quòd eius libidinis expugnatiõe, oppressione, fre-
natione, & ad nihil illicitũ permissione seruetur,
hoc dicis quod ego: sed quod expugnandũ, oppri-

mendum

Universidad de Deusto
Biblioteca

mendū, refrenandū eſt, ne ad illicita rapiat, quibus A cū poſſint uincere cōcupiſcentiæ malum. Si enim
inhiare nō ceſſat, bonū eſſe tu dicis, non ego. Quis libido naturale malū eſt, & uincitur amore uirtu-
autē noſtrum uerum dicat, iudicēt caſti, auſcultan tis, multo magis dicis illa oīa uitia ſuperari, quæ
tes, non linguæ tuæ, ſed experientiæ ſuæ. Iudicet de ſola uoluntate cōtingunt. Iam multis modis ad
Rom. 7 Apoſtolus, dicens: Video aliam legem in mem- iſta ueſtra, & ſæpe reſponſum eſt: Quia dum hic ui
Hæreſis Paternianorum & Venuſtianorū bris meis repugnantē legi mētis meæ. Sed Pater- uimus, ubi caro concupiſcit aduerſus ſpiritum, &
niani, inquis, itidemq; Venuſtiani hæretici ſimiles ſpiritus aduerſus carnē, quantumlibet in iſto con-
Manichæis, dicunt à lumbis uſq; ad pedes diabo- flictu ſuperiores ſimus, nec mēbra noſtra exhibea
lū feciſſe corpus hominis, ſuperiores uero partes mus arma iniquitatis peccato, obedientes deſide-
deum, uelut ſupra baſem aliquam collocaſſe: ad- riis eius: tamē ut taceā de corporeis ſenſibus, & in
dūtq; nihil ab hominis ſtudio requiri, q; ut anima rebus, quibus licite utimur ſurrepētis uoluptatis
quam in ſtomacho & capite habitare dicunt, mun exceſſibus, in ipſis certe noſtræ cogitationis moti
da ſeruetur. pubē uero ſi omniū flagitiorum ſordi bus & affectibus ſi dixerimus quia peccatum nō 1. Ioan. 1
bus oblinat, aiunt ad ſuam nō pertinere curā. Ita habemus, noſipſos ſeducimus, & ueritas in nobis
ſemper, inquis, ut ipſi libidini turpiter ſeruiāt, titu non eſt. Fruſtra igit in alia tuæ ſententiæ parte tri
lum ei propriæ poteſtatis affigunt. Cuius cogna- pudias, niſi forte ſententiā apoſtoli Ioannis repu-
tione ſentētiæ, poſuiſſe me in libro meo aſſeris: Ar B dias ſacrilega præſumptione. Quod autē nūc agi-
bitrio uerecundantium uelabatur, quod non arbi- tur, naturalē eſſe libidinē, & ego dico, quia cū illa
trio uolentium mouebat, & quod nō ſeruiens uo naſcitur omnis homo: & tu multo amplius, qui di
luntati, ſuo iure corpus libido ſuccēdit. Nunquid cis, q cū illa ſit cōditus primus homo: ita uincen-
ideo uim ueritatis effugere poteris, quia nobis ca- dā eſſe libidinē atq; ut uincat ei reſiſtendū eſſe &
lumniando importas ſocios falſitatis? Quod enim repugnandum, & ego dico, & tu, ne à me audias
ego in libro meo poſui, cui credere utinā q; reſiſte quod mihi ipſe dixiſti, profiteri te turpitudinis ad-
re maluiſſes, lōge diſtat ab iſtis Paternianis ſeu Ve uocatū, ſi libidinē negaueris eſſe uincendam, quæ
nuſtianis. Ego enim ſecundū catholicā fidem, to- utiq; nō uincit, ſi nullū cū ea gerit bellū. Cum igi-
tum hominē, totam ſcilicet animam, totumq; cor- tur libidinem & naturalem eſſe, & uinci poſſe am-
pus eius deo ſummo & uero tribuo creatori: Dia bo dicamus, utrum bonum uincamus, an malum,
bolum autem dico humanam uel aliquid eius nō ipſa inter nos uertitur quæſtio. Sed uide quàm ſis
creaſſe, ſed uiciaſſe naturā, contraq; ipſam diaboli abſurdus, & ſicut hoſtem uis expugnare libidinē,
cam plagam, quæ dei opitulatione ſananda eſt do- & de malo eius non uis finire quæſtionem: ut ſi te
nec ab ea penitus liberemur, nobis eſſe pugnan- in concupiſcentiæ diabolus aduerſitate non uice-
dum. Nec animā qua corpus uiuit uniuerſum mū C rit, uincat te in peruerſitate ſententiæ. Adhuc non
dum, quantum in hac uita mundus homo eſt, poſ- euigilas, ut intelligas noſtrā naturam non eſſe ſed
ſe ſeruari, ſi concupiſcentiæ carnis ad flagitia per- uitium, contra quod uirtute pugnamus. Neq; em
petranda & quæq; immunda conſenſerit. Quan- bono bonū, ſed bono utiq; malum uincimus. Con
tum ergo attinet ad iſtam calumniam tuam, nun- ſidera cum quo uincat, cum quo uincatur. Quan-
quid habes aduerſus iſta quæ dicas? Quod ſi parū do enim libido uincit, uincit & diabolus. Quando
eſt, ecce damno & anathematizo ea quæ Paterna libido uincitur, & diabolus uincitur. Quem ergo
nos ſeu Venuſtianos ſentire dixiſti: Addo etiam uincit libido, & à quo uincitur, eſt hoſtis eius. Cū
Manichæos: utroſq; cū cæteris hæreticis execror, quo autem uincit & uincitur, author eſt eius. Ro-
damno, anathematizo, deteſtor. Quid quæris am go te oculos aperi, & cerne quæ aperta ſunt. Nul-
plius? Exue te calumnijs, uiribus luctare, non frau la pugna eſt ſine malo. Quando em pugnatur, aut
dibus: Reſponde unde ſit, cui niſi repugnetur, nul bonū pugnat & malum, aut malum & malum: aut
la caſtitas cuſtoditur. Non eſt certe natura atq; ſub ſi duo bona inter ſe pugnāt, ipſa pugna eſt magnū
ſtantia, ſecundum Venuſtianos & Manicheos. Si malum. Quod in corpore quando contingit, ut ea
nec uitium naturę eſt, quid eſt? Exurgit, opprimo: quibus conſtat, id eſt humidū & ſiccum, calidum
renititur, refreno: repugnat, expugno. In tota ani- D & frigidū, quāuis ſint inter ſe contraria, pacē ſecū
ma & toto corpore conditorem habeo pacis deū: concordiamq; non teneant, morbi ægrotationesq;
Quis in me ſeminauit hoc bellum? Solue Apoſto naſcuntur. Et quis audeat dicere, aliquid eorū nō
Rom. 5 li quæſtionē atq; reſponde: Per unum hominē pec eſſe bonum, cū omnis creatura dei bona ſit, & be-
catum intrauit in mūdum, & per peccatum mors, nedicant in hymno trium puerorū frigus & ęſtus
& ita in omnes homines pertrāſiit, in quo omnes dominum, quę inter ſe ſunt cōtraria, ſeruāt tamen
peccauerunt. Sed non uult Iulianus. Et ad hoc A- pro rerum incolumitate cōcordiam: Cum uero in
Gal. 1 poſtole beate reſponde: Si quis uobis annuncia- noſtro corpore diſcrepant ſeſeq; inuicē oppugnāt,
uerit præter quod accepiſtis, anathema ſit. Sed ſi ualetudo turbatur. Et hoc totum ſicut ipſa mors,
cohibuero, ſicut dicis, inuictum libidinis malum, de peccati illius propagatione deſcendit. Neq; em
profitebor me eſſe turpitudinis aduocatum. Si au & hęc quiſquam dixerit, ſi nemo peccaſſet, nos in
tem dixero malum me quidem hoc dixiſſe natura illa beatitudine paradiſi fuiſſe paſſuros. Sed aliæ
le, ſed quod uinci poſſit, id eſt poſſit caueri, proti- ſunt rerum corporaliū qualitates, quę ſecū à cōtra
nus tu ex alia parte ſententiæ tuæ tripudias. Poſ- rijs tēperantur ut bene ualeamus: & cū ſint in di-
ſunt enim homines, inquis, omne uitare peccatū, uerſo genere bonæ, tamē cum diſcordant, malam

ualetudinem

Universidad de Deusto
Biblioteca

ualetudinem faciunt:& aliæ ſunt animæ cupidita A
tes quæ propterea carnis dicuntur, quia ſecũdum
carnem anima cõcupiſcit, cum ſic concupiſcit, ut
ei ſpíritus, id eſt pars eius melior & ſuperior de-
beat repugnare. Deniq; iſta uitia non medicos ul-
los corporũ quærunt, ſed gratia Chriſti medican-
te curantur, priùs ut reatu non teneãt, deinde ut cõ
flictu nõ uincant, poſtremo ut omni ex parte ſana-
ta, nulla omnino remaneant. Proinde cũ male con
cupíſcere malum ſit, & bona cõcupiſcere bonum
ſit, atq; hoc bellum quamdiu hic uiuitur non quie
ſcat, cũ caro concupiſcit aduerſus ſpiritũ, & ſpíri-
tus aduerſus carnẽ, quis me liberabit de corpore
mortis huius, niſi gratia dei per Ieſum Chriſtũ do-
minum noſtrũ? Cui gratiæ nimis inimicũ dogma
horreſcimus ueſtrum. Sed uir fortiſſimus noctur-
norum & ſi non adminiſtrator, certe exhortator B
prædicatorq; bellorũ, eneruem & mollem eſſe di-
cis opinionẽ, qua creditur in paradiſo ad nutũ uo
luntatis genitalia potuiſſe ſeruire. Tãto enim tibi
tanquam uiro caſto, effœminatior uidetur eſſe ani
mus, quanto plus habet poteſtatis in corpore. Sed
ecce non uobiſcũ de libídinis abſentia preſentiáue
contendimus, nec dilectionẽ quã debere uos ei ui
demus offendimus, ſaltẽ ipſam ſubdite uoluntatis
imperio in illo felicitatis loco. Auferte inde euidẽ
tiſſimam pugnam, quæ fit eius motioni mente re-
nitente: auferte inde turpiſſimam pacem, quæ fit
eius dominationi mẽte ſeruiente. Et certe quia nõ
eam talem uidetis, qualem ibi conſtituere ſi ratio-
ne non reuocamini, pudore cogimini, in ea qualis
nũc eſt uitium originale fatemini, cui ſi ſeruimus C
perimus, cui repugnamus ne ſeruiamus. Ecce qđ
laudas, nec times, ne tibi potius admoneas eſſe di-
cendũ, ꝙ ad flagitia concites homines ne reſiſtant
concupiſcentiæ, quam ſicut bonũ naturale cõmen
das. Quid enim te adiuuat quod reprehendere ui-
deris eius exceſſum, cuius approbas motũ? Tunc
enim excedit licitum limitem, quando eius moti-
bus ceditur. Mala eſt tamen & quando non cedi-
tur, quia malo reſiſtitur, ne bonum caſtitatis inte-
reat, ſi huic malo nõ reſiſtatur. Quã tu cũ bonam
naturaliter dicis, aſtute illi ſemper cõſentiendũ eſ-
ſe decernis, ne reniſu improbo repugnetur natura
li bono. Ita quippe poteſt facillime uera eſſe etiam
illa ueſtra ſentẽtia, qua dicitis hominẽ ſine pecca-
to eſſe ſi uelit. Nõ eſt em̃ quomodo faciat qđ nõ D
licet, quãdo licet quicqd libet, quia bonũ eſt quod
naturaliter libet. Si ergo aſſunt, uoluptatibus per-
fruatur, ſi autẽ non aſſunt, ipſis earũ cogitationib.
ſicut Epicuro uiſum eſt, oblectetur, & erit ſine pec
cato, nec ſe ullo fraudabit bono: nec cuiuſq; doctri
næ opinionibus reſiſtat naturalibus motibus, ſed
ſicut ait Hortenſius, tunc obſequatur naturæ, cũ ſi
ne magiſtro ſenſerit quid natura deſideret. Non e-
nim poteſt quę bona eſt deſiderare quod malũ eſt,
aut negandũ eſt bonæ aliquod bonũ. Fiat itaq; to-
tũ quod deſiderat libído bona, ne ipſe ſit mal? qui
reſiſtit bono. Non hoc dico, inquies, & iniuſtũ eſt
ut aliud me ſuſpiceris ſentire ꝙ loquor. Noli ergo
facere quod patí nõ uis, & dicere quod inuitemus

ad dulcia furta quibus Apoſtolũ recitamus dicen
tẽ: Scio ꝙa nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea Rom.5
bonũ. Et ſi enim nõ hoc perficiunt bonũ quod uo
lunt, ut non concupiſcant: faciunt tamen bonum,
ut poſt concupiſcentias ſuas nõ eant. Si enim uos
caſtitatem uobis uidemini docere, cũ dicitis: Noli 1.Cor.12
uinci à bono, ſed uince in bono bonũ: quanto ma-
gis eã nos docemus, cũ dicimus: Noli uinci à ma-
lo, ſed uince in bono malum. Vide q̃ſ ſit iniuſtum
ut nos quod uituperamus, expugnare non credas,
qui te credi nõ uis eo frui uelle quod laudas. Quo
modo caſti eſſe non poſſunt inimici libidinis, ſi ca
ſti eſſe poſſunt & eius amici? Quòd ergo negãtes
originale peccatum, & inuidẽtes paruulis ſaluato
rẽ Ieſum, legẽ peccati repugnantẽ legi mẽtis intro
ducere uultis & in paradiſum ante peccatũ, hoc in
uobis iſto opere confutamus: Eorum quæ non ui
demus in uobis nec audiuimus ex uobis, nolu-
mus eſſe iudices. Nihil noſtra intereſt, quid in oc-
culto agãt aperti libídinis laudatores. Cum ue- Cap. VI
ro aliis uerbis meis ꝓpoſitis, illã diſtinctionẽ meã,
quã de nuptijs & cõcupiſcentia priorũ hominum
poſui, dicẽs: Quod em̃ illi poſtea propagatione fe
cerũt, hoc eſt connubij bonũ: quod uero priùs cõ-
fuſione texerunt, hoc eſt cõcupiſcẽtiæ malum: ſic
refellẽdũ putaſti, ut diceres fieri nõ poſſe, ut quod
bonũ eſt non habeat cõmunem cum eo laudem,
ſine quo eſſe non poteſt, ita uolens unã eandemq;
laudem nuptijs & libídini eſſe communem: quo-
modo corruat iſta tua uelut definitiua ſententia,
pauliſper attende. Primũ quòd uniuerſitas rerum
quã condidit deus, non poteſt eſſe ſine malis, nec
ideo tamen mala cõmunem laudem poſſunt habe
re cũ bonis. Deinde ſi fieri non poteſt, ut quod bo
nũ eſt nõ habeat cõmunem cum eo laudem, ſine
quo eſſe non poteſt: profecto & quod malum eſt,
ſic fieri non poteſt, ut non habeat communẽ cum
eo uituperationem, ſine quo eſſe non poteſt. Vitu
peremus igitur opera dei, ſicut uituperamus ma-
la, quæ ſine illis eſſe nõ poſſunt. Nullum enim ma
lum eſt niſi in aliquo opere dei, nec ſine illo eſſe o-
mníno alícubí poteſt. Vitupera ergo, ut nõ te lon-
gius mittam, mẽbra humana, ſicut uituperas adul
teria, quæ ſine illis membris eſſe nõ poſſunt: quod
ſi nõ facis, ne tibi quoq; ipſe manifeſtus appareas
inſanus, poteſt igitur nuptiarum bonum nõ habe
re laudem communem cum libídine, ſine qua eſſe
nunc nõ poteſt: ſicut quodlibet malum poteſt nõ
habere communem uituperationem cũ opere dei,
ſine quo eſſe nunquam poteſt. Sicut autem iſta de
finitio tua falſa & inanis eſt, ita omnia quæ ex illa
tanquam conſequentia nexuiſti. Inuictã ſane nun
quam ego uoluptatem carnis, ſicut ſolere me inſi-
mulas, dixi. Ambo eã & debere & poſſe dicimus
uinci: ſed tu tanquã bonum repugnãte alío bono,
ego tanquam malum repugnante bono: & tu uiri
bus proprijs, ego gratia ſaluatoris, ut nõ alia repro
ba cupiditate, ſed dei charitate uincatur, quæ non
uiribus noſtris diffunditur in cordibus noſtris, ſed
per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. De cõfu
ſione autẽ illorum hominum pudẽdiſq; coopertis

fruſtra

Universidad de Deusto
Biblioteca

frustra tecō memoras aliquid Apostolo attestante mōstralle. Tu em̄ uere cūdiora dicis, quæ ille dicit inhonesta, unde iam quantū satis uisum est disputauimus. Tu itaq; frustra refugis rursus ad Balbum, ac philosophorum literas, quasi Balbus te faciat loquentem, quando de illa confusione primorum hominū non potes inuenire quid dicas. Si autem in quibusdam ueris sententijs saltem philosophorum literis cederes, non surdo corde illud audires, q̄ uoluptates illecebras atq; escas malorum, & uitiosam partem animi dixerunt esse libidinē. Nam quod in nostro corpore loca digestionis Balbus remota dixit à sensibus, ideo uerum est, quoniā sensus nostros ea quæ digerimus nō alliciunt, sed offendunt: Propterea pars qua egeruntur, naturaliter alijs partibus altrinsecus prominentibus occultatur, sicut etiam tunc erant quādo nudi non confundebantur, qui post peccatum cōtinuo non occulta, sed plane in promptu posita membra texerunt. Quibus quanto magis non horrore offendebatur, sed delectatione allicebatur aspectus & mouebat susceptā tuam, tanto magis ea tegere ad pudoris officium pertinebat. Quod autem de claudicatione & puentione dixi, si fraude non agis, non intellexisti. Non enim peruentionem accipi uolui hominem qui nascitur de cōcubitu coniugali, qd' me sensisse arbitraris aut fingis: sed peruētionem dixi quod bonum habent in fine officij sui nuptię, etiam si nullus inde nascatur. Seminare quippe aduirum pertinet, excipere ad fœminam. Hucusque cōiuges opere suo possunt. Ad hoc dixi sanè sine claudicatione non posse, hoc est sine libidine peruenīri. Vt autem cōcipiatur fœtus atq; nascatur, diuini est operis, non humani, qua tamen intentione ac uolūtate, etiam illud bonum quod ad earum opus pertinet, peragunt nuptiæ. Sed quia ipse fœtus damnationi nascitur si non renascatur, eo usq; pertendunt nō operis sui uelut ambulationis, sed uoluntatis fide Christiana coniugia, ut regenerandos generēt, propter quod in eis uera, hoc est deo placēs est pudicitia. Sine fide enim impossibile est
Cap. VII 1. Thess. 4 deo placere. Venis deinde ad illud ubi egimus ex Apostoli testimonio, ut sciat unusquisq; suum uas, id est, suam coniugem possidere, nō in morbo desiderij sicut gentes quæ ignorant deum: Quod exponens dixi, non coniugalem, hoc est licitū honestumq; concubitum fuisse prohibitum, sed ut operis huius causa sit uoluntas propaginis, non carnis uoluptas: et quod sine libidine fieri non potest, sic tamen fiat, ut non propter libidinem fiat. Ibi tu
Rom. 11 exclamas, O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei, qui extra futuram operum retributionem ex multa parte liberum arbitrium formam uoluit implere iudicij. Iustissime enim sibi bonus homo, inquis, malusq; committitur, ut & bonus se fruatur, & malus seipse patiat. Quæ prorsus exclamatio tua ad rem non ptinet, qua te sentis urgeri: nec tuo clamore pondus quo premeris subleuas, impium dogma uestrum mordicus tenens, quo uobis placeat etiam bonum hominē diuino iudicio sibi quemq; cōmitti, ne scilicet ei sit necessaria dei
A gratia, uelut idoneo qui semetipsum agat. Sed absit ut ita sit. Prorsus qui sibi committuntur, & à semetipsis aguntur, non sunt boni, quia non sunt filij dei: Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij Rom. 8
sunt dei. Puto quòd agnoscas in hac sententia dogma apostolicum, quo illud subuertitur uestrum. Verumtamen dicis aliquid cōtra te, quod tacitus præterire non debeo. Meministi ne quādiu disputaueris contra lucidissimam quæ per Apostolum deprompta est ueritatē, affirmans nullo modo esse posse aliquid quod & peccatū sit & pœna peccati? Quid est ergo nunc, quòd oblitus tantæ loquacitatis tuæ ideo laudas altitudinem diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, quia extra futuram operum
B retributionē, ex multa parte liberū arbitrium formam uoluit implere iudicij? Iustissime enim sibi ficut definis, bonus homo malusq; cōmittitur, ut & bonus se fruatur, utiq; in opere bono: & malus seipse patiatur, utiq; in opere malo. Quod profecto illi & peccatū est, quia malum facit, & pœna peccati, quia malū se patitur: ut ex multa parte formā iudicij quo bona bonis, & mala malis retribuunt̄, iam impleat liberū arbitrium, quo recte agendo se fruitur bonus, & peccando se patitur malus. Cernis nempe cum arma tua uana quidē & obtusa iactanter uentilas, quomodo quà ferireris, nudaueris: imò teipse percusseris. Et insuper iactas mea inter se dicta esse cōtraria, quia dixi, non quidem ut tu calumniaris, concubitū corporū à diabolo fuisse repertū, cum etiā si nemo peccasset non nisi con
C cumbente utroq; sexu filij nascerentur: sed dixi inobedientiam carnis, quæ in carne concupiscente aduersus spiritum apparet, diabolico uulnere contigisse. Et rursus, quia dixi, hanc legem peccati repugnantem legi mentis à deo illatā propter ultionem, & ideo pœnā esse peccati. Hæc inter se asseueras esse contraria. Quasi fieri nō possit ut unum atq; idē malū et diaboli iniquitate & dei æquitate peccātibus ingeratur: cum etiam ipse diabolus & propria malignitate sit infestus hominibus, & dei iudicio sinatur nocere peccātibus. Neq; hinc sibi ipsa diuina aduersantur eloquia, quia scriptū est, Deus mortem nō fecit. Item scriptum est, Vita & Sap. 1
mors à domino deo: quia deceptor hominis causa Eccl. 11
mortis est diabolus, quam non ut primus author
D eius, sed ut peccati ultor intulit deus. Verū istam quæstionē satis dilucide ipse soluisti, qui hominē malum dixisti sibi esse cōmissum, ut q̄ sibi est ipse suppliciū, & diuinū sit iudiciū, & ipse liberum arbitrium, nec sint inter se duo ista cōtraria, quòd in pœna sua & ipse author est & ultor deus. Abuteris aūt ingenijs tardioribus: Nolo em̄ dicere, quia & tu non intelligis, ut non discernas hæc duo, & maligna calliditate aut tenebrosa cęcitate confundas uoluntatē & uoluptatem: et sicut ipsa nomina surdastris auribus unū atq; idē sonant, ita res ipsas surdastris cordibus unum idemq; esse persuadere te posse confidas. Hinc est q̄ sententias meas inter se contrarias putas uel putari cupis, tanq; improbem quod ante approbauerim, aut amplectar qd' ante respuerim. Audi ergo apertā sententiā meā,

Universidad de Deusto
Biblioteca

& intelligę uel ſine intelligere alios, non oſtunden A
do caligines nebuloſæ diſputationis ſerenitati ſyn
ceriſſimæ ueritatis. Sicut bonum eſt bene uti ma-
lis, ita honeſtum eſt bene uti inhoneſtis. Vnde &
ipſa membra non propter diuini operis pulchritu-
dinem, ſed propter libidinis fœditatē inhoneſta di-
cit Apoſtolus. Nec ad ſtupra cogūtur neceſſitate
qui caſti ſunt, quia reſiſtunt inhoneſtæ libidini, ne
compellat eos inhoneſta committere, ſine qua ta-
men nō poſſunt honeſte filios procreare. Ita fit ut
coniugibus caſtis & uolūtas ſit in ſobolis procrea
tione, & neceſſitas in libidine. De inhoneſto quip
pe honeſtas agitur procreandi, quando libidinem
nō amat, ſed tolerat caſtitas concumbendi. Soles
libēter cōmemorare quibus te adiuuari putas, au-
thorum ſententias ſeculariū. Intuere honeſto cor- B
de ſi potes, quid de Catone Poeta cecinerit,

Vrbi, inquit, pater eſt, urbiq; maritus:
Iuſtitię cultor, rigidi ſeruator honeſti.
In cōmune bonus, nullosq; Catonis in actus
Surrepſit, partemq; tulit ſibi nata uoluptas.

Qualis enim uir Cato fuerit, & utrū in eo uera uir
tus honeſtasq; laudata ſit, alia quæſtio eſt: ad quē-
libet tamen finem ſua referret officia, non utiq; ſi-
ne uoluptate filios procreauit, & tamē nullos Ca-
tonis in actus ſurrepſit, partemq; tulit ſibi nata uo-
luptas: quoniam & quod non faciebat ſine uolu-
ptate, nō faciebat propter uoluptatem: nec in mor
bo huius deſiderij ſuum uas poſſidebat, quamuis
ignoraret deum, ſi talis fuit qualis prædicatur. Et
1. Theſſ. 4 non uis intelligere quod ait Apoſtolus, Vt ſciat u-
nuſquiſq; ueſtrum ſuum uas poſſidere, nō in mor- C
bo deſiderij, ſicut gentes quæ ignorant deum. Be-
ne diſcernis inter bonū minus coniugale, & bonū
amplius continentiæ, ſed tuum dogma non deſe-
ris inimiciſſimū gratiæ. Dicis em̄, q̄ dominus con
tinentię gloriam libertate electionis honorauerit,
Matt. 19 dicens, Qui poteſt capere capiat: tanq̄ hoc capia-
tur non dei munere, ſed arbitrij libertate, & taces
quod ſupra dixerit, Non omnes capiunt uerbum
hoc, ſed quibus datū eſt. Vide quæ taceas, quæ di-
cas. Puto q̄ te pungat conſcientia: ſed uincit rectū
timorem, cum ingerit peruerſum pudorem, quo-
quomodo iam defendenda præcipitata ſententia.
Tantūmodo exceſſum libidinis idētidem culpas,
ipſam laudare non ceſſas. Nec attendis, ſentis, in- D
telligis malum eſſe, cui ne limitem neceſſitatis ex-
cedat, cogitur temperantia repugnare. Quamuis
tu quod monuit Apoſtolus, ne in morbo deſiderij
ſuum uas quiſq; poſſideat, non de coniugio, ſed de
fornicatione accipiendum putaueris, atq; ita tem-
perantiæ totam honeſtatem de concubitu coniu-
gum abſtuleris, ut nemo ſibi uideat̄ in morbo de-
ſiderij ſuum uas poſſidere, quātacunq; libidine in
uxoris genitalibus potuerit inſanire. Si em̄ ullum
ibi tenendum exiſtimares modum, potuiſti & il-
lic cōcupiſcentiæ reprehendere exceſſum, eumq;
dicere ab Apoſtolo ſignificatum morbum deſide
rij, & non improbe negare, ſuum uas dictum fuiſ-
ſe cuiq; coniugem ſuam. Quo uerbo in eadem re
etiam Petrus apoſtolus utitur, ubi monet ut uiri
uxoribus ſuis tanquam infirmiori uaſi tribuāt ho
norem, uelut cohæredibus gratiæ, adiungēs & di
cens, Et uidete ne impediantur orationes ueſtræ.
Sicut & coapoſtolus eius tēpora præſcribit oran-
di temperantię coniugali: & ſecundum ueniā con
cedit, quamuis cum coniuge, non utiq; illum pro-
lis, ſed qui fit uoluptatis intentione concubitum.
Hunc audiant Chriſtiana coniugia, non te, qui uis
in eis quam defendis, nunquam frenari concupi-
ſcentiam, ſed quotienſcunq; ſe commouerit ſatia-
ri auidam, regnare ſecuram. Hunc audiant, inq̄t, fi
deles Chriſti qui ſunt cōnubio colligati, ut ex con
ſenſu temperent, quo uacent orationi: & quum ad
ipſum redeunt propter intemperantiam ſuam, no-
uerint etiam inde dicere deo, Dimitte nobis debi- Matt. 6
ta noſtra. Quod enim ſecundū ueniam, non ſecun
dum imperium à tanto doctore dicitur, utiq; igno
ſcitur non iubet̄. Sed inſertis alijs uerbis meis Cap. VIII
ubi uoluntatem uere piorum Chriſtianorum con
iugum cōmendaui, qui filios ad hoc generant in
hoc ſeculo, ut propter alterū ſeculum regenerentur in Chriſto, commemoras te iam in ſecundo li-
bro iſtam meam deſtruxiſſe ſententiam: ubi quid ti
bi reſponderim, ibi potius legant qui uolunt. Sic
enim non ſunt facienda adulteria, etiam uolunta-
te generandi regenerandos, quemadmodum nec
furta facienda ſunt, etiam uoluntate paſcendi pau-
peres ſanctos: quod tamen faciendum eſt, non fur
ta perpetrādo, ſed bene utendo mammona iniqui-
tatis, ut & ipſi recipiantur in tabernacula æterna:
ſicut non adulteria cōmittendo, ſed coniugaliter C
bene utendo malo libidinis, ea uoluntate generan
di ſunt filij, ut cum eis regnetur in æternum. Ve-
rum eleganter laudas ſuſceptā tuam dicens, & ue
rum dicens, quod nihil tale poſſit dum concumbi
tur, cogitari. Prorſus ita eſt. Quid em̄ cogitari po-
teſt tunc quando mens ipſa qua cogitatur, illa car
nali delectatione ſubmergitur? Vnde optime ille
de uoluptate diſputans, quæ uerba in libro ſupe-
riore iam poſui, Cuius motus, inquit, ut quiſq; eſt
maximus, ita eſt inimiciſſimus philoſophiæ. Con
gruere enim cum cogitatiōe magna uoluptas cor-
poris non poteſt. Quis enim cum utatur uolupta-
te, inquit, ea qua nulla poſſit maior eſſe, attendere
animo, inire rationem, cogitare omnino quicquā
poteſt? Non igitur etiam tu potuiſti grauius accu- D
ſare quam laudas, niſi fatēdo in eius impetu nemi
nem poſſe ſancta cogitare. Sed utiq; religioſus ani
mus iſto malo bene utēs hoc cogitat, ut libidinem
concumbendo patiatur, quod non poteſt cogita-
re cum patitur. Sicut ſalutem homo cogitat, ut ſo-
mno ſe impertiat, quod utiq; non poteſt cogitare
cum dormit: ſed ſomnus cum occupat membra ea
non facit inobediētia uoluntati: quia & ipſam uo-
luntatē ab huiuſcemodi alienat imperio, auerten-
do animam ad uiſa ſomniorum, in quibus ſæpe e-
tiam futura monſtrata ſunt. Vnde ſi erat in paradi
ſo uiciſſitudo uigilandi atque dormiendi, ubi non
erat malum concupiſcendi, tam felicia erant ſom-
nia dormientium, quàm uita uigilantium. Quòd
autem te iactas, & inaniter ſpumeū diffundis elo-
quium

Universidad de Deusto
Biblioteca

quium, parentes comparans parricidis, in eis asse-
rens esse causam ut filij cum damnatione nascan-
tur: fereris omnino linguę tuæ uelut exultantibus
& plaudentibus pennis, nec in isto strepitu quem
tibi ipse facis, respicis deum. Cur enim nō ista uel
tale aliquid, ipsi potius hominū creatori quàm ge-
nitoribus dicitur, qui certe omnium bonorum est
author & conditor? Et tamen quos ignibus æter-
nis præsciuit arsuros, creare nō desinit: nec ei quia
eos creat, nisi bonitas imputatur. Et quosdā infan-
tes etiam baptizatos quos futuros præsciuit apo-
statas, non aufert ex hac uita in æternum regnum
adoptatos, nec eis confert magnum beneficium,
Sap. 4 quod ei de quo legitur, Raptus est ne malitia mu-
taret intellectum eius: Nec tamē deo tribuitur, ni-
si bonitas atque iustitia qua de bonis & malis om-
nia bene ac recte facit. Quāto facilius intelligitur
parentibus non esse tribuendū, nisi quod filios uo-
lunt, q procul dubio quæ illis futura sunt nesciunt.
Quod autem cōmemorasti ex Euangelio, Melius
Matt. 26 erat homini illi non nasci: nónne ut nascerer plus
opere dei actum est quàm parentum? Cur nō ipse
imagini suæ præstitit, quod melius erat, qui malū
quod ei futurū fuerat præsciebat, quod parentes
nosse non possunt? Et tamen ab eis qui recte intel
ligunt, non tribuitur deo, nisi quod benignitati tri
buendum est creatoris: Sic & parentibus sine no-
do difficilis quæstionis hoc tribuitur, quòd filios
uoluerunt quorum futura nesciuerūt. Ego autem
nō dico paruulos sine Christi baptismate morien-
tes tanta pœna esse plectendos, ut eis non nasci po
tius expediret, cum hoc dominus non de quibusli
bet peccatoribus, sed de scelestissimis & impijssi-
mis dixerit. Si enim, quod de Sodomis ait, & uti-
que non de solis intelligi uoluit, alius alio tolerabi
lius in die iudicij punietur, quis dubitauerit paruu
los non baptizatos qui solū habent originale pec-
catum nec ullis propriis aggrauātur, in damnatio-
Infantū dam- ne omniū leuissima futuros? Quæ qualis & quan-
natio leuissi- ta erit quamuis definire non possim, non tamen au
ma deo dicere, quòd eis ut nulli essent quàm ut ibi es-
sent, potius expediret. Verū uos quoq; qui eos ue-
lut liberos ab omni damnatione esse contenditis,
cogitare non uultis, qua illos damnatione punia-
tis, alienando à uita dei et à regno dei tot imagines
dei: postremo separando à parētibus prijs, quos ad
eos procreādos tam diserte hortaris. Hæc autem
iniuste patiuntur, si nullum habent omnino pecca
tum: aut si iuste, ergo habent originale peccatum.
Cap. IX Alijs deinde propositis meis uerbis quib. com-
memorauí quàm honeste sancti antiq patres con-
iugibus usi fuerint: dicis eos non hoc intuitu ope
ram dedisse propagini, ut tanquam reos gignerēt
filios baptismate diluēdos, eo quòd baptisma quo
nunc adoptamur, nōdum fuerat institutum. Hoc
de baptismate uerum dicis: Nec ideo tamē creden
dum est, & ante datā circūcisionem famulos dei,
quandoquidem eis inerat mediatoris fides in car-
ne uenturi, nullo sacramento eius opitulatos fuis-
se paruulis suis: quamuis quid illud esset aliqua ne
cessaria causa scriptura latere uoluerit. Nam & sa-
A crificia eorum legimus, quibus utiq; sanguis ille fi
gurabatur, qui solus tollit peccata mūdi. Apertius
etiam legis tam tempore nascentibus paruulis, of-
ferebantur sacrificia pro peccatis. Respondē, pro
quibus peccatis. Respice etiam illis generantibus
patribus peritura fuisse animam paruuli de popu-
lo suo, si die non circūcideretur octauo: & respon
de quo merito periret, quem negas originali obno
xiū fuisse peccato. Iam uero de Ioseph, cuius Ma-
riam teste Euangelio coniugem dixi, multa diu di
sputas contra sententiam meam, & conaris osten-
dere, quia cōcubitus defuit, nullo modo fuisse con
iugium: ac per hoc secundū te cum destiterint con
cumbere coniuges, iam non erunt cōiuges, & di-
uortiū erit illa cessatio. Quod ne contingat, agant
B sicut possunt decrepiti quod iuuenes agebant, &
ab hoc opere quo etiam cōtinens nimium delecta
ris, nec effœtis ætate corporibus parcant. Non se
cogitent quantū ad libidinis attinet incentiua, se-
nuisse, ut possint coniuges permanere. Si hoc tibi
placet, tu uideris. Ego autem, quia liberorum pro-
creandorum causa uxores esse ducēdas honestas
cōsentit humana, quolibet modo libidini cedat in
firmitas, præter fidem quam sibi debēt coniuges,
ne fiant adulteria, & prolem cuius generandę cau
sa sexus uterq; miscēdus est: aduerti etiam tertium
bonū quod esse in coniugibus debet, maxime per
tinentibus ad populū dei: quod mihi uisum est es-
se aliquod sacramentū, ne diuortium fiat uel ab ea
coniuge quæ nō potest parere, uel sicut fecisse Ca
C to perhibetur, ne ab eo uiro qui plures nō uult su-
scipere filios, alteri fœtanda tradatur. Propter hoc
in illo quod secundū Euangelium cōiugium nun
cupaui, omnia tria bona nuptiarum dixi esse com
pleta. Fidē, quia nullum adulteriū. Prolem, ipsum
dominū Christum. Sacramentum, quia nullum di
uortium. Nō ergo quia dixi omne nuptiarum, id
est, hoc tripertitū bonum, in illis Christi parētibus
fuisse completum, propterea hoc dixisse putari de
beo, sicut insimulas, ut quicquid aliter fuerit, ma-
lum esse uideatur. Dico enim & aliter bonum esse
coniugium, ubi proles nisi per concubitū non po
test procreari. Si enim aliter posset, & tamen con-
cumberent coniuges, aptissime libidini cederent,
atq; illo malo uterentur male. Cum uero propter
D quod sexus ambo sunt instituti, nisi eorū commix-
tione non nascitur homo, propter hoc mixti con-
iuges illo malo utunt bene. Si aūt de libidine quę
runt etiam uoluptatem, uenialiter male. Quasi ma
ritus, inquis, Ioseph in opinione omnium erat: se-
cundum hāc opinionem, non secundū ueritatem
locutam fuisse scripturā uis intelligi, ut uirginem
Mariam eius coniugem diceret. Hoc putemus E-
uangelistā facere potuisse, cum uel sua uel cuiusli
bet alterius hominis uerba narraret, ut secundum
opinionem hominū loqueretur. Nunquid & an-
gelus loquens unus ad unum, contra cōscientiam
& suam & ipsius cui loquebatur, secundū opinio
nem potius quàm secūdum ueritatem fuerat locu-
turus, qui ei dixit, Noli timere accipere Mariam Matt. 1
cōiugem tuam? Deinde quid opus erat ut usq; ad

Ioseph generationes perducerentur, si non ea ueri A tate factum est, qua in coniugio sexus uirilis excellit? Quod ego in libro cui respondes, cum posuissem, tu prorsus attingere timuisti. Dicit autem Lucas Euangelista de domino, ꝙ putabatur filius Ioseph, quia ita putabatur, ut per eius concubitū genitus crederetur. Hanc falsam uoluit remouere opinionem, non Mariā illius uiri negare cōiugem, cōtra angelum testem: quanꝯ & tu ipse etiam ex desponsionis fide, eam nomen coniugis accepisse fatearis. Quæ fides utiꝯ inuiolata permansit. Neque enim cum eam uidisset iam uirginē sacram, diuina fœcunditate donatam, ipse aliā quęsiuit uxorem: cū utiꝯ nec istā quæsisset, si necessariā coniugem non haberet: Sed uinculum fidei coniugalis non ideo iudicauit esse soluendū, quia spes cōmiscendæ carnis ablata est. Verum de isto coniugio quod uis existima, nos tamen non ut calūniaris dicimus, sic fuisse primos coniuges institutos, ut sine cōmixtione utriusꝯ sexus coniuges essent: sed utrum in paradiso ante peccatum caro concupiuerit aduersus spiritum: uel utrum nunc in coniugibus hoc nō fiat, quando eiusdem cōcupiscentię etiam per pudicitiā coniugalem cohibet excessus: & utrum malum nō sit, cui repugnanti cōsentiendum non est, ne in sui pergat excessum: & utrum non ex ipsa & cum ipsa concupiscentia nascatur, cui malum inesse ullum negas: & utrū ab ingenerato malo possit hominū quisꝯ sine regeneratione liberari: hoc inter nos differitur. In his quæstionibus catholica ueritate antiqtus tradita, uestra impia nouitas suffocatur. Quod aūt putasti congerenda esse sacrarū testimonia literarū, quibus probares unde inter nos nulla quæstio est, à deo creari hominē, quod de quolibet uermiculo negare fas non est: quò pertinuit, nisi ut te appareret campos quæsisse uerborū, ubi uentose atꝯ inaniter curreres? Sed cum etiā sancti Iob testimonium tam loquaciter adhiberes, quare nō tibi uenit in mētem quod ait idem homo dei, cum de peccatis sermo eius esset humanis, neminē mundum à sorde, nec infantē cuius est unius diei uita super terrā? Nam misericordiam & magnis & pusillis omnibus præstari ab illo à quo salus est & hominum & pecorū, & qui facit solem suū oriri super bonos & malos, quis abnuat, nisi qui deum esse, aut terrena curare non credit? Quod tu quasi inde contenderemus, per testimonium sancti Iob docere uoluisti, quia dixit: Ossibus & neruis cōpegisti me, uitā & misericordiam tribuisti mihi. Vbi quidē ille potuit nō omnem significare hominē, sed de seipso gratias agere, ꝙ eum carnaliter natum non deseruerit, sed ei misericordiam ut uere uiueret, id est, iuste uiueret, qui eum cōdidit, ipse præstiterit. Aut certe qa parum erat uita quā nascendo sortitus est, ideo addidit, & misericordiā, ne remaneret naturaliter filius iræ sicut cæteri, atꝯ inter uasa iræ nō inter uasa misericordię fieret. Cur autem de malo quod ei adiacet atꝯ inest membris eius reus non sit fidelis, & ex eo malo tamen qui nascitur reatum trahat, iam nescio quotiens diximus. fideli enim hoc B beneficium regeneratio contulit, non generatio. Inde ergo ab isto reatu soluenda est proles, unde solutus est parens. Sed magnum aliquid te dialecti ca docuit, rem quæ in subiecto est, sine illa re esse non posse, in qua subiecta est. Et ideo putas malum quod est in parente, utiꝯ in subiecto, alij rei, id est proli, ad quam nō peruenit, reatum non posse transmittere. Recte hoc diceres, si malum concupiscentiæ de parente nō peruenire ad prolem. Cū uero sicut sine illo nemo seminatur, ita sine illo nemo nascat, quomodo dicis eò non puenire quò transit? Non em̄ Aristoteles, cuius cathegorias insipienter sapis, sed Apostolus dicit: Per unū hominem peccatū intrauit in mundū, & per omnes homines transiit. Nec sanè tibi dialectica illa mentit, sed tu non intelligis. Verū enim est quod ibi accepisti, ea quę in subiecto sunt, sicut sunt qualitates, sine subiecto in quo sunt esse nō posse, sicut est in subiecto corpore color aut forma: Sed afficiendo transeūt non emigrando: quēadmodū Aethiopes, quia nigri sunt nigros gignūt, nō tamē in filios parentes colorē suum uelut tunicā transferūt, sed sui corporis qualitate, corpus quod de illis propagat̄ afficiunt. Mirabilius est aūt quando rerū corporalium qualitates in res incorporales transeūt: & tamen fit, quādo formas corporū quas uidem⁹, haurimus quodāmodo, & in memoria recōdimus, & quocūꝯ pergimus nobiscū ferim⁹, nec illę recesserunt à corporibus suis, et tamē ad nos mirabili modo affectis nostris sensibus transierūt. Quomodo C aūt de corpore ad spiritū, eo modo transeūt de spiritu ad corpus. Nam colores uirgarū quas uariauit Iacob, afficiendo transierunt in animas pecorū matrum, atꝯ inde rursus eadem affectione transeundo apparuerūt in corporibus filiorū. Tale uero aliquid etiā in fœtibus humanis posse cōtingere, Soranus medicinę author nobilissimus scribit, & exemplo cōfirmat historiæ. Nam Dionysiū tyrannū narrat, eo ꝙ ipse deformis esset, nec tales habere filios uellet, uxori suę in cōcubitu formosam ꝓponere solere picturā, cuius pulchritudinē cōcupiscendo quodāmodo raperet, et in prolē quam concipiebat, afficiendo transmitteret. Neꝯ em̄ deus ita naturas creat, ut leges auferat quas dedit motibus uniuscuiusꝯ naturæ. Sic & uitia cuiusꝯ sint in D subiecto, ex parentibus tamen in filios non quasi transmigratione de suo subiecto in subiectum alterum, quod fieri nō posse cathegoriæ illæ quas legisti ueriſſimū ostendunt, sed, quod non intelligis, affectione & contagione pertranseunt. Quid est quòd laboras magnis argumentationibus peruenire ad impietatis abruptum, ut Christi caro quia de Maria natus est, cuius uirginis caro sicut cæterorum omniū ex Adam fuerat propagata, nihil distet à carne peccati, & sine ulla distinctione Apostolus dixisse credatur, eum fuisse missum in similitudine carnis peccati: aut nullam carnē esse peccati: aut si sit, quia inde uenit, inde etiam esse Christi contendit hæreticus: imò potius instas ut nulla sit caro peccati, ne hoc sit & Christi? Quid est ergo carnis similitudo, si nulla est caro peccati? Sed

Iob 25

Iob 10

Rom. 5

Gen. 30

hanc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hanc Apostolicam sententiã me non intellexisse dixisti, nec eam tamen exposuisti, ut te doctore nossemus, quod aliqua res possit esse similis ei rei, quę non est. Quod si dementis est dicere, & sine dubio caro Christi nõ est caro peccati, sed similis carni peccati: quid restat ut intelligamus, nisi ea excepta omnem reliquã humanam carnẽ esse peccati? Et hinc apparet illam cõcupiscentiã per quam Christus concipi noluit, fecisse in genere humano propaginem mali: quia Mariæ corpus q̃uis inde uenerit, tamen eam non traiecit in corpus, quod nõ inde concepit. Cęterum corpus Christi inde dictum esse in similitudine carnis peccati, quia omnis alia hominum caro peccati est, quisquis negat, & carnem Christi ita carni comparat nascentiũ hominũ cęterorum, ut asserat utrãq; esse puritatis æqualis, detestandus hæreticus inuenit. Magnum porro aliquid inuenisse tibi uideris et copiosissime disputas, etiam si nascentes mali aliquid ex parentibus trahere possent, q̃ expiarentur manibus dei, quia eos ipse format in uteris matrũ: ab ipso aũt formari homines, quasi hoc negaremus, instantissime p̃bas, multa de scripturis adhibẽs testimonia: in quibus cum ea uerba ex libro Ecclesiastico posuisses quibus dei opera dicunt occulta, cõtinuo tua subiecisti atq; dixisti: Quæ sententia eorum arguit uanitatem, qui putãt naturalem profunditatem posse inuestigatione aliqua cõprehendi. Hoc tibi dic, & noli de animæ origine temere aliquid definire, qd' uel ratione uerissima uel diuino eloquio minime ambiguo non potest cõprehendi, sed potius quod sapientissima mulier mater Macchabęorum sape:
2. Mach. 7 Nam & eius uerba posuisti, quæ filijs suis ait: Nescio qualiter in utero meo paruistis. Quod utique nõ putanda est dixisse de corporibus eorum, quæ corpora se non dubitabat ex uirili semine concepisse: sed utrum animæ filiorum de paterna anima tractæ fuerint, an aliunde in utero eius esse cœperint, hoc nimirũ illa nesciebat, nec eã pudebat, ut temeritatẽ caueret, ignorantiã confiteri. Quid est ergo quod causaris, cur nõ ipsi filij mundentur effectu, ut à pollutionibus, inquis, quę dicũtur parentum, maiestate opificis expiẽtur? Nec attẽdis hoc dici etiã de manifestis uitijs corporũ posse, cũ quibus non pauci nascunt infantes. Quãuis absit ut dubitetur deum uerum & bonũ esse omniũ corporum formatorem, & tamen ex opificis tanti manibus tam multa, non solum uitiosa, uerũetiã monstruosa procedunt, ut naturę à nõnullis appellent errores. Qui cũ operantẽ uim diuinã, et quid cur faciat, indagare non possint, fateri eos pudet nescire quod nesciunt. Quod aũt attinet ad peccati originalis in omnes homines transitum, quoniam per concupiscentiam carnis transit, transire in eam carnem nõ potuit, quam non per illam uirgo concepit. Quod enim & de alio libro meo quẽ scripsi ad sanctæ memoriæ Marcellinum, uelut mihi prę scribens ponere uoluisti de Adam dictum, quòd tabificauit in se omnes de sua stirpe uenturos, unde utique ille tabificauit, non inde Christus in matris uterum uenit. Sed uerba quę ad rem maxime

Mariæ exceptio

A pertinent in eadẽ sententia mea, ego dicam, quia tu dicere noluisti, & statim cur nolueris apparebit. Occulta, inquã, tabe carnalis cõcupiscentiæ suę tabificauit in se omnes de sua stirpe uenturos. Non itaq; carnẽ tabificauit, in cuius conceptu tabes ista non fuit. Caro itaq; Christi mortalitatẽ de mortalitate materni corporis traxit, quia mortale corpus eius inuenit: contagium uero peccati originale nõ traxit, quia cõcumbentis cõcupiscentiã non inuenit. Si aũt nec mortalitatẽ, sed solam substantiã carnis de matre sumpsisset, non solum caro eius caro peccati, sed nec similitudo carnis peccati esse potuisset. Sed cõparas me & coęquas Apollinaris errori, qui carnis sensum fuisse negauit in Christo, ut imperitis nebulas undecunq; cõmoueas, ne lucem ueritatis attendant. Aliud est sensus carnis, si-
B ne quo nullus fuit, aut est, aut erit in corpore uiuẽs homo: & aliud est concupiscentia qua caro cõcupiscit aduersus spiritũ, sine qua fuit ante peccatũ primus homo, qualẽ nobis exhibuit humanã naturam Christus homo: qa sicut ille ex terra, sic iste sine tali cõcupiscentia est creatus ex fœmina. Assumens tamen ex illa etiã mortalitatis infirmitatẽ, qualis non erat ante peccatũ in carne hominis primi, ut esset ista quod tunc illa non fuit, similitudo carnis peccati. Vt ergo nobis patiẽdi præberet exemplum, non habuit ille mala sua, sed pertulit aliena in doloribus pro nobis, non cupiditatibus fuit. Quapropter natos ex Adam, transferri renatos oportet ad Christũ, ne à regno dei pereãt imagines
C dei, qd' sine malo fieri qui dicit, nec amorẽ habet nec timorẽ dei. Cum hoc aũt malo necesse est hominem de dãnata origine generari. Regeneratos aũt absit ut redigamus, sicut calũniaris, sub necessitate criminum, deo largiente dona uirtutũ. Quamuis ergo aliam legem uideamus in mẽbris nostris repugnantem legi mentis nostræ, nõ solum tamen necessitatem criminis non habet, sed habet potius honorem laudis, cuius spiritus spiritali munere aduersus carnis cõcupiscentiã concupiscit. Sed quacunq; te uerses, quacũq; te iactes, quęcũq; undecunq; colligas, infles, uentiles, spargas, cõtra quod concupiscit spiritus bonus, non est bonum. Non potuit, inquis, exemplum dare natura dissimilis. Potuit quidem. Nã quid est quod nos ad imitationem patris hortatur, qui facit solem suum oriri super bonos & malos, ut eius exemplo nostros diligam⁹ inimicos? Veruntamen natura hominis Christi, nostræ naturę dissimilis non fuit, sed uitio
D nostro dissimilis fuit. Ille quippe sine uitio nat⁹ est homo, quod hominũ nemo. Quantum aũt ad uitã pertinet, qua Christum debemus imitari, hoc quoque ad distantiã plurimũ ualet, q̃ unusquisq; nostrum homo est, ille aũt etiã deus. Neq; enim tantum potest iustus homo esse q̃ homo est, quantum homo qui & deus est. Illud sane magnũ uerũq; dixisti cum posuisses testimoniũ Apostoli Petri, dicentis: Qui peccatũ non fecit, notandũ esse quòd 1. Pet. 2
iudicauerit Apostolus sufficere ad ostendendũ in Christo nullum fuisse peccatũ, quia dixit nullum eum fecisse peccatũ: Vt doceret, inquis, quia q̃ nõ

Universidad de Deusto
Biblioteca

fecit, habere non potuit. Omnino ueriſſimum eſt. Profecto cū peccatū etiam maior feciſſet, ſi paruulus habuiſſet. Nam propterea nullus eſt hominū præter ipſum, qui peccatū non fecerit grandioris ætatis acceſſu: quia nullus eſt hominum pręter ipſum, qui peccatū non habuerit infantilis ætatis exortu. Tolle, inquis, exempli cauſam, tolletur et precij, quod pro nobis factus eſt. Non eſt mirū q; ſolum exemplum ponis in Chriſto, qui præſidiū gratiæ, quo erat plenus, oppugnas. Spe, inquis, malo carendi ad fidei præſidia conuolamus, non aūt caremus innatis. Siquidē poſt baptiſma uirilitas ipſa perdurat, quia uirilitatis nomine cōcupiſcentiam carnis appellas. Perdurat utiq;, quod negari nō poteſt, contra quod debet concupiſcere ſpiritus, ne homo renatus iam concupiſcentia ſua trahatur illectus: & utiq; cōcupiſcentia quæ repugnat ut trahat, etiam ſi ſpiritu contra eam cōcupiſcente & reſiſtente non trahat, ac propterea nec concipiat pariatq; peccatum, non eſt bonum. Et ipſa eſt, de qua
Rom. 7 dicit Apoſtolus: Scio quia non habitat in me bonum, hoc eſt, in carne mea. Hoc aūt quod non eſt bonum, Chriſtus in natura ſi haberet ſua, nō ſanaret in noſtra. Interponis aliud de libro meo, &
Cap. X quoniam dixi coniugalem concubitum qui fit intentione generandi, non ipſum eſſe peccatum, eo quòd bona uoluntas animi ſequentem ducat, non ducentē ſequatur corporis uoluptatem: tu contra refers de ea re quæ à peccato libera eſt, peccata nō naſci, iſto modo exiſtimās te poſſe deſtruere originale peccatum, quod nō deſtruit niſi ſaluator, quē paruulis inuidetis: Deſtruit autem ſoluēdo quòd rei ſunt, non negando. Ideo quippe cōcubitus coniugalis, qui fit intentione generandi, non eſt peccatum, quia bene utitur lege peccati, id eſt, concupiſcentia, quæ eſt in membris repugnans legi mentis. Quæ ſi propterea reum parentē nō tenet, quia regeneratus eſt, quid mirum ſi propterea reum tenet naſcentem, quia inde generatus eſt? Et ideo ne reus remaneat, etiam ipſe regenerandus eſt. Hæc uero ſententia tua qua dixiſti, de ea re quæ à peccato libera eſt, peccata non naſci, quantum adiuuet Manichæos, ſi cogites, uoles eam delere de libro tuo, & de cordibus omnium qui legerunt librum tuū. Si enim nō de ea re quæ à peccato libera eſt, peccata naſcunt, habent aliam naturā ſuam ſecundum Manichæos unde naſcantur. Quos & alijs ſimilibus ſententijs tuis quantum adiuuares, iam in primo huius noſtri operis uolumine demōſtraui. Ecce & hic quod dixiſti tantundem ualet. Vidēne nobis operam dandam pręter errorem propriū quo Pelagiani eſtis, ut quaſdam tuas ſentētias qualis & iſta eſt, euertamus, ſi Manichæos uincere uolumus? De ea re quæ à peccato libera eſt, dicis peccata non naſci. Sed ueritas contradicit, quæ te & Manichæos euertit, cum quibus tibi uox iſta communis eſt. Angelus quem creauit deus, res à peccato libera fuit: homo quem primum creauit deus, res à peccato libera fuit. De rebus igit̄ à peccato liberis, nata eſſe peccata qui negat, aut Manichæus eſt manifeſtus, aut Manichæis ſuffragatur
A incautus. Deinde ponens alia uerba mea ſic argumentaris, quaſi ego dixerim, cum ſeruit coniugatis ad propagandam prolem, tunc honorari libidinem. Dicis tibi ipſe quod uis: Nam ego hoc non dixi omnino, nec ſenſi. Quomodo enim libido cum ſeruit honoratur, quando ne pergat in liberos exceſſus, dominatiōe mentis opprimitur? Nos itaq; non diximus ſemper ad reatum pertinere uti libidine. Quod uelut dixerim⁹, ita colligis, minus peccare adulteros quàm maritos, quia maritis, inquis, libido ſeruit ut peccent, adulteris imperat. Sed cū ego illud non dixerim, qualecunq; hoc ſit tuum, quod tanquam cōſequens eſſe uoluiſti, nihil ad me attinet. Ego enim dico uti libidine nō ſemper eſſe peccatum, quia malo bene uti non eſt peccatum.
B Nec quæcunq; res ideo bona eſt, quia ea bene utitur bonus. Nam & de duobus hominibus ſcriptū eſt: *Filius eruditus ſapiēs erit, imprudente aūt miniſtro utetur.* Nunquid ideo bonū eſt eſſe imprudentē, quia bene illo utitur ſapiens? Inde & Apo- 1. Ioan. 2
ſtolus Ioannes non ait, nolite uti mundo; ſed, Nolite diligere mūdum: ubi poſuit & concupiſcentiā carnis. Qui enim non diligens utitur, quaſi nō utens utitur, quia non eius rei cauſa utitur, ſed alterius quā diligens intuetur, ut etiam nō diligens hac utatur. Propter quod Paulus coapoſtolus eius: Et qui utuntur, inquit, hoc mundo, quaſi nō utantur. Quid eſt, quaſi nō utant̄, niſi non diligāt quo utūtur, quoniā tale eſt, ut bene aliter nō utant̄. Et hoc quidem etiā in his rebus obſeruandum eſt, quæ in
C hoc mundo ſic bonæ ſunt, ut tamen eas diligi non oporteat. Quis enim malū eſſe pecuniam recte dixerit? Et tamē nemo ea bene utitur qui dilexerit, quanto magis libidinē? Nam pecuniā malus quidem ſpiritus concupiſcit, ſed ipſa contra bonū ſpiritum non cōcupiſcit, quod libido facit. atq; ideo & qui hoc eſſe malū negat, peccat, & qui hoc malo bene utitur, non peccat. Recte igitur argumentareris, dicens, libidinē ſi mala eſt, maiori reatu obſtringere quibus obſequitur, coniuges, quàm quibus dominatur, adulteros: ſi diceretur à nobis, eos coniuges qui ſeruiente concupiſcentię malo ad ſolum generandi utūtur officium, ad aliqua mala opera eos illo uti, ſicut ad facinus perpetrandū ſeruo utitur homicida. Cum aūt dicamus bonum eſſe in coniugibus officium procreandi, q̄uis uul-
D nus quod in renato ſanari poteſt, trahat natus de primi contagione peccati: reſtat ut ſic utantur coniuges boni malo concupiſcentiæ, ſicut ſapiens ad opera utiq; bona miniſtro utit̄ imprudēte. Sed homines acutiſſimi ideo non modū, non genus, ſed exceſſum uoluptatis arguitis & exprobrandū cenſetis obſcenis: quia eū noſtis, ut dicis, intra conceſſos fines animi poteſtate poſſe retineri. Faciat animi poteſtas ſi poteſt, ut ad tranſgrediendos fines à quibus tranſgrediendis eam reuocat, nō ſe libido cōmoueat. Quod ſi facere non poteſt, profecto ut fines nō transgrediatur, improbo hoſti reſiſtit̄, qui eos tranſgredi nititur. Sed uniuerſum contemptū eius, inquis, uirginibus cōtinentibusq; ineſſe teſtamur. Nunquid ideo uirgines & continentes cōtra concupiſcen-

concupiſcentiam carnis nõ pugnant? Et quid eſt cõtra quod exercent abs te quoq; prædicata illa gloriola certamina, ut uirginitatẽ cõtinentiamq; cuſtodiant? Si ergo pugnant, malum eſt quod expugnãt. Et ubi eſt hoc malum, niſi in ipſis? Ergo non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonũ, ueraciter dicitur & ab ipſis. Nihil aliud dicis eſſe nuptias q; corporũ commixtionem: & dicis poſtea, quod & uerũ eſt, ſine appetitu mutuo & ſine opere naturali, propagationem eſſe non poſſe. Nunquid tamen negas ſibimet etiam adulteros appetitu mutuo & opere naturali, & corporũ commixtione coniũgi? Non eſt ergo iſta definitio nuptiarum. Aliud eſt enim q nuptiæ ſunt, & aliud eſt ſine quo etiam nuptiæ filios propagare nõ poſſunt. Nam & ſine nuptijs poſſunt naſci homines, & ſine corporũ commixtione poſſunt eſſe coniuges: Alioquin non erunt coniuges, ut nihil aliud dicam, certe cũ ſenuerint ſibiq; miſceri uel non potuerint, uel ſine ſpe ſuſcipiendæ prolis erubuerint atq; noluerint. Vides ergo q; inconſiderate nuptias definieris, dicendo eas aliud nõ eſſe niſi corporum cõmixtionem. Tolerabilius forte diceres, non eas inchoari niſi per corporũ cõmixtionem, quia filiorũ procreãdorũ cauſa utiq; ducũtur uxores, & aliter non poſſunt filij procreari. Sed procreandi cauſa cõmixtio corporum aliter q; nunc eſt fuiſſet, ſi nemo peccaſſet. Abſit enim ut honeſtiſſima illa felicitas in paradiſo cõmotæ libidini ſemper obtẽperaret: abſit ut illa pax animi & corporis haberet aliquid, propter quod aduerſus ſeipſam prima hominis natura pugnaret. Si ergo ibi nec ſeruiendũ libidini, nec aduerſus eã bellandum fuit, aut non ibi fuit, aut non talis qualis nũc eſt fuit. Nunc eñ libidini neceſſe eſt ut repugnet qui ſeruire noluerit: neceſſe eſt ut ſeruiat, qui pugnare neglexerit. Quorum duorũ unum eſt moleſtũ, & ſi laudabile: alterũ turpe & miſerabile. Itaq; in hoc ſeculo unum horũ caſtis eſt neceſſarium, in paradiſo aũt utrumq; à beatis fuerat alienum. Sed iterũ me dicis mihimetipſi eſſe contrariũ, propoſitis uidelicet alijs uerbis meis, ubi propagationis officiũ à carnalis delectatiõis appetitione diſcernens, aliud eſſe dixi non cõcumbere niſi uolunta te generãdi, quod nõ habet culpam: aliud cõcumbendo carnis appetere uoluptatẽ, ſed non præter coniugẽ, quod uenialẽ habet culpã. Nihil habent duo iſta, quantũ mecum oñes uident qui uerum uident, unde me oſtendas mihi eſſe contrariũ. Audi tamẽ identidẽ quod eorũ ſenſibus inculcatius intimetur, quos fallere affectas. Calumniaris eñ nos excuſationem prębere turpibus & flagitioſis hominibus, ut cũ infanda immunda cõmiſerint, contra uoluntatẽ ſe dicant feciſſe, & ideo nullum habere peccatũ: quaſi nos non multo exertius adhortemur contra libidinẽ eſſe pugnandũ. Nam ſi uos cũ id bonũ eſſe dicatis, non uultis tamen, ut ueſtra aduerſus iſtud bonũ frigeſcere, uel certe tepeſcere bella credamus: quanto uigilantius & ardentius contra malũ nos cenſemus eſſe pugnandũ? Nos dicimus illud eſſe contra uoluntatem, ut caro concupiſcat aduerſus ſpiritum, non illud ut ſpiritus aduerſus carnem. Per quam concupiſcentiam bonã fit, ut niſi cauſa generandi non utantur cõiuges carnis libidine, ac ſic malo utantur bene: Qui uſus bonus mali, facit honeſtum cõcubitum uereq; nuptialem. Voluptatis aũt cauſa non prolis, facit concubitũ culpabilem, ſed in coniuge uenialem. Ideo aũt & de honeſto concubitu qui naſcitur, trahit quod renaſcendo diluatur, quia & in cõcubitu honeſto ineſt malũ, quo bene utitur bonitas nuptiarum. Sed non obeſt renatis, quod oberat natis. Vnde fit cõſequens ut qui ex eis naſcitur, & illi obſit ſi non renaſcatur. Tu ſanè inter argumentationes tuas, quibus te inaniter aduerſus mea uerba cõtorques, identidem te Manichæos adiuuare nõ uides. Ideo quippe tibi uidetur natus de concubitu cõiugali, non trahere originale peccatũ, quia de hoc opere quod non habet culpam, naſci ſicut dicis, culpa nõ poteſt. Cur ergo de opere dei quod non habebat culpam, nata eſt culpa angeli, nata eſt culpa hominis? Cernis quantum eis ſuffrageris quorũ deteſtationẽ conaris obtegere, q; aduerſus catholicã fidẽ fundatiſſimã ſentis. Si enim ſecundum definitiuã tuam, de hoc opere quod non habet culpã, naſci culpa non poteſt, ecce nulla opera dei habent culpã. Vnde igitur culpa nata eſt? Hic Manichæus te adiuuante aliam naturam, ſicut deſipit, malã molitur inducere, ut ſit unde culpa nata eſſe credatur: q; de opere dei, ſecundum tua uerba, culpa non naſcitur. Nunquid poteſt uinci Manichęus, niſi cum illo & ipſe uincaris, quia & angelus & homo dei ſunt opera ſine culpa? Ex quibus tamen culpa nata eſt, dũ abeo qui culpa caret, per liberum arbitrium receſſerũt, quod eis datum eſt ſine culpa: & facti ſunt mali, non per admixtionem mali, ſed per defectiõem boni. Dicis ob hoc à me Chriſtiani temporis continentiam fuiſſe laudatam, non ut ad uirginitatem incenderentur homines, ſed ut bonum nuptiarũ quod à deo inſtitutũ eſt damnaretur. Sed ne puteris de animo meo maleuola ſuſpicione torqueri, uelut probare me uolẽs, dicis mihi: Si fideliter inuitas homines ad ſtudium continentiæ, fateris ergo ita uirtutẽ pudicitiæ à uolentibus poſſe ſeruari, ut ſit quicunq; uoluerit corpore ſanctus & ſpiritu. Reſpondeo, me fateri, ſed nõ ſicut uos. Nam uos ipſius animi uiribus hoc tribuitis, ego adiutę per dei gratiam uoluntati. Verũtamen quid comprimitur animi imperio ne peccetur, niſi malum, quo uincente peccatur? Quod malũ ne dicamus cum Manichæis tanquam ex aliena mali natura nobis eſſe commixtum, reſtat ut in noſtra natura tãquam uulnus aliquod fateamur eſſe ſanãdum, cuius reatum iam fatemur regeneratione ſanatũ. Ecce fruſtra enumeraſti, quibus me cõpares, tot hęreticorum fraudes, quorum utinam numerum non augeres. Apoſtolica ſententia, qua notat hæreticos prohibentes nubere, etiam me aſſeris tangi, quaſi dicam poſt aduentum Chriſti turpia eſſe cõiugia. Audi ergo quod dicimus, ut hoc ipſum multis modis ac ſæpius audiendo, nõ diſſimules

ueritatem ſimulans quodāmodo ſurditatem. Nō dicimus turpia eſſe cōiugia, quandoquidē ne incontinentia in damnabile cadat flagitiū, fulciēda eſt honeſtate nuptiarū. Sed quod uos dicitis, Chriſtiana doctrina non dicit, id eſt, ut uerba tua ponam, hominē ſufficere ingenitis ſibi motibus dare leges: hoc non dicimus, ſed dicimus quod dixit
1.Cor.7 Apoſtolus, cū hinc loqueretur: Vnuſquiſq; pro-
Io. 15 prium donū habet à deo. Et quod dixit dominus:
Matt. 19 Sine me nihil poteſtis facere. Et nō omnes capiūt uerbū hoc, ſed quibus datū eſt: cū poſſet dicere, non omnes capiunt uerbū hoc, ſed qui uoluerit: ſi uerum eſſet quod dicitis uos. Quæro ſanè qualibus ingenitis ſibi motibus hominem dicatis eſſe idoneum dare leges: utrum bonis an malis? Si bonis aduerſus bonū, ergo ſpiritus cōcupiſcit aduerſus ſpiritum, & duo bona inuicem ſibi aduerſantur in homine. Quod ſi ita eſſet, ipſa duorū bonorū inter ſe aduerſitas bona eſſe non poſſet. Si aūt malis, fatere igit̄ ingenitos eſſe homini motus malos, cōtra quos caſtitas dimicat. Et ne dicere cum Manichæis cogaris, alienæ mali naturę nobis ineſſe cōmixtionem, noſtrum potius originalē confitere languorē: Cuius languoris malo coniugalis bene utitur pudicitia, cōtra quod languoris malum, adhibentur ab incontinentibus nuptiarum remedia, exercentur à continentibus glorioſa certamina. Arbitror pollicitationem meam, ex quo tibi ad omnia reſpondere cœpi, in quibus ſoluendos quæſtionum nodos attuliſti, commodius impleri, ſi numerum tuorum uoluminum nō exceſſero. Sit ergo hic finis huius mei, ut nouiſſimum tuum ab alio refellamus exordio.

Libri quinti finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, CONTRA Iulianum, Liber ſextus.

Cap. 1 RESPONSVM eſt libro tuo tertio, reſpōdeatur & quarto: aderit dominus, ut non ſolum
R ueritas, ſed etiam charitas tibi exhibeatur à nobis. Quæ duo quiſquis tenuerit, nec fatuus, nec inuidus erit. De quibus uitijs in principio memorati tui libri multa dixiſti. D
Nam & error ueritate, & liuor charitate pellēdus eſt. In hac aūt tua diſputatione cum de ſtultitia loquereris: dicens eā matrem eſſe omniū uitiorum, adhibuiſti teſtimonium de ſcriptura, ubi legitur: Neminē diligit deus, niſi eum qui cū ſapientia habitat. Quære itaq; diligēter, utrum habitare cum
Sap. 7 ſapientia puerilis uanitas poſſit, per quam neceſſe eſt ex infantia paruulus tranſeat, qui tamen trāſit: & conſidera qui primus fructus naſcatur de radice quam laudas: & quanta in cōtrarium mutatione opus habeat ut diligatur à deo, qui niſi eū qui habitat cum ſapientia neminem diligit, in prædeſtinatis utiq; paruulis quod odit abſumēs, ut etiā ipſos à uanitate liberatos cū ſapientia diligat habitantes: quos certe ſi ab ubere raptos abſtulerit ultimus dies, miror ſi audes dicere habitaturos cum ſapientia præter regnum dei: quò eos bonum ſecundum te inuiolatæ inculpatæq; naturę non permittit accedere, niſi ueri ſaluatoris gratia redemptos liberet à falſi inſipientia laudatoris, ut omittam natura fatuos, multo amplius lugendos ſcriptura teſte q̄ mortuos. Quos quidē & ab iſto tanto malo poteſt dei gratia per ſanguinem mediatoris eruere. Sed unde potuerunt in tantum malum ruere, ſi diuino iudicio nulla origini debetur pœna uitiatæ? Ecce merito reprehendiſti eos & grauiter, qui uel ſuperſederūt ſciēda cognoſcere, uel non formidant ignorata culpare. Nūquid hoc de his qui excordes nati ſunt, potes dicere? Nec tamē eis ſub deo iuſto unde hoc accidere potuerit
B inuēturus es, ſi nulla ex parentibus trahūtur merita filiorum. Sed inuidendo tibi, in quadam meridie cōpertæ ueritatis ſine obumbramento ignorationis, ut loqueris, inſanimus. Itáne uero tanta in paruulis mala, tu qui non inuides, non uides? Bonus eſt deus, iuſtus eſt deus. Extranea prorſus mali eſt nulla natura, quæ noſtræ naturæ ſecundum Manichæos credatur admixta. Vnde ſunt non dico in moribus, ſed in ipſis ingenijs cū quibus naſcuntur tanta hominum mala, ſi non eſt humana origo uitiata, nō eſt maſſa damnata? Quid quòd homo fatuitatis expers, & ab inuidiæ ſtimulis alienus, ipſam ſic deſcribis inuidiam, ut in tua deſcriptione hoc uitium & peccatū appareat & pœna peccati? An non eſt peccatum diabolicum in-
C uidia? An non eſt pœna peccati, quæ protinus ipſum de quo oritur uexat authorem? Hęc uerba tua ſunt, & tamen diuturna loquacitate uiſus tibi es acutiſſime diſputaſſe, unum idemq; uitium peccatum pœnamq; peccati eſſe non poſſe. Sed forte quia inuidus non es, uix tandem inuidiam in alio libro uidere potuiſti de qua hæc diceres, & tibi pro me quia mihi non inuides, contradiceres. Finito autem proœmio, ubi etiam laboraſti ſicut ſoles, probare q̄ prædico deum eſſe hominum conditorē: mea deinde uerba proponis, ubi dixi, mundo nō deo naſci hominē, qui de cōcupiſcētia carnis naſcitur, deo aūt naſci cum ex aqua & ſpiritu renaſcit̄. Quibus meis uerbis ſic inſidiaris, ut aſſeras hinc intelligi me debere dixiſſe, quod ad diaD bolū pertineat quicquid ad mundū pertinet: quia ſcilicet alibi dixeram, eos qui de corporum cōmixtione naſcuntur ad ius diaboli pertinere, aſſerendo utiq; de poteſtate erui tenebrarum cum rege nerantur in Chriſto. Reſpondeo ergo calumniæ tuæ. Ita enim me uis putari appellaſſe mūdum ad poteſtatē diaboli pertinentem, tanq; cœlū & terrā, & omnia quæ in eis ſunt, uel diabolus fecerit uel diabolus teneat. Hoc nō dico, ſed deteſtor, redarguo, & damno qui dicit. Sed hoc loco ſic ap-
Io. 14 pellaui mundū, quēadmodū dominus, ubi ait: Ecce uenit princeps mūdi. Nō enim cœli & terrę & omniū quæ per uerbum, hoc eſt per eundē ipſum Chriſtū facta ſunt: unde ſcriptum eſt: Mūdus per
Io. eū factus eſt: principē uoluit intelligi diabolum: ſed

1.Io.5 sed sicut dictum est: Mundus in maligno positus
1.Io.2 est. Et iterū: Omnia quæ in mūdo sunt, cōcupiscē-
tia carnis est, & concupiscentia oculorum, & am-
bitio seculi, quæ non est à patre, sed ex mundo est.
Non enim cœlum & terra non sunt à patre per fi
liū, aut angeli, sydera, arbusta, animalia, homines
non sunt à patre per filium, quantū quidē attinet
ad ipsam substantiam qua homines sunt: sed mun
di princeps est diabolus, & mūdus in maligno po
situs est, omnes utiq; homines qui rei sunt damna
tionis æternæ, si non inde liberentur, ut non iam
pertineant ad principem peccatorū, redempti eo
sanguine qui in remissionem fusus est peccatorū.
Huic ergo mundo cuius princeps est, de quo ait
Io.14 qui uicit mundū: Ecce uenit princeps mūdi & in
me nihil inueniet: huic, inquam, mundo nascitur
homo donec renascatur in eo qui uicit mundum,
& in quo nihil inuenit princeps mundi. Quis est
enim mundus, de quo dicit saluator mundi & ui-
Io.7 ctor mūdi: Non potest mundus odisse uos, me aūt
odit, quia ego testimonium perhibeo de illo, quia
opera eius mala sunt? Nūquid terræ ac maris, cœ-
li ac syderum mala sunt opera? Sed utiq; mundus
iste homines sunt. Nec ab isto mundo quisq; libe
rādus est igitur, nisi gratia dei per Iesum Christum
dominum nostrum, qui dedit carnē suā pro mun-
di uita, quod non fecisset, nisi mundum inuenisset
Io.8 in morte. Quis est mūdus, de quo dicebat Iudeis,
Vos de hoc mundo estis, ego nō sum de hoc mū-
do? Postremo quis est mundus de quo elegit Ie-
sus discipulos suos, ut iam de mundo non essent,
& eos de quo iam non erāt, ipse mundus odisset?
Sic enim loquitur saluator mundi, lux mundi, sic,
inquam, loquitur: Hæc mando uobis ut diligatis
Io.15 inuicem. Si mūdus uos odit, scitote quia me prio-
rem uobis odio habuit. Si de mundo essetis, mun-
dus quod suū erat diligeret. Quia uero de mūdo
non estis, sed ego elegi uos de mundo: propterea
odit uos mundus. Si nō addidisset, ego elegi uos
de mundo, putari posset, ita dixisse: de mūdo non
estis, quemadmodum de seipso dixerat: Ego non
sum de hoc mundo. Neq; enim & ipse fuit de mū-
do, & electus est inde, ut nō esset de mundo. Quis
hoc dixerit Christianus? Nec secundū hoc enim
quòd homo esse dignatus est, filius de mūdo fuit.
Quid ita? nisi quia in illo peccatū nunq; fuit, pro-
pter quod omnis homo prius mundo non deo na
scitur, & ut deo nascatur de mundo eligitur qui re
nascitur, ut iā non sit de mūdo? Propter quod ab
eo princeps mundi eijcitur foras, sicut ipse testa-
Io.12 tur, dicens: Nunc iudicium est mundi, nunc prin-
ceps huius mūdi eijcietur foras. Nisi forte eo usq;
uestra progredietur audacia, ut dicatis nō de mū-
do eligi paruulos quando baptismo eius abluun-
2.Cor.5 tur, de quo dictum est: Deus erat in Christo, mun-
dum reconcilians sibi. Ad istam reconciliatōem
si negatis paruulos pertinere, negātes eos esse de
mundo, qua fronte nescio uiuatis in mundo. Por-
rò si eos fatemini cum in corpus Christi transe-
unt de mundo eligi, necesse est ut ei nascantur, de
quo eliguntur ut renascantur. Nascuntur enī per

A carnis concupiscentiā, renascētur per spiritum san-
cti gratiam. Illa de mundo est, hæc uenit in mun-
dum, ut de mundo eligant qui prædestinati sunt
ante mūdum. Cum aūt dixisset Apostolus: Deus
erat in Christo, mundum reconcilians sibi: quo-
modo id faciat, mox adiunxit atq; ait: Non repu-
tās illis delicta eorū. Totus ergo mūdus ex Adam
reus, deo nō negante manum formationis opere
suo seminibus institutis, quāuis paterna præuari-
catiōe uitiatis: & cū per Christū recōciliatur mun
dus, de mundo liberatur, eo liberante qui uenit in
mundū, non de mundo eligendus, sed electurus:
non meritorū electione, sed gratiæ: quia reliquiæ
per electionē gratiæ saluæ factæ sunt. Deinde pro
positis alijs meis uerbis, ubi dixi: Huius concupi-
B scentiæ reatū regeneratio sola dimittit, ac per hoc
generatio trahit: moxq; subiunxi: Ergo quod ge-
neratū est regenerē, ut similiter, qa non potest ali
ter, quod tractum est remittatur: frustra idētidem
conaris obtegere quod superfluum baptismū pu-
tatis in paruulis, dicentes mysteriorū Christi gra
tiam multis locupletem esse muneribus. Velitis
nolitis, paruulos credere confitemini in Christū
per corda & ora gestantium. Ergo & ad illos perti
net dominica illa sentētia: Qui nō crediderit, con Marc.16
demnabitur. Qua causa, qua iustitia, si nullum tra
hunt originale peccatū? Quod aūt dicis, hinc po-
tius suos approbat, q̄ ante proprium uoluntatis
obsequium, hoc quod in eis fecit beneficiorū sub-
limat argumentis: Si ergo hinc suos istos appro-
C bat, protecto illos quibus hoc non donat, non ap-
probat suos. Porrò cū & ipsi eadē causa sint eius,
quia condidit eos, cur non & ipsos eodem modo
approbat suos? Hic de fato, uel de acceptione per
sonarū nihil negatis. Iam ergo nobiscū gratiā con
fitemini. Quid est enim aliud, ubi nihil illorū est?
In una igitur eademq; causa, alius relinquitur iu-
stitia iudicante non fato, alius assumit gratia præ-
stante nō merito. Frustra omnino cōtenditis, nec
ab originali peccato paruulos regeneratiōe mun
dari. Non hoc ostendit, qui dixit: Quicūq; bapti- Rom.6
zati sumus in Christo, in morte eius baptizati su-
mus. Dicendo enim, quicunq;, nō utiq; paruulos
fecit exceptos. Quid est autē in morte Christi ba-
ptizari, nisi peccato mori? Vnde etiā de ipso idem
D alio loco dicit: Quòd enim mortuus est peccato,
mortuus est semel. Quòd enim mortuus est pec-
cato, utiq; dictū est propter similitudinem carnis
peccati, propter quod & magnū mysteriū est cru
cis eius, ubi & uetus homo noster simul crucifi-
xus est, ut euacuetur corpus peccati. Si ergo in
Christo paruuli baptizant, in morte eius baptizā
tur. Si in morte eius baptizant, mortis eius simili
tudini cōplantati, peccato utiq; moriunt. Quòd
cū mortuus est peccato, mortuus est semel, quod
aūt uiuit, uiuit deo. Et quid est cōplantari simili-
tudini mortis eius, nisi q̄d sequit: Sic & uos existi
mate uos mortuos esse peccato, uiuere aūt deo in
Christo Iesu? Nunqd dicturi sumus, peccato mor
tuum fuisse Iesum, quod nullū habuit unquam?
Absit. Et tamen q̄ mortuus est peccato, mortuus

est

Universidad de Deusto
Biblioteca

est semel. Mors enim eius peccatum nostrũ significauit, quo utiq; ipsa mors accidit, cui morti mortuus, id est, ut mortalis non esset ulterius, peccato dicitur mortuus. Quod ergo ipse significauit, in similitudine carnis peccati, hoc per eius gratiam nos agimus in carne peccati: Vt quomodo ille moriendo similitudini peccati, peccato mortuus prædicatur, ita quicunq; in illo fuerit baptizatus, idem peccato, cuius in Christo similitudo non ueritas, eidem rei cuius illa fuerit similitudo moriatur. Et quomodo in illius uera carne uera mors fuit, sic fiat in ueris peccatis uera remissio. Totus itaq; iste Epistolæ Apostolicæ locus si te ab ista prauitate nõ corrigit, nimis obduruisti. Quamuis enim sibi connexa sint omnia quibus ait, scribens ad Romanos, ut gratia dei commendetur per Iesum Christum: tamẽ quia Epistolam totam hic recolere & pertractare non possumus, ualde enim lõgum est, ex isto capite quod agitur
Rom. 5 cõsideremus, ubi ait: Commendat aũt suam charitatẽ deus in nobis, quoniam cũ adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuꝰ est. Hoc tu dictum exceptis paruulis uis putari. Vbi si abste quæram, si non sunt inter peccatores habendi, quomodo pro eis mortuus est, qui pro peccatoribus mortuus est? Respondebis non pro solis peccatoribus mortuum, quãuis sit etiã pro peccatoribus mortuus. Quod quidẽ nusq; legis in diuinis authoribus, mortuum scilicet esse Christũ etiam pro eis qui nullũ habuerũt omnino peccatũ. Sed attende cũ q; ualidis testimonijs urgearis. Tu dicis etiam pro peccatoribus mortuum, ego dico nõ nisi pro peccatoribus mortuum: ita ut respondere cogaris, si nullo peccato paruuli obstricti sunt, nõ
2. Cor. 5 esse pro paruulis mortuum. Dicit enim ad Corinthios: Quoniam unus pro omnibus mortuus est. Ergo oẽs mortui sunt, & pro omnibus mortuus est. Nullo modo hic negare permitteris, non nisi pro his q mortui sunt, mortuũ fuisse Iesum. Quos igitur hoc loco intelligis mortuos? Nunquid eos qui de corpore exierunt? Quis ita desipiat ut hoc sapiat? Eo modo itaq; intelligimus mortuos, pro quibus oĩbus unus mortuus est Christus, quo-
Col. 2 modo alibi dicit: Et uos cum esletis mortui in delictis & præputio carnis uestrę, uiuificauit cũ illo. Ac per hoc unus, inquit, pro omnibus mortuus est, ergo oẽs mortui sunt, ostendens fieri non potuisse ut morereť, nisi pro mortuis. Ex hoc enim probauit oẽs mortuos esse, q̃a pro omnibus mortuꝰ est unus. Impingo, inculco, infercio recusanti. Accipe, salubre est, nolo moriaris. Vnus pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Vide quia consequens esse uoluit, ut intelligantur omnes mortui, si pro omnibus mortuus est. Quia ergo non in corpore, restat ut in peccato esse mortuos oẽs, si pro oĩb. Christus mortuus, nemo neget, nemo dubitet, q se nõ negat aut dubitat esse Christianũ. Quapropter si nullũ trahunt peccatũ paruuli, non sunt mortui. Si nõ sunt mortui, non est mortuus pro eis, qui nõ est mortuus, nisi pro mortuis. Tu aũt iam in primo tuo libro cõtra nos

A clamans, dixisti Christũ etiam pro paruulis mortuũ. Nullo modo igit̃ negare permitteris eos trahere originale peccatũ. Nã mortui unde, si nõ indeb̃ aut propter quam mortẽ paruulorũ mortuus est, qui non esi mortuus nisi pro mortuis? Eum q; tu mortuũ pro paruulis cõfiteris. Redi ergo mecum ad illud quod ad Romanos cœperã dicere: Cõmendat, inquit, suam charitatẽ deus in nobis, quoniam cũ adhuc peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est. Cum peccatores, inquit, essemus, hoc est, cũ mortui essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nũc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per ipsum. Si em̃ cũ inimici essemus reconciliati sumus deo per mortẽ filij eius, multo magis reconciliati, salui erimus in uita ipsius. Hoc est illud quod alibi dicit̃:
B Deus erat in Christo, mundum reconcilians sibi. Deinde hic sequitur: Non solũ aũt, sed ut gloriantes in deo, per dominũ nostrũ Iesum Christũ. Nõ solũ, inquit salui, sed & gloriantes, per quem nũc & recõciliationẽ accepimus. Et tanc̃ causa quæreret̃, quare per unũ mediatorẽ hominum fiat ista reconciliatio. Propter hoc, inquit, sicut per unum hominẽ peccatũ in hunc mũdum intrauit, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertransijt, in quo oẽs peccauerunt. Quid ergo egit lex? Rom. 5
ltáne illa recõciliare nõ potuit? Nõ, inquit. Vsq; Rom. 5
em̃ ad legẽ, peccatũ in mundo fuit: hoc est, nec lex potuit auferre peccatũ. Peccatũ aũt non deputabatur cũ lex nõ esset. Erat quidẽ peccatũ, sed non deputabat̃, quia nõ cognoscebatur: Per legẽ em̃ cognitio peccati: sicut alio loco dicit: Sed regnauit mors ab Adam, usq; ad Moysen: quia nec per Moysen, id est, nec per legẽ regnũ eius ablatũ est. Regnauit aũt & in his qui non peccauerũt. Quare igitur, si non peccauerũt? Audi quare: In similitudinem, inquit, præuaricationis Adæ, qui est forma futuri. Dedit enim ex se formam posteris suis, quãuis peccata propria nõ habentibus, ut peccati paterni contagione morerent̃, qui per eius carnalem concupiscentiam gignebant̃. Sed nõ sicut delictũ inquit, ita & donatio. Si enim ob unius delictũ multi mortui sunt, multo magis gratia dei, et donũ in gratia unius hominis Iesu Christi in multis abundauit. Multo magis utiq; abũdauit, quia in quibus abundat, tẽporaliter moriunt̃, in æternũ uicturi sunt. Et nõ, inquit, sicut per unũ peccã-
D tem, ita est & donũ. Nam iudiciũ quidẽ ex uno in condemnationẽ: gratia aũt ex multis delictis in iustificatiõem. Et unũ quippe illud ad damnatiõem trahere potuit, sed gratia nõ hoc unũ tantum, uerumetiã plura, quæ superaddita sunt peccata deleuit. Si em̃ ob unius delictum, inquit, mors regnauit, per unum, multo magis qui abundantiã gratiæ & iustitiæ accipiũt, in uita regnabũt per unum Iesum Christũ. Superior repetitus est sensus, quia multo magis in uita regnabũt, qui sine fine regnabũt: c̃q; mors in eis regnauit, quę cũ fine regnauit. Itaq; sicut per unius, inq̃t, delictũ in oẽs homines ad cõdemnationẽ, ita & per unꝰ iustificationẽ in oẽs homines ad iustificationẽ uitę. Ideo & ibi oẽs,

&

Universidad de Deusto
Biblioteca

& hic omnes, quia nemo ad mortem nisi per illū, nemo ad uitam nisi per istum. Sicut enim per inobedientiam unius hominis peccatores constituti sunt multi, ita per unius obedientiam iusti constituētur multi. Lex aūt subintrauit, ut abūdaret delictū. Vbi aūt abundauit delictum, superabundauit gratia: ut quēadmodū regnauit peccatū in morte, sic & gratia regnet per iustitiam in uitā æternam, per Iesum Christū dominū nostrū. Quid ergo dicimus, inquit: Permanebimus in peccato, ut gratia abundet? Absit. Quid enim præstitit gratia, si permanendum est in peccato? Denicq; sequitur et dicit: Qui mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo? Hinc nunc diligēter attende, & quod sequit ut intelligas, intētus ausculta. Cū dixisset, qui mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo? An ignoratis, inquit, quoniam quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus? Hic sunt paruuli qui baptizantur, an non sunt? Si nō hic sunt, falsum est ergo quod ait: Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus, quia non in morte illius baptizantur paruuli. Sed quoniā uerū dicit Apostolus, nulli intelligūtur excepti. Nam si de solis maioribus dictū putatis, quia iam utuntur libero arbitrio, cum dicat ille, quicunq; frustra uos terret dominica illa sententia: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Habetis enim magnum compendium. Asseuerate & hoc de solis maioribus dictū, nequaq; paruulos ista generalitate concludi. Et quid uobis est de quæstione baptismatis laborare, utrū sit uita æterna præter regnū dei, an uita æterna priuandi sint innocētes tot imagines dei, ac per hoc æterna morte plectendæ? Si autem hoc dicere non audetis, quoniā uniuersaliter prolata sententia est: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnū dei, eadem uos uniuersitas cōprimit dicente Apostolo: Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Ergo & paruuli qui baptizātur in Christo, quoniam in morte ipsius baptizantur, peccato moriuntur. Inde enim connexa sunt ista sequentia, cum superius dictū esset: Qui mortui sumus peccato, quomodo uiuem⁹ in eo? Nā uelut quæreretur, quid est mori peccato? An ignoratis, inquit, quoniam quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus? Hinc probans quod supra dixerat: Si mortui sumus peccato, quomodo uiuemus in eo, ut qui se non ignorarent in morte Christi baptizatos, cū baptizarentur in Christo, scirent etiam se mortuos esse peccato, quia nihil est aliud in morte Christi baptizari, nisi peccato mori, hoc diligētius exponens adiungit & dicit. Consepulti enim sumus cū illo per baptismū in mortē, ut quēadmodum surrexit Christus à mortuis per gloriam patris, ita & nos in nouitate uitę ambulemus. Si em̄ complātati sumus similitudini mortis eius, sic & resurrectionis erimus: hoc scientes quia uetus homo noster simul crucifixus est, ut euacuetur corpus peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Qui enim mortuus est, iustificatus est à peccato: si aūt mortui sumus cū Christo, credimus quia simul uiuemus cū illo, scientes qa Christus surgēs ex mortuis iam nō morit, mors illi ultra nō dominabit. Quod em̄ mortuus est peccato, mortu⁹ est semel: Quod aut̄ uiuit, uiuit deo. Ita & uos existimate uos mortuos qdē esse peccato: uiuere aūt deo in Christo Iesu. Si ergo peccato nō moriunt̄ paruuli, ꝓculdubio in Christi morte nō baptizāt̄. Si in Christi morte non baptizant̄, nō in Christo baptizantur. Quicunq; enim baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus. In Christo aūt baptizantur, peccato ergo moriūtur. Cui peccato quæso te, nisi quod originale traxerunt? Argumentationes hominum conticescant, dominus nouit cogitatiōes hominū quoniā uanę sunt, Abscondit hæc à sapientibus & prudentibus, & reuelauit ea paruulis. Si tibi Christiana fides displicet, apertius cōfitere: nā Christianā fidē aliam nō potes inuenire. Vnus homo est ad mortē, unus ad uitam. Ille tātum homo, iste deus & homo. Per illū est mundus inimicus factus deo: per istū mundus recōciliatus deo, electus ex mundo. Sicut em̄ in Adam oēs moriuntur, sic & in Christo omnes uiuificabuntur. Sicut portauimus imaginem terreni, portemus & imaginem eius qui in cœlo est. Hæc stabilitamēta fidei Christianæ qui subuertere nititur, stātibus eis ipse subuertitur. Prorsus quod in libro meo dixi, cui resistis, uerū est. Nam quod dimissum est in parēte ut trahatur in prole, miris quidē modis fit, sed tamē fit. Et quia modus ipse non facili ratione indagatur, nec sermone explicatur, ab infidelibus non creditur. Quibus uerbis meis insidiaris mendaciter, quasi dixerim, nec ratiōe cōprehendi, nec sermone explicari, subtrahens inde quod dixi, nō facili siue ratione siue sermone. Aliud est nulla, quod tu dicis: aliud est, nō facili, quod ego dixi: ubi quid aliud ꝙ calumniosus appares? Sed etsi nulla ratione indagetur, nullo sermone explicetur, uerū est tamen quod antiquitus ueraci fide catholica prædicatur, & creditur per Ecclesiam totam: quæ filios fidelium nec exorcizaret nec exufflaret, si non eos de potestate tenebrarū, & à principe mortis erueret, quod in libro meo, cui uelut respondes, à me positū est: sed id tu cōmemorare timuisti, tanq; ipse ab orbe toto exufflādus esses, si huic exufflatiōi qua princeps mūdi & à paruulis ejicitur foras, contradicere uoluisses. Frustra te intorques argumentationibus uanis, nō aduersus me, sed aduersus communem matrem spiritalē: quæ non te aliter peperit ꝙ sicut iā non uis ut pariat, contra cuius uiscera satis acutis telis tibi uideris armatus: de iustitia dei, contra iustitiā dei, de gratia dei, cōtra gratiam dei colligens argumenta. Tunc enim est dei uera iustitia, si graue iugum super filios Adam à die exitus de uētre matris eorū non sit iniustū. Quomodo aūt non est iniustum iugum graue, si nullū est in paruulis malū, propter quod iuste iugo premantur graui? Tūc uera est dei gratia, si hoc rebus exhibeat, quod uerbis sonat. Quomodo autem hoc

Rom. 6 — Psal. 93 — Mat. 11 — 1. Cor. 15 — Cap. 11 — Eccl. 45

facit

Universidad de Deusto
Biblioteca

facit,si eũ exufflat in quo nouit non esse quod pel A nisi quibus dixerat:Vetus homo noster simul cru
lat:si eũ lauat in quo nouit non esse quod abluat? cifixus est,ut euacuet corpus peccati:nisi quibus
Nunquid uel tibi uel quibuslibet consectaneis dixerat: Complantati sumus similitudini mortis
tuis aliquid dicere uidereris,si quantum sit,ut ex eius:nisi quibus dixerat: Consepulti ergo sumus
ea natũ necesse sit renasci, nõ renatum sit necesse illi per baptismũ in mortẽ? Et hoc quibus, uel de
damnari,malum concupiscentiæ carnis, sanctita quibus dixerat, lege superiora uerba mea,quibus
te mentis cogitare possitis? Et quid conferat gra hæc cuncta cõnexa sunt,& inuenies. An ignora
tia,cum reatũ eius absoluit,quo faciebat origina tis quoniã quicunq; baptizati sumus in Christo
liter hominem reum,quãdo fit in illo plena remis Iesu,in morte illius baptizati sumus? Et cum hoc
sio peccatorũ:quãuis ipsa remaneat, cõtra quam diceret,probare qd uoluit? Lege adhuc paulo su
regenerati spiritus concupiscat,aut bene usurus perius & inuenies. Si mortui sumus peccato,quo
hoc malo in minore certamine, aut omnino non modo uiuemus in eo? Aut ergo agnoscite paruu
usurus in maiore certamine? Inest enim sensus hu los in baptismate mortuos esse peccato,& fatemi
ius mali,dum reluctatur atq; cohibetur reatus car ni habuisse cui morerentur originale peccatum,
nalis concupiscentiæ:sed non sentitur dum est,ita aut aperte dicite nõ eos in morte Christo baptiza
eius ablatio fide creditur,nõ carne uel mente sen tos cũ baptizarent in Christo,& Apostolũ mẽda
titur. Reatus aũt ille,qui sola regeneratione dimit B cij redarguite, dicentẽ:Quicũq; baptizati sumus
titur,quemadmodum cum inesset non sentieba in Christo Iesu,in morte illius baptizati sumus.
tur,ita eius ablatio fide creditur,nõ carne uel mẽ Ego hæc arma cœlestia,quæ uincunt Celestium,
te sentitur. Ideo in huius rei obscuritate te iactas, non dimitto,his fidẽ meã sermonẽq; cõmitto. Ar
& aduersus ueritatem quæ ostendi hominum ma gumenta quæ profertis humana sunt,hæc muni- Psal. 18
xime carnalium sensibus non potest,quanto ma menta diuina sunt. Delicta quis intelligit:Nunqd
gis ut putas acriter, tanto magis infideliter pu ideo delicta nõ sunt? Ita & originale delictũ quod
Rom.6 gnas. Sed uerte omnes tete in facies, & contrahe in parente regenerato remittit,& trãsit in prolem
quicqd siue animis,siue arte uales, quicũq; bapti & manet,nisi & ipsa regeneretur, quis intelligit?
zati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius bapti Nũquid ideo non est delictũ? Vnus pro omnibus
zati sum⁹. Ergo uerũ est nos mortuos esse peccato mortuus est,ergo omnes mortui sunt. Quo cor
in morte Christi, quę fuit sine peccato:ac per hoc de,quo ore,qua frõte paruulos mortuos negatis,
& maiores & paruuli. Neq; enim illi & nõ isti,aut pro quibus Christũ mortuum nõ negatis? Si non
isti & non illi, sed quicunque baptizati sumus in est pro eis Christus mortuus,ut quid baptizãtur?
Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus. Cõ Quicunq; em̃ baptizati sumus in Christo Iesu,in
sepulti ergo sumus illi per baptismũ in mortẽ non C morte illius baptizati sumus. Si autem etiam pro
sine paruulis,quoniã quicũq; baptizati sumus in eis mortuus est, qui unus pro omnibus mortuus
Christo Iesu, in morte illius baptizati sumus: ut est,ergo oẽs mortui sunt,& isti cũ omnibus. Et qa
quemadmodum surrexit Christus à mortuis per in peccato mortui sunt,moriunt & peccato ut ui
gloriam patris,ita & nos in nouitate uitæ ambu uant deo, quando renascũtur ex deo. Quod si ex
lemus. Si em̃ cõplantati fuimus similitudini mor plicare nõ possim, quomodo uiuus generet mor
tis eius,sed & resurrectiõis erimus,hic sunt & par tuũ:mortuus enim peccato parens,& uiuẽs deo,
uuli cõplantati similitudini mortis eius. Hoc em̃ generat tamen in peccato mortuũ, nisi & ipse pec
ad omnes pertinet quicunq; baptizati sumus in cato regeneratiõe moriatur ut uiuat deo. Nunqd
Christo Iesu,hoc sciẽtes,quia uetus homo noster ideo falsum est,quia explicari uerbis,uel non po
simul crucifixus est. Quorũ uetus homo,nisi qui test,uel difficillime potest? Tu nega si audes,natũ
cunq; baptizati sumus in Christo? Hic itaq; agno mortuũ, pro quo Christum nõ negas mortuum. 2.Cor.5
scamus & paruulos,quia & ipsos baptizatos non Vnus em̃ pro omnibus mortuus est, ergo omnes
negamus in Christo. Et ut quid simul crucifixus mortui sunt. Verba sunt apostolica,sed arma sunt
Rom.8 est uetus homo noster? Vt euacuet, inqt, corpus nostra,quibus tamẽ si repugnare nolis, intelligis
peccati, ut ultra non seruiamus peccato. Propter D quod sine dubitatione credendũ est,etiã si non in
hoc corpus peccati,misit deus filiũ suũ in similitu tellígas. Homo em̃ qui spiritaliter natus, carnali
dine carnis peccati. Qua igit impudẽtia negam⁹ ter gignit,utrunq; habet semen,& immortale un
etiã paruulos corpus habere peccati, cũ hoc quod de se gaudeat uiuũ,& mortale unde generet mor
dicit,omniũ sit quicũq; baptizati sumus in Chri tuũ. Cui uiuificando nullo modo necessaria Chri
sto? Qui enim mortuus est,iustificatus est à pecca sti mors esset,nisi mortuus natus esset. Vnus em̃
to. Si aũt mortui sumus cũ Christo,credimus qa pro omnibus mortuus est,ergo oẽs mortui sunt.
simul uiuemus cũ Christo,sciẽtes, quia Christus Nec eos de ista morte excitatis, quos mortuos
resurgens ex mortuis iam nõ moritur,mors ei ul non esse clamatis,sed ne uiuant potius impeditis,
tra nõ dominabit. Quod em̃ mortu⁹ est peccato, quãdo in eorũ parẽtibus fidẽ,qua una possunt re
mortuus est semel:quod aũt uiuit, uiuit deo. Ita et uiuiscere,impiorũ argumentorũ machinis oppu
uos,inquit,existimate uos mortuos esse peccato: gnatis. Sed iam ueniamus ad prolixã & opero Cap.III
uiuere aũt deo in Christo Iesu. Quibus hoc dicit? sam disputationẽ tuam,qua illud quod quantulæ
Euigilásne & attendis? Eis utiq; quibus dicebat: cũq; similitudinis gratia in re ad perficiendũ diffi
Si aũt mortui sumus cũ Christo. Et qui sunt hi, cili adhibendum putaui,de olea scilicet q̃ eius se
men?

men degeneret in oleastrum, refutare molitus es, A
prius affirmans, q̃ ei rei quę per se defendi non po
test, nihil suffragentur exempla. Cur ergo Aposto
lus mox ut proposuit quæstionem quomodo re-
surgãt mortui, quo aũt corpore ueniant, continuo
rem incognitam & inexpertam exemplo probare
1.Cor.15 suscepit, adiungens: Stulte tu quod seminas, non
uiuificatur nisi prius moriat? Quod quidẽ exem
plũ & huic rei de qua agitur, non omnimodo est
inconueniens. Purgatur enim à palea triticum, si-
cut homo à peccato, & tamen inde cũ palea nasci
tur alterum. Quid est aũt quod de crocodilo uo-
luisti, solum esse in omnibus animalibus, cui supe
riores mandibulas moueri Albinus affirmat, &
ignem cũ sit omnibus exitio, salamandræ esse lu-
dibrio? Nónne ista contra uos potius protulisti, B
quando inuenit aliquid unde monstret esse possi
bile quod generaliter negabatur? Cũ ergo uos ge
neraliter negaueritis, posse gignentes in prolẽ tra
ijcere quod non habẽt ipsi, si fuerit inuentũ quod
possit hoc facere; ita superamini sicut ille q̃ dixe-
rat, nõ posse animalia nisi inferiores mouere man
dibulas, inuento crocodilo sine ambiguitate su-
peratur, & qui dixerit nullũ animal in igne uiuere,
demõstrato quod de salamandra perhibetur, sine
ambiguitate conuincitur. Cum igitur definis na-
turalia per accidẽs non conuerti, si uel unus qui-
spiam fuerit inuentus qui uitiatus aliquo casu eo-
dem uitio genuerit filium, factumq̃ sit proli natu-
rale quod parenti accidẽs fuit, nempe tua defini-
tio etiã ista destruetur & frustrabitur. Item cũ defi C
nis parẽtem quod ipse nõ habet, in suã prolẽ non
posse trãsmittere, nónne definitio etiã ista destrue
tur, cũ tibi fuerint demonstrati nati homines inte
gerrimis omnibus membris ex ipsis parentibus,
qui nonnulla mẽbra perdiderant? Audiebamus à
maioribus nostris, qui se id nosse ac uidisse dice-
bant: Fundanũ Carthaginis rhetorẽ, cũ pater ac-
cidenti uitio luscus esset, luscũ filium procreasse:
Quo exemplo euertitur illa tua sententia, qua di-
cis naturalia per accidens nõ cõuerti. Accidens
quippe fuit in patre, quod factũ est in filio natura-
le. Illam uero alterã, qua dicitis parẽtes in filios ea
quæ non habent nõ posse trãsfundere, alius Fun
dani filius, quod maxime usitatum est, cũ duobus
oculis de lusco natus euertit, & innumerabiles D
qui nascuntur oculati de parentibus cæcis. Trãs-
mittendo quippe in eos quos gignũt quod ipsi nõ
habẽt, uos potius q̃ suos filios sibi similes esse de-
mõstrãt, qui tã fuistis in uestris definitionibus cæ
ci. Sanè cũ ea quæ ad rem non pertinent multum
loqueris, dixisti aliquid unde me quiddã quod ad
rẽ pertinet admoneres, ubi aisti, curiositatẽ quod
comprehenderit, minus solere mirari, & aduersus
eã diuinitus fuisse prouisum, ut multa de terra in-
numeris discreta proprietatibus gignerent. Et re-
uera hæc est utilitas occultorũ operũ dei, ne pro-
terea uilescant, ne cõprehensa mira esse desistãt.
Eccle.11 Vnde & scriptura dicit: Sicut ossa in uentre præ-
gnantis, ita nõ agnoscis opera dei quæcũq̃ faciet
uniuersa. Recte itaq̃ & ipse dixisti, contra curiosi

tatẽ, quæ minus solet mirari quod potuerit com-
prehendere, incõprehensibilia esse opera dei. Cur
ergo humana opinatione conaris euertere, quod
minus uales in diuina ratione cõprehendere? Ego
quidẽ non, ut tu calumniaris, dixi, nulla ratione
cõprehendi posse, sed dixi, nõ facili ratione posse.
Verũtamen q̃ si cõtra uitiũ curiositatis humanæ,
cui solẽt, ut ipse cõmemoras, cõprehẽsa uilescere,
etiam hoc deus quemadmodũ multa, sic occulta-
re uoluit, ut id inuestigare atq̃ cõprehendere hu-
mana coniectura non possit: ideo ne contra Eccle
siã matrẽ uestrã ratiunculis uestris quasi parrici-
dalibus pugiunculis debetis armari, ut uim sacra
menti eius occultã, qua purgandos cõcipit paruu
los, quamuis de purgatis parentibus natos, tanq̃
ossa in uentre pręgnantis, non cõtrectando, sed la
niando quæratis? Nisi aũt sermonis longitudine
nollẽ fatigare lectorẽ, iam te mille rerũ generibus
quarum incõprehensibilis est ratio, cõtra usitatas
naturæ uias quasi per deserta opaca obruerem, in
quibus etiã degenerãtia semina nõ quidẽ in dissi-
millimũ genus: quia nec oleaster sic est ab olea di-
scretus, ut uitis: sed in quandã, si dici potest, simi-
lem dissimilitudinẽ, sicut uiti est labrusca dissimi-
lis, quæ tamen de semine uitis gignit, multa mon
strarẽ. Et cur nõ credamus hoc ideo uoluisse crea-
torẽ, ut crederemus etiã semẽ hominis posse uitiũ
de gignẽtibus trahere, quod in eis à q̃bus gignit
nõ est: ut sic ad eius gratiã, qua homines eruũtur
à potestate tenebrarũ & in regnum illius trans-fe-
runtur, etiam baptizati cũ suis paruulis currerẽt,
sicut tecũ cucurrit pater sanctus, nescius eidẽ gra
tiæ q̃ esses futurus ingratus. Sed naturę scrutator
acerrimus limites eius inuentis, & regulas figis,
dicẽs per rerũ naturã fieri non posse, ut illud pro-
bentur tradere parentes, quo caruisse creduntur.
Quod si tradurit, inquis, nõ amiserunt. Istæ sunt
Pelagianæ definitiões, quas lecto ad religiosę me
moriæ Marcellinũ quod cõmemoras, opusculo
nostro, iã respuere debuisti. Prior enim Pelagius
de parentibus fidelibus dixit, non eos potuisse in
posteros transmittere, quod ipsi minime habue-
runt. Sed q̃ sit falsum, exẽplis euidentissimis per-
docetur, quorũ aliqua supra dixi, unde est & hoc,
quod & nũc dicam. Quid eĩm præputij retinet cir-
cumcisus, de quo præputiatus tamen gignitur, &
quod iã non est in homine, trahitur in hominis fe-
mine? Nec ob aliud credendum est antiquis pa-
tribus hoc diuinitus fuisse preceptũ, ut octauo die
circumciderent paruulos, ad significandã regene-
rationẽ quæ fit in Christo, qui post diẽ septimum
sabbati, quo die iacuit in sepulchro, traditus pro-
pter delicta nostra, sequenti, id est octauo die in
hebdomadibus resurrexit propter iustificatiõem
nostrã. Quod sacramentũ circumcisionis in figu-
ra præcessisse baptismatis, quis uẽl mediocriter sa
cris literis eruditus ignoret, cum apertissime de
Christo dicat Apostolus: Qui est caput omnis
principatus & potestatis, in quo etiam circumcisi
estis circũcisione non manufacta, in expoliatione
corporis carnis, sed in circũcisione Christi, conse-

Circumcisio figura fuit baptismatis Col.2

Universidad de Deusto
Biblioteca

pulti ei in baptiſmo, in quo & conſurrexiſtis per fidem operatiõis dei, qui ſuſcitauit illũ à mortuis, & uos cũ eſſetis mortui in delictis & pręputio carnis ueſtrę, uiuificauit cũ illo donans nobis omnia delicta. Huius ergo circũciſionis non manufactę, quæ nunc fit in Chriſto, ſimilitudo præmiſſa eſt illa circumciſio manufacta quæ data eſt Abrahæ. Non enim dici poteſt, præputium corpus eſt, hoc aũt quod trahitur in origine uitiũ, & illo quidem abſciſſo uim eius tamen nequaq; tolli potuiſſe de ſemine: hoc uero uitium quod nõ eſt corpus, ſed accidẽs cũ indulgẽtia ſit remiſſum, in ſemine non potuiſſe reſidere: hoc inquã, à quouis callidiſſimo dici nõ poteſt, cum authoritate diuina ſuperetur, qua ipſa pars corporis ob hoc iuſſa eſt amputari, ut hoc uitium purgaretur. Quod niſi eſſet in ſemine, ad paruulos quibus circumciſione illa corporis auferendum eſt, nullatenus peruenìret. Neque ſi minime peruenìſſet, indigeret nullatenus hac corporis circumciſiõe ſemoueri. Cum aũt paruulus proprium nullum habeat omnino peccatum, reſtat ut nullũ eidem aliud auferatur niſi originale illo remedio ſine quo perit anima eius de populo ſuo, quod ſub iuſto deo nõ fieret, niſi eſſet culpa qua fieret. Quæ quoniam propria nulla eſt: reſtat ut ſola originis uitiata ſit culpa. Ecce circumciſus tradit naſcenti de ſe, quo caruit in ſe. Quid eſt ergo quod dicis, per rerũ naturã fieri nõ poſſe, ut illud homines probentur tradere, quo caruiſſe creduntur? Bonũ eſt præputiũ, non eſt malũ, quia deus illud fecit, ſicut de oleaſtro copioſiſſime diſputaſti. Reſpondetur tibi: Bonus eſt oleaſter in rerum natura, ſed in myſteriorũ ſcriptura malum ſignificat: ſicut lupi, ſicut uulpes, ſicut ſus lota in uolutabris cœni, ſicut canis conuerſus ad ſuũ uomitum. In rerum natura bona ſunt omnia ſicut oues. Omnia quippe deus fecit bona ualde, ſed in ſanctis libris lupi malos ſignificant, oues aũt bonos. Nec ſecundum id quod ſunt, ſed ſecundũ id quod ſignificãt, de illis ſimilitudines damus, quãdo de bonorum malorũq; differẽtia diſputamus. Sic & præputiũ quoniã particula eſt humani corporis, quod totum eſt bona ſubſtantia, utiq; bonũ eſt per naturam, ſed malũ ſignificat per figuram, cum die octauo circũcidi præcipitur paruulis propter Chriſtum, in quo ſicut Apoſtolus dicit: Circumciſi ſumus circũciſione nõ manufacta, quam ſine dubio præfigurauit circumciſio manufacta. Præputium itaq; nõ eſt peccatũ, ſed ſignificat peccatũ, per quod peccatũ dicti ſumus natura filij irę. Nam & ipſum membrũ natura proprie dicitur. Proinde circumciſio carnis, non ſolum illã quaſi generalem ſententiã ueſtrã ſine ambiguitate ſubuertit, qua dicitis, per rerum naturã fieri nõ poſſe, ut quo ipſe caruit tradat proli parẽs: uerumetiam quia præputiũ peccatum ſignificat, & inuenitur in naſcente, quod iã non erat in parente: profecto originale peccatum quod iam remiſſum eſt parentibus baptizatis, manere demonſtrat in paruulis, niſi & ipſi baptizentur, id eſt ſpiritali circumciſiõe mundentur: uosq; conuincit, eſſe ueriſſimũ quod negatis: quia & ipſe paruulus, de quo dictum eſt, Peribit anima eius de populo ſuo ſi octauo die non fuerit circumciſus, inuenire ſub iuſto iudice cur pereat non poteſtis, negantes originale peccatum. Relinquamus ſyluas oleaſtrorum & montes uel Aphricanos uel Italos oliuarũ, nec interrogemus agricolas, qui cũ tibi aliud, mihi aliud forte reſponderint, neutros poſſumus celeri exploratione conuincere, ſi ad hoc experiendũ ſeminetur arbor, ſeris factura nepotibus umbram. Habemus oleam non Aphricanam, non Italã, ſed Hebræã: cui nos q fuimus oleaſter, inſitos eſſe gaudemus. Illi oleæ data eſt circũciſio, quæ nobis ſoluit iſtam ſine diſceptatione quæſtionẽ. Trahit præputium proles, quod iam nõ habet parens. Caruit & tamẽ tradidit, amiſit & tamen tranſmiſit. Et hoc præputiũ peccatũ ſignificat. Ergo & ipſum poteſt in parentibus interire, & tamen ad filios pertranſire. Atteſtetur etiam ipſe infans, & tacens dicat. Peritura eſt anima mea de populo meo, ſi nõ fuero circũciſus octauo die. Qui ergo & originale malum diffitemini, & iuſtum deum fatemini, quid peccauerit dicite huic infanti tacite clamãti. Quoniam loquacitas ueſtra nulla rationabili uoce reſpondet: uoces potius ueſtras Apoſtolicis nobiſcũ iungite. Quæ ſint enim ex parentibus, uel utrum ſint etiam alia cõtagia peccatorum, liberum nobis eſt quærere, ſiue ſit facile, ſiue difficile, ſiue impoſſibile reperire: Per unum tamen hominem in hunc mundũ intraſſe peccatũ, & per peccatũ mortẽ, & ita in omnes homines pertranſiſſe, in quo omnes peccauerũt, aliter nobis fas eſſe nõ exiſtimem⁹ accipere, niſi ut oẽs mortuos eſſe credam⁹ in primi hominis peccato, pro quib⁹ mortuus eſt Chriſtus, & omnes mori peccato quicũq; baptizãtur in Chriſto. Sed in alijs uerbis meis quæ uelut refellenda interponis diſputationi tuæ, dicis me uulgum tibi excitare conatum, quoniam dixi fidem non dubitare Chriſtianam, quam noui hæretici oppugnare cœperunt, & eos qui lauacro regenerationis abluuntur, redimi à diaboli poteſtate, & eos qui nondum tali regeneratiõe redempti ſunt, etiã paruulos filios redemptorũ, ſub eiuſdem diaboli eſſe poteſtate captiuos, niſi & ipſi eadem gratia redimãtur. Quod ut apoſtolico teſtimonio cõprobarem, ad oẽs ætates dixi pertinere illud, de quo Apoſtolus loquitur, beneficium dei: Qui eruit nos de poteſtate tenebrarũ, & tranſtulit in regnum filij charitatis ſuæ. Si hac ſententia contra uos uulgus mouetur, nónne hinc te potius oportet aduertere, ita eſſe uulgatã & apud omnes confirmatã iſtã catholicam fidẽ, ut nec notitiã poſſit fugere populare? Neceſſe quippe fuerat quicquid in paruulis ſuis ageret, quod attinet ad myſteria chriſtiana, oẽs noſſe chriſtianos. Cur aũt dicis, q̃ certaminis ſingularis oblitus in uulgum refugerim? Quis tibi promiſit meũ ſingulare certamen? Vbi, quando, quomodo, quibus præſentibus, quibus arbitris? Oblato, ſicut loqueris, placuit cõponi fœdere bellũ, ut pugnas omniũ cõtentio noſtra dirimeret? Abſit ut mihi apud catholicos arrogem

Gen. 17

Rom. 5

Cap. IIII

Col. 1

Universidad de Deusto
Biblioteca

rogem, quod tibi apud Pelagianos arrogare non pudet. Vnus sum è multis, qui prophanas uestras nouitates ut possumus refutamus, sicut unicuiq; nostrum deus partitus est mensuram fidei. Antequã essem natus huic mũdo, & antequam essem renatus deo, multa catholica lumina uestras futuras tenebras redarguendo præuenerunt. De quibus iam duobus superioribus libris meis, quanta potui manifestatione disserui. Habes quò te auoces, si te aduersus catholicam fidem adhuc insanire delectat, nec nomine sellulariorum opificũ dei
1. Cor. 1 rideas mẽbra Christi: Memẽto quia infirma mundi elegit deus, ut cõfundat fortia. Quid est autem quod eis cũ ostendere cœperis, in me acerbiores fient? Mentiri eis noli, & nõ fient. Ego enim non eos, sicut calũniaris, asseuero peculium diaboli, quos redemptos Christi sanguine scio: nec diabolo coniugia, inquantũ coniugia sunt, ulla transcribo, nec eũ genitalium cõmentor artificẽ, nec excitatorem uirorum, nisi ad illicita, nec fœcundatorẽ mulierum, nec conditorem assero paruulorum. Hæc ergo quæ à me aliena sunt si eis de me dixeris, mentieris: & si quisq; eorum tibi credens acerbior in me fuerit factus, deceptus poterit esse non doctior. Si uero qui & utrũq; nostrum, & fidem catholicam sciunt, discere abs te aliquid nolunt, sed cauent potius ne auferas quod nouerunt. Multi quippe sunt in eis qui non solũ præter me, uerum etiam priores me ista didicerunt, quæ uester nouus error oppugnat. Cum ergo non eos ipse fecerim, sed inuenerim huius quam negatis socios ueritatis, quomodo eis ego sum author huius quem putatis erroris? Explica, inquis, quomodo peccatum personę illi iuste possit ascribi, quę nec uoluit peccare nec potuit. Aliud est perpetratio proprio rum, aliud alienorũ contagio peccatorum, quantum quidẽ ad suæ cuiusq; uitæ pertinet actionem. Nã si uos sententiam rectã, in uestrũ tortum sensum torquere nolletis, audiretis Apostolum hoc breuiter explicantẽ, qui unũ dixit fuisse in quo omnes peccauerunt. In illo uno mortui sunt oẽs, ut moreretur unus pro omnibus. Vnus enim pro omnibus mortuus est. Ergo omnes mortui sunt, pro quibus Christus mortuus est. Nega igit̃ Christum etiam pro paruulis mortuum, ut eximas eos de numero mortuorum, hoc est, de contagio peccatorũ. Qui fieri potest, inquis, ut res arbitrij conditioni seminum misceatur? Si fieri nõ posset, non esset unde paruulos nondum de corpore egressos mortuos diceremus. Quia si Christus & pro ipsis mortuus est, ergo & ipsi mortui sunt. Quomodo si unus pro omnibus mortuus est, ergo oẽs mortui sunt. Audisnẽ Iuliane? Hæc Apostoli uerba, non mea sunt. Quid à me quæris, quo sit factũ modo, cum uideas factũ esse quocũq; modo, si Apostolo credis aliquo modo, qui de Christo & de his pro qbus mortuus est, mẽtiri potuit nullo modo? Potest aũt dici deus ab alio quales estis peruerso, sed errore diuerso, potest prorsus dici deus quod nos sentire de paruulis dicis, ad inimici sui lucrũ semper industrius, qa eos quos nouit non ad tempus sub diabolo futuros, sed cum illo semper arsuros, non desinit creare, nutrire, uestire, eisq; pertinacissima iniquitate peccantibus uitã salutemq; subministrare. Sed facit hoc quomodo sciens bene uti & bonis, cuius maiestatis usibus, nõ solum eos quos premit aut decipit, sed nec seipsum malignitatis ulli⁹ arte diabolus subtrahit. Ac per hoc non pertinẽt ad diabolũ, qui eruunt̃ de diaboli potestate. Qui uero ad eũ pertinent, in dei, sicut ipse, sunt potestate. Quàm uanum est igitur quod acute te dixisse arbitraris, quasi asseramus hoc inter se fœdus iniisse diabolũ & deũ, ut quicqd perfunditur, deus, quicquid nascitur, diabolus sibi uendicet: ea tamẽ lege, sicut dicis, ut ipsam cõmixtionẽ quã diabolus instituit, deus obnoxia uirtute fœcundet. Prorsus nec instituit diabolus cõmixtionem, quoniã esset & si nemo peccasset, sed ita esset, ut tua ibi susceptа uel nulla esset, uel quieta esset: nec obnoxia uirtute, sed libera & potẽtissima deus fœcũdat uteros fœminarũ, etiam uasa diabolica parituros. Sicut enim hominibus malis, ita & seminibus ex origine uitiatis, in quibus bona est ab illo creata substantia, incrementũ, formã, uitã, salutemq; largit̃ gratuita bonitate, nulla necessitate, insuperabili potestate, irreprehẽsibili ueritate. Cum ergo utrũq; in potestate sit dei, & quod perfunditur scilicet, & quod nascitur, à cuius potestate alienus nec ipse diabolus inuenitur, tu duo ista quomodo posuisti? Vtrum melius esse uoluisti nasci q̃ perfundi? An melius esse perfundi, quia ibi est & nasci? Non enim perfundi poterit qui natus non fuerit. An utrumq; ęqua lance perpendis? Si nasci putas esse melius, regenerationi spiritali facis iniuriam, cui regenerationẽ carnalẽ sacrilego errore præponis. Nõ em̃ frustra crederis noluisse dicere, quod renascitur, sed quod perfunditur: ut quoniã diabolũ & deũ quasi partes inter se fecisse per nostrũ sensum demonstrare cupiebas, partem dei faceres uerbi utilitate utiliorẽ. Potuisti enim dicere, quod renascit̃, potuisti, quod regeneratur, potuisti postremo, quod baptizatur. Hoc em̃ uerbũ ex Greco latina consuetudo sic habet, ut non soleat alibi nisi in sacramẽto regenerationis intelligi. Nihil horum dicere uoluisti, sed elegisti uerbum, quo fieret cõtemptibile quod dicebas. Nemo em̃ legentiũ præferre potest natũ renato, uel regenerato, uel baptizato, sed facile putasti natũ præferri posse perfuso. Si aũt quantum distat cœlum & terra, tãto melius est perfundi, ut portetur hominis imago cœlestis, q̃ nasci ut portetur hominis imago terreni, euanuit iam tua ista inuidiosa partitio. Neq; enim mirandũ est, si cœlestis hominis imaginem, quæ sacra perfusione suscipitur, sibi uendicat deus: imaginẽ uero terreni hominis terrena labe sordentem sinit esse sub diabolo, donec ad suscipiendam cœlestis hominis imaginem renascatur in Christo. Porrò si perfundi & nasci æquali abs te pensantur examine, ut ideo paruuli nondũ renati nõ credant̃ esse sub diabolo, ne partes ęquales inter se deus & diabolus facere uideãtur, si deus sibi perfusos, diabolus aũt uendicat natos

Universidad de Deusto
Biblioteca

tos: profecto quia ſecundum iſtum ſenſum tantū ualet perfundi quantū ualet naſci, ſuperfluum perſuadetis eſſe perfundi, quoniam quod tantundem ualet ſufficit naſci. Et tamen agimus gratias quia non hoc putatis. Non enim ad regnum dei natos, niſi perfundātur admittitis: atq; ita perfundi multo melius iudicatis eſſe q̄ naſci. Iam itaque uobis ipſis reddite rationem, ne putetis indignū, ut qui non admittuntur in regnum dei, ſint ſub illo qui cecidit de regno dei: Et qui non habent uitam, ſint ſub illo qui perdidit uitam: Non aūt habere paruulos uitam, niſi habeant Chriſtum, quē proculdubio habere non poſſunt, niſi induerint
Gal.3 eum, eo modo quo ſcriptū eſt, Quotquot in Chriſto baptizati eſtis, Chriſtum induiſtis. Non ergo eos habere uitam, niſi habeāt Chriſtum Ioannes
1.Io.5 Euangeliſta teſtatur, dicens in Epiſtola ſua: Qui habet filium, habet uitā: qui non habet filiū, uitam non habet. Merito ergo intelliguntur mortui qui non habēt uitā, pro quibus eſt Chriſtus mortuus
2.Cor.5 ut habeant. Vnus enim pro oīibus mortuus eſt, ergo oīes mortui ſunt. Ideo autem mortuus eſt,
Heb.2 ſicut legitur ad Hebræos, ut per mortem euacuaret eum qui poteſtatē habebat mortis, id eſt diabolum. Quid ergo mirum ſi paruuli quādiu mortui ſunt antequam incipiant eum habere qui mortuus eſt pro mortuis, ſub eo ſunt qui poteſtatē habet mortis? Enumeras quæ fides uere non dubitet Chriſtiana, in quibus ea cōmemoras, quæ penè omnia prædicamus & nos, & de quibus nullo modo dubitandū eſſe cēſemus, uſq; adeo ut etiam illud quod dicis, ſine opere liberi arbitrij nullum hominis eſſe poſſe peccatū, uerum eſſe fateamur.
Rom.5 Non enim & hoc eſſet peccatum quod originale traheret ſine opere liberi arbitrij, quo primus homo peccauit, per quem peccatum intrauit in mundum, & in omnes homines pertranſijt. Quod aūt dicis, alienis peccatis alterum obnoxium non teneri, intereſt quatenus recte poſſit intelligi. Neq;
2.Reg.24 nunc ago quod peccauit Dauid, & pro peccato
Ioſue 7 eius tot hominum milia ceciderūt: & quod de anathemate cōtra interdictum, quia uſurpauit unus, in eos qui hoc non fecerant, nec factum fuiſſe nouerāt, uindicta proceſſit. Alia diſputatio eſt, neq; nunc terrere nos debet, de hoc genere peccatorū ſiue pœnarum. Parentum autem peccata modo quodam dicunt̄ aliena, & rurſus modo quodam reperiuntur & noſtra. Aliena quippe proprietate ſunt actionis, & noſtra ſunt contagione propagi-
Eccl.40 nis. Quod ſi falſum eſſet, profecto graue iugum ſuper filios Adam, à die exitus de uentre matris
2.Cor.5 eorum, nullo modo iuſtum eſſet. Quod aūt Apoſtolum dixiſſe cōmemoras: Oīes nos manifeſtari oportet ante tribunal Chriſti, ut reportet unuſquiſq; propria corporis ſui pro ut geſſit ſiue bonum ſiue malum, quomodo in paruulis accipis? Vtrum & ipſi ante tribunal Chriſti manifeſtabūtur, an non? Si non manifeſtabuntur, quid te adiuuat iſta ſententia, quādo ad eos nō pertinet, quorum nunc agitur cauſa? Si aūt manifeſtabuntur, quomodo reportat eorum quiſq; quod geſſit, qui nihil geſſit, niſi quia pertinet ad eos, quod per corda & ora geſtantium, ſiue credunt, ſiue non credunt? Propria corporis ſui enim dixit, quod ad unumquemq; in ſeipſo iam uiuentē pertinet. Nam quomodo reportat bonū ut intret in regnum dei, ſi hoc reportat quiſq; quod geſſit, niſi quia pertinet ad paruulum etiā quod per alterum geſſit, id eſt, credidit? Sicut itaq; quod credidit, pertinet ad eū ut reportet bonū, hoc eſt percipiat dei regnū: ſic ad eum pertinet etiam ſi non credidit, ut reportet condemnationis iudiciū, quia Euangelica eſt Mar.16
& ipſa ſententia dicendo: Qui non crediderit cōdemnabitur. Et Apoſtolus dicendo: Omnes nos manifeſtari oportet, ut recipiat unuſquiſq; pro ut geſſit, ſiue bonum ſiue malū, nihil uolmit intelligi mediū. Vide ergo q̄ importune nolis paruulum de alieno peccato reportare malū, & uelis eū de alieno recte facto reportare bonum, non qualecunq;, ſed dei regnum. Alienum quippe opus eſt cū credit per alterum, ſicut alienū opus fuit cum peccauit in altero. Nec nos dubitamus, quia baptiſmate delictū omne mundetur, ſed renaſcendo quiſq; mundatur. Quod ergo non admittit niſi regeneratio, non ceſſat trahere generatio. Sanè dicendo concupiſcentiam non uſquequaq; animo rebellem, proculdubio cōfiteris rebellem, & ſuppliciū non fateris, quod aduerſus teipſum bellum geris. Dicatur, inquis, partulorū creator deus talium, quales dei manibus digni ſunt, & addis, id eſt innocentium. Nónne te pietate, & dei laudatione uincere uidetur, qui dixerit etiam pulchra & ſana opera decere manus dei? Et tamen multi deformes, multi orbi uel morbidi, multi horridi monſtruoſiq; naſcuntur: nec ideo illam tantā ſubſtantiam, oīes partes eius, & quicquid in ea ſubſtantialiter exiſtit & uiuit, potuit creare niſi unus bonus & uerus deus. Iubes ut aſſeram, quemadmodum in Chriſto, id eſt, in uirtute eius creatos paruulos ſibi audeat diabolus uendicare. Tu aſſere ſi potes, quomodo ſibi non obſcure, ſed aperte uēdicet paruulos, quos immūdi ſpiritus uexant. Si ei traditos dicis, uidemus ambo ſupplicium, tu dic meritum. Ambo cernimus pœnā, tu qui nulla mala merita dicis ex parētibus trahi, cū deum iuſtū ambo fateamur, demonſtra iſta pœna dignam ſi potes in infantibus culpam. An uero non agnoſcis etiā hoc ad illud graue iugū pertinere, quod eſt ſuper filios Adam à die exitus de uētre matris eorum, uſq; in diem ſepulturæ in matrē omnium. Sub quo iugo diuerſis cladibus ita conteritur genus humanum, ut appareat hoc quod ex filijs iræ fiunt homines tāquam pignore accepto filij miſericordiæ, in futurū ſeculum præparari: in hoc aūt ſeculo à die ortus uſq; ad diem obitus, etiam ipſos ſub eodem graui iugo conteri. Quandoquidem etiam baptizati paruuli inter alia mala uitę huius nonnumquam & iſtos dæmonum patiūtur incurſus: quamuis eruti de poteſtate tenebrarum, ne ab eis trahantur in ſupplicium ſempiternum. Iterum dicis, quod iam quidem dixiſti, ad quæ reſpondi, ſed etiam nunc non debeo præterire, quod cum

deus

deus paruulis nihil de proprio tam boni q̃ mali merentibus gloriam regenerationis attribuit, hoc ipso eos ad suam curam, ad suum ius, ad suum dominium pertinere docet, q̃ eorũ uoluntatẽ ineffabilis præuenit beneficij largitate. Quid igit̃ eum offenderunt quos pariter innocentes, mundos, à se ad imaginem suam creatos, innumerabiles ab isto munere alienat, nec eorum uolũtatem huius ineffabilis præuenit beneficij largitate, separans tot imagines suas à regno suo? Si hoc eis non erit malum, non ergo amabunt regnum dei tot innocentes imagines dei. Si aũt amabũt, & tantũ amabunt quantum innocentes amare debent regnum eius, à quo ad ipsius imaginem creantur, nihil ne mali de hac ipsa separatione patientur? Postremo ubilibet sint, quomodolibet sint sub deo iudice, qui nec fato premit̃, nec personarum acceptione corrũpitur, in illius regni felicitate non erunt, ubi erũt qui pariter nihil boni, maliũe meruerũt. Sed si nihil meruissent mali, nunquam priuarentur in communi causa cõmunione tãti boni. In eis ergo ut sæpe diximus, iræ uasis notas fecit secundum Rom. 9 Apostolum, deus diuitias gloriæ suæ in uasa misericordiæ, ne glorientur tanquam de meritis uitæ suæ, cum cognoscunt hoc sibi iustissime reddi potuisse, quod uident reddi paribus cõsortibus mortis suæ. Eph. 2 Mire cõplexis Apostolus testimonijs asserit, paruulos & de potestate tenebrarum erui cum cæteris, & natura esse filios iræ sicut & cæteri, q̃a peccato moriuntur, cum in morte Christi baptizantur in Christo. Si ergo recte uis sapere, etiã de paruulis, sape quod ait Apostolus de deo patre: Col. 2 Qui eruit nos de potestate tenebrarum, & trãstulit in regnum filij charitatis suæ. Et illud alterum, Fuimus enim & nos aliquando natura filij iræ sicut & cæteri. Omnes enim eruuntur de potestate tenebrarũ, nec filij erunt iræ qui peccato moriuntur qui in morte Christi baptizantur. Omnes aũt ut deo uiuãt, peccato moriunt̃, qui in morte Christi baptizãtur. Omnes porrò in morte eius baptizantur, quicunq; baptizant̃ in Christo, ergo quia & paruuli baptizãtur in Christo, peccato moriuntur, & à potestate tenebrarum, ubi natura filij iræ fuerant, eruuntur. Quod autem dicis, ubi ait Apostolus: Natura filij iræ, posse intelligi prorsus filij iræ: Nónne hinc admoneri debuisti, antiquã contra uos defendi catholicam fidem: quia non ferè *Indicat hoc Hieronymus* inuenitur Latinus codex si non à uobis nunc incipiat emendari, uel potius in mendum mutari, ubi nõ natura sit scriptum? Quod utiq; cauere debuit interpretum antiquitas, nisi etiam fidei hæc esset antiquitas, cui cœpit uestra resistere nouitas. Sed homo egregius, in grege nõ uis esse uulgari. Rursus enim sententiam uulgi respuis, post tanta quibus eum reddita ratione aduersus me concitaueras grauius, q̃ in te fuerat concitatus. Sed nimirum tua disputata cõsiderans, nihil te talibus argumentis apud populum in catholicæ fidei ueritate & antiquitate fundatum agere potuisse uel posse sensisti. Vnde ad eum spernẽdum cõtumacia rursus ora cõuertis, eiusq; partes quibus cõstat non immerito uobis Christianorum infensissima multitudo, singillatim describendo & deridendo percurris, in quibus & auditoriales scholasticos tangis, & dicis contra me clamaturos: O tempora, ò mores. & tamen uulgi iudicium reformidas, ubi tã clamosos tibi suffragatores inuenire potuisti, qui Tullianis me uocibus territent, quod aliunde quàm unde totũ est, esse putem genitalem corporis partem. Quibus ego cum retulero: non hoc dico, mẽtitur: libidinem culpo, non mẽbra: uitium denoto, non naturam: iste aũt qui mihi apud uos calumniatur, audet in Ecclesia Christi ante magistrum in cœlo sedẽtem recitare libidinis laudem, quod ei recitandum si uobiscum studeret, magistrorũ nemo proponeret, ne offenderet omnium uestrum pudorem: nónne alia in te Tulliana uere conuenientia uerba conuertent, dicentes tibi: Ex hac parte pudor pugnat, abs te petulantia: hinc continentia, illinc libido? Nescio quos etiam quasi desertores dogmatis uestri, ad fidẽ catholicam conuersos arguis uel reuersos. Quos tamẽ significasti ita te metuere, ut eorum nomina exprimere non auderes, ne forte audientes abs te sua falsa crimina, mox tibi si non uera, certe credibiliora reponerent. Quod quidem quicunq; sunt isti, qui grauiter sapiunt, non facerent, & parcerẽt tibi secundum Apostolum, non reddẽtes maledictum 1. Pet. 3 pro maledicto. Tu aũt saltem illum monẽtem ne dedigneris audire, de cuius literis ex clamare te libuit: O tempora, ò mores. Saltem, inquam, ipsum audi, ut quantum à rerum turpitudine abes, si tamen abes, tantum te à uerborum libertate seiungas, & ea in alteros ne dicas, quæ cũ tibi falso obiecta sint, erubescas. Talia te sanè in istos nescio quos, dixisse qui legunt, sciũt, qualia in aliquibus omnino non nouimus, quos in proposito continentiæ recessisse à Pelagianis hæreticis nouimus. Tui uero, uel tuæ quales sint, nihil mea interest, quos tu uel quas tu sic fallis, ut dicas me definire, nec in carioso quidem corpore libidinẽ posse frenari. Imò quia frenari posse & frenari oportere decerno, ideo malum intelligo. Quod qui negat malum, uiderit quomodo habeat bonum, cui repugnantem, uelit nolit, fatetur frenãdam esse libidinem. Ego itaq; nõ solum à senibus, uerum & à iuuenibus dico libidinem posse frenari, sed multum miror à continentibus libidinem posse laudari. Quis autem nostrum dicit, malum hoc quod paruuli originaliter trahunt, sine substãtia in qua est, aut esse posse aut unquam fuisse? Quod tanquam dicamus, ita quæris dialecticos iudices, & irrides uulgum, quasi ad ipsum te iudicem adducam, à quo iudicari ista non possunt: quæ tu si non didicisses, Pelagiani dogmatis machina sine architecto necessario remansisset. Si uis uiuere, noli amare sapientiam uerbi, qua euacuatur crux Christi. Quomodo de alijs substantijs in alias substantias uel bonæ uel malæ transeant qualitates, non migrando sed afficiendo, iam libro superiore tractauimus. Si uulgi spernis iudicium, illos iudices intuere, quos tibi duob. prioribus meis libris lucu-

lentissima in Ecclesia Christi prædítos authorita te proposui. Quale est aũt, quod beatæ memoriæ Zosimum apostolicæ sedis Episcopum, ut in tua prauitate persistas, præuaricatiõis accusas: qui nõ recessit à suo prædecessore Innocentio, quẽ tu no minare timuisti, sed maluisti Zosimum, quia egit primitus lenius cum Celestio: quoniã se in his sen sibus uestris, si quid displiceret paratum esse dixe rat corrigi, & Innocentij literis consensurum esse promiserat. Memento sanè quemadmodũ de con stituendo Episcopo dissensionem populi Roma- ni insultabundus obiectas. Quod abs te quæro, utrum homines sua fecerint uoluntate. Quòd si negas, quomodo liberũ defendis arbitriũ? Si aũt fateris, quomodo eam uocas ultionem dei, atq; à uestro dogmate exorbitas, dum putari diuinitus uindicatũ affectas? An tandem aliquando conce- dis, quod obstinatissima contentione negaueras, occulto dei iudicio fieri, ut in ipsis hominũ uolun tatibus inueniatur aliquid, quod & peccatũ sit & pœna peccati? Hoc enim nisi in ista tua sententia sapuisses, nullo modo factũ hominum ultionem dei esse dixisses. Sed quãdo ante annos plurimos tale ibi quiddã de beato Damaso & Vrsicino con tigit, nondum Pelagianos Ecclesia Romana dam nauerat. Dicis me quoq; ipsum innouasse sensus meos, & initio cõuersionis meę hoc sensisse quod tu. Sed fallis, aut falleris, siue calumniãdo ijs quæ nunc dico, siue nõ intelligendo, uel potius non le- gendo ea quæ tunc dixi. Nam ego per unum ho- minem in mundum intrasse peccatũ, & per pecca tum mortem, & ita in oẽs homines pertrãsisse, in quo peccauerunt omnes, ab initio conuersionis meæ sic tenui semper, ut teneo. Extant libri quos adhuc laicus recentissima mea cõuersione cõscri psi, & si nondum sicut postea sacris literis erudi- tus, tamen nihil de hac re iam tunc sentiẽs, & ubi disputandi ratio poposcerat dicens, nisi quod an- tiquitus discit & docet omnis Ecclesia: in has ui- delicet magnas manifestasq; miserias, in quibus
Psal.143 homo uanitati similis factus est, ut dies eius sicut
Psal.38 umbra prætereant, & sit uniuersa uanitas omnis homo uiuens, merito peccati originalis genus hu manũ fuisse collapsum, unde nõ liberat nisi qui di
Io.8 xit, Veritas liberabit uos: &, Ego sum ueritas. &,
Io.14 Si uos filius liberauerit, tũc uere liberi eritis. Nõ eñ à uanitate nisi ueritas liberat, sed secundũ gra- tiã, non secũdum debitũ: per misericordiã, nõ per meritum. Sicut enim iudicij fuit, ut uanitati subij- ceremur, ita misericordiæ est, ut ueritate libere- mur, & ipsa bona merita nostra nõ nisi dei dona
Cap.V esse fateamur. Iã nũc illam tuã discutiamus ca- lumniã, qua me dixisse criminaris, baptizatos ex parte mundari. Quod melius dicis meis sermoni- bus apparere, eosq; sermones meos quibus hoc apparere posse asseueras, cõsiderandos in tua di- sputatione proponis. Ago gratias. Nẽpe isti sunt: Carnis, inquam, concupiscẽtia nõ est nuptijs im- putanda, sed tolerãda. Non eñ est ex naturali cõ- nubio ueniens bonũ, sed ex antiquo peccato acci dens malũ. Propter hãc ergo fit, ut etiam de iustis

A & legitimis nuptijs filiorũ dei, non filij dei, sed fi- lij seculi generentẽ: quia & hi qui generant, si iam regenerati sunt, non ex hoc generant, quo filij dei sunt, sed ex quo adhuc filij seculi. Dominica quip pe sententia est: Filij huius se culi generant & ge- Luc.20 nerantur. Ex quo itaq; sumus adhuc filij huius se- culi, exterior homo noster corrumpitur, ex hoc et huius seculi filij generantẽ. Ex quo sumus filij dei, 2.Cor.4 interior homo renouatur de die in diem. Quãuis & ipse exterior per lauacrum sanctificatus sit, & 1.Cor.3 spem futuræ incorruptionis acceperit, propter quod & templũ dei merito dicitur, sed hoc non so lum propter præsentem sanctificationem, sed pro pter illam spem dictũ est de qua dicitur: Et nosipsi Rom.8 primitias habentes spiritus ingemiscimus, expe- ctantes redemptionẽ corporis nostri. Si ergo re-
B demptio corporis nostri secundũ Apostolum ex- pectatur, profecto quod expectatur adhuc spera- tur, nondum tenetur. Nihil habẽt hæc uerba mea quod nõ ipse baptizatus agnoscat, qui cũ Apostolo dicit, & ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. 2.Cor.5 Vnde & alibi ait: Etenim qui sumus in hac habi- tatione, ingemiscimus grauati. Quò pertinet etiã illud, quod in libro Sapientiæ legimus: Corpus Sap.9 enim corruptibile aggrauat animam, & deprimit terrena inhabitatio sensum multa cogitantẽ. Sed tu tanquam in cœlo iam inter angelos immorta- liter habitãs, uerba infirmitatis & mortalitatis ir- rides, & ea exponens nõ secundum meũ sensum, sed secundũ dolum tuũ, dixisse me affirmas, quod gratia non perfecte hominem nouum faciat. Non
C hoc dico: Attende quod dico: Gratia perfecte ho minem nouũ facit, quãdoquidẽ & ad corporis im mortalitatem plenamq; felicitatem ipsa perducit. Nunc etiam perfecte innouat hominẽ, quantum attinet ad liberationem, ab omnibus omnino pec catis, non quantum ad liberationẽ attinet ab om- nibus malis, & ab omni corruptione mortalita- tis, qua nunc corpus aggrauat animam. Vnde est gemitus, quem suum quoq; cõfitetur Apostolus dicẽs: Et ipsi in nobismetipsis ingemiscimus. Sed ad illam quoq; perfectionẽ quæ speratur, eodem baptismate quod hic accipitur, peruenitur. Non autem omnes filij seculi filij sunt diaboli, quãuis omnes filij diaboli filij sunt seculi. Sunt eñ etiam filij dei, qui tamen adhuc filij sunt seculi: propter
D quod & coniugio copulantur, sed filios dei carne non gignunt, quia & ut ipsi essent filij dei, non ex carne, non ex sanguine, non ex uoluntate uiri, ne- Io.1 que ex uoluntate carnis, sed ex deo nati sunt. San ctificatio ergo per baptismum etiam nũc confer- tur & corpori, non tamen nũc corruptio eius au- fertur, quæ ipsam quoq; aggrauat animam. Et ideo quamuis casta sint corpora, cum desiderijs peccati membra non seruiunt, propter quod ad templum dei pertinere cœperunt: est tamẽ quod gratia in tota ista ædificatione perficiat, quamdiu caro concupiscit aduersus spiritum, ut motus ma Gal.5 los qui refrenandi sunt indicet: & spiritus aduer- sus carnẽ, ut sanctitas perseueret. Ideo dicis carnẽ concupiscere, quia carnaliter anima concupiscat.

Siquidem

Siquidem sine anima, caro nec sentiat. Concupiscere aũt uiuentis sentientisq; naturæ est, sine quo sensu mẽbra moueri nõ possunt, id est, per semetipsa cõcupiscere nequeunt, & qui sensus concupiscentiæ sine mẽbris, ut in spadonibus. Quis aũt nescit quod nobis egregius doctor inculcas, ideo dici carnẽ concupiscere, quia carnaliter anima cõcupiscit? Non enim sine anima uila potest esse carnis cõcupiscentia. Nam uticq; concupiscere uiuentis sentientisq; naturæ est, ita ut non desit cõcupiscentia, quã spadonum quoq; castitas frenat: minus quidem laboriosa, quia ubi materia de qua operetur non inuenit, minus aduersus eam libido consurgit. Est tamen, pudiceq; comprimitur, ne concumbendi quãuis irritus ipse conatus, in eam turpitudinem ueniat, propter quam Calligonum Valẽtiniani iunioris eunuchum gladio nouimus ultore punitum, meretricis cõfessione cõuictum. Neq; enim & in libro Ecclesiastico adhiberetur in
Eccles. 30 de similitudo atq; diceretur: Videns oculis & ingemiscens, quasi spado cõplectens uirginem & suspirans: nisi & ipsi mouerentur cõcupiscentiæ carnalis affectib⁹, licet destituti carnis effectib⁹. Motibus igitur suis anima quos habet secundum spiritum, aduersatur alijs motibus suis, quos habet secundũ carnẽ: & rursus motibus suis quos habet secundum carnẽ, aduersatur alijs motibus suis, quos
Gal. 5 habet secundum spiritum: & ideo dicitur caro cõcupiscere aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem. Sed propter hoc & de ipsa anima dictum est:
2. Cor. 4 Renouatur de die in diem. Neq; enim ipsa in sanctitate non proficit, cum magis magisq; minuit eas quibus non consentit, carnales cupiditates.
Colos. 3 Iam baptizatis quippe dicebat Apostolus: Mortificate membra uestra quæ sunt super terram. Ibi et fornicatio & mala concupiscentia, & auaritia nominatur. Quomodo ergo mortificat iam baptizatus fornicationem, quam non iam perpetrat, & secundum te nec habet aliquid quod mortificet? Quomodo, inquam, obtemperat Apostolo dicenti: Mortificate fornicationem, nisi cum desyderia eius quibus non consentit expugnat, quæ in bene facientibus, & omnino nõ fornicantibus nec consensione, nec opere, & si non desunt, tamen quotidie minuuntur? Hoc agitur in templo dei, quãdo adiuuãte deo agitẽ quod præcepit deus. Opera spi-
Rom. 8 ritus eriguntur, opera carnis mortificantur. Si em̃ secundũ carnẽ uixeritis, inquit, moriemini. Si aũt spiritu facta carnis mortificaueritis, uiuetis. Et ut scirent se hoc non facere nisi gratia dei, continuo subdidit: Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Ac per hoc quicunque aguntur dei spiritu, ipsi facta carnis mortificant spiritu. Habẽt ergo iam baptizati quid agant in seipsis, hoc est, in dei templo, quod ædificatur hoc tempore, ut dedicetur in fine. Ædificatur aũt post captiuitatem, de Psalmo qui prius dedicationem domus prædicat, & pòst ædificationem. Sed dedicatio ad caput domus pertinet, hoc est, ad Christum: ædificatio ad corpus totum domus, id est, ad Ecclesiam. Ideo prior dedicatio quàm ædificatio est, si-

A cut huius rei index titulus Psalmi, eiecto scilicet foras qui captiuauerat, inimico. In ordine quippe psalmorũ, quod mirũ uideri potest, prior est Psalmus dedicatiõis domus, & posterior ædificatiõis. Sed dedicationis ideo prior est, quia illam domũ
Ioan. 2 cantat, de qua eius architectus ait: Soluite tẽplum hoc, & in tribus diebus exuscitabo illud. Iste autẽ posterior, quando domus ædificabatur post captiuitatem, Ecclesiam prophetauit. Deniq; & sic in-
Psal. 95 cipit: Cantate domino canticũ nouũ, cantate domino omnis terra. Nemo igitur ita desipiat, ut unũ quemq; baptizatum ideo existimet iam esse perfectum, quia dictum est: Templum dei sanctum est,
1. Cor. 3 quod estis uos: Et, Nescitis quia corpora uestra tẽ-
1. Cor. 6 plũ in uobis est spiritus sancti, quẽ habetis à deo.
B Et in alio loco: Nos enim templũ dei uiui sumus.
2. Cor. 6 Et cætera huiusmodi. Iam enim hoc uocatur, & cũ ædificatur. Mortificantur hic membra nostra, quę sunt super terrã. Quamuis enim iam peccato mortui, deo uiuamus: est tamen quod in nobis mortifi-
Rom. 6 cemus, ut non regnet peccatum in nostro mortali corpore, ad obediendũ concupiscentijs eius, à quibus nos soluit ne his essemus obnoxij, plena atq; pfecta remissio peccatorũ, & remanserũt in nobis cum quibus generantur bella castrorũ. Ex his est & illa qua pudicus bene utitur coniugatus, sed cũ bene fit, de malo nascitur bonũ non sine malo, & ideo renascitur ut liberet̃ à malo. Quod em̃ deus
C creat & homo generat, pfecto bonũ est, inquantũ homo est. Sed ideo nõ sine malo, quia sola regeneratio soluit à malo, qd' trahit generatio de primo magnoq; peccato. Sic aũt incredibile uis uideri, q̃ in utero baptizatę, cuius corpus est templum dei, format̃ homo futurus sub diabolo, nisi deo renascatur ex deo: quasi non maioris admirationis sit,
Sap. 1 quod deus & ubi nõ habitat operat̃. Non enim habitat in corpore subdito peccatis: & tamẽ operat̃ hominẽ in utero meretricis. Attingit enim ubiq;
Sap. 7 propter suam munditiam, & nihil inquinatum in eũ incurrit: & quod multo est mirabilius, aliquando adoptat in filium, quẽ format in utero immundissimę fœminę: & aliquando nõ uult esse suum filium, quẽ format in utero suæ filiæ. Ille quippe ad baptismum nescio qua prouisione peruenit: iste repentina morte nõ peruenit. Atq; ita deus, in cuius
D potestate sunt omnia, facit esse in Christi consortio, quẽ formauit in diaboli domicilio, & nõ uult esse in regno suo, quem formauit in templo suo. Aut si uult, cur non facit quod uult? Non enim quod soletis de maiorib⁹ dicere, deus uult, & paruulus nõ uult. Certe hic ubi fati nulla est immobilitas, nulla fortunę temeritas, nulla pſonę dignitas, quid restat nisi misericordię & ueritatis profunditas? Vt sciamus, & ex hoc incõprehensibili cõprehendamus iuxta duos homines, unum per quem peccatũ intrauit in mundum, alterũ qui tulit peccatum mundi, omnes filios cõcupiscentię carnalis undecunq; nascantur, ad iugum graue filiorum Adam merito pertinere, & ex his omnes filios gratię spiritalis undecunq; nascãtur, ad iugum suaue filiorum dei sine merito peruenire. Proinde condi-

Universidad de Deusto
Biblioteca

tionem suã gerit, qui in alterius corpore quod est templum dei ita constituitur, ut non ideo sit & ipse templum dei, quia ædificatur in templo dei. Matris quippe corpus ut esset templum dei, gratiæ beneficium est, nõ naturæ: quę gratia nõ conceptione, sed regeneratione confertur. Nam si ad matris corpus id quod in ea cõcipitur pertineret, ita ut eius pars deputaretur, non baptizaretur infans, cuius mater baptizata est, aliquo mortis urgẽte periculo, cũ eum gestaret in utero. Nunc uero cũ etiã ipse baptizatur, non utiq; bis baptizatus habebit. Non itaq; ad maternum corpus cum esset in utero pertinebat, & tamen creabatur in templo dei, non templum dei. Ita in fœmina fideli creatus est infidelis, & in eum parẽtes infidelitatem traiecerũt, quam non habebant, quando ex ipsis natus est, sed tunc habebant quando & ipsi similiter nati sunt. Traiecerunt ergo quod iam nõ erat in eis, propter semẽ spirituale quo regenerati sunt, sed erat in eorum carnali semine, quo eum generauerũt. Quanuis itaq; sacro baptismate sanctificet & corpus, ad hoc tamẽ sanctificatur, ut per remissionẽ peccatorum non solum prẽteritis peccatis omnibus, uerũ etiam ipsi quę inest carnis cõcupiscentię nõ sit obnoxium, cui necesse est obnoxius omnis homo nascatur, etiã moriturus obnoxius, si nõ renascatur. Vbi ergo me audisti siue legisti dicentẽ, non innouari homines per baptismũ, sed quasi innouari: nõ liberari, sed quasi liberari: non saluari, sed quasi saluari: absit ut ego inanem dicerem gratiã lauacri illius, in quo renatus sum ex aqua & spiritu, qua liberatus sum à reatu omniũ peccatorũ, uel quæ nascendo traxeram, uel quæ male uiuendo contraxeram? Qua gratia liberor ut scio, ne intrem in tentationem, à cõcupiscentia mea abstractus et illectus, atq; ut exaudiar dicens cum consortibus meis: Dimitte nobis debita nostra. Qua liberabor, ut spero, in ęternũ, ubi iam nulla lex in membris meis repugnet legi mentis meæ. Non igitur ego inanem facio dei gratiam: sed tu eius inimicus inanem quę sisse uideris iactantiam, ut in tuam disputationem introduceres Epicurum, qui negauit esse corpus deorum, sed tanq; corpus, nec sanguinem, sed tanquam sanguinem, & hac occasiõe, de philosophorum literis ad rem quæ inter nos agitur non pertinentibus, tanto ineptius quãto uelut doctius delirares. Quis aũt nostrũ dicit, quicqd in prẽsenti sęculo agitur esse culpandũ, cũ hic ipse Christus tanta egerit bona, sed ut nos erueret de præsenti sęculo malo? Quàm porrò diligenter & congruenter exponas Apostolicum testimoniũ, ubi ait: Spe salui facti sumus: & cætera usq; ad redemptionẽ corporis nostri, operę preciũ est intueri. Dicis enim q̃ illa resurrectio nõ peccata dimittat aliquorum, sed expurget merita singulorũ. Reddit enim unicuiq; inquis, secundũ opera sua: nec tamen dicis, secundum quæ opera sua regnũ dei paruulis reddat. Et peccata quidẽ nulla remittunt in regno, Sed si nulla remitterent in iudicio illo nouissimo, puto qd̃ dominus non dixisset de quodam peccato: Non remittetur neq; in hoc sęculo, neq; in futuro: quando sibi remitti sperabat latro ille, qui dicebat: Memento mei cũ ueneris in regnũ tuum. De qua re quoniam profundissima quæstio est, nõ est modo præcipitanda sententia. Cur autem in regno nulla peccata remittit deus filijs suis, nisi quia nõ inuenit quod remittat? Non enim poterũt ibi esse peccata, ubi spiritus non dico non consentit concupiscentiæ carnis, sed nec cõcupiscit aduersus carnẽ, quia nec caro aduersus eum, illa ineffabili salute perfecta: quæ nunc non fit in baptismo, ubi remittuntur quidem cuncta peccata, sed remanẽt carnalium concupiscentiarũ mala, cum quibus post baptismum, si tamen proficiunt, exerceant siue coniugati gloriosa, siue continentes gloriosiora certamina, quod & ipse confiteris. Sed nescio qua miseria quando pro ueritate loqueris, tunc te ipse non audis. Describẽs quippe illam summã resurrectionis felicitatẽ, dicis neminem iam ibi iustorum liuidum facere corpus suum, & seruituti subijcere, neminem humiliare animam suam stratis duris & pedore membrorum. Responde ergo cur hic ista faciat, qui omni malo in baptismate caruit, cur audet liuidum facere templum dei? Nónne membra ei⁹ membra sunt utiq; templi dei? Cur ergo non suaui odore, sed pedore tẽpli eius, aut inuitat præsentiã, aut impetrat misericordiam, aut placat iram eius? Nihil ne mali castigat, domat, uincit, opprimit in tẽplo dei, etiã liuore et pedore ipsius tẽpli dei? Nõne attendis, nónne perspicis, quia tam uehemẽter corpus suũ persequens, si nihil ibi persequit quod displicet deo, frustra persequẽdo templum eius, facit iniuriã magnam deo? Quid tergiuersaris, quid cunctaris apertius cõfiteri? Illud profecto, illud est quod iste cuius liuorẽ pedoremq; prædicas, in sua carne persequitur. Vnde dicebat Apostolus: Scio quia non habitat in me, hoc est in carne mea bonum. Quam uocem baptizati esse cur negas, cum opera uocis huius in liuore corporis, & membrorum pedore cognoscas? Neque enim hæc sancti, uel dei flagellis, uel ab inimicis tolerant patiendo, sed ipsi sibi ingerunt continendo. Et ut quid hoc, nisi contra carnis concupiscentiam spiritu concupiscendo? Quod nimirum & ipse sensisti. Cum enim describens felicitatem futuræ uitæ, addidisses atque dixisses: Nemo conuitijs felicem impudentiam, nemo maxillas palmis, nemo subijciet terga uerberibus, nec conflare studebit de infirmitate uirtutem, nec cum inopia frugalitatem, nec cum mœroribus magnanimitatẽ, quare dicere noluisti, nec cum carnis concupiscentia castitatem? Sed festinasti sensum concludere, atq; dixisti, nec patientia cum dolore luctabitur, nihil aliud cõmorans nisi quod forinsecus irruens fortitudine toleratur, nõ quod intus se cõmouens castitate cõprimitur. An forte nos arguis tarditatis q̃ non intellexerimus, hoc te iam significasse superius, cum de liuore corporis diceres & labore ac pedore mẽbrorum? Quando em̃ nõ ab hoste sed à seipso affligitur fortis, in ipso intus est, qui uincendus est hostis. Memẽto sanè nõ te exposuisse cur Apostolus dixerit: Adoptionẽ expectantes, q̃ iam in lauacro regenera-

Matt. 6 Rom. 7 Rom. 8 Matt. 12 Luc. 23 Rom. 7 Rom. 8

regenerationis fuerat adoptatus. Iterum dicis q̄ car A qui nunquam fuerat in peccato. Et cum semel sit
nem suā nullus oderit. Quis enim hoc negat? Sed mortuus, tamē pro unoquoq; tunc moritur, quan-
tamen disciplinæ rigore asseris conterendam. Ite- do in eius morte quantælibet ætatis fuerit baptiza
rum ergo pro ueritate loqueris, & audire te non tur: id est, tunc ei proderit mors eius, qui fuit sine
uis. Cur enim caro conteritur à fidelibus, si nihil peccato, quādo in eius morte baptizat⁹, mortuus
remansit in baptismo quod aduersus spiritum cō- fuerit etiā ipse peccato, qui mortuus fuerat in pec 1. Cor. 6
cupiscat? Cur inquam, conteritur à seipso templū cato. Ingeris Apostoli testimonium, ubi ait: Noli-
dei, si nihil ibi est quod resistat spiritui dei? Non au te errare, neq; fornicarij, neq; simulacris seruien-
tem tantum inesset, uerum & grauiter obesset, ni- tes, & cætera quibus commemoratis, concludit
si reatus qui nos obstrinxerat, per remissionem quod regnum dei non possidebunt. Sed agunt ta-
peccatorum solutus esset. Soluitur ergo per in- lia qui concupiscentiæ quam laudas, motibus ad
dulgentiam, quia tenebat in noxa: conteritur per mala & turpia quęque cōsentiunt. Quod ergo ait:
continentiam, ne uincat in pugna. Agitur itaque Et hæc quidem fuistis, sed abluti estis, sed sanctifi-
ne obsit, donec ita sanetur ut non sit. Quapropter cati estis: mutatos eos dixit in melius, non ut ea ca
dimittuntur in baptismate cuncta peccata, & ori rerēt, quod in hac uita fieri nō potest, sed ut ei non
ginaliter tracta, & ignoranter uel scienter adiecta. B obedirēt, quod in bona uita fieri potest: atq; ut ab
Iacobi 1 Sed cum dicit Apostolus Iacobus: Vnusquisque eo quo erāt uinculo eius obnoxij, liberos se esse co
tentatur à cōcupiscētia sua abstractus & illectus, gnoscerēt, quod nisi regeneratione fieri nō potest.
deinde concupiscentia cum conceperit, parit pec- tu aūt, qui putas, quod si malum esset cōcupiscen-
catum: profecto in his uerbis partus à pariente di- tia, careret ea qui baptizatur, multum erras. Omni
scernitur. Pariens enim est concupiscentia, partus enim peccato caret, non omni malo. Quod plani⁹
peccatum. Sed concupiscentia non parit, nisi con ita dicitur: Omni reatu omnium malorum caret,
ceperit, non concipit nisi illexerit, hoc est, ad ma- non omnibus malis. Nunquid ēm caret corruptio
lum perpetrandum obtinuerit uolentis assensum. ne corporis? An non est malum quod aggrauat a-
Quod ergo aduersus eam dimicatur hoc agitur, nimam, & errauit qui dixit, corpus enim corrupti- Sapien. 9
ne concipiat, pariatq; peccatum. Dimissis itaq; in bile aggrauat animam? Nunquid caret ignorātiæ
baptismo peccatis omnibus, id est, omnibus con- malo, per quod à nescientibus innumerabilia per-
cupiscentiæ fœtibus, si illic etiam ipsa consumpta petrantur mala? An paruum malum est, per quod
est, quomodo contra eam ne cōcipiat, dimicāt san homo non percipit quę sunt spiritus dei? De bapti-
cti liuore corporis, pedore membrorū, contritione zatis nēpe dicebat Apostolus: Animalis homo au 1. Cor. 2
carnis? Quæ uerba tua sunt. Quomodo, inquam, C tem non percipit quæ sunt spiritus dei: stultitia est
liuore, pedore, cōtritione templi dei contra eā bel enim illi, & non potest scire quoniā spiritaliter di-
ligeratur à sanctis, si & ipsa est ablata baptismate? iudicatur. Deinde paulopost: Et ego, inqt, fratres, 1. Cor. 3
Manet igitur. Nec ea regeneratiōis lauacro carui non potui loqui uobis quasi spiritalibus, sed quasi
mus, si non ibi caruimus sensu, quo eam manere carnalibus: quasi paruulis in Christo, lac uobis po
sentimus. Quis autē ita sit imprudens atq; impu- tum dedi nō escam. Nondum enim poteratis, sed
dens, ita procax, pertinax, perulcax, ita postremo nec adhuc quidem potestis. Adhuc enim estis car-
insanus & demens, qui cum peccata mala esse fate nales. Cum enim sint inter uos æmulatio & con-
atur, neget esse malam concupiscentiam peccato- tentio, nónne carnales estis, & secundum homi-
rum, etiam si aduersus eam concupiscente spiritu, nem ambulatis? Vide quæ dicat mala de ignoran-
peccata concipere ac parere non sinatur? Tale por tiæ malo uenientia. Et puto quod non de catechu
rò ac tam magnum malum, tantum quia inest, quo menis ista dicebat. Paruuli quippe in Christo quo
modo non teneret in morte, & pertraheret in ulti modo essent, nisi iam renati essent? Quod si nondū
mam mortem, nisi & eius uinculum, in illa quæ fit credis, quid eis post pauca dicat attende: Nescitis 1. Cor. 3
in baptismo remissione peccatorum omnium sol- quia templū dei estis, & spiritus dei habitat in uo-
ueretur? Propter hoc enim uinculum quod cōne- D bis? An adhuc dubitabis uel negabis, non eos po-
ctitur ex primo Adam, nec solui potest nisi in se- tuisse esse templū dei, in quo habitaret spiritus dei,
cūdo Adam: propter hoc, inquā, uinculū mortis, nisi baptizatos? Saltem ergo illud respice qđ eis
mortui reperiunt infantes, non ista morte nouissi- dixit: Nunquid in nomine Pauli baptizati estis? 1. Cor. 1
ma quæ à corpore animam separat, sed ea morte, Non igitur caruerāt tanto ignorātiæ malo in laua-
qua tenebant omnes, pro q̄bus mortuus est Chri cro regenerationis, ubi tamen omnibus caruerāt
2. Cor. 5 stus. Scimus enim, ait Apostolus, quod à nobis sæ sine dubitatione peccatis. Et per hoc ignorantiæ
pissime repetendum est, quoniam unus pro omni- malū tēplo dei in quo habitabat spiritus dei, stulti
bus mortuus est, ergo omnes mortui sunt: & pro tia erant quæ sunt spiritus dei: sed de die in diem si
omnibus mortuus est, ut qui uiuunt iam non sibi proficerēt, & in quod peruenerant, in eo ambula-
uiuant, sed ei qui pro omnibus mortuus est, & re- rent, sana ꝓfecto accedēte doctrina minueret hoc
surrexit. Illi ergo uiuūt, pro quibus ut uiuant mor malum. Credamus etiā non tantum minui, uerum
tuus est qui uiuebat. Quod apertius ita dicitur: Illi etiam in hac uita posse consumi, tamē post baptis-
Psal. 87 sunt à mortis uinculo liberi, pro quibus mortuus mum. Nunquid in baptismo? Concupiscentiā ue-
est inter mortuos liber. Vel sic multo apertius: Illi ro quis ambigat in hac uita posse minui, nō posse
sunt liberati à peccato, pro quibus mortuus est, cōsumi? Horum itaq; malorum præteritus omnis

reatus

reatus sacro fonte diluitur. Remittũtur ergo in renascentibus, minuuntur in proficientibus. Ignorãtia minuitur ueritate magis magisq; lucente. Concupiscentia minuitur charitate magis magisq; ferente. Nihil boni horum duorum est à nobis. Nõ enim spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex deo est, ut sciamus quæ à deo donata sunt nobis. Ex hoc aũt concupiscentia peior est q̃ ignorantia: quia ignorantia sine concupiscentia minus peccat, concupiscentia uero sine ignorantia grauius peccat. Et nescire malum, non semper est malũ: concupiscere aũt malum, semper est malum. Bonum quoq; ipsum utiliter aliquando ignoratur, ut opportune sciatur. Nullo aũt modo fieri potest, ut carnali concupiscentia bonum hominis concupiscatur, quãdoquidem nec ipsa proles libidine corporis, sed uoluntate animi concupiscitur, quãuis non sine libidine corporis seminetur. De hac quippe agimus cõcupiscentia, qua caro cõcupiscit aduersus spiritum, non de illa bona, qua spiritus concupiscit aduersus carnẽ, & qua concupiscitur continentia, per quam concupiscentia uincatur, si uoluptas corporis nõ est hominis bonum. Hac ergo concupiscentia carnis, quæ author quidam est & uoluptatis, nullum concupiscitur hominis bonũ. Hac ergo cõcupiscentia carnis nunq̃ concupiscit hominis ullum honũ, si uoluptas carnis nõ est hominis bonum. Si aũt ut aliquo loco significasti, placet tibi secta Dinomachi, honestatẽ uoluptatemq; coniungens, quod philosophi quoq; huius mundi qui honestiores uidebantur, scyllęum bonum esse dixerunt, ex humana scilicet natura beluinaq; cõpactum. Si hoc ergo monstrum tua opinione secta ris, satis est nobis, quod confiteris aliam esse illicitam, aliam licitam uoluptatem. Ac per hoc mala est concupiscentia quæ indifferenter utrunque appetit, nisi ab illicita uoluptate licita uoluntate frenetur. Hoc autem malum non in baptismate punitur, sed baptizatis per gratiam regenerationis ab eius obligatione iam liberis, ne ad illicita pertrahat, salubriter uincitur. Vt aũt resurrectionis tẽpore, non sit omnino in uiuente corpore nec dolẽte, præmium est eorum qui contra eam fideliter certauerunt, q̃ languore sanato, immortalitate sana & beatissima uestiẽtur. In eis uero qui non ad uitã resurgent, non feliciter, sed pœnaliter erit: non quia tũc ab ea quisquam mundabitur, sed quia tunc malis non in delectamenta excitatis, sed in tormenta uertetur. Iam uideamus illud excellentissimũ acumen tuum, quo uidisti quemadmodum refelleres quod à me dictum est, dimitti cõcupiscentiam carnis in baptismo, non ut non sit, sed ut in peccatum non imputetur, quamuis autem reatu suo iam soluto, manet tamen. Aduersus hæc mea uerba sic argumentaris homo acutissimus, tanquam ipsam cõcupiscentiam dixerim per baptismum reatu liberari, quoniam dixi, reatu suo iam soluto: uelut suo dixerim, quo ipsa rea est, eoq; soluto illa permaneat absoluta. Quod utiq; si sensissem, profecto eã malam esse non dicerem, sed fuisse. Ac per hoc secundum mirabilem intelligentiam tuam, quando audis in aliquo homicidij reatum solutum, non hominem sed ipsum homicidium à reatu existimas absolutum. Sic intelligat quis, nisi qui non erubescit laudare, cum qua cõpellitur dimicare? Et quomodo te iactas exultasq; in redarguenda ista sententia, non mea planè, sed tua. Talia quippe dicis, qualia dicenda sunt in eos, qui per baptismũ sanctificatam & fidelem factã concupiscentiam carnis affirmant in eis, in quibus regeneratis manet tamen. Sed hoc tibi potius qui eam bonam prædicas, cõuenit dicere, ut bono eius naturali, sicut de infantibus dicitis, bonum sanctificationis accedat, & sit carnis concupiscentia sancta dei filia. Nos aũt qui eam malam dicimus, & manere tamen in baptizatis, cuius reatus eius nõ quo ipsa erat rea, neq; ẽm aliqua persona est, sed quo reum hominẽ originaliter faciebat, fuerit remissus atq; uacuatus, absit ut dicamus sanctificari, cum qua necesse habẽt regenerati si non intuacuũ dei gratiã susceperunt, intestino quodam bello tanquam cum hoste confligere, & ab ea peste desyderare atq; optare sanari. Nã si propterea dicis nulla mala remanere in baptizatis, ne ipsa mala baptizata & sanctificata credãtur, uide quanta te sequatur absurditas. Si enim quicquid est in homine quando baptizatur, baptizari & sanctificari putandum est: dicturus es & ipsa in illo baptizari & sanctificari, quę in intestinis & uesica sunt per digestiones corporis egerenda. Dicturus es baptizari et sanctificari hominem in matris utero constitutum, si ad hoc sacramentum accipiendum grauidam necessitas cogat, & ideo baptizari iam non debere qui nascitur. Postremo dicturus es & ipsas baptizari & sanctificari febres, quãdo baptizantur ægroti, ac per hoc baptizari & sanctificari etiã opera diaboli. Velut si mulier illa baptizaretur anteq̃ curaretur, quã Satanas in infirmitate alligauerat per decem & octo annos. Quid de malis ipsis ipsius animi loquar? Cogita quantũ mali sit, stultitiam putare quæ sunt spiritus dei: & tamen tales erant, quos Apostolus alebat lacte, non cibo. Nunquid & stultitiæ illius tam magnũ malum, quia non fuerat baptismate ablatum, baptizatum sanctificatumq; dicturus es? Sic ergo & cõcupiscentia quæ manet oppugnanda atque sananda, quamuis in baptismo dimissa sint cuncta omnino peccata, non solum nõ sanctificatur, sed potius ne sanctificatos æternæ morti obnoxios possit tenere euacuatur: quia & illi qui lacte alebantur nõ solido cibo, & adhuc animales, non percipientes quæ sunt spiritus dei, quoniam stultitia illis adhuc erat: si in illa mentis ætate, in qua ætate noui homines appellabantur, non carnis, de corpore exissent paruuli in Christo, nullo reatu stultitię illius tenerentur: quia hoc eis beneficium fuerat regeneratione collatum, ut omniũ malorum, quibus & postea uel moriendo uel proficiendo fuerãt exuendi, reatus continuo solueretur remissione peccatorũ omnium, nondũ omnium sanitate morborũ. Qui tamen reatus teneat necesse est eum, qui secundum carnem generatur, quia nõ nisi ei remittitur qui secundum spiritũ regeneratur. A morte quippe iusti-

1. Ioan. 2

Cõcupiscẽtia quare peior sit ignorantia

Gal. 5

Opinio Dinomachi

Cap. V 1

Luc. 13

1. Cor. 3

pe iuſtiſſimę damnationis per unum mediatorem dei & hominum liberatur genus humanum, nō à morte corporis tantum, ſed à morte qua mortui ſunt, pro quibus unus mortuus eſt. Et quia ꝓ om
2.Cor.5 nibus mortuus eſt, ergo omnes mortui ſunt.

Cap. VII Quòd uero te libuit tam multū de qualitatum differentia diſputare, qa ego ſemel nominaui qualitatem, dicens non ſubſtantialiter manere concupiſcentiam, ſicut corpus aliquod aut ſpiritum, ſed eſſe affectionem quādam malæ qualitatis, ſicut eſt languor, itáne nihil ad rem pertinere non ſentis? Primo enim dicis me mutaſſe ſententiā, & immemorem totius libri mei profeſſum fuiſſe ſubſtantiā eſſe libidinem. Reuera euoluto & enucleato libro meo non reperturus es me libidinem ſubſtantiam dixiſſe uel ſemel. Dixerunt eam quidā philoſophi partē animi eſſe uitioſam. Et utiq; pars animi ſubſtantia eſt, quia ſubſtātia eſt ipſe animus. Sed ego ipſum uitium quo animus uel ulla pars eius iſto modo uitioſa eſt, libidinem dico, ut omni uitio ſanato ſalua ſit tota ſubſtantia. Quia & illi philoſophi locutione tropica mihi uidentur uitioſam partē animi appellaſſe libidinē, in qua parte eſt uitiū quod uocatur libido, ſicut appellatur domus pro eis qui ſunt in domo. Deinde te nimis acutis dialecticorum telis incautius exercendo, nosq; iactantius territādo, ſectam ueſtram letaliter uulneraſti. Diuidens quippe ac definiens uel etiam deſcribēs differentias qualitatū inter cætera, Tertia ſpecies qualitatis eſt, inquis, affectio & affectionalis qualitas. Affectio autē in qualitate ob hoc ponitur ais, quia principium qualitatū eſt, cui etiam reputantur ad momentum accedentes recedentesq; aut animi aut corporis paſſiōes. Affectionalis uero qualitas, inquis, omnibus quibus euenerit, ex maioribus orta cauſis ita inhæreſcit, ut aut magnis molitionibus, aut nullis omnino ſepareť. Hæc quidem ſatis explicaſti ſcientibus, ſed quia contemnendi non ſunt, qui lecturi libros noſtros diſciplinæ huius ignari ſunt, quod deeſſe uideo, faciam ut à me illuſtrentur exemplis. Quantum ad animum attinet, Affectio eſt timere, affectionalis qualitatis timidum eſſe. Sic aliud eſt iratus, aliud iracundus: aliud ebrius, aliud ebrioſus. Illæ affectiones, iſtæ affectionales ſunt qualitates. Quantum autē ad corpus, ſicut aliud eſt pallens, aliud pallidus, aliud rubens, aliud rubicundus, & ſi qua huiuſmodi, quorum plurimis deſunt uſitata uocabula. Cum itaq; dixeris affectionalē qualitatem ortam ex maioribus cauſis, atq; ita inhæreſcere, ut aut magnis molitionibus, aut nullis ſeparetur, quando ſecundum eam dicit animus malus, uel potius homo malus, nōne metuis ne uolūtas bona, aut nō ibi eſſe poſſit, aut ualere nihil poſſit? Nónne concedis hominem miſerū quicunq; ille ſit uel fuerit, certe aduer-
Rom.7 ſus talem clamaſſe qualitatem: Velle adiacet mihi, perficere autem bonum non inuenio? Hic ſaltem fatemini eſſe iſtorum uerborum gemitum neceſſariū: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Quapropter quantolibet te aduerſus ocu-

A los imperitorum dialectico tegmine inuoluas, manifeſta ueritate nudaberis. Ego tanquam ualetudinem malam ex origine uitiata ingenitum eſſe homini dico uitium, quo caro concupiſcit aduerſus Gal.5 ſpiritū: & hoc malo bene uti pudica cōiugia, cum eo utūtur generandi cauſa: ſed iſto mali uſu bono laudari utentem, non ipſum malū. Neq; enim malum ipſum eſt innocens, ſed homo qui facit ut malum ſuū quo bene utitur ei nocere nō poſſit. Sicut mors cum ſit ſuppliciū peccatoris, bono mali uſu accedente fit meritū martyris. Percipitur autem in baptiſmate Chriſtiano perfecta nouitas, & perfecta ſanitas ab eis malis noſtris quibus eramus rei, non ab eis cum quibus adhuc confligendū eſt ne ſimus rei, cum & ipſa in nobis ſint, nec aliena ſed
B noſtra ſint. Nam & uinolentiæ conſuetudini utiq; malæ quam ſibi homines fecerunt, non naſcendo traxerunt, reſiſtunt poſt baptiſmū, ne eos ad mala ſolita pertrahat: & tamen malo reſiſtitur, dum concupiſcentiæ per continentiā denegatur, quod per conſuetudinē concupiſcitur. Vnde etiam contra iſtam genitaliū concupiſcentiam quæ ingenita nobis eſt per originale peccatū, uehementius uidua q̄ uirgo, uehementius meretrix quando caſta eſſe uoluerit, q̄ quæ ſemper fuit caſta confligit: & tanto amplius in ea ſuperanda uoluntas laborabit, quanto maiores ei conſuetudo uires dedit. Ex iſto & cum iſto hominis malo naſcit homo, quod malum per ſeipſum tam magnum eſt, & ad hominis damnationem atq; à regno dei ſeparationem tan-
C tum habet obligationis, ut etiam ſi de parentibus regeneratis trahat, non niſi quēadmodū in illis ſola regeneratiōe ſoluatur, atq; iſto unico remedio præpoſitus mortis à prole pellatur, quo à parentibus eſt pulſus. Qualitas affectionalis mali de ſubſtantia ad ſubſtantiam non emigrando tranſit, ſed quodam operante contagio, id eſt concupiſcentię affectu, ſicut de parentibus morbidis morbida ſoboles procreatur. Qualitas autem mali nō in ſubſtantiam de ſubſtantia tanq; de loco in locum migrat, ut deſerat ubi erat, & quæ fuit ibi, ipſa ſit alibi: ſed alia eiuſdem generis quodam operante contagio, quod etiam de morbidis parentum corporibus ſolet euenire naſcentibus. Quid autem dicere uoluiſti, quaſi claudēs (ut loqueris) Ariſtotelis palæſtram, ut inde ad ſacras literas reuertaris? Ais e-
D nim, Senſus eſt igitur cōcupiſcentia, & mala qualitas non eſt: dum concupiſcentia minuitur ſenſus dicatur imminui. Ergo quando minuitur concupiſcentia, ſenſus minuitur. An non per concupiſcentiam caſtitatis & cōtinentiæ, quotidie carnis concupiſcētia magis magisq; minuitur? Vellem itaq; mihi diceres, utrum à morbo fornicationis ſanior non fiat quem fornicari minus minusq; delectat, quāuis opus illud malum una cōuerſione ſibi amputauerit, nec unq; hoc fecerit ex quo lauacrū regenerationis accepit. Itemq; poſt conſuetudinem uinolentiæ baptizatus, & nunquam ſe deinceps prorſus inebrians, uellem diceres, utrum ab iſto morbo nō fiat indies ſanior quàm fuerat, cum potationis gurgitem minus minusq; deſiderat quàm

ſolebat

solebat. Sensus est igitur non ipsa cõcupiscentia, sed ille potius quo nos eam maiorem minoremue habere sentimus, Sicut in corporis passionib. non sensus est dolor, sed ille sensus est quo sentitur dolor. Nec sensus est morbus, sed ille sensus est quo nos morbũ habere sentimus. Porrò si continuo fit bonus, & utiq; bona qualitate fit bonus, qui fornicationi uinolentiæq; renunciãs ab huiusmodi operibus sese abstinet, nõne recte audit, Ecce sanus factus es, iam noli peccare: rectèq; appellatur castus & sobrius? Deinde si quectu concupiscentiæ bonæ qua concupiscentias malas fornicandi potandiq; debellat, talis efficit̃ qualis recenti conuersione nõdum fuit, ut illorum in eo desideria peccatorum minus minusq; moueãtur, ut aduersus ea mala non tanta quãta prius exerceat, sed minora certamina, non uirtutum diminutione, sed hostiũ, nec deficiente pugna, sed crescente uictoria, dubitatis eum pronunciare meliorem? Vnde obsecro, nisi quia bona qualitas aucta, & mala minuta est? Auctum est igitur quo bonus esse cœpit, minutũ est quo malus fuit, & hoc egit post baptismũ, non peregit in baptismo. Ita quamuis ibi peracta fuerit plena peccatorũ remissio: remansit tamẽ qua proficeretur in melius, aduersus cateruas desideriorũ malorum in nobisipsis utiq; tumultuantiũ uigilanter exerenda & instanter exercenda luctatio, propter quam dicitur etiam baptizatis, Mortificate membra uestra quæ sunt super terrã: &, Si spiritu facta carnis mortificaueritis uiuetis: &, Exuite uos ueterem hominem. Nullo modo reprehenditur baptisma, quia asserit̃ curatio quæ fit post baptisma: quia potius totum hoc per baptisma actum est, id est, ut et à præteritis languoribus sanaret̃, & à futuris incipiat, studeat, mereatur sanari. Ita baptismũ totius fit causa sanitatis, per quod & incipitur omnis sanitas & impletur. Nempe dicuntur hæc magna consensione ueritatis, nulla reprehensione baptismatis. Si ergo nolis esse contentiosus, puto qd̃ iam uideas q̃; recte intelligatur, quod aliter conaris exponere, q̃ Propheta cum dixisset, Qui propitius fit oĩbus iniquitatibus tuis: quod fit utique remissione omnium peccatorum, continuo subiecit, Qui sanat omnes languores tuos: ea mala uolens intelligi, cum quibus donec sanent̃, uel quantum possunt in hac uita magis magisq; minuãtur, nõ quiescunt intestina bella sanctorũ. Neq; enim nullus est languor quo caro concupiscit aduersus spiritũ, etiam manente uirtute castitatis inuicta. Si nullus languor est, nõ ergo aduersus eum spiritus concupiscat. Ad hoc enim concupiscit, ut si non potest non certandi, saltem non consentiendi obtineat sanitatem. Hoc quippe unde nunc agimus, quod nobis resistere sentimus in nobis, aut aliena est natura separanda, aut nostra sananda. Si alienã dicimus separandam, Manichæis fauemus. Fatea mur ergo nostram esse sanandam, ut Manichæos simul Pelagianosq; uitemus. Hoc ergo generi humano inflictũ uulnus à diabolo, quicquid per illud nascitur, cogit esse sub diabolo, tãquam de suo frutice fructum iure decerpat. Hęc uerba de libro meo tibi refellenda posuisti. Quibus ita insidiaris, tanq̃ naturæ humanæ authorem dixerim diabolum, & ipsius qua homo constat substantiæ conditorẽ, quasi uulnus in corpore possis appellare substantiam. Sed si propterea me putas dixisse diabolum substantiæ conditorem, quia in ea similitudine quæ à me adhibita est, fruticẽ dixi: frutex quippe nullo dubitante substantia est: cur usqueadeo te uel ostendis uel fingis indoctũ, ut eis rebus quæ substantiæ non sunt, adhibendas de substãtia similitudines non existimes? Nisi forte & ipsi domino dialectice calumniaberis, quia dixit, Arbor bona bonos fructus facit, et arbor mala malos fructus facit. Quis enim malitiam siue bonitatem, uel opera bona seu mala, quos uelut fructus illarum arborũ uoluit intelligi, dicat esse substantias, nisi nesciens quid loquatur? Quis uero arbores & earũ fructus neget esse substantias, si nouit quod loquitur? De his ergo rebus quæ substantiæ sunt, uidemus adhibitas similitudines eis rebus quæ non sunt substantiæ. Quòd si arbor bona uel mala, non bonitas hominis uel malitia, sed ipsi homines accipiẽdi sunt, in quibus subiectis istas esse intelligimus qualitates, bonitatẽ scilicet in homine bono, malitiãq; in homine malo, ut ipsæ substãtiæ sint arbores, id est, ipsi homines, certe fructus earũ quæ nihil aliud q̃; opera intelliguntur, nemo nisi imperitus dicit esse substantias: cum omnium arborum fructus unde istæ similitudines datæ sunt, nemo nisi imperitus neget esse substantias. Ac per hoc ei rei quę nõ est substantia, fas est adhibere similitudinem de substantia. Propter quod ego uitio quod generi humano diabolus tãquam uulnus inflixit, quamuis nullo modo substantia sit, recte tamen adhibui de substantia similitudinem, ut fruticem dicerem, & fructus eius uitia etiã illa cum quib⁹ homines uobis q̃dẽ negantib. sed ueritate cõuincente nascuntur, & ex quibus in ęternum dei regno pereunt, si ueritate liberante non renascantur. Proinde uitiatorem, non conditorem substantiæ diabolum dixi. Subdit autem sibi quod non condidit, per id quod inflixit, deo iusto tribuente hãc potestatem, cuius nõ subtrahit potestati, nec quod sibi est subditum, nec seipsum. Ideo est enim secunda natiuitas instituta, quia natiuitas est prima dãnata. Cui tamẽ etiam damnatæ dei bonitas exhibetur, ut de maledicto semine rationalis natura formetur, qua eius affluentissima bonitate apertissime malorum hominum tanta multitudo nutritur, et occulto dei opere uegetatur. Quæ bonitas operationis eius si subtrahatur formandis promouẽdisq; seminibus, & uiuificandis quibusq; uiuentibus, non solum gignenda nõ aguntur, sed ad nihilum penitus etiam genita rediguntur. Cum ergo deum nisi stulta impietas non reprehendat, quòd homines uitiosa uoluntate damnabiles illo uiuificante uiuunt, qui uiuificat oĩa: cur putamus ab eius operibus abhorrere, q̃ origine uitiata damnabiles illo creante nascuntur, qui creator est omniũ, & per mediatorem regenerati à damnatione liberãtur debita, sed gratuita miseratione non debita, quos elegit ante constitutionem

Psal. 102

Ioan. 5

Matt. 7

Col. 3

Rom. 8

Cap. VIII

Universidad de Deusto Biblioteca

stitutionem mundi per electionem gratiæ, nō ex operibus uel præteritis, uel præsentibus, uel futuris: Alioquin gratia iam nō est gratia. Quod maxime apparet in paruulis, quorum nec præterita dici possunt opera, quia non fuerunt, nec præsentia, quia nihil operantur, nec futura, quando in illa ęta te moriuntur. Dixi sanè quomodo manēt peccata reatu, quæ præterierunt actu: sic ecōtrario fieri potest, ut concupiscentia maneat actu, & prætereat reatu. Quod error quidem tuus falsum esse dicit, sed ueritas uerum esse conuincit. Nam tu id nō ualendo refellere, primo dialecticas tenebras imperitis conaris offundere, dicens te cogitare non posse in qua dialexi inuenerim contrariorum omniū reciprocationem. Quam sentētiam tuam si exponere uoluero, & ad eorum perducere intelligētiam, qui nunquam ista didicerunt, opus erit pleno fortasse uolumine. Sed nunc satis est, quod ipse dixisti, in nulla dialexi posse inueniri contrariorū omnium reciprocationem. Hinc enim ostendisti aliquorum esse posse, non omniū. In his ergo aliquibus & hoc reperi. Si enim dixisses, contrariorum reciprocationē esse nullorum, & per hoc ostenderes ea quæ posui contraria reciproca esse non posse, quia nulla esse possunt: ego aliqua esse posse ostendere debui, ac deinde in his esse quod posui. Sed esse aliqua iā ipse cōcedis, qui nō dicis nullorum contrariorū esse reciprocationē, sed non omnium. Est igitur aliquorū. Sed utrū in his etiā hoc sit quod à me positū est, restat ostēdere: id est, utrū sicut uerum est, reatu manere peccata, quæ præterierunt actu: ita sit uerū, ꝙ concupiscentia maneat actu, & prætereat reatu. Quod tu fieri non posse uolens ostendere, hoc dixisti quod ego non dixi. Ego enim de cōcupiscentia dixi, quę est in mēbris repugnans legi mentis, quamuis reatus eius in omnium peccatorū remissione transierit: sicut econtrario, sacrificiū idolis factum, si deinceps nō fiat, præterijt actu, sed manet reatu, nisi per indulgentiā remittatur. Quiddam em̄ tale est sacrificare idolis, ut opus ipsum cū fit prætereat, eodemq; præterito reatus eius maneat uenia resoluēdus. Tale est carnis concupiscentia, ut maneat in homine, secū per continentiā confligente, quamuis eius reatus qui fuerat generatione contractus, iam sit regeneratione transactus. Actu enim manet, nō quidem abstrahendo & illiciēdo mentē, eiusq; cōsensu cōcipiēdo & pariendo peccata, sed mala quibus mēs resistat, desideria cōmouendo. Ipse quippe motus actus est eius, quāuis mente nō consentiente desit effectus. Inest em̄ homini malum & præter istum actum, id est, præter hūc motū, unde surgit hic motus: quē motū dicimus desideriū. Non enim semper est desideriū cōtra quod pugnemus, sed si tūc nō est, quādo non occurrit quod concupiscat, siue animo cogitantis, siue sensibus corporis, fieri potest ut insit qualitas mala, sed nulla sit tētatione cōmota: sicut inest timiditas homini timido, & quando non timet. Cum uero occurrit quod cōcupiscatur, nec desideria mala nobis etiam nolentibus cōmouentur, sanitas plena est. Hoc ergo uitiū nō potest nisi reatu tenere hominē, quāuis eiusdem mali bono usu de castis coniugibus procreatū. Qui reatus quāuis eo manente malo, soluitur in remissione omniū peccatorum per dei gratiam qua liberamur ab omni malo, cū dominus non solum propitius sit omnibus iniquitatibus nostris, uerūetiam sanat omnes languores nostros. Dominus in euāgelio: Ecce, inquit, eiicio dęmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertio die consummor. Post multū tempus ꝙ hoc dictum est, passus est dominus. Mentiri nō potuit. Intelligitur ergo sic: Expulsio dæmoniorū, remissio peccatorum est, eo utiq; quo diabolus peccatorū pater atq; origo sit, per id quod efficitur id quod efficit. Et utiq; expulsio dæmoniorū est remissio peccatorū, tanq; resoluta causa, per quam hominis animam possidebat. Perfectio sanitatū, dum de die in diē proficit ecclesia, & corruptionis cuius reatus ablatus est, passio quotidiana renouatione minuitur. Tertia consummat, dum resurrectionē in seipso initiandam mōstrauit ecclesiæ, qua ad incorruptionis consummationē, summamq; perueniat sanitatē. Se uero consummari dixit: Et initiū & finis ipse, ipse caput & plenitudo corporis, in mēbris suis ipse perficitur. Nam recole quid respōderit liberator ipse atq; saluator his qui ei dixerāt, ut exiret de Hierosolymis. Ecce, inquit, eiicio dęmonia, & sanitates perficio hodie & cras, & tertia consummor. Lege euangeliū & uide post quantū passus fuerit & resurrexerit. Ergo mētitus est? Absit: Sed significauit aliquid, quod ista inter nos quæstiōe uersat. Expulsio quippe est dæmoniorum remissio peccatorū: perfectio sanitatū, quæ fit proficiendo post baptismū. Tertia consummatio est, quā suæ quoq; carnis immortalitate mōstrauit, incorruptibiliū beatitudo gaudiorū. Tu autem in exēplum rei de qua loquebaris, sacrilegum sacrificiū posuisti, atq; dixisti, quicquid ad hoc genus pertinet de isto uno posse monstrari: quoniā si semel aliquis idolis sacrificauerit, potest donec cō sequatur ueniam, premi iniquitate cōmissi, & manet reatus actione finita. Nullo autē pacto, inquis, fieri potest, ut maneat actio & abscedat reatus: id est ut dęmonibus, inquis, sacrificare nō desinat, & tamen liber à prophanitate uideat. Hoc de sacrificio idolis oblato uerissime dicis: Actus est em̄ qui opere ipso peragit, & non erit: & si iterū fit, alterū fit. Impietas uero ipsa qua hęc fiunt, tā diu manet, donec idolis renūcietur & credatur in deū. Idolis itaq; sacrificatū factum est transiens, nō uitiū manēs. Impietas uero qua sacrificatū est, quia & illo peracto manet, uidet esse concupiscentiæ similis, qua commissum est adulteriū. Sed errore sublato, quo illa impietas pietas etiā putabat, nunquid idolis aliquē sacrificare delectat, & in illo huiusmodi desiderium commouet? Nullo modo igitur simile est, quod pro simili ponendum putasti. Nullo modo, inquā, simile est sacrificiū transiens manēti cōcupiscentiæ, quæ hominē iam non cōmittentem quod solet ei cōsentiendo cōmittere, iam plena fide & cognitione retinentem nō esse talia faciēda, stimulus tamen illicitorum desideriorum, quibus

Universidad de Deusto
Biblioteca

resistit castitas, inquietare non cessat: neq; scientia si A nitur ut non sit, sed continentia refrenatur, ut quò tendit peruenire non possit. Quapropter sicut idolis immolatio, quę iam nec in actione est, quia prę teriit, nec in uolũtate, quia error quo fiebat absumptus est, manet tamẽ reatus eius donec in lauacro regenerationis peccatorũ omnium remissione soluatur: sic ecõtrario quãuis reatus malæ concupiscentiæ eodẽ baptismate sit solutus, manet tamen ipsa, donec ab ea qui post electa dæmonia perficit sanitates, medicina perficiente sanetur. Sed quęso te, cũ & ipse concedas peccati facti atq; transacti reatũ manere, nisi sacro fonte diluat: dic mihi reatus iste quis sit, & ubi maneat iã homine correcto rectęq; uiuente, non tamen peccatorũ remissione liberato? Subiectum est reatus iste, id est substãtia, sicut spiritus, sicut corpus: an in subiecto sicut febris, aut uulnus in corpore: siue auaritia, uel error in animo? In subiecto esse dicturus es. Neq; enim reatũ affirmabis esse substantiam. In quo igit̃ tibi uidetur esse subiecto? Cur quærã quid respõdeas, & non potius uerba tua ponã? Actu, inquis, prætereunte, manet eius reatus in illius conscientia qui deliquit, donec dimittat̃. Ergo in subiecto est, hoc est in animo eius qui deliquisse se meminit, & scrupulo angitur cõscientiæ, donec fiat delicti remissione securus. Quòd si obliuiscatur se deliquisse, nec eius conscientia stimuletur, ubi erit reatus ille quẽ transeunte peccato manere concedis donec remittatur? Non est certe in corpore, quia nõ est eorum accidentium, quæ accidunt corpori. Non est in animo, quia eius memoriam deleuit obliuio: Et tamen est. Vbi est igitur cum iam bene uiuat homo, nihil tale committens? Nec dici possit, eorum peccatorum eius reatũ manere quę meminit, eorũ uero quę oblitus est nõ manere. Manet quippe oĩno donec remittatur. Vbi ergo manet, nisi in occultis legibus dei, quæ conscriptæ sunt quodammodo in mentibus angelorũ, ut nulla sit iniquitas impunita, nisi quã sanguis mediatoris expiauerit, cuius signo crucis obsecrat̃ unda baptismatis, ut ea diluat̃ reatus tanq; in chirographo scriptus, in notitia spiritalium potestatũ, per quas pœna exigitur peccatorum? Huic chirographo nascũtur obnoxij oĩes in carne, de carne carnaliter nati, eius ab hoc debito sanguine liberandi, qui in carne quidem & de carne, non tamen carnaliter, sed spiritaliter natus est. Natus est enim de spiritu sancto, ex uirgine Maria. De spiritu scilicet sancto, ne esset in illo caro peccati: ex uirgine autem Maria, ut esset in illo similitudo carnis peccati. Ideo illi chirographo non uenit obnoxius, & ab illo soluit obnoxios. Neq; enim nulla est iniquitas, cum in uno homine uel superiora inferioribus turpiter seruiunt, uel inferiora superioribus contumaciter reluctantur, etiam si uincere non sinantur. Hanc iniquitatẽ si homo ab homine altero forinsecus aduersante pateretur, quia in illo non esset, sine illo utiq; puniretur. Quia uero in illo est, aut cũ illo punietur, aut illo ab eius reatu liberato, sic in certamine aduersus spiritũ perseuerat, ut hominem iam nõ reũ ad nulla post mortẽ tormenta transmittat, nõ alienet à regno dei, nulla damnatione faciat detineri: neq; ut ea penitus careamus, uelut aliena natura seiungatur à nobis, sed quia nostræ naturæ lãguor est, sanetur in nobis. Propter hoc ergo uitium, Cap. IX sicut in eo libro cui resistis, à me positũ est, humana natura damnatur: & propter quod damnatur, damnabili diabolo subiugatur, quia & ipse diabolus spiritus immũdus est. Et utiq; bonum q̃ spiritus, malũ quòd immũdus, quoniam spiritus est natura, immundus est uitio. Quorum duorum illud à deo est, hoc ab ipso. Non itaq; tenet homines siue maioris siue infantilis ætatis, propter quod homines, sed propter quod immundi sunt. His uerbis meis ex libro meo abs te positis, ita resistendũ putasti, ut diceres hanc formam etiam in homine malo debuisse seruari, quæ seruat̃ in diabolo, ne quisquam damnetur nisi ex uitijs propriæ uoluntatis, atq; ideo nullum sit originale peccatũ: Alioquin opus eius, ut dicis, qui etiã diabolum bonum condidit, non potest approbari. Nec attẽdis q̃ diabolũ non ex alio diabolo creauit deus, nec ex aliquo angelo licet bono, cuius tamen lex esset in mẽbris repugnãs legi mẽtis, per quam & cum qua, de homine nascit̃ omnis homo. Adiuuaret itaq; te fortasse hoc argumẽtũ, si ut homo ita diabolus gigneret filios, eosq; paterno peccato negaremus obnoxios. Nũc uero aliud est ille, qui homicida erat ab initio, quia hominẽ ab initio quo est homo institutus, occidit per fœminæ seductionẽ, & in ueritate per liberum arbitriũ nõ stetit, cadensq; deiecit hominem: & aliud est quod per unum hominẽ peccatum intrauit in mundum, & per peccatũ mors, & in omnes homines pertransiit, in quo omnes peccauerũt. Vbi euidenter expressum est, exceptis cuiusq; hominis proprijs, cõmune omnibus hominibus originale peccatũ. Quod autem dixi: Qui miratur quia creatura dei subditur diabolo, non miretur: subditur enim creatura dei creaturæ dei, minor maiori: cur ita posuisti, ut sequẽtia mea uerba non adderes, quibus ostẽdi quemadmodum dixerim, minor maiori, humana scilicet angelicę: nisi ut minus intelligeretur sensus meus, ut faceres tibi locum, ubi sicut soles, de Aristotelicis categorijs obtenderes nebulas imperitis, in quibus latenter putarent te aliquid dicere, quid diceres nescientes. Ad hoc eĩ redacta est hæresis uestra, ut gemant sectatores uestri non inueniri dialecticos iudices in ecclesia, de scholis Peripateticorum siue Stoicorũ, à quibus possitis absolui. Quò enim pertinet, quid sibi uult, ut quid dictum est quod dixisti, quia maior & minor ad finitam speciem pertinet quantitatis? Sed quãtitas, inquis, non solũ contrariorũ capax nõ est, quod ei cũ qualitate atq; alijs prædicamentis, uerumetiam nec contrariũ habet, quod ei cũ substantiæ est definitione cõmune: Bonũ uero & malum contraria sunt. Hæc profecto nunq; diceres, si lectores uel auditores librorum tuorũ putares intellecturos esse quod dicis. Itáne uero ideo immundus homo immũdo angelo subdendus nõ fuit, quoniam quantitas qua homine maior est angelus,

gelus, non ſolum contrariorum capax non eſt, ue A rumetiam nec contrarium habet: quaſi tũc diabolo fuiſſet homo ſubdendus, ſi ei reperiretur eſſe contrarius: & mala ſubdenda non ſint malis, quia bona malis, non mala malis uidentur contraria? Quid uanius cogitari, quid ineptius dici poteſt? Nónne domino ſubditur ſeruus, & bonus bono, & malus malo: & malus bono, & bonus malo? Nónne uxor ſubditur uiro, & bono bona, & malo mala, & bono mala, & malo bona? Quid igitur pertinet ad uim ſiue rationẽ, qua quidq; cuiq; ſubdẽdum eſt, utrum hæc res aut illa poſſit uel non poſſit capere uel habere contrarium? Verum tu plane inconſiderate iſta non cõfunderes, ſi ſtultitiæ quæ tibi iſta ſuggerit, ſapientiam contrariã cogitares. Iam porrõ illa qualis eſt argumentatio tua: Si res, inquis, quæ decenter ordinata eſt, ad deũ pertinet, & res B quæ ad deum pertinet bona eſt, bonũ eſt itaq; ſubditum eſſe diabolo, quoniã qui inſtitutus eſt à deo, per hoc ordo ſeruatur: Sequiturq;, inquis, ut malũ ſit rebellare diabolo, quoniã per reſultationẽ inſtitutus à deo ordo turbatur. Poſſes dicere deo reſiſtere agricolas, eiusq; ordinẽ perturbare, purgãdo agros à ſpinis & tribulis, quæ ille peccatoribus naſci iuſſit in pœnã. Quid q; iſta tua ratione dici poteſt: ſi res quę decẽter ordinata eſt ad deũ pertinet, & res quæ ad deũ pertinet bona eſt, bonũ eſt malos eſſe in gehẽna, quoniã inſtitutus à deo per hoc ordo ſeruatur? Quod uero tu addis, ſequiq; ut malum ſit rebellare diabolo, quoniã per reſultationẽ inſtitutus à deo ordo turbatur: cur hoc dicis? Quis em̃ rebellat diabolo, niſi ab eius poteſtate per me- C diatoris ſanguinẽ liberatus? Melius ergo fuerat hoſtẽ non habere, q; uincere. Sed quia peccati merito, humana natura ſubdita eſt hoſti, prius homo ut aduerſus eũ pugnare poſſit, ab eius eruitur poteſtate. Deinde ſi uita eſt in hac carne prolixior, certãs adiuuatur, ut ſuperet. Poſtremo uictor beatificatur, ut regnet dicturus in fine: Vbi eſt mors con
1.Cor.15 tẽtio tua? Vel ſicut dicit Apoſtolus: Vbi eſt mors uictoria tua, ubi eſt mors aculeus tuus? Quin etiã uiſa ſunt tibi de Manichæi libris nonnulla eſſe ponenda, quibus meã ſententiam cõparares, cũ ego commixtione duarum naturarum, boni ſcilicet & mali, unde illorũ tota fabuloſa manat inſania, non ſolum fide uerboq; deteſter & damnem, uerumetiam tibiipſi ſuffragatori eorum reſiſtendo, teq; re- D fellendo conuincam. Cum enim cõtra eos ueritas clamet, mala niſi de bonis orta non eſſe, nónne tu pro ipſis & cum ipſis contra ueritatem reclamas, per opus dei opus diaboli tranſire non ſinitur? Nõ poteſt mala radix in domo dei locari. Rerum ratio non ſinit, ut de bono malum, & de iuſto iniquum aliquid proferatur. Non naſcuntur peccata de ea re, quę libera eſt à peccato. De hoc opere quod nõ habet culpã, naſci culpa non poteſt. Quibus oĩbus uocibus tuis conficitur, non eſſe mala exorta de bonis, ut reſtet ſecundum Manichæos, nõ eſſe mala exorta niſi de malis. Quomodo ergo quenquam Manichæorum nomine, tanquam eorũ aduerſarius criminaris, cum ſic ab eorum parte conſiſtas, ut uinci omnino non poſſint, niſi cum illis & ipſe uincaris? Quod in primo huius operis libro aliquanto copioſius, & in quinto breuius, & hic hactenus nos egiſſe ſuffecerit. Ipſa uero quę communis eſt uobis hæreſis ueſtra quantum Manichæos adiuuet, iam quidẽ ſæpe monſtraui, ſed ne hic quidem eſt omittendum. Enumerant Manichæi mala quæ in paruulis monſtrant, quæ Cicero quoq; cõmemorat in libris de republica, unde ipſa eius uerba iam tranſtuli. In quorum malorum commemoratione dicit, non ut à matre natura, ſed ut à nouerca, hominem in has erumnas eſſe proiectum. Hue accedunt etiam illa quæ non quidem omnes paruulos, ſed tamen plurimos cernimus perpeti multa & uaria mala, uſq; ad dæmonum incurſus. Atq; concludunt dicentes, cum ſit iuſtus & omnipotẽs B deus, unde iſta mala patitur imago eius in paruulis, niſi quia uera eſt, inquiũt, quam nos aſſerimus duarum naturarum, boni ſcilicet maliq; commixtio? Hos catholica redarguit ueritas, cõfitens originale peccatum, per quod factum eſt dæmonum ludibrium genus humanum, & laborioſæ miſeriæ deſtinata propago mortalium. Non autem ita eſſet, ſi humana natura per liberũ arbitrium in quo ſtatu primum condita eſt, perſtitiſſet. Vos autem negantes originale peccatum, profecto aut cogemini dicere deum, uel inualidum, uel iniuſtum, ſub cuius poteſtate imago eius in paruulis ſine ullo, uel proprij, uel originalis peccati merito tantis affligitur malis. Non enim per hæc exercetur uirtus, quod recte de bonis hominibus maioribus dicitur, in quibus ratiõis eſt uſus: aut quia deum uel impotentem uel iniquum dicere non poteſtis, Manichæi contra uos errorẽ ſuum nepharium de duarum inter ſe inimicarum ſubſtantiarũ permixtione firmabunt. Non igitur me ab inuectione Manichæorum, ulla, ſicut dicis, mundat herba fullonis. Quibus petulantibus uerbis facis lauacro regenerationis iniuriam, quod in ſinu catholicæ matris accepi. Sed uobis tam malitioſum uenenum antiqui draconis irrepſit, ut & catholicos horrore Manichæi nominis infametis, & Manichæos peruerſitate ueſtri dogmatis adiuuetis. Illud uero de Cap. X alio libro meo, quod ad Marcellinum ſcribens dixi: Filios mulieris quæ ſerpenti credidit, ut libidine corrumperetur, non liberari niſi per filium Virginis, quæ angelo credidit ut ſine libidine fœtaretur, ita poſuiſti, atq; ita uoluiſti accipi, tanquam dixerim quòd Euæ ſerpens commixtus fuerit concubitu corporali, ſicut Manichæi principem tenebrarum eiuſdem mulieris patrem cum illa concubuiſſe delirant. Hoc ego de ſerpente nõ dixi. Sed nunquid tu cõtra Apoſtolum negas, mentem mulieris à ſerpente corruptam? An eum non audis, ubi dicit: Timeo ne ſicut ſerpens Euam ſefellit in 1.Cor.11 uerſutia ſua, corrumpantur mentes ueſtræ à ſimplicitate & caſtitate, quæ eſt in Chriſto. Ex iſta utiq; corruptione ſerpentis, qualis fit etiam quando corrumpunt mores bonos colloquia mala, peruenit libido peccandi in mentem mulieris & uiri: ut præuaricationis corruptio deinde illa, de qua eru-

buerunt & pudenda texerũt, ſequeretur in carne, non diaboli accedente cõcubitu corporali, ſed ſpi
Cap. XI ritali dei gratia recedẽte. Non igitur tota diſpu tatione tua contriuiſti, ſicut te iactas, aſſertionem meã, de malo carnalis concupiſcẽtiæ originaliſq; peccati, manẽte laude nuptiarum, quæ bene utũtur malo, non quod fecerunt, ſed quod inuenerũt: uerum nec ipſos Manichæos cõtriuiſti, quos potius adiuuiſti, tum maxime & in cõmune omnes Pelagianę nouitatis erroriſq; participes, ſicut iam demonſtraui. De teſtimonijs etiam tractatorũ catholicorum ſancti Baſilij Cæſarienſis, & ſancti Ioannis Conſtantinopolitani, quorũ dixiſti ſenſum ueſtris conuenire ſententijs, in primo huius mei operis libro, tibi ſufficientiſſima & certiſſima ueritate reſpondi, oſtendens quemadmodũ non intelligendo quædam uerba eorum, aduerſus dogma eorũ, quod eſt dogma catholicum, mirabili cęcitate pugnetis. In ſecundo quoq; libro ſatis egimus, ut appareat q̃ non ſit, quemadmodũ conuitiaris, conſpiratio perditorum, ſed ſanctorum & eruditorum Eccleſiæ catholicæ patrum pius fideliſq; cõſenſus, qui hæreticæ ueſtræ nouitati reſiſtunt, pro antiquiſſima catholica ueritate. Vnde etiã populi murmur, quod ſolum uobis à nobis dicis opponi: nec ſolum eſt, quia tantorum nititur authoritate doctorum, & iuſtũ eſt, quia nõ uult ut euertatis ſibi quoq; notiſſimam ſalutem paruulorum,
Rom. 7 quæ in Chriſto eſt. Quòd autẽ uerba apoſtolica, ubi dicit: Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum: & cætera uſq; ad illud, ubi ait: Miſer ego homo, quis me liberabit de corpore mortis huius: me affirmas aliter intelligere q̃ eorũ ipſum caput debet intelligi, neſciẽs mihi plurimum tribuis. Non enim ego ſolus aut primus ſic iſtum locũ intellexi, quo euertitur hæreſis ueſtra, quemadmodum uere intelligendus eſt: imò uero ego prius eum aliter intellexeram, uel potius non intellexerã, quod mea quædã illius tẽporis etiam ſcripta teſtantur. Non mihi enim uidebatur Apoſtolus & de ſe ipſo dicere potuiſſe: Ego aũt carnalis ſum, cum eſſet ſpiritalis, & q̃ captiuus duceretur ſub lege peccati, quæ in mẽbris erat eius. Ego enim putabã dici iſta nõ poſſe, niſi de ijs quos ita haberet carnis concupiſcentia ſubiugatos, ut facerẽt quicquid illa compelleret, quod de Apoſtolo dementis eſt credere: cũ etiam innumerabilis multitudo ſanctorum, ne concupiſcentias carnis perficiat, contra carnẽ ſpiritu cõcupiſcat. Sed poſtea melioribus & intelligentioribus ceſſi, uel potius ipſi quod fatẽdum eſt ueritati, ut uiderem in illis Apoſtoli uocibus gemitum eſſe ſanctorum, cõtra carnales concupiſcentias dimicantium. Qui cum mente ſint ſpiritales, adhuc tamen iſto corruptibili corpore quod aggrauat animã, recte intelliguntur eſſe carnales, quia erunt & corpore ſpiritales, quãdo ſeminatum fuerit corpus animale, & reſurget corpus ſpiritale. Et recte adhuc intelliguntur ea parte captiui ſub lege peccati, quæ deſideriorum quibus non conſentiunt, motibus ſubiacet. Hinc factum eſt ut ſic iſta intelligerem, quẽadmodum intellexit Hilarius, Gregorius, Ambroſius, & cæteri Eccleſiæ ſancti notiq; doctores, qui & ipſum Apoſtolũ aduerſus carnales concupiſcentias quas habere nolebat, & tamen habebat, ſtrenue conflixiſſe, eundemq; conflictum ſuum illis ſuis uerbis conteſtatum fuiſſe ſenſerunt. Contra quos motus prius utiq; debellandos ne dominentur, & poſtea ſanandos ut penitus extinguantur, etiã ipſe glorioſa certamina ſanctos exercere conſeſſus es. Simul itaq; cognoſcamus uerba pugnãtiũ, ſi pugnamus. Hoc eñ modo nõ uiuimus nos, ſed uiuit Chriſtus in nobis, ſi & ad pugnã contra cõcupiſcẽtias exercẽdã, & ad uictoriã uſq; ad cõſumptionem eorundem hoſtium capeſſendam, in illo fidimus, non in nobis. Ipſe quippe factus eſt nobis ſapientia à deo, & iuſtitia, & ſanctificatio, et *Hier. 9* redemptio, ut quemadmodũ ſcriptũ eſt: Qui gloriatur in domino glorietur. Non eſt ergo contra- *Gal. 2* rium ſicut putas, ut qui dicit: Viuo non ego iam, uiuit uero in me Chriſtus: dicat etiam, Scio quia nõ habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonum. In quantum quippe in illo uiuit Chriſtus, intantum expugnat & ſuperat, quod nõ habet bonũ in eius carne, ſed malũ. Neq; eñ recte cuiuſquã ſpiritus concupiſceret aduerſus carnem ſuã, niſi habitaret in illo ſpiritus Chriſti. Abſit ergo ut dicamus, q̃d nos dicere inſimulas Apoſtolum ſic iſta dixiſſe, quaſi qui ſe uellet intelligi renitẽtem, in ſcorto aliqua manu peſtiferæ uoluptatis abduci: cũ dicat, Non ego operor illud: oſtendens cõcupiſcentias carnis ſolum impulſum libidinis operari, ſine cõſenſione peccati. Quid eſt quod in Iudæorum ſuperbiam fruſtra conaris iſta uerba transferre, tanquam ipſos in ſe trãsfigurarit Apoſtolus, qui cõtemnebant dona Chriſti, uelut ſibi non neceſſaria? Sic enim ſuſpicaris, atq; utinã ipſa dona Chriſti ſaltẽ ita ſaperes, ut ad uincendam concupiſcentiam ualere aliquid crederes. Sed ideo dicis à Iudæis fuiſſe contempta, q̃ ueniã daret ille peccatis, quę ipſi legis admonitiõe uitaſſent. Quaſi hoc cõferat homini remiſſio peccatorũ, ut caro non concupiſcat aduerſus ſpiritum, unde illa uerba nata ſunt: Scio quia non habitat in me, hoc eſt, in carne mea bonũ: & cætera eiuſmodi. Verum tu à ueſtro dogmate non recedis, quo putatis gratiã dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ, ſic in ſola peccatorum remiſſione uerſari, ut non adiuuet ad uitãda peccata, & deſideria uincẽda carnalia, diffundẽdo charitatẽ in cordibus noſtris per ſpiritũ ſanctum, qui ab illo datus eſt nobis. Neq; conſideras eũ qui dicit: Video aliã legẽ in mẽbris meis repugnantẽ legi mẽtis meæ: & ab hoc malo nõ ſe liberari clamat, niſi gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrũ, nec Iudæũ eſſe, nec q̃ peccauit, ſed ne peccet potius laborare. Exaſperat, inquis, Apoſtolus uim cõſuetudinis. Tu ergo reſpõde, utrum cõtra hoſtem iſtã uim non dimicet baptizatus? Quod ſi negas, omnibus chriſtianis ſenſibus contradicis. Si aũt dimicat, cur nõ non in uerbis Apoſtoli uocẽ dimicãtis agnoſcis? Per legem, inquis, bonã & per mandatũ ſanctum prauorum animi feroces

feroces erant, quoniam sine uolũtate propria, nul A uerbis in qbus impudẽtia mirabili, imò demẽtia
la eruditio poterat inspirare uirtutem. O acutum resistitis fundatissimæ fidei, ubi ait: Per unũ homi Rom. 5
intellectorẽ. O diuinorũ eloquiorũ egregium tra nem peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum
ctatorem. Quid agis de uerbis dicentis: Nõ quod mors, & ita in oẽs homines pertransiit, in quo oẽs
uolo ago: &, Velle adiacet mihi: &, Quod nolo peccauerũt: frustra sensum alium nouũ atq; distor
hoc ago: &, Condelector legi dei secundum inte tum, & à uero abhorrentem moliris exculpere,
riorem hominem? Audis hæc & dicis, quia uolũ affirmans ea locutione dictum esse, in quo omnes
tas defuit, ideo defuisse uirtutem. Quid q̃ non so peccauerunt, ac si diceretur, propter quod omnes
lum uoluntas, uerumetiam uirtus affuit, ne cõsen peccauerũt: sicut dictũ est: In quo corrigit iunior
tiret concupiscentiæ carnis, quę legi peccati pra uiam suam: ut scilicet, non in uno homine omnes
uis ipsis motib. seruiebat? Quibus ille nõ cedẽs, homines peccasse intelligãtur originaliter, & tan
nec arma iniquitatis exhibens membra peccato, quam in massæ unione cõmuniter, sed propterea
& tamen quod nollet sentiens in carne contra spi quia primus hominũ ille peccauit, id est cum imi
ritum cõcupiscente, & aduersus eam uicissim spi tantur illum, non cũ generãtur ex illo. Non ergo
ritu concupiscens, uerissima castitatis uoce dice huic sensui cõuenit illa locutio, ita dictum esse, in
bat: Igitur ipse ego mente seruio legi dei, carne au quo, uelut dictũ esset, propter quod. Nam propter
tem legi peccati. Illa sanè uerba quæ posuisti, ubi B hoc quisq; peccat, quod sibi ꝓponit ut peccet, uel
ait Apostolus: Lex sancta, & mandatũ sanctum & quoquo modo quod illi est causa peccandi. Quis
iustum & bonum: quod ergo bonum est, mihi fa uero ab omni humano sensu tam sit absurdus, ut
ctum est mors? Absit, Sed peccatum ut appareat dicat, propter hoc fecit homo iste homicidium,
peccatũ, per bonum mihi operatum est mortẽ, ut quia in paradiso Adam de ligno prohibito cibum
fiat supra modum peccatũ peccans per mandatũ: sumpsit: cũ iste latrocinando occiderit hominem
bene intelligit de uita sua dixisse præterita, quan nihil de Adam cogitãs, sed propter hoc ut aurum
do sub lege fuerat, nondum sub gratia. Nã & uer quod ferebat, auferret? Sic & cætera cuncta pec
bis præteriti temporis utitur, dicendo: Peccatum cata, quę propria quisq; cõmittit, habẽt causas pro
non cognoui, nisi per legem: &, Cõcupiscentiam pter quas fiant, etiã si nemo cogitet quod ille pri
nesciebam: &, Operatũ est in me omnem cõcupi mus homo cõmisit, neq; illud sibi ad peccandum
scentiam: &, Viuebam aliquando sine lege: utiq; proponat exẽplum. Propter hoc itaq;, id est, quo
σκληρὰ quando nondũ poterat usum habere rationis: &, niã peccauit Adam, nec ipse Cain peccasse dicen
Adueniente mandato peccatũ reuixit, ego autem dus est, qui eundem patrẽ suum nouerat. Propter
mortuus sum: & peccatum occasiõe accepta per C quid enim fratrẽ suum occiderit notum est, quia
mandatũ fefellit me, & per illud occidit, & per bo non propter hoc quod perpetrauit Adã: sed quia
num mihi operatum est mortẽ. His omnibus tem bono eius inuidit. Denicq; nec ipsa tibi ad hũc ue
pus significare intelligit, quo sub lege uiuebat, & strum sensum, quæ posuisti testimonia suffragan
& nondum adiutus gratia, concupiscentijs carna tur. Recte eñ dicitur: In quo corrigit iunior uiam Psal. 118
libus uincebatur. Vbi uero iã dicit: Lex spiritalis suam: Propter quid corrigit? quoniam sequitur,
est, ego aũt carnalis sum: iã quod cõfligens patie in custodiendo uerba tua. Propter hoc enim corri
batur ostẽdit. Non eñ dixit, carnalis fui uel eram git uiam suã, quia uerba dei sicut cogitanda sunt
uel sim: Et apertius tempora ipsa distinguit, ubi cogitat, & cogitando custodit, custodiendo recte
dicit: Nunc aũt iam non ego operor illud, sed id uiuit. Ipsa ergo illi causa est ut uiã suam corrigat,
quod in me habitat peccatum. Iã enim motus de quia dei uerba custodit. Et quod ait beatissimus
sideriorũ malorũ nõ ipse operabatur, quibus non Stephanus: Fugit Moyses in uerbo hoc: bene in Act. 7
cõsentiebat ad perpetrãda peccata. Peccati autem telligitur, propter uerbum hoc: quia hoc audiuit,
nomine quod in illo habitabat, ipsam nũcupabat hoc timuit, hoc cogitauit ut fugeret, hæc illi cau
concupiscentiã, quia peccato facta est, & si cõsen sa fugiendi. Nunquid in his locutionibus aliquid
tientẽ traxerit atq; illexerit, concipit paritq; pecca dictum est, quod pertineat ad imitatiõem, qua sic
tũ, & cætera usq; ad eũ locum, ubi ait: Igitur ego D alterum alter imitatur, ut eum omnino non cogi
ipse mente seruio legi dei, carne aũt legi peccati: tet: & ideo nullo modo dici possit ꝓpter hoc pec
uerba sunt iã sub gratia constituti, sed adhuc con casse, qa ille peccauit in quo nec originaliter fuit,
tra cõcupiscentiã suã dimicantis, nec ei cõsentien nec de illo quicquam in peccato proprio cogita
tis ut peccet, sed tamẽ quibus renititur, peccati de uit? Sed, inquis, si de peccati traduce loquebat,
sideria patiẽtis. Nemo nostrũ substantiam corpo nusq; congruentius diceret, ideo pertrãsiit pecca
ris, nemo naturã carnis accusat: frustra purgatur tum, quia omnes sunt de cõfugũ uoluptate gene
abs te, quod non culpatur à nobis. Cõcupiscẽtias rati: & adderet, in eo transiit, in quo ex tabida pri
malas, quibus si bene uiuimus non cõsentimus, ta mi hominis carne fluxerãt. Nec uides eodem mo
men esse nõ negamus in nobis: castigandæ sunt, do tibi posse dici: Si de imitatione peccati Aposto
frenandæ sunt, expugnandæ sunt, uincendę sunt, lus loquebatur, nusquã cõgruentius diceret, ideo
tamẽ sunt, nec alienæ sunt. Nec bona ista nostra, pertransiit peccatũ, quia primi hominis præcessit
sed mala sunt. Nec sicut dicit Manichæa uanitas, exemplum: & adderet, in eo transiit in quo oñes
separata extra nos erũt, sed sicut dicit catholica ue illius unius imitatione peccauerũt. Aliquo enim
Cap. XII ritas, sanata, nõ erũt. De illis quoq; Apostolicis duorũ istorũ modo loqueretur Apostolus hoc lo

Universidad de Deusto
Biblioteca

co,si ad tuum uel meū loqueretur arbitriū. Quia ergo nec illud dixit quod tu,nec illud quod ego, nunquid uis ut credamus in his eius uerbis, nec originale secundū catholicos,nec imitatorium secundum Pelagianos intelligendū esse peccatum? Puto quod nolis. Remoue igit̄ ista quæ possunt ex utraq; parte momentis æqualibus dici, & si tibi placet sine contentione quid Apostolus dixerit intueri,aduerte, ut hoc diceret quid agebat,& inuenies per unum hominē recōciliationem deo, eorū qui ex cōdemnatione totius generis liberantur gratis. Ille est primus Adā factus ex terra, iste est secundus Adam factus ex fœmina. Sed ibi per uerbum caro facta est,hic aūt ipsum uerbum caro factū est,ut per eius mortē uiuamus, quo relicto, mortui fueramus. Cōmendat,inquit Apostolus, suam charitatem deus in nobis, quoniam cum ad huc peccatores essemus,Christus pro nobis mortuus est:multo magis iustificati nunc in sanguine ipsius,salui erimus ab ira per ipsum. De hac ira di
Eph. 2 citur:Eramus & nos natura filij iræ sicut & cæteri. De hac ira dicit Hieremias Propheta: Maledi-
Hier. 20 ctus dies ille in quo nat⁹ sum. De hac ira dicit sanctus Iob:Pereat dies ille in quo natus sum. De hac
Iob 3 ira aūt dicit idem ipse:Homo enim natus ex mu-
Iob 14 liere, breuis uitæ, & plenus iracundiæ,sicut flos fœni decidit,fugit aūt sicut umbra & non stabit. Nónne & huius curam fecisti, & hunc fecisti intrare in conspectu iudicū? Quis enim erit mun-
Iob 24 dus à sordibus? Ne unus qdē,etiā si unius diei fuerit uita eius super terram. De hac ira dicit liber Ec
Eccl. 14 clesiasticus, Omnis caro sicut uestis ueterascit,testamentum enim à seculo, morte morieris. Itemq;
Eccl. 25 ipse: A muliere,inquit,initium est peccati,& pro-
Eccl. 1 pter illam morimur omnes. Et alio loco: Occupatio magna creata est omni homini,& iugum graue super filios Adam à die exitus de uentre matris eorum,usq; in diē sepulturæ in matrem omnium.
Eccls. 1 De hac ira dicit Ecclesiastes: Vanitas uanitatum & omnia uanitas: Quæ abundantia hominis in omni labore suo, quo ipse laborat sub sole? De hac ira uox Apostolica est: Omnis creatura uanitati subiecta est. De hac ira plangit Psalmista: Ecce ueteres posuisti dies meos, & substantia mea tanq; nihil ante te, uerūtamen uniuersa uanitas omnis
Psal. 89 homo uiuens. De hac re plangit & alius: Quę pro nihilo habentur, eorū anni erunt: Mane sicut herba transeat, mane floreat & prętereat, uespere decidat, durescat, & arescat. Quoniam defecimus in ira tua, & in indignatione tua conturbati sumus. Posuisti iniquitates nostras in cōspectu tuo, seculum nostrū in illuminatione uultus tui. Quoniam omnes dies nostri defecerunt, & in ira tua defecimus. Anni nostri sicut aranea meditabuntur. Nemo liberabitur ab hac ira dei, nisi per mediatorem reconcilietur deo. Vnde dicit etiā ipse mediator:
Io. 3 Qui nō credit filio, nō habebit uitā, sed ira dei manet super eum. Non dixit, uenier: sed, manet super eū. Ideo ergo credūt atq; cōfitent & maiores per cor & os propriū, & paruuli per alienū, ut reconcilient deo per mortē filij eius, ne ira dei maneat super eos, quos etiā origo uitiata efficit reos. De hac itaq; loquēs Apostolus: Cum adhuc, inquit, Rom. 5
peccatores essemus, Christus pro nobis mortuus est: multo magis iustificati nūc in sanguine ipsius, salui erimus ab ira per Christū. Si em̄ cū inimici essemus, reconciliati sumus deo per mortē filij eius, multo magis reconciliati salui erimus in uita ipsius: non solū aūt, sed & gloriātes in deo per dominum nostrū Iesum Christū, per quē & nunc reconciliationem accepimus. Propter hoc sicut per unū hominē peccatū in hunc mundū intrauit, & per peccatū mors, & ita in oēs homines pertransiit, in quo omnes peccauerūt. Nēpe manifestum est ut hoc diceret quod agebat Apostolus. Ite adhuc & huic reconciliationi quæ fit per mortē filij dei, qui sine peccato uenit in mundū, subtrahite paruulos, ut propter eū per quem peccatum intrauit in mundū, ira dei maneat super eos. Quid hic facit imitatio, quęso te, ubi audis: Nā iudiciū quidem ex uno in condemnationē, gratia aūt ex multis delictis in iustificationē? Vnde gratia ex multis delictis in iustificationē, nisi quia prēter unum illud originis, addita multa quæ simul deleret inuenit? Alioquin sic esset ex multis condemnatio, quæ homines unū imitando cōmiserant, sicut ex eisdem multis iustificatio, quibus remissis in gratiam respirabāt. Sed quia unum illud sufficiebat, propter quod etiam solum fieret condemnatio, gratiæ uero nō sufficiebat illud unum delere, sed & multa quæ adiecta sunt, ut omnium remissiōe fieret iustificatio, ideo utiq; dictum est: Iudicium ex uno in cōdemnationem, gratia autē ex multis delictis in iustificationem. Nā sicut non imitātur Christum paruuli, quia nondū possunt, & tamen ad eius gratiam spiritalē pertinere possunt: ita sine imitatione primi hominis, contagione tamen ex ipso carnalis generationis obstricti sunt. Si aūt propterea uis eos à primi hominis alienos esse peccato, quia eū non sunt imitati propria uoluntate: ista ratione alienabis eos & à iustitia Christi, quia nec ipsum imitati sunt propria uolūtate. Cū uero multos, quod dixit postea, non uis intelligi omnes, quod prius dixerat, ideo existimans dictū fuisse, multos, ne omnes intelligerentur: poteris hoc dicere & de semine Abrahę, cui ꝓmissæ sunt gentes, non omnes gētes ei fuisse promissas, quia
Gen. 17 dictum est alio loco, Patrem multarum gentiū posui te. Est aūt sanus intellectus, ideo sic locutā scripturam, quia possunt esse aliqua omnia, quę non sunt multa. Sicut omnia dicimus Euāgelia, & tamē breui numero, id est quaternario continent. Et rursus possunt aliqua esse multa, non tamen omnia: Sicut multos dicimus credere in Christū, nec tamen omnes credunt. Non enim omniū est fides, ait Apostolus. Quod aūt dictum est: In semine tuo benedicentur omnes gentes: &, Patrē multarum gentium posui te: easdem oēs, multas, & easdem multas, oēs esse monstratū est. Ita etiam cum dictum est: Per unum in omnes transisse pec- 2. Thes. 3
catum, & postea per unius inobedientiā peccatores constitutos multos: ipsi sunt multi qui & oēs.

Similiter

Universidad de Deusto
Biblioteca

Similiter cum dictū est: Per unius iustificationē in omnes homines, ad iustificationem uitæ: & rursus dictum est: Per unius obedientiā iusti constituentur multi: non aliquibus exceptis, sed eosdem multos, omnes oportet intelligi: non quia omnes homines iustificantur in Christo, sed quia omnes qui iustificantur, non aliter possunt iustificari q̄m in Christo. Sicut possumus dicere, in aliquam domū per unam ianuam intrare omnes, non quia omnes homines intrant in eandem domum, sed quia nemo intrat nisi per illam. Omnes ergo ad mortem per Adam, omnes ad uitam per Christum. Quia sicut in Adam omnes moriuntur, ita & in Christo omnes uiuificabuntur: id est, ex prima origine generis humani, nemo ad mortem nisi per Adam, & nemo per Adam nisi ad mortem. Et nemo ad uitam nisi per Christum, & nemo per Christum nisi ad uitam. Vos autem dum non omnes, sed multos, siue per Adam condēnatos esse, siue per Christum liberatos uultis intelligi, horrēda peruersitate Christianæ religioni estis infesti. Si enim salui erunt aliqui sine Christo, & iustificantur aliqui sine Christo, ergo Christus gratis mortuus est. Erat enim & alius mod⁹, sicut uultis, in natura, in libero arbitrio, in lege naturali, siue conscripta, quo possent salui et iusti esse q̄ uellent. Iustas aūt imagines dei, quis nisi iniustus prohiberet à regno dei? Hic forte dicis: Sed facilius per Christū. Nunqd non posset etiam de lege dici: Est per legem iustitia, sed facilius per Christum? Et tamen ait Apostolus: Si per legē iustitia, ergo Christus gratis mortuus est. Non est itaq; præter unum mediatorem dei & hominum, hominem Christum Iesum, aliud nomen sub cœlo, in quo oporteat saluos fieri nos. Et ideo dictum est: In Christo omnes uiuificabuntur, quoniam in illo deus definiuit fidem omnibus, suscitans illum à mortuis. Vestrum aūt dogma id persuadere conatur, uelut inculpatæ prædicatione naturæ, & potentiæ liberi arbitrij, & legis siue naturalis siue per Moysen datę, ut & si opus sit, necesse tamen non sit ad Christum pro æterna salute transire: eo q̄ per sacramentum mortis & resurrectionis eius, si tamen uel hoc putatis, commodior uia sit, non quòd alia uia esse non possit. Vnde quantum uos detestari debeant Christiani considerantes, renunciant uobis etiā tacētibus nobis. Quod uero causæ tuæ postremū & quasi fortissimum firmamentum, Propheticū testimonium esse uoluisti, ubi per Ezechielem dictū legimus, quod erit parabola, qua dicebāt uuas acerbas edisse, & dentes obstupuisse filiorum: Nec morietur filius in peccato patris, nec pater in peccato filij, sed anima quæ peccat ipsa morietur: non intelligis hanc esse promissionem testamenti noui & spiritalis hęreditatis ad alterum seculū pertinentis. Id em̄ agit gratia redemptoris, ut paternum chirographum deleat, & unusquisq; pro se rationē reddat. Cæterū q̄m multa sunt diuinarum testimonia literarum quę parentum peccatis obligāt filios, numerare quis possit? Cur em̄ peccauit Cham, & in eius filiū Chanaan uindicta, plata est? Cur pro peccato Salomonis filius eius diminutione regni punitus est? Cur peccatorū Achab regis Israel in eius posteros pœna dilata est? Vt quid legitur in sanctis libris: Reddēs peccata patrum in sinu filiorum eorum post eos, & reddens peccata patrum filijs usq; in tertiam & quartam progeniem? Qui numerus etiam pro uniuersitate accipi potest. Nunquid hæc falsa sunt? Quis hoc dixerit, nisi diuinorū eloquiorum apertissimus inimicus? Sed carnalis generatio etiā populi dei pertinens ad testamentum uetus, quod in seruitute generat, parētum peccatis obligat filios: spiritalis autem generatio, sicut hæreditatem, ita pœnarum atq; prę̄miorum cōminationes promissionesq; mutauit. Quod Prophetæ in spiritu prævidentes ista dixerunt, sed apertius Hieremias: In diebus illis, inquit, non dicent: Patres manducauerunt uuam acerbam, & dentes filiorum obstupuerunt, sed unusquisq; in suo peccato morietur, ut eius qui manducauerit uuā acerbam, obstupescant dentes ipsius. Nempe manifestum, ita hoc prophetice pronunciari, sicut ipsum testamentum nouum quod prius occultum fuit, & per Christum postea reuelatum est. Deniq; ne nos mouerent ea quę cōmemorauí, & cætera huiusmodi plurima de reddē dis in filios peccatis parētum, quæ utiq; ueraciter scripta sunt, ne huic prophetiæ cōtraria putarent, continuo soluit istam molestissimam quę̄stionem, coniungendo atq; dicendo: Ecce dies ueniunt dicit dominus, & consummabo domui Israel & domui Iuda testamentū nouum, non secundum testamentum quod disposui patribus eorum. In hoc igitur testamento nouo per sanguinē mediatoris deleto paterno chirographo, incipit homo paternis debitis non esse obnoxius renascendo, quibus nascendo fuerat obligatus, ipso mediatore dicente: Ne uobis patrem dicatis in terra: secundū hoc utique, quòd alios natales quibus non patri succederemus, sed cum patre semper uiueremus, inueni-
mus. Ad omnia me tibi respondisse Iuliane, & omnia refelliisse, quibus putasti uoluminibus quatuor credendum nō esse originale peccatū, & concupiscentiam carnis non posse culpari sine damnatione nuptiarū, puto quod p̄spicis, si peruicax nō sis. Demonstratum enim est, eum paterno antiquo debito nō teneri, qui hæreditatem patremq; mutauit: ubi cohæredem inuenit unicum per naturam, adoptatus ipse per gratiam, eiq; tantum concupiscentiā carnalem mortē non inferre post mortem, qui in Christi morte inuenerit mortem, qua moriatur peccato, & euaserit mortem, qua natus fuerat in peccato. Vnus enim pro omnibus mortuus est, ergo omnes mortui sunt. Et pro omnib⁹ mortuus est: Nec aliqui poterunt uiuere pro quibus nō est mortuus, quia p̄ mortuis unus est mortuus. Hæc negans, his repugnans, ista conuellere moliens catholicæ fidei munimenta, ipsosq; neruos dirumpere Christianæ religionis, ueraq; pietatis: audes insuper dicere, q̄ contra impios bella susceperis, cum aduersum matrem quę te spiritaliter peperit, armis impietatis induaris. Audes te agmini sanctorum Patriarcharum, Prophetarum, Apostolo-

Ipse alicubi exponit, imitantes patrū malitiam

Hiere. 31

Matt. 23

Cap. XIII

rum, martyrum sacerdotum'que miscere: Cum tibi dicant Patriarchę, etiam paruulis natis oblata sacrificia pro peccatis, eo ꝙ non sit mundus à sordibus, nec infans diei unius super terrā: Cum tibi Psal. 50 dicant Prophetę: In iniquitatibus cōcepti sumus. Gal. 3 Cum tibi dicant Apostoli: Quicunq; baptizati sumus in Christo Iesu, in morte ipsius baptizati sumus: ut existimemus nos mortuos quidē esse peccato, uiuere aūt deo in Christo Iesu. Cum tibi dicant martyres, secundum Adam carnaliter natos colluuionem mortis antiquæ prima natiuitate cōtrahere, unde paruulis dimittantur in baptismo, non propria sed aliena peccata. Cum tibi dicant sacerdotes, carnali uoluptate cōcretos prius subire delictorum contagium, cq; uitæ huius haurire munus. His te consociari præsumis, quorū fidem debellare conaris. Audes dicere, ꝙ à Manichæorum consortio uincaris, qui Manichęos inuictos facis, nisi cum eis & ipse uincaris. Falleris fili, miserabiliter falleris, uel etiam detestabiliter falleris: quando animositatem qua teneris uiceris, tunc ueritatem poteris tenere, qua uinceris.

Libri sexti & ultimi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE ANIma & eius origine, ad Renatum Liber Primus.

Cap. I

YNCERITATEM tuā erga nos Renate frater charissime, & fraternam beneuolentiā, ac mutuæ dilectionis affectum, probatum quidem & antea tenebamus, uerū nūc probatiorē nobis amica diligentia demōstrasti, ꝙ mihi duos libros eius quidem hominis quem penitus ignorabam, nec tamen ideo contemnendi, Vincentij Victoris, sic enim prænotatum ibi nomen eius inueni, proxima præterita æstate misisti: quamuis mihi eo quod absens fuissem, in autumni fine sint redditi. Quomodo enim tu charissimꝰ meus posses uel deberes in meam non perferre notitiam, cum in manus tuas uenissent cuiuslibet hominis qualescunq; literæ, licet ad alium scribentis, ubi tamen nomen commemoraretur & legeretur meum, ita ut contradiceretur uerbis meis, quæ in quibusdam opusculis ædidissem? Hoc itaq; fecisti quod syncerissimus & dilectissimus amicus meus facere debuisti. Sed hinc angor paululū, quòd Cap. II adhuc tuæ sanctitati minus quam uellem cognitus sum, quando quidem putasti me sic accepturū, quasi tu mihi iniuriam feceris, notum faciendo quod alius fecit. Quantum autem hoc absit ab animo meo, uide, ut nec ab illo quidem me passum iniuriam conquerar. Cum enim aliter quædam ęq; A ego saperet, nunquid nam debuit reticere? Vnde mihi gratum esse debet, ꝙ ita non tacuit, ut id etiā legere possimus. Deberet quidem tantum scribere potius ad me, quàm ad alterum de me, sed ille ꝙ mihi esset ignotus, non est ausus se mihi ingerere, in meorum refutatione dictorum. Nec consulendum me putauit, ubi sibi uidetur minime dubitandum, sed plane cognitam & certam tenere sententiam. Obtemperauit autem amico suo, à quo se ut scriberet, dicit esse cōpulsum. Et si quid inter disputandum, quod in meam contumeliā redundaret expressit, non eum conuitiantis uoluntate crediderim, sed diuersa sentientis necessitate fecisse. Vbi enim mihi animus erga me hominis ignotus est & incertus, melius arbitror meliora sentire ęq; B inexplorata culpare. Fortassis enim amore mei fecit, sciens ad me peruenire posse quod scripsit, dū in eis rebus errare me non uult, in quibus se potius errare non putat. Et ideo debeo etiam eius habere gratam beneuolentiam, cuius me necesse est improbare sententiam: Ac per hoc in eis quæ non recte sapit, adhuc leniter corrigendus mihi uidetur non aspere detestandus, præsertim quia sicut audio, nuper catholicus factus est, quod ei gratulandum est. Caruit enim Donatistarū uel potius Rogatistarum diuisione & errore, quo antea tenebatur: Si tamen catholicam ueritatem sicut oportet intelligat, ut uere de illius conuersione gau- Cap. III deamus. Habet enim eloquium quo possit explicare quę sentit. Vnde cum illo agendum est, eiq; C optandum ut recta sentiat, ne faciat esse delectabilia quæ sunt inutilia, & quę diserta dixerit, uera dixisse uideatur. Quāuis & in ipso eloquio habeat multa emendanda, & à nimia exūdantia reprimenda. Quod in illo tibi quoq; ut uiro graui, sicut tua indicant scripta, displicuit. Sed hoc uel facile corrigitur, uel sine detrimento fidei à leuibus mentibus amatur, toleratur à grauibus. Habemus enim iam quosdam spumeos in sermone, sed in fide sanos. Non itaq; desperandum est, etiam hoc in isto, quāuis sit intolerabile si permanserit, posse tamen expurgari & temperari, atq; ad integrum & solidū uel perduci, uel reuocari modū: præsertim quia iuuenis esse perhibetur, ut quod minus habet peritia suppleat diligentia, & quod eruditas loquacita- D tis eructat, ętatis maturitas decoquat. Illud est molestum & periculosum uel pnicioſum, si cū laudat eloquētia, persuadet insipientia, ut in precioso poculo bibat pestifera potio. Vt enim iam incipiā Cap. IIII demonstrare, quæ præcipue sint in eius disputatione uitanda: Animam dicit à deo quidem factam, nec dei esse partem siue naturā, quod omnino uerum est. Sed cum eam nō uult ex nihilo factam fateri, & aliam nullam creaturā unde sit facta commemorat, atq; ita illi dat authorem deum, ut neq; ex nullis extantibus, id est, ex nihilo, neque ex aliqua re, quæ nō est quod deus est, sed de seipso eā fecisse credat, nescit eò se reuolui, quod declinasse se putat, ut scilicet nihil aliud anima quàm dei natura sit: ac sic consequenter & de dei natura fiat aliquid ab eodem deo, cui faciendo materia de qua facit

Universidad de Deusto

facit, sit ipse qui facit: Ac per hoc & dei sit natura mutabilis, & mutata in deterius, eiusdē ipsius dei, ab eodē ipso deo natura damnetur. Quod pro tua fideli intelligentia quàm non sit opinandum, & q̄s sit à corde catholico secludendū longeq; fugiēdū, uides. Ita quippe anima, uel dei flatus factus est ipsa, ut non de ipso sit, sed ab ipso de nihilo creata sit. Neq; enim sicut homo quando sufflat, non potest de nihilo flatum facere, sed quē de isto aere ducit hunc reddit: ita deo putādum est auras aliquas circunfusas iam fuisse, quarum exiguam quandam particulā spirando traheret, & respirando refunderet, quādo in hominis faciem sufflauit, eiq; illo modo animā fecit. Quod et si ita esset, nec sic de ipso, sed de subiacenti re aliqua stabili posset esse quod flauit. Sed absit ut negemus omnipotentem de nihilo flatum uitæ facere potuisse, quo fieret homo in animam uiuam: atq; in eas contrudamur angustias, ut uel iam fuisse aliquid, quod ipse non esset, unde flatum faceret opinemur, uel quod mutabile factum uidemus, de seipso fecisse credamus. Quod enim de ipso est, necesse est ut eiusdem naturæ sit cuius ipse est, ac per hoc etiam immutabile sit: Anima uero, quod omnes fatentur, mutabilis est. Non ergo de ipso, quia non est immutabilis sicut ipse. Si autem de nulla re alia facta est, de nihilo facta est proculdubio, sed ab ipso. Quod
Cap. V uero eam non spiritum, sed corpus esse contendit, quid aliud uult efficere, quàm nos non ex anima & corpore, sed ex duobus uel etiam tribus constare corporibus? Cum enim spiritu, anima, et corpore constare nos dicit, & omnia hæc tria corpora esse asserit, profecto ex tribus corporibus nos putat esse compactos. In qua opinione quāta eum sequatur absurditas, illi potius q̄s tibi demonstrandum puto. Verum iste tolerabilis error est hominis, qui nondum cognouit esse aliquid, quod cum corpus non sit, corporis tamen quandam similitudinem gerere possit. Illud planè quis ferat, quod
Cap. VI in secundo libro, cum quæstionē difficillimam soluere conaretur, de originali peccato, quatenus ad corpus animamq; pertineat, si anima non de parentibus trahitur, sed à deo noua insufflatur? Hanc ergo tam molestā & tam profundā nitens enodare quæstionē, merito, inquit, per carnem, priscam reparat habitudinē, quam uisa fuerat paulisper amisisse per carnem, ut per eam incipiat renasci, per quam meruerat inquinari. Cernis nempe hominē ausum suscipere, quod uires eius excedit, in tam immane præcipitium decidisse, ut diceret inquinari animam meruisse per carnem, cum dicere nullo modo possit, unde hoc meritum traxerit ante carnem. Si enim à carne incipit meritū habere peccati, dicat si potest, unde ante peccatum suum carne meruerit inquinari. Nam hoc meritum quo in carnem peccatricem missa est, ut inquinaretur ex illa, profecto aut ex semetipsa habuit, aut quòd à uero multo amplius abhorret, ex deo. Ex carne quippe meritum non potuit habere ante carnem, quo merito inquinanda mitteretur in carnem. Si ergo à semetipsa hoc meritū habuit, quomodo habuit quæ ante carnem nihil mali fecit? Si autē hoc meritum ex deo dicit̄ habuisse, quis hoc audiat, quis ferat, quis dici impune permittat? Non enim hoc loco quæritur, quid meruerit, ut iudicaretur damnanda post carnē: sed quid meruerit ante carnem ita damnari, ut inquinanda mitteretur in carnem. explicet hoc si potest, qui est ausus dicere, inquinari animam meruisse per carnem. Item alio lo Cap. VII
co, cum eandem qua se ipse implicuerat, uelut explicandam proponeret quæstionem, tanquam ex persona aduersariorum ait: Cur, inquiunt, deus animam tam iniusta animaduersione mulctauit, ut in corpus eam peccati relegare uoluerit, cum consortio carnis peccatrix esse incipit, quæ peccatrix esse non potuit? In huius quęstionis tanq; scopulo gurgite, debuit utiq; cauere naufragium, nec eò se cōmittere, unde se non erueret transeundo, sed forte redeundo, id est pœnitendo. Nam de præscientia dei se nititur liberare, sed frustra. Præscientia quippe dei eos quos sanaturus est, peccatores præ noscit, non facit. Nam si eas animas liberat à peccato, quas innocētes & mundas implicuit ipse peccato, uulnus sanat quod intulit nobis, non quod inuenit in nobis. Auertat autem deus, & omnino absit, ut dicamus quādo lauacro regeneratiōis deus mundat animas parutulorū, tunc eū mala sua corrigere quæ illis ipse fecit, cum eas nullū habentes peccatū peccatrici carni, cuius originali peccato contaminarent̄, admiscuit. Quas tamen iste accusans dicit inquinari meruisse per carnē, nec potest dicere unde tantū malum meruerint ante carnem.
Hanc ergo quæstionem frustra se putans de prę Cap. VIII
scientia dei posse dissoluere, adhuc se inuoluit & dicit: Anima si peccatrix esse meruit, quæ peccatrix esse non potuit, tamen neq; in peccato remansit, quia in Christo prefigurata, in peccato esse non debuit, sicut esse non potuit. Quid est quod dicit, peccatrix esse nō potuit, uel in peccato esse nō potuit, nisi credo, si non ueniret in carnem? Neq; em̄ potuit originali peccato esse peccatrix, aut quoquo modo in originali peccato esse nisi per carnē, si de parente non trahitur. Videmus ergo eam per gratiam liberari à peccato, sed non uidemus unde meruerit hærere peccato. Quid est ergo quod dicit: Si peccatrix esse meruit, nō tamen in peccato remansit? Si enim ab illo quæram, cur non in peccato remanserit, rectissime respondebit, quòd eam Christi gratia liberauerit. Sicut ergo dicit, unde anima paruuli fuerit liberata peccatrix, sic etiam dicat unde meruerit esse peccatrix. Sed qd dicit, cui hoc quod prælocutus est, contigit? Nāq; ut istam quęstionem sibi proponeret, ait: Alta subtrahūtur opprobria querulis murmurationibus oblatrantium, & excussi quasi quodā turbine, identidē inter immania saxa collidimur. Hoc si ego de illo dicerem, forsitan succenseret. Verba sunt eius. Quibus prę missis proposuit quæstionē, in qua saxa quibus collisus naufragauit, ostēderet. Ad hoc em̄ perductus est, & tā horrendis cautibus illisus, impulsus, infixus, ut eruere se nisi emēdando qd' dixit, omnino nō possit, non ualens ostendere quo merito anima sit

Universidad de Deusto
Biblioteca

ma sit facta peccatrix, quam dicere nō timuit ante omne suum peccatum meruisse fieri peccatricem. Quis tam immane supplicium meretur sine peccato, ut in aliena iniquitate conceptus, anteq; exeat de uiscerib. matris, iā non sit sine peccato? De hac aūt pœna, paruulorum animas qui regenerantur in Christo, nullis eorum præcedentibus meritis, gratuita liberat gratia, Alioqn gratia iā non est gratia. Proinde iste homo ualde intelligens, cui displicet in tanta profunditate, etsi nō docta, tamen cauta nostra cunctatio, dicat si potest, in hanc pœnam quo peruenerit anima merito, de qua pœna liberat gratia sine merito. Dicat, ut qđ dicit aliqua, si uoluerit, ratione defendat. Non em̄ hoc exigeremus, nisi ipse dixisset, quòd anima meruerit esse peccatrix. Dicat meritum eius, utrū bonū fuerit, an malum? Si bonū, quo merito bono uenit in malū? Si malū, unde aliquod malū meritū ante om̄e peccatum? Item dico, Si bonum, non ergo eā gratuita gratia, sed secundū debitū liberat gratia, cuius pręcessit meritū bonum: ac sic gratia iam non erit gratia. Si aūt malum, quæro qđ sit, An quod uenit in carnē, quò non uenisset, nisi apud quē nō est iniqtas ipse misisset? Nunc̄ igitur nisi se in peiora præcipitans, hāc suam sententiā moliret astruere, qua dicit quòd anima meruit esse peccatrix. Quod de his quidē paruulis, quorū in baptismo diluitur originale peccatū, inuenit qualitercūc̄ quod diceret, quoniā præsciētia dei prædestinatis in uitā æternā nihil obesse potuisset, paulisper alieno inhærere peccato. Quod tolerabiliter diceretur, si non iste uerbis suis implicaretur, dicens: quòd meruerit anima esse peccatrix, Vnde se omnino non liberat, nisi hoc eum dixisse pœniteat. *Caput IX* De illis autem paruulis qui morte præueniuntur priusquam baptizentur in Christo, cum respondere uoluisset, ausus est eis promittere, non solum paradisum, uerumetiam regnum cœlorum: non inueniens quà exiret, ne deum animas innocentes dicere cogeretur æterna morte dānare, quas nullo merito præcedēte peccati, carni inserit peccatrici. Sed uteūc̄ sentiens quid mali dixerit, sine ulla Christi gratia animas redimi paruulorū in æternā uitam regnūc̄ cœlorum, & in eis posse solui originale peccatum sine baptismo Christi, in quo fit remissio peccatorum, Vidēs ergo, in quā se profunditatem naufragosi gurgitis iecerit, sanè, inquit, pro eis oblationes assiduas, & offerēda iugiter sanctorum censeo sacrificia sacerdotum. Ecce aliud unde nunquam exiturus est, nisi eū dixisse pœniteat. Quis em̄ offerat corp⁹ Christi, nisi pro eis qui mēbra sunt Christi? Ex quo autem ab illo dictū est, Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nō potest intrare regnum dei: Et alio loco, Qui perdiderit animā suam propter me, inueniet eam: nemo fit membrū Christi, nisi aut baptismate in Christo, aut morte pro Christo. Vnde & latro ille, nō ante crucem domini sectator, sed in cruce cōfessor, de quo nōnunquam præiudicium captatur, siue tentatur contra baptismatis sacramentū: à Cypriano sancto inter martyres computatur, qui suo sanguine baptizantur, quod plerisq; non baptizatis feruente persecutione euenit. Tanto nanq; pondere appensum est, tantūc̄ ualuit apud eum qui hęc nouit appendere, quod confessus est dominū crucifixum, quantū si fuisset pro domino crucifixus. Tunc em̄ fides eius de ligno floruit, quādo discipulorum marcuit, nisi cuius mortis terrore marcuerat, eius resurrectione reuiresceret. Illi enim desperauerunt de moriente, ille sperauit in cōmorientem. Refugerūt illi autho rem uitæ, rogauit ille consortē pœnæ. Doluerunt illi tanquam hominis mortem, credidit ille regnaturum esse post mortem. Deseruerūt illi sponsorē salutis, honorauit ille socium crucis. Inuenta est in eo mensura martyris, qui tunc in Christum credidit, quando defecerunt qui futuri erant martyres. Et hoc quidē oculis domini clarū fuit, qui nō baptizato, tanquā martyrij sanguine abluto, tantam felicitatem statim cōtulit. Sed etiam nostrum quis non consideret, quanta fide, quāta spe, quanta charitate mortem pro Christo uiuente suscipere potuit, qui uitam in moriente quæsiuit. Huc accedit, quia non incredibiliter dicitur latronem, qui tunc credidit iuxta dominum crucifixum, aqua illa quę de uulnere lateris eius emicuit, tanquam sacratissimo baptismo fuisse perfusum, Vt omittam quòd eum antequam damnaretur, baptizatum non fuisse, quoniam nemo nostrum nouit, nemo conuincit. Verum hæc ut uolet quisq; accipiat, dum tamē de baptismo non præscribat salutoris præcepto, huius latronis exemplo: & non baptizatis paruulis nemo promittat inter damnationem regnumq; cœlorum, quietis uel felicitatis cuiuslibet atq; ubi libet quasi medium locum. Hoc enim eis etiam hęresis Pelagiana promisit, quia nec damnationem metuit paruulis, quos nullum putat habere originale peccatum, nec sperat eis regnum cœlorum, si non perueniunt ad baptismatis sacramentum. Iste autem cum confiteatur paruulos originali obstrictos esse peccato, eis etiam regnum cœlorum non baptizatis ausus est polliceri, Qđ nec illi ausi sunt, qui eos afferunt sine ullo prorsus esse peccato. Ecce qualibus se laqueis præsumptiōis innectat, nisi eum talia scripsisse pœniteat. *Caput X* De fratre aūt sanctæ Perpetuæ Dinocrate, nec scriptura ipsa canonica est, nec illa sic scripsit uel quicunq; illud scripsit, ut illum puerum qui septennis mortuus fuerit, sine baptismo diceret fuisse defunctum: pro quo illa imminēte martyrio creditur exaudita, ut à pœnis transferretur ad requiem. Nam illius ætatis pueri, & mentiri, & uerum loqui, & confiteri & negare iam possunt. Et ideo cum baptizantur, iam & symbolum reddunt, & ipsi pro se ad interrogata respōdent. Quis igitur scit, utrum puer ille post baptismum persecutionis tempore à patre impio per idololatriā fuerit alienatus à Christo, propter quod in damnationem mortis ierit, nec inde nisi pro Christo morituræ sororis precibus donatus exierit? Sed etiam si hoc isti concedatur, quod salua fide catholica & Ecclesiastica regula, nulla ratione conceditur, ut pro non baptizatis cuiuslibet ætatis hominibus offeratur sacrificium corporis *Cap. XI*

Rom. 11

Ioan. 3
Matt. 10
Luc. 23

Universidad de Deusto
Biblioteca

corporis & sanguinis Christi, tanquam per huiusmodi pietatem suorum, ad regnum cœlorum quò perueniant adiuuentur: quid respõsurus est de tot milibus infantum, qui nascuntur ex impijs, nec in manus piorum aliqua uel diuina uel humana miseratione perueniunt, & de ista uita in illa tenerrima ætate, sine lauacro regenerationis abscedunt? Dicat si potest, unde istæ animæ sic peccatrices fieri meruerũt, ut à peccato saltẽ nec postea liberẽtur? Si enim quærã, quare damnari mereantur si non baptizantur, recte mihi respondetur, propter originale peccatum. Item si quæram, unde traxerint originale peccatũ, iste respondebit, ex carne utiq; peccatrice. Si ergo quæram, unde damnari meruerint in peccatricẽ carnem, qui nihil mali fecerant ante carnem, hic inueniat quid respondeat, & sic damnari ad alienorum peccatorũ subeunda contagia, ut nec baptisma regeneret male generatos, nec sacrificia expient inquinatos. Ibi em̃ & de talibus hi paruuli nati sunt, siue adhucusq; nascuntur, ut eis nullo tali possit adiutorio subueniri. Hic certe omnis argumentatio deficit. Non em̃ quærimus, unde animæ damnari meruerint post carnis consortium peccatricis, sed quærimus unde animæ dãnari meruerint ab subeundum carnis consortium peccatricis, nullũ peccatũ habentes ante carnis consortiũ peccatricis. Nõ est ut dicatur, Nihil eis obfuit alieni peccati paulisper communicata contagio, quib. in dei præscientia fuerat parata redemptio. De his enim nunc loquimur, quibus ante baptismum de corpore exeũtibus redemptio nulla succurrit. Nõ est ut dicatur. Eas quas baptisma non abluit, sacrificia pro eis crebra mundabunt, quod præsciens deus, paululum illas uoluit alienis hærere peccatis, sine ullo exitio damnationis æternæ, & cum spe felicitatis æternæ. De his enim nunc loquimur, quarum natiuitas apud impios & ex impijs, nulla talia potuerit inuenire præsidia. Quæ quidem si adhiberi possent, pro culdubio nõ baptizatis prodesse nõ possent, Sicut nec illa quæ de libro Machabæorũ commemorauit sacrificia, facta pro peccatoribus mortuis, eis aliquid profuissent, si circumcisi non fuissent. Inueniat ergo si potest iste quid dicat, cum ab illo quæriẽ, quid meruerit anima sine ullo peccato, uel originãli, uel proprio sic ad subeundum alienum peccatum originale damnari, ut non abilo ualeat liberari: ut uideat quid eligat è duobus, utrum dicat etiã eas animas morientium paruulorum, quæ hinc sine lauacro regenerationis abscedunt, & pro quibus nullum sacrificiũ corporis dominici offertur, à nexu peccati originalis absolui, cum Apostolus doceat, ex uno ire omnes in condemnationẽ, quibus utiq; non subuenit gratia, ut per unũ eruantur in redemptionem: an dicat animas non habentes ullum uel ꝓprium, uel originale peccatum, & omnimodo innocẽtes, simplices, puras à iusto deo, cum eas ipse non liberandas carni inserit peccatrici, æterna damnatione puniri?

Rom. 5

Ca. XII Ego nihil istorum duorum dicendum esse confirmo, nec illud tertium, alibi peccasse animas ante carnem, ut damnari mereantur in carnem. Apostolus quippe apertissime definiuit, nondum in carne natos nihil egisse boni, seu mali, Vnde constat paruulos ut remissione indigeant peccatorũ, non nisi originale traxisse peccatum. Nec illud quartum, eas animas paruulorũ sine baptismate morituroru, à iusto deo in carnem peccatricem relegari atq; dãnari, quas prescisset si ad ætatẽ peruenissent, in qua libero uterẽtur arbitrio, male fuisse uicturas. Hoc nanq; nec iste ausus est dicere, in tantis angustijs constitutus. Imò etiã contra istam uanitatem iam satis manifeste ac breuiter est locutus, ubi ait, Iniustum deum fuisse futurũ, si nõ perfectis ꝓpriæ uoluntatis operibus, uellet hominem iudicare nõ natum. Hoc enim respõdit, cum tractaret quæstionẽ aduersus eos q dicũt, Cur deus hominẽ faciebat, quem utpote præscius sciebat futurũ non bonum? Non natum em̃ iudicaret, si propterea creare noluisset, quia non bonũ futurũ esse præsciisset. Et utiq; sicut & huic uisum est, de perfectis eius operibus debuisset hominẽ iudicare, nõ de prẽcognitis, nec fieri aliquãdo permissis. Nam si peccata, quæ si homo uiueret commissurus esset, etiã non commissa damnantur in mortuo, nullum beneficium collatũ est illi, qui raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius: quandoquidem iudicabitur secundum eam, quę in illo fuerat futura malitia, non secundũ eam, quæ in illo inuenta est innocẽtia. Et de nullo mortuo baptizato poterit esse securitas, qa & post baptismum, non qualitercunq; peccare, uerum etiam apostatare homines possunt. Quid si ergo q baptizatus hinc raptus est, apostata erat futurus si uiueret, nullum ne illi beneficiũ putabimus esse collatum, quod raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius: & propter dei præscientiã, nõ sicut fidele mẽbrum Christi, sed sicut apostatam iudicandũ esse censebimus? Quanto em̃ melius si peccata nondũ facta, nondum cogitata, sed præcognita & futura puniuntur, proijcerentur illi duo de paradiso ante peccatũ, ne in loco tam sancto & beatifico peccaret? Quid quod ipsa exinanitur omino præscientia, si quod præscitur non erit? Quomodo em̃ recte dicitur præsciri futurũ, quod non est futurum? Quomodo ergo puniunt peccata quæ nulla sunt, id est, quæ nec uita ista nondũ incipiente cõmissa sunt ante carnẽ, nec morte præueniẽte post carnẽ?

Sapien. 4

Cap. XIII

Hoc itaq; mediũ ex quo anima missa est in carnem, quousq; solueretur à carne, quoniam paruuli anima est, nec liberi arbitrij gessit ętatẽ, nõ inuenit unde damnaretur non percepto baptismo, nisi originale peccatũ. Ex quo peccato iuste damnari animam nõ negamus, qa peccato supplicũ lex iusta constituit. Sed ad hoc peccatũ subeundũ, cur damnata sit quærimus, si non ex illa una trahitur, quæ in generis humani primo patre peccauit. Quamobrem si deus non damnat innocẽtes, nec facit nocẽtes quos perspicit innocentes: & si animas nõ liberat siue ab originalibus, siue à ꝓprijs peccatis, nisi in Ecclesia Christi baptismus Christi: & si animæ ante carnem nullũ habuerunt omnino peccatũ, & si peccata anteeq; cõmittantur, & multo magis quę nunquam commissa sunt, damnari iusta lege non possunt,

Universidad de Deusto
Biblioteca

possunt, nihil horum quatuor iste dicit. Et si potest explicet, paruulorum animæ, quæ sine baptismo exeuntes in dānationem mittuntur, quo merito in carnem peccatricem quæ nihil peccauerūt, missæ sunt, ut illic inuenirent peccatū, propter quod merito damnarent. Porrò si quatuor ista deuitās, quę sana doctrina condēnat, id est, si nō audeat dicere, uel sine ullo peccato existentes, à deo fieri animas peccatrices, aut sine Christi sacramento in eis solui originale peccatū, aut eas alicubi peccasse, antęq; mitterentur in carnem, aut ea quæ nunquam habuerunt in eis peccata dānari. Si hæc nolens dicere, quoniā nō sunt utiq; dicenda, dixerit paruulos non trahere originale peccatū, nec habere unde damnent, si non accepto sacramento regenerationis hinc exeant, in hæresim Pelagianā sine dubitatione damnabilē damnandus incurrit. Quod ei ne cōtingat, quanto melius teneat de animæ origine cunctationē meam, ne audeat affirmare quod nec humana ratione cōprehēdit, nec diuina authoritate defendit, ne cogatur insipiētiā profiteri, dum ue
Ca. XIIII retur ignorantiam confiteri. Hic forte dicat sententiam suam diuina authoritate defendi, quando sanctarū scripturarū testimonijs probare se existimat, animas à deo, nō ex ,ppagine fieri, sed nouas singulis insufflari. Probet, si potest, & fatebor me didicisse ab illo, quod magna intentione quærebā. Sed quærat alia, ne fortassis inueniat, nam hoc istis testimonijs, quę iam posuit, nō ,pbauit. Omnia qp/pe qu⁹ hic adhibuit, ad aliqd certa sunt, ad hoc uero, quod de animæ origine quærit, demōstrantur ambigua. Certū est em̄ deum dedisse hominibus
Esa. 42 datum & spiritū, dicente Propheta, Hæc dicit dns qui fecit cælum & fundauit terram, & quę sunt in ea, qui dat flatum populo super eā, & spiritū calcātibus eam. Hoc testimoniū iste in eam sententiam uult accipi quam defendit, ut quod ait, dat flatum populo, nō ex ,ppagine facere animas populo, sed nouas insufflare credatur. Audeat ergo dicere nō ipsum nobis dedisse carnem, quia de parētibus origo carnis attracta est. Et ubi ait Apost. de frumē
1. Cor. 15 ti grano, Deus illi dat corpus quomodo uoluerit: neget si audet de tritico triticum nasci, & herbam eius ex semine secundum genus. Quod si negare non audet, unde igitur scit quomodo dictum sit, dat flatum populo, utrum eum trahens de parentibus, an insufflans nouum? Vnde etiam scit utrum repetitio sententiæ sit, qui dat flatum populo super eam, & spiritum calcantibus eam: ut de una re utrunq; dictum intelligatur, & non animam uel spiritum, quo natura uiuit humana, sed spiritum sanctum significare uoluerit? Si enim flatu nō posset significari spiritus sanctus, nō dns post resurrectionem insufflasset discipulis, & dixisset,
Ioan. 20 Accipite spiritum sanctum,
Acto. 2 Neque scriptum esset in Actibus Apostolorū, Factus est subito de cælo sonus, quasi ferretur flatus uehemens, & uisæ sunt illis linguæ diuisæ sicut ignis, qui & insedit unumquemq; eorum, & impleti sunt omnes spiritu sancto. Quid si hoc Propheta prænunciauit, dicens: Qui dat flatū populo super eam? Et tanquam exponens quid di-

A xerit flatum, repetiuit atq; ait, & spiritum calcanti bus eam. Tunc enim cuidētissime factum est, quā do impleti sunt omnes spiritu sancto. Aut si nondum dicendus est populus, centum uiginti homines, qui tunc in loco uno aderant, certe quando simul quatuor uel quinq; mília crediderunt, & baptizati acceperunt spiritum sanctum, quis dubitauerit simul populum accepisse spiritum sanctum, & multitudinem quæ ambulabat in terra, id est, homines calcantes terram? Nam ille qui datur ad naturam hominis pertinens, siue ex propagine detur, siue nouus insuffletur, quorum nihil affirmandum esse dico, donec alterutrum sine ulla dubitā-
B tione claresçat, non datur calcantibus terram, sed adhuc materno utero inclusis. Dedit ergo flatum populo super terram, & spiritum calcātibus eam, quando multi simul credētes, simul repleti sunt spiritu sancto. Et ipse dat eum populo suo, & si non simul omnibus, sed suo cuiq; tempore, donec discendo de hac uita, & succedendo in hanc uitam, uniuersus eiusdem poppuli numerus compleatur: ut hoc sanctæ scripturæ loco non aliud sit flatus, aliud spiritus, sed eiusdem sententiæ repetitio. Sicut non est alius qui habitat in cælis, & alius dominus: Nec aliud est irridere, & aliud subsānare, sed eadem sententia repetita est, ubi legitur, Qui habi-
Psal. 2 tat in cælis irridebit eos, & dominus subsannabit eos. Vel cum dictum est, Dabo tibi gentes hæreditatem tuam, & possessionem tuam fines terræ, Nō utiq; aliud dixit hæreditatem, aliud possessionem,
C nec aliud gentes, aliud fines terræ, sed eiusdem sententiæ repetitio est. Et innumerabiles inueniet huiusmodi locutiones diuinorum eloquiorum, si aduertit quod legit. Quod aūt Grę cus dixit πνεῦμα, hoc Latini uarie interpretati sunt, aliquando flatum, aliquando spiritū, aliquando inspirationem. Nam hoc uerbum habēt codices græci in isto prophetico testimonio, de quo nunc agimus, ubi dictum est, Qui dat populo suo flatū super eam: hoc est πνοὴν. Ipsum uerbum est & ubi homo animatus est, Et insufflauit deus in faciem eius flatum uitæ. Sed ipsum uerbū est & in Psal. ubi canit, Omnis spiritus laudet deum. Ipsum est in lib. Iob, ubi scriptū est, Aspiratio aūt omnipotentis est quæ docet. Noluit dicere flatus sed aspiratio, cum in græco sit πνοὴ. Quod etiam in illis uerbis Propheę,
D de quibus nunc disputamus, & certe hoc loco nescio, utrum debeat dubitari spiritum sanctum esse significatum. Agebatur enim de sapientia unde sit in hominibus, quia nō ex numero annorū, sed spiritus, inquit, est in hominibus: aspiratio autem omnipotentis quæ docet, ut intelligeretur ista repetitione, non se de spiritu hominis dixisse, quod ait, spiritus est in hominibus. Volebat em̄ ostendere unde habeant sapientiā, quia non à seipsis, & repetendo id exposuit dicens, Aspiratio omnipotentis
Iob 27 est quæ docet. Item alio loco in eodem libro, Intellectus, inqt, labiorum meorū pura intelligit. Spiritus diuinus qui fecit me, aspiratio aūt omnipotentis, docet me. Et hic quod ait, aspiratio uel inspiratio, in grę co est πνοὴ, qui in illis Propheę uerbis

interpre

interpretatus est flatus. Quãobrẽ cum temere ne- A
get de anima hominis, uel de spiritu hominis esse
Esa.42 dictum, Qui dat flatum populo super eam, & spiri
tum calcãtibus eam: quãuis ibi & spiritus sanctus
multo credibilius possit intelligi, qua tandem rati-
one audebit aliquis definire, animã uel spiritum,
quo natura nostra uiuit, loco illo uoluisse significa
re prophetam: cum profecto si apertissime diceret,
qui dat animam populo super terram, adhuc que-
rendum esset, utrum eam Deus ex origine præce-
dentis generis det, sicut ex origine præcedentis ge
neris, ipse tamen dat corpus, nõ solum homini aut
pecori, sed etiam semini tritici, aut alicuius cætero
rum quomodo uoluerit: an uero nouam sicut ho
mo primus accepit, insufflet. Sunt etiam qui hæc
uerba prophetica sic intelligãt, ut quod ait, Dedit
flatum populo super eam: id est super terram, non B
nisi animã hominis uelint accipi flatum. Quod ue
ro adiunxit, Et spiritum calcantibus eam: spiritum
sanctum significatum arbitrantur, Illo scilicet ordi
1.Cor.15 ne, quo & Apostolus dicit, Nõ primum quod spi-
ritale est, sed quod animale, postea spiritale. Nam
ex hac prophetica sententia etiam elegans ille sen
sus exculpitur, quod ita dixerit calcantibus eam,
ut uellet intelligi, contemnentib. eam. Qui eũ ac-
cipiunt spiritum sanctum, amore cœlestium terre-
na contemnunt. Hæ omnes sentẽtiæ nõ sunt con-
tra fidem, siue utrumq;, id est, & flatum & spiritum
qui pertinet ad humanam naturã, quis intelligat, si
ue utrumq; dictum accipiat de spiritu sancto, siue
flatum ad animam, spiritũ uero ad spiritum sanctũ
referat. Sed si anima & spiritus hominis & hic in- C
telligendus est, sicut non dubitandũ est, quod eam
deus det: ita quærendũ est adhuc unde det, utrum
ex propagine, sicut ipse quidem dat, sed tamen ex
propagine dat corporis membra: an uero nouum,
neq; propagatum singulis insufflando distribuat:
quod non ambigua, sicut iste facit, sed aliqua cer-
tissima uolumus diuinorũ eloquiorũ authoritate
Esa.57 defendi. Eadẽ ratiõe etiã quod dicit deus, Spiritus
à me me exiet, & omnẽ flatum ego feci: de spiritu
quidẽ sancto accipiẽdũ est quod ait, Spiritus à me
Ioan.15 exiet. De quo et saluator ait, A patre procedit. Sed
quod dictum est, Omnẽ flatum ego feci: de omni
anima dictum negari non potest. Sed omne etiam
corpus ipse facit. Quod aũt ex propagine corpus
humanum faciat, nullus ambigit. Ac per hoc de a-
nima cum eã constet ab illo fieri, unde eam faciat, D
utrum ex ꝓpagine sicut corpus, an insufflando si-
cut primã fecit, adhuc utiq; requirẽdũ est. Adiecit
Zach.12 etiam tertiũ testimoniũ, quia scriptum est, Qui fin-
git spiritũ hominis in ipso, quasi hoc negetur. Sed
unde eum fingat, hoc quæritur. Nam & corpora-
lem hominis oculũ quis nisi deus fingit? Et puto
quod non extra, sed in se ipso, & tamen ut est, cer-
tum est ex propagine. Cum ergo & spiritum homi
nis in ipso fingat, quærendum est utrum noua in-
sufflatione, an tractũ ex ꝓpagine. Nouimus etiam
Machabæorũ iuuenum matrem, fœcundiorem uir
tutibus quando filij passi sunt, quàm fœtibus quã-
do nati sunt, eos sic fuisse adhortatã ut diceret, Fi-
lij, nescio quomodo paruistis in uentrẽ meũ, Neq;
enim ego spiritũ & animã donaui uobis, nec singu-
lis uobis uultus & membra formaui, sed deus qui
fecit mundũ & omnia quæ in eo sunt, fecitq; homi
num genus, & omniũ inquirit actũ, ipse uobis spiri
tum & animam reddet cum magna misericordia.
Nouimus hæc quidẽ, sed huic quomodo suffragẽ
tur ad id qd' asserit, non uidemus. Quis enim Christi
anorum neget deum donare hominibus animã &
spiritũ? Sed eodẽ modo existimo istum negare nõ
posse, deum donare hominibus linguã, aurem, ma
num, pedẽ, omnesq; corporis sensus & omniũ for
mam naturãq; membrorũ. Quõ enim hæc dei do-
na esse negaturus est, nisi se obliuiscatur esse Chri-
stianũ? Sed sicut cõstat ex propagine ab illo hæc
fieri atq; donari, ita quęrendũ est etiã, spiritus & a-
nima hominis unde ab illo efficiatur, à quo efficiẽ-
te donatur, utrũ ex parentibus, an ex nihilo, an qd'
iste affirmat, sed omnimodo cauendũ est, ex aliqua
flatus eius existente natura, non de nihilo creata,
sed de ipso? Cum igitur scripturarũ testimonia Cap. XV
quæ commemorat, nequaquã doceãt id quod per
suadere conatur: quod eũ ad hanc quæstionem at
tinet, omnino non exprimunt: quid est quod dicit,
animam ex flatu dei constanter asserimus, non ex
traduce, qa ex deo datur? Quasi corpus ex alio de- Rom.11
tur ꝙ ex illo à quo creatur, ex quo omnia, per quẽ
omnia, in quo omnia: quãuis non de eius natura,
sed ex eius opificio. Neq; ex nihilo, ingt, quia ex
deo ꝓficiscitur. Hoc planè non adhuc quærendũ
monemus, utrũ ita sit, sed prorsus uerum non esse
quod dicit, id est, qd' anima nec ex traduce sit, nec
ex nihilo. Hoc inquam, uerũ non esse sine dubita-
tione firmamus. Vnum est enim è duobus, si ex tra-
duce non est, ex nihilo est, ne ita sit ex deo ut natu
ræ sit dei, quod omnino sacrilegũ est credere. Sed
adhuc utrum non sit ex traduce certa testimonia
flagitamus aut quærimus, nõ qualia iste posuit, qui
bus hoc qd' quærimus non ostendit. Qui utinam
in tanta profunditate quęstionis, quãdiu quid di-
cat ignorat, imitaret Machabæorũ matrem, Quæ
cum sciret de uiro se filios cõcepisse, & à creatore
omnium, siue secundum corpus, siue secundũ ani
mam & spiritum sibi creatos esse, ait tamẽ, Nescio 2.Mac.7
quomodo paruistis in uentre meo. Vellem iste
diceret, quid ista nesciebat. Hęc enim quæ dixi, utiq;
sciebat, quomodo secundum corpus in eius uterũ
uenerint, quia de uiro eos concepisse dubitare nõ
poterat. Confitebatur etiam, quia & hoc utiq; scie
bat, quòd deus illis animam & spiritum dederit, ꝙ
ipse illis uultus & membra formauerit. Quid er-
go nesciebat? An forte quod nescimus & nos,
utrum animã & spiritũ quem deus illis sine dubio
dedit, de parentib. traxerit, an nouũ sicut homini
primo insufflauerit? Sed siue hoc, siue aliud aliqd
de naturæ humanæ institutione nesciebat, nescire
se dicebat, non qd' nesciebat temere defendebat.
Nec tamen iste huic diceret, qd' nobis dicere non
erubuit: Homo in honore positus non intellexit, Psal.48
comparatus est pecoribus insensatis, & similis fa-
ctus est illis. Ecce ista mulier dixit de filijs suis, Ne

Universidad de Deusto
Biblioteca

ſcio quomodo paruiſtis in uentrẽ meũ: nec tamen cõparatur pecorib. inſenſatis, aut ſimilis facta eſt illis. Neſcio dixit, Et quaſi quererẽt ab ea, cur neſciret, adiunxit, Neq; em̃ ego ſpiritum & animã donaui uobis. Ille ergo q̃ donauit, ſcit unde fecerit qđ donauit, utrum ex propagine attraxerit, an nouũ inſufflauerit. Quod ego, inquit, neſcio, nec ſingulis uobis uultus & mẽbra formaui, ille ſcit qui formauit, utrum ſimul animam formauerit, an uero iam formatis animam dederit. Quo ergo modo, utrum illo an iſto in eius uentrem uenerint filij neſciebat, & illud tamen ſciebat, totũ quod dedit redditurum eſſe eum qui dedit. Sed eligat iſte in naturæ humanæ tam profundo abditoq; ſecreto, qđ mulier iſta neſcierit, tantum non iudicet mentientẽ, nec pecoribus inſenſatis comparet neſcientem. Quicquid erat quod illa neſciebat, profecto ad naturam hominis pertinebat, quod tamẽ ſine culpa homo neſciebat. Quapropter dico etiam ego de anima mea, neſcio quomodo uenerit in corpus meum. neq; em̃ ego illam mihi donaui, ſcit ille qui donauit, utrum illam de patre modo traxerit, an ſicut primo homini nouam creauerit. Sciam etiam ego ſi ipſe docuerit, quandocunq; uoluerit. Nunc autẽ neſcio, nec me pudet, ut iſtud fatear neſcire, quod neſcio. Diſce, inquit, ecce Apoſtolus docet. Diſcam planè ſi Apoſt. docet. Non em̃ niſi deus per Apoſtolũ docet. Sed quid eſt tandem quod docet Apoſtol⁹? Ecce, inquit, cum Athenienſibus loqueretur, hoc conſtanter expoſuit, dicens: Cum ipſe det omnib. uitam & ſpiritum. Quis enim hoc negat? Sed intelligite, inquit, quod ait Apoſtolus, Det, inquit, nõ dedit, ad infinitum & iuge tempus reuocans, non de præterito & perfecto ꝓnuncians. Et quod ſine ceſſatione dat, ſemper dat: ſicut ſemper eſt ipſe qui dat. Verba eius poſui, ſicut in eorum quos miſiſti, ſecũdo lib. eius inueni. Vbi primum uide quò progreſſus fuerit, dum nititur affirmare quod neſcit. Auſus eſt em̃ dicere, deum nõ nunc ſolum atq; in iſto tãtummodo ſeculo, ſed per infinitum tempus ſine ceſſatione, atq; omnino ſemper animas naſcẽtibus dare. Semper, inquit, dat, ſicut ſemper eſt ipſe qui dat. Quid Apoſtolus dixerit, quia ſatis apertum eſt, me intelligere, abſit ut neg̃m: quod autem iſte dicit, debet etiam ipſe intelligere contra fidem eſſe chriſtianam, atq; ulterius cauere ne dicat. Cum em̃ mortui reſurrexerint, iã nemo naſcetur, atq; ideo tũc nõ dabit naſcentibus animas, ſed eas quas dat in iſto ſeculo, cum corporibus iudicabit. Non ergo ſemper dat, quãuis ipſe ſemper ſit q̃ nũc dat. Nec tamen quoniam beatus Apoſtolus nõ dixit, dedit, ſed deinde conficitur quod uult iſte cõficere, non eum ex ꝓpagine animas dare. Ipſe quippe dat, etiam ſi de propagine dat. Quia & corporis membra, & corporis ſenſus, & corporis formã, & corporis omnino ſubſtantiam ipſe hominibus dat, quãuis ex propagine det. Neq; enim quia dominus ait, Si fœnum agri quod hodie eſt, & cras in clibanum mittitur, deus ſic ueſtit, nec ait, ueſtiuit, ſicut primum quando inſtituit: ſed ait, ueſtit, quod & nunc facit; ideo negabimus lilia de origine ſui generis procreari. Quid ſi ergo ſic etiam anima & ſpiritus hominis & a deo datur quandiu dat̃, & tamen ex ꝓpagine ſui generis datur? Quod ego nec defendo, nec refello. Sed ſi defendendum eſt, uel refellendum, perſpicuis non ambiguis teſtimonijs id agendum eſſe cõmoneo. Nec propterea pecoribus inſenſatis ſum comparãdus, quia hoc me nondum ſcire pronũcio, ſed potius cautis hominibus, quia non audeo docere quod neſcio. Iſtum aũt nõ ego uiciſſim quaſi rependens maledictũ pro maledicto, pecoribus cõparo: ſed tãquã filium moneo, ut qđ neſcit, ſe neſcire fateatur, neq; id quod nondum didicit, docere moliatur: ne cõparetur non pecoribus, ſed illis hominib. quos dicit Apoſtolus, Volentes eſſe legis doctores, nõ intelligẽtes, neq; quæ loquũtur, neq; de quibus affirmant. Nam unde eſt quod ita ſcripturas de quibus loquitur, non curat aduertere, ut cum legerit homines eſſe ex deo, non eos etiã ſecundũ corpus, ſed tãtum ſecundum animã & ſpiritũ ex deo eſſe contendat? Quod em̃ ait Apoſtolus, Ex ipſo ſumus: non uult iſte ad corpus, ſed tantum ad animã & ſpiritũ eſſe referendum. Si ergo ex deo non ſunt corpora, falſum eſt quod ſcriptũ eſt, Ex quo omnia, per quem omnia, in quo oĩa. Deinde ubi dicit idẽ Apoſtolus, Sicut enim mulier ex uiro, ita & uir per mulierem: exponat nobis iſte quã propaginem ſignificare uoluerit, animæ, an corporis, an utriuſq;? Sed non uult eſſe animas ex ꝓpagine. Reſtat ergo ut ſecundum ipſum, atq; oẽs qui animarum propaginẽ deſtruunt, corpus tantum maſculinũ & fœmininũ ſignifitauerit Apoſtolus dicẽs: Sicut enim mulier ex uiro, ita & uir per mulierẽ: quia mulier ex uiro facta eſt, ut etiã uir per mulierẽ poſtea naſceretur. Si ergo hæc Apoſtolus dicens, non etiam animas & ſpiritus, ſed tantum corpora utriuſq; ſexus uolebat intelligi, cur cõtinuo ſubiunxit, Omnia aũt ex deo: niſi quia & corpora ex deo? Ita quippe ait, Sicut enim mulier ex uiro, ita & uir per mulierem, omnia aũt ex deo. Eligat ergo iſte unde ſit dictum. Si de corporibus, ꝓfecto & corpora ex deo ſunt. Quid eſt ergo quod ubicũq; iſte in ſcripturis legit ex deo, quando de hominibus agitur, non & corpora, ſed tantum animas & ſpiritus uult intelligi? Si uero quod dictum eſt, Omnia aũt ex deo: & de corpore utriuſq; ſexus, & de anima ac ſpiritu dictum eſt, ergo ſecundum omnia eſt mulier ex uiro. Mulier enim ex uiro, uir per mulierẽ, oĩa aũt ex deo. Quæ omnia niſi de quibus loquebatur, id eſt, & ille uir ex quo mulier, & illa mulier quę ex uiro, & ille uir qui per mulierẽ? Neq; enim ille uir per mulierẽ, ex quo uiro mulier, ſed uir qui natus eſt poſtea ex uiro per mulierẽ, quẽadmodum hodieq; naſcunt̃. Ac per hoc ſi cum iſta diceret Apoſtolus, de corporibus loquebat̃, proculdubio corpora utriuſq; ſexus ſunt ex deo. Porrò ſi nõ uult eſſe ex deo hominũ niſi animas & ſpiritus, ꝓfecto etiã ſecundũ animã & ſpiritum mulier erit ex uiro, & nihil iam non relinquet̃ eis, qui contra animarũ propaginem diſputant. Si aũt ita diuidit, ut dicat mulierem ex uiro eſſe ſecundum corpus: ex deo autẽ ſecun-

C. XVI

Act. 17

Matt. 6

1. Tim. 1

Ca. XVII

Rom. 11
1. Cor. 11

Universidad de Deusto

secundum animam & ſpiritum, quomodo erit ue-
1. Cor. 11 rum, quod ait Apoſtolus, Omnia aũt ex deo: ſi mu-
lieris corpus ita eſt ex uiro, ut nõ ſit ex deo? Qua-
propter ut Apoſtolus potius uerũ loquatur, q̃ iſte
Apoſtolo præferatur, mulier ex uiro eſt, ſiue ſecun
dum ſolum corpus, ſiue ſecundũ totum, quo con-
ſtat humana natura: nihil enim horum tanquã cer
tum affirmamus, ſed quid horũ uerũ ſit adhuc quę
rimus: & uir per mulierem, ſiue ex parte tota ho-
minis natura ducatur, quæ per mulierem naſcit,
ſiue ſola caro, unde adhuc quęſtio eſt: omnia tamẽ
ex deo, unde nulla quæſtio eſt, id eſt, & corpus &
anima & ſpiritus, & uiri & mulieris. Et ſi enim nõ
ex deo nata uel tracta ſunt, uel manarunt, ita ut e-
ius naturæ ſint, tamen ex deo ſunt. A quo enim
creata, cõdita, facta ſunt, ab illo habent ut ſint. Sed
Actu. 17 dicendo, inquit, Apoſtolus: Et ipſe dat omnibus
uitam & ſpiritum. Deinde addendo, fecitq; ex u-
no ſanguine omne genus hominum, animam &
ſpiritum originaliter retulit ad authorem, corpus
ad traducem. Imò uero qui non uult temere ani-
mam negare propaginem antequam liquido cla-
reat, utrum ita an nõ ita ſit, habet quod in iſtis uer
bis Apoſtoli intelligat: Ex uno eũ ſanguine dixiſſe
ex uno homine, à parte totum ſignificãte locutio-
nis modo. Si enim ipſi licet intelligere à parte to-
Gen. 1 tum quod ſcriptum eſt: Et factus eſt homo in ani-
mam uiuam: ut illic intelligatur & ſpiritus de quo
ſcriptura ibi tacuit: cur alijs non liceat ſic accipere
quod dictũ eſt: Ex uno ſanguine: ut illic & anima
& ſpiritus poſſit intelligi, quoniã homo ſignifica-
tus nomine ſanguinis, nõ ſolũ cõſtat ex corpore,
uerumetiam ex anima & ſpiritu? Sicut eñ qui pro
paginem defendit animarũ, non hinc iſtũ debet op
Rom. 5 primere, qa de primo homine ſcriptũ eſt: In quo o-
mnes peccauerunt: nõ enim dictum eſt, in quo o-
mnium caro peccauit: ſed omnes dictum eſt, id eſt,
in quo omnes homines, cum homo non ſolum ſit
caro. Sicut ergo hinc iſte nõ debet opprimi, quia
forte ita dictũ eſt, omnes homines, ut ſecundũ ſo-
lam carnem intelligerentur: ſic iſte nõ hinc debet
premere defenſores ꝓpaginis animarũ, quia dictũ
eſt, omne genus hominum ex uno ſanguine, tanq;
propterea ſola caro pertineat ad propaginẽ. Si eñ
hoc eſt uerum, quod iſti aſſerunt, ut non ſit anima
ex anima, ſed caro ex carne ſit tantũ, ita dictum eſt
ex uno ſanguine, ut nõ totus homo ſignificaret à
parte, ſed tantũ unius hominis caro. Illud uero qd'
dictum eſt, in quo omnes peccauerũt, ſola omniũ
hominũ caro intelligẽda eſt, quæ inde trãsfuſa eſt,
à toto partẽ ſignificante ſcriptura. Si aũt illud eſt
uerum, quod totus homo ex toto homine ꝓpaga-
tur, id eſt, corpus, anima & ſpiritus, ibi propríe di
ctum eſt in quo omnes homines peccauerunt: hic
aũt tropice ex uno ſanguine totũ ſignificatur à par
te, id eſt, totus homo, qui ex anima cõſtat, & car-
ne, uel potius ut iſte amat loqui, ex anima & ſpiri-
tu & carne. Nã & ex parte totũ, & ex toto partem
diuina eloquia ſignificare cõſueuerũt. Ex parte e-
Pſal. 64 nim totũ ſignificatũ eſt, ubi legit: Ad te omnis ca-
ro ueniet: quia ex carne intelligit totus homo. Ex
toto aũt pars, cum dicitur Chriſtus ſepultus, cũ ſo
la eius caro ſepulta ſit. Iam illud quod in hoc Apo-
ſtoli teſtimonio poſitũ eſt, quia ipſe dat omnibus
uitam & ſpiritum: ſecundum ſuperiorem diſputa-
tionem puto quod neminẽ moueat. Ipſe enim dat.
Sed adhuc quęrimus unde det, utrum ex noua in-
ſufflatione, an ex propagine? Ipſe quippe dare etiã
carnis ſubſtantiã rectiſſime dicit, quam tamen da-
re ex propagine non negatur. Nunc uideamus Cap. XVIII
illud de Geneſi teſtimoniũ, ubi facta mulier de la-
tere uiri, adducta eſt ad eum & dixit: Hoc nunc os Gen. 2
ex oſſibus meis, & caro de carne mea. Hoc quippe
putat iſte, q̃ dicere debuerit Adam, anima ex ani-
ma mea, uel ſpiritus de ſpiritu meo, ſi etiã hoc de il
lo tractũ eſſet. Sed illi qui propaginẽ aſſerũt anima
rum, hinc ſe putãt inuictius ſuã munire ſententiã:
quia cum ſcriptũ ſit, detraxiſſe deum coſtã de late-
re uiri, eamq; ædificaſſe in mulierẽ, non eſt additũ,
quod in eius faciem ſufflauerit flatũ uitæ, ideo, in-
quiunt, quia iam de uiro fuerat animata. Nam ſi nõ
fuiſſet, nequaq; nos, inquiunt, ſancta ſcriptura hu
ius rei cognitione fraudaſſet. Ad illud uero qd' ait
Adam, Hoc nũc os ex oſſibus meis, & caro de car
ne mea: nec ait, ſpiritus uel anima de ſpiritu meo,
uel anima de anima mea: ſic ab eis reſponderi po-
teſt, quẽadmodũ ſuperius demonſtratũ eſt, ut à par
te totum intelligatur hoc dictũ, os et caro mea, ſed
quæ animata fuerint detracta, nõ mortua. Neq; e-
nim hoc omnipotentẽ facere potuiſſe, ideo negan
dum eſt, quia nullus hominũ poteſt aliquid cũ ani
ma de humana carne præcidere. Nã quod Adam
ſecutus adiunxit: Hæc uocabit mulier, quia de ui-
ro ſuo ſumpta eſt: cur non ait potius, unde opinio
cõfirmaret iſtorũ, quoniam de uiro ſuo caro eius
ſumpta eſt? Hic utiq; illi qui cõtra ſentiũt, poſſunt
dicere, quia non eſt ſcriptum carnem mulieris, ſed
mulierem de uiro ſumptam ſuo, totam debere ac-
cipi cum anima & ſpiritu. Nam etſi anima ſexu ca
ret, non tamen quando appellantur mulieres, ex-
cepta anima eas neceſſe eſt intelligi. Alioquin non
ita ſe admonerentur ornare: Non intortis crinib⁹, 1. Tim. 2
aut auro, uel margaritis, aut ueſte precioſa, ſed qd'
decet, inquit, mulieres, promittentes pietatem per
bonam conuerſationem. Vtiq; pietas intus eſt in
anima uel ſpiritu, & tamẽ mulieres appellatæ ſunt
etiam ut ſe intus ornarent, ubi nullus eſt ſexus.
Cum itaq; iſti ſic inter ſe alternante ſermone certa-
uerint, ego inter eos ſic iudico, ut ne incognitis fi-
dant, & temere audeant affirmare quod neſciunt,
utroſque commoneam. Si enim ſcriptum eſſet, in-
ſufflauit flatũ uitę in faciẽ mulieris, & facta eſt in
animam uiuam: nec ſic eſſet iam cõſequẽs, ut non
propagaretur ex parentibus anima, niſi etiam de
filio eorum hoc ſcriptum ſimiliter legeretur. Fieri
enim potuit, ut membrum non animatũ de corpo
re extractum indigeret animari: filij uero anima
ex patre per matrẽ propaginis transfuſione trahe-
retur. Cum uero tacitum eſt, occultatum eſt, nõ ne
gatum, ſed neq; affirmatum. Ac per hoc ſicubi for
te non tacitum eſt, clarioribus documẽtis eſt aſtru-
endum. Vnde nec illi qui defendunt animarũ pro-

Universidad de Deusto
Biblioteca

paginem, ex eo quod non sufflauit deus in faciem mulieris, aliquid adiuuantur: nec illi qui eam negant, ideo quia non dixit Adam, anima de anima mea, debent sibi persuadere quod nesciũt. Sicut enim eadẽ non soluta, sed manente quæstione potuit tacere scriptura, ꝙ mulier deo sufflante sicut uir eius acceperit animam: sic eadẽ non soluta, sed manente quæstione potuit tacere scriptura, ut Adam nõ diceret, anima de anima mea. Ac per hoc si primæ mulieris anima ex uiro est, à parte totum
Gen. 2 significatum est, ubi legitur: Hoc nunc os ex ossibus meis, & caro de carne mea, cum tota ex uiro, nõ caro sola sit sumpta. Si aũt non est ex uiro, sed eã deꝰ insufflauit sicut uiro, à toto pars significata est, ubi legitur: De uiro suo sumpta est: cũ caro eius non tota sit sumpta. Quapropter cum his testimonijs, quę ad hanc rẽ pertinent, utiq; ambiguis non soluatur hæc quæstio: illud tamẽ scio, sic argumentari homines, qui ex hoc putant animam mulieris non esse de anima uiri, quia non est dictum, anima de anima mea: sed, caro de carne mea: quemadmodum argumentantur Apollinaristæ, uel quicunq; sunt alij, aduersus animam domini. Quam propte-
Ioan. 1 rea negant, quia scriptum legunt: Verbum caro factum est. Si enim & anima, inquiũt, ibi esset, debuit dici: Verbum homo factꝰ est. Sed istis propterea dicitur, carnis nomine solere scripturã totum ho-
Esa. 40 minem nuncupare, sicuti ibi: Et uidebit omnis ca-
Luc. 3 ro salutare dei: non enim caro sine anima aliquid uidere potest. Quia plurimis alijs sanctarũ scripturarum locis, non solum carnem uerũetiam animã humanam, id est, rationalem inesse homini Christo, sine ulla ambiguitate monstratur. Vnde & isti à quibus animarum propago defenditur, possunt accipere à parte totum esse dictum: Os de ossibus meis, & caro de carne mea: ut illic intelligatur & anima, quemadmodum uerbum carnem factum non sine anima accipimus: si quemadmodum alia testimonia docent habere humanam animã Christum, ita & isti aliquibus non ambiguis testimonijs propaginem astruerent animarum. Pari uice admonemus etiam hos, qui animarum propaginem destruunt, ut nouas à deo sufflari animas certis documentis asserant, & tunc illud quod dictũ est: Os ex ossibus meis, & caro de carne mea, non tropice à parte totum ut simul intelligatur & anima, sed proprie de sola carne dictũ esse defendant.

Cap. XIX Quæ cum ita sint, uideo librum istum iam esse claudendum. Omnia quippe quæ mihi maxime necessaria uidebantur continet. Quibus hi qui legerint, sciant se cauere debere, ne huic homini cuius duos libros mihi misisti, in hoc consentiant, ut credant animas sic ex flatu dei esse, ut non sint ex nihilo. Hoc enim qui credidit, etsi uerbis neget, re ipsa clamat animas dei habere substantiã, & ipsius genus esse, nõ munere, sed natura. Nam de eo quo quisq; naturę suæ originẽ ducit, de illo naturæ suæ genus ducere negari sobrie nullo pacto potest. Iste aũt ita sibi est ipse contrarius, ut genus dei esse animas dicat, non natura sed munere, & tamen nõ factas ex nihilo, sed ex illo dicat originem ducere: ac

A sic eas quod prius negauerat, ad dei naturã reuocare non dubitat. Animarum aũt nouarum sine propagine insufflationem, defendi quidẽ minime prohibemus, sed ab eis qui potuerint aliquid inuenire, uel in canonicis libris, quod non sit ambiguum dissoluendæ huic obligatissimæ quæstioni, uel in ratiocinationibus suis, quod non sit contrarium catholicæ ueritati, nõ à talibus qualis iste apparuit: qui non inueniẽdo quid diceret, & deliberationẽ suam nolendo suspendere, uires suas omnino non metiens ne taceret, ausus est dicere, inquinari animam meruisse, & per carnẽ meruisse esse animam peccatricẽ, cuius nullum meritũ, seu bonũ seu malum ante carnem potuit inuenire. Et paruulis sine baptismo de corpore exeuntibus, solui posse originale peccatũ, & offerendum pro eis sacrificiũ cor-
B poris Christi, qui Christo nõ sunt incorporati per eius sacramenta in eius Ecclesia: eosq; sine lauacro regenerationis de hac uita emigrantes, non ad requiem tantũ ire, sed ad regnum cœlorũ posse etiam peruenire. Et alia multum absurda, quę omnia colligere, atq; in isto libro digerere, longum uisum est. Absit ergo ut animarum propago si falsa est, à talibus refellatur, & animarũ nouarum insufflatio si uera est, à talibus defendatur. Quamobrem quicunq; uolunt defendere, ꝙ dicuntur animæ nouæ nascentibus insufflari, non de parentibus trahi, aliquid illorum quatuor quæ supra cõmemorauí, ca-
C ueant omnimodo. Hoc est: Ne dicant à deo fieri animas peccatrices, per alienum originale peccatũ. Ne dicant paruulos qui sine baptismo exierint, peruenire posse ad uitam æternam regnumq; cœlorum, originali peccato per quodlibet aliud resoluto. Ne dicant animas peccasse alicubi ante carnem, & hoc merito in carnem peccatricẽ fuisse detrusas. Ne dicant peccata quæ in eis inuenta non sunt, quia præscita sunt, merito fuisse punita, cum ad eam uitã ubi ea cõmitterent, permissæ non fuerint peruenire. Nihil ergo istorum quatuor dicentes, quoniam quodlibet eorum falsum atq; impiũ est, inueniant etiam scripturarum de hac re certissima testimonia, & hanc sententiã suam, non solum me non uetante, uerumetiam fauente & gratias agente, defendant. Si aũt non inueniunt certissimã de hac re authoritatẽ diuinorum eloquiorũ, & ali-
D quid illorum quatuor per inopiã dicere compelluntur, cohibeant se, ne per ipsam inopiam etiã paruulorum animas non habere originale peccatum secundum Pelagianã hæresim olim damnabilem, nuperrimeq; damnatam, dicere cõpellantur: Melius est enim homini fateri se nescire quod nescit, q̃ in hæresim uel damnatam incurrere, uel nouam condere, dum temere audet defensare, quod nescit. Alia huius hominis falsa & absurda, in quibus non tam periculose, ueruntamen à tramite ueritatis exorbitat, quoniam multa sunt, & ad ipsum etiam si dominus uoluerit, aliquid de libris eius uolo scribere, ibi forsitan omnia, uel si omnia non potero, plurima ostendam. Istum autem librum Cap. XX quem ad te potius, qui curam & fidei nostræ, & existimationis meæ, ut uerus catholicus & bonus amicus

Universidad de Deusto
Biblioteca

amicus fideliter benigneq; gessisti, q; ad aliū quenquam scribendum putauí, tu legendum dabis uel describendum quibus potueris, uel quibus dandum esse iudicaueris. In quo istius iuuenis prę sumptionem ita reprimendā & redarguēdam putaui, ut tamen eum diligam, nec damnari, sed emendari uelim. Atq; ita proficere in domo magna, quæ est
1. Tim. 2 Ecclesia catholica, quò eum misericordia diuina perduxit, ut sit in illa uas in honore sanctificatum, utile domino, ad omne opus bonū semper paratū, & bene uiuendo, & sana docendo. Porrò autem si ipsum oportet ut diligam, sicut facio, quanto magis te frater, cuius erga me beneuolentiam, & cuius catholicam fidem cautam & sobriam optime noui. Vnde factum est, ut eos libros qui tibi displicuerunt, & in q̄bus nomen meum aliter q; uelles positum comperisti, describendos mihiq; mittendos uera fraterna planeq; syncera dilectione cura res. Tantū ergo abest ut hinc tuę charitati succenseam, quia feciſti, ut potius nisi fecisses, integro iure amicitię succensere deberem. Ago itaq; uberes gratias. Quēadmodum aūt acceperim factū tuum hinc manifestius indicaui, quod hunc ad te librum mox ut illos legi, sine aliqua dilatione conscripsi,

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De anima & eius origine, ad Petrū presbyterum Epistola, siue Liber Secundus.

Cap. I

DOMINO dilectissimo, fratri et cōpresbytero Petro, Augustinus Episcopus in domino salutem. Peruenerunt ad me duo libri Vincentij Victoris, quos ad sanctitatem tuam scripsit, mittente mihi eos fratre nostro Renato, homine quidem laico, sed pro sua fide & eorum quos diligit, prudenter religioseq; solicito. Quibus lectis, uidi hominem in sermone quidem non solum usq; ad sufficientiam, uerumetiam usq; ad redundantiam profluentem, sed in rebus de quibus loqui uoluit, nondū sicut oportet instructum: quod si ei fuerit domino donante collatū, poterit esse utilis pluribus. Habet enim non minimū facultatis, qua possit explicare atq; ornare quæ sentit, si prius det operam recta sentire. Valde quippe sunt noxia praua diserta, quia hominibus minus eruditis, eo q; diserta sint, uidentur & uera. Quomodo aūt eosdem libros ipse acceperis, nescio. Verumtamen si uerū est quod audiui, diceris eis recitatis ita exiluisse lętitia, ut caput iuuenis illius senex, & laici presbyter osculat⁹, didiciſſe te quod ignorabas, gratias egeris. Vbi quidē nō improbo humilitatē tuā, imò uero etiā laudo q̄d honoraſti doctorem tuū, nec hominē, sed ipsam quæ tibi per illū loqui dignata est ueritatē, si tamen potueris demonstrare, quid per illū ueritatis acceperis. Vellē itaq; rescriptis tuis, q̄d te docuerit me doceres: Absit em ut erubescā à presbytero discere, si à laico tu nō erubuisti prędicāda & imitanda humilitate uera didicisse. Proinde frater dilectissime, q̄d ab eo didiCap. II ceris, nosse cupio, ut si iam id sciebā, gratuler ꝑ te, si aūt nesciebam, discam per te. Itáne tu ignorabas duo quędam esse, animā & spiritum, secundum id quod scriptum est: Absoluisti à spiritu meo animā meam: & utrunq; ad naturā hominis ꝑtinere, ut totus homo sit spiritus & anima & corpus? Sed aliquando duo ista simul nomine animę nuncupari, quale est illud: Et fact⁹ est homo in animā uiuam. Gen. 2 Ibi quippe & spiritus intelligitur. Itemq; aliquādo utrūq; nomine spiritus dici, sicuti est: Et inclinato Ioan. 19 capite tradidit spiritū: ubi & anima necesse est intelligaī, & utrūq; unius esse substātiæ. Puto quod ista iam sciebas. Si aūt nesciebas, nō te aliqd quod magno periculo nesciaī, didiciſſe scias. Et si quid hinc subtilius disputandū est, melius cū ipso agiī, cuius iam nouimus & eloquiū: utrum cum dicit anima, ita ut simul intelligatur & spiritus, utrūq; anima sit: spiritus aūt aliquid animę sit an sicut ei uisum est, à parte totū appelletur hoc nomine, siue etiam utrunq; spiritus sit: pars uero eius sit quę proprie dicit anima. an & hoc à parte totū uoceī, quādo ita dicitur spiritus, ut simul intelligaī et anima, sic enim huic placet. Verū ista, ut dixi, & subtiliter disseruntur, & sine ullo uel certe sine magno periculo nesciūtur. Itemq; alios esse corporis, alios autē animę sensus, miror si iste te docuit: & tu homo id ętatis & honoris anteq; istū audires, unum atq; idem putabas esse, quo albū nigrumq; discernitur quo nobiscum uident etiā passeres: & quo iustum Tob. 4 atq; iniustum dijudicaī, quo uidebat Tobias, etiā carnis luminibus perditis. Hoc si ita est, profecto quādo audiebas uel legebas: Illumina oculos meos ne unq; obdormiam in morte: non nisi carnis oculos cogitabas: aut si hoc obscurum est, certe quando illud Apostoli recolebas: Illuminatos oculos Ephes. 1 cordis uestri: nos sub fronte & supra buccas cor habere credebas? Absit ut de te hoc sentiam. Neq; hoc te igiī iste docuit. Aut si forte ante eius doctrinā, quam modo te inuenisse lætaris, animæ naturam dei putabas esse portionē, hoc planè cū horrendo periculo falsum esse nesciebas. Et si ab isto didiciſti, ꝙ anima portio dei nō sit, age deo gratias quantas potes, ꝙ non anteq; hoc didiciſti, de corpore exiſti. Exisses em magnus hæreticus, & blasphemator horrendus. Nullo tamen modo etiā id de te existimauerim, quod homo catholicus neque cōtemptibilis presbyter, animę naturā portionem dei sentiebas esse. Vnde fateor dilectioni tuę, timeo ne forte hoc te iste docuerit, quod potius sit contrariū ei fidei quam tenebas. Sicut em ar- Cap. III bitror, te nunq; in catholica animā credidisse dei esse portionem, uel ullo modo animę & dei eandē esse naturā: ita metuo ne forte cōsenseris huic homini, ꝙ animā deus nō de nihilo fecerit, sed ita ex ipso sit, ut ab ipso emanauerit. Hoc em etiam uerbum iste posuit inter cętera, quibus in hac quęstione ad immane pręcipitiū exorbitauit. At uero hoc si te docuit, nolo me doceas. Imò etiā uolo ut quod didiceras, ipse dediscas. Parum est enim nō credere neq;

Universidad de Deusto
Biblioteca

re neq; dicere, q̄ pars dei sit anima. Neq; enim & si lium uel spiritū sanctum partem dei esse dicimus, & tamen dicimus patrem & filium & spiritū sanctum unius eiusdemq; esse naturę. Parum est ergo ut non dicamus animam esse partem dei, sed hoc etiam opus est, ut dicamus nō eam & deum unius eiusdemq; esse naturæ. Vnde ille recte quidē ait, genus dei esse animas munere, nō natura, ac per hoc non omniū, sed fidelium. Sed rursus ad id quod declinauerat deuolutus est, & deum atq; animā eiusdem dixit esse naturæ, non quidē his uerbis, sed aperta manifestaq; sentētia. Cū enim animā ita esse dicit ex deo, ut eā nec ex alia natura, nec ex nihilo, sed ex semetipso creauerit, quid psuadere conat̄, nisi id quod alijs uerbis negat, animā scilicet eiusdem cuius deus est, esse naturę? Omnis quippe natura uel deus est, q̄ nullū habet authorē: uel ex deo est, quia ipsum habet authorē. Sed quę habet authorem deū ex quo est, aliqua facta nō est, aliqua facta est. Porrò quę facta nō est, & tamē ex ipso est, aut genita est ab illo, aut procedit ex illo. Quę genita est, filius est unicus, quę procedit, spiritus sanctus, & hæc trinitas unius est eiusdēq; naturæ. Nā hæc tria unū sunt, & singulum quodq; deus, & simul omnia unus deus, immutabilis, sempiternus, sine tēporis ullo initio, sine termino. At uero illa natura quæ facta est, creatura nuncupatur, creator aūt deus, illa scilicet trinitas. Creatura ergo ita esse dicitur ex deo, ut nō ex eius natura facta sit. Ex illo enim propterea dicitur, quia ipsum authorem habet ut sit: nō ita, ut ab illo nata sit, uel processerit, sed ab illo creata, cōdita, facta sit: partim ex nulla alia, id est, omnino ex nihilo, sicut cœlū & terra, uel potius uniuersę mundanę molis uniuersa cū mundo concreata materia: partim uero ex alia iam creata atq; existente natura, sicut uir ex limo, mulier ex uiro, ex parētibus homo: creatura tamē omnis ex deo, sed creante uel ex nihilo uel ex aliquo, nō autem gignente uel ꝓducente de seipso. Sed hæc cū catholico loquor, magis cōmonens q̄ docens. Neque eā esse tibi arbitror noua, uel audita quidē & antea, non tamen credita: sed ut existimo, sic legis epistolam meā, ut hic agnoscas etiā fidem tuam, quæ nobis in catholica Ecclesia, domino donāte, cōmunis est. Si ergo hęc ut dicere cœperā, cum catholico loquor, unde obsecro credis esse animam, nō uniuscuiusq; nostrū dico, sed primā primo illi homini datā? Si ex nihilo, & factā tamen insufflatamq; à deo, id credis q̄d ego. Si aūt ex aliqua alia creatura, quę inde anima fieret, tanq; materies subiacebat artifici deo, sicut puluis unde fieret Adā, uel costa eius unde Eua, uel sicut aquę unde pisces & uolucres, uel sicut terra unde animalia quæque terrestria, non est catholicū, non est uerū. Quòd si neq; ex nihilo, neq; ex alia quacunq; creatura, sed ex semetipso deū, hoc est, ex natura sua fecisse uel facere animas, quod absit, existimas, hoc quidē ab isto didicisti, sed nō tibi gratulor neq; blādior, longe quippe cū illo à fide catholica exorbitasti. Tolerabilius enim quod quidem falsum est, tamē, ut dixi, tolerabilius, ex aliqua alia creatura, quā quidē iam fecerat deus, q̄ ex dei natura animā conditam crederes, ut q̄ est mutabilis, quòd peccat, q̄ fit impia, quòd etiā si impia perdurauerit in fine, sine fine damnabitur, nōne ad dei naturam cum horrenda blasphemia referetur? Abijce frater, abijce obsecro istam non planè fidem, sed execrandę impietatis errorem, ne homo grauis, seductus à iuuene, & à laico presbyter, cum istam catholicā fidem esse arbitraris, de numero fideliū, quod à te auertat dominus, eximaris. Non enim tecum sic agendū est, ut cum illo: aut ea uenia tuus iste tam horrendus, quàm iuuenis illius, licet ab illo ad te transierit, error est dignus. Ille ouili catholico sanandus nuper accessit, tu in catholicis pastoribus deputaris. Nolumus ita curetur quæ uenit ab errore ad dominicum gregem, ut prius pestifera contagione dispergat ouis ulcerosa pastorē. Quòd si dicis, hoc me ille nō docuit, nec huic errori eius ullo modo, quam libet diserti et ornati sermōis illectus suauitate consensi: ago ingentes deo gratias. Sed quæro, unde illi caput exosculatus, ut dicit̄, gratias egeris te didicisse, qd' usq; ad auditā disputationē illius ignorabas: aut si falsum est, hoc te fecisse atque dixisse, hoc ipsum peto nobis intimare digneris, ut inanis rumor tuis literis refellatur. Si autem uerum est, illa humilitate te homini egisse gratias, gaudeo quidem, si te illud nō docuit, quod superius quàm sit detestandum cauēdumq; monstraui. At non reprehendo quòd gratus fueris tanta humilitate doctori, si aliquid aliud disputante illo uerum atque utile didicisti. Sed hoc quid sit inquiro. An forte animam nō spiritum esse, sed corpus. Non quidem magnum doctrinæ Christianæ arbitror esse detrimentum ista nescire. Et si de corporum generibus subtiliter disputetur, hoc maiore difficultate q̄ utilitate perdiscitur. Si autem dominus uoluerit, ut ad illum ipsum iuuenem scribam, sicut desidero, ibi sciet fortasse dilectio tua, q̄ hoc etiam non te docuerit, si tamen id te ab illo didicisse lętaris. Sed ne quid forte aliud sit quod cōstat esse utile, & ad fidem necessariū pertinere, peto rescribere non graueris. Nā illud quod rectissime & ualde salubriter credit, iudicari animas cū de corporibus exierint, anteq; ueniant ad illud iudiciū, quo eas oportet iā redditis corporibus iudicari, atq; in ipsa qua hic uixerunt, carne torqueri, siue gloriari, hoc itáne tandem ipse nesciebas? Quis aduersus Euangeliū tanta obstinatione mentis obsurduit, ut in illo paupere qui post mortē oblatus est in sinū Abrahę, & in illo diuite cuius infernus cruciatus exponitur, ista non audiat, uel audita non credat? Sed nunquid te docuit, quomodo anima sine corpore de digito pauperis aquę stillā desiderare potuerit, cū ipse cōfessus sit, alimenta corporea nō nisi ꝓpter fulciendas ruinas corruptibilis corporis sui, animā quęrere? Verba eius ista sunt: Nunq̄d quia anima, inq̄t, aut cibum quęrit aut potū, ad ipsam transire credimus pastum? Et paulopost: Vnde intelligitur, inquit, & probatur, nō ad animā pertinere ciborum sustentacula, sed ad corpus, cui etiam præter cibū procuratur simili ratione uestitus: ut illi necessarius

Cap. IIII

Universidad de Deusto
Biblioteca

sarius uideatur pasturæ suggestus, cui cõpetit & ipsos habere uestitus. Hanc ille sententiam suam satis euidenter expositã, nonnulla etiam similitudine illustrans, adiecit atq; ait: Quid aũt putamus inquilinum quemq; suæ habitationi prospicere? Nonne si eam senserit aut tecto tremere, aut nutare pariete, aut labare fundamine, destinas quærit, strues congerit, quibus imminentẽ possit ruinam sedulo diligenterq; fulcire, ne sub periculo mansionis discrimen uideatur impendere mansori? Ita ergo & animã recognosce, inquit, carni suæ desiderare cibũ, ex qua ipsum concipit sine dubio desiderium. Hæc nempe ille iuuenis sua sensa, uerbis luculentissimis & sufficientissimis explicauit, asserẽs non animæ requiri alimenta sed corpori, cura quidem illius, sed tanq; habitantis in domo, & moribundæ carnis imminẽtes ruinas prouida refectione fulcientis. Et illud ergo explicet tibi, quid anima illa diuitis ruiturum destinare cupiebat, quæ mortale corpus iam utiq; non habebat, & tamen sitiebat, & aquæ stillam de digito pauperis reqrebat. Cap. V Habet ubi se exerceat iste doctor senũ: Quærat ut inueniat si potuerit, cui rei anima illa apud inferos humidum alimentũ, uel tam exiguũ mendicaret, cũ ruinoso habitaculo iã careret. Incorporeũ sanè deum esse q̃ credit, gratulor eũ hinc saltẽ à Tertulliani deliramẽtis esse discretum. Corpus dixit substantiam Ille quippe sicut animã, ita etiã deum corporeum esse cõtendit. A quo iste in hoc dissentiens, mirabiliora persuadere molitur, deum incorporeũ non de nihilo facere, sed de semetipso flatum exhalare corporeũ. O doctrinam cui omnis ætas aures surrigat, quæ homines annosos, quę deniq; presbyteros mereatur habere discipulos. Legat legat in cõcione quod scripsit, notos atq; ignotos, doctos atq; indoctos recitaturus inuitet. Seniores cũ iunioribus cõuenite, quod nesciebatis discite, quod nunq; audieratis audite. Ecce isto docente, non aliunde quod aliquo modo est, nec ex eo quod oĩno nõ est, de⁹ flatũ creat, sed ex eo quod ipse est, cũ sit incorporeus, corpus sufflat. Naturã ergo suã anteq; muteẽ in peccati corpore, ipse mutat in corpus. An dicit q̃ ex sua natura nõ mutat aliquid cũ flatum facit? Non ergo eũ de seipso facit: Non eĩ aliud est ipse, aliud natura eius. Quis hoc insanissimus opineẽ? Quòd si dicit ita deum de sua natura facere flatũ, ut ipse integer maneat, non inde quæstio est, sed utrum q̃ non aliunde, nec de nihilo, sed de illo est, non hoc sit quod ille, id est, eiusdẽ naturæ & essentię: Nã & filio genito integer manet, sed quia eũ genuit de seipso, non aliud genuit q̃ id quod ipse est. Excepto enim q̃ hominem assumpsit, & uerbũ caro factũ est, alius est quidẽ uerbum dei filius, sed non est aliud: hoc est, alia persona est, sed non diuersa natura. Et unde hoc, nisi quia nõ creatus ex alio, uel ex nihilo, sed natus ex ipso est, nõ ut melior q̃ erat esset, sed omnino ut esset, & quod est ille unde natus est, esset: hoc est, unius eiusdemq; naturæ, æqualis, coæternus, oĩmodo similis, pariter immutabilis, pariter inuisibilis, pariter incorporeus, pariter deus, A hoc omnino quod pater, nisi quod filius est ipse, nõ pater? Si aũt manet quidem ipse integer deus, nec tamẽ de nullo, uel de alio, sed de seipso diuersum aliquid in deterius creat, & de incorporeo deo corpus emanat, absit ut hoc catholicus animus bibat: Non eĩ est fluentũ fontis diuini, sed figmentũ cordis humani. Cap. VI Iam uero q̃ inepte laboret animã quam putat esse corporeã, uindicare à passionibus corporis, disputans de animæ infantia, de paralyticis & oppressis animæ sensibus, de amputatis mẽbris corporis absq; animę sectione, non tecũ, sed cũ illo potius agere debeo. Illi quippe insudandũ est, ut rationẽ reddat dictorũ suorũ, ne de opere iuuenis uelle fatigare uideamur grauitatem senis. Quod aũt similitudines morũ qui reperiuntur in filijs, non ex animæ semine uenire B disputat, cõsequẽs est quidem ut hoc sentiãt quicunq; animæ propaginem destruunt: sed nec illi qui hanc astruunt, ibi cõstituunt pondus assertionis suæ. Vident enim & filios parentũ dissimiles moribus. Quod ideo fieri putant, qa & ipse unus homo plerumq; suis moribus alios mores dissimiles habet, non utiq; anima altera accepta, sed uita in melius, uel in deterius commutata. Ita dicunt non esse impossibile, ut anima non habeat eos mores, quos habet ille à quo propagata est, quandoquidem ipsa una nũc alios, aliàs alios habere mores potest. Quare si hoc te credis ab isto didicisse, quòd anima non sit ex traduce, utinam id uere didicisses, me tibi docendũ libentissime traderem. Sed aliud est discere, aliud uideri sibi didicisse. Si ergo te didicisse arbitraris quod adhuc nescis, nõ plane didicisti, sed temere credidisti quod libẽter audisti, & surrepsit tibi falsiloquium per suauiloquium. Quod non ideo dico, quia falsum esse iam certus sim, animas potius insufflari nouas, q̃ de origine parentũ trahi: hoc eĩ adhuc ab eis qui docere id possunt, existimo requirendũ: sed quia iste de hac re ita disseruit, ut non solũ eam, quę adhuc discutienda est, non solueret quæstionem, uerum etiam talia diceret quæ falsitatis non habeant dubitationẽ. Cum enim uellet probare dubia, ausus est dicere sine dubio reprobanda. Cap. VII An uero tu reprobare dubitabis, q̃ cũ de anima loqueretur, Non uis, inquit, animam ex carne peccati contra here ualetudinẽ, ad quam uicissim sanctificationem uideas trãsire per carnem, ut per ipsam repa- D ret statum, per quam perdiderat meritũ? Aut num quid quia baptismo corpus abluitur, non transit ad animam uel spiritum, quod creditur conferri per baptismũ? Merito ergo per carnẽ, priscam reparat habitudinẽ, quam uisa fuerat paulisper amisisse per carnẽ, ut per eã incipiat renasci, per quam meruerat inquinari. Vide in his uerbis, quantum iste tuus errauerit doctor. Dixit animam per carnẽ reparare statũ, per quã perdiderat meritũ. Habuit ergo anima aliquẽ statũ & aliquod meritum bonũ ante carnem, quod uult eã reparare per carnem, qñ caro lauacro regenerationis abluit. Vixerat itaq; alicubi ante carnem in statu & merito bono, quẽ statũ & q̃d meritũ perdidit cũ uenisset in

carnē, dixit eam per carnē reparare habitudinem priscā, quam uisa fuerat paulisper amisisse per carnem. Habuit ergo ante carnem habitudinē antiquā, hoc est enim priscā: Et ista qualis esse potuit, nisi beata atq; laudabilis habitudo? Quā reparari per sacramentū baptismatis asseuerat, cū eam nolit ex illa originē trahere, per originē quā constat in paradiso aliquando fuisse felicē. Quomodo igitur alio loco animā se dicit constāter asserere, non extraduce, neq; ex nihilo, neq; per semetipsam, neq; ante corpus? Ecce isto loco uult animas ante corpus alicubi uiuere tā beate, ut eadē illis per baptismū beatitudo reddatur. Et tanq; sui rursus oblitus, adiungit & dicit: Vt per eā, id est per carnem incipiat renasci, per quā meruerat inquinari. Superius meritū significauerat bonum perditum fuisse per carnem, nunc aūt significat malum meritum, quo factum est ut ueniret uel mitteretur in carnē, dicēdo: Per quam meruerat inquinari. Si em̄ mereť inquinari, nō est utiq; meritū bonū. Dicat quid peccauit anteq; per carnē inquinareť, ut per carnē ingnari mereretť. Dicat si potest, quod nullo modo potest, ga inuenire hic quid uerū dicat, omnino non potest. Item aliquāto post ait:

Cap. VIII Anima itaq; si peccatrix esse meruit, quæ peccatrix esse non potuit, tamen neq; in peccato remansit, quia in Christo præfigurata, in peccato esse non debuit, sicut esse nō potuit. Rogo te frater, putásne si ista saltē postea legisti & considerasti, & quid in recitante laudaueris, uel unde post recitationem gratias egeris, cogitasti? Quid est obsecro te, anima itaque si peccatrix esse meruit, quæ peccatrix esse nō potuit? Quid est meruit & non potuit, cū mereri hoc nō potuisset, nisi peccatrix fuisset, non aūt fuisset nisi esse potuisset, ut ante omne malum meritū peccans, inde sibi meritum faceret, unde ad alia peccata, deserēte domino, perueniret? An ideo dixit, quæ peccatrix esse non potuit, quia nisi in carnem ueniret, peccatrix esse nō posset? Quid ergo meruit ut eò mitteretť ubi peccatrix esse posset, quo nisi uenisset, alibi peccatrix esse non posset? Dicat quid meruit: Si em̄ meruit esse peccatrix, aliquid iam peccauerat, unde mereretur iterū esse peccatrix. Sed hæc fortassis obscura esse uideantur, aut obscura esse iactent̄, cum sint apertissima: Neq; enim dicere debuit, ꝙ anima meruerit peccatrix esse per carnem, cuius nec bonum nec malū meritū reperire potuit ante carnē.

Cap. IX Sed ad manifestiora ueniamus. Dum enim magnis coartaretur angustijs, quomodo animæ originalis peccati uinculo teneantur obstrictæ, si non ex illa trahūt originem quæ prima peccauit, sed eas puras ab omni contagione & propagatione peccati, peccatrici carni creator insufflat: ne dicatur illi ꝙ sic insufflando eas deus efficit reas, primo de præscientia dei hanc opinionem munire tentauit, ꝙ eis præparauerit redemptiōem. In cuius redēptionis sacramento paruuli baptizantur, ut abluatur originale peccatū quod de carne traxerunt, quasi facta sua deus emendet, ꝙ eas insontes fecerat inquinari. Sed posteaq; uentū est, ut de illis loqueretur quibus tali non subuenitur auxilio, & anteq; baptizētur, expirant: In hoc, inquit, loco non me quasi authorem spōdeo, sed aliquid de exemplo conijcio. Habendam dicimus de infantibus istiusmodi rationem, qui prædestinati baptismo uitæ prę̄sentis, anteq; renascantur in Christo, præueniuntur occiduo. Legimus em̄, inquit, de talibus scriptū: Raptus est, ne malitia mutaret *Sap. 4* illius intellectum, aut ne fictio deciperet animam eius: Propter hoc properauit de medio iniquitatis illū educere: Placita enim deo erat anima eius. Et consummatus in breui, repleuit tēpora longa. Quis istū dedignetur habere doctorem? Ergóne paruuli quos plerunq; uolūt homines baptizari, & dum curritur, ante moriuntur, si retardarentur in ista paululum uita, ut baptizati continuo morerentur, malitia mutaret intellectum illorum, & fictio deciperet animam eorum: & ne hoc eis contingeret, subuentū illis est, ut ante raperent̄ quàm baptizarentur? In ipso ergo baptismate mutarentur in peius, & fictione deciperentur, si post baptisma raperentur. O admiranda atq; sectanda doctrina. Sed hoc de uestra prudentia qui affuistis, cum recitaret iste præsumpsit, & de tua maxime ad quē scripsit, & cui recitatos libros tradidit, ut credituros uos esse cōsideret, & nō baptizatis infantibus esse scriptū, q̄d de omniū sanctorū immaturis ætatibus scriptū est, cū q̄bus male actū stulti arbitrātur, si de hac uita celeriter rapti fuerint, nec ad annos, quos homines pro magno diuino munere sibi exoptāt, peruenire potuerint. Quale est autem dicere, infantes prędestinatos baptismo uitæ præsentis antequam renascātur in Christo, occiduo præueniri, uelut aliqua uis fortunæ, siue fati, siue cuiuslibet rei, non permittat deū quod prę destinauit implere? Et quomodo ipse illos rapit, quia placuerunt ei. An eos ipse prædestinat baptizari, & ipse quod prædestinauit nō sinit fieri? Sed attende quid adhuc audeat, cui displicet in tanta huius profunditate quæstionis, cautior quàm fidentior nostra cunctatio. Ausim dicere, inquit, *Cap. X* istos peruenire posse ad originalium indulgētiam peccatorum, non tamen ut cœleste inducantur in regnum: sicut latroni confesso quidem, sed nō baptizato, dominus non cœlorum regnum tribuit, sed paradisum, cum utiq; iam maneret: *Qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnum cœlorū* (*Io. 3*, *Io. 14*): præcipue quia *multas esse mansiones apud patrem suum dominus profitetur*: In quibus designantur merita *multa* & diuersa mansorum, ut hic non baptizatus perducatur ad ueniam, baptizatus ad palmam, quæ est parata per gratiā. Cernis hominē, paradisum atq; māsiones quę sunt apud patrem à regno separare cœlorum, ut etiā non baptizatis abundent loca sempiternæ felicitatis. Nec uidet cum ista dicit, ita se nolle baptizati cuiuspiam paruuli mansionem à cœlorum regno separare, ut ipsam dei patris domum, uel aliquas partes eius inde separare nō timeat. Neq; enim dns in uniuersitate creaturę, uel in qualibet uniuersitatis parte, sed in domo patris mei

mei dixit, mansiones multæ sunt. Quomodo ergo erit in dei patris domo non baptizatus, cũ deũ patrẽ habere nõ possit nisi renatus? Non sit ingratus deo, qui eum dignatus est à Donatistarum uel Rogatistarum diuisione liberare, ut ipsam domum dei patris quærat diuidere, & aliquã eius partem extra regnum cœlorum ponere, ubi non baptizati ualeant habitare. Et quo pacto ipse regnum cœlorũ se intraturũ esse præsumit, de quo regno in quãta uult parte, domum ipsius regis excludit. Sed de latrone illo, qui iuxta dominũ crucifixus sperauit in dominum etiã crucifixũ, & de fratre sanctæ Perpetuæ Dinocrate argumentatur, quòd etiam non baptizatis dari possit indulgentia peccatorum, & sedes aliqua beatorũ, quasi quisq; cui nõ credere nefas esset, huic indicauerit, q̃ nõ fuerint baptizati. De quibus tamẽ in eo libro quem scripsi ad fratrem nostrũ Renatum, plenius quid mihi uideretur exposui, quod tua dilectio poterit nosse, si nõ spreueris legere, nã ille petenti nõ poterit denegare: æstuat tamẽ iste, atq; horrẽdis suf-
Cap. XI focatur angustijs. Attẽtius enim fortasse q̃ tu quid mali dicat attendit, præter Christi scilicet baptismũ solui in paruulis originale peccatũ. Denique ut aliquatenus in hac causa uel sero ad Ecclesiæ sacramẽta cõfugiat, pro his sane, inquit, oblationes assiduas, & offerenda iugiter sanctorũ censeo sacrificia sacerdotum. Habeto istum si placet etiã censorẽ, si parũ fuerat habere doctorem, ut sacrificiũ corporis Christi etiam pro his offeras, qui Christo nõ sunt incorporati. Rẽ quippe tã nouã, atq; à disciplina ecclesiastica & à regula ueritatis alienam, cũ libris suis auderet inserere, nõ ait, puto: nõ ait, existimo: non ait, arbitror: non ait saltẽ, suggero, uel dico: sed, censeo: ut scilicet si offenderemur nouitate seu peruersitate sentẽtiæ, terreremur authoritate cẽsurę. Videris tu frater, quomodo sustinere possis ista docentẽ. Catholici tamen qui sanũ sapiunt sacerdotes, quibus & te oportet adiungi, absit ut acquiescãt istũ audire cẽsentem, quẽ potius optãt resipiscentẽ, ac dolentem q̃ ista senserit, imò uero etiã q̃ scripserit, correctiõe salu berrima pœnitentẽ. Sed hoc, inquit, exemplo Machabęorũ in prælio cadentiũ astruo faciendũ, qui cũ furtim de interdictis offerrẽt, atq; in ipso certamine cecidissent, à sacerdotibus, ait, inuenimus hoc initũ consiliũ fuisse, ut quorũ animas ex uetito reatus obstrinxerat, sacrificiorũ oblatio repararet. Ita istud dicit quasi pro incircũcisis illa oblata legerit sacrificia, sicut hæc nostra pro nõ baptizatis censuit offerẽda. Circũcisio quippe fuit illius tẽporis sacramentũ, quod præfigurabat nostri tẽ-
Cap. XII poris baptismũ. Veruntamen iste in sui comparatione qualis posterius apparuit, tolerabilius adhuc errat. Nã uelut pœnituerit eũ, non quod debuit pœnitere, id est, q̃ ausus fuerit asserere nõ baptizatis relaxari originale peccatũ, atq; indulgentiã dari omniũ peccatorum, ut in paradisum, hoc est, locũ tantæ felicitatis mittant, & beatas mãsiones in domo patris habere mereãtur: sed illud eũ potius pœnituerit, q̃ eis minoris beatitudinis extra regnũ cœlorũ concesserit sedes, adiunxit atq; ait: Aut si forte quispiã reluctẽ, latronis animæ uel Dinocratis interim tẽporarie collatũ paradisum, iã supereſſe illis adhuc in resurrectione præmiũ regni cœlorũ: quamq; sententia illa principalis obsistat, quia qui nõ renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnũ cœlorum: tamẽ teneat etiã meum in hac parte nõ inuidẽtis assensum, modo misericordiæ præscientiæq; diuinæ & effectum amplificet & affectũ. Hęc uerba in secũdo eius libro lecta descripsi. Nunquid in hac causa erroris audaciã, temeritatẽ, præsumptionẽ habere quispiã posset ampliorẽ? Ipse sententiã dominicam recordatur, ipse cõmemorat, ipse suis literis interponit, ipse dicit, quamq; sentẽtia illa principalis obsistat, qa qui nõ renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non intrabit in regnũ cœlorũ: & audet tamẽ suæ censuræ leuare ceruicẽ, cõtra sententiã principalẽ. Teneat, inquit, etiã meũ nõ inuidentis assensum, qui dicit animas non baptizatorũ tẽporarie mereri paradisum. Propter has eñ latronem atq; Dinocratem, tanq; præscribendo uel potius præiudicando cõmemorat: in resurrectiõe aũt in meliora trãsferri & regni cœlorũ percipere præmiũ, quamq; sentẽtia, ingt, principalis obsistat. Iam ergo ipse considera quæso te frater, quisquis cuipiã præbet assensum aduersus authoritatẽ sentẽtiæ principalis, quã sententiã merebitur principis? Nouellos hæreticos Pelagianos iustissime cõciliorum catholicorũ, & sedis apostolicæ dãnauit authoritas, eo q̃ ausi fuerint nõ baptizatis paruulis dare quietis & salutis locũ, etiã prẽter regnũ cœlorũ. Quod ausi nõ fuissent, nisi negarẽt eos habere originale peccatũ, quod opus esset absolui per baptismatis sacramentũ. Iste aũt sicut catholicus dicit, paruulos originali obstrictos esse peccato, & tamen eos ab huiusmodi uinculo sine lauacro regenerationis absoluit, & post mortẽ in paradisum misericors mittit, post resurrectionẽ uero etiã in regnũ cœlorum misericordior introducit. Talis sibi Saul misericors uisus est, quando pepercit regi quẽ deus præcepit occidi. Sed merito inobediens misericordia, uel misericors inobedientia reprobata atq; dãnata est: ut caueat homo, ne ab illo misericordiã mereat homo, cõtra eius sententiã, à quo factus est homo. Intonat per os proprij corporis ueritas: Si quis non fuerit renatus ex aqua & spiritu, nõ potest introire in regnũ dei. Atq; ut ab hac sentẽtia exceptos martyres faciat, quibus cõtigerit ante pro Christi nomine occidi, q̃ Christi baptismate dilui, dicit alio loco, Qui perdiderit animã suam propter me, inueniet eã. Et ne cuiq; qui nõ renatus fuerit christianæ fidei lauacro, promittat peccati originalis abolitio, clamat Apostolus, per unius delictũ in oẽs homines ad condemnationẽ. Contra quam condemnatiõem dominus unũ esse ostẽdens salutis auxiliũ, Qui crediderit, inquit, & baptizatus fuerit, saluus erit: qui uero non crediderit, condemnabitur. Cuius mysteriũ credulitatis in paruulis per eorũ responsionẽ à quibus gestant, impletur, ne si factum

Matt. 16

Rom. 5

Marc. 16

non

Universidad de Deusto
Biblioteca

nõ fuerit, eant ex uno omnes in condemnationẽ. Et tamen contra tam manifeſtas uoces quas concinit ueritas, procedit in medium magis uecors quàm miſericors uanitas, & dicit: Non ſolũ non eunt in damnationem paruuli, & ſi nullũ eos chriſtianæ fidei lauacrum à uinculo originalis peccati abſoluat, uerumetiã felicitate paradiſi poſt mortẽ interim perfruuntur, poſt reſurrectionem uero etiam regni cœlorum felicitatẽ poſſidebunt. Hęc iſte cõtra catholicam fundatiſſimãq; fidẽ nũquid dicere auderet, ſi quæſtionẽ ſoluendam de animæ origine, uires ſuas excedentem ſuſcipere non au-
Cap. XIII deret? Horrendis eſt enim coartatus anguſtijs ab eis qui dicunt, Cur deus animã tam iniuſta animaduerſione mulctauit, ut in corpus eam peccati relegare uoluerit, cum cõſortio carnis peccatrix eſſe incipit, quæ peccatrix eſſe non potuit? Vticq; enim dicunt, nõ potuit anima eſſe peccatrix, niſi eam deus miſcuiſſet carnis conſortio peccatricis. Qua ergo iuſtitia id fecerit deus, cũ iſte inuenire non poſſet, maxime propter æternam damnationem morientiũ paruulorum, quibus non baptizatis expiatũ non fuerit originale peccatũ: cur itaq; deus iuſtus & bonus, paruulorũ animas quibus præſciuit non ſubuenturũ chriſtianæ gratię ſacramentũ, ab omni noxa propaginis liberas, mittendo in corpus quod ex Adam trahitur uinculo peccati originalis obſtrinxerit, atq; iſto modo reas æternæ damnationis effecerit, cũ inuenire nõ poſſet: nec uellet dicere etiã ipſas ex illa una originẽ trahere peccatricẽ, maluit per naufragium miſerabile exire, q; temerariũ curſum uelis depoſitis, & remis ſuæ diſputationis inhibitis, prouida deliberatione frenare. Viluit quippe iuueni ſenilis noſtra cũctatio, quaſi huic moleſtiſſimæ ac periculoſiſſimæ quæſtioni magis fuerit impetus eloquentiæ, q; conſiliũ prudentiæ neceſſarium. Et præuidit hoc etiam ipſe, ſed fruſtra. Nã hæc ſibi uelut ab aduerſarijs propoſiturus obiecta, ex hinc alia, inquit, ſubſtruuntur opprobria querulis murmurationibus oblatrantiũ, & excuſſi quaſi quodam turbine, identidẽ inter immania ſaxa collidimur. His prædictis quæſtionẽ ſupradictã ſcopuloſiſſimam ſibi propoſuit, ubi à fide catholica naufragauit, niſi refecerit pœnitendo quod fregit. Illum ergo turbinem atq; illa ſaxa deuitans, nauẽ illis committere nolui. Et de hac re ita ſcripſi, ut rationẽ potius cunctationis meæ, q; temeritatẽ præſumptionis oſtenderem. Quod opuſculũ meum cũ apud te inueniſſet, irriſit, ſecq; illis cautibus animoſiore impetu q; conſultiore cõmiſit. Sed quò eũ præſidentia iſta perduxerit, puto q; nunc uideas. Verius aũt ago deo gratias, ſi & antea iã uidebas. Cũ enim nollet cohibere præcipitẽ curſum, propterancipitẽ excurſum, miſerabilẽ inuenit incurſum, aſſerens deũ paruulis ſine chriſtiana regeneratione defunctis, & modo paradiſum, & poſtea re-
Cap. XIIII gnũ cõferre cœlorum. Scripturarum uero teſtimonia quæcunq; poſuit, quibus animas deũ non ex illius primę ꝓpagine attrahere, ſed ſicut ipſam primã ſuas quibuscq; ſingulis inſufflare, uelut pro

A bare conatus eſt, ita ſunt quod ad iſtã quæſtiõem attinet, incerta & ambigua, ut etiã aliter accipi, quàm ipſe uult, facillime poſſint. Quod iã in eo libro quem ſcripſit ad amicũ noſtrum, cuius commemorationem ſuperius feci, ſatis quãtum exiſtimo, demõſtraui. Teſtimonia quippe ipſa quę adhibuit, ubi legitur deus animas, uel dare, uel facere, uel fingere: unde illas det, uel unde faciat ſiue fingat, non oſtẽdunt, utrum ex propagine illius primæ, an inſufflando ſicut ipſam primã. Iſte aũt ex eoipſo quod legitur animas deus dare, ſiue facere, ſiue fingere, iã putat animarũ negatam eſſe propaginẽ: cũ deus eadem ſcriptura teſte, etiã corpora det, ſiue faciat, ſiue fingat, quæ tamen ab illo ex propagine ſeminis dari, fieri, fingi nemo ambigit. Item quod ſcriptũ eſt, ex uno ſanguine deum
B feciſſe omne genus hominũ, uel quod ait Adam: Hoc nũc os ex oſſib⁹ meis, & caro de carne mea: quia necq; ibi dictũ eſt, ex una anima, necq; hic, anima de anima mea, putat negari animas filiorũ ex parentibus, uel illius mulieris ex uiro: quaſi uero ſi non ex uno ſanguine, ſed ex una anima diceretur, aliud q; totus homo intelligeretur, nec corporis propagatio negaretur: Sic etiã ſi dictum eſſet, anima de anima mea: non utiq; negaret caro, quã de illo exemptam fuiſſe cõſtabat. A parte enim totum, ſicut etiam à toto partem plerunq; ſcriptura ſignificat. Nã certe ſi non ex uno ſanguine, ſed ex uno homine, illo loco ſcriptũ eſſet inſtitutũ eſſe genus humanũ, unde iſte adhibuit teſtimoniũ, non
C præiudicaret iſtis qui negant animarum propagi nem, quamuis non ſola anima nec ſola caro, ſed utrunq; ſit homo. Reſponderent enim à toto partem, id eſt, ab homine ſolã hominis carnem, ſcripturam ſignificare potuiſſe. Sic ergo & ij qui defendunt animarũ propaginem, illud quod dictum eſt, ex uno ſanguine, per ſanguinem ſcilicet homi nem, id eſt, à parte totũ ſignificatũ eſſe cõtendunt. Sicut enim uidetur illos iuuare quod dictũ eſt, ex uno ſanguine, nec dictũ eſt ex uno homine: ſic ui- Rom. 5
detur & iſtos iuuare quod dictũ eſt: Per unum hominẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatum mors, & ita in omnes homines pertranſiit, in quo omnes peccauerũt: nec dictũ eſt, in quo omnium caro peccauit. Itẽq; ſicut illos uidet iuuare quod dictum eſt: Hoc nunc os ex oſſibus meis, & caro
D de carne mea: quia pars eſt dicta, non totũ: ſic iterum iſtos, quod ibi cõtinuo ſequitur, Hęc uocabitur mulier, quoniã de uiro ſuo ſumpta eſt. Debuit eñ dici, aiũt, quoniã de uiro ſuo caro eius ſumpta eſt: ſi nõ tota mulier, id eſt, cum anima, ſed ſola caro ſumereť ex uiro. Porrò aũt utriſq; auditis, qui ſine ſtudio partiũ iudicat, uidet profecto, nec contra iſtos qui propaginem animarũ defendũt, proferẽda illa teſtimonia ubi pars nominať, quia potuit ſcriptura ſignificare illic à parte totũ: ſicut uerbũ caro factũ eſt, cũ legimus, non utiq; carnem ſolam, ſed hominẽ totum intelligimus. Nec contra illos qui propaginẽ animarũ deſtruunt, iſta proferẽda, ubi nõ pars hominis, ſed totũ commemoratur, qa potuit ibi ſcriptura à toto partẽ ſignificare,

ſicut

sicut sepultum confitemur Christum, cum eius ca A
ro sola sepulta sit. Ac per hoc propaginem anima-
rum nec temere astruendam, nec temere destruen
dam dicimus, sed admonemus alia testimonia esse
quærenda, quæ non inueniantur ambigua.

cap. XV Quamobrem quid te iste docuerit, & unde gra
tias egeris, nondum scio. Manet quippe illa quæ-
stio sicut erat, in qua quæritur de animarum origi-
ne, utrũ illas deus ex propagine illius unius quam
primo insufflauit homini, an ex flatu suo sicut pri-
mo homini, det, faciat, fingat hominibus, quas eũ
dare, facere, fingere, fides Christiana non dubitat.
Quam quæstionem iste cũ soluere conaretur, nec
uires suas intueretur, destruens animarum propa-
ginem, & asserens eas puras ab omni contagione
peccati, non de nihilo, sed de seipso insufflare crea
torẽ, & naturã dei mutabilitatis opprobrio, quod B
necesse non fuerat, infamauit: & dum uult redde-
re rationem, ne deus credatur iniustus si puras ab
omni peccato animas, etiam illas quas Christiana
regeneratione non redemit, uinculo peccati origi
nalis innectit, ea dixit quæ te nolo docuerit. Tan-
tum enim salutis & felicitatis non baptizatis par-
uulis tribuit, quantum nec Pelagiana hæresis po-
tuit. Et tamen de tot milibus paruulorum qui na-
scuntur ex impijs, & inter impios moriuntur, non
quibus homines per baptismum cum uelint, sub-
uenire non possunt, sed de quibus baptizandis ne
mo potuit uel poterit cogitare, nec quisquã pro
eis obtulit uel oblaturus est sacrificium, quod iste
etiam pro non baptizandis censuit offerendum,
quid diceret non inuenit. De quibus si fuerit inter C
rogatus, eorũ animæ quid meruerint, ut illas deus
nec abluendas baptismo, nec expiãdas Christi cor
poris & sanguinis sacrificio, & in æternum dãnan
das carni inferat peccatrici, aut omnino hærebit,
& ei nostra cunctatio uel sero placebit, aut simul
pro oĩbus paruulis, qui toto orbe terrarum sine
Christiano baptismate moriuntur, etiam eorũ no-
minibus tacitis, quoniã nesciũtur in ecclesia Chri-
sti, non incorporatis corpori Christi, offerendum
c4. XVI corpus Christi esse censebit. Absit à te fra-
ter, ut hæc tibi placeant, absit ut ista uel didicisse
gaudeas, uel docere præsumas, alioquin lõge me-
lior inuenietur ipse quàm tu. Quia in exordio pri-
mi sui libri modeste atq; humiliter prælocutus est,
dicens: Cum tibi parere desidero, notam præsum- D
ptionis incurri, Et paulo post: Quandoquidẽ, in-
quit, nec mihi ipse sim credulus, ea quę dixero pos-
se probari: studeamq; semper etiam propriam sen-
tentiam non tueri, si improbabilis detegatur, & sit
mihi cordi proprio iudicio damnato, meliora ma-
gis & quæ sunt ueriora sectari. Nam ut est optimi
propositi laudandiq; consilij, facile ad ueriora tra-
duci: ita improbi obstinatiq; iudicij est, nolle citius
ad tramitem ratiõis inflecti. Hæc quippe ille si ue-
raciter dixit, atq; ut locutus est sentit, magnæ pro-
fecto spei animum gerit. Item in fine libri secundi:

Nec putes, inquit, ad inuidiam tuam forsitan reuo
candum, quod in tua dictorum meorũ cõstituam
potestate iudicium. At ne forte cuiusquam curio-
si lectoris obtutus, inter illitas fibras elemẽtorum
uestigia remanentia solicitent & offendant, con-
textam paginæ seriẽ pollice seuero discerpe: meq;
huius censionis experte puni atramento quę in-
digna eloquia significauerunt, nec hac occasione
& tuum erga me iudicium, quo mihi uehementer
indulges, & meæ quæ latebant ineptiæ rideantur.

Isto igitur modo cum ille suos libros & initio c4. XVI
pręmuniuerit, & termino communiuerit, atq; tuis
humeris imposuerit onus religionis, correctionis
& emendationis suæ, hoc apud te inueniat quod
petiuit: ut emendes eum iustus in misericordia &
arguas eum, oleum autem peccatoris quo impin-
guetur caput eius, absit à manibus atq; oculis tuis,
id est, assentatio indecens adulantis, & deceptoria
lenitudo blandientis. Quòd si emendare negligis,
cum uideas emẽdandum, aduersus charitatem fa
cis. Si autem tibi emendandus propterea nõ uide-
tur, quia putas eum recte ita sensisse, aduersus ueri
tatem sapis. Et ideo ille melior qui emẽdari est pa-
ratior, si non defuerit emendator: quàm tu, si uel
sciens irridenter contemnis errantem, uel nesciẽs
pariter sectaris errorem. Omnia itaq; in eisdem li-
bris ad te scriptis & tibi traditis sobrie uigilanterq;
cõsidera, & plura quàm ego inuenies fortasse cul-
panda. Et quæcunq; ibi sunt approbanda atq; lau
dãda, si quid in eis reuera forsitan ignorabas, atq;
isto differẽte didicisti, euidenter profitere quid il-
lud sit: ut de hoc te gratias egisse, non de his quæ
illic improbãda tam multa sunt, omnes nouerint,
qui uel recitante illo, tecum simul audierunt, uel
eosdem postea libros legerunt: ne in eius ornato
eloquio tanquam in precioso poculo te inuitante,
& si non bibente, uenenum bibant, si tu quid inde
biberis, & quid nõ biberis nesciunt, & propter lau
dem tuam omnia illic bibenda salubriter arbitran
tur. Quamuis & audire & legere, & quę dicta sunt
haurire memoria, quid est nisi bibere? Sed prædi-
xit dominus de fidelibus suis, quòd & si mortife-
rum quid biberint, nõ eis nocebit. Ac per hoc qui
cum iudicio legunt, & secũdum regulam fidei ap-
probanda approbant, & improbant improbanda,
etiam si commendant memoriæ quę improbanda
dicuntur, nulla uenenata sententiarum prauitate
læduntur. Hæc me grauitatem & religionẽ tuam,
siue mutua, siue præuia charitate monuisse uel cõ-
monuisse minime pœnitebit, domino miserante,
quomodolibet accipias, quod tibi prærogandum
putaui. Agam uero ei uberes gratias, de cuius mi-
sericordia saluberrimum est fidere, si ab his praui-
tatibus & erroribus, quos ex libris huius hominis
ostendere his literis potui, alienam atq; integram
fidem tuam, uel inuenerit epistola ista, uel fecerit.

Libri secundi Finis.

Universidad de Deusto
Biblioteca

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI,

De anima & eius origine ad Vincentium Victorẽ, Liber tertius.

Cap. I

QVOD mihi ad te scribendum putaui, hoc prius cogites fili dilectissime Victor uolo, si te cõtemnerem, nequaquam id me fuisse facturum. Nec ideo tamẽ humilitate nostra sic abutaris, ut propterea te existimes approbatum, quia cernis non fuisse contemptum. Non enim sequendum, sed corrigendum te diligo. Et quoniã nec corrigi posse despero, nolo mireris me contemnere non posse quem diligo. Si enim te antequã nobis cõmunicares, diligere debui, ut esses catholicus, quãto magis te iam cõmunicantem diligere debeo, ne sis nouus hæreticus, & ut sis talis catholicus, cui resistere nullus possit hæreticus. Quantũ em̃ apparet ex donis ingenij, quæ iam tibi largitus est deus, profecto sapiẽs eris, si te non esse crediderís: atq; ut sis, ab illo qui facit sapiẽtes, pie, suppliciter, instanterq; popoſceris, & malueris errore non decipi, q̃ errantium laudibus honorari. Cap. II Prius me in libris tuis titulus tui nominis pro te solicitum reddidit. Cum enim quis esset Vincentius Victor, ab eis qui te nouerãt, & forte aderant, requisissem, audiui te fuisse Donatistam, uel potius Rogatistam, nuper autẽ communicasse catholicæ. Et cum gauderẽ tantum, quantũ de his solemus quos ab illo errore liberatos esse cognoscimus, imo uero etiã multo amplius, quòd ingenium tuum quo delectabar in literis tuis, uidebam nõ remansisse apud aduersarios ueritatis: addit ũ est à referẽtibus, quod me inter illa gaudia cõtristaret, ideo te cognominari uoluisse Vincentiũ, quòd Rogati successorem, qui hoc nomine appellatus est, adhuc tanquam magnum & sanctum uirum animo teneas, & ob hoc illius nomen, tuum uolueris esse cognomen. Nec defuerunt qui dicerent etiã hoc à te fuisse iactatum, quod ipse tibi nescio qua uisione apparuerit, atq; ad hos cõficiendos libros, de quibus tecum agere isto nostro opusculo instituí, si adiuuerit dominus, ut ea tibi scribenda quantum ad res ipsas rationesq; attinet, ipse dictaret. Quod si uerũ est, iam te illa dicere potuisse nõ miror, quæ si patiẽter auscultes admonitioni meæ, & eos libros catholica mente cõsideres atq; pertractes, te dixisse proculdubio pœnitebit. Ille quippe qui se, sicut eũ prodit Apostolus, transfigurat in angelum lucis, in eo tibi est transfiguratus, quẽ tu fuisse, uel esse tanq̃ lucis angelum credis. Et eo quidem modo minus ad decipiendos catholicos ualet, quando se non in lucis angelos, sed in hæreticos transfigurat. Sed te ab eo falli iã catholicũ nollem. Crucietur ergo te didicisse quæ uera sunt, quãto magis lętatus fuerat, se tibi persuasisse quæ falsa sunt. Vt autẽ non diligas hominem mortuum, cuius dilectio tibi obesse potest, prodesse illi nõ potest: hoc breuiter intuearis admoneo, quòd utiq; ille non est sanctus & iustus, si tu hæreticorũ Donatistarũ uel Rogatistarũ laqueos euasisti. Si autẽ illũ sanctũ & iustũ arbitraris, tu cõmunicando catholicis interisti. Profecto enim te catholicũ fingis, si animo illud es, quod erat ille quẽ diligis. Et nosti q̃ terribiliter scriptum sit, q̃ spiritus sanctus disciplinæ fugiet ficium. Si autẽ ueraciter cõmunicans, non te catholicũ fingis, quid adhuc hæreticum mortuũ sic diligis, ut eius uelis te iactare adhuc nomine, cuius iam nõ teneris errore? Nolumus te habere tale cognomentum, tanq̃ sis hæretici mortui monumentũ. Nolumus talẽ titulũ habere librum tuum, qualem falsum esse diceremus, si in eius sepulchro legeremus. Non enim Vincentium uictorem scimus esse, sed uictum, & utinã fructuose, sicut te uinci uolumus ueritate. Astute autem putaris & callide, cum libros tuos quos credi cupis illo tibi reuelante dictatos, appellas Vincentij Victoris, non tam Vincentium te q̃ illum uocari uoluisse Victorem, uelut tibi reuelando quæ scriberes, uicisset errorẽ. Vt quid tibi ista fili? Esto potius uerus, non fictus catholicus, ne te fugiat spiritus sanctus, & nihil tibi possit prodesse Vincẽtius, in quem se ad te fallendũ trãsfigurauit malignissimus spiritus. eius quippe sunt illa, qualibet tibi fraude persuasa. Quæ si admonitus pia humilitate & catholica pace correxeris, errores fuisse iudicabuntur studiosissimi iuuenis, emendari potius q̃ in eis remanere cupiẽtis. Si autẽ pro eis tibi etiam contentionẽ, quod absit, persuaserit peruicacem, iam tanq̃ hęretica dogmata, cũ suo necesse erit authore damnari, cura scilicet pastorali & medicinali, priusq̃ per incautũ uulgus serpãt dira cõtagia, cũ dilectionis nõ ueritate sed nomine, salubris neglígitur medicina. Cap. III Si quæris quæ nam illa sint, poteris quidẽ legere mea scripta ad fratres nostros Renatũ dei seruum, & presbyterũ Petrum, ad quẽ tu eadẽ ipsa de quibus nunc agimus, scribẽda existimasti, eius, ut asseris, uoluntati petentis obtẽperans. Dabũt enim tibi ut legas proculdubio si uolueris, & ingerent etiam nõ petenti. Veruntamen etiã hic quæ maxime in eisdẽ libris tuis, & in fide tua emendari cupiã, non tacebo. Primũ est, q̃ animã nõ ita uis à deo esse factam, ut eam ex nihilo secerit, sed ex semetipso: Vbi non putes esse consequens, ut naturæ sit dei, quia profecto q̃ sit impiũ & ipse cognoscis. Qua impietate ut careas, ita oportet ut dicas animæ authorem deũ, ut ab illo facta sit, nõ de illo. Quod em̃ de illo est sicut unigenitus filius, eiusdẽ naturæ cuius & ille est. Vt aũt anima eiusdẽ naturæ nõ sit cuius est ille, facta est quidẽ ab illo, sed nõ de illo. Aut ergo dic unde, aut fatere de nihilo. Quid est q̃ dicis, eã particulam esse quandã halitus nature dei? Nunquid nã ipsum halitũ naturæ dei, cuius halitus est ista particula, negas eiusdẽ cuius deus est esse naturæ? Si negas, ergo de nihilo & istũ halitũ fecit deus, cuius halitus animã uis esse particulã. Aut si nõ de nihilo, dic unde illũ fecerit deus? Si de seipso, ergo ipse est quod absit, materies operis sui. Sed dicis; Cum de seipso

halitum

Universidad de Deusto
Biblioteca

halitum uel flatum facit, ipse integer manet: quasi non & ignis lucernæ integer maneat, cum de illa altera accenditur, & tamen eiusdē, non alterius sit
Cap. IIII naturæ. Sed, inquis, cum à nobis uter inflatur, non aliqua portio nostræ naturæ uel qualitatis infunditur, cum hoc ipso quo spiritu hausto uter impletus extenditur, sine aliqua nostri diminutione geratur. His uerbis tuis adhuc addis & immoraris, et inculcas similitudinē quasi necessariam, qua intelligamus quomodo deus sine suæ naturæ aliquo detrimēto & de seipso animā faciat, et facta de ipso, non sit quod ipse. Dicis enim: Nunquid animæ nostrę est portio utris inflatio, aut homines fingimus cū utres inflamus, aut detrimentū nostri in aliquo patimur, cum flatus nostros in diuersa partimur? Sed nullum patimur detrimentum, cum ex nobis ad aliquid transmittimus flatum, & manente in nobis plena flatus proprij qualitate & integra quantitate, nullum nos meminimus damnum ex utris inflatione sentire. Ista similitudine quæ satis elegans & congruens tibi uidetur, quantum fallaris attende. Deū quippe dicis incorporeum, non de nihilo à se factam, sed de seipso animā sufflare corporeā: cum flatum nos licet corporeū subtiliorem tamen emittamus, q̄ nostra sint corpora, nec eum de anima nostra, sed de hoc aere per uisce ra corporis exhalemus. Pulmones nanq; anima, cuius nutu mouentur etiam cætera corporis membra, ad hunc aereū spiritū ducendum atq; reddendum, sicut folles mouet. Præter enim alimenta solida & fluxa, unde est cibus & potus, hoc tertium nobis deus alimētum circumfudit aurarum, quas ita carpimus, ut sine cibo & potu diu esse possim⁹: sine hoc aūt alimento tertio, quod aura nobis quæ undiq; circumsistit, spirantibus & respirantibus exhibet, nec exiguo temporis spacio possimus uiuere. Sicut aūt cibus & potus non solum ingerendi, uerūetiam per meatus ad hoc institutos egerendi sunt, ne utroq; lædant, uel nō intrando, uel non exeundo: ita hoc tertium flabile alimentū, quia in nobis manere non sinitur, nec immorādo corrumpitur, sed egeritur mox ut ingeritur: nō alios, sed eosdem meatus, id est, os, aut nares, aut utrunq;, & qua intraret, & qua exiret accepit. In teipso tibi ꝓba ipse quod dico: Emitte spiritū flando, & uide utrum dures, si nō receperis. Recipe respirādo, & uide quas patiaris angustias, si non rursus emiseris. Hoc igitur facimus, quando utrē, sicut dicis, inflamus, quod facimus ut uiuamus. Nisi quod tūc pauloplus ducim⁹, ut pauloplus emittamus, ut spiritū flabilem, id est uentū in utrem implendū & extendendum, non quiete spirandi & respirandi, sed anhelandi impetu coartemus. Quomodo ergo dicis, nullum patimur detrimentum, cum ex nobis ad aliquid transmittimus flatū, & manēte in nobis plena flatus proprij qualitate & integra quantitate, nullū nos meminimus damnū ex utris inflatione sentire? Apparet te fili, si aliquādo utrē inflasti, nō aduertisse quid egeris. Quod em̄ insufflando emittis, statim recipiendo nō sentis. Sed potes hoc facillime discere, si hoc potius uelis quam tua dicta, quia iam dicta sunt, non inflans utrem, sed inflatus ipse defendere, & auditores tuos quos ueris rebus ædificare debes, inani strepitu uentosi sermonis inflare. In hac causa non te ad magistrum mitto sed ad teipsum. Emitte flatū in utrem, & os claude continuo, narescq; detine, & sic saltē senti uerū esse quod dico. Cum enim cœperis angustias intolerabiles perpeti, quid cupies ore aperto naribusq; recipere, si quando sufflasti, nihil te existimas amisisse. Vide in quo malo sis, nisi hauriendo resumas qđ effundendo reddideras. Vide illa insufflatio qualia damna & detrimenta fecisset, nisi ea respiratio reparasset. Nisi em̄ quod impenderis ad utrē implendū, ad te itidem alendum, aditu patefacto redierit, quid tibi nō solum unde illū inflare, sed unde tu possis uiuere remanebit? Hęc debuisti cōsiderare cū scriberes, & nō ista similitudine utriū inflatorum uel inflandorū introducere nobis deū, aut ex alia natura quæ iam erat, sicut nos ex isto circūfuso aere flatū facimus, animas flare: aut certe qđ abhorret ab ista similitudine, & abundat impietate, deum sine ullo quidem sui detrimēto, sed tamē de sua natura mutabile aliquid uel proferre, uel quod est peius, tanq; sui operis materies ipse sit, facere. Vt ergo aliquā de nostro flatu ad hāc rē adhibeamus similitudinē, id potius est credēdum: cꝙ sicut nos non de natura nostra, quia omnipotentes non sumus, de isto aere circūfuso quem trahimus & reddimus, cum spiramus & respiramus, flatum facimus quando sufflamus, nec uiuentē nec sentientem, q̄uis non uiuamus atq; sentiamus: ita deū non de sua natura, sed quia sic omnipotens est, ut possit creare quod uult, etiam ex eo quod omnino non est, id est, de nihilo flatum facere posse uiuentem atq; sentientem: sed planè cum sit immutabilis ipse, mutabilem facit. Quid autem sibi uult, quod huic similitudini addēdum putasti ad exemplum de beato Heliseo, qui flando in eius faciem mortuum suscitauerit? Itáne tu flatum Hælisæi fuisse putas animam pueri? Non usqueadeo te à uero exorbitare crediderim. Si ergo anima illa quæ uiuenti ablata fuerat ut moreretur, eadem ipsa illi ut reuiuisceret reddita est: quid ad rem pertinet qđ dixisti, nihil Heliseo fuisse diminutum, quasi ab illo aliquid transisset unde uiuere credatur, in puerum? Quod si propterea dictū est, quia flauit & integer mansit, quid opus erat ut hoc de Heliseo mortuū resuscitante diceres, quod de quouis flante & neminē suscitāte dicere nihilominus posses? Incaute sanè locutus es, cum absit ut credas flatum Heliseī factum fuisse reuiuiscentis animam pueri: quod primū dei factū, ab istius Prophetę facto hoc distare uoluisti, ꝙ ille semel, iste ter flauerit. Dixisti quippe Heliseum in faciē defuncti filij illius Sunamitidis, adinstar primæuæ originis insufflasse. Et cum emortua membra, inquis, in uigorē pristinū redanimata, per halitum Prophetæ diuina uirtus accenderet, nihil Heliseo fuerit imminutū, per cuius flatum corpus emortuū rediuiuam animam reciperet & spiritū: nisi ꝙ semel dominus in faciē hominis inflauit & uixit, tertio Heliseus in faciem

Cap. V

Universidad de Deusto
Biblioteca

mortui aſpirauit & reuixit. Sic ſonãt tua uerba iſta quaſi flandi tantum numerus interfuerit, ut non quod fecit deus, etiã Propheta feciſſe credatur. Et hoc ergo emendandum eſt. Tam multũ quippe interfuit inter illud opus dei, & hoc Heliſæi, ut ille flauerit flatũ uitę, quo fieret homo in animã uiuentem: iſte aũt flauerit flatum, neq; ſentientem neque uiuentem, ſed aliquid ſignificandi gratia figurantem. Deniq; ut puer iſte reuiuiſceret, non eum animando Propheta fecit, ſed eũ amando ut hoc deus faceret impetrauit. Quòd autem illum ter ſufflaſſe dicis, aut memoria ſicut fieri ſolet, aut mendoſitas codicis te fefellit. Quid plura? Nõ ſunt tibi ad hoc aſtruendũ aliqua exẽpla & argumẽta quærenda, ſed potius emendanda & mutanda ſententia. No
li ergo credere, noli dicere, noli docere, q̃ non de nihilo, ſed de ſua natura fecerit animã deus, ſi uis
Cap. VI eſſe catholicus. Noli dicere, nec credere, nec docere, per infinitũ tempus atq; ita ſemper deum animas dare, ſicut ſemper eſt ipſe qui dat, ſi uis eſſe catholicus. Erit enim tempus quando non dabit animas deus, cum tamen eſſe ipſe non deſinat. Poterat quidem ſic accipi, quod aiſti, ſemper dat, ut intelligeretur ſine ceſſatione dare, quandiu homines generant & generantur, ſicut dictum eſt de
2. Tim. 6 quibuſdam: Semper diſcentes, & ad ueritatis ſcientiam nunquam peruenientes. Non enim ſic accipitur quod hic poſitum eſt, ſemper, uelut nunq; deſinant diſcere, cũ proculdubio nõ diſcant, quando in hoc corpore deſtiterint uiuere, uel cum cœperint ſupplicio gehẽnalis ignis ardere. Sed tu nõ permiſiſti ſic accipi uerbum tuũ, cum dixiſti, ſemper dat, quandoquidem id ad infinitũ tempus reuocandum putaſti. Et parum hoc fuit. Sed tanq; quæreretur abs te, ut apertius explicares, quomodo dixeris, ſemper dat, addidiſti atq; dixiſti: Sicut ſemp eſt ipſe qui dat. Hoc ſana & catholica fides omnino cõdemnat. Abſit eñ ut credamus, q̃ animas deus ſemper det, ſicut ſemper eſt ipſe qui dat. Sic enim ſemper eſt ipſe, ut nunq; ipſe eſſe deſiſtat. Animas aũt non ſemper dabit, ſed eas finito generationis ſeculo, non iam naſcentibus quibus
Cap. VII dandę ſint, ꝓculdubio dare ceſſabit. Noli credere, nec dicere, nec docere, animã meritum aliquod perdidiſſe per carnem, tanq; boni meriti fuerit ante carnem, ſi uis eſſe catholicus. Nondum enim natos Apoſtolus nihil egiſſe dicit boni uel mali. Vnde ergo anima potuit ante carnẽ habere meritum bonum, ubi nihil egerat boni? An forte audebis eam dicere ante carnem bene uixiſſe, quam non potes oſtendere uel fuiſſe? Quomodo ergo dicis, nõ uis animam ex carne peccati cõtrahere ualetudinem, ad quam uiciſſim ſanctificationẽ uideas tranſire per carnẽ, ut per ipſam reparet ſtatũ, per quem perdiderat meritum? Hæc dogmata quibus putat anima ante carnem habuiſſe aliquem ſtatum bonũ & meritum bonum, ſi forte neſcis, exceptis antiquis hęreticis, etiã recentius in Priſcillianiſtis iam catholica damnauit Eccleſia. Noli credere, noli dicere, noli docere, animã per carnem reparare habitudinem priſcã & per illam renaſci, per quã merue
A rat inquinari, ſi uis eſſe catholicus. Vt eñ omittã in eo quod dixiſti, merito ergo per carnẽ, priſcam reparat habitudinẽ, quam uiſa fuerat pauliſper amiſiſſe per carnem, ut per eam incipiat renaſci per quam meruerat inquinari, tam in proximo tu ipſe tibijpſi extitiſti cõtrarius, ut homo qui pauloante dixeras, animã per carnẽ reparare ſtatum per quã perdiderat meritũ, ubi nullo modo poteſt niſi bonum meritum intelligi, quod uis utiq; per carnem in baptiſmate reparari: rurſus eam diceres inquinari meruiſſe per carnem, ubi iam non poteſt bonum ſed malum meritũ intelligi. Vt ergo id omittam: prorſus uel bonum, uel malum meritũ credere habuiſſe animam ante carnem, catholicum non eſt.

Noli credere, nec dicere, nec docere, q̃ anima Cap. VIII
B meruerit eſſe peccatrix ante omne peccatũ, ſi uis eſſe catholicus. Valde enim malum meritum eſt, meruiſſe fieri peccatricem. Et utiq; tam malũ meritum nullo modo habere potuit ante omne peccatum, pręſertim priuſquã ueniret in carnem, quando meritum nec malum potuit habere, nec bonũ. Quomodo igitur dicis: Anima itaq; ſi peccatrix eſſe meruit, quę peccatrix eſſe non potuit, neque in peccato remanſit, qa Chriſto pręfigurata, in peccato eſſe non debuit, ſicut eſſe non potuit. Attende quid dicas, & deſiſte iã dicere. Quomodo eñ meruit, & quomodo nõ potuit eſſe peccatrix? Quomodo, quęſo te, peccatrix eſſe meruit, quę male nõ uixit? Quomodo, quęſo te, peccatrix facta eſt, quę peccatrix eſſe nõ potuit? Aut ſi nõ potuit, ideo di-
C cis, qa pręter carnẽ non potuit: quomodo ergo meruit eſſe peccatrix, quo merito in carnẽ mitteret, quãdoquidẽ ante carnẽ non potuit eſſe peccattix, unde mali aliquid mereret. Noli credere, noli di Cap. IX
cere, noli docere, infantes anteq; baptizentur morte pręuentos, peruenire poſſe ad originalium indulgentiam peccatorũ, ſi uis eſſe catholicus. Exẽpla
Luc. 23 enim quæ te fallunt, uel de latrone qui dominum eſt cõfeſſus in cruce, uel de fratre ſanctæ Perpetuę Dinocrate, nihil tibi ad huius erroris ſententiã ſuffragantur. Latro quippe ille, quamuis potuerit iudicio diuino inter eos deputari, qui martyrij confeſſione purgantur, tamen etiã utrum nõ fuerit baptizatus ignoras. Nam ut omittã quod creditur, aqua ſimul cum ſanguine exiliente de latere domini, iuxta cõfixus potuiſſe perfundi, atq; huiuſmodi ſanctiſſimo baptiſmate dilui, quid ſi in carcere
D fuerat baptizatus, quod & pòſt pſecutionis tempore nõnulli clanculo impetrare potuerũt? Quid ſi & anteq; teneretur? Neq; enim propterea illi publicæ leges parcere poterant, quantum attinet ad corporis mortem, quoniã diuinitus remiſſionem acceperat peccatorum. Quid ſi iam baptizatus in latrocinij facinus & crimen incurrerat: & non expers baptiſmatis, ſed tanq; pœnitens accepit ſceleꝝ ueniã quæ baptizatus admiſit, quandoquidem pietas ẽ fidelis, & domino in animo eius, & nobis in eius uerbis apparuit? Nã ſi eos de qbus non ſcriptũ eſt, utrũ fuerint baptizati, ſine baptiſmo de hac uita receſſiſſe cõtendimus, ipſis calũniamur Apoſtolis, q pręter Apoſtolũ Paulum quan Act. 9
do bapti-

do baptizati fuerint, ignoramus. Sed si ipsos bapti A
zatos esse per hoc nobis innotescere potuit, quod
Ioan. 13 beato Petro dominus ait: Qui lotus est, nō indiget
nisi ut pedes lauet: quid de alijs, de quibus uel ta-
le nihil legimus dictū, de Barnaba, de Timotheo,
de Tito, de Sila, de Philemōe, de ipsis euāgelistis
Marco & Luca, de innumerabilibus cęteris: quos
absit ut baptizatos esse dubitemus, q̄uis non lega
mus? Dinocrates aūt septennis puer, in quibus an
nis pueri cum baptizant̄, iam symbolum reddunt
& pro seipsi ad interrogata respondent, cur non ti
bi usus fuerit baptizatus potuisse ab impio patre
ad gentilīū sacrilegia reuocari, & ob hoc fuisse in
pœnis, de quibus sorore orāte liberatus est, nescio.
Neq; enim & ipsum uel nunq̄ fuisse Christianū,
uel catechumenum defunctum fuisse legisti: quan B
quam ipsa lectio nō sit in eo canone scripturarum,
unde in huiusmodi quæstionibus testimonia pro-
Cap. X ferenda sunt. Noli credere, nec dicere, nec doce
re, quos dominus prædestinauit ad baptismum,
prędestinationi eius eripi posse, & ante defungi q̄;
in eis fuerit quod omnipotēs prædestinauit imple
tum, si uis esse catholicus. Nescio enim quæ hic
potestas cōtra potestatem dei casibus datur, q̄bus
irruentibus quod ille prædestinauit fieri nō sina-
tur. Hic error quanta errantē uoragine impietatis
absorbeat, exaggerare non opus est, cum pruden-
tem uirum & corrigi paratū breuiter admonuisse
sufficiat. Tua quippe ista sunt uerba. Habendā di-
cimus, inquis, de infantibus istiusmodi rationem,
qui prædestinati baptismati uitæ præsentis ante q̄; C
renascantur in Christo, præueniūtur occiduo. Er-
go ne prædestinati baptismo uitæ præsentis ante-
quam ad deum perueniāt, prȩueniuntur occiduo,
& prædestinaret deus quod futurū non fuisse præ
sciuit? Aut hoc futurum fuisse nesciuit, ut eius aut
prædestinatio frustraretur, aut præscientia fallere
tur? Vides quanta hinc dici possent, nisi quod pau
loante dixi tenerē, ut hinc te breuiter admonerē.
Noli credere, nec dicere, nec docere, de infantib.
qui priusq̄ renascantur in Christo, præueniuntur
Sap. 4 occiduo, scriptum esse: Raptus est ne malitia mu-
tet intellectū illius, aut ne fictio decipiat animā e-
ius, propter hoc properauit de medio iniquitatis
illum educere. Placita em̄ erat deo anima eius, &
consummatus in breui expleuit tempora longa: si D
uis esse catholicus. Hoc enim ad illos omnino non
pertinet, sed ad eos potius q̄ baptizati et pie uiuen
tes, diu nō permittunt̄ hic uiuere, non annis, sed sa
pientię gratia cōsummati. Iste uero error quo puta
tur hoc de paruulis anteq̄; baptizentur morienti-
bus esse dictū, ipsi sacrosancto lauacro intolerabi-
lem facit iniuriā, si paruulus q̄ baptizatus rapi po-
terat, ꝓpterea prius rapitur, ne malitia mutet illius
intellectū, aut ne fictio decipiat animā eius: quasi
in eodem baptismo hęc esse malitia credatur, & fi-
ctio in peius mutetur & decipiatur, si non ante ra-
piatur. Deinde quoniam placita erat deo anima e-
ius, properauit de medio iniquitatis illū educere,
ita ut nec paululū remoraretur, ut quod in eo præ-
destinauit, impleret: sed cōtra suam prædestinatio-
nem facere maluit, tanq̄; festinans, ne quod ei pla-
cuerat in nō baptizato, exterminaretur in baptis-
mo: tanquam moriturus infans ibi pereat, quò cur
rendum est cum illo ne pereat. Quis ergo hæc uer
ba scripta in libro sapiētiæ, de paruulis sine baptis-
mate mortuis dicta esse crederet, diceret, scribe-
ret, recitaret, si ea sicut oportuerat, cogitaret?

Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquas mā Cap. XI
siones esse extra regnum dei, quas esse dominus
dixit in domo patris sui, si uis esse catholicus. Non
enim ait, sicut hoc testimoniū ipse posuisti, multæ
mansiones sunt apud patrē meum. Quòd si ita di-
xisset, nō alibi essent intelligendæ q̄; in domo pa-
tris eius. Sed aperte ait: In domo patris mei mā sio
nes multę sunt. Quis ita q̄; audeat aliquas partes do
mus dei separare à regno dei: ut cū reges terrę non
tantum in domo sua, nec tantū in patria sua, sed lō
ge lateq̄; etiā trans mare regnare inueniantur, rex
qui fecit cœlum & terrā, nec in tota domo sua re-
gnare dicatur? Sed forte dicas, omnia quidē perti-
nere ad dei regnum, quia regnat in cœlis, regnat in
terris, in abyssis, in paradiso, in inferno. ubi enim
non regnat, cuius ubiq̄; summa potestas est? sed ali
ud esse regnum cœlorum, quò fas non est accede-
re nisi lauacro regenerationis ablutos, propter do
minicam ueram fixamq̄; sententiam: aliud autem
esse regnum terrarum, uel aliarum creaturæ parti-
um, ubi possunt esse aliquę mansiones domus dei,
quamuis pertinentes ad regnum dei, non tamen
ad regnum cœlorū, ubi excellentius & beatius est
regnum dei: ita fieri, ut nec aliquæ domus dei par-
tes atq̄; mansiones, à regno dei nefarie separentur,
& tamen non omnes in regno cœlorū mansorib⁹
præparentur: atq̄; in ijs quæ in regno cœlorū non
sunt, possint feliciter habitare, quibus eas etiam
non baptizatis deus dare uoluerit, ut in regno dei
sint, quamuis in regno cœlorū quia baptizati non
sunt, esse non possint. Hoc qui dicunt, uidēt̄ qui-
dem sibi dicere aliquid, quia scripturas negligen-
ter attendunt, & quomodo regnū dei dicatur, un-
de oramus dicentes: Veniat regnum tuum: non in Matt. 6
telligunt, quia regnū dei dicitur, ubi cum illo fide-
lis familia eius, beate & sempiterne tota regnabit.
Nam secundū potestatem quæ illi sup̄ omnia est,
etiā nunc ubiq̄; regnat. Quid ergo est qd̄ oramus
ut ueniat, nisi ut cū illo regnare mereamur? Sub
eius autem potestate etiam illi erunt, qui pœna æ-
terni ignis ardebunt. Numquid nam ob hoc etiam
ipsos, in regno dei futuros dicturi sum⁹? Aliud est
em̄ regni dei muneribus honorari, aliud regni dei
legibus coerceri. Vt aūt ibi manifestissime appare-
at, nō esse regnum cœlorū distribuendū baptiza-
tis, & alias partes regni dei dandas quibus tibi ui-
sum est, nō baptizatis: ipsum dominū audi, q̄ non
ait: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu,
nō potest intrare in regnū cœlorū: sed non potest,
inq̄t, intrare in regnū dei. Nam uerba eius de hac
re ista sunt ad Nicodemū: Amē amē dico tibi, nisi Ioan. 3
quis natus fuerit denuo, nō potest uidere regnum
dei. Ecce nō hic dixit, regnū cœlorū: sed, dei. Et cū
respondisset Nicodemus atq̄; dixisset: Quomodo

Universidad de Deusto
Biblioteca

potest homo nasci cũ senex sit? nũqd potest in uentrem matris suæ iterato introire, & renasci? Eandẽ dominus sententiã planius apertiusq; repetẽs, ait: Amen amẽ dico tibi, nisi quis renat⁹ fuerit ex aqua & spiritu, nõ potest introire in regnum dei. Ecce nec hic dixit regnũ cœlorũ, sed regnum dei. Quod eñ dixerat: Nisi quis natus fuerit denuo, hoc qd esset exposuit dicens: Nisi quis renatus fuerit ex aqua & spiritu. Et quod dixerat, non potest uidere, hoc exposuit dicendo, nõ potest introire. Illud aũt quod dixerat, regnũ dei, non alio nomine repetiuit. Neq; nunc opus est quærere atq; disserere, utrũ regnũ dei, regnumq; cœlorũ, cum aliqua differentia sit intelligendũ: an res una sit duobus appellata nominibus. Sufficit quòd nõ potest introire in regnum dei, qui non fuerit lauacro regenerationis ablutus. Mansiões aũt aliquas cõstitutas in domo dei separare à regno dei, q̃ sit à ueritate deuiũ, puto quòd iam intelligas. Et ideo q̃ putasti, in aliquibus mansionibus quas dominus multas esse dixit in domo patris sui, mansuros quosdã etiam non renatos ex aqua & spiritu, ut fidem catholicam teneas, admoneo si permittis, emendare non differas.

Cap. XII Noli credere, nec dicere, nec docere sacrificium Christianorũ pro ijs qui nõ baptizati de corpore exierint offerendũ, si uis esse catholicus. Quia nec illud qd⁹ de Macchabæorũ libris cõmemorasti sacrificium Iudęorũ, pro eis qui non circumcisi de corpore exierũt, ostendis oblatũ. In qua tua sententia tam noua, & cõtra Ecclesię totius authoritatem disciplinamq; prolata, uerbo etiã insolentissimo usus es, dicens: Pro his sanè oblationes assiduas, & offerẽda iugiter sanctorũ censeo sacrificia sacerdotum. ut te homo laicus sacerdotibus dei, nec discendo subderes, nec saltẽ simul quærendo miscereres, sed censendo præponeres. Aufer tibi ista fili: Non sic in uia, quã Christus humilis seipsum esse docuit, ambulat. Nullus cũ hoc tumore per an-

Cap. XIII gustam portã eius ingreditur. Noli credere, nec dicere, nec docere, aliquos eorũ qui sine baptismo Christi ex hac uita emigrauerint, interim nõ ire in regnum cœlorũ, sed in paradisum, postea uero in resurrectione mortuorũ, etiam ad regni cœlorum beatitudinẽ peruenire, si uis esse catholicus. Hoc enim eis dare nec Pelagiana hæresis ausa est, quæ opinatur paruulos non trahere originale peccatũ. quos tu q̃uis sicut catholicus cũ peccato nasci fatearis, nescio qua tamen peruersioris nouitate opinionis, sine baptismate salutari, & ab hoc peccato cum quo nascuntur absolui, & in regnũ cœlorum asseris introduci. Neq; cõsideras, in hac causa quãto deterius sapias q̃ Pelagius. Ille quippe dominicam sententiã pertimescens, qua non baptizati in regnum cœlorũ non permittũtur intrare, licet eos quos ab omni peccato liberos credit, nõ illò audet paruulos mittere. Tu uero sic cõtemnis quod di-

Ioan. 3 ctum est: Si quis non renatus fuerit ex aqua & spiritu, non potest intrare in regnũ dei: ut excepto errore quo audes à regno dei paradisum separare, q̃busdam quos reos nasci sicut catholicus credis, sine baptismate mortuis, & illius reat⁹ absolutionẽ, & regnum cœlorũ non dubites insuper polliceri: quasi contra Pelagiũ in originali peccato astruendo, tunc esse possis catholicus uerus, si cõtra dominum fueris in destruenda eius de baptismo sententia hęreticus nouus. Nos te dilectissime nõ sic uolumus hæreticorũ esse uictorem, ut error uincat errorem, & quod est peius, maior minorẽ. Dicis eñ: Aut si forte quispiã reluctetur, latronis animę uel Dinocratis interim temporarie collatum esse paradisum, nam superesse illis adhuc in resurrectione pręmiũ regni cœlorum: quanq; sententia illa principalis obsistat, quia qui nõ renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, nõ intrabit in regnũ cœlorum, tamen teneat etiã meum in hac parte nõ inuidentis assensum, modo misericordię præsciętiæq; diuinæ & effectũ amplificet, & affectum. Hæc uerba tua sunt, ubi te cõfiteris consentire dicẽti, quibusdam non baptizatis sic temporarie collatũ esse paradisum, ut superfit illis in resurrectione præmiũ regni cœlorũ, contra sententiã principalem qua cõstitutum est, non intraturũ in illud regnũ, qui non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto. Quã sententiã principalem timẽs uiolare Pelagius, nec illos sine baptismo in regnũ cœlorum credidit intraturos, quos non credidit reos. Tu aũt & originalis peccati reos paruulos confiteris, & tamen eos sine lauacro regenerationis absoluis, & in paradisum mittis, & postea etiã regnum cœlorũ intrare p̃mittis.

Cap. XIIII Hæc & huiusmodi, si & alia forsitan in tuis libris attẽtior & ociosior inuenire potueris, sine ulla dilatione iam corrige, si animũ catholicum geris, id est, si ueraciter prælocutus es, dicens, q̃ tibi ipsi credulus nõ sis ea probare posse quæ dixeris, & q̃ semper studeas etiam propriã sententiam nõ tueri, si improbabilis detegat̃, & sit tibi cordi, proprio iudicio damnato, meliora magis & quæ sunt ueriora sectari. Modo proba charissime, non te fallaciter ista dixisse, ut de tua indole, nõ solum ingeniosa, uetumetiã pia, modesta, gaudeat catholica Ecclesia, non de cõtentiosa pertinacia hęretica exardescat insania. Nunc est ut ostẽdas quanta post hæc bona uerba quæ tua cõmemorauí, syncerita-te pectoris dixeris, quod continuo subiecisti. Nam ut est, inquis, optimi propositi, laudandiq; consilij facile ad ueriora traduci, ita improbi obstinatiq; iudicij est, nolle citius ad tramitem rationis inflecti. Est igitur optimi propositi laudandiq; consilij, & facile ad ueriora traducere. Nec sis improbi obstinatiq; iudicij, ut nolis citius ad tramitẽ rationis inflecti. Si enim hæc liberaliter elocutus es, si nõ in labijs ista sonuisti, sed intus & germanitus in corde sensisti, in tuæ correctiõis tanto bono etiam moras odisti. Parum quippe tibi fuit dicere, improbi obstinatiq; esse iudicij, nolle ad tramitem rationis inflecti, nisi adderes citius: ut hinc ostenderes q̃ sit execrandus qui bonum hoc nunq; facit, quando-quidem qui tardius facit, tanta tibi uidetur seueritate culpandus, ut merito improbi iudicij obstinatiq; dicatur. Audi ergo teipsum, tuq; potissimum & maxime eloquij tui fructibus utere, ut citius te ad rationis tramitem grauitate mentis inflectas,

quàm

Universidad de Deusto
Biblioteca

quàm te inde minus erudite parumq; consulte lubrico ętatis auerteras. Nimis longũ est omnia quę in tuis libris, uel potius in teipso uolo emendari, pertractare atq; discutere, et saltem breuem tibi de singulis corrigendis reddere rationem. Nec ideo tamen te contemnas, ut arbitreris ingenium & eloquium tuum parui esse pendendum. Nec sanctarum scripturarum memoriam in te paruam esse cognoui, sed eruditio minor est, quàm tantæ indoli laboriq; cõgruebat. Itaq; te nec amplius quàm oportet tibi tribuẽdo uanescere uolo, nec rursus te abiiciendo ac desperando frigescere. Vtinam tua scripta tecum legere possem, & colloquendo potius quàm scribendo, quæ sint emendanda monstrarem. Facilius hoc negocium perageretur nostra inter nos sermocinatiõe, q̃m literis: quæ si scribenda esset, multis uoluminibus indigeret. Verũ ista capitalia, quæ certo etiã numero cõprehendere uolui, instanter admoneo ne corrigere differas, & ea prorsus à fide & prædicatione tua facias aliena: ut quanta tibi facultas est disputandi, munere dei utaris utiliter ad ædificationẽ, nõ ad destructionem sanę salubrisq; doctrinæ. Cap. XV Sunt autẽ ista de quibus ut potui iam disserui, sed breuiter ea repetendo percurram. Vnum est, quod animam nõ ex nihilo, sed de seipso deum fecisse dixisti. Alterum per infinitum tempus, atq; ita semper deum animas dare, sicut semper est ipse qui dat. Tertium, animam meritum aliquod perdidisse per carnem, quod habuerit ante carnem. Quartum, animam per carnem reparare habitudinem priscã, & per C eandem carnem renasci, per quam meruerat inquinari. Quintum, quòd anima meruerit esse peccatrix ante omne peccatum. Sextum, infantes antequam baptizentur morte pręuentos, peruenire posse ad originalium indulgentiã peccatorum. Septimum, quos dominus prędestinauit ad baptismum prædestinationi eius eripi posse, & ante defungi q̃m in eis fuerit quod omnipotens prædestinauit impletum. Octauum, de infantibus qui priusq; renascantur in Christo, præueniuntur occiduo, scriptũ Sap. 4 esse: Raptus est ne malitia mutaret intellectum illius: & cętera quę in eã sententiã in sapientię libro leguntur. Nonum, aliquas mansiones esse extra regnum dei, earũ quas dominus esse dixit in domo patris sui. Decimum est, sacrificiũ Christianorum, pro eis qui non baptizati de corpore exierint offerendum. Vndecimũ, aliquos eorum qui sine baptismo Christi ex hac uita emigrauerint, interim non ire in regnũ, sed in paradisum, postea uero in resurrectione mortuorũ etiam ad regni cœlorum beatitudinem peruenire. Hæc interim undecim multũ aperteq; peruersa, & fidei catholicæ aduersa, nunc iam nihil cunctaris extirpare atq; abiicere ab animo, à uerbo, à stilo tuo: si uis ut te non solum ad altaria transisse catholica, sed uere catholicum esse gaudeamus. Nam hæc si ptinaciter singula defendantur, tot hæreses facere possunt, quot opiniões esse numerãtur. Quocirca considera q̃m sit hoc horrendum, ut omnes sint in uno homine, quæ damnabiles essent in singulis singulæ. Sed si tu pro eis A nulla contentione pugnaueris, imò uero eas fidelibus uerbis & literis expugnaueris, laudabilior eris censor in teipsum, quàm si quemlibet alium recta ratione reprehenderis, & mirabilior eorum emendator, quàm si nunquã illa sensisses. Assit dominus tuæ menti, & tantã spiritui tuo spiritu suo, facilitatem humilitatis, lucẽ ueritatis, dulcedinem charitatis, pacem pietatis infundat, ut uictor tui animi malis esse in ueris, q̃m cuiuslibet contradicentis in falsis. Absit autẽ ut te arbitreris hæc opinando à fide catholica recessisse, quãuis ea fidei sint aduersa catholicæ: si corã deo cuius in nullius corde oculus fallitur, ueraciter te dixisse resipiscis, nõ te tibiipsi esse credulũ, probari ea quæ dixeris posse: ac studere te semper etiam propriam sentẽtiam B non tueri, si improbabilis detegatur, eo quod sit tibi cordi, proprio damnato iudicio, meliora magis & quæ sint ueriora sectari. Iste quippe animus etiam in dictis per ignorantiã non catholicis, ipsa est correctionis præmeditatione ac præparatione catholicus. Sed iste sit modus huius uoluminis, ubi requiescat paululum lector, ut ad ea quæ sequuntur, eius intentio ab alio renouetur exordio.

Libri tertij finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, de anima & eius origine, ad Vincentium Victorem, Liber quartus.

CCIPE nunc iam etiam de Cap. I meipso quæ tibi dicere cupio, si possim, hoc est, si ille donauerit, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri. Reprehendisti enim me bis numero exprimens etiam meum nomen. A Et cũ te in principio libri tui imperitiæ tuæ admodum conscium, & doctrina & adminiculo destitutum, me uero ubi nominasti, doctissimũ ac peritissimum dixeris: tamen quibus in rebus tibi uisus es nosse, qd' ego uel nescire me fateor, uel q̃uis nescia scire præsumo: libertate qua oportebat, nõ tantum senem iuuenis, et Episcopũ laicus, uerũetiam hominem tuo iudicio doctissimũ & peritissimum D non dubitasti reprehendere. Ego autem & me doctissimum ac peritissimũ nescio, imò uero me non esse certissime scio: & fieri posse non ambigo, ut aliquid imperito & indocto cuipiam scire contingat, quod aliquis doctus & peritus ignorat. & in hoc te plane laudo, quòd ueritatem etsi nunquam percepisti, certe quam putasti, homini prætulisti: ideo qdem temere, quia existimasti scire te quod nescis: sed ideo libere, quia personam nõ ueritus, elegisti aperire quod sentis. Vnde te intelligere oportet, quãto esse nobis debeat cura maior, dominicas oues reuocare ab errorib⁹, si & ouibus turpe est uitia pastorũ, si qua cognouerunt, eisdem occultare pastoribus. O si illa reprehenderes mea, quæ iusta reprehensiõe sunt digna. Neq; eñ nega

Universidad de Deusto
Biblioteca

re debeo, ſicut in ipſis moribus, ita multa eſſe in tam multis opuſculis meis, quæ poſſint iuſto iudicio, et nulla temeritate culpari. Ex qbus ſi aliqua reprehenderes, illic & tibi fortaſſis oſtenderē, qualem te eſſe, in quibus nō perperam reprehenderes uellem, meq; tibi iuniori maior, & præpoſitus ſubdito, correctionis exemplū, quanto humilius, tanto ſalubrius exhiberem. Sed ea in me reprehendiſti, quæ nō corrigere humilitas, ſed partim fateri,
Cap. II partim defendere ueritas cogit. Hæc aūt ſunt: Vnum, q̄ de origine animarū, quæ poſt primum hominem datæ ſunt, uel dantur hominibus, non ſum auſus aliquid definire, quia fateor me neſcire. Alterum, q̄ animā ſcire me dixi ſpiritum eſſe, non corpus. Sed in hoc altero duo reprehēdiſti. Vnum quòd nō eam crederem corpus eſſe. Alterū, quòd eam ſpiritum crederem. Tibi enim uidetur & corpus eſſe animam, & non eſſe ſpiritum. Audi igitur purgationem meam contra reprehenſionē tuam, & ex hac occaſione qua me tibi purgo, in teipſo diſce quæ purges. Recole uerba libri tui, ubi me primitus nominaſti: Scio, inquis, pleroſq; & facile peritiſſimos uiros, inſuper & conſultos tenuiſſe ſilentium, aut nihil expreſſius elocutos, cum definitionem diſputationibus ſuis inchoata expoſitiōe ſubtraherent, ſicuti nunc nuper apud te Auguſtini doctiſſimi uiri prædicatiq; Epiſcopi cōprehenſum literis lectitaui: modeſtius quidem ut reor, ac uerecundius huiuſce rei arcana rimantes, intra ſeipſos tractatus ſui deuoraſſe iudicium, neq; ſe poſſe exhinc aliquid determinare profeſſos. Sed mihi
C crede, ſatis ſuperq; uidetur abſurdum atq; incongruum rationi, ut homo ipſe expers ſui ſit. aut is q̄ rerum omnium creditur adeptus eſſe notitiam, ſibijpſi habeatur ignotus. Quid aūt differt homo à pecore, ſi neſcit de ſua qualitate naturaq; diſquirere atq; differere, ut merito in illum cōueniat quod
Pſal. 48 ſcriptū eſt: Homo cum eſſet in honore non intellexit, aſſimilatus eſt iumentis, & cōparatus eſt eis. Nam cum deus bonus nihil non ratione condiderit, ipſumq; hominem animal rationale, intellectus capacem, rationis cōpotem, ſenſuq; uiuacem, qui omnia rationis expertia prudenti ordinatione diſtribuat, procreauerit: quid tam inconuenienter dici poteſt, quàm ut eum ſola ſui notione fraudauerit? Et cum ſapientia mundi, quæ ſeſe uſque ad ue
D ri cognitionem ſuperuacua quidem inueſtigatione protendit, quia ſcire nequit per quem licet quę ſunt uera cognoſci, aliqua tamen uicina, imò affinia ueritati tentauerit ſuper animæ natura diſpicere: quàm indecens atque pudendum eſt, religioſum quenquam de hocipſo aut nihil ſapere, aut penitus ſibi interdixiſſe ne ſapiat. Iſta tua noſtrę ignorantiæ diſertiſſima & luculentiſſima caſtigatio, omnia quæ ad naturam hominis pertinent, ſic te ſcire compellit, ut ſi eorum aliquid ignoraueris, non meo, ſed tuo iudicio pecoribus cōpareris. Quāuis enim nos inſignius uidearis attingere, eo qđ dixiſti: Homo cum eſſet in honore non intellexit: quia in quo tu non es, honore ſumus Eccleſiæ: tamen etiam tu in eo es honore naturæ, ut pecoribus prę
A ferariſ. Quibus ſecundum tuum iudicium comparandus es, ſi aliquid eorum quæ ad naturam tuam conſtat pertinere, neſciueris. Neque enim eos aſperſiſti hac reprehenſiōe tantūmodo, qui hoc neſciunt quod ego neſcio, hoc eſt, humanæ animę originem: quam quidem non penitus neſcio, ſcio enim deum flauiſſe in faciē primi hominis factūq; Gen. 2
eſſe hominem in animam uiuam, quod tamen niſi legiſſem, per meipſum ſcire non poſſem. Sed dixiſti: Quid aūt homo differt à pecore, ſi neſcit de ſua qualitate naturaq; diſquirere atq; differere? Quod ſenſiſſe ita uideris tanq;, de uniuerſa ſua qualitate atq; natura ſic homo diſquirere atq; differere debeat, ut nihil eum ſui lateat. Quod ſi ita eſt, iam te pecoribus comparabo, ſi mihi non reſpōderis tuo
B rum numerum capillorum. Sí autem quantūcunque proficiamus in hac uita, aliqua nos ad noſtrā naturam pertinentia neſcire concedas, quæro id quantum quatenusq; cōcedas, ne forte & hoc ibi ſit quòd animæ noſtræ nō omnimodo ſcimus originem: quamuis quod ad ſalutem pertinet fidei, diuinitus animam datam, eamq; nō eius cuius deus eſt eſſe naturæ, remotis ambagibus nouerimus. An forte hactenus putas naturam ſuam cuiq; neſciendam, quatenus eam tu neſcis: hactenus ſciendam, quatenus eā tu ſcire potueris, ut ſi paulo amplius te quis neſcierit, eū pecoribus cōpares, q̄ ſcientior illo eſſe potuiſti: atq; ita ſi quis eam paulo plus te ſcierit, eadē iuſtitia te ille pecoribus cōparabit? Dic ergo quatenus nobis naturam noſtram
C neſcire concedas, ut à pecoribus ſalua ſit noſtra diſtantia. Et conſidera tamen ne plus à pecoribus diſtet, qui eius aliquid neſcire ſe ſcit, q̄ qui ſe putat ſcire quod neſcit. Natura certe tota hominis eſt ſpiritus, anima & corpus. Quiſquis ergo à natura humana corpus alienare uult, deſipit. Medici tamen qui appellantur anatomici, per mēbra, per uenas, per neruos, per oſſa, per medullas, per interiora uitalia etiā uiuos homines q̄diu inter manus rimantium uiuere potuerunt, diſſiciendo ſcrutati ſunt, ut naturā corporis noſſent. Nec tamē nos quia iſta neſcimus pecoribus cōparauerunt. Niſi forte dicturus es, eos pecoribus cōparādos qui animæ naturam, non qui corporis neſciunt. Non ergo ita prę loqui debuiſti. Neq; enim aiſti: Quid differt homo à pecore, ſi neſcit de animæ ſuæ qualitate atq; natura: ſed aiſti, ſi neſcit de ſua qualitate naturaq; diſquirere atq; differere. Qualitas itaq; noſtra, et natura noſtra cum corpore cōputantur, quamuis de his quibus conſtamus, ſingillatim ſingulis differatur. Verum ego quàm multa poſſim de hominis natura ſcientiſſime diſputare, ſi explicare uelim, plura uolumina implebo, multa me tamen ignorare cōfiteor. Tu autem quò uis pertinere quod in ſuperio Cap. III
relibro de flatu hominis diſputauimus? Vtrum ad animæ naturam, quia ipſa id agit in homine: an ad corporis, quod ab ea mouetur ut id agat: an ad huius aeris, cuius reciprocatu id agere declaratur: an potius ad oīa tria, ad animā ſcilicet quæ corpus mouet, & ad corpus quod motu flatum recipit atque reddit, & ad auram iſtam undiq; circūfuſam,

quæ

Universidad de Deusto

quæ intrando alit, releuat exeundo. Et tamen hoc literatus homo atq; facūdus utiq; nesciebas, quando credebas, dicebas & scribebas, & in conuentu multitudinis cōgregatæ legebas, & de natura nostra utrem inflari, & naturam nostrā inde minus nihil habere: cū hoc unde faciamus, facillime possēs, nō diuinas & humanas paginas perscrutādo, sed in te aduertēdo nosse cū uelles. Quomodo igitur tibi cōmittam ut me doceas de origine animarum, quod me nescire confiteor, qui quod tuis naribus atq; ore sine intermissiōe facis, unde facias ignorabas? Et præstet dominus ut à me cōmonitus, cedas potius q̄ resistas tam in promptu positæ atq; apertissimæ ueritati. Nec de utre inflando sic interroges pulmones tuos, ut eos aduersus me habere malis inflatos, q̄ eis acquiescere te docentibus, & responsum tibi uerum, non loquendo & altercando, sed spirando & respirādo reddētibus. Proinde ignorantiam meā de origine animarum te corripientē atq; obiurgantē, nō molestē ferrē, imò insuper & gratias magnas agerē, si eam mihi nō solū duris percuteres cōuitijs, sed ueris etiam excuteres dictis. Si enim me posses docere quod nescio, non solum te uerbis, sed & pugnis cædentem deberē patientissime sustinere. Nam fateor dilectioni tuæ, quantū attinet ad istā quæstionem unum de duobus ualde cupio nosse si possim, uel de animarū origine, quod ignoro, uel utrū pertineat ad nos hoc nosse cū hic uiuimus. Quid si eñ ex illis rebus est, de quibus nobis dicitur: Altiora te ne quæsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris, sed quę præcepit tibi dominus illa cogita semper? Verum hoc nosse cupio, aut ab ipso deo sciente quod creat, aut etiā ab aliquo docto sciente quod dicat, non ab homine nesciente quod anhelat. Infantiam suā quisq; nō recolit, & putas hominē nisi deo docente posse cognoscere, unde in matris utero uiuere cœperit, præsertim si usq; adeo illum adhuc lateat humana natura, ut non solū quod intus habeat, uerūetiam quid ad eā forinsecus accedat, ignoret. Itáne dilectissime tu me docebis aut quemq̄, unde homines nascentes animentur, qui nesciebas adhucusq; unde uiuētes sic alantur, ut illo alimēto paululū subtracto continuo moriantur? Tu me docebis aut quemq̄, unde homines animent, q̄ nesciebas adhucusq; unde utres quando inflantur, impleātur? Vtinā quemadmodū nescis unde origo sit animarū: sic ego saltē scirem utrum mihi in hac uita sciēdum esset, Si eñ ex illis est altioribus, quæ inquirere scrutariq; prohibemur, timendū est ne hoc nō ignorādo, sed quærēdo peccemus. Nec q̄ eñ propterea non esse de illis altioribus putare debemus, quia non ad dei naturā pertinet, sed ad nostrā. Quid q̄ nonnulla in operibus dei, q̄ ipse deus inquantū cognosci potest, difficilius cognoscūtur? Nā didicimus deum esse trinitatē: quot aūt animaliū genera creauit, saltē terrestriū, quæ in arcam Noe intrare potuerūt, adhucusq; nescimus. Nisi hoc tu iā forte didicisti. In libro etiā Sapientiæ scriptū est: Si enim tātum potuerunt ualere ut possent æstimare seculū, quo-

Cap. IIII

Eccl. 3

Cap. V

Cap. 13

A modo eius dominum nō facilius inuenerunt? An quia hoc intra nos est, ideo nō altius nobis est? Interior enim est animæ nostræ natura q̄ corpus. Quasi uero corpus ipsum nō facilius nosse potuerit anima extrinsecus per oculos ipsius corporis, q̄ intrinsecus per seipsam. Quid eñ est in intestinis corporis ubi nō est ipsa? Et tamen etiā quæq; interna atq; uitalia oculis corporis inquisiuit, & quicqd ex eis discere potuit, per oculos corporis didicit. Et certe ibi erat etiam qñ illa nesciebat. Et cū uiscera intrinsecꝰ nostra nō possint sine anima uiuere, facilíꝰ ea potuit anima uiuificare q̄ nosse. An forte ad eius cognitionē altius illa est corpus eius q̄ ipsa, & ideo si uelit inquirere atq; discernere, quādo semen hominis cōuertat in sanguinē, quādo in solidā carnē, quādo ossa durari, quādo incipiāt medullari: quot sint genera uenarū atq; neruorū, qbus discursibus & anfractibus uniuersum corpus illæ irrigēt, illi alligēt: utrū in neruis deputanda sit cutis: utrū in ossibus dētes, distāt enim q̄ medulla carēt: & quid ab utrisq; differāt ungues, quoniā his duricia similes sunt: præcidi aūt & crescere, cōmune illis est cū capillis: quisnam sit usus uenarū, non sanguinis, sed aeris, quas arterias uocant: hæc atq; huiusmodi de natura corporis sui, si anima nosse desideret, tunc dicendū est homini, Altiora te ne quęsieris, & fortiora te ne scrutatus fueris. si aūt de sua origine quod nescit, inquirat, non est altius neq; fortius, q̄ ut id possit apprehendere: & absurdum existimas atq; incongruū rationi, ut nesciat anima, utrum nam diuinitus insufflata sit, an de parentibus tracta, cū hoc iam præteritum non meminerit, & inter illa deputet, quæ irrecuocabiliter, sicut infantiam, & cætera recentis ab utero ętatis oblita est, si tamē cū sensu eius aliquo factū est quando factū est: nec putas absurdū atq; incongruum, ut corpus sibi subditum nesciat, & quod nō est de præteritis eius, sed de præsentibus prorsus ignoret, utrum uenas moueat ut uiuat in corpore: neruos autē, ut mēbris corporis operet, & si ita est, cur neruos non moueat, nisi uelit: pulsus aūt uenarum etiam si nolit, sine intermissione agat: de qua parte corporis cæteris dominetur, quod ἡγεμονικὸν uocant, utrū de corde, an de cerebro, an dispertitis de corde motibus, de cerebro sensibus, an de cerebro & sensibus & uolūtarijs motibus, de corde aūt nō uolūtarijs uenarū pulsibus: & si de cerebro illa duo facit, cur sentiat, & si nolit, mēbra uero nō moueat nisi uelit? Cū igitur hæc in corpore nisi ipsa non faciat, cur nescit q̄d facit, uel unde facit? Nec ei turpe est ista q̄ nescit, & turpe esse existimas, si nesciat unde uel qūo facta sit, cū seipsa nō fecerit? Animā uero, nulli sciūt quomodo hæc, & unde agat in corpore, ideo ad altiora ac fortiora id ptinere nō putas? At ego hinc tibi maiorē moueo quæstionem, cur paucissimi nouerint unde agāt, quod oēs agunt? Fortasse dicturꝰ es, Quia illi didicerūt artē anatomicā uel empiricā, quas medicinalis cōtinet disciplina, quā pauci assequūt. Cæteri uero ista discere noluerūt, cū potuissent si utiq; uoluissent. Vbi omitto dice

Eccl. 13

Cap. VI

Universidad de Deusto
Biblioteca

re,cur multi conentur díſcere iſta,nec poſſunt: qa tardo,quod multum mirũ eſt,impediuntur ingenio,ea diſcere ab alijs,quæ aguntur ab eis ipſis,& in eis ipſis. Sed hæc ipſa eſt maxima quæſtio, cur arte non mihi opus ſit,ut eſſe in cœlo ſolẽ ſciam, & lunam,& alia ſydera: & arte mihi opus ſit, ut ſciam quando digitum moueo unde incipiã,à corde,an à cerebro,an ab utroq;,an à neutro. Et doctore nõ egeam,ut ſciam quid ſit tam longe altius ſuper me:ab alio aũt homine diſcere expectẽ, unde agatur à me quod agitur in me. Nam cũ in corde cogitare dicamur, & quod cogitamus, nullo alio homine ſciente ſciamus, ipſum tamẽ cor ubi cogitamus,neſcimus in qua parte corporis habea mus,niſi ab alio diſcamus qui neſcit quod cogita mus. Nec ignoro cũ audimus, ut ex toto corde di ligam⁹ deũ,nõ hoc dici de illa particula carnis noſtræ quæ ſub coſtis latet,ſed de illa ui qua cogitationes fiunt. Quę merito appellatur hoc nomine, quia ſicut motus non ceſſat in corde, unde ſepulſus diffundit uſquequaq; uenarum,ita nõ quieſcimus aliquid cogitando uerſare. Veruntamẽ cum omnis ſenſus ab anima inſit corpori,cur etiam in tenebris & oculis clauſis, ſenſu corporis qui uocatur tactus,membra forinſecus noſtra numeremus:ipſius aũt animę interiore preſentia,qua cunctis quæ uiuificat atq; animat præſto eſt,nulla intrinſecus noſtra uiſcera nouerimus,non medicos empiricos, nec anatomicos, nec dogmaticos, nec methodicos,ſed hominẽ ſcire arbitror nemiñẽ.Et quiſquis fuerit conatus hæc dicere, nõ fruſtra ei dicit: Altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus fueris.Neq; eñ altiora ſunt q̃ poteſt noſtra ſtatura cõtingere, ſed q̃ poteſt noſtra coniectura cõprehendere,& fortiora q̃ poteſt uis humani ingenij penetrare,& tamen nõ eſt cœlũ cœli,nõ dimenſio ſyderum,nõ modus maris atq; terrarũ,nõ infernus inferior. Nos ſumus qui nos cõprehendere nõ ualemus:Nos modulũ ſcientię noſtræ altiores fortioresq; ſuperamus. Nos non poſſumus capere nos,& certe non ſumus extra nos. Nec ideo cõparãdi pecoribus, qa id quod ſumus nõ penitus inuenimus:& cõparandos nos pecoribus putas, ſi quod fuimus obliti ſumus, ſi tamẽ id aliquando noueramus. Neq; eñ nunc anima mea trahit ex parẽtibus,aut inſufflatur à deo. Vtrumlibet horũ fecerit,tũc fecit quando me creauit,non etiam nũc de me,uel in me facit. Actum illud atq; trãſactum eſt, nec præſens mihi eſt nec recẽs. Ne id quidẽ ſcio utrũ id ſcierim,oblitusq; ſim, an uero nec tũc quando factũ eſt,id ſentire ac noſſe po-

Cap. VII tuerim. Ecce modo dum ſumus, dum uiuimus, dum nos uiuere ſcimus,dũ meminiſſe nos,& intelligere & uelle certiſſimi ſumus, qui nos naturę noſtrę magnos cognitores eſſe iactamus,quid ualeat memoria noſtra, uel intelligẽtia,uel uolũtas, oñino neſcimus. Amicus quidã meus iã inde ab adoleſcentia, Simplicius nomine,homo excellentis mirabiliſq; memoriæ, cũ interrogatus eſſet à nobis, quos uerſus Virgilius in oñibus libris ſupra ultimos dixerit,continuo, celeriter memoriter q; reſpõdit. Quæſiuimus etiã ſuperiores ut diceret,dixit. Et credimus eũ poſſe retrorſum recitare Virgiliũ. De quocũq; loco uoluim⁹, petiuim⁹ ut faceret,fecit. Proſa etiã de quacũq; oratiõe Ciceronis,quã memoriæ cõmendauerat, id eũ facere uoluimus,quantũ uoluimus ſurſum uerſus ſecutus eſt. Cũ admiraremur,teſtatus eſt deũ, neſciſſe ſe hoc poſſe ante illud experimentũ:ita quantum ad memoriã attinet,tunc ſe eius animus didicit,et quandocunq; diſcere niſi tentando & experiẽdo non poſſet. Et utiq; anteq; tẽtaret,idemipſe erat. Cur ſe igit neſciebat? Sæpe nos præſumimus aliquid memoria retenturos,& cũ id putamus,non ſcribimus:nec nobis poſtea cũ uolumus uenit in mentẽ,nosq; pœnitet credidiſſe uenturum,uel literis nõ illigaſſe ne fugeret,& ſubito rurſus cum id non quæramus,occurrit: Nunquid nos non eramus,quando id cogitabamus? Nec tamen hoc ſumus quod fuimus,quãdo id cogitare nõ poſſumus. Quid eſt ergo quod neſcimus? Quomodo ſubtrahimur negamurq; nobis? Itaq; neſcio quomodo proferimur ad nos, reddimurq; nobis, quaſi alij ſimus,& alibi ſimus,quando quærimus, nec inuenimus quod in memoria noſtra poſuimus: neq; noſipſi ad noſipſos ueluti alibi poſitos peruenire poſſimus,& tunc perueniamus quãdo inuenimus. Vbi enim quærimus niſi apud nos? & quid quærimus niſi nos? quaſi nõ ſimus in nobis,& aliquo modo receſſerimus à nobis. Nónne attendis,& exhorreſcis tantã profunditatẽ? Et qd eſt hoc aliud q̃ noſtra natura, nec qualis fuit, ſed qualis nunc eſt? Et ecce magis quæritur q̃ comprehenditur. Sæpe mihi propoſitã quæſtiõem putaui me intellecturũ,ſi inde cogiratem: Cogitaui, nec potui. Sępe non putaui,& tamẽ potui. Vires itaq; intelligentiæ meę nõ ſunt mihi utiq; cognitę,& credo quia nec tibi. Sed me contemnis forſitan confitentem,& propter hoc quoq; pecoribus cõparabis. Ego aũt monere,uel ſi nõ dignaris,certe admonere non deſinam,ut agnoſcas potius cõmunem infirmitatem,in qua uirtus perficitur, ne pro cognitis incognita præſumendo, ad ueritatẽ peruenire non poſſis. Puto eñ eſſe aliquid, quod & tu intelligere quæris,nec potes,nec tamẽ quæreres,niſi te poſſe ſperares. Ac per hoc & tu uires intelligentiæ tuæ neſcis,qui naturę tuæ ſcientiam profiteris,nec mecũ ignorantiã cõfiteris. Quid dicam de uolũtate,ubi certe liberum à nobis prædicatur arbitriũ? Nempe beatiſſimus apoſtolus Pe- Io.13 trus uolebat pro domino animã ponere. Planè uolebat: Neq; enim deum id pollicendo fallebat,ſed quãtas uires haberet, uolũtas ipſa neſciebat. Proinde uir tantus qui filiũ dei eſſe cognouerat, ſe latebat. Scimus nos itaq; aliqd uelle, ſeu nolle, ſed uoluntas noſtra etiam cũ bona eſt, quantũ ualeat, quantas uires habeat, quibus tẽtationibus cedat, quibus non cedat, ſi nos non fallimus, fili dilecte neſcimus. Vide igitur quàm multa non prætereita, ſed præſentia de natura noſtra, nec tantum quod ad corpus, uerumetiã quod ad interiorem hominẽ pertinet ignoremus, nec tamẽ pecoribus

Cap. VIII

comparemur

comparemur. Et tu, quia præteritam originē animæ meę non omnino nescio, sed non plene scio, nā scio mihi datā esse à deo, nec tamē esse de deo, tāto me cōuitio dignū putasti. Et quādo possum de natura spiritus & animæ nostræ cōmemorare omnia quæ nescimus? Vbi potius exclamare debemus ad deū, quod ille exclamauit in Psalmo: Mirificata est scientia tua ex me, inualuit, nō potero ad illam. Cur enim adiecit, ex me, nisi quia ex seipso q̄ incōprehensibilis esset dei scientia cōiciebat, quandoquidem seipsum comprehendere nō ualebat? Rapiebatur Apostolus in tertium cœlū, & audiebat ineffabilia uerba, quę non licet homini loqui, & utrū in corpore hoc illi accidisset, an extra corpus, nescire se dicit, nec à te cōparari pecoribus pertimescit. Sciebat se spiritus eius esse in tertio cœlo, esse in paradiso, & utrum esset in corpore nesciebat: Et utiq; tertiū cœlum, & paradisus nō erat ipse Apostolus Paulus: Corpus uero eius & anima atq; spiritus eius ipse erat. Ecce sciebat magna, alta atq; diuina quæ ipse non erat, & hoc nesciebat q̄d ad naturā ipsius pertinebat. Quis in tanta occultarū rerū scientia, tantam sui ipsius ignorantiā nō miretur? Quis postremo crederet, nisi qui nō fallit, hoc diceret: Quid oremus sicut oportet nescimus: ubi esse nostra maxime debet intentio, ut nos in ea quæ ante sunt extendamus: & me si in eis quæ retro sunt, aliquid de mea origine oblitus sum, pecoribus cōparas, cum audias eundem Apostolū dicentē: Quæ retro oblitus, in ea quæ ante sum extentus, secundū intētionem sequor ad palmam supernæ uocationis dei in Christo Iesu? An forte etiam hoc quia dixi, Quid oremus sicut oportet nescimus: irridēdum me arbitraris, & irrationalibus similem animantibus iudicas? Et forte tolerabilius. Cū enim recto sanoq; iudicio futura nostra præteritis præferamus, & oratio nobis non propter quod fuimus, sed quod erimus sit necessaria, multo est utiq; molestius nescire quid oremus, q̄ quemadmodū exorti fuerimus. Sed ueniat tibi in mentē ubi hoc legeris, uel relegēdo recole: & noli in me huius cōuitij lapidē iacere, ne ad quē non uis, perueniat. Ille ipse quippe doctor gentium Apostolus dixit: Quid em̄ oremus, sicut oportet nescimus. Quod non tantū uerbo docuit, sed suo quoq; demōstrauit exemplo: Nam contra utilitatem & salutis suę perfectionē nesciēs orabat ut discederet ab eo stimulus carnis, quē sibi datū dixit, ne magnitudine reuelationū suarum extolleretur. Et quia illū dominus diligebat, non fecit quod ignoranter petebat. Sed tamen ubi ait: Quid enim oremus sicut oportet nescimus: mox adiunxit: Sed ipse spiritus interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus. Qui aūt scrutat̄ corda, scit quid spiritus sapiat, qa secundum deū interpellat pro sanctis: id est, interpellare facit sanctos. Ille utiq; spiritus quē deus misit in corda nostra, clamantē abba pater, & in quo clamamus, abba pater. utrūq; em̄ dictum: & accepisse nos spiritū clamantē, abba pater, & in quo clamemus, abba pater, ut exponeret̄ quomodo dixit clamantē, hoc est clamare facientē, ut ipso faciente clamemus. Doceat ergo & hoc me quādo uoluerit, si hoc mihi expedire nouit, ut sciā unde secundū animam originē ducam. Sed ille hoc me doceat spiritus, qui altitudinem dei scrutatur, nō homo qui spiritum nescit, unde uter inflatur. Absit tamē ut ego hinc te pecoribus cōparem. Non enim hoc quia non poteras, sed quia non aduerteras, nesciebas. Verū tu fortasse quamuis altiora sint, quæ de animarum origine requiruntur, q̄ est unde ducimus & reddimus flatum: tamen eadem altiora de scripturis sanctis te didicisse cōfidis, de quibus per fidē didicimus, quæ nulla possent humana ingenia inuestigare. Nam longe utiq; præstantius est, nosse resurrecturam carnē, ac sine fine uicturam, q̄ quicquid in ea medici scrutando discere potuerūt, quod in illo sensu anima percipit, cum præsentia sua uegetet cuncta quæ nescit. Et longe est melius nosse animā, quæ in Christo renata & renouata fuerit, in æternum beatā futurā, q̄ quicquid de illius memoria, intelligētia, uolūtate nescimus. Hæc aūt quæ dixi præstātiora atq; meliora nullo modo nosse ualeremus, nisi diuinis crederemus eloquijs. His ergo eloquijs fidere te fortasse existimas, ne de origine animarū sentētiam definitam proferre cunctēris. Primum si ita esset, non ipsi humanæ naturæ tribuere debuisti, quod scit homo de sua qualitate atq; natura disquirere atq; disserere, sed dei munere. Dixisti enim: Quid differt homo à pecore, si hoc nescit? Quid igitur opus est aliquid legere ut hoc sciamus, si eoipso quo à pecore distamus, iā hoc scire debemus? Sicut enim nihil mihi legis ut me uiuere sciā, habet em̄ natura mea ut hoc nescire non possim: ita & si illud scire naturæ est, cur mihi de hac re profers quibus credam, testimonia scripturarū? Nunquid soli distāt à pecore qui eas legūt? Nónne ita creati sumus ut distemus à pecoribus, & anteq̄ ad aliquas literas peruenire possimus? Quid est quęso quod tantum naturæ nostrę arrogas, ut eoipso q̄ distat à pecore, iā norit de origine animarū disquirere atq; disserere: & rursus eā sic facis huius cognitiōis expertē, ut hoc scire humanitus nequeat, nisi diuinis testibus credat? Deinde & in hoc falleris: Nā diuina testimonia quæ ad istam quæstionem soluendam referre uoluisti, non id aperiunt. Aliud est quod illa demōstrant, sine quo uere nō possumus pie uiuere, q̄ scilicet animarum nostrarū deū habeamus datorē, creatorē, formatorem. Sed quomodo id faciat, utrum nouas eas flando, an de parentibus trahendo, non exprimunt, nisi de illa una, quam primo homini dedit. Lege diligenter quod scripsi ad fratrē nostrū dei seruū Renatum: Ibi enim quia id ostendi, non fuit necesse & hic scribere. Velles aūt me definire quod ipse definisti, ut in tales angustias cōtruderer, in quales ipse contrusus, aduersus catholicā fidē tot & tāta locutus es, ut eas si fideliter atq; humiliter recolas atq; cōsideres, uideas profecto quātū tibi profuisset, si scisses nescire quod nescis, & quantū tibi prosit, si uel nūc scias. Nā si intelligētia tibi placet

Psal. 138

1. Cor. 12

Rom. 8

Phil. 3

Cap. 1 X

Cap. X

cet in natura hominis,quoniam reuera si eam nō haberet,nihil quantū ad animas pertinet,à pecoribus distaremus,intellige quid non intelligas,ne totum non intelligas: Et noli despicere hominē, qui ut ueraciter intelligat quod nō intelligit, hoc se nō intelligere intelligit. Vnde aūt dictū sit in sacro Psalmo: Homo in honore cū esset non intellexit, cōparatus est pecoribus insensatis, & similis factus est illis: lege & intellige, ut hoc opprobriū humiliter potius ipse caueas, ꝙ superbe alteri obiicias. De his enim dictū est, qui istā uitā solam deputant uitā, secundū carnem uiuētes, & post mortem nihil sperantes ueluti pecora: non de his qui nec ꝙ negant se scire quod sciunt, & confitētur se nescire quod nesciūt, & potius intelligūt hanc infirmitatē suā, ꝙ de sua uirtute cōfidant. Nō itaq; displiceat præsumptioni tuæ iuueníli, meus senilis timor fili: Ego enim si hoc quod de animarum origine quærimus, nec deo nec aliquo spirituali homine docente scire potuero, paratior sum defendere, ꝙ recte etiam hoc deus, sicut alia multa nos scire noluerit: ꝙ temere dicere quod aut ita sit obscurum, ut hoc nō solū ad aliorum intelligentiam perducere nequeā, sed nec ipse intelligam: aut certe etiā hæreticos adiuuet, qui propterea persuadere conantur ab omni noxa puras esse animas paruulorū, ne scilicet eadem noxa in authorē deum recurrat & redeat: ꝙ insontes animas quibus nec lauacrum regenerationis subuenturum esse præsciuit, dando carni peccatrici esse cōpulerit peccatrices, nulla baptismatis gratia subuentura, quā liberentur à damnatione perpetua. Quando quidē innumerabiles animæ infantum antēq; baptizētur, de corporibus exeunt. Absit enim ut hoc uolens diluere, dicam quæ ipsi dixisti: Quòd anima per carnem meruerit inquinari & esse peccatrix, nullum habens ante peccatū, quo recte id meruisse dicatur. Et ꝙ etiā sine baptismo originalia peccata soluantur. Et ꝙ regnū quoq; cœlorum non baptizatis in fine tribuatur. Hæc atq; huiusmodi uenena fidei nisi timerem dicere, fortasse de hac re definire aliquid non timerē. Quanto melius igitur nō separatim de anima disputo & affirmo ꝺd nescio: sed quod apertissime Apostolū uideo docuisse, simpliciter teneo. Ex uno homine oēs homines ire in condemnationem qui nascuntur ex Adam, nisi ita renascantur in Christo, sicut instituit ut renascantur, anteq; in corpore moriantur, quos prædestinauit ad æternā uitā misericordissimus gratiæ largitor: ꝙ est & illis quos prędestinauit ad æternā mortē, iustissimus supplicij retributor, non solū propter illa quæ uolentes adiiciunt, uerumetiam si infantes nihil adiiciant, præter originale peccatum. Hæc est in hac quæstione definitio mea, ut occulta opera dei habeant suum secretū, salua fide mea. Nunc iam quātum dominus donare dignatur, etiā ad illud debeo respondere, ubi de anima loquens, nomē meū iterasti atq; dixisti: Non enim sicut Augustinus peritissimus Episcopus profitetur, incorpoream & eandē spiritū esse permittimus. Prius itaq; utrū anima incorporea, sicut ego dixi, an corporea sicut tu, existimanda sit disputemus. Deinde utrum etiā ipsa secundum scripturas nostras dicat̄ spiritus, quāuis etiam proprie spiritus nuncupet̄, nō uniuersa, sed aliquid eius. Ac primū scire uellē, corpus ꝙd esset definias. Si enim nō est corpus nisi quod mēbris carnalibus cōstat, nec terra erit corpus, nec cœlū, nec lapis, nec aqua, nec sidera, nec si quid huiusmodi est. Si aūt corpus est quicquid maioribus & minoribus suis partibus, maiora & minora spacia locorū obtinentibus cōstat, corpora sunt etiā ista quæ cōmemorauí. Corpus est aer, corpus est lux ista uisibilis, & omnia, sicut dicit Apostolus, corpora cœlestia, & corpora terrestria. Sed utrū tale aliquid sit anima, scrupulosissime ac subtilissime quæriť. Veruntamen tu, unde tibi maxime gratulor, deū corpus non esse cōfirmas. Sed me rursus solicitū facis ubi dicis: Si anima caret corpore, ut sit sicut quibusdā placet, cassę inanitatis, aerea subtilisq; substantia. His em̄ tuis uerbis uideris credere, om̄e quod caret corpore, inanis esse substantiæ. Quod si ita est, quomodo deū audes dicere carere corpore, nec times ne sequatur inanis eū esse substantiæ? Porrò si & corpore caret deus, quod iam cōfessus es, & eum inanis esse substantiæ, absit ut dicas: Non ergo inanis substantiæ est, quicquid corpore caret. Et ideo qui incorporeā dicit esse animā, nō est cōsequens ut eā uelit uideri inanis futilisq; substantiæ, quia & deū qui nō est inane aliquid, simul incorporeum confitetur. Vides aūt quantū intersit inter id quod dico, & quod tu me existimas dicere. Ego em̄ nec aereæ substātiæ animam dico, alioquin corpus esse cōfiteor. Aer enim corpus est secundū oēs qui de corporibus cū loquūtur, quid loquant̄ sciunt. Tu aūt propter id quod incorpoream dixi animam, nō solū cassæ uanitatis, sed ob hoc aeream me putasti eā dixisse substantiam: cū & corpus eam nō esse dixerim quod est aer, & quod aere impletur, inane esse nō possit. Quod nec utres tui te admonere potuerūt. Quid em̄ aliud in eos, nisi aer quādo inflantur, arctatur? Qui usq; adeo inanes sunt, ut eadem plenitudine etiam pondera sufferāt. Quod si forte aliud tibi uidetur esse flatus, aliud aer: cū aer motus ipse sit flatus, quod & flabello agitato doceri potest: certe uasa quælibet concaua quæ putas inania, ut plena esse cognoscas, ab ea parte qua implentur, deprime in aquam, & uide ꝙ nihil humoris possit intrare repellente aere, quo plena sunt. Cū aūt ore sursum uersus collocantur, siue ex latere, tūc recipiunt liquorem, si quis infunditur uel ingreditur, exeūte atq; euadente aere, qua exitus patet. Hoc præsenti facilius posset demonstrari facto ꝙ scripto: Sed nō est hic diutius immorandū, cum siue intelligas aeris naturā esse corpoream, siue nō intelligas, me tamē putare non debes uel aeream dixisse animā, sed omnino incorporeā: Quod & tu esse confiteris deū, quem dicere non audes inane esse aliquid, sed negare non potes omnipotētis & immutabilis esse substantiæ. Cur ergo metuimus, ne sit cassę inanitatis anima, si sit incorporea, cum

Psa. 148

Rom. 5

Cap. XII

2. Cor. 15

deum

Universidad de Deusto
Biblioteca

deū incorporeū fateamur esse, nec eum cassæ inanitatis esse dicamus? Sic itaq; potuit incorporeus deus incorporeā creare animā, quemadmodū uiuens uiuentē, quāuis immutabilis mutabilē, & omnipotens longe imparē. Cur aūt animam nolis esse spiritū, sed corpus eā uelis esse, non uideo. Si enim propterea spiritus non est, quia distincte Apostolus nominauit spiritū dicens: Et integer spiritus uester, & anima & corpus: eadē causa est, cur ea non sit corpus, quia distincte nominauit et corpus. Si aūt affirmas quod & anima corpus sit, quāuis distincte corpore nominato, permitte ut etiam spiritus sit, quāuis distincte spiritu nominato. Multo enim magis tibi debet uideri anima spiritus esse q̄; corpus, quia spiritū & animam unius fateris esse substantiæ: unius autē substantiæ animam corpusq; esse nō dicis. Quo igitur pacto corpus est anima, cū eius & corporis sit diuersa natura: & spiritus non est anima, cū eius & spiritus sit una eademq; natura? Quid quod ista tua ratione etiā spiritū corpus esse cogeris dicere? Alioquin si spiritus corpus nō est, & anima corpus est, non sunt spiritus & anima unius eiusdēq; substantiæ. Tu aūt utrumq; quāuis duo quędā sentias, unam fateris habere substantiā. Ergo & spiritus corpus est, si anima corpus est, neque aliter possunt unius eiusdēq; esse naturæ. Proinde secundum te, illud quod ait Apostolus: Spiritus uester & anima & corpus: tria sunt corpora, sed ex his duo, anima & spiritus unius naturæ sunt corpora: corpus aūt illud quod etiā dicit caro, diuersæ naturæ est. Et ex his tribus ut opinaris corporibus, quorū unū diuersæ, duo uero sunt unius eiusdēq; substantiæ, constat totus homo, una quædā res, atq; una substantia. Ista cum asseras, non uis tamen ut duæ res unius eiusdemq; substātiæ, id est anima & spiritus habeant unum spiritus nomen: cum duæ res non unius eiusdemq;, sed imparis diuersæq; substātię, id est anima & corpus habeant unum sicut putas, corporis nomen. Sed hoc omitto, ne de nominibus inter nos sit potius cōtrouersia, q̄; de rebus: quisnam sit homo interior uideamus, utrum anima, an spiritus, an utrumq;. Sed sicut te scripsisse uideo, hominē interiorem animam dicis. De hac enim loquebaris, cū diceres: Et gelante substantia quod comprehendi non poterat, efficeret corpus aliud intra corpus naturę suæ ui & spiramine conglobatum, exindeq; inciperet homo interior apparere, quem ueluti in forma uaginæ corporalis inclusum, ad similitudinem sui deliniauit exterioris hominis habitudo. Deinde infers, flatus ergo dei animam fecit, imò flatus ex deo anima factus est, effigiata substantialis, & secundū naturā suam corporea, & sui corporis similis, imaginiq; cōformis. Post hæc incipiens loqui de spiritu: Hæc, inquis, anima quæ ex flatu dei haberet originē, sine sensu proprio atq; intellectu intimo esse non potuit, quod est spiritus. Sicut ergo uideo, interiorē hominem uis esse animā: intimū, spiritum, tanquā & ipse interior sit animæ, sicut illa corpori. Ita fit, ut quemadmodū corpus per interiora cōcaua sua recipit aliud corpus, quod est anima, sicut putas: sic & anima credenda sit habere interiora inania, qua corpus tertiū receperit spiritum, atq; ita totus homo constet ex tribus, exteriore, interiore, intimo. Itáne nondum respicis, quanta te absurdissima consequantur, cum animā conaris asseuerare corporeā? Deinde dic mihi: Quis eorum renouabitur in agnitionē dei, secundū imaginē eius qui creauit illū? Interior, an intimus? Apostolus quidem præter interiorem & exteriorem, non uideo q̄ sciat alium interioris interiorē, id est, totius hominis intimum. Sed elige quē uolueris, qui renouetur secundū imaginem dei, quomodo hanc recipiet, qui iā sumpsit exterioris imaginem? Si enim per membra exterioris cucurrit interior & gelauit: hoc eīm etiam uerbo usus es, tanq; figmentum fusile fieret ex forma lutea, quæ de puluere facta est: quomodo eadē manente forma, quæ impressa illi est uel expressa de corpore, potest reformari ad imaginem dei? An duas habebit imagines, à summo quidem dei, ab imo aūt corporis: sicut in nummo dicit caput & nauia? An forte dicis q̄ anima ceperit imaginem corporis, & spiritus capiat imaginem dei: tanq; illa cōtigua corpori, & ille sit deo, ac sic ad imaginē dei homo ille intimus, non iste interior reformetur? Sed frustra hoc dicis: Nā & si homo ille intim⁹ ita est per animæ oīa mēbra diffusus, ut illa per corporis, iam etiam ipse per animam cepit imaginem corporis, sicut illa eum forma formauit: ac per hoc non habet ubi capiat imaginē dei, manēte in se ista imagine corporis, nisi quemadmodū nūmus, ut dixi, aliter ex inferiore, aliter ex parte superiore formetur. Ad ista te absurda quando de anima cogitas, carnalis cogitatio corporū, uelis nolis cōpellit. Sed deus ut etiam ipse rectissime cōfiteris, nō est corpus, quomodo igitur capiat eius imaginem corpus? Obsecro te frater, ut non conformeris huic seculo, sed reformeris in nouitate mentis tuæ, nec sapias secundum carnem, quoniā mors est. Sed, inquis, Si anima caret corpore, quid est quod apud inferos diues ille cognoscit? Certe, inquis, nouerat Lazarum, non nouerat Abraham: Vnde illi tāto ante tēpore defuncti Abrahæ prouenit agnitio? Hæc dicens, si agnitionē hominis non putas prouenire sine corporis forma, ut noueris teipsum credo q̄ assidue speculū attendis, ne si fueris oblitus faciem tuam, nō te possis agnoscere. Rogo te quem magis hominū nouit homo q̄; seipsum, & cuius faciem potest uidere minus q̄; suam? Quis aūt potest cognoscere deum, quē tu quoq; incorporeum esse non dubitas, si præter corporis formam, sicut putas, non potest cognitio prouenire, id est: si corpora possunt sola cognosci? Quis aūt Christianus de tā magnis difficillimisq; rebus disputans, animum in uerba diuina tam negligenter intendat, ut dicat, si incorporea est anima, necesse est careat forma? Oblitus es te formam legisse doctrinæ? Ergo corporea est forma doctrinæ. Oblitus es scriptum esse de Christo Iesu antequā homininē fuisset indutus, q̄ in forma dei erat?

Cap. XIII Spiritus & anima

1. Thes. 5

Cap. XIIII

Cap. XV

Quomodo

Quomodo ergo dicis, si incorporea est anima, ne A
cesse est careat forma, cū audias formā dei, quem
non esse corporeū cōfiteris, & ita loqueris tanq̄
forma nisi in corporibus esse nō possit? Dicis etiā
cessare illic nomina, ubi non distinguit forma, &
nihil illic agere appellationē nominum, ubi nulla
est designatio personarum. Hinc uolens probare
Abrahę animam fuisse corporeā, quia dici potuit
pater Abraham. Iā diximus etiam ubi corpus nul
lum est, esse formā. Si aūt appellationē nominum
Gal. 5 nihil putas agere, ubi non sunt corpora, numera
ista nomina quæso te: Fructus aūt spiritus est cha-
ritas, gaudium, pax, longanimitas, benignitas, bo
nitas, fides, mānsuetudo, cōtinentia: & dic mihi u-
trū res ipsas nō agnoscas quarū ista sunt nomina,
uel sic agnoscas ut aliqua lineamenta corporū ui B
deas. Ecce ut alia taceam, dic mihi quā figurā, quę
mēbra, quem colorem charitas habeat, quæ cer-
te si ipse inanis nō es, inane aliquid tibi uideri nō
potest. Cuius auxiliū imploratū est, inquis, corpo
reus utiq̄ usus est atq̄ formatus. Audiāt te homi
Cap. XVI nes, & dei nemo imploret auxilium, quia nemo
eum potest uidere corporeum. Deniq̄ dicis,
Membra illic animæ describuntur, ut uere sit cor
pus: Et uis per oculum totū caput intelligi, quia
Luc. 16 dictus est leuasse oculos suos, per linguā fauces,
per digitū manum, quia dictū est: Mitte Lazarum
ut intingat extremū digiti sui in aquā, ut refrige-
ret linguam meā. Tamē ne per membrorū nomi-
na de deo tibi corporeo præscribat, dicis per hęc
corporeas intelligēdas esse uirtutes, quia deū re- C
ctissime defendis nō esse corporeū. Quid igit cau
sæ est, cur nomina ista mēbrorum in deo tibi cor-
pus non faciant, in anima faciant? An uero quan
do de creatura hæc dicuntur, proprie accipienda
sunt: quando aūt de creatore, tropice atq̄ transla-
te? Pennas itaq̄ corporeas daturus es nobis, quo-
niā nō creator, sed creatura, id est homo dicit: Si
Psal. 138 assumpsero pennas meas sicut columba. Porrò si
propterea linguā habebat diues ille corporeā, quo-
niā dixit, refrigeret linguā meam: in nobis quoq̄
adhuc in carne uiuentibus, manus habet ipsa lin-
Prou. 18 gua corporeas, quia scriptum est: Mors & uita in
manibus linguæ, Puto etiam non tibi uideri, uel
esse creaturā, uel corpus esse peccatum. Cur ergo
Psal. 37 habet faciē? An non audis in Psalmo: Nō est pax D
ossibus meis, à facie peccatorum meorū? Quòd
uero illū Abrahę sinū existimas esse corporeum,
& per ipsum asseris totū corpus eius agnosci, ue-
reor ne in re tanta ioculariter atq̄ irridenter, non
serio grauiterq̄ agere credaris. Neq̄ enim usque
adeo desiperes, ut arbitrareris corporeum sinum
unius hominis ferre tot animas, imò ut secūdū te
loquar, ferre tot corpora bene meritorum, quot il-
luc angeli sicut Lazarum perferūt. Nisi opinaris
fortasse illā unā animam solā, ad eundē sinum per
uenire meruisse. Si nō iocaris, & errare pueriliter
non uis, sinū Abrahæ intellige, remotā sedē quie-
tis atq̄ secretam, ubi est Abrahā. Et ideo Abrahę
dictā, non q̄ ipsius tantū sit, sed q̄ ipse pater mul-
tarū gentium sit positus, quibus est ad imitandum
fidei principatū propositus. Sicut deū Abraham,
& deū Isaac, & deū Iacob, se deus uocari uoluit,
cū sit innumerabilium deus. Neq̄ hæc ita me Cap. XVII
disserere existimes, tanq̄ negem fieri posse, ut ani
ma mortui sicut dormientis, in similitudine corpo
ris sui sentiat, seu bona, seu mala: Nam & in som-
nis quando aliqua dura & molesta perpetimur,
nos utiq̄ sumus, & nisi euigilantibus nobis illa
prætereant, pœnas grauissimas pēdimus. Sed cor
pora esse credere, quibus hac atq̄ illac quasi feri-
mur & uolitamus in somnis, hominis est qui pa-
trū uigilanter de rebus talib. cogitauit. his q̄ppe ui
sorū imaginibus, maxime anima q̄bat nō esse cor
porea: Nisi uelis & illa corpora dicere, quę prę ter
nosipsos tā multa uidem⁹ in somnis, cœlū, terrā,
mare, solē, lunam, stellas, fluuios, mōtes, arbores, B
animalia. Hęc qui corpora esse credit, incredibili
ter desipit: Sūt tñ corporib⁹ oñino simillima. Ex
hoc genere sunt etiā, quę alia significantia diuini
tus demonstrantur, siue in somnis, siue in ecstasi:
Quæ unde fiant, id est, quæ nā sit uelut materies
eorū, quis indagare potest aut dicere? Proculdu-
bio tamen spiritalis est, nō corporalis. Namq̄ hu-
iusmodi species uelut corporum, non tamen cor-
pora, & uigilantiū cogitatione formantur, & pro-
funditate memoriæ continentur, & ex eius abdi-
tissimis sinibus, nescio quo mirabili & ineffabili
modo cū recordamur prodeunt, & quasi ante ocu
los prolata uersantur. Tam multas igitur & tam
magnas corporū imagines, si anima corpus esset,
capere cogitando uel memoria retinēdo nō pos-
set. Secundum tuā quippe definitiōem, corporea
substantia sua corpus hoc exterius non excedit:
Qua igitur magnitudine quę nulla illi est, imagi-
nes tam magnorū corporū & spatiorū atq̄ regio-
nū capit? Quid ergo mirū si & ipsa sibi in sui cor
poris similitudine apparet, & quādo sine corpore
apparet? Neq̄ em̄ cū suo corpore sibi apparet in
somnis, & tamen in eaipsa similitudine corporis
sui, quasi per ignota loca & nota discurrit, & læta
sentit multa uel tristia. Sed puto q̄ nec tu audeas
dicere figurā illā corporis atq̄ membrorū, quā si-
bi habere uidet in somnis, uerū corpus esse. Nam
isto modo erit uerus mons, quē sibi uidetur ascen
dere: & corporea domus quā sibi uidet intrare,
& arbor uera lignūq̄ uerū habēs corpus, sub qua
sibi uidetur iacere: & aqua uera quā sibi uidetur
haurire, & omnia in quibus quasi corporibus uer
satur, corpora erunt, si & ipsa corpus est, quæ simi Ca. XVIII
li imagine inter cuncta illa uersatur. De cōscri
ptis uisionibus martyrū dicendū est aliquid, quo-
niam tu etiā inde testimoniū adhibendū putasti.
Nempe sancta Perpetua uisa sibi est in somnis, cū
quodā Aegyptio in uirum conuersa luctari. Quis
aūt dubitet in illa similitudine corporis, animam
eius fuisse nō corpus, quod utiq̄ in suo fœmineo
sexu manens, sopitis sensibus iacebat in stratis,
quando anima eius in illa uirilis corporis simílitu
dine luctabatur? Quid hic dicis? Verum ne erat
corpus illa uiri similitudo, an nō erat corpus, quā-
uis haberet similitudinē corporis? Elige quid ue

lis

lis. Si corpus erat, cur nō ſeruabat uaginę ſuæ for A
mā? Neq; enim in illius fœminæ carne uirilia re-
pererat genitalia, unde ita poſſet ſeſe coartādo, &
ut tu loqueris, gelando formari. Deinde obſecro
te, cum corpus dormiētis adhuc uiueret, quando
eius anima luctabat, in ſua uagina erat, utiq; om-
nibus mēbris uiuentis incluſa, & in eius corpore
ſuam formā de quo fuerat formata ſeruabat: non-
dum quippe artus illos ſicut fit in morte reliquerat, nondū mēbra ex mēbris formata ex formanti
bus cogēteui mortis extraxerat: unde igitur erat
uirile animæ corpus, in quo ſibi luctari cū aduer-
ſario uidebat? Si aūt nō erat corpus, & tamē erat
aliqd ſimile corporis, in quo ſane uerus labor aut
uera lætitia ſentiret, iam ne tandē uides quēadmo
dum fieri poſſit, ut ſit in anima ſimilitudo quædā
corporis, nec ipſa ſit corpus? Quid ſi tale aliquid B
apud inferos geriť, & in eis ſe nō corporibus, ſed
corporū ſimilitudinibus animæ cognoſcūt? Cum
enim triſtitiā patimur, quāuis in ſomnis, & ſi mē-
brorum corporeorū ſit illa ſimilitudo, nō mēbra
corporea, nō eſt tamen pœnæ ſimilitudo, ſed pœ-
na: ſic etiā ubi læta ſentiuntur. Sed quoniā ſancta
Perpetua nondum erat mortua, non uis hinc tibi
fortaſſe præſcribi, cū ualde ad rē pertineat, cuius
eſſe naturæ exiſtimes illas ſimilitudines corporū
quas habemus in ſomnis, & tota cauſa iſta finita
ſit, ſi eas & ſimiles corporibus, & nō eſſe corpora
cōfiteris. Verūtamen Dinocrates frater eius mor
tuus erat, hūc uidit cū illo uulnere quod uiuus ha
buit, & unde eſt ꝓductus ad mortē. Vbi eſt quod
tantis conatibus laboraſti, cū ageres de præciſio- C
ne mēbrorum, ne ſimul cōcidi anima putaretur?
Ecce uulnus erat in anima Dinocratis, quod eam
ui ſua quando erat in eius corpore, excluſit è cor
pore. Quomodo ergo anima ſecundū tuā opinio
nem quando membra corporis præciduntur, ab
ictu ſe ſubtrahit, & in alias partes denſando ſe col-
ligit, ne aliqua pars eius uulnere corporis ampu-
tetur, etiā ſi dormienti atq; neſciēti mēbrorum ali
quid præcidatur? Tantā quippe illi tribuiſti uigi-
lantiā, ut etiā uiſis occupata ſomniorū, ſi plaga ir
ruerit ignoranti, qua caro feriatur, ſe illa prouidē-
ter perniciterq; ſubducat, ne poſſit feriri atq; uexa
ri ſiue concidi: nec attēdis homo prudens, ꝙ ſi ſe
anima inde ſubduceret, nec illa percuſſio ſentire-
tur. Sed inueni quod potueris, quid inde reſpon- D
deas, quomodo anima partes ſuas arripiat & recō
dat introrſus, ne ubi præciditur ſeu percutiť cor-
poris mēbrum, amputetur & ipſa atq; uexeť. Di-
nocratē aſpice, & dic cur eius anima nō ſe ſubtra
xerit ab eo corporis loco, qui mortifero uulnere
uaſtabat, ne in illa fieret quod in eius facie etiam
poſt mortē ipſius corporis appareret? An forte e-
tiā tibi placet, ut iſtas potius ſimilitudines corpo-
rū ꝙ corpora eſſe credamus, ut quomodo appa-
ret quaſi uulnus, quod nō eſt uulnus: ita quod nō
eſt corpus quaſi corpus appareat? Nam ſi anima
uulnerari poteſt ab eis qui uulnerāt corpus, nihil
ne metuendū eſt, ne poſſit occidi ab eis qui occi-
dūt corpus? Quod dominus apertiſſime fieri non
poſſe teſtatur. Et tamen anima Dinocratis mori
nō potuit, unde corpus eius eſt mortuū: & quaſi
uulnerata uiſa eſt ſicut corpus fuerat uulneratū,
quoniā corpus nō erat, ſed habebat in ſimilitudi-
ne corporis etiā ſimilitudinē uulneris. Porrò aūt
ſi in nō uero corpore uera miſeria fuit animę, quę
ſignificabat adumbrato corporis uulnere, de qua
ſororis ſanctæ orationibus meruit liberari, iā il-
lud quale eſt dicere, ꝙ anima formam de corpore
accipiat, & cū incremēto corporis protēdatur &
creſcat? Et nō attendis ꝙ monſtruoſa euadat ani-
ma iuuenis ſiue ſenis, ſi eius brachium prȩcidatur
infantis. Contrahit em̄ ſe, ut dicis, animæ manus,
ne ipſa etiam cū manu corporis amputetur, & in
alias ſe partes corporis dēſando cōcludit. Ac per
hoc illud animæ brachium ꝙ breue corporis fuit
unde cœperat formā, tam breue ſeruabiť ubicun-
que ſerueť: quia perdidit formam, cuius incremē-
to poſſet pariter creſcere. Exit ergo anima iuue-
nis aut ſenis, qui manū cū eſſet paruus amiſit, ha-
bens quidē duas manus, quia una refugiens non
eſt amputata cū corpore, ſed alterā iuuenilem uel
ſenilem, alterā uero ſicut primū fuerat infantilem.
Tales animas crede mihi, non forma corporis fa-
cit, ſed erroris deformitas fingit. Nō mihi uideris
ab iſto errore poſſe erui, niſi deo adiuuāte diligē-
ter cōſideraueris uiſa ſomniantiū, & inde cogno-
ueris eſſe quaſdā quæ non ſint corpora, ſed ſimili-
tudines corporū. Quāuis enim & ea quæ ſimilia
corporibus cogitamus ex eo genere ſint, tñ quod
ad mortuos attinet, aptior cōiectura de dormien-
tibus ducitur. Neq; em̄ fruſtra eos ꝙ mortui ſunt,
appellat ſancta ſcriptura dormientes, niſi quia eſt
quodāmodo cōſanguineus lethi ſopor. Proinde Aeneid. 6
ſi anima corpus eſſet, & corporea eſſet figura in
qua ſe uidet in ſomnis, eo ꝙ de corpore eius fuiſ-
ſet expreſſa, nullus hominū membro corporis am
putato, ſicut eo caret, ita ſine illo ſe uideret in ſom
nis, ſed potius ſemper integrū, eo ꝙ animæ ipſius
nihil fuerit amputatū. Cū uero aliquando ſe in Cap. XIX
tegros uideant, aliquando aūt ſicut ſunt ex qua-
cunq; parte truncatos, quid aliud iſta res docet,
niſi animā ſicut aliarū rerū quas ſentit in ſomnis,
ita & corporis, modo ſic, modo ſic nō ueritatem
ſed ſimilitudinē gereret? Gaudiū uero eius ſiue tri
ſtitia, delectatio uel offenſio, ſiue ſit in corporib⁹,
ſiue in corporū ſimilitudinibus, uera eſt. Tuipſe
nónne dixiſti, uereq; dixiſti, alimenta & ueſtimē-
ta non eſſe animæ, ſed corpori neceſſaria? Cur er-
go aquę ſtillā deſiderauit apud inferos diues? Cur
Samuel ſanctus poſt mortē ut ipſe quoq; comme-
moraſti, ſolito ueſtimēto ueſtitus apparuit? Nun-
quid ille ruinas animæ ſicut carnis, per humoris
alimentū reficere cupiebat? Nunquid iſte de cor-
pore ueſtitus exierat? Sed in illo uera erat mole-
ſtia qua cruciabatur in anima, nō tamen uerū cor
pus, cui quæreret alimenta. Et iſte ſicut potuit ap
paruit ueſtitus, ut non corpus eſſet, ſed ſimilitudi
nem corporis haberet & anima & habitus. Neq;
em̄ ſe anima ſicut in mēbra corporis, ita & in ue-
ſtimēta porrigit & coartat, ut etiā inde formetur.

Post mortem uero quã uim cognitionis corrupti bilibus exoneratæ corporibus animæ accipiant etiã non bonæ, ut uel pariter malas, uel etiam bonas ualeãt interioribus sensibus intueri & cognoscere, siue in ipsis nõ corporibus sed similitudinibus corporũ, siue in bonis aut in malis affectionibus mentis, in quibus nulla sunt quasi lineamenta mẽbrorum, quis ualeat indagare? Vnde est & illud, q̃ patrẽ Abraham diues ille cũ in tormentis esset agnouit, cui figura corporis eius nõ erat nota, cuius corporis similitudinem quãuis incorpoream potuit anima retinere. Quis autẽ recte dicat se aliquẽ hominẽ cognouisse, nisi inquantũ potuit eius uitã uolũtatẽq̃ cognoscere, quę utiq̃ moles non habet uel colores? Sic em̃ & nosipsos certius quàm cæteros nouimus, quia nobis cõsciẽtia nostra nota est & uoluntas: quã plane uidemus, & in ea tamen aliquã corporis similitudinem non uidemus. Hanc in alio quamuis præsente non cernimus, etiam cuius absentis faciẽ nouimus, recolimus, cogitamus. Nostrã uero faciẽ eo modo nosse, recolere, cogitare nõ possumus, & tamen nosipsos nobis magis q̃ illud cognitũ uerissime dicimus: Ita clarũ est, ubi sit potior hominis ueriorq̃ notitia. Cũ ergo aliud sit in anima, quo corpora uera sentimus, quod facimus quinq̃ sensibus corporis: aliud quo præter ipsos similia corporibus nõ corpora cernimus, ubi & nosipsos non aliter q̃ similes corporib. contuemur: aliud quo nec corpora nec similitudines corporum, sicut fidem, spem, charitatẽ, sine ullis coloribus & tumoribus eorũq̃ similitudinibus, certius sanè firmiusq̃ conspicimus: ubi magis esse & quodãmodo familarius habitare debemus, ubi renouari in agnitionẽ dei, secundum imaginem eius qui creauit nos, nónne in hoc quod tertio loco posui? Ibi em̃ certe neq̃ ullum sexum, neq̃ ullam sexus similitudinẽ gerimus. Nã illa masculinæ uel fœmininæ animæ forma, mẽbris uirilibus muliebribusq̃ distincta, si non corporis similitudo sed corpus est, uelis nolis est masculus, uelis nolis est fœmina, quæcũque aut masculus apparet aut fœmina. Sed tamen secundũ tuam opinionem & corpus est anima, & uiuũ corpus est, & habet mammas protumidas et propẽdulas, & nõ habet barbã, & habet uuluam & genitalia quæ habent fœminæ corporis membra, & nõ est fœmina. Ergo ne non dicã uera constantius, & habet oculũ, & habet linguã, & habet digitũ, & habet cætera similia corporis mẽbra, & hæc tota est corporis similitudo nõ corpus? Cum ergo hoc quod ego dico probet apud se quisq̃, cũ corpora imaginatur absentium, probet certe, cum figuras & suã & alias suorũ recolit somniorum: à te aũt huius monstri, ubi & uerum est & uiuum est, & fœmineum corpus est, & fœmineus non est sexus, nullũ in natura rerũ proferatur exemplum. Quod em̃ de phœnice loqueris, ad rem de qua agitur omnino non pertinet. Resurrectionem quippe illa significat corporum, non sexum destruit animarũ, si tamen ut creditur de sua morte renascitur. Sed arbitror q̃ tuũ sermonẽ parum

Cap. XX

putaueris fore plausibilẽ, si non multa de phœnice more adolescentiũ declamares. Nũquid enim sunt in eius corpore genitalia masculina & nõ est masculus, uel fœminina & nõ est fœmina? Tu aũt attende quid dicas, quid astruere, quid persuadere coneris. Animam dicis per cuncta membra diffusam gelando riguisse, & à uertice usq̃ ad ima uestigia, à medullis intimis usq̃ ad superficiem cutis, totã totius accepisse corporis formã: ac per hoc accepit in fœmineo corpore quicquid habent fœminei corũ uiscerũ fœminæ, & uerũ est hoc corpus, & hæc uera sunt mẽbra, & tamen non est fœmina. Cur obsecro te, in uero & uiuo corpore omnia sunt mẽbra fœminea, & nõ est fœmina? In uero et uiuo corpore mẽbra sunt masculina, & nõ est masculus? Quis ita credere, dicere, docere præsumat? An quia nõ generãt animę? Ergo nec mulí & mulæ sunt masculi & fœminæ. An quia nec concumbere poterãt sine carneis corporibus animæ? Sed hoc auferẽ & his qui castrant. Et tamen cũ eis adimatur & opus & motus, nõ adimitur sexus, figura quantulacunq̃ masculinorũ manẽte membrorũ. Nemo unq̃ masculũ negauit eunuchũ. Quid q̃ apud te animæ etiã eunuchorũ testes integros habent, & si cuiq̃ genitalia prorsus tota tollãtur, tota in eius anima secundũ opinionẽ tuã, & omino integra permanebũt? Nouit em̃ se subtrahere, sicut dicis, cũ ea pars carnis cœperit execari, ut ea forma quæ inde sumpta est, quando illud unde sumpta est amputat̃, non pereat, sed quãuis infusa gelauerit, motu tñ celerimo rapiat̃, & interius recondatur ut salua seruetur: Et tamen nõ sit masculus apud inferos, masculinorũ genitaliũ secum auferens totũ, qui cũ illa in corpore nõ haberet, masculus fuit propter eorũ solũ locũ. Falsa sunt hęc fili; si nõ uis ut sit in anima sexus, nõ sit & corpus.

Cap. XXI

Nõ omnis similitudo corporis corpus est: Dormi & uidebis, sed cũ euigilaueris, uigilãter discerne quod uideris. In somnis em̃ tibi uelut corpore apparebis. Neq̃ id corpus tuũ, sed anima tua, nec uerũ corpus, sed similitudo corporis erit. Iacebit em̃ corpus tuũ, ambulabit ipsa. Silebit lingua corporis tui, loquet̃ illa. Clausi erũt oculi tui, uidebit illa. Et utiq̃ uiuẽtia iacebunt tui corporis mẽbra, non mortua. Ac per hoc nondũ extracta est uelut de uagina sua, gelata illa forma sicut putas animę tuæ, & in ea tamẽ tota atq̃ integra cernitur simili tudo carnis tuæ. Ex hoc genere similitudinũ corporaliũ, quæ non corpora sicut corpora apparẽt, sunt oñia quæ sanctos libros legens in propheticis etiã uisiõibus nõ intelligis: Quibus significantur ea quæ gerunt̃ in tẽporibus, uel præsenti, uel præterito, uel futuro. Falleris aũt in eis, nõ qa sunt ipsa fallacia, sed quia nõ ea sicut accipiẽda sunt accipis. Vbi em̃ uisæ sunt animæ martyrũ, in eadem reuelatiõe uisus est & agnus quasi occisus, habẽs cornua septẽ. Ibi equi, aliaq̃ animalia, sicut oportuit figurata. Ibi postremo & stellæ ceciderunt, & cœlũ plicatum est ut liber, nec tamẽ tũc concidit mundus. Ista itaq̃ omnia si sapienter accipimus, quãuis dicamus uisa ueracia, nõ tamen uera dicimus

Universidad de Deusto

mus corpora. Prolixioris aũt sermonis est, de isto genere similitudinũ corporalium diligẽtissima disputatio, utrum & angeli, seu boni, seu mali sic apparẽant, quando specie hominũ uel quorumlibet corporum apparent: an habeãt aliqua uera corpora, & in ipsorũ potius ueritate uideantur: an uero in somnis uel in ecstasi, in istis cernantur non corporibus, sed similitudinibus corporũ: uigilãtibus aũt uera cernenda, & si opus est, etiam tangenda ingerant corpora. Sed ista in hoc libro requirẽda & pertractanda esse non arbitror. Nunc de anima incorporea satis dictũ sit. Quã si corporeã mauis credere, prius tibi definiendũ est quid sit corpus: ne forte cũ de re ipsa inter nos cõstet, incassum de nomine laboremus. Quanta te tamen absurda secuta sint tale corpus in anima cogitãtem, qualia sunt quæ ab omnibus eruditis corpora nuncupantur, id est, quæ per distantiam lõgitudinis, latitudinis, altitudinis, locorũ occupãt spatia, minora minoribus sui partibus, & maiora maioribus, puto quòd iã prudenter aduertas. Restat ostendere quemadmodũ, quamuis & proprie dicatur spiritus, nõ uniuersa anima, sed aliquid ipsius, sicut Apostolus dicit: Et integer spiritus uester, & anima & corpus: uel illud multo expressius in libro Iob: Absoluisti animã meã à spiritu meo: tamen & uniuersa anima appelletur hoc nomine, quãuis multo magis hæc quæstio nominum uideatur esse, nõ rerũ. Cũ enim constet esse aliquid in anima, quod proprie spiritus nominetur, quo excepto proprie nominatur & anima, iam de rebus ipsis nulla cõtentio est: præsertim quia illud etiã ego dico proprie uocari spiritũ, quod & tu dicis, id est, quo ratiocinamur & intelligimus, quando ita distincte ista dicũtur, quemadmodũ Apostolus ait: Et integer spiritus uester & anima & corpus. Hunc aũt spiritum etiã mẽtem uidetur appellare, cum dicit: Mente seruio legi dei, carni aũt legi peccati: Nam ipsa sententia est: Et caro cõcupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem: ut quod ibi dicit, mentẽ, hoc intelligatur hic spiritũ dicere: non sicut existimas uniuersam mentẽ uocari, quæ constat ex anima & spiritu, quod ubi legeris nescio. mentẽ quippe nostrã, nisi rationale & intellectuale nostrũ dicere non solemus, ac per hoc quod ait idem Apostolus: Renouamini aũt spiritu mentis uestræ, quid aliud dicit, nisi renouamini mente uestra? Sic eñ spiritus mẽtis nihil est aliud q̃ mens, quomodo corpus carnis nihil aliud potest esse q̃ caro: nam & hoc scriptũ est, In expoliatiõe corporis carnis: ubi carnem corpus carnis appellat. Dicit sanè & alio modo spiritũ hominis, quẽ prorsus à mente discernit. Si enim orauero lingua, inquit, spiritus meus orat, mens aũt mea infructuosa est. Verum nunc non de isto spiritu loquimur, qui à mente distinctus est. Habet iste suã eandemq; difficilẽ quæstionem: Multis eñ modis atq; in diuersis significationibus scripturæ diuinæ spiritũ nominant. Sed de quo nunc agimus, quo ratiocinamur, intelligimus, sapimus: constat inter nos sic eum etiam proprie spiritum nuncupari, ut non sit uniuersa anima, sed aliquid eius. Tamẽ animam etiam spiritum esse si propterea negas, quia eius intelligẽtia distincte dicitur spiritus: poteris negare uniuersum semen Iacob appellari Israel: quoniã excepto Iuda, etiã distincte appellatus est Israel in tribubus decem, quæ in Samaria tũc fuerũt. Sed quid opus est hic diutius immorari? Iam nunc unde facilius ostẽdamus, attende eam quę anima est, etiã spiritũ dici. cũ audis uel legis domino moriente, quod scriptũ est: Et inclinato capite tradidit spiritũ: ita uis intelligi, tanq̃ à parte significauerit totum, nõ q̃ ea quæ anima est, possit & spiritus nuncupari. At ego ut possim expeditius probare quæ dico, teipsum testẽ citius & cõmodius adhibebo. Sic enim spiritũ definisti, ut pecora appareant nõ spiritũ sed animã habere. Irrationalia quippe ideo dicuntur, q̃ uim non habeant intelligentiæ atq; rationis. Vnde cum hominẽ ipsum admoneres suã nosse naturã, ita locutus es. Nã cum deus bonus nihil non ratione cõdiderit, ipsumq; hominẽ animal rationale, intellectus capacem, rationis cõpotem, sensuq; uiuacem, qui omnia rationis expertia prudenti ordinatione distribuat, procreauerit. His tuis uerbis satis asseruisti, q̃ omnino uerissimũ est, hominẽ esse compotem rationis, atq; intelligentiæ capacem, quod utiq; nõ sunt animalia rationis expertia. Vnde & testimonio diuino eos qui non intelligunt, pecoribus cõparasti, non utiq; habentibus intellectũ: Quod & alio loco scriptum est, Nolite esse sicut equus & mulus, quibus nõ est intellectus. Quę cũ ita sint, attende etiã quibus uerbis spiritũ definieris atq; describpseris, cũ illũ ab anima distinguere nitereris. Hæc anima, inquis, quæ ex flatu dei habet originem, sine sensu proprio atq; intellectu intimo esse non potuit, quod est spiritus. Et paulopost: Et quãuis anima, inquis, animet corpus, tamẽ q̃ sentit, q̃ sapit, quòd uiget, spiritus sit necesse est. Item paulopost: Aliud erit, inquis, anima, & aliud spiritus, sapientia & sensus animę. His uerbis satis indicas, quid esse spiritũ hominis sentias, id est rationale nostrũ quo sentit atq; intelligit anima: nõ sicut sentit corporis sensibus, sed sicut est ille intimus sensus, ex quo est appellata sentẽtia. Hinc aũt pecoribus sine dubitatione præponimur, eo q̃ sunt illa rationis expertia. Non habẽt itaq; spiritũ pecora, id est intellectũ, & rationis ac sapientiæ sensum, sed animã tantũ. Nã & de illis dictũ est: Producant aquę repentia animarũ uiuentiũ, & producat terra animam uiuentem. Vt ergo pleniſſime ac planiſſime noueris eã quę anima est, more diuinorũ eloquiorum etiã spiritũ dici, appellatur pecoris spiritus. Et utiq; nõ habent pecora illum spiritum, quẽ tua dilectio discernens ab anima definiuit. Vnde manifestũ est, q̃ generali uocabulo anima pecoris recte potuit sic uocari: Sicut legitur in libro Ecclesiastę: Quis scit spiritus filiorũ hominis si ascẽdat ipse sursum, & spiritus pecoris si descẽdat ipse deorsum in terra. Itẽq; in diluuij uastitate ita scriptũ est: Et mortua est omnis caro quæ mouebatur super terrã, uolatilium, pecorũ, & iumentorũ, & serpentium

Cap. XXII
1. Thes. 5
Rom. 7
Gal. 5
Ephes. 4
Col. 2
Ca. XXIII
Psal. 31
Gen. 1
Eccl. 3
Gen. 8

rarum,& omnis ſerpens qui mouet ſuper terram, & omnis homo,& omnia quæcunq; habent ſpiritũ uitæ. Vbi remotis omnibus dubitationis ambagibus,generale nomẽ animæ eſſe intelligimus ſpiritum. Cuius quidẽ nominis ſignificatio tam late patet,ut etiam deus uocetur ſpiritus. Et iſte flatus aereus quamuis ſit corporeus,appellatur in Pſalmo ſpiritus tempeſtatis. Quapropter & eam quæ anima eſt etiam ſpiritũ nuncupari puto, quod admonitus his quæ cõmemorauí diuinarũ teſtimoniſs paginarũ, ubi & anima pecoris,cui nõ eſt intellectus,appellata legitur ſpiritus , non negabis ulterius. Quocirca ſi & illa quæ de anima incorporea diſputata ſunt, capis & ſapis, non eſt unde tibi diſpliceam, q̃ eã me ſcire dixi nõ corpus eſſe, ſed ſpiritũ: quia & corpus non eſſe monſtratur, & Ca.XXIIII generali nomine ſpiritus nuncupatur. Quamobrem ſi noſtros ad te libros impenſa dilectione conſcriptos,repenſa dilectione ſumis & legis : ſi in principio primi tui libri audis & teipſum , & ſtudes, ſicut dixiſti, tuam ſententiã non tueri, ſi improbabilis detegatur: illa præcipue undecim caue de quibus te in libro ſuperiore cõmonui. Ne animam ſic dicas ex deo, ut eam non de nulla, nec de alia, ſed de ſua natura creauerit : aut q̃ per infinitum tempus, atq; ita ſemper animas det, ſicut ſemper eſt ipſe qui dat. Aut animã meritum aliquod perdidiſſe per carnem, quod habuerit ante carnẽ: Aut animam per carnem reparare habitudinem priſcam, perq; ipſam carnem renaſci, per quã meruerat inquinari: Aut q̃ anima ante omne peccatũ meruerit eſſe peccatrix: Aut infantes ſine regeneratione baptiſmatis mortuos, ad indulgẽtiam peruenire originaliũ peccatorũ: Aut quos dominus prædeſtinauit ad baptiſmũ , prædeſtinationi eius eripi poſſe, & ante defungi q̃ in eis quod omnipotẽs prædeſtinauit impleri: Aut de his qui priusquam baptizentur expirant, dictum eſſe quod Sap.4 ſcriptũ eſt: Raptus eſt ne malitia mutaret illius intellectum, atq; ad hunc ſenſum cætera pertinẽtia: Aut earum aliquas manſiones extra regnum dei eſſe , quas multas dixit in domo patris ſui dominus eſſe: Aut ſacrificiũ corporis & ſanguinis Chriſti, pro his qui non baptizati de corpore exierint offerendum : Aut aliquos eorum qui ſine baptiſmate Chriſti moriuntur, in paradiſum interim recipi, ac poſtmodũ & regni cœlorũ beatitudinem cõſequi. Hæc præcipue caue fili, nec cognominari Vincentius delecteris, ſi uis eſſe uictor erroris. Nec te quando aliquid neſcis exiſtimes ſcire, ſed ut ſcias diſce neſcire. Neq; enim aliquid in occultis dei operibus ignorando, ſed temere incognita pro cognitis aſtruẽdo, & falſa pro ueris proferendo ac defendẽdo peccatur. Ignorantiã uero meã, utrum animæ hominum nouæ fiant, an de parentibus, quas tamẽ à creatore deo non de ipſius ſubſtantia fieri dubitare fas nõ eſt, aut non deberere prehendi, aut ab eo debere à quo poteſt docẽte auferri: & habere in ſe animas corporũ ſimilitudines incorporeas, ipſas aũt nõ eſſe corpora: & ſalua diſtinctione animę & ſpiritus, etiã uniuerſaliter animã ſpiritũ nuncupari, puto q̃ perſuaſerim charitati tuæ. Si aũt perſuadere nõ potui, utrũ tamẽ ea dixerim quæ perſuadere debuerim , q̃ legẽt potius iudicabũt. Si qua ſanè alia quæ plurima in tuis libris emendanda mihi uidẽtur, ſcire forte deſyderas, uenire tibi nõ ſit oneroſum, non tanq̃ diſcipulo ad magiſtrũ, ſed primq̃uo ad grandęuũ, ſorti ad infirmũ. Et ſi enim nõ eos ædere debuiſti, maiore tamẽ & ueriore gloria quiſq; correctus ſua cõfeſſione reprehẽditur, q̃ cuiuslibet errãtis ore laudatur. Quamuis in eorundẽ recitatione librorum Cap.XXV auditores & laudatores tuos non oẽs iſta quæ ſana doctrina improbat, uel ante ſenſiſſe, uel ad ea tibi cõſenſiſſe crediderim: ſed acie mẽtis, ipſo tuæ recitatiõis impetu curſuq; perſtricta, hæc parum aduertere potuiſſe: aut certe etiã illos qui aduertere potuerũt, nõ in te rerũ liquidiſſimã ueritatem, ſed uerborũ affluentiã, & ingenij facultatem indolemq; laudaſſe. Plerunq; em̃ laudaẽ , prædicaẽ & amatur eloquiũ in ſpe iuuenis, & ſi nondũ habeat maturitatẽ fidẽq; doctoris. Quapropter ut & tu recte ſapias, & alios nõ tantũmodo delectare poſſis, uerumetiã ædificare q̃d loqueris : curã te oportet gerere de ſermonib. tuis, remotis plauſib⁹ alienis.

Errores Vincentij iterum recitantur

Obe

Libri quarti & ultimi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE Prædeſtinatione & gratia, qui intitulatur de uoluntate dei.

VM in ſacris uoluminibus literarum, ſeu futurorum quid Prophetico ſpiritu prænunciãtibus, ſeu præteritorũ hiſtorica ueritate narrantibus, ſeu uitæ monita Apoſtolica authoritate tradentibus, aliqua ueluti diuerſum ſonante ſententia uel mouetur lector, uel ſolicitatur auditor, certa & incõcuſſa fide cognitũ teneri debet, unius atq; eiuſdẽ ſpiritus, & eius prẽter quem nihil eſt ueritatis, apertius alibi, paulo occultius alibi ſonare myſteria. Ac proinde ſi q̃d occulta ſignificatione ſuſpenſum, aut à conſcribente breuiter indicatũ, minusq; q̃ humani cordis obtuſio poſcebat expoſitum eſt, hic lucidius apparere, ibi altius latere , nuſquam deeſſe nouerit ueritatem. Quòd ſi etiã pro magnitudine rei de qua quæritur, non facile intellectus ſenſibus quærẽtis occurrit, maxime ſi de incommutabili uoluntate omnipotentis dei, diuerſum ſonet canonicæ authoritatis utraq; ſentẽtia: ita illa omnia ad pietatis regulam dirigenda ſunt, ut nec iniuſtũ deum eſſe, nec merita ſingulorum confuſa quadam perſonarũ acceptione taxantem, nec infirmũ, ut quicquid uoluerit non ualuerit explicare, inconcuſſa definitione teneatur. Sub huius igitur definitiõis iugo, ne Cap.II in ſacrilegã temeritatẽ male libera colla luxuriẽt,

Cap.I

quæſtionis

Universidad de Deusto
Biblioteca

quæstionis huius quantū deo donante possumus, occulta memoremus: Quam beatus Apostolus Paulus diuersis in locis, nō parum discrepātibus uerbis studiosis proponit scrutatoribus, eisq; per ipsam loquitur ueritatem. Sententiā siquidem in dei gratia præcedente, latissima & robustissima di
Rom.9 sputatione confectā ita concludens, ait: Ergo cuius uult miseretur, & quem uult indurat: Quū in alia Epistola de diuina beneuolētia, ipse sic dicat:
1.Tim.2 Qui uult omnes homines saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Occurrit eñ, quur pereāt ex his aliqui, quū omnipotens deus omnes homines saluos fieri uelit, & in agnitiō em ueritatis uenire: deinde quur rursus induret alios, misertus aliorū, aut quomodo omnes saluos fieri uelit homines, quū ipse nonnullos ne saluentur induret. Hoc quantū ad humanam iustitiam, uidetur iniustum. Sed quis ita desipiat, uel potius quis ita blasphemet, ut dicat de iustitia dei, lege humanæ iustitiæ disputandū? quæ profecto si iustitiæ dei aduersatur, iniusta est. Ab illo eñ qui summe iustus est, omne quod qualitercunq; iustum est, manare manifestū est. Quis ergo erit qui incōmutabiliter manentē, & omnia quæ sunt condentem, regentem atq; seruantē dei sapientiā, pendat humanę sapientiæ arbitrio? De qua idem Apostolus dicit:
1.Cor.3 Quia sapientia carnis inimica est deo. Et alibi, Sapientia huius mundi stultitia est apud deum. Non est ergo de illa maiestate diuinæ sapientiæ, humaCap.III næ uanitatis arbitrio disputandum. Si quis aūt peccata sua ita nutriendo, figura uel umbra uel typho superbię blandiente decipitur, ut dicat, quod nonnullos esse dicturos statim uidit beatus Paulus apostolus. Subiunxit eñ: Dicet aliquis, Si cuius uult miseretur & quem uult indurat, quid adhuc queritur? Voluntati enim eius quis resistit? Nouerit hac plus nos ad humilitaatē ac pietatem cogi atq; arctari sententia. Quū eñ totū ad deum referens humanis uiribus neget doctor amplissimus, quid aliud q; ut in deum toto corde suspēsi, ab eo salutis auxilia postulemus, hortatur? Quem ergo mouet hæc in diuinæ gratiæ dispēsatione diuersitas, & iniustum putat, negari alteri quod alter acceperit, intelligat quēadmodū diuinitus di-
Psal.24 xerit Psalmista: Vniuersæ uiæ domini misericordia & ueritas; atq; agnoscat tali deum agitare res humanas iudicio, ut debitas pœnas aut iuste reddat, aut misericorditer donet. Vitiatæ enim radicis macula, ita propaginis traduce per generationū sarmenta diffusa est, ut nec infans quidē unius diei à culpa sit primæ pręuaricationis alienus, nisi per indebitam saluatoris gratiam fuerit liberatus. Quòd si nec hic quidem sine peccato est, qui proprium habere non potuit, cōficitur ut illud traxerit alienū, de quo Apostolus dicit: Per unū hominē peccatum intrauit in mundū, & per peccatum mors, & ita in omnes pertransiit, in quos oēs peccauerunt. Quod qui negat, negat profecto primū nos esse mortales. Si eñ ut dicit Apostolus: Per unum hominē peccatū intrauit in mundum, & per peccatum mors: mors intrare non potuit, nisi intrante peccato. Et quoniā mors non naturę cōditio, sed pœna peccati est, sequatur necesse est pœna peccatum. Quia uero in omnes homines mors pertransiit, in omnes necesse est pertransisse peccatum. Peccatum quomodo cū paruulis originale nascatur, carnis oculis uidere nō possumus: Quia uero omnes ex Adam carnaliter natos, & si illi iam etiam qui in Christo renati sunt, uidemus mortis lege cōstringi: per hoc quod uidemus semper paruulos mori, cogimur confiteri semper paruulos nasci cum peccato originali. Facilius enim fieri posset, ut quamuis transeunte peccato, pœna minime sequeretur, q; ut nulla communicatione peccati partem sumat pœnæ, qui non habet culpę. Si ergo, ut apparuit, de præuaricatoris semine omnes nascimur debitores, quoniam in ipso omnes, ut ait Apostolus, peccauerunt, & ipsa iam in principio unde descendimus, massa damnata est, nullus de duritia sua: nullus de pœna sua cōqueri audeat, quæ etiam non existentibus peccatis proprijs, sola nascendi conditione debetur. Quòd uero deus alijs gratuita uocatione conuersis, misericordiā largitur indebitā, non ad dispēsatoris iniustitiam, sed ad donantis misericordissimā largitatem, ueritatis ratiōe referendū est. An audebit debitor creditorē iniquitatis arguere, si alteri donās, ab eo quod debebat exegerit? Si ergo inter cōtractus hominū, nullus ex hoc præscriptionis locus est, ut à se dicat debitor iniuste exigi, quia scit alteri debitori ab eodē quod debebat creditore donatū, quis in tantam insaniā prophanæ uocis erumpat, ut iniustitiæ deum arguat, si uni indebitā donauerit gratiam, alteri reddiderit debitam pœnā?

Itaq; ex superiori huius parte sententiæ, quæ di Cap.IIII cit: Cuius uult miseretur: puto q; nullus nisi indignus misericordia audeat disputare. Quod uero sequitur: Quem uult indurat: ibi paululum humanæ mentis intētio uerbi nouitate confundit. Sed non ita intelligendum est, quasi deus in homine ipsam quæ nō esset, duritiā cordis operet. Quid enim aliud est duritia, q; dei obuiare mandatis? Vnde illud beatus Stephanus dicebat ad populum: Dura ceruice, & non circunciso corde & au Act.7 ribus, uos semper spiritui sancto resistitis. Quam qui à deo fieri putat, propterea quod dictum est, quem uult indurat: ipsum præuaricationis intuea tur exordiū, & deo donante mādatum, per quod transgressionis culpā in corde fuerit operatus attendat, quāuis ne ab ipso quidem si negaret assensum, potuit tentatore cōpelli. Ergo quicquid post illā pręuaricationē natus supplicij homo patitur, iuste reddi meritoq; fateatur. Indurare enim deus dicit eum, quem mollire noluerit. Sic etiam excæcare dicitur eū quē illuminare noluerit. Sic etiam repellere eū, quē uocare noluerit, Quos enim prę destinauit, illos & uocauit: & quos uocauit, illos iustificauit. Ipse enim dedit ut simus, ipse ut boni esse possimus. Præsciuit enim nos eius diuini- Cap.V tas, sapiētia cōdidit, iustitia damnauit, gratia liberauit. Mundus eñ quāuis pro tempore ex quo factus est cœperit, in illa diuinæ pręscientiæ luce faciendus

Universidad de Deusto
Biblioteca

ciendus, nullũ potuit habere principium: & quan
ticũcꝙ uel ex Adam uſcꝙ in hodiernũ diem homi-
nes nati ſunt, uel poſt noſtram ætatem generatio
nis ſunt propagine naſcituri, apud deum nati ſunt
iam, & decurſo totius uitæ tempore tranſierunt,
in illo nihilominus diuini obtutus lumine perma
nentes. Deus enim qui nec loco clauditur, nec tẽ-
pore præuenitur, omniũ rerũ tam præteritarũ me
moria, cꝙ imminentiũ ſcientia plenus eſt, nec remi
niſcens uoluitur in præteritũ, nec ſperãs tenditur
in futurum. Et quæcunꝙ omnino ſunt, quæ tem-
porum motibus agitantur, ab eo principio in quo
erat uerbum, & uerbũ erat apud deũ, & deus erat
uerbum, uſcꝙ in finem oĩnium ſeculorum: de quo
fine, cũ diceret beatus Moyſes: Domine, inquit,
qui regnas in ſeculum & ſeculũ & adhuc: nec ſpe-
rantur futura, nec præterita tranſierunt, ſed in prę
ſentia diuinitatis preſenti ſemper luce cernuntur.
Ab illo ergo quia æternus & præſcius, quia & iu-
ſtus & pius eſt, qui exercet debitam ſeueritatem,
& exhibet indebitam pietatẽ, & habet in creandis
atcꝙ eligendis hominibus, ſicut in luto figulus po
teſtatem, facta ſunt alia quidẽ uaſa in honorẽ, alia
uero in contumeliã. Antecꝙ faceret nos, preſciuit
nos, & in ipſa nos præſciẽtia cũ nondum feciſſet,
elegit. Sed à quo hoc fieri potuit, niſi ab eo q uo-
Eph. 1 cat omnia quæ non ſunt, tancꝙ ea quæ ſunt? Apo-
ſtolus enim dicit: Qui elegit nos ante mundi cõſti
tutionem. Intra mundũ facti ſumus, & ante mun-
dum electi ſumus: atcꝙ ita uno eodẽcꝙ, nec trãſeun
te nec futuro, ſed continuo tẽpore, uel ſi quo alio
modo dici poteſt, ſi tamen poteſt, apud deum eſt,
& præſcire & facere & eligere, & præſcientia ſua
incommutabiliter permanẽte eligere faciendos,
quos facturus fuerat eligendos. Hæc quidẽ quan
tum ad fidei regulam, deo illuminante prædicta
Cap. VI ſint. Sed iam uideo quid etiam hinc calumnio-
ſa prauitas poſſit opponere. Sequitur eñ, ut ſi eos
q̃s prędeſtinauit, illos & uocauit, & ſi eos quos uo
cauit, illos & iuſtificauit, q nec prædeſtinati nec
uocati, ac p hoc nec iuſtificati ſunt, ab oĩ culpa
Rom. 9 debeãt eſſe innocẽtes, iniuſtecꝙ ab eis p uitę prauí
tate trãſactæ, in illo agnitiõis die ſint poſcẽda ſup
plicia. Dicat iſtis Paulus apoſtolus: Nunqd iniqui
tas apud deũ? Statim ipſe reſpõdeat: Abſit. Cũcꝙ
hoc fuerit in hominis mẽte ſana pietate fundatũ,
p nulla ſit iniquitas apud deũ, ita intelligat: Cuius
uult miſeret, & quẽ uult indurat: quaſi diceret, cu
ius uult miſeret, & cuius nõ uult, nõ miſeret. Itẽcꝙ
hoc ipſum rurſus intelligat, quaſi diceret, cui uult
donat, & à quo uult debitũ poſcit. Quod q dicere
perſeuerat iniuſtũ, ab Apoſtolo audiat: O homo,
tu q̃s es qui reſpõdeas deo? Congrue ſiquidẽ hui-
uſmodi impietatẽ Apoſtolica reprehẽdit authori
tas, tantũ de exaggeratiõe nominũ põdus incuti
ens, cũ dicit: O homo, tu q̃s es qui reſpõdeas deo?
homo deo, lutũ figulo. Subiunxit enim idẽ Apo-
ſtolus: Nũquid dicit figmentũ ei qui ſe finxit, qua-
re ſic me feciſti? An non habet poteſtatem figulus
luti ex eadẽ maſſa facere aliud quidẽ uas in hono
rem, aliud uero in contumeliam? Si ergo habet,

A imò quia habet poteſtatẽ figulus luti facere ex ea-
dem maſſa, aliud quidem in honorem, aliud uero
in contumeliã, ò homo, tu quis es qui reſpondeas
deo, quia cuius uult miſeret, & quẽ uult indurat?
Sed priuscꝙ ad huiuſmodi concluſionem beatus
Apoſtolus diſputationis ordine peruenìret, hoc
potiſſimũ de ueteribus literis ſumpſit exemplum,
in quo indurationem quæ à deo fieri dicitur, edo
ceret. Dicit, inquit, ſcriptura Pharaoni: Quia in Exod. 9
hoc ipſum excitaui te, ut oſtendam in te uirtutem
meam, & ut annuncietur nomen meum in uniuer
ſa terra. Induraſſe aũt cor eius, deus in eadem ſcri-
ptura apertiſſime dicitur, cũ Moyſi de ſignis quæ Exod. 4
in Aegyptios per eũ faciẽda fuerant loqueretur.
Sic enim dicit: Ego aũt indurabo cor Pharaonis
ne dimittat populum. Hinc iã per aperta ſe iactãs
B calumniator aſtutus, iuſtitiam dei ad ſuũ libret ar
bitrium, & quanta poteſt uociferatione reſpon-
deat: Si cuius uult miſeretur, & quem uult indu-
rat, quid adhuc queritur? Voluntati enim eius
quis reſiſtit? Huius elatiõi Apoſtolus dicat. O ho
mo, tu quis es, qui reſpõdeas deo? Qui autem pie
quærens aliquid deſiderat inuenire, illum locum
eiuſdem ſcripturę relegat, ubi primo Moyſi in ru
bo ignis apparuit, atcꝙ ita cor eius ardore diuinæ
charitatis igniuit, ut in cõſpectu regum, ſicut Da
uid dicit, teſtimonia eius ſine cõfuſione loquere-
tur, & ibi inueniet totũ hoc, q induraſſe deus cor
Pharaonis præmittit, non ad operatiõem dei, ſed
ad præſcientiam pertinere. Loquens enim domi-
nus de rubo, ſic dicit: Ego aũt ſcio, q nõ dimittet
C uos Pharao rex Aegypti, niſi per manũ magnam.
Sed extendens manũ meam, percutiã Aegyptios
in omnibus mirabilibus quæ faciam, & poſtea di
mittet uos Pharao rex Aegypti. Hæc prima uox
dei eſt, qua futuram uoluntatem Pharaonis, ſicut
præuiderat indicabat. Poſtea iam inter ipſos mira
culorũ imbres dixiſſe legitur: Ego aũt indurabo
cor Pharaonis, ne dimittat populũ: Vbi iã aper-
te intelligitẽ primã iteraſſe ſententiã. Quid eſt eñ,
indurabo cor, niſi nõ molliam? Apparet enim in
alios manente iuſtitia, in alios gratia profluente,
ſcripturæ illius ſententiam fuiſſe completã: quia
dixit deus Pharaoni: In hoc ipſum excitaui te, ut
oſtendam in te uirtutẽ meam, & ut annuncietur
nomẽ meũ in uniuerſa terra. Vtente eñ deo bene
D etiam malis, induratione Pharaonis, flagellis Ae-
gypti, & tot ac tantis in illa gente miraculis pari-
ter aceruatimcꝙ peractis, quid aliud geſtum eſt,
quàm ut dei uirtus apud ſe magna, in ſe plena, ad
humani generis notitiam peruenìret, nõ deo, ſed
ipſis relegentibus & credentibus profutura? Pha
raonẽ non eſſe mutandum, & illam omnem gen-
tem, quæ poſt tot uerbera, uix ſibi erutum popu-
lũ dei, armis etiã inſectari conabatur & bello, alta
illa deus prouidentiæ ſuæ luce præſciuit. Sed peri
turorũ interitũ prædeſtinatis à ſe uaſis miſericor-
diæ, ſalutis uoluit eſſe argumentũ, & aliorũ perdi
tione ad ſalutẽ uſus eſt aliorũ: quia poteſtatem ha
bet figulus luti ex eadẽ maſſa, aliud quidem uas
in honorem, aliud uero in contumeliam facere.

Hoc

Cap. VII Hoc etiam diuinæ poteſtatis in hominũ electio ne iudicium, paulo ante cõmemorãs beatus Apoſtolus robuſtiſſimis monſtrauit exemplis, cum de Rebeccæ partu, adhuc intra uterum cõſtituto, totum ad gratiam dei referens loqueretur. Sic enim Rom. 9 ait: Sed et Rebecca ex uno cõcubitu habens Iſaac patris noſtri, cum nondum nati fuiſſent, nec aliqd boni egiſſent & mali, ut ſecũdum electionem propoſitũ dei maneret, non ex operibus, ſed ex uocante dictũ eſt, quia maior ſeruiet minori: ſicut ſcriptũ Malac. 1 eſt: Iacob dilexi, Eſau aũt odio habui: Statimq; ſubiecit. Quid dicemus? Nunquid iniqtas apud deũ? Negansq; reſpondit. Abſit. Vt iam cætera quę ſequuntur ad hanc ſententiã ſuſpenſa referantur, & relata ſoluãtur, qua negauit apud deum eſſe iniquitatem. Sed hic quid egerit hæc apoſtolicæ diſputationis intentio, ſatis admodum claret. Non ſolum enim fratres, ſed & geminos, nec ſolum geminos, ſed uno etiã concubitu fuſos in utero cõparauit, ut quoniã in nondũ natis nõdumq; aliqd operatis, nulla eſſe poterãt momenta meritorũ, nec ex parentum quidẽ meritis quę diuerſo tempore uaria eſſe potuerunt, aliquod cõtra gratiam relinqueret obſtaculum. Quæ utiq; parentũ merita etiã ſi permittamus diuinũ paruulis uel auertiſſe uel conciliaſſe præſidium, ſeu bona, ſeu mala circa geminã prolẽ quæ eodẽ concepta cõcubitu, eodemq; in lucem proiecta momẽto eſt, paria eſſe debuerũt. Quòd ſi futuros eorũ mores dicit diuinum diſcreuiſſe iudi cium, profecto illud euacuabit, quod præmiſit Rom. 9 Apoſtolus dicens: Nõ ex operibus, ſed ex uocãte dictum eſt, quia maior ſeruiet minori. Non em̃ ait ex præteritis operibus, ſed cũ generaliter dixerit: Nõ ex operibus, ibi & præterita intelligi uoluit & futura: præterita ſcilicet quæ nulla erãt, futura quę nondum erant. Prædeſtinatus eſt Iacob uas in honorẽ, quia nõ ex operibus, ſed ex uocante dictũ eſt: Ma- Cap. VIII ior ſeruiet minori. Et ne forte uaſa in honorem prædeſtinata, ſuis aliquid uiribus tribuendo, negarent gratiã creatoris, alio eos loco Apoſtolus uaſa miſericordię nominauit, ut totũ quicquid eſſent, ſecundum miſericordiã ſe eſſe cognoſcerent. Sic em̃ Exodi 2 & alibi dicit idem Apoſtolus: Et hoc nõ ex uobis, ſed dei donũ eſt. Beatus etiã Moyſes in Deutero Deut. 8 mio dicit ad populũ: Et ne dicas in corde tuo: Fortitudo mea & potentia manus meę fecit mihi uirtutem magnã hanc, ſed memoraberis domini dei tui, quia ipſe tibi dat fortitudinẽ, facere uirtutẽ, ut ſtatuat teſtamentũ ſuũ quod iurauit patribus ueſtris. Item paulopoſt ibidem ad eos: Ne dicas, inquit, in corde tuo, cum conſumpſerit dominus deus tuus gentes iſtas ante faciem tuam, dicens: Propter iuſtitias meas induxit me dominus hereditare terram bonam iſtam: Non propter iuſtitiã tuam neq; propter ſanctitatem cordis tui intras hæreditare terrã eorum, ſed propter iniquitatẽ gentium iſtarum, dominus diſperdet eas à facie tua. Ecce quàm antiquum ſpiritus ſancti dogma, non ſolum in Apoſtolicis literis prædicatũ, ſed etiam in Propheticis, atq; in ipſis Iſraelitici populi exordijs, ſancti ſpiritus uoce firmatum, nouellæ præſumptionis impetus conatur euertere. Clare ſiquidem in uno atque eodem ſcripturæ loco, bonitatem & ſeueritatem dei Propheta beatus oſtendit, dicens non propter iuſtitias populi hæreditatem terræ illius reddi, ſed gratia tantum miſerantis donari, illos autem propter iniuſtitias ſuas pelli. Ecce in illis iuſte punitur iniquitas, in iſtis gratis nulla iuſtitia muneratur. Nec ſufficit beato Moyſi quod dixerat, non propter merita ipſorum hæreditatem terræ illius Iſraelitico populo fuiſſe conceſſam, niſi etiam adderet quod adiunxit, unde eos omni bono monſtraret indignos. Sequitur enim poſt illud quod ſupra memorauimus: Et ſcies hodie, quia non propter iuſtitias tuas dominus deus tuus dat tibi terram iſtam bonam hæreditare, quoniam populus duræ ceruicis es tu. Quis hic ſecundum debitum præcedentium meritorum mercedem redditam dicat? Quis non gratiam fateatur indebitam? Quotiens ait Propheta: Tentauerunt eum in deſerto? Quotiens iracundiam dei cordis auerſione meruerunt, & ſaluauit eos propter miſericordiam ſuam, ut notam faceret potentiam ſuam? Hoc iterũ Apoſtolus dicit: Suſtinuit in multa patientia uaſa iræ apta in interitum, ut oſtenderet diuitias ſuas in uaſa miſericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Rom. 9 Ne uero rurſus homo in Cap. IX ultimam fecem deſidiæ reſolutus, arduum uirtutis iter, & quamuis adiuuante gratia dei, non niſi labore gradiendum, inerti ſibi crederet poſſe deferri, & nullius laboris induſtriam ſtudio ſui profectus adhiberet, ita inter ſe atque homines deus tempora officia'que diſtribuens ordinauit, ut uocatione ipſius bonorum principia ſumeremus, uocati autem atque illuminati, uias mandatorum eius boni ingenij intelligentia noſceremus, & eas libero uel eligeremus uel relinqueremus arbitrio. Quas tamen ſi ipſius fulti adiutorio, continua deuotione ſequeremur, in fine rurſus non repugnantem mandatis ſuis, ſubiectam in nobis obedientiam coronaret. Liberum uero quod ab eo habemus arbitrium, prono ad nequitiam lapſu fluit, & cum ad uirtutis indolem, dei auxilio deferente, nihil poſſit, ad genus omne peccati idonea fultrum uirtute ſubſiſtit: Trahit enim lex in membris nata peccati, & deus à leni iugo mandatorum ſuorum leui'que ſarcina recedentes: atque in peccati duriſſimam ſeruitutem, libero à iuſtitia uoluntatis arbitrio defluentes, ſecundum ſuam iuſtitiam derelinquit. Eos uero qui uocationis munus congrua pietate ſuſceperint, qui carnalibus nõ ſubiungantur illecebris, qui ſactante uitio, auaritiæ facibus, uento ſuperbiæ caruerunt, & quantum in homine eſt, dei in ſe bona ſeruãtes ad ſpiritalia exercitia omne ſtudiũ contulerũt, & in agone huius uitæ certantes adiuuat, & coronas uincentibus largit̃ ęternas: ipſe rurſus delinquentes deſerit, reſiſtentes indurat, contemnentes condemnat. De horũ gra- Cap. X duum diſtributione, quam uel in nobis deus operatur, uel nos iubet aliquid operari, ipſum interrogemus de cuius uerbis orta eſt quæſtio, quã ſi dominus aſſit, emodare conamur, ut eius ſenſibus per

diuersa uolumina uaria quidem locutiõe, sed una atq; eadem intentione digestis, si quid in hoc loco latet, alterius sententiæ collatione referetur. Vocatum à deo Apostolũ Paulum, uel in eo libro legimus, ubi eius gesta cũ omni ueritate narrantur, uel
Rom. 1 ipse in Epistola sua confitetur, dicens: Paulus seruus Iesu Christi, uocatus Apostolus. Secundo aũt loco uocationem secutus, & totũ quod in homine
1. Cor. 15 fuerat operatus, ipse sic dicit: Plus omnibus illis laboraui. Sed ne hoc ipsum quidem sibi tribuens, solicita pietate subiunxit: Non ego autem, sed gratia dei mecum. Iam ergo & uocato & uocationẽ per opera iustitiæ subsecuto, quid supererat aliud, nisi ut liberatus de corpore mortis huius, ad illius alterius uitæ, quæ sanctis omnibus ueritatis ore promissa est, beatitudinem perueniret? Quod nullis humanis meritis reddi, sed dei donãtis gratia largiente donari, sibi ipse respondet post gemitus, qui-
Rom. 7 bus dixerat: Miser ego homo, quis me liberabit de corpore huius mortis? Gratia dei, inquit, per Iesum Christum dominum nostrum. Hanc itaq; distributionem qua diximus à deo homines nullis existentibus meritis uocari, & uocatos ut boni aliquid operẽtur, dei adminiculis indigere, sumpto de ueteribus literis Apostolus monstrat exemplo, postq; illam de duobus geminis electionem omni repulsa laude meritorum, ad dei gratiã iudiciumq; contulerat, uidens quid impia posset blasphemare gar-
Rom. 9 rulitas, dixit: Numquid iniquitas est apud deum? Et sequitur. Absit. Et quasi diceretur ei, unde probas? Parum putauit authoritatẽ suæ ualere doctri-
C ne, nisi sententiam suam etiam legis doceret exemplo. Sic enim intelligi uoluit quod Moyses dixe-
Exodi 33 rat: Misereor cuius miserebor, & misericordiã præstabo, cui misericors fuero: ut primam misericordiam uocatione credamus hominibus prærogari, quæ sola ad recte uiuendum non sufficit, si deserat qui uocauit. Ideoq; additum est: Et misericordiam præstabo cui misericors fuero: ut à deo accipi manifestum sit & ipsa misericordiæ opera, quæ cum uidemur impendere, dei misericordiam pro-
Matt. 5 meremur. Sic enim in Euangelio dicit: Beati misericordes, quoniã ipsis miserebitur deus. Quod nisi sic intellexisset Apostolus, nunquã pro bonis gratiæ, disputationi suæ hoc testimonium curasset in-
Cap. XI serere. Si quem uero mouet, quod non omnes, etiam de his qui iam uocati sunt, ad secundam gratiam, id est, ad recte uiuendi donum peruenire me-
Matt. 20 reantur, sicut dominus in Euangelio dicit: Multi sunt uocati, pauci uero electi: Hinc intelligat, quale sit quod contra dei gratiam defensare molitur, qui de libero sibi blanditur arbitrio. Quicunq; enim diuinæ uocationis munere derelicto, ad impiam rursus fluxere perfidiam, ipsis dei gratiam deserentibus, ad implẽdum quod uoluerant sufficit arbitrium. Vidit enim quemadmodum Psalmista, misericordiarũ dei ordinem quem ex Moysi sensu interpretatur Apostolus, Prophetici spiritus ueri-
Psal. 80 tate decantet: Audi, inquit, populе meus, & testificabor tibi. Quid eos uolebat audire, quod cum testificatione loquebatur? Quid utique, nisi mãdata uitæ? Sicut alius Propheta dicit: Audi Israel mandata uitæ. Sed quæ sint ista mandata uitæ, Psalmista subiungit, & sequit: Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti. Et hæc esse mandata uitæ, in oratione qua discipulos suos patri dominus commendabat, ostendit dicens: Ioan. 17
Hæc est enim uita æterna, ut cognoscant te solum uerum deum, & quem misisti Iesum Christum. Post hãc uocationem illud sequitur, quod & uult ad conatus hominum pertinere, & ostendit sine se non posse compleri. hoc est enim quod dicit Apostolus: Philip. 2
Quoniam ab ipso habemus uelle & perficere, pro bona uolũtate. Ab ipso enim habemus uelle, quia uocat & illuminat: ab ipso pficere, quoniam ad nos pertinet conari bona, quę & uelle donauit. Nec ineaute ab Apostolo cum dixisset:
B Quia ab ipso habemus & uelle & perficere: additum est, pro bona uoluntate: ut etiam atque etiam uideant, ubi habeant à dei iustitia liberum de quo gloriantur, arbitrium. Sed illum ordinem quo misericordias diuersa dominus temporum dispensatiõe distribuit, sicut Moysen dixisse sensit Apostolus, etiam in continuata Psalmi huius oratione uideamus. Quid enim ait, postquam uocatos docuerat dicens: Ego enim sum dominus deus tuus, qui eduxi te de terra Aegypti? Dilata, inquit, os tuum, & ego adimplebo illud. Hic aliquid rursus apparet homini fuisse seruatum, quod per liberum facere debeat arbitrium. Dilatare enim iubetur os suũ, sed deus se implere promittit. Sicut e-
C tiam discipulis suis in Euangelio dixerat: Nolite Matt. 10
cogitare, quomodo aut quid loquamini; nõ enim uos estis qui loquimini, sed spiritus patris uestri, qui loquitur in uobis. Hoc solum ad illos retulit, ut omnem tribulationis necessitatem libenter pro ueritate susciperent, penes se autem promisit effectum. Libero ergo qui locus seruatur arbitrio, ut sine dei adiutorio ad explendum quid uoluerit rationali dignitate suffulta, sibiipsi nõ sufficiat humana natura, continuo Psalmista ostendit: Et non au- Psal. 80
diuit populus meus uocem meã, & Israel non intendit mihi. Quid dixerat cũ uocaret: Audi populе meus & loquar, Israel & testificabor tibi. Quid testificans cõmendauerat mentibus audientium? Dominus deus tuus ego sum. Quid etiam ab ipsis fieri iusserat, quos de terra Aegypti & ignorantiæ
D tenebris liberatos, in luce mandatorum suorum splendore uocationis eduxerat? Dilata, inquit, os tuum. Statimq; quasi diceret, si dilatare te deseren te me uolueris, nihil proderit, ita addidit, & implebo illud. Quid ergo qui uocauerat, & uocatos docuerat, querula de hisdem uoce subiũgit: Et nõ audiuit, inquit, populus meus uocẽ meam, & Israel nõ intendit mihi? Exeat nunc liberi cõtra dei gratiam defensor arbitrij, audiat dicentẽ Apostolum, cum de bonis suis laboribus loqueretur: Non ego 1. Cor. 15
autem, sed gratia dei mecum. Audiat dei uocẽ in Psalmo, de his quos deseruerat dicentem: Et di- Psal. 80
misi eos secundum desideria cordis eorum, ibunt in uoluntatibus suis. Audiat unum eundemq; Apostolum, de uitę suæ uarijs temporibus sibi tantum

tum mala, gratiæ autem dei bona omnia tribuen-
1. Tim. 1 tem: Qui prius fui blasphemus, inquit, & persecu-
1. Cor. 15 tor. Et alio loco: Gratia dei sum id quod sum. Cū
diceret: Qui prius fui blasphemus & persecutor,
nulla gratiæ mentio iniquo operi copulabatur: ga
sufficit sibi, sicut dictum est, ad nequitiam natura
libertatis humanæ. Cum uero de præsentis uitæ
beatitudine loqueretur: Gratia, inquit, dei sum id
quod sum. Et illum ordinem quo miseretur deus
uocando, miseretur deinceps in cœptis conatibus
adiuuando, sicut serie Psalmi narratum atq; dige-
stum est, beatus etiã Apostolus Paulus continua
narratione seruauit. Si enim in ordine quẽ posuit,
excepta testimonia relegantur, ita loquitur: Gra-
tia dei, inquit, sum id quod sum. Hæc est prima mi
sericordia, quã liberæ uoluntatis opera cõsequun-
tur. Sed ut Apostoli Pauli uocationem bona ope-
ra sequerentur, quid ait: Et gratia eius in me uacua
non fuit. Quid enim fecisti? Plus, inquit, omni-
bus laboraui. Ne multum superbias ô liberi defen
sor arbitrij, audiens Paulum de suis laboribus glo
riantem, attende quod sequitur: Non ego autem,
sed gratia dei mecum. Puto sanè quod nullus de
his qui contra dei gratiam exaltato ante ruinam,
sicut scriptum est, corde blasphemant, tantum ar-
rogantiæ impudentis assumat, ut beati Prophetæ
Dauid meritis aut æquandum se, aut etiam exisți-
met præferendum. Cuius, ut de illa prima remune
ratione, quam nullus non fateatur ut indebitam, de
lati scilicet regni interim taceam, orationũ & con
fessionum eius intentiones, affectusq; pensemus.
Psal. 93 Ipse siquidẽ definit in Psalmo: Beatus homo quẽ
tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum.
Sed uideamus utrum ipsi iam erudito, & omni le-
gis scientia secundum institutionẽ Iudaicam suf-
ficienter instructo, ad beatitudinẽ res hæc sola suf-
fecerit. Cur ergo rursus idem clamauit ad domi-
Psal. 118 num: Da mihi intellectum & scrutabor legem tu-
am, & custodiam illam in toto corde meo? Parum
erat quod ad scrutandam legem poposcerat intel-
lectum, nisi etiam ad custodiendam necessarium si
gnificaret auxilium, dicens: Et custodiam illam
in toto corde meo: quasi diceret. Tunc custodiam
illam in toto corde meo, si tu dederis intellectum.
Cap. XII Adhuc superbus ille propriæ uoluntatis defen-
sor ad ista respondeat, quòd Propheta ad intelli-
gendum tantum mandata diuina, quæ tamen pro
pria uirtute impleturus fuerat, opem diuini postu-
lauerit auxilij. Quæ si ita sunt, à te paululum libet
beate Dauid, sensuum tuorum occulta perquire-
re. Vnde ergo rogo te, pugna carnis & spiritus?
Vnde Apostolicum sicut ipse fateris certamen?
Etiam utique illuminatus atque eruditus intelli-
gentiæ munere, quam diuinitus postulaueras, cla-
mas & dicis: Auerte oculos meos ne uideant ua-
nitatem. Nam intellectu certe discernendæ uanita
tis à ueritate, sicut poscebas accepto, cur oculos tu
os à uanitate quæ displicet, non auertis? Si auari-
tiam reprehendis, cur non ab ea proprio separatus
arbitrio, cor tuum ad mandata salutis inclinas,
sed tanquã infirmus in omnibus clamas ad deum:

Inclina cor meum in testimonia tua, & non in aua
ritiam, nisi quia suggerit auaritiam in membris na
ta lex peccati? Et adhuc uult oculos suos, nec per
se potest uir sanctus auertere: ac sic caro concupi-
scit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnẽ: Gal. 5
ex qua lite non liberat, nisi gratia, quæ per domi- Rom. 7
num nostrum Iesum Christũ paruis magnisq; do-
natur. Velle enim adiacet: perficere autem non in- Philip. 2
uenio: quamuis & ipsum uelle nõ ex nobis, sed dei
donum est, quoniam ab ipso habemus & uelle &
perficere, pro bona uoluntate. Beatus ergo es, quo-
niam cum Apostolis Christi, & doctrinę & pugnę
æqualitate concordas: quia & in scriptis tuis Apo
stolorum bella cognoscimus, & tua certamina in
Apostolicis literis inuenimus. Vnde ista in u- Cap. XIII
no eodemq; homine, qui ex anima & corpore con
stat, rerum uoluntatumq; diuersitas, nisi quia dei
iudicia contemnens, homo deum, creatura crea-
torem, infimus summum, intra semetipsum ino-
bedientiæ pœnas & contumaciam inferioris inue
nit? Qua enim iustitia, quamuis meliori deterior,
creaturę tamen creatura seruiret, si ipsi qualiscun-
que creatura seruire noluit creatori? Sed ne hoc
quidẽ sufficit ad pœnã, ut pars illa deterior melio-
ribus repugnaret cordis affectibus, nisi etiam ple-
runq; superaret, in captiuitatem duceret, posside-
ret, nõ solum uel natos in Adam homines, sed lex
ipsa peccati ad motus sui ministerium uendicaret,
nisi etiam renatos in Christo, manente suggestio-
ne pulsaret: quia reuera per id regenerationis mu-
nus reatus dimissus est, non soluta conditio gratiæ
est: ueterum delens chirographa debitorum, non
à passione carnali iam separans adhuc hominem
in carne uiuentem, ut omnis homo futuro tempo-
re diuinum per singulos imploret auxilium. Et
quoniam lex non tam auferre potuit quàm mon-
strare peccatum, quod peccatum in se nascentes
passim sibi homines uendicabat, & concupiscen-
tiæ consensione possessos, in æternum mergebat
interitũ: dominus noster Iesus Christus filius dei, Philip. 2
uerbum patris, æquale & coæternum patri, semet
ipsum exinaniuit, formam serui accipiens: & cum
peccatum ipse nõ esset, factus assumpta carne pec
catum, ut peccato carnis homine sanato, pecca-
tum damnaret in carne, uenit quærere quod perie
rat, sanare quod ægrotabat, erigere quod iacebat,
potestatem habens dimittendi peccata, quod non Luce 19
debebat donare, quod ei debebatur dimittere, de-
letisq; omnibus ueteris culpæ maculis quam fece
rat, reparare naturam. De his quibus pœnam seue
ritas iusta decreuerat, secũdum ineffabilem dispo-
sitionis occultæ misericordiam, elegit uasa quæ fa
ceret in honorem, & alios à uentura ira dono gra-
tuitæ uocationis absoluit: alios derelinquens ad æ-
qualitatis iudicium reseruauit, nulli tamen agno-
scendę ueritatis abstulit facultatem: & ita plenitu-
do diuinæ præscientiæ in alios manante iustitia, in
alios gratia profluente completa est: ut pereũtibus
quos præscierat deº esse perituros, et saluatis quos
in illa secreta electione præscierat esse saluandos,
toto orbe diffusa multiplicaretur Ecclesia.

Gratulare

Universidad de Deusto
Biblioteca

Cap. XIIII Gratulare igitur ò quicunq; illuminatus es, & gratiam quam non merebaris agnosce: geme quicunq; induratus es, & iustitiam confitere. Dic quicunq; ab originali contagio, lauacro gratiæ te gra
Psal. 144 tularis ablutum: Misericors & miserator dominus patiens & multæ misericordiæ. Non secundum peccata nostra fecit nobis, neque secundum iniquitates nostras retribuit nobis. Dic quicunque
Psal. 102 damnaris: Iustus es domine in omnibus quæ fecisti nobis, & omnia iudicia tua uera: quia in ueritate & iudicio superinduxisti omnia hæc, propter peccata nostra: & noli iniustitiæ dei culpam tuæ induratio nis ascribere: quia omnes uiæ domini misericordia & ueritas, ut nec hi q misericordiã fuerint consecuti à deo, iudicio ueritatis de meritis suis aliqd glorientur: nec hi qui indurati atq; damnati sunt, excusationem culpæ ex hoc habere posse se credant, quòd nullam qua conuerterentur, sint misericordiam consecuti. Hanc ergo Pharao misericordiam non accepit, & ideo ei ad pereundum, liberum suffecit arbitriũ, quem quidẽ nullus ita ignarus diuinarum scripturarum erit, qui audeat dicere illa omnia iniuste esse perpessum. An forte si pie de deo sicut expedit sentiamus, etiam Pharaoni datam misericordiam reperimus? Patientia enim dei ualere ei debuit ad salutem, qua differens iustũ meritumq; supplicium, miraculorum uerbera crebra densabat. Nunquid non potuit, sicut flagellis
Cap. XV cædens expulit populum, ita miraculis credens, deum tantæ uirtutis agnoscere? Si dicitur iam, Pharaonem non potuisse mutari, quia eum præscíuerat deus non esse mutandum: Respondetur, dei prescientiam non cogere hominem ut talis sit, qualem præsciuit deus: sed prescire talem futurũ, qualis futurus est, quamuis eum non sic fecerit deus. Quem si cogeret esse, hoc utiq; cogeret quod non est. Porrò si hoc prescierat futurum esse quod non est, præscientia nõ est. Quod de deo quàm impie dicatur, aduertit quisq; qui peccatis suis inde blanditur, quòd deus eum peccatorem futurum esse præscierit. Existere nihilominus fortasse aliquem reor qui dicat, minus idoneam ad salutem uiam, si nulla intrinsecus uocatione pulsatus, ta-
Daniel. 4 men quispiam flagelletur. Vnde Nabuchodonosor pœnitentiam meruit fructuosam? Nónne post innumeras impietates flagellatus pœnituit, & re
Exodi 14 gnum quod perdiderat rursus accepit? Pharao autem ipsis flagellis est durior effectus & perijt. Hic mihi rationem reddat, qui diuinum consilium nimium altum sapienti corde dijudicat, cur medicamentum unius medici confectum, alij ad interitũ, alij ualuerit ad salutem, nisi quia Christi bonus odor, alijs est odor uitæ in uitam, alijs odor mortis in mortem? Quantum ad naturam, ambo homines erant, quantum ad dignitatem, ambo reges: quantum ad causam, ambo captiuũ populum dei possidentes: quantum ad pœnam, ambo flagellis clementer admoniti. Quid ergo fines eorum fecit esse diuersos, nisi quod unus manum dei sentiens, in recordatione propriæ iniquitatis ingemuit: alter libero contra dei misericordissimam ueritatem pugnauit arbitrio? Hic quicunq; respondet, illi ut mutaretur affuisse diuinum, huic ut induraretur defuisse præsidium, & hoc contendit iniustũ, propter quod rerum ipsarum fines in dei uoluntate constituens, dixit Apostolus: Cuius uult misere- Rom. 9
tur, & quem uult indurat: dicente domino: Sine Ioan. 15
me nihil potestis facere: intelligat illa omnia, uel adiuuante domino perfici, uel deserente permitti, ut nouerit tamen, nolente domino nihil prorsus Cap. XVI
admitti. Sed reditur ad paruulos, reditur ad geminos, parũ est quod dixi, reditur ad necdum natos, qui & eodem concubitu seminati, & eodẽ momento in lucem fuerant proferendi. Eis discrepans diuersumq; iudicium diuinæ uoluntatis apparens, sensus hominum de uoluntate dei superbe nimium disputantes, magnitudo quæstionis obturbat. Exalta iam uiribus uocem tuam ò iniuiuste accusator iusti, & dic mihi, quid ille mali cõmisit, quid boni ille meruit? Et respondet tibi, non ego, sed Paulus Apostolus, nihil quidem ambo Rom. 9
meruerũt: sed habet potestatem figulus luti, ex eadem massa facere aliud quidem uas in honorem, aliud quidem in cotumeliam. Dicturus es, quare? Quæ est iudicij huius tam cõfusa diuersitas? Rursus hanc prẽsumptionẽ ille cõfutet & dicat: O homo tu quis es, qui respondeas deo? maxime, quia ad illam humanorum actuum cõparationem rursus intentio cõuersa respondet, iniustitię non posse argui creditorẽ, qui duobus debitoribus tale uoluerit habere iudiciũ, ut uni donet, ab alio exigat, quod ab utrisq; debetur. Et certe in omnibus humanæ conuersationis actibus atq; contractibus ad discernendum aliquid, ad dijudicãdum hanc, qua uidemur aliquam probare iustitiam, ex ineffabili diuinæ iustitiæ plenitudine in humilitatis nostræ corda manare manifestum est, beato Ioanne hoc
Ioan. 1 in Euangelio suo confirmante: Quoniam omnes de plenitudine eius accepimus. Quod si ita est, qua tandem impudentia homo de deo, lutum de figulo iudicabit, non solum dicens, quid me fecisti sic: sed etiam de alijs damnabili curiositate perscrutans & dicens, quare de eadem massa fecisti, alium quidem sic, alium uero sic? Si humanum genus quod creatum primitus constat ex nihilo, non cum debita mortis & peccati origine nascereti, & tamen ex eis creator omnipotens in ęternum nonnullos damnare uellet interitum: quis omnipotenti creatori diceret, quare fecisti sic? Qui enim cum non essent, esse donauerat, quo fine essent habuit potestatẽ: nec dicerent cęteri, cur paribus omnium meritis diuinũ discreparet arbitrium: quia potestatem habet figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honorẽ, aliud uero in contumeliam. Nunc aũt cum damnatis pœna iusta reddat, saluatis autẽ gratia donetur indebita: quis usquea deo humanæ conditionis oblitus, diuini sensus arcana discutiat, ut cum ipse pœnã merito fuerit consecutus, quærat cur alius gratiam quę non debebatur ei acceperit? Hanc itaq; diuinã electionẽ, non meritis reddi, sed sola uolũtatis munificẽtia donari hominibus, Moyses cum iam tunc quãuis carnalem

lem populum doceret, ostendit. Sic enim euidēter in Deuteronomio dicit ad populum: Ecce domini
Deut. 10 dei tui cœlum est, & cœlum cœli, terra & omnia quæ sunt in ea: Veruntamen patres uestros elegit dominus diligere eos, & elegit semen eorum post ipsos, uos præ omnibus gentibus. Et adiecit: Circumcidimini ergo à duritia cordis uestri, & ceruicem uestram ne induretis amplius. Sed hāc in eis mansisse duritiam cordis, sicut supra iam diximus, beatus Stephanus cum Iudæos increparet, ostendit: In actibus enim Apostolorum sicut ipse dicit:
Actu. 7 Dura ceruice & incircūcisi corde & auribus, uos semper spiritui sancto restitistis. Vnde dura ceruix in illo populo, qui ex omni mundo electus est, qui de seruitute decem miraculis meruit liberari, cui lex data est, cuius saluti ora prophetarū omniū militarunt, ex quo factus secundū carnem et ad quos missus est Christus: nisi ca cecitas ex parte in Israel facta est, donec Israel adoptatus ex plenitudine
Rom. 11 gentium intraret in regnū, & conclusit in incredulitate omnes dominus, ut omnes indigerent misericordia saluatoris? Cuius diuini cōsilij sacramenta perstringēs, & maiestatis mysterium, quæ cuius magnitudine reuelationū nouerat, tamen pro humana infirmitate succūbens, etiā ille qui pro per-
ἐκλογὴν secutiōibus & blasphemijs uas electionis meruit nominari, miratus exclamat: O altitudo diuitiarū sapientiæ & scientiæ dei: & inscrutabiles uias eius, & inscrutabilia confitens dei esse iudicia. Cum illo ergo quando de talibus quæritur, admiremur, et
Rom. 9 manente sententia, quod non sit iniquitas apud deum, si quid est illud quod quæritur, quod modum nostri sensus excesserit, & intellectus nostri nō dignatur angustias, in illa iustitiæ, misericordiæ præscientiæq; diuinæ plenitudine permanere inconcussa æquitate fateamur: ne de superioribus diuinę uoluntatis arcanis aliter cuius modus conditionis nostræ patitur disputantes, dei iustitiam relinquam⁹, & nostram statuere cupientes, in imam contumaciæ uoraginem decidamus.

Libri de prædestinatione & gratia finis.

PROSPERI EPISTOLA AD AVGVSTINVM DE RELIQVIJS Pelagianæ hęreseos.

OMINO beatissimo Papæ, ineffabiliter mirabili, incomparabiliter honorādo, præstātissimo patrono, Augustino Prosper. Ignotus quidem tibi facie, sed iam aliquatenus si remiscaris, animo ac sermone cōpertus, nam per sanctum fratrem meū Leontium diaconum misi Epistolas & recepi: nunc quoque beatitudini tuę scribere audeo, nō solum salutationis ut tunc studio, sed etiam fidei, quæ Ecclesiæ uiuit effectu. Excubante enim pro uniuersis membris corporis Christi uigilantissima industria tua, & aduersus hæreticarum doctrinarum insidias ueritatis uirtute pugnante, nullo modo mihi ueren dum putaui, ne onerosus tibi, aut importunus essem in eo, quod ad multorum salutem, ac perinde ad pietatem tuam pertinet: cum potius reum futurum esse me crederem, si ea quæ ualde pernicio sa intelligo, uel ad specialem patronum fidei nō referrem. Multi ergo seruorum Christi qui in Massilienſi urbe consistunt, in sanctitatis tuæ scriptis quæ aduersus Pelagianos hæreticos condidisti, contrarium putant patrum opinioni & Ecclesiastico sensui, quicquid in eis de uocatione electorum secundum dei propositum disputasti. Et cum aliquandiu tarditatem suam culpare maluerint, quàm non intellecta reprehendere, quidamq; eorum lucidiorem super hoc atq; apertiorem beatitudinis tuæ expositionem uoluerint postulare: euenit ex dispositione misericordiæ dei, ut quū quosdam intra Aphricā similia mouissent, librum De correctione & gratia, plenum diuinæ authoritatis emitteres. Quo in notitiam nostram insperata opportunitate delato, putauimus omnes querelas resistentiū sopiendas: quia uniuersis quæstionibus, de quibus cōsulenda erat sanctitas tua, tam plene illic absoluteq; responsum est, quasi hoc specialiter studueris, ut quæ apud nos erant turbata cōponeres. Recensito aūt hoc beatitudinis tuæ libro, sicut qui sanctā atq; Apostolicam doctrinæ tuæ authoritatem antea sequebātur, intelligentiores multo instructioresq; sunt facti: ita qui persuasiōis suæ impediebantur obscuro, auersiores quàm fuerant recesserunt. Quorum tam abrupta dissensio primum propter ipsos metuenda est, ne tam claris tamq; egregijs in omniū uirtutum studio uiris spiritus Pelagianæ impietatis illudat: ne simpliciores quiq; apud quos horum magna est de probitatis contēplatione reuerentia, hoc tutissimū sibi ęstiment, quod audiunt eos quorum authoritatem sine iudicio sequuntur, asserere. Hęc enim ipsorum definitio ac professio est: omnem quidem hominem Adam peccante, peccasse, & neminem per opera sua, sed per dei gratiā regeneratiōe saluari: uniuersis tamen hominibus propiciationē quæ est in sacramento sanguinis Christi, sine exceptione esse propositam, ut quicunq; ad fidem & ad baptismum accedere uoluerint, salui esse possint. Qui autem credituri sunt, qui ue in ea fide quæ deinceps per dei gratiā sit iuuāda, mansuri sunt, pręscisse ante mundi constitutionē deum, & eos prædestinasse in regnum suum, quos gratis uocatos, dignos futuros electione, & de hac uita bono fine excessuros esse præuiderit. Ideoq; omnē hominē ad credendum & ad operandum diuinis institutionibus admoneri, ut de apprehendenda uita æterna nemo desperet, cum uoluntariæ deuotioni remuneratio sit parata. Hoc aūt propositum uocatiōis dei quo uel ante mundi initiū, uel in ipsa cōditione generis humani, eligendorum & reijciendorum dicitur facta discretio, ut secundum quod placuit creatori, alij uasa honoris, alij uasa contumeliæ sint creati, & lapsis curā resurgendi adimere, & sanctis occasionē tepo-

occasionem temporis afferre: eo quod in utramq; partem superfluus labor sit, si neq; reiectus ulla industria possit intrare, neq; electus ulla negligentia possit excidere. Quoquo em̄ modo se egerint, non posse aliud erga eos q̄ deus definiuit accidere, & sub incerta spe cursum non posse esse cōstantem: cum si aliud habeat prędestinātis electio, causa sit annitentis intētio. Remoueri itaq; omnē industriam, tolliq; uirtutes, si dei constitutio humanas prę ueniat uoluntates: & sub hoc prædestinationis nomine, fatalem quandam inducí necessitatē: aut diuersarum naturarum dici dominum conditorem, si nemo aliud possit esse q̄ factus sit. Atq; ut breuius ac plenius quod opinantur exponā: quicquid in libro hoc ex contradicentiū sensu, sanctitas tua sibi opposuit, quicquid etiam in libris contra Iulianum ab ipso sub hac quęstione obiectū potentissime debellasti, hoc totum ab istis sanctis intētiosissime conclamatur. Et cum contra eos scripta beatitudinis tuæ, ualidissimis & innumeris testimoniis diuinarum scripturarū instructa proferimus, ac secundum formam disputationum tuarum, aliquid etiam ipsi quo concludantur astruimus, obstinationem suam uetustate defendūt: ut ea, quę de Epistola Apostoli Pauli Romanis scribentis, ad manifestationē diuinæ gratiæ prævenientis electorum merita proferuntur, à nullo unq̄ Ecclesiasticorum ita esse intellecta ut nunc sentiunt, affirment. Cūq; ut ipsi ea exponāt, secūdum quorū uelint sensa deposcimus, nihil se ꝓfitentur inuenisse quòd placeat, & de his taceri exigunt, quorū altitudinem nullus attigerit. Eò prostremo peruicacia tota descēdit, ut fidē nostrā ædificationi audientium cōtrariam esse definiant, ac sic etiam si uera sit, non promendam: quia & pernicioſe nō recipienda tradantur, & nullo periculo quæ intelligi nequeant, conticeantur. Quidā uero horum intantum à Pelagianis semitis non declinant, ut cum ad confitendam eam Christi gratiam, quæ omnia præueniat merita humana, cogantur, ne si meritis redditur, frustra gratia nominetur: ad conditionem hanc uelint uniuscuiusq; hominis pertinere, in qua eum nihil prius merentem, quia nec existentem liberi arbitrij, & rationalis gratia creatoris instituat, ut per discretionem boni & mali, & ad cognitionē dei, & ad obedientiam mandatorum eius possit suam dirigere uoluntatem: atq; ad hanc gratiam qua in Christo renascimur, peruenire per naturalē scilicet facultatem, petendo, quęrendo, pulsando: ut ideo accipiat, ideo inueniat, ideo introeat, quia bono naturæ bene usus, ut ad istam saluantem gratiam, initialis gratiæ ope meruerit peruenire. Propositum aūt uocantis gratiæ in hoc omnino definiunt, qđ deus constituerit nullum in regnum suum, nisi per sacramentum regenerationis assumere, & ad hoc salutis donum omnes homines uniuersaliter, siue per naturalem, siue per scriptam legem, siue per Euangelicam prędicationē uocari. Vt & qui uoluerint fiant filij dei, et inexcusabiles sint q̄ fideles esse noluerint: quia iustitia dei in eo sit, ut qui non crediderint pereant; bonitas in eo appareat, si neminē repellat à uita, sed indifferenter uniuersos uelit saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Iam hic proferunt testimonia, quibus diuinarum scripturarum cohortatio ad obediēdum incitat hominum uoluntates, qui ex libero arbitrio, aut faciant quæ iubentur, aut negligant: & consequens putant, ut quia præuaricator ideo dicitur non obedisse, quia noluit: fidelis quoq; non dubitet̄ ob hoc deuotus fuisse, quia uoluit: & quantum quisq; ad malū, tantum habeat facultatis ad bonum: pariq; momento animū se uel ad uitia, uel ad uirtutes mouere, quē bona appetentē gratia dei foueat, mala sectantem damnatio iusta suscipiat. Cumq; inter hęc innumerabilium illis multitudo obijcitur paruulorū, qui utiq; excepto originali peccato, sub quo oēs homines similiter in primi hominis damnatione nascuntur, nullas adhuc habentes uoluntates, nullas proprias actiones, nō sine dei iudicio secernūtur: ut ante discretionem boni ac mali de usu uitę istius auferendi, alij per regenerationē inter cœlestis regni assumantur hæredes: alij sine baptismo inter mortis perpetuæ transeant debitores: tales aūt perdi, talesq; saluari, quales futuros illos in annis maioribus si ad actiuam seruarentur ætatem, scientia diuina pręuiderit. Nec cōsiderant se gratiam dei, quam comitē, non præuiā humanorum uolūt esse meritorum, etiam illis uoluntatibus subdere, quas ab ea secundū suam phantasiā, non negāt esse prę uentas. Sed in tantū quibuscunq; cōmentitijs meritis electionē dei subijciūt, ut quia præterita quæ non extant, futura quæ non sint futura cōfingant, nouoq; apud illos absurditatis genere, & non agenda præscita sint, & prescita nō acta sint. Hanc sanè de humanis meritis præscientiam dei, secundum quam gratia uocantis operetur, multo sibi rationabilius uidentur astruere, cum ad earum nationum contemplationem uenitur, quæ uel in præteritis seculis dimissæ sunt ingredi uias suas, uel nūc quoq; adhuc in ueteris ignorantiæ impietate depereunt, nec ulla eis aut legis aut Euangelij illumination coruscauit: cum tamen inquantum prædicatoribus ostiū apertū est, & uia facta est, gentiū populus qui sedebat in tenebris & in umbra mortis, lucem uiderit magnā: & qui quondam nō populus, nunc aūt populus dei sit, & quorū aliquando non misertus est, nunc aūt misereatur, præuisos inquiunt à domino crediturus: & ad unamquamq; gentem ita dispensata tempora ac ministeria magistrorum, ut exortura erat bonarū credulitas uoluntatum. Nec uacillare illud, qđ deus omnes homines uelit saluos fieri, & in agnitionē ueritatis uenire: quādoquidem inexcusabiles sint, qui & ad unius ueri dei cultum potuerint instrui intelligētia naturali, & Euangelium ideo non audierint, quia nec fuerant recepturi. Pro uniuerso autem humano genere mortuum esse dominū nostrum Iesum Christum, & neminem prorsus à redemptione sanguinis eius exceptum, etiam si omnem hanc uitā alienissima ab eo mente pertrāseat: quia ad omnes homines pertineat diuinæ misericordiæ sacramentū: quo ideo plurimi non renouentur, quia quod nec renouari

Universidad de Deusto
Biblioteca

renouari utile habeant prenoscantur. Itaq; quantū ad deum pertinet, omnibus paratam uitam æternam: quantum autem ad arbitrij libertatem, ab his eam apprehendi, qui deo sponte crediderint, & auxilio gratiæ merito credulitatis acceperint. In istā uero talis gratiæ prædicationem hi, quorum contradictione offendimur, cum prius meliora sentirent, ideo se uel maxime contulerunt: quia si profiterentur ab ea omnia bona merita prueniri, & ab ipsa ut possint esse donari, necessitate concederēt deum secundum propositum, & consilium uoluntatis suę, occulto iudicio, & opere manifesto, aliud uas condere in honorem, aliud in contumeliam: quia nemo nisi per gratiam iustificetur, et nemo nisi in præuaricatione nascatur. Sed refugiunt istud fateri, diuinoq; ascribere operi sanctorum merita formidant, nec acquiescunt prædestinatum electorum numerū, nec augeri posse, nec minui: ne locū apud infideles ac negligentes cohortantium incitamenta non habeant: ac superflua sit industrię ac laboris indictio, cuius studium cessante electione frustrandum sit. Ita demū enim posse unūquenq; ad correctionē, aut ad profectum uocari, si se sciat sua diligentia bonum esse posse, & libertatē suam ob hoc dei auxilio iuuandā, si quod deus mādat, elegerit. Ac sic cum in his qui tempus acceperunt liberæ uoluntatis, duo sint quæ humanā operētur salutem, dei scilicet gratia & hominis obedientia: priorē uolunt obedientiam esse q̄ gratiam, ut initium salutis ex eo qui saluatur, nō ex eo credendū sit stare qui saluat: & uolūtas hominis diuinæ gratiæ sibi pariat opem, non gratia sibi humanam subiiciat uolūtatem. Quod cum peruersissimū esse reuelante dei misericordia, et instruente nos tua beatitudine nouerimus, possumus quidem ad nō credendum esse cōstantes, sed ad authoritatē talia sentientium non sumus pares: quia multum nos & uitæ meritis antecellunt, & aliqui eorū adepto nuper summo sacerdotij honore supereminēt: nec facile quiscq; præter paucos perfectæ gratiæ intrepidos amatores, tantis superiorū disputationibus ausus est contraire. Ex quo non solum his qui eos audiunt, uerumetiam ipsis qui audiuntur, cum dignitatibus creuit periculum: dum & multos reuerentia eorum, aut inutili cohibet silentio, aut incurioso ducit assensu: & saluberrimū ipsis uidet, quod penè nullius cōtradictione reprehenditur. Vnde quia in istis Pelagianę prauitatis reliquijs non mediocris uirulentiæ fibra nutritur, si principiū salutis male in homine collocatur: si diuinæ uoluntati impie uoluntas humana præfertur, ut ideo quis adiuuetur quia uoluit, nō ideo quia adiuuatur uelit: si originaliter malus receptionē boni nō à summo bono, sed à semetipso inchoare male creditur: si aliunde deo placetur, nisi ex eo quod ipse donauerit: tribue nobis in hac causa Papa beatissime, pater optime, quantū donante domino potes diligentiā pietatis tuæ obsecro, ut quæ in istis quæstionibus obscuriora, & ad percipiendum difficiliora sunt, q̄ lucidissimis expositionibus digneris aperire. Ac primū, quia plerisq; non putant Christianam fidem hac dissensione uiolari, quantū periculi sit in eorū persuasione patefacias. Deinde quomodo per istam præoperantē & cooperantē gratiā liberum non impediatur arbitriū. Tum utrum præscientia dei ita secundum propositum maneat, ut ea ipsa quæ sunt proposita, sint accipienda præscita: an per genera causarum, & species personarū ista uarientur: ut quia diuersæ sunt uocationes, in his qui nihil operaturi saluantur, quasi solum dei propositum uideatur existere: in his aūt qui aliquid boni acturi sunt, per præscientiā possit stare propositum: an uero uniformiter, licet diuidi præscientia à proposito temporali distinctione non possit, præscientia tamen quodam ordine sit subnixa proposito: & sicut nihil sit quorūcunq; negociorū, quod non scientia diuina præuenerit: ita nihil sit boni, quod in nostram participationē non deo authore defluxerit. Postremo quemadmodum per hanc prędicationem propositi dei, quo fideles fiunt qui præordinati sunt ad uitam æternam, nemo eorum qui cohortandi sunt impediatur, nec occasionem negligentiæ habeant, si se prędestinatos esse desperent. Illud etiam qualiter diluatur, quæsumus pati enter insipientiam nostram ferendo demonstres, quod retractatis priorum de hac re opinionibus, penè omnium par inuenitur & una sententia, qua propositum & prædestinationem dei secundum præscientiā receperunt: ut ob hoc deus alios uasa honoris, alios contumeliæ fecerit, quia finem uniuscuiusq; præuiderit, & sub ipso gratiæ adiutorio in qua futurus esset uoluntate & actione præscierit. Quibus omnibus enodatis, & multis insuper quæ altiore intuitu ad causam hanc pertinētia magis potes uidere discussis: credimus & speramus non solum tenuitatem nostram disputationū tuarum præsidio roborandam, sed etiam ipsos quos meritis atque honoribus claros caligo istius opinionis obscurat, defecatissimum lumen gratiæ recepturos. Nam unum eorum præcipuæ authoritatis & spiritalium studiorum uirum, sanctum Hilarium Arelatensem Episcopum, sciat beatitudo tua admiratorē sectatoremq; in alijs omnibus tuę esse doctrinæ: & de hoc quod in querelam trahit, iampridem apud sanctitatem tuam sensum suum per literas uelle conferre. Sed quia utrum hoc facturus, aut quo fine sit facturus incertum est, & omnium nostrum fatigatio prouidente hoc præsenti seculo dei gratia, in tuæ charitatis & scientiæ uigore sperat, adde eruditionem humilibus, adde increpationem superbis. Necessarium & utile est etiam quæ scripta sunt scribere, ne leue existimetur quod non frequenter arguitur. Sanum enim putant esse quod non dolet, nec uulnus superducta cute sentiunt: sed intelligant peruenturum ad sectionem, quod habuerit perseuerātem tumorem. Gratia dei & pax domini nostri coronet te in omni tempore, et ambulantem de uirtute in uirtutem glorificet in æternum domine Papa beatissime, ineffabiliter mirabilis, incomparabiliter honorande, præstantissime patrone.

HILARIVS ARELATEN SIS AVGVSTINO DE EADEM materia.

DOMINO beatíſſimo ac toto affectu deſiderando, & multũ in Chriſto ſuſcipiẽdo patri Augſtino Hilarius. Si ceſſantibus contradicentium quæſtionibus gratæ ſunt plerunq; ſtudioſorum inquiſitiones, ut etiam illa quæ abſque periculo ignorarentur, ediſcant: arbitror gratiorẽ fore ſedulitatem noſtræ relationis, quę dum indicat ſecundũ quorundam proſecutiones quędam aduerſantia ueritati, nõ tam ſibi q; illis qui turbantur & turbant, per conſiliũ ſanctitatis tuę ſatagit prouideri, domine beatiſſime ac toto affectu deſiderande, & multũ in Chriſto ſuſcipiende pater. Hęc ſunt itaq; quę Maſſiliæ, uel alijs etiam locis in Gallia uentilantur. Nouum & inutile eſſe prædicationi, q̃ quidam ſecundum propoſitum eligendi dicãtur, ut id nec arripere ualeant nec tenere, niſi q̃ credendi uoluntate donata, excludi putant omnem prædicandi uigorem, ſi nihil quod per eum excitetur, in hominibus remanſiſſe dicatur. Conſentiunt omnẽ hominẽ in Adam periſſe, nec inde quenquam poſſe proprio arbitrio liberari: ſed id conueniens aſſerunt ueritati, uel congruum prædicationi, ut cum proſtratis, & nunq; ſuis uiribus ſurrecturis annunciatur obtinendę ſalutis occaſio, eo merito quo uoluerint & crediderint, à ſuo morbo ſe poſſe ſanari, & ipſius fidei augmentũ, & totius ſanctitatis ſuæ conſequãtur effectum, Cæterũ ad nullum opus uel incipiẽdum, nedum perficiendum, quenq; ſibi ſufficere poſſe cõſentiunt: neq; enim alicui operi curationis eorũ annumerandum putãt, exterrita ſupplicꝫ uoluntate unumquenq; ęgrotum uelle ſanari. Quod enim dicitur, Crede & ſaluus eris: unum horum exigi aſſerunt, aliud offerri, ut propter id quod exigitur ſi redditum fuerit, id quod offertur deinceps tribuatur. Vnde non conſequens putant, exigendam ab eo fidem, cuius naturæ id uoluntate conditoris cõceſſum eſt: & nullam ita deprauatã uel extinctam putant, ut non debeat, uel poſſit ſe uelle ſanari. Propter quod ut ſanetur quis à ſua, uel ſi noluerit cum ſua ægritudine puniatur. Nec negari gratiam ſi præcedere dicat talis uoluntas, quæ tantũ medicum quęrat: non aũt quicquã ipſa iam ualeat. nam
Rom. 12 illa teſtimonia ut eſt illud: Sicut unicuiq; partitus eſt menſuram fidei: et ſimilia, ad id uolunt ualere, ut adiuuetur qui cœperit uelle, non ut etiam donetur ut uelit. Reiectis ab hoc dono alijs pariter reis, & qui poſſent ſimiliter liberari, ſi ea quę pariter indignis præſtatur credendi uoluntas, etiã ipſis ſimiliter præſtaretur. Si autem aiunt, dicatur uel talem omnibus remanſiſſe, qua uel cotemnere quis ualeat, uel obedire: de compendio putãt rationem reddi electorum uel reiectorum, in eo quod unicuiq; meritum propriæ uoluntatis adiungitur. Cum autem dicitur eis, quare alijs uel alicubi prædicetur, A uel non prędicetur: uel nunc prædicetur quod aliquando penè omnibus, ſicut nunc aliquibus gentibus non prædicatũ ſit: dicunt id præſcientiæ eſſe diuinæ, ut eo tempore, & ibi, & illis ueritas annunciaretur, uel annuncietur, quando & ubi prænunciabatur eſſe credenda: & hoc non ſolum aliorũ catholicorum teſtimonijs, ſed etiam ſanctitatis tuæ diſputatione antiquiore ſe probare teſtantur. Vbi tamen eandem gratiam non minore ueritatis perſpicuitate docueris, ut eſt illud qd' dixit ſanctitas tua in quæſtione contra Porphyrium, de tempore Chriſtianę religionis: tunc uoluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinã ſuam, quãdo ſciebat & ubi ſciebat eſſe, qui in eum fuerant credituri. Vel illud de libro in epiſtola ad
B Romanos: Dicis itaq; mihi, quid adhuc conqueritur? Nam uoluntati eius quis reſiſtit? Cui ſanè inquiſitioni, inquis, ſic reſpondet, ut intelligamus ſpiritalibus uiris, etiã non ſecundum terrenum hominem uiuentibus, patere poſſe prima merita fidei & impietatis, quomodo deus præſcientia eligat credituros, & damnet incredulos: nec illos ex operibus eligens, nec iſtos ex operibus damnans: ſed & illorum fidei præſtans, ut bene operentur, & iſtorum impietatem deſerẽdo obdurans, ut male operentur. Et iterum in eodem libro ſuperius: Aequales omnes ſunt ante meritum, nec poteſt in rebus omnimodo ęqualibus electio nominari, quoniam ſpiritus ſanctus nõ datur niſi credẽtibus. Non quidem deus elegit opera quæ ipſe largitur, cum dat
C ſpiritum ſanctum, ut per charitatem bona operemur: ſed tamen elegit fidem, quia niſi quis credat, & in accipiendi uoluntate pmaneat, nõ accipit donum dei, id eſt ſpiritũ ſanctum, per quẽ infuſa charitate bonum poſſit operari. Non ergo eligit deus opera cuiuſq; in preſentia, quę ipſe donaturus eſt: ſed fidem eligit in præſentia, ut quem crediturum eſſe præſciuit, ipſum elegerit, cui ſpiritum ſanctum daret, ut bona operando etiam æternam uitã conſequeretur. Dicit enim Apoſtolus: Idem deus qui operatur omnia in omnibus. Nuſquam autem dictum eſt, deus credit omnia in omnibus. Quod enim credimus noſtrũ eſt, quod aũt operamur, illius: & cętera in eodẽ opere, quę ſe acceptare & probare teſtantur, tanq; conuenientia Euangelicæ ue-
D ritati. Cęterum præſciẽtiam & prędeſtinationem, uel propoſitum ad id ualere cõtendunt, ut eos prę ſcierit, uel prędeſtinauerit, uel propoſuerit eligere qui fuerant credituri. Nec de hac fide poſſe dici: Quid habes quod non accepiſti? cum in eadem natura remanſerit, licet uitiata, quæ prius ſana ac perfecta donata ſit. Quòd aũt dicit ſanctitas tua, neminem perſeuerare niſi perſeuerãdi uirtute prę ceptа, hactenus accipiunt, ut q̃bus datur inerti licet, præcedenti tamẽ proprio arbitrio tribuatur: quod ad hoc tantum liberum aſſerunt, ut uelit uel nolit admittere medicinam. Cęterum & ipſos abominari ſe et damnare teſtãtur, ſi quis quicquam uirium in aliquo remanſiſſe quo ad ſanitatẽ progredi poſſit, exiſtimet. Nolũt aũt ita hanc perſeuerantiã prę dicari, ut non uel ſuppliciter emereri, uel amitti contumaciter

1. Cor. 12
2. ſen. diſt. 28
1. Cor. 4

cõtumaciter possit. Nec ad incertũ uoluntatis dei deduci se uolunt, ubi eis quantum putant ad obtinendum uel amittendum, euidens est qualecunq; sit initium uolũtatis. Illud etiam testimoniũ quod
sup.4 posuisti: Raptus est ne malitia mutaret intellectũ eius: tanquam non canonicum definiunt omittendum. Vnde illam præscientiã sic accipiunt, ut propter fidem futuram intelligendi sint præsciti: nec cuiquam talem dari perseuerantiam à qua non permittitur præuaricari, sed à qua possit sua uoluntate deficere & infirmari. Asserunt inutilem exhortandi consuetudinem, si nihil in homine remansisse dicatur quod correctio ualeat excitare: quod quidem inesse naturæ sic se dicere confitentur, ut hoc ipso quod ignoranti ueritas prædicatur, ad beneficium præsentis gratiæ referendum sit. Nam si sic B prędestinati sunt, inquiunt, ad utrãq; partẽ, ut de alijs ad alios nullus possit accedere, quò ptinet tanta extrinsecus correctionis instantia? Si ab homine, & si non fides integra, saltem uel dolor cõpunctæ infirmitatis exoritur, aut periculum demõstratæ mortis horretur. Nam si non potest timere quis unde terretur, nisi ea uoluntate quæ sumitur, non ex eo culpandus quod nunc non uult, sed in eo & cum eo, qui sic aliquãdo noluit ut eam damnationem cum suis posteris mereret incurrere, ut nunquam recta, semper autem praua uellet appetere. Si autem est qualiscunq; dolor qui ad exhortationem corripientis oriatur, hanc ipsam dicunt causam propter quam uel reijciatur alius, uel alius assumatur: atq; ita nõ opus esse partes constitui, qui- C bus nec adijciendum sit aliquid, nec detrahẽdum. Deinde moleste ferunt, ita diuidi gratiam, quæ uel tunc primo homini data est, uel nunc omnibus detur, ut ille acceperit perseuerãtiam, non qua fieret ut perseueraret, sed ne hac per liberum arbitriũ perseuerare nõ possit: nũc uero sanctis in regnum per gratiam prædestinatis non tale adiutoriũ perseuerantiæ detur, sed tale ut eis perseuerantia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseuerantes esse non possint, uerumetiã ut per hoc donum non nisi perseuerantes sint. His uerbis sanctitatis tuæ ita mouentur, ut dicant quandam desperationem hominibus exhiberi. Si enim aiũt, ita Adam adiutus est, ut & stare posset in iustitia, & à iustitia declinare: & nunc ita sancti iuuantur, ut declinare D non possint, siquidem eam acceperunt uolendi perseuerantiam, ut aliud uelle non possint: uel sic quidam deseruntur, ut aut nec accedant, aut si accesserint & recedant, ad illam uoluntatem pertinuisse dicunt exhortationis, uel comminationis utilitatem, quæ & persistendi & desistendi obtinebat liberam potestatem: non ad hanc, cui nolle iustitiam ineuitabili necessitate coniunctum est: præter illos qui sic cõcreati sunt his, qui cum uniuersa massa damnati sunt, ut exciperentur per gratiam liberandi. Vnde in hoc solo uolunt à primo homine omnium distare naturam, ut illum integris uiribus uoluntatis iuuaret gratia uolentem, sine qua perseuerare non poterat: hos autem amissis & peditis uiribus credentes tantum, non solum erigat A prostratos, uerumetiam suffulciat ambulantes. Cęterum quicquid libet donatum sit prædestinatis, id posse & amittere & retinere propria uoluntate cõtendunt. Quod tunc falsum esset, si uerum putarẽt eam quosdam perseuerantiam percepisse, ut nisi perseuerantes esse non possint. Inde est quod & illud pariter non accipiunt, ut eligendorum reijcendorumq; esse definitum numerum uelint: atq; illius sententiæ expositionem, non eam quæ à te est deprompta suscipiant: id est, ut non nisi omnes homines saluos fieri uelit, & non eos tantum qui ad sanctorum numerum pertinebunt, sed omnes omnino, ut nullus habeat exceptus. Nec hoc timendum, quod quidam eo inuito perire dicantur. Sed quomodo aiunt, non uult à quoquam peccari uel deseri iustitiam, & tamẽ iugiter illa deserit contra eius uoluntatem cõmittunturq; peccata: ita eum saluare uelle omnes homines, nec tamen omnes homines uelle saluari? Testimonia etiam scripturæ quæ de Saule uel de Dauid posuisti, non pertinere putant ad quæstionem, quæ de exhortatione uersatur. Alij autem ad id referunt, ut ex his eam gratiam accipiãt cõmendari, qua unusquisq; post uoluntatem iuuatur: uel ad ipsam uocatiõem, quæ præstatur indignis. Hoc enim & illis locis tuorum opusculorum & aliorum quę persequi longum est se demonstrare testantur. Paruulorum autem causam ad exemplum maiorum nõ patiuntur afferri. Quam & tuam sanctitatem dicunt eatenus attigisse, ut incertum esse uolueris, ac potius de eorũ pœnis malueris dubitari. Quod in libro tertio De libero arbitrio ita posuisse meministi, ut hanc eis occasionem potuerit exhibere. Hoc etiam de aliorũ libris quorum est in Ecclesia authoritas, faciunt quod perspicit sanctitas tua non parum posse iuuare contradictores, nisi maiora, aut certe uel paria proferantur à nobis. Nõ enim ignorat prudentissima pietas tua, quanto plures sint in Ecclesia, qui authoritate nominum in sententia teneantur, aut ad sententiam transferantur. Ad summum fatigatis omnibus nobis, ad id prosecutio eorum, uel potius querela conuertitur, consentientibus etiam his qui hanc definitionem improbare non audẽt, ut dicant: Quid opus fuit huiuscemodi disputationis incerto tot minus intelligentium corda turbari? Neq; enim minus utiliter sine hac definitione aiunt tot annis à tot tractatoribus, tot præcedentibus libris & tuis & aliorum, cum cõtra alios, tum maxime contra Pelagianos, catholicam fidem fuisse defensam. Hæc mi pater & alia interminabiliter plura, si ut summa mea uota confitear, per me deferre maluissem, uel quia hoc non merui, saltem prolixiore tempore omnia, quibus mouentur, collecta dirigere: ut quicquid de hac re contradicitur quatenus refelli, uel si id non potest, tolerari debere audirem. Sed quia neutrum ex uoto prouenit, malui quomodo potui hæc comprehensa dirigere, quàm penitus de tanta quorundam contradictione reticere. Sunt ex parte tales personæ, ut his consuetudine Ecclesiastica laicos summam reuerentiam necesse sit exhibere. Quod quidem ita cu

Universidad de Deusto
Biblioteca

rauimus deo iuuante ſeruare, ut cum opus fuit nō A
tacereмus, quæ ad quæſtionis huius aſſertionem exiguitas noſtrarum uirium ſuggerebat. Sed nūc ſummatim quantum feſtinatio perlatoris admiſit, hæc uelut cōmonendo ſuggeſſi. Tuæ ſanctæ prudentiæ eſt diſpicere quid facto opus ſit, ut talium & tantorum ſuperetur uel temperetur intentio. Cui ego iam parum prodeſſe exiſtimo te reddere rationem, niſi & addatur authoritas, quam tranſgredi infatigabiliter contentioſa corda non poſſint. Sed planè illud tacere non debeo, quod ſe dicant tuam ſanctitatem hoc excepto, in factis & dictis omnibus admirari. Tuum erit decernere, quo modo ſit in hoc eorum cōtradictio toleranda. Nec mireris quod aliter uel aliqua in hac epiſtola addidi, quantum puto, quæ in ſuperiore non dixeram. B
Talis eſt enim nunc eorum definitio, præter illa quæ per feſtinationem aut obliuionē fortaſſe præterij. Libros cum æditi fuerint, quos de uniuerſo opere moliris, quæſo habere mereamur, maxime ut per eorum authoritatem, ſi qua tibi in tuis diſplicent, à dignitate tui nominis iam non trepidi ſe queſtremus. Librum etiam de gratia & libero arbitrio non habemus: ſupereſt ut eum quia utilem quæſtioni confidimus, mereamur accipere. Nolo autem ſanctitas tua ſic me arbitretur hæc ſcribere, quaſi de ijs quæ nunc ædidiſti, ego dubitem. Sufficiat mihi pœna mea, quòd à præſentiæ tuæ delitijs exulatus, ubi ſalubribus tuis uberibus nutriebar, non ſolum abſentia tua crucior, uerumetiam C
peruicacia quorundam qui non tantum manifeſta reſpuunt, ſed etiam non intellecta reprehendunt. Cæterum hac ſuſpitione intantum careo, ut potius infirmitatem meam qua tales parum patienter fero, notabilem putem. Qualiter autem ad hæc cōſulendum iudices, ut dixi, tuæ ſapientiæ derelinquo. Nā ad me hoc pertinere credidi, pro ea quam Chriſto uel tibi debeo charitate, ut quæ in quęſtionem ueniunt non tacerem. Quicquid pro ea gratia quam in te puſilli cum magnis miramur, uolueris aut ualueris, gratiſſime accipiemus tanquam à nobis chariſſima & reuerendiſſima authoritate decretum. Sanè quia urgente perlatore, timui me uel non omnia, uel hæc ipſa minus digne cōſcius mearum uirium poſſe dirigere, egi cum uiro, tum moribus, tum eloquio & ſtudio claro, ut quanta poſſet collecta ſuis literis intimaret, quas coniunctas his deſtinare curaui. Eſt enim talis qui etiam præter hanc neceſſitatem, dignus tuæ ſanctitatis notitia iudicetur. Sanctus Leontius diaconus cultor tuus, cum meis parentibus multum te ſalutat. Memorem mei paternitatem tuam dominus Ieſus Eccleſiæ ſuæ annis pluribus donare dignetur domine pater. Et infra: Sciat ſanctitas tua, fratrem meum cuius maxime cauſa hinc diſceſſimus, cum matrona ſua ex conſenſu perfectam deo continentiam deuouiſſe. Vnde rogamus ſanctitatem tuam, ut orare digneris, quo hocipſum in eis dominus confirmare & cuſtodire dignetur.

AD LECTOREM

Ne quem moueat, quòd huius operis quod ſequitur, non meminit in retractationibus ſuis. Retractationum libros habebat in manibus, quum hæc ſcriberet, quemadmodum ipſe teſtatur libro ſecundo huius argumenti.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE PRÆdeſtinatione ſanctorum, Liber Primus.

IXISSE quidem Apoſtolum ſcimus in epiſtola ad Philippenſes: Eadem ſcribere uobis, mihi quidem non pigrum, uobis autem tutum eſt. Idem tamen ſcribens ad Galatas cū ſe ſatis apud eos egiſſe perſpiceret, quod illis per miniſterium ſermonis ſui neceſſariū eſſe cernebat: De cętero, inquit, laborem mihi nemo præſtet: uel ſicut in pleriſq; codicibus legitur: Nemo mihi moleſtus ſit. Ego aūt quamuis me moleſte ferre confitear, quod diuinis eloquijs quibus dei gratia prędicatur, quæ omnino nulla eſt, ſi ſecundum merita noſtra datur, tam multis manifeſtisq; non cedit: ueſtrum tamen ſtudium, fraternamq; dilectionem filij chariſſimi Proſper & Hilari, qua eos qui tales ſunt, ita non uultis errare, ut poſt tot libros de hac re atq; epiſtolas meas, adhuc me deſideretis hinc ſcribere: tantum amo, quantum non poſſum dicere: & tantū me amare, quantū debeo, non audeo dicere. Quapropter ecce reſcribo uobis, & licet iam non uobiſcū, tamen etiā per uos adhuc ago, quod me ſatis egiſſe credebam. Conſideratis em̄ literis ueſtris uidere mihi uideor eos fratres pro quibus geritis piam curam, ne teneant poeticā ſententiā qua dictum eſt: Spes ſibi quiſq;: & in illud incurrant quod nō poetice, ſed ꝓphetice dictū eſt: Maledictus omnis qui ſpem habet in homine: eo modo eſſe tractandos, quo tractauit Apoſtolus qbus ait: Et ſi quid aliter ſapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit. Adhuc quippe in quęſtione caligant de prędeſtinatiōe ſanctorū. Sed habēt unde ſi qdaliter in ea ſapiūt, hoc quoq; illis reuelet deus, ſi in eo ambulent in quod ꝓuenerunt. Propter quod Apoſtolus cū dixiſſet: Si qd aliter ſapitis hoc quoq; uobis deus reuelabit: uerūtamen, inquit, in quod peruenimus, in eo ambulemus. Peruenerūt aūt iſti fratres noſtri, pro qbus ſolicita eſt pia charitas ueſtra, ut credant cū Eccleſia Chriſti, peccato primi hominis obnoxiū naſci genus humanū, nec ab iſto malo niſi per iuſtitiā ſecundi hominis aliquem liberari. Peruenerunt etiā, ut præueniri uoluntates hominum dei gratia fateant̄, atq; ut ad nullum opus bonum uel incipiendum uel perficiendū ſibi quenq; ſufficere poſſe cōſentiant. Retenta ergo iſta in quę

Cap. 1
Philip. 3
Gal. 6
Hiere. 17
philip. 3

peruenerunt

Universidad de Deusto

peruenerunt, plurimum eos à Pelagianorũ errore discernunt. Proinde si in eis ambulent & orent eũ qui dat intellectũ, si quid de prędestinatione aliter sapiunt, ipse illis hoc quoq; reuelabit: tamen etiam nos impendamus eis dilectionis affectum ministeriumq; sermonis, sicut donat ille quẽ rogamus, ut in his literis ea quę illis essent apta & utilia dicere-
mus. Vnde eñ scimus, ne forte deus noster id per hanc nostrã uelit efficere seruitutẽ, qua eis in Chri
Cap.11 sti libera charitate seruimus? Prius itaq; fidẽ qua Christiani sumus, donũ dei esse debemus ostendere, si tamẽ diligentius id facere possumus, q̃ in uoluminibus tot tantisq; iam fecimus. Sed nunc eis respondendũ esse uideo, qui diuina testimonia quę de hac re adhibuimus, ad hoc dicunt ualere, ut nouerimus ex nobis quidẽ nos habere ipsam fidem, sed incrementum eius ex deo: tanq; fides nõ ab ipso donetur nobis, sed ab ipso tamẽ augeatur in nobis eo merito, quo cœpit à nobis. Non ergo recedit ab ea sententia, quam Pelagius ipse in Episcopali iudicio Palæstino, sicut eadem gesta testantur damnare cõpulsus est, gratiam dei secundũ merita nostra dari: quasi non pertineat ad dei gratiam quòd credere cœpimus, sed illud potius quod propter hoc nobis additur, ut plenius perfectiusq; credamus: ac per hoc initium fidei nostræ priores damus deo, ut retribuatur nobis & supplementũ eius & si quid aliud fideliter poscimus. Sed contra hęc
Rom.11 cur non potius audimus: Quis prior dedit illi & retribuetur ei? quoniam ex ipso & per ipsum & in ipso sunt omnia. Et ipsum igitur initium fidei nostræ, ex quo nisi ex ipso est? Neq; eñ hoc excepto ex ipso sunt cætera, sed ex ipso, & per ipsum, & in ipso sunt omnia. Quis aũt dicat eum qui iam cœpit credere, ab illo in quem credidit nihil mereri? Vnde fit, ut iam merenti cætera dicantur addi retributione diuina, ac per hoc gratiam dei secũdum merita nostra dari. Quod obiectũ sibi Pelagius ne damnaretur, ipse damnauit. Quisquis igitur hanc damnabilem uult ex omni parte uitare sentẽtiam, ueraciter intelligat dictum quod Apostolus ait:
Philip.1 Vobis donatum est pro Christo, non solum ut credatis in eum, uerumetiam ut patiamini pro eo. Vtrunq; enim ostẽdit dei donum, quia utrunq; dixit esse donatum. Nec ait ut plenius & perfectius credatis in eum: sed, ut credatis in eum. Nec seipsum misericordiam consecutum dixit ut fidelior, sed ut fidelis esset: quia sciebat non se initiũ fidei suæ priorem dedisse deo, et retributum sibi ab illo eius augmentum, sed ab eo se factũ fidelem, à quo & Apostolus factus est: Nam scripta sunt etiam fidei eius initia, suntq; Ecclesiastica celebri lectione notissima. Auersus quippe à fide quã uastabat, eiq; uehementer aduersus, repente est ad illam gratia potentiore conuersus: cõuertente illo cui hoc ipsum
Psal.84 facturo per Prophetã dictum est: Tu cõuertens uiuificabis nos: ut non solũ ex nolente fieret uolens credere, uerumetiã ex persecutore persecutionem in eius fidei, quam persequebat, defensione pateretur. Donatum quippe illi erat à Christo, non solum ut crederet in eum, uerumetiam ut pateretur pro eo. Et ideo cõmendans istam gratiã, quæ non datur secundum aliqua merita, sed efficit omnia bona merita: Non quia idonei sumus, inquit, cogi- 3.Cor.3
tare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficiẽtia nostra ex deo est. Attendant hic, & uerba ista perpendant, qui putant ex nobis esse fidei cœptũ, & & ex deo esse fidei supplemẽtum. Quis enim non uideat, prius esse cogitare q̃ credere? Nullus quippe credit aliquid, nisi prius cogitauerit esse credendum. Quãuis enim raptim, q̃uis celerrime credendi uoluntatem quædam cogitationes anteuolent, moxq; illa ita sequatur, ut quasi coniunctissima comitetur, necesse est tamen ut omnia quæ credũtur, præueniente cogitatione credantur: quãquam & ipsum credere, nihil aliud est q̃ cum assensione cogitare. Nõ enim omnis qui cogitat, credit: cũ ideo B
cogitent pleriq;, ne credant: sed cogitat omnis qui credit, & credendo cogitat, & cogitando credit. Quod ergo pertinet ad religionem atq; pietatẽ, de qua loquebatur Apostolus: si non sumus idonei cogitare aliquid quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est: profecto nõ sumus idonei credere aliquid quasi ex nobismetipsis, quod sine cogitatiõe nõ possumus, sed sufficiẽtia nostra qua credere incipimus, ex deo est. Quocirca sicut nemo sibi sufficit ad incipiendũ uel ꝓficiendũ quodcunq; opus bonum, quod iam isti fratres sicut uestra scripta indicant, uerum esse consentiũt: unde in omni opere bono, & incipiendo & perficiendo sufficientia nostra ex deo est: ita nemo sibi sufficit
C uel ad incipiendam uel ad perficiendam fidem, sed sufficientia nostra ex deo est: quoniam fides si non cogitetur, nulla est, & non sumus idonei cogitare aliquid ex nobis, quasi ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Cauendum est fratres dilecti à deo, ne homo se extollat aduersus deũ, cum se dicit facere quod promisit deus. Nõne fides gentium promissa est Abrahæ, & ille dans gloriã deo, plenissime credidit: Quoniam qui promisit, potẽs Rom. 4
est & facere? Ipse ergo fidem gentium facit, qui potens est facere quod promisit. Porrò si operatur deus fidem nostram, miro modo agens in cordibus nostris ut credamus: nunquid metuendum est, ne totum facere non possit: & ideo homo sibi primas eius uendicat partes, ut nouissimas ab illo accipere mereatur? Videte si aliud agitur isto modo, nisi D
ut gratia dei secundũ merita nostra deĩ quolibet modo, ac sic gratia iam non sit gratia. Redditur nanque hoc pacto debita, non donatur gratis: debetur enim credenti, ut à domino ipsa fides augeatur, & sit merces fidei cœptæ, fides aucta: nec attenditur cum hoc dicitur, non secundum gratiam, sed secundum debitum istam mercedẽ credentibus imputari. Cur autem non totum tribuatur homini, ut qui sibi potuit instituere quod nõ habebat, ipse quod instituit augeat, omnino nõ uideo: nisi quia resisti non potest diuinis manifestissimis testimonijs, quibus & fides, unde pietas exordium sumit, donum dei esse monstratur. Quale est illud, quòd unicuique deus partitus est mensuram fidei. Et il- Rom.12
lud: Pax fratribus & charitas cum fide à deo patre Rom. 1

& domino Iesu Christo:& cætera talia. Nolens ergo his tam claris testimonijs repugnare,& tamen uolēs à seipso sibi esse quod credidit homo: quasi componat cum deo,ut partem fidei sibi uendicet, atq; illi partem relinquat: & quod est elatius, primam tollit ipse,sequentem dat illi:& in eo quod dicit esse amborum, priorem se facit, posteriorem deum. Non sic pius atq; humilis doctor ille sapiebat, Cyprianum beatissimum loquor, qui dixit in nullo gloriandum,quādo nostrū nihil sit. Quod ut ostenderet, adhibuit Apostolum testem dicentem: Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti,quid gloriaris quasi non acceperis? Quo præcipue testimonio etiam cōuictus sum cum similiter errarem, putans fidem qua in deum credimus, non esse donum dei, sed à nobis esse in nobis,& per illam nos impetrare dei dona,quibus temperanter,& iuste,& pie uiuamus in hoc seculo. Neq; enim fidem putabam dei gratia præueniri,ut per illam nobis daretur quod posceremus utiliter, nisi quia credere non possemus,si non præcederet præconiū ueritatis. Vt autē prędicato nobis Euangelio consentiremus,nostrū esse propriū, & nobis ex nobis esse arbitrabar. Quem meum errorem nōnulla opuscula mea satis indicār, ante Episcopatū meum scripta. In quibus est illud quod commemorastis in literis uestris,ubi est expositio quarundā propositionū ex Epistola quę est ad Romanos. Deniq; cum mea cuncta opuscula retractarem, eamq; retractationē stilo prosequerer, cuius operis iam duos absolueram libros,antequam scripta uestra prolixiora sumpsissem, cum ad hunc librum retractandum in primo uolumine peruenissem, sic inde locutus sum. Item disputans quid, inquam,elegerit deus in nondum nato,cui dixit seruiturum esse maiorem: & quid in eodem maiore similiter nōdum nato reprobauerit:de quibus propter hoc commemoratur, quamuis longe postea prolatum sit propheticum testimonium: Iacob dilexi Esau autem odio habui:ad hoc perduxi ratiocinatiōem,ut dicerem: Non ergo elegit deus opera cuiusq; in præscientia quæ ipse daturus est: sed fidem elegit in prescietia,ut quem sibi crediturum esse præsciuit, ipsum elegerit, cui spiritū sanctum daret,ut bona operando, etiam æternā uitam consequeretur. Nondum diligentius quęsieram,nec adhuc inueneram qualis sit electio gratiæ: de qua idem dicit Apostolus: Reliquiæ per electionē gratiæ saluæ factæ sunt. Quæ utiq; non est gratia, si eam ulla merita præcedunt:ne iam quod datur non secundum gratiam, sed secundum debitū, reddatur potius meritis quàm donetur. Proinde quod continuo dixi: Dicit enim idem Apostolus: Idem deus qui operat omnia in omnibus: nusq; autem dictum est,deus credit oīa in omnibus:ac deinde subiunxi: Quod enim credimus,nostrū est: quod autem operamur bonū, illius est, qui credentibus dat spiritum sanctum: profecto non dicerem, nisi iam scirē etiam ipsam fidem inter dei munera reperiri, quę dantur in eodem spiritu. Vtrunq; ergo nostrum est, propter arbitriū uoluntatis, & utrunq; tamen datum est per spiritū fidei & charitatis. Neque enim sola charitas, sed sicut scriptū est: Charitas cum fide à deo patre, & domino Iesu Christo. Et quod paulo post dixi: Nostrū est enim credere & uelle: illius aūt,dare credentibus & uolentibus facultatē bene operandi per spiritum sanctum,per quem charitas diffundit in cordibus nostris:uerū est quidē, sed eadem regula, & utrunq; ipsius est, quia ipse præparat uoluntatē: & utrunq; nostrum quia nō fit nisi uolētibus nobis. Ac per hoc quod etiam postea dixi: Quia neq; uelle possumus, nisi uocemur:& cum post uocationē uoluerimus,non sufficit uoluntas nostra,& cursus noster, nisi deus & uires currētibus præbeat, & perducat quò uocat. Ac deinde subiunxi: Manifestū est ergo non uolentis neq; currētis, sed miserētis dei esse q; bene operamur:omnino ueritissimū est. Sed parū de ipsa uocatione differui, quæ fit secundū propositū dei. Non enim omniū qui uocantur talis est, sed tantū electorum. Itaq; quod paulopost dixi: Sicut enim in his quos elegit deus non opera,sed fides inchoat meritum,ut per munus dei operentur: sic in his quos damnat,infidelitas & impietas inchoat pœnæ meritū,ut per ipsam pœnam etiā male operentur: ueritime dixi. sed fidei meritum etiam ipsum esse donum dei,nec putaui quærēdum esse,nec dixi. Et alio loco: Cuius enim miseretur, inquam, facit eum bene operari: & quem obdurat relinquit eum ut mala operetur. Sed & illa misericordia prę cedenti merito fidei tribuit,& ista obduratio præcedenti iniquitati. Quod quidem uerum est,sed ad huc quærendum erat, utrum & meritū fidei misericordiam dei præueniat: id est,utrum ista misericordia ideo tantūmodo fiat in homine, quia fidelis est:an etiam facta fuerit ut fidelis esset. Legimus enim dicente Apostolo: Misericordiam cōsecutus sum,ut fidelis essem:non ait,quia fidelis eram. Fideli ergo datur quidem, sed data est etiam ut esset fidelis. Rectissime itaq; alio loco in eodem libro dixi: Quoniam si non ex operibus, sed misericordia dei & uocamur ut credamus, & credentibus præstatur ut bene operemur, non est gentibus ista inuidenda misericordia: quamuis minus ibi diligenter de illa, quæ per dei propositum fit uocatiōe tractauerim. Videtis certe quid tunc de fide atq; operibus sentiebam, quamuis de commendanda dei gratia laborarem: in qua sententia istos fratres nostros esse nunc uideo: quia non sicut legere libros meos, ita etiam in eis curauerunt proficere mecum. Nam si curassent inuenissent istam quæstionē secundum ueritatem diuinarū scripturarū solutam, in primo libro duorū quos ad beatæ memoriæ Simplicianum scripsi Episcopū Mediolanensis Ecclesiæ, sancti Ambrosii successorem, in ipso exordio Episcopatus mei: nisi forte non eos nouerūt. Quod si ita est, facite ut nouerint. De hoc primo duorū illorum libro, in secūdo retractationum primū locutus sum, q sermo meus ita se habet: Librorū,inq;,quos elaboraui Episcopus, primi duo sunt ad Simplicianū Ecclesię Mediolanēsis antistitem, qui beatissimo successit Ambrosio,

Cap. III

1. Cor. 4

Rom. 11

1. Cor. 12

Ephes. 6

1. Tim. 1

Cap. IIII

de

Universidad de Deusto

de diuersis quæstionibus: quarū duas ex Epistola Pauli ad Romanos in primū librū cōtuli, Harum
Rom.7 prior est de eo quod scriptum est: Quid ergo dicemus, lex peccatū est? Absit, usq; ad illud ubi ait: Quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. In qua illa Apostoli uerba: Lex spiritalis est, ego aūt carnalis sum: & cętera quibus caro contra spiritum confligere ostēditur, eo modo exposui tanquam homo describatur adhuc sub lege, nōdum sub gratia constitutus. Longe enim postea etiā spiritalis hominis, & hoc probabilius, esse posse illa uerba cognoui. Posterior in hoc libro quæstio est
Rom.9 ab eo loco ubi ait: Non solū aūt, sed & Rebecca ex uno concubitu habens Isaac patris nostri: usq; ad illud ubi ait: Nisi dominus sabaoth reliquisset B nobis semē, sicut Sodoma fuissemus, & sicut Gomorra similes fuissemus. In cuius quæstionis solutione elaboratū est pro libero arbitrio uoluntatis humanæ, sed uicit dei gratia. Nec nisi ad illud potuit peruenīri, ut liquidissima ueritate dixisse in-
1.Cor.4 telligatur Apostolus: Quis em̄ te discernit: Quid aūt habes quod non accepisti? Si aūt & accepisti quid gloriaris, quasi non acceperis? Quod uolēs etiam martyr Cyprianus ostendere, hoc totū ipso titulo definiuit, dicens in nullo gloriandum, quādo nihil nostrū est. Ecce quare dixi superius, hoc Apostolico præcipue testimonio etiam meipsum fuisse cōuictum: cum de hac re aliter saperē quàm mihi deus in hac quæstione soluēda, cū ad Episcopum Simplicianum sicut dixi, scriberē, reuelauit. C Hoc igitur Apostoli testimoniū, ubi ad reprimendam hominis inflatiōem dixit: Quid enim habes quod non accepisti? non sinit quēquam fidelium dicere, habeo fidem quā non accepi: reprimiturq; omnino his Apostolicis uerbis tota huius responsionis elatio. Sed ne hoc quidē potest dici: quāuis non habeā perfectā fidem, habeo tamen eius initium quo in Christū primitus credidi: quia & hic respondetur: Quid autem habes quod non accepisti? Si aūt & accepisti, quid gloriaris quasi non
Cap.V acceperis? Illud uero quod putant de hac fide ideo non posse dici: Quid enim habes quod non accepisti: quia in eadem natura remanet, licet uitiata, quæ prius sana ac perfecta donata sit, nihil ad id quod uolūt ualere intelligitur, si cur hoc A- D postolus dixerit cogitetur. agebat em̄, ne quisq; gloriaretur in homine, quoniam dissensiones exortæ fuerant inter Corinthios Christianos, ita ut
1.Cor.1 unusquisq; diceret: Ego quidem sum Pauli: alius aūt, ego Apollo: alius uero, ego Cephæ: & inde uentum est, ut diceret: Stulta mundi elegit deus, ut confundat sapientes: & infirma mundi elegit deus, ut cōfundat fortia: & ignobilia mundi & cōtemptibilia elegit deus: & ea quæ non sunt tanq; sint, ut quæ sunt euacuet, ut non glorietur coram deo omnis caro. Hic certe cōtra humanam superbiā satis clara est Apostoli intentio: ne in homine quisq; glorietur, ac per hoc nec in seipso. Deniq; cum dixisset: ut non glorietur coram deo omnis caro: ut ostenderet in quo debeat homo gloriari, A mox addidit: Ex ipso autem, inquit, uos estis in Christo Iesu, qui factus est nobis sapientia à deo, & iustitia & sanctificatio & redemptio: ut quēadmodum scriptū est: Qui gloriatur, in domino glo Hier.9
rietur. inde peruenit illa eius intētio, ut postea increpās dicat: Adhuc enim carnales estis. cum em̄ 1.Cor.3
sint inter uos æmulatio & contentio, nónne carnales estis, & secundū hominem ambulatis? Cum enim quis dicat, ego quidem sum Pauli: alius autem, ego Apollo: nónne homines estis? Quid ergo est Apollo, quid autem Paulus? Ministri per quos credidistis: & unicuiq; sicut dominus dedit. Ego plantaui, Apollo rigauit: sed deus incrementum dedit. Itaq; neq; qui plantat est aliquid, neq; qui rigat: sed qui incrementum dat deus. Videtis ne nihil agere Apostolum, nisi ut humilietur homo, & exaltetur deus solus? Quandoquidem in eis qui plantantur & qui rigantur, nec ipsum plantatorem & rigatorem dicit esse aliquid, sed qui incremētum dat deus; quamuis & hoc ipsum quod ille plantat, hic rigat, nō ipsis, sed domino tribuat dicens: Unicuiq; sicut dominus dedit: ego plantaui, Apollo rigauit. Hinc ergo in eadem intentione persistens, ad hoc uenit ut diceret: Itaq; nemo glorietur in homine. Iam enim dixerat: Qui gloriatur, in domino glorieť. Post hæc & alia nonnulla quæ his connectuntur, perducitur illuc eadem ipsa eius intentio ut dicat: Hæc autē fratres transfiguraui in me & Apollo propter uos: ut in nobis discatis, ne supra ☞ scriptum est, unus pro altero infletur aduersus alterum. Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si aūt & accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? In hac Apostoli euidentissima intentione, qua cōtra humanā superbiam loquitur, ne quisq; in homine, sed in domino glorietur: dona dei naturalia suspicari, siue ipsam totam perfectam mq; naturam qualis in prima conditione donata est, siue uitiatæ naturę qualescunq; reliquias, nimis quantum existimo absurdū est. Nunquid enim per hęc dona quæ omnibus communia sunt hominibus, discernūtur homines ab hominibus? Hic autem prius dixit: Quis enim te discernit? & deinde ad- Διαιρεῖ
didit: Quid aūt habes quod non accepisti? Posset quippe dicere homo inflatus aduersus alterū: discernit me fides mea, iustitia mea, uel si qd aliud. Talibus occurrēs cogitationibus bonus doctor: Quid aūt habes, ingt, quod nō accepisti? A quo, nisi ab illo qui te discernit ab alio, cui nō donauit, q̄d donauit tibi. Si aūt & accepisti ait: qd gloriaris quasi nō acceperis? Nunqd quæso agit aliud, nisi ut qui gloriat in domino glorietur? Nihil aūt huic sensui tam contrarium est, q̄ de suis meritis sic quemquam gloriari, tanq; ipse sibi ea fecerit, nō gratia dei: sed gratia quæ bonos discernit à malis, non quæ communis est & bonis & malis. Sit ergo gratia naturę attributa, qua sumus animātia rationalia, discernimurq; à pecoribus: sit etiā gratia naturę attributa, qua in ipsis hominib⁹ à deformibus pulchri, uel ingenioſi discernunť à tardis, ac si qd eiusmodi est. Sed nō se ille quē coercebat

Apoſtolus aduerſus pecus inflabat, nec aduerſus hominem alterũ, de aliquo naturali munere quod ineſſe poſſet & peſſimo, ſed aliquod bonum quod pertineret ad uitã bonã, ſibi non deo tribuens inflabatur, quando audire meruit: Quis enim te diſcernit? Quid aũt habes quod non accepiſti? Vt enim ſit naturæ fidem poſſe habere, nũquid & habere? Non enim omniũ eſt fides, cum fidem poſſe habere ſit omniũ. Non aũt ait Apoſtolus, quid autem potes habere quod non accepiſti ut poſſes ha-
2. Thc. 3 bere: ſed ait: Quid aũt habes quod non accepiſti? Proinde poſſe habere fidẽ, ſicut poſſe habere charitatem, naturę eſt hominũ: habere aũt fidẽ quemadmodũ habere charitatẽ, gratię eſt fidelium. Illa itaq; natura in qua nobis data eſt poſſibilitas habendi fidem, non diſcernit ab homine hominem, ipſa uero fides diſcernit ab infideli fidelẽ. Ac per hoc ubi dicitur: Quis enim te diſcernit? Quid aũt habes quod non accepiſti? quiſquis auder dicere
Cap. VI habeo ex meipſo fidem, nõ ergo accepi: profecto contradicit huic apertiſſimę ueritati: nõ quia credere uel non credere, non eſt in arbitrio uoluntatis humanæ, ſed in electis præparatur uoluntas à domino. Ideo ad ipſam quoq; fidẽ, quæ in uoluntate eſt pertinet. Quis enim te diſcernit? Quid aũt habes quod non accepiſti? Multi audiunt uerbum ueritatis: ſed alij credunt, alij contradicunt. Volunt ergo iſti credere: nolunt autem illi. Quis hoc ignoret? quis hoc neget? Sed cũ alijs præparetur, alijs non præparetur uoluntas à domino, diſcernendum eſt utiq; quid ueniat de miſericordia eius, qd de iudicio. Quod quærebat Iſrael, ait A-
Rom. 11 poſtolus, hoc non eſt cõſecutus, electio aũt conſecuta eſt: cæteri uero excæcati ſunt, ſicut ſcriptum
Eſa. 6 eſt: Dedit illis deus ſpiritum compunctionis, oculos ut non uideant, & aures ut non audiant, uſq;
Pſal. 68 in hodiernum diem. Et Dauid dicit: Fiat menſa eorum in laqueum & uenationẽ & in ſcandalum & in retributionem illis: obſcurẽtur oculi eorum ne uideant, & dorſum eorum ſemper incurua. Ecce miſericordia & iudicium: miſericordia in electione quæ conſecuta eſt iuſtitiam dei: iudicium uero in cæteros qui excæcati ſunt: & tamen illi quia uoluerunt, crediderunt: illi quia noluerunt, non crediderunt. Miſericordia igitur & iudicium in ipſis uoluntatibus facta ſunt. Electio quippe iſta gratiæ eſt, non utiq; meritorum. Superius enim dixerat: Sic ergo & in hoc tempore, reliquiæ per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Si aũt gratia, iã non ex operibus: alioquin gratia iam non eſt gratia. Gratis ergo cõſecuta eſt, quod conſecuta eſt electio: non pręceſſit eorũ aliquid quod priores darẽt, & retribueretur illis: pro nihilo eũ ſaluos fecit eos. Cæteris aũt qui excæcati ſunt, ſicut ibi non tacitum eſt, in retributiõe factum eſt. Vniuerſæ uiæ domini miſericordia & ueritas. Inueſtigabiles ſunt aũt uiæ eius. Inueſtigabiles igitur ſunt, & miſericordia qua gratis liberat, & ueri
Cap. V II tas qua iuſte iudicat. Sed forſitan dicunt, ab operibus fidem diſtinguit Apoſtolus: gratiam uero non ex operibus eſſe dicit: non aũt dicit, quòd non ſit ex fide. Ita uero eſt: ſed ipſam quoq; fidem opus dei dicit eſſe Ieſus, & hanc ut operemur iubet: Dixerũt enim ad eum Iudæi: Quid faciemus ut operemur opera dei? Reſpondit Ieſus & dixit eis: Hoc eſt opus dei, ut credatis in eum quem miſit ille. Sic ergo diſtinguit Apoſtolus ab operibus fidem, quemadmodũ in duobus regnis Hebræorum diſtinguitur Iudas ab Iſrael, cũ & ipſe Iudas ſit Iſrael. Ex fide aũt ideo dicit iuſtificari hominẽ, nõ ex operibus: quia ipſa prima datur, ex qua impetrentur cætera, quæ proprie opera nuncupantur, in quibus iuſte uiuitur. Nam dicit etiam ipſe:
Ioh. 6 Eph. 2 Gratia ſalui eſtis facti per fidem, & hoc nõ ex uobis, ſed dei donũ eſt: id eſt, & quod dixi per fidẽ, non ex uobis, ſed dei donum eſt. Et iam fides non ex operibus, inquit, ne forte quis extollatur: ſolet enim dici, ideo credere meruit, quia uir bonus erat & antequam crederet. Quod de Cornelio dici
Act. 10 poteſt, cuius acceptæ ſunt eleemoſynæ & exaudi tæ orationes antequam credidiſſet in Chriſtum: nec tamẽ ſine aliqua fide donabat & orabat. Nam
Rom. 10 quomodo inuocabat in quẽ non crediderat? Sed ſi poſſet ſine fide Chriſti eſſe ſaluus, non ad eum ædificandum mitteretur architectus Apoſtolus
Pſal. 126 Petrus: quamuis niſi dominus ædificauerit domum inuanum laborauerunt ædificantes eam. Et dicitur à uobis, fides eſt à nobis, cętera à domino ad opera iuſtitiæ pertinentia: quaſi ad ædificium non pertineat fides, quaſi ad ædificium, inquam, non pertineat fundamentũ. Quòd ſi in primis & maxime pertinet, inuanũ laborat prędicando ædificans fidem, niſi eã dominus miſerãdo intus ædificet. Quicquid igitur & antequã in Chriſtũ crederet, & cũ crederet, & cum credidiſſet, bene operatus eſt Cornelius, totum deo dandũ eſt, ne forte quis extollatur. Proinde ipſe unus magiſter & dominus cum dixiſſet quæ ſupra cõmemorauit: Hoc eſt opus dei, ut credatis in eum quẽ miſit ille: in eodem ipſo ſermone ſuo paulopoſt, ait: Dixi uobis, quia & uidiſtis me & non credidiſtis: Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet.

Quid eſt, ad me ueniet: niſi, credet in me? Sed
Cap. VIII ut fiat, pater dat. Item paulopoſt: Nolite, inquit,
Ioh. 6 murmurare inuicẽ: nemo poteſt uenire ad me, niſi pater qui miſit me traxerit eum: & ego eum reſuſcitabo in nouiſſimo die. Eſt ſcriptum in Prophetis: Et erunt omnes docibiles dei. Omnis qui
Eſa. 54 audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Quid eſt omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me: niſi, nullus eſt qui audiat & diſcat à patre, & nõ ueniat ad me? Si eũ omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit: profecto omnis qui nõ uenit, nõ audiuit à patre, nec didicit; nã ſi audiſſet & didiciſſet, ueniret. Neq; eũ ullus audiuit ac didicit & nõ uenit: ſed omnis, ut ait ueritas, qui audiuit à patre & didicit, uenit. Valde remota eſt à ſenſibus carnis hæc ſchola, in qua pater auditẽ, & docet ut ueniatur ad filium. Ibi eſt & ipſe filius, quia ipſe eſt uerbũ eius per quod ſic docet, nec agit cũ carnis aure, ſed cordis. Simul eſt & ibi ſpiritus patris & filij; neq; enim ipſe non docet, aut ſeparatim docet:

inſeparabilia

Universidad de Deusto

inseparabilia quippe dicimus esse opera trinitatis. Et ipse est utiq; spiritus sanctus, de quo Apostolus dicit: Habentes aũt eundem spiritum fidei. Sed ille quàm hoc potissimum est attributũ, quia de ipso est genitus unigenitus, & de ipso procedit spiritus sanctus: unde longum est enucleatius disputare, & de trinitate, quæ deus est, laborem nostrũ in quindecim libris ad uos iam existimo peruenisse. Valde, inquam, remota est à sensibus carnis hæc schola, in qua deus auditur & docet. Multos uenire uidemus ad filiũ, quia multos credere uidemus in Christũ, sed ubi & quomodo à patre audierint hoc & didicerint, nõ uidem⁹. Nimium gratia ista secreta est, gratiam uero esse quis ambigit? Hæc itaq; gratia quæ occulte humanis cordibus diuina largitate tribuitur, à nullo duro corde respuitur. Ideo quippe tribuitur, ut cordis duritia primitus auferatur. Quando ergo pater intus auditur, & docet ut ueniatur ad filiũ, aufert cor lapideum, & dat cor carneũ, sicut Propheta prædicãte promisit. Sic quippe facit filios promissiõis & uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriã. Cur ergo non omnes docet, ut ueniant ad Christũ, nisi quia omnes quos docet, misericordia docet: quos aũt nõ docet, iudicio nõ docet: quoniã cuius uult
Rom. 9 misereatur, & quẽ uult obdurat: sed misereatur, bonum tribuens: obdurat, digna retribuẽs. Aut si & ista, ut quidam distinguere maluerũt, uerba sunt eius cui Apostolus ait: Dicis itaq; mihi, ut ipse dixisse accipiatur: ergo cuius uult misereẽ, & quem uult obdurat, & quæ sequuntur, id est, Quid adhuc cõqueritur: nã uolũtati eius quis resistit? Nũquid respõsum est ab Apostolo: O homo, falsum est quod dixisti? Non. Sed responsum est: O homo, tu quis es qui respondeas deo? Nunquid dicit figmentum ei qui se finxit: quare sic me feciſti? An nõ habet potestatẽ figulus luti ex eadẽ facere massa, & sequentia quę optime nostis: Et tamẽ secundum quendã modum, oẽs pater docet uenire ad suum filiũ. Non enim frustra scriptũ est in Prophetis: Et erunt oẽs docibiles dei. Quod testimonium cũ præmisisset, tũc subdidit: Omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Sicut ergo integre loquimur cũ de aliquo literarum magistro, qui in ciuitate solus est, dicimus: oẽs iste hic literas docet: nõ quia omnes discunt, sed quia nemo nisi ab illo discit, quicunq; ibi literas discit: ita re- D cte dicimus, oẽs deus docet uenire ad Christum: nõ quia oẽs ueniunt, sed quia nemo aliter uenit. Cur autẽ non omnes doceat, aperuit Apostolus quantũ aperiendũ iudicauit: quia uolens ostendere iram, & demõstrare potẽtiam suã, attulit in multa patientia uasa iræ quę perfecta sunt in perditionẽ, & ut notas faciat diuitias gloriæ suę in uasa misericordiæ, quæ præparauit in gloriam. Hinc est
1. Cor. 1 quòd uerbũ crucis pereũtibus stultitia est: his aũt qui salui fiunt uirtus dei est. Hos omnes docet ue-
1. Tim. 2 nire ad Christũ deus, hoc omnes uult saluos fieri, & in agnitionem ueritatis uenire. Nam & si illos quibus stultitia est uerbũ crucis, ut ad Christũ uenirent docere uoluisset, procul dubio uenirent & ipsi. Nõ enim fallit aut fallitur qui ait: Omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit ad me. Absit ergo ut quisq; nõ ueniat, qui à patre audiuit & didicit. Quare, inquiunt, nõ omnes docet? Si dixerimus, quia nolunt discere quos nõ docet, respõdebitur nobis: Et ubi est quod ei dicitur? Domine tu con- Psal. 84
uertens uiuificabis nos: Aut si non facit uolentes ex nolentibus deus, quid orat Ecclesia secundum præceptũ domini pro persecutoribus suis? Nam sic etiam uoluit intelligi sanctus Cyprianus quod dicimus: Fiat uoluntas tua sicut in cœlo & in ter- Mat. 6
ra: hoc est, sicut in eis qui iam crediderũt & tanq; cœlum sunt, ita & in eis qui nõ credũt, & ob hoc adhuc terra sunt. Quid ergo oramus pro nolentibus credere, nisi ut deus in illis operetur & uelle?
Rom. 10 B De Iudæis certe Apostolus ait: Fratres, bona uoluntas quidẽ cordis mei, & deprecatio ad deũ pro illis fit in salutẽ. Orat pro non credentibus, quid, nisi ut credant? Non eñ aliter consequuntur salutem. Si ergo fides orantiũ dei præuenit gratiam: nunquid eorũ fides pro quibus oratur ut credant, dei præuenit gratiã? Quandoquidem hoc pro eis oratur, ut non credentibus, id est fidẽ nõ habentibus, fides ipsa donetur. Cũ igitur Euangeliũ prædicatur, quidã credunt, quidam nõ credũt: sed qui credũt prædicatore forinsecus sonãte, intus à patre audiũt atq; discũt: qui aũt nõ credũt, foris audiunt, intus nõ audiunt, neq; discunt: hoc est, illis daſ ut credant, illis non datur: quia nemo, inquit, uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum:
C quod apertius postea dicitur. Nam post aliquantum cum de carne sua manducanda & bibendo sanguine suo loqueretẽ, & dicerent etiã quidã discipulorum eius: Durus est hic sermo, quis potest eum audire? Sciens Iesus apud semetipsum, quia murmurarent de hoc discipuli eius, dixit eis: Hoc uos scandalizat? Et paulopost: Verba, inquit, quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt: sed sunt quidã ex uobis qui nõ credunt. Et mox Euãgelista: Sciebat, inquit, ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eũ, & dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo potest uenire ad me, nisi fuerit ei datũ à patre meo. Ergo trahi à patre ad Christũ, & audire ac discere à patre, ut ueniat ad Christũ, nihil aliud est, q; donũ accipere à patre, quo credat in Christũ. Neq; eñ audientes Euangeliũ à non audientibus, sed credẽtes à non credẽtibus discernebat qui dicebat: Nemo uenit ad me nisi fuerit ei datũ à patre meo.

Fides igit̃ & inchoata & perfecta, donum dei Cap. IX
est: & hoc donũ quibusdã dari, quibusdã non dari omnino nõ dubitet qui nõ uult manifestissimis sacris literis repugnare. Cur aũt non oñibus detur, fidelẽ mouere nõ debet, qui credit ex uno omnes esse in cõdemnationẽ, sine dubitatiõe iustissimam: ita & nulla dei esset iusta reprehensio, etiã si nullus inde liberaretur. Vnde cõstat magnã esse Hier. 9
gratiã, q; plurimi liberantur, & quid sibi deberetur, in eis qui non liberãtur agnoscũt: ut qui gloriãtur non in suis meritis, quæ paria uident esse dãnatis, sed in domino gloriẽtur. Cur aũt istum potius q; illum

Rom.11 illum liberet, inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Melius em̃ & hic audimus
Rom.9 aut dicimus: O homo, tu quis es qui reſpondeas deo: cp̃ dicere audeamus quaſi nouerimus quod occultum eſſe uoluit: qui tamẽ aliquid iniuſtũ uelle nõ potuit. Illud aũt quod in opuſculo meo quodam contra Porphyrium ſub titulo: De tempore chriſtianę religionis, me dixiſſe recolitis: ita dixi, ut hanc diligentiorẽ & operoſiorem diſputationẽ de gratia præterirem, non ſanè omiſſa ſignificatione, ꝙ eam loco illo explicare noluiſſem, quæ poſſet aliàs uel ab alijs explicari. Nã ita locutus ſum inter cætera, reſpõdens propoſitæ quæſtioni: cur Chriſtus poſt tam longa tempora uenerit. Proinde, inquam, cum Chriſto non obijciant ꝙ eius doctrinam non omnes ſequuntur: ſentiunt enim & ipſi, nequaquã hoc recte obijci poſſe, uel ſapiẽtiæ philoſophorũ, uel etiam numini deorũ ſuorum: quid reſpondebũt ſi excepta illa altitudine ſapientiæ & ſcientiæ dei, ubi fortaſſis aliud diuinũ conſilium longe ſecretius latet, ſine præiudicio etiam aliarum forte cauſarũ, quæ à prudentibus inueſtigari queunt: hoc ſolũ eis breuitatis gratia, in huius quæſtionis diſputatiõe dicamus: tunc uoluiſſe hominibus apparere Chriſtũ, & apud eos prædicari doctrinam ſuã, quando ſciebat & ubi ſciebat eſſe, qui in eũ fuerãt crediturí. His enim tẽporibus & his locis quibus Euangeliũ eius non eſt prædicatũ, tales omnes in eius prædicatione futuros eſſe præſciebat: quales non quidẽ oẽs, ſed tamen multi in eius corporali preſentia fuerunt, qui in eũ nec ſuſcitatis ab eo mortuis credere uoluerunt. Quales etiam nunc multos uidemus, cũ tanta manifeſtatione de illo compleantur præconia Prophetarum, nolle adhuc credere, & malle humana aſtutia reſiſtere, cp̃ tam claræ atq; perſpicuę tamq; ſublimi & ſublimiter diffamatæ, diuinæ cedere authoritati. Quãdiu paruus & infirmus eſt intellectus hominis, diuinę accedere ueritati non poterit. Quid ergo mirum, ſi tam infidelibus plenum orbẽ terrarũ Chriſtus prioribus ſeculis noluerat, ut eis apparere uel prędicari merito nollet, quos nec uerbis, nec miraculis ſuis credituros eſſe præſciebat? Neq; enim incredibile eſt tales tũc fuiſſe omnes, quales ab eius aduentu uſq; ad hoc tempus tam multos fuiſſe atq; eſſe miramur: & tamẽ ab initio generis humani, aliàs occultius, aliàs euidentius, ſicut cõgruere tẽporibus diuinitus uiſum eſt, nec prophetari deſtitit, nec qui in eũ crederent defuerũt: & ab Adam uſq; ad Moyſen, & in ipſo populo Iſrael, quę ſpeciali quodam myſterio gens prophetica fuit: & in alijs gentibus antequã ueniſſet in carne. Cũ enim nonnulli cõmemorentur in ſanctis Hebraicis libris, iã ex tẽpore Abrahæ, nec de ſtirpe carnis eius, nec ex populo Iſrael, nec aduẽtitia ſocietate in populo Iſrael, qui tamẽ huius ſacramenti participes fuerunt: cur non credamus etiã in cæteris hac atq; illac gentibus alios atq; alios fuiſſe, quãuis eos cõmemoratos in eiſdem authoritatibus nõ legamus? Ita ſalus religionis huius per quã ſolã uerã, ſalus uera ueraciterq;

Quare Chriſtus poſt tot tempora tandem in carne apparuerit

promittitur nulli unq̃ defuit, qui dignus fuit, & cui defuit dignus nõ fuit. Et ab exordio propagationis humanæ uſq; in finem, quibuſdam ad præmium, quibuſdam ad iudiciũ prædicatur: ac per hoc & quibus omnino annunciata non eſt, non crediturí præſciebãtur: & quibus non crediturís tamen annunciata eſt, in illorum exemplũ demõſtrantur. Quibus aũt crediturís annunciatur, in regno cœlorum & ſanctorũ angelorũ ſocietati præparantur. Cernitis ne me ſine præiudicio latentis conſilij dei aliarumq; cauſarum, hoc de præſcientia Chriſti dicere uoluiſſe, quod conuincendę Paganorum infidelitati qui hãc obiecerant quęſtionem, ſufficere uideretur? Quid enim eſt uerius cp̃ præſciſſe Chriſtum, qui & quando & quibus locís in eum fuerant crediturí? Sed utrum prædicato ſibi Chriſto à ſeipſis habituri eſſent fidẽ, an deo donante ſumpturí: id eſt, utrum tantummodo eos præſcierit, an etiam prædeſtinauerit deus, quære re ac differere tũc neceſſarium non putaui. Proinde quod dixi, tunc uoluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinam ſuã, quando ſciebat & ubi ſciebat eſſe qui in eum fuerant crediturí: poſſet etiã ſic dici, tũc uoluiſſe hominibus apparere Chriſtum, & apud eos prædicari doctrinam ſuã, quando ſciebat & ubi ſciebat eſſe, qui electi fuerant in ipſo, ante mundi cõſtitutionem. Sed quoniam ſi ita diceretur, lectorẽ faceret intentum ad ea requirenda, quæ nũc ex admonitione Pelagiani erroris neceſſe eſt copioſius & laborioſius diſputari: uiſum mihi eſt quod tunc ſatis erat, breuiter eſſe dicendũ, excepta ut dixi altitudine ſapiẽtiæ & ſcientiæ dei, & ſine præiudicio aliarũ cauſarũ, de quibus non tũc ſed aliàs oppor-
Cap. X tunius diſputãdũ putaui. Itẽ quod dixi ſalutem religionis huius nulli unquã defuiſſe qui dignus fuit, & dignũ nõ fuiſſe cui defuit: ſi diſcutiatur & quæratur, unde quiſq; ſit dignus, non deſunt qui dicãt, uoluntate humana: nos aũt dicimus, gratia uel prædeſtinatione diuina. Inter gratiã porrò & *Quid interſit inter prædeſtinatiõem & gratiam*
prædeſtinationẽ hoc tantũ intereſt, ꝙ prædeſtinatio eſt gratiæ præparatio: gratia uero iã ipſa donatio. Quod itaq; ait Apoſtolus: Non ex operibus *Ephe.2*
ne forte quis extollat: ipſius em̃ ſumus figmentũ, creati in Chriſto Ieſu in operib⁹ bonis: gratia eſt. Quod aũt ſequit: Quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus: prædeſtinatio eſt, quæ ſine præſcientia nõ poteſt eſſe: poteſt aũt eſſe ſine prędeſtinatione præſciẽtia. Prędeſtinatione quippe deus ea præſciuit, quę fuerat ipſe facturus. Vnde dictum eſt: Fecit quæ futura ſunt. Præſcire aũt potens eſt etiam quæ ipſe non facit, ſicut quęcunq; peccata: quia & ſi ſunt quædã quæ ita peccata ſunt, ut pœnæ etiam ſint peccatorũ, unde dictũ eſt: Tradidit *Rom.1*
illos deus in reprobam mentẽ, ut faciãt quæ non cõueniunt: non ibi peccatum dei eſt, ſed iudiciũ. Quocirca prædeſtinatio dei quæ in bono eſt, gratię eſt, ut dixi, præparatio: gratia uero eſt ipſi⁹ prędeſtinatiõis effectus. Quãdo ergo promiſit deus *Gen.17*
Abrahæ in ſemine eius fidẽ gentiũ, dicẽs: Patrem *Rom.4*
multarũ gẽtium poſui te: Vnde dicit Apoſtolus:

Ideo

Universidad de Deusto
Biblioteca

Ideo ex fide, ut secundū gratiam firma sit promis- A
sio omni semini, non de nostrę uoluntatis potesta
te, sed de sua prædestinatione promisit. Promisit
enim quod ipse facturus fuerat, non quod homi-
nes: quia etsi faciunt homines bona quæ pertinēt
ad colendum deū, ipse facit ut illi faciant quæ præ
cepit: non illi faciūt, ut ipse faciat quod promisit:
alioquin ut dei promissa compleātur, non in dei,
sed in hominum est potestate, & quod à domino
promissum est, ab ipsis reddit Abrahæ. Non aūt
sic credidit Abrahā, sed credidit dans gloriā deo,
quoniam quæ promisit potēs est & facere. nō ait,
prædicere: nō ait, præscire: nam & aliena facta po
test prædicere atq; præscire: sed ait, potens est &
facere: ac per hoc facta non aliena, sed sua. An for
te opera bona gentiū deus promisit Abrahæ in se-
mine ipsius, ut hoc promitteret quod ipse facit? B
Non aūt promisit fidē gentiū, quam sibi homines
faciūt, sed ut promitteret quod ipse facit, illā præ-
sciuit homines esse facturos. Non quidē loquitur
sic Apostolus: Filios quippe promisit deus Abra
hæ, qui fidei eius uestigia sectarentur: quod aper-
tissime dicit. Sed si opera gētium promisit, non fi-
dem: profecto quoniam non sunt bona opera nisi
Abac. 2 ex fide. Iustus ēm ex fide uiuit: & omne quod non
Rom. 14 est ex fide, peccatū est: & sine fide impossibile est
Heb. 11 placere deo: nihilominus ut impleatur quod pro-
misit deus, in hominū est potestate. Nisi enim ho-
mo faciat quod deo nō donante ad hominē perti
net, nō faciet ipse quod donet: hoc est nisi habeat
homo fidē ex seipso, non implet deus quod pro- C
misit, ut opera iustitiæ dentur ex deo. Ac per hoc
ut promissa sua deus possit implere, nō est in dei,
sed in hominis potestate. Quod si ueritas & pie-
Rom. 4 tas nos credere uetat: credamus cū Abrahā, quo-
niam quæ promisit, potens est & facere. Promisit
aūt filios Abrahæ, quod esse non possunt, si non
Cap. IX habeant fidē. Ergo ipse donat & fidem. Sanè
cum Apostolus dicat, Ideo ex fide, ut secundum
gratiam firma sit promissio: miror homines infir-
mitati suæ se malle cōmittere, q̄ firmitati promis-
sionis dei. Sed incerta est mihi, inquit, de meipso
1. Cor. 10 uoluntas dei. Quid ergo? Tua ne tibi uoluntas de
teipso certa est, nec times? Qui uidet stare, uideat
ne cadat. Cum igitur utraq; incerta sit, cur nō ho
mo firmiori q̄ infirmiori fidem suā, spem charita-
temq; committit? Sed cum dicitur, inquiūt, Si cre D
dideris saluus eris: unū horū exigitur, alterū offer
tur. Quod exigitur in hominis, quod offertur in
dei est potestate. Cur nō utrūq; in dei est, & quod
iubet, & quod offertur? Rogatur ēm ut det quod
iubet, rogant credentes, ut sibi augeatur fides: ro-
gant pro nō credentibus, ut eis donet fides, ut &
in suis incrementis, & in suis initijs dei donum sit
Rom. 5 fides. Sic aūt dicit: Si crediderís, saluus eris: quē-
admodum dicitur: Si spiritu facta carnis mortifi-
caueritis, uiuetis. Nā & hic ex his duobus unum
exigitur, alterum offertur. Si spiritu, inquit, facta
carnis mortificaueritis, uiuetis. Vt ergo spiritu fa
cta carnis mortificemus, exigitur: ut aūt uiuamus
offertur. Num igitur placet, ut facta carnis morti-
ficare non donū dei esse dicamus, neq; id donum
dei esse fateamur: quoniam exigi audiuimus à no
bis præmio uitæ si hoc fecerimus oblato? Absit
ut hoc placeat participibus & defensorib. gratiæ.
Pelagianorum est error iste damnabilis: quorum
mox Apostolus ora obstruxit, adiungēs: Quot-
quot ēm spiritu dei aguntur, hi sunt filij dei, ne facta
mortificare nos carnis, non per dei, sed per nostrū
spiritum crederemus. De quo dei spiritu etiā ibi
loquebat ubi ait: Omnia aūt hæc operatur unus 1. Cor. 12
atq; idem spiritus, diuidens propria unicuiq; pro-
ut uult. Inter quæ omnia sicut scitis, nominauit &
fidem. Sicut ergo quamuis donū dei sit, facta car-
nis mortificare, exigitur tamen à nobis proposito
præmio uitæ: ita donum dei est & fides, quamuis
& ipsa cū dicitur: Si crediderís saluus eris: propo
sito præmio salutis exigat à nobis. Ideo enim hæc
& nobis præcipiūtur, & dona dei esse mōstrātur,
ut intelligatur q̄ & nos ea faciamus, & deus facit
ut illa faciamus: sicut per Prophetā Ezechielem
apertissime dicit: quid enim apertius q̄; ubi dicit:
Ego faciā ut faciatis? Locū ipsum scripturæ fra-
tres charissimi attendite, & uidebitis illa deū pro-
mittere, facturum se ut faciāt, quæ iubet ut fiant.
Nō sanè ibi tacet etiā merita eorū, sed mala, qui-
bus se ostendit reddere pro malis bona: hoc ipso
q̄ eos facit habere deinceps opera bona, cū ipse
facit, ut faciant diuina mandata. Sed omnis hęc Cap. XII
ratio qua defendimus gratiā dei per Iesum Chri-
stum dominū nostrū, uere esse gratiam, id est, non
secundū merita nostra dari, quāuis euidentissime
diuinorū eloquiorū testimonijs asseratur: tamen
apud eos, qui nisi aliquid sibi assignēt, quod prio-
res dēt ut retribuatur eis, ab omni studio pietatis
reprimi se putant, laboratur aliquando in ætate
maiorū, iam utentiū uolūtatis arbitrio: sed ubi ue
nitur ad paruulos, & ad ipsum mediatorem dei & 1. Tim. 2
hominū, hominem Christū Iesum, omnis deficit
præcedentiū gratiam dei humanorū assertio meri
torum: quia nec illi ullis bonis præcedētibus me-
ritis discernuntur à cæteris, ut pertineant ad libe-
ratorem hominū: nec ille ullis humanis præceden
tibus meritis, cū & ipse sit homo, liberator factus
est hominū. Quis enim audiat q̄ dicuntur paruu-
li pro suis futuris meritis in ipsa infantili ætate ba
ptizati exire de hac uita: & ideo alij non baptiza-
ti in eadē ætate mori, quia & ipsorū præscita sunt
merita futura, sed mala, non eorū uitam bonā uel
malam deo remunerante uel damnante? Sed nul
lū Apostolus quidem limitem fixit, quē transgre-
di non debeat hominis, ut mitius loquar, incauta
suspicio. Ait enim: Oīnes stabimus ante tribunal Rom. 14
Christi, ut referat unusquisq; secundū ea quæ per
corpus gessit, siue bonū, siue malū. Gessit, inquit,
non adiunxit, uel gesturus fuit. Sed unde hoc tali
bus uiris in mentē uenerit nescio, ut futura quæ
nō sunt futura, puniātur, ut honorētur merita par
uulorum. Cur aūt dictū est, secundum ea quæ per
corpus gessit hominē iudicandū, cū gerātur mul
ta solo animo, nō per corpus, nec per ullū corpo-
ris mēbrum, & plerūq; tam magna, ut talibus co
gitationibus

gitationibus pœna iustissima debeatur: sicuti est, ut alia taceam, q̃ dixit insipiens in corde suo, non est deus? Quid est ergo, secundum ea quę per corpus gessit: nisi secundū ea quæ gessit eo tempore quo in corpore fuit, ut per corpus intelligamus corporis tẽpus? Post corpus aũt nemo erit in corpore, nisi resurrectione nouissima, non ad ulla merita cõparanda, sed ad recipienda pro bonis meritis prę̃mia, uel pro malis luẽda supplicia. Hoc aũt medio tempore inter depositionem & receptionem corporis, secundum ea quæ gesserũt per corporis tempus, siue cruciantur animæ, siue requiescunt. Ad quod tempus corporis pertinet etiam quod Pelagiani negant, sed Christi Ecclesia confitetur, originale peccatum: quo siue soluto per dei gratiam, siue per dei iudicium non soluto, cũ moriuntur infantes: aut merito regenerationis transeunt ex malis ad bona, aut merito originis transeũt ex malis ad mala. Hoc catholica fides nouit, in hoc etiã nonnulli hæretici sine ulla cõtradictione cõsentiunt. Iudicari aũt quemq̃ non solum secundum merita quæ habuit quamdiu fuit in corpore, sed secundū merita quæ fuerat habiturus si diutius fuisset in corpore, unde opinari potuerint homines, quorum ingenia non esse contemptibilia uestræ indicant literæ, mirans & stupens reperire non possum: nec credere auderem, nisi uobis non credere non auderẽ: sed spero affuturū deum, ut cõmoniti cito uideant, ea quæ dicuntur futura fuisse peccata, si per dei iudicium in nõ baptizatis possunt iure puniri, etiã per dei gratiam baptizatis posse dimitti. Quicunq; enim dicit puniri tantum posse, deo iudicante futura peccata, dimitti aũt deo miserante non posse, cogitare debet quantam deo faciat gratiæq; eius iniuriam: quasi futurum peccatum prę̃noscí possit, nec possit ignoscí. Quòd si absurdum est, magis ergo futuris si diu uiuerent peccatoribus, cũ in parua ætate moriuntur, lauacro quo peccata diluuntur debuit subueniri. Cap. XIII Quod si forsitan dicũt, pœnitentibus peccata dimitti: & ideo istos nõ baptizari in paruula ætate morientes, quia præsciti sunt, pœnitentiam si uiuerent non acturos: eos aũt qui baptizantur, & paruuli de corporibus exeunt, deum præscisse acturos pœnitentiam fuisse si uiuerent: Attendãt & uideãt si ita est, non iã in paruulis sine baptismate morientibus peccata originalia uindicari, sed sua cuiusq; futura si uiueret. Item baptizatis non originalia dilui, sed sua futura si uiuerẽt, quoniam non possent nisi in maiore ętate peccare: sed alios acturos pœnitentiã, alios non acturos fuisse præuisos: ideoq; alios baptizatos, alios sine baptismo exisse de hac uita. Hoc si audirent Pelagiani, non iam laborarent negando originale peccatum, & quærere paruulis extra regnum dei nescio cuius suæ felicitatis locum: maxime quando conuincũtur non eos habere posse uitam æternam, qui non manducauerunt carnẽ, nec biberunt sanguinem Christi: & quia in eis qui nullum habent omnino peccatum, falsus est baptismus qui in remissiõem traditur peccatorũ. Dicerẽt enim prorsus nullum esse originale peccatũ, sed pro suis futuris si uiuerent meritis uel baptizari uel non baptizari eos, qui de corpore soluuntur infantes: & pro suis futuris meritis eos uel accípere uel nõ accipere corpus & sanguinẽ Christi, sine quo uitam prorsus habere non possunt: & in uera remissione peccatorum baptizari, quamuis nullum ex Adam traherent: quoniam remittuntur eis futura peccata, de qbus illos deus pœnitentiã præsciuit acturos. Ita facillime agerent atq; obtinerẽt causam suam qua negant esse originale peccatum, & gratiã dei non dari nisi secundum merita nostra cõtendunt. Sed quia hominum futura quæ non sunt futura, proculdubio nulla sunt merita, & hoc uidere facillimum est: ideo nec Pelagiani hoc dicere potuerunt, & multo magis nec isti dicere debuerũt. Dici enim non potest q̃ molestę ferã, quod uiderunt Pelagiani esse falsissimum & absurdissimum, hoc non uidisse istos, qui nobiscum errorẽ illorum hæreticorum catholica authoritate condemnant.

Scripsit librũ De mortalitate Cyprianus, multis ac penè oĩbus qui Ecclesiasticas literas amãt laudabiliter notũ: in quo propterea dicit non solum non esse fidelibus inutilem mortem, uerum etiam utilem reperiri, quoniam peccandi periculis hominem subtrahit, & in non peccandi securitatem cõstituit. Sed quid prodest si etiam futura quæ cõmissa non sunt, peccata puniuntur? Ait tamen ille copiosissime atq; optime, peccandi pericula nec deesse in ista uita, nec supersse post istã. Cap. XIIII

Vbi & illud testimoniũ ponit de libro sapientiæ: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Quod à me quoq; positũ, fratres istos ita respuisse dixistis, tanq̃ non de libro canonico adhibitũ: quasi & excepta huius libri attestatione res ipsa non clara sit, quã uolumus hinc doceri. Quis eñ audet negare Christianus, iustum si morte præoccupatus fuerit in refrigerio futurũ? Quilibet hoc dixerit, quis homo sanæ fidei resistendũ putabit? Itẽ si dixerit, iustũ si à sua iustitia recesserit in qua diu uixit, & in ea fuerit impietate defunctus, in qua non dico unũ annum, sed unum diẽ duxerit, in pœnas iniquis debitas hinc iturũ, nihil sibi prę̃teritam suã iustitiam profuturã: huic perspicuæ ueritati, quis fidelium cõtradicit? Porrò si quæratur à nobis, utrum si tunc esset mortuus quando erat iustus, pœnas esset inuẽturus an requiẽ, nunquid requiem respondere dubitamus? Hæc est tota causa cur dictũ est, à quocunq; sit dictũ: Raptus est, ne malitia mutaret intellectum eius. Dictũ est enim secundũ pericula uitæ huius, non secundũ præscientiam dei: qui hoc prę̃sciuit quod futurum erat, non quod futurũ non erat: id est, quòd ei mortem immaturã fuerat largiturus, ut tẽtationum subtraheretur incerto: non q̃ peccaturus esset, qui mansurus in tentatione non esset. De hac quippe uita legitur in libro Iob: Nunquid non tentatio est uita humana super terram? Iob 7 Sed quare alijs cõcedatur, ut ex huius uitæ periculis dum iusti sunt auferãtur: alij uero iusti donec à iustitia cadant, in eisdem periculis uita productiore teneãtur: quis cognouit Rom. 11

Universidad de Deusto
Biblioteca

gnouit sensum domini? Et tamẽ hinc intelligi da-
tur, etiam illis iustis qui bonos pioscꝫ mores usꝙ
ad senectutis maturitatem, & diem uitæ huius ul
timum seruant, non in suis meritis, sed in domino
esse gloriandum: quoniã qui uitę breuitate rapuit
iustum ne malitia mutaret intellectũ eius, ipse in
quantacunꝙ uitæ longitudine custodit iustũ, ne
malitia mutet intellectum eius. Cur autem hic te-
nuerit casurum iustum, quẽ priusꝙ caderet hinc
posset auferre, iustissima oẽino, sed inscrutabilia
sunt iudicia eius. Quę cũ ita sint, non debuit repu
diari sententia libri sapientiæ: qui meruit in Ec
clesia Christi, de gradu lectorum Ecclesiæ Chri
sti tã lõga annositate recitari, & ab omnibus Chri
stianis, ab Episcopis, usꝙ ad extremos laicos fide
les, pœnitentes, catechumenos, cum ueneratione
diuinæ authoritatis audiri. Certe enim si de diui-
narum scripturarum tractatoribus qui fuerũt an-
te nos, proferrẽ defensionẽ huius sententię, quam
nunc solito diligentius atꝙ copiosius contra no-
uum Pelagianorũ defendere urgemur errorem:
Rom. 9 hoc est, gratiã dei non secũdum merita nostra da-
ri, & gratis dari cui datur: quia neꝙ uolentis neꝙ
currentis, sed miserentis est dei: iusto autem iudi-
cio non dari cui non datur, quia non est iniquitas
apud deũ: Si huius ergo sententiæ defensionẽ ex
diuinorum eloquiorũ nos præcedentibus catho-
licis tractatoribus promerem, profecto hi fratres,
pro quibus nunc agimus, acquiescerent: hoc em
significastis literis uestris. Quid igitur opus est, ut
eorũ scrutemur opuscula, qui priusꝙ ista hæresis
oriretur, non habuerunt necessitatem in hac diffi
cili ad soluendum quęstione uersari, quod procul
dubio facerent, si respondere talibus cogerentur?
Vnde factum est, ut de gratia dei quid sentirent,
breuiter quibusdam scriptorum suorũ locis & trã
seunter attingerent: immorarẽtur uero in eis, quę
aduersus alios inimicos Ecclesiæ disputabant, &
in exhortatiõibus ad quasꝙ uirtutes, quibus deo
uiuo & uero pro adipiscẽda uita ęterna & uera fe
licitate seruitur: frequentationibus aut oration-
bus simpliciter apparebat dei gratia quid ualeret:
Non enim poscerentur à deo quæ præcepit fieri,
nisi ab illo donaretur ut fierent. Sed qui sentẽtijs
tractatorum instrui uolunt, oportet ut istũ librum
Sap. 4 Sapientiæ ubi legitur: Raptus est ne malitia mu-
taret intellectum eius: oẽibus tractatoribus an-
teponant: quoniã sibi eum antepositerunt etiam
temporibus proximi Apostolorum egregij tracta
tores, qui eum testem adhibentes, nihil se adhibe-
re nisi diuinum testimonium crediderũt. Et certe
beatissimum Cyprianum disputasse constat, ut ce
lerioris mortis beneficium cõmendaret, à pecca-
torum periculis eos eripi, qui hanc uitam finiunt
Cyprianus in libro de mortalitate in qua peccari potest. In eodem libro ait inter cæ-
tera: Cur nõ cũ Christo futurus, & de domini pol
licitatione securus, ꝙ ad Christũ uocaris, ample-
cteris, & ꝙ diabolo careas gratularis? Et alio lo-
co: Pueri, inquit, periculũ lubricæ ætatis euadũt.
Itemꝙ alio loco: Quid non, inquit, properamus
& currimus, ut patriã nostram uidere, ut parẽtes

A salutare possimus? Magnus illic nos charorũ nu-
merus expectat, parentũ, fratrum, filiorũ, frequẽs
nos & copiosa turba desyderat, iã de sua incolumi
tate secura, adhuc de nostra salute solicita. His at-
que huiusmodi doctor ille sententijs in catholicæ
fidei luce clarissima, satis aperteꝙ testatur, usꝙ ad
huius corporis depositionem peccandi pericula
tentatiõesꝙ metuẽdas, deinceps nulla talia quẽ-
quam esse passurũ. Quòd & si non testaretẽ, quan
do de hac re Christianus qualiscunꝙ dubitaret?
Quomodo igitur homini lapso, & in eodem la-
psu istam uitã misere finienti, atꝙ ad pœnas eunti
talibus debitas: quomodo, inquam, huic non plu-
rimum summeꝙ prodesset, si ex hoc tentationum
B loco priusꝙ laberetur, morte raperetur? Ac per
hoc si absit nimis incõsiderata cõtentio, tota quę-
stio ista finita est de illo, qui raptus est ne malitia
mutaret intellectum eius. Nec ideo liber Sapien-
tiæ, qui tanta numerositate annorum legi meruit
in Ecclesia Christi, in quo & hoc legitur, pati de-
bet iniuriam: quoniam resistit eis qui pro eis meri
tis hominum falluntur, ut ueniant contra dei ma-
nifestissimã gratiã, quæ maxime apparet in paruu
lis: quorũ cum alij baptizati, alij non baptizati ui
tæ huius terminum sumunt, satis indicant miseri-
cordiam & iudicium: misericordiã quidẽ gratui-
tam, iudicium debitum. Si enim iudicarentur ho-
mines pro meritis suæ uitæ, quę non haberẽt mor
te præueniente, sed habituri essent, si uiuerẽt: nihil
prodesset ei, q raptus est ne malitia mutaret intel-
C lectũ eius, nihil prodesset eis qui lapsi moriuntur,
si ante morerentur: quod nullus dicere Christia-
nus audebit. Quocirca non debent fratres nostri,
qui nobiscum pro catholica fide perniciem Pela-
giani erroris impugnant, huic Pelagianæ intãtum
fauere opinioni, qua opinãtur gratiam dei secun-
dũ merita nostra dari: ut quod illi audire non pos-
sunt, sententiã uerã plane, & antiquitus Christia-
nam: Raptus est ne malitia mutaret intellectum
eius: destruere moliantur, & id astruere quod non
dico crediturum, sed somniaturũ neminem puta-
remus: secundum ea scilicet iudicari quemꝙ mor
tuorum, quæ gesturus fuerat si tempore prolixio-
re uixisset. Ita quippe claret inuictũ esse, quod di-
cimus: Gratiã dei non secũdum merita nostra da-
ri, ut huic ueritati cõtradicentes ingenioſi homi-
D nes hęc ab omniũ auribus & cogitationibus abi-
genda dicere cogerentur. Est etiam præclarissi Cap. XV
mum lumen prædestinationis & gratię, ipse salua
tor ipse mediator dei & hominũ, homo Christus
Iesus: qui ut hoc esset, quibus tandem suis uel ope
rũ uel fidei præcedentibus meritis natura huma-
na quæ in illo est, cõparauit? Respondeatur quæ-
so, ille homo ut à uerbo patri coæterno in unita-
tẽ personæ assumptus, filius dei unigenitus esset,
unde hoc meruerit? Quod eius bonũ qualecunꝙ
præcessit? Quid egit ante, quid credidit, quid peti
uit, ut ad hanc ineffabilẽ excellentiã peruueniret?
Nónne faciente ac suscipiente uerbo, ipse homo
ex quo esse cœpit, filius dei unicus esse cœpit?
Nónne filiũ dei unicum fœmina illa gratia plena

Universidad de Deusto
Biblioteca

concepit? Nónne de ſpiritu ſancto & uirgine Maria dei filius unicus natus eſt, non carnis cupidine ſed ſingulari dei munere? Nunquid metuendum fuit, ne accedẽte ætate homo ille libero peccaret arbitrio? An ideo in illo non libera uoluntas erat, ac non tãto magis erat, quanto magis peccato ſeruire nõ poterat? Nẽpe iſta omnia ſingulariter admiranda, & alia ſi qua eius propria ueriſſime dici poſſunt, ſingulariter in illo accepit humana, hoc eſt noſtra natura, nullis ſuis præcedentibus meritis. Reſpondeat hic homo deo ſi audet, & dicat:
Rom.9 Cur nõ & ego? Et ſi audierit, O homo, tu quis es qui reſpõdeas deo: nec ſic cohibeat, ſed augeat impudentiã & dicat: Quomodo audio: Tu quis es ò homo? cũ ſim quod audio, id eſt homo quod eſt & ille de quo ago, cur nõ ſim quod & ille? At em̃ gratia ille talis ac tantus eſt. Cur diuerſa eſt gratia, ubi natura communis eſt? Certe non eſt acceptio perſonarũ apud deũ. Quis nõ dico Chriſtianus, ſed inſanus hęc dicat? Appareat itaq; nobis in noſtro capite ipſe fons gratię, unde ſecundũ uniuſcuiuſq; menſuram ſe per cuncta eius mẽbra diffundit. Ea gratia fit ab initio fidei ſuæ homo quicũq; Chriſtianus, qua gratia homo ille ab initio ſuo ſactus eſt Chriſtus: de ipſo ſpiritu & hic renatus, de quo eſt ille natus: eodem ſpiritu fit in nobis remiſſio peccatorũ: quo ſpiritu factũ eſt ut nullũ haberet ille peccatũ. Hæc ſe deus eſſe facturũ profecto præſciuit. Ipſa eſt igitur prædeſtinatio ſanctorum quæ in ſancto ſanctorum maxime claruit, quã negare quis poteſt recte intelligentiũ eloquia ueritatis? Nam & ipſum dominum gloriæ inquantum homo factus eſt dei filius, prædeſtinatũ eſſe didicimus: Clamat doctor gentium in capite Epiſtola
Rom.1 rũ ſuarũ: Paulus ſeruus Ieſu Chriſti, uocatus Apoſtolus, ſegregatus in Euãgeliũ dei, quod ante promiſerat per Prophetas ſuos in ſcripturis ſanctis de filio ſuo, qui factus eſt ei ex ſemine Dauid ſecundum carnẽ, qui prædeſtinatus eſt filius dei in uirtute, ſecundum ſpiritũ ſanctificationis ex reſurrectione mortuorũ. Prædeſtinatus eſt ergo Ieſus, ut qui futurus erat ſecundum carnẽ filius Dauid, eſſet tamen in uirtute filius dei ſecundum ſpiritum ſanctificationis, quia natus eſt de ſpiritu ſancto & uirgine Maria. Ipſa eſt illa ineffabiliter facta hominis à deo uerbo ſuſceptio ſingularis, ut filius dei & filius hominis ſimul, & filius hominis propter ſuſceptum hominem, & filius dei propter ſuſcipientem unigenitum deũ ueraciter & proprie diceretur, ne nõ trinitas, ſed quaternitas crederet. Prędeſtinata eſt iſta naturæ humanæ tanta & tã celſa & ſumma ſubuectio, ut quo attolleret altius, non haberet: ſicut pro nobis ipſa diuinitas quouſq; ſe deponeret humilius, nõ habuit, quã ſuſcepit à natura hominis, cũ infirmitate carnis uſq; ad mortẽ crucis. Sicut ergo prædeſtinatus eſt ille unus, ut caput noſtrum eſſet: ita multi prędeſtinati ſumus, ut membra eius eſſemus. Humana hic merita cõticeſcãt, quæ perierunt per Adam: & regnet quæ regnat dei gratia per Ieſum Chriſtũ dominũ noſtrum, unicũ dei filium dominũ noſtrũ. Quiſquis in capite noſtro præcedentia merita ſingularis illius generationis inuenerit, ipſe in nobis mẽbris eius præcedẽtia merita multiplicatæ regenerationis inquirat. Neq; enim retributa eſt Chriſto illa generatio, ſed tributa, ut alienus ab omni obligatione peccati, de ſpiritu & uirgine naſceretur. Sic & nobis ut ex aqua & ſpiritu renaſceremur, nõ retributũ eſt pro aliquo merito, ſed gratis tributũ: & ſi nos ad lauacrum regenerationis fides duxit, non ideo putare debemus, priores nos dediſſe aliquid, ut retribueretur nobis regeneratio ſalutaris. Ille quippe nos fecit credere in Chriſtũ, qui nobis fecit in quem credimus Chriſtum: ille facit in hominibus principium fidei & perfectionẽ in Ieſu, qui fecit hominẽ principem fidei & perfectorem Ieſum: ſic em̃ eſt appellatus, ut ſcitis, in Epiſtola quę
Cap. XVI eſt ad Hebræos. Vocat enim deus prædeſtinatos multos filios ſuos, ut eos faciat membra prædeſtinati unici filij ſui, non ea uocatione qua uocati ſunt qui noluerunt uenire ad nuptias: illa quippe uocatione & Iudæi uocati ſunt, quibus Chriſtus crucifixus ſcandalum eſt: & gentes, quibus Chriſtus crucifixus ſtultitia eſt: ſed ea uocatione
1.Cor.1 prædeſtinatos uocat, quam diſtinxit Apoſtolus, dicẽs ipſis uocatis Iudæis & Græcis prædicare ſe Chriſtũ dei uirtutẽ & dei ſapiẽtiã. Sic em̃ ait: Ipſis aũt uocatis: ut illos oſtenderet nõ uocatos, ſciens eſſe quandã certã uocationẽ eorum qui ſecũdum propoſitum uocati ſunt, quos præſciuit & prædeſtinauit conformes imaginis filij ſui. Quam uocatiõem ſignificans, ait: Non ex operibus, ſed ex uocante dictũ eſt ei: Quia maior ſeruiet minori. Nunquid dixit, non ex operibus, ſed ex credente? Prorſus etiã hoc abſtulit homini, ut totum daret deo.
Rom.9 Dixit ergo, ſed ex uocante, non quacunq; uocatione, ſed qua uocatione fit credens. Hanc etiã intuebatur, cum diceret: Sine pœnitentia ſunt dona & uocatio dei. Nam & ibi quid agebatur pau-
Rom,11 liſper aduertite. Cum enim dixiſſet: Nolo em̃ uos ignorare fratres ſacramentum hoc, ut non ſitis uobis ſapientes: quia cæcitas ex parte in Iſrael facta eſt, donec plenitudo gentium intraret, & ſic omnis Iſrael ſaluus fierer, ſicut ſcriptum eſt: Veniet
Eſa.5 ex Sion qui eripiat, & auertat impietatem ab Iacob, & hoc illis à me teſtamentum, cum abſtulero peccata eorum: mox addidit quod diligenter intelligendum eſt: Secundum Euangeliũ quidẽ inimici propter uos, ſecundum electionem autẽ dilecti, propter patres. Quid eſt ſecundũ Euãgelium quidem inimici propter uos: niſi, q̃ eorum inimicitia qua occiderunt Chriſtum, Euangelio ſicut uidemus ſine dubitatione proficit? Et hoc oſtendit ex dei diſpoſitione ueniſſe, qui bene uti nouit etiam malis, non ut ei proſint uaſa iræ: ſed ut ipſo illis bene utente, proſint uaſis miſericordię. Quid enim apertius dici potuit, q̃ id quod dictum eſt, Secundum Euangelium inimici propter uos? Eſt ergo in malorũ poteſtate peccare. Vt aũt peccando hoc uel hoc illa malitia faciant, non eſt in eorum poteſtate, ſed dei diuidentis tenebras & ordinãtis eas, ut hinc etiam quod faciunt cõtra uolun-

tatem

tatem dei,non impleatur nisi uoluntas dei. Legi-
mus in actibus Apostolorum,cū dimissi à Iudæis
Apostoli uenissent ad suos,& indicassent quanta
eis sacerdotes & seniores dixissent,leuauerunt illi
uocem unanimes omnes ad dominū, & dixerūt:
Act.4 Domine tu es qui fecisti cœlum & terram,& ma
re & omnia quæ in eis sunt, qui per os patris no-
Psal.2 stri Dauid,sancti pueri tui dixisti:Quare fremue-
runt gentes,& populi meditati sunt inania? Asti-
terunt reges terræ & principes conuenerunt in
unū,aduersus dominū & aduersus Christū eius.
Conuenerunt enim in ueritate in ciuitate ista,ad-
Rom.11 uersus sanctū puerum tuum Iesum quem unxisti,
Herodes & Pilatus & populus Israel,facere quā-
ta manus tua & consilium prædestinauit fieri.Ec-
ce quod dictum est,secundū Euāgelium quidem
inimici propter uos. Tanta quippe ab inimicis Iu
dæis manus dei & consilium prædestinauit fieri,
quāta necessaria fuerant Euangelio propter nos.
Sed quid est quod sequitur:Secundū electionem
aūt dilecti propter patres?Nūquid illi inimici qui
in suis inimicitijs perierunt,& aduersantes Chri-
sto de gente ipsa adhuc pereunt,ipsi sunt electi at-
que dilecti?Absit. Quis hoc uel stultissimus dixe-
rit?Sed utrunch licet sit inter se cōtrarium, id est,
inimici & dilecti, quamuis non in eosdem homi-
nes,tamen in eādem gentem cōuenit Iudæorum,
& ad idem carnale semen Israel,alijs eorū ad clau
dicationem,alijs ad benedictionē Israel ipsius per
tinentibus.Hunc enim sensum apertius superius
explicauit,ubi ait:Quod quærebat Israel hoc non
est consecutus,electio aūt consecuta est,cæteri ue
ro excæcati sunt,in utrisch tamen idem ipse Israel.
Vbi ergo audimus,Israel non est consecutus, uel
cæteri excæcati sunt:ibi intelligendi sunt,inimici
propter uos:ubi audiuimus,electio aūt consecuta
est,ibi intelligendi sunt,dilecti propter patres:qui
bus patrib.utich ista promissa sunt. Abrahę quip-
pe dictæ sunt promissiones & semini eius. Vnde
& in ista oliua oleaster inseritur gentiū.Iam porrò
electio quam dicit,quia secundū gratiam, non se-
cūdum debitum,debet utich occurrere, quoniam
reliquiæ per electionē gratiæ factæ sunt.Hæc ele-
ctio consecuta est,cæteris excæcatis. Secundum
hanc electionem Israelitæ dilecti propter patres.
Non enim uocatione illa uocati sunt, de qua di-
ctum est, Multi uocati:sed illa,qua uocātur electi.
Vnde & hic posteach dixit:secundum electionem
aūt dilecti propter patres:continuo subiecit,unde
agimus: sine pœnitentia ēm sunt dona & uocatio
dei:id est,sine mutatione stabiliter fixa sunt. Ad
hanc uocationem qui pertinent,omnes sunt doci
biles dei,nec potest eorum quisquā dicere,credidi
ut sic uocarer:prævenit eum quippe misericordia
dei,quia sic uocatus est ut crederet.Omnes enim
docibiles dei ueniunt ad filiū,quoniam audierunt
& didicerunt à patre per filium,qui euidentissime
Io.6 dicit:Omnis qui audiuit à patre & didicit, uenit
ad me.Istorū aū nemo perit, quia omne quod de-
dit ei pater, non perdet ex eo quicquā. Quisquis
ergo inde est,omnino non perit; nec erit inde qui

A pereat.Propter quod dictū est: Ex nobis exierūt, 1.Io.2
sed non erant ex nobis:nam si fuissent ex nobis,
mansissent utich nobiscum. Intelligamus ergo Cap. XVII
uocationē qua fiunt electi, non qui eliguntē quia
crediderunt, sed qui eliguntur ut credant. Hanc
enim & dominus ipse satis aperit, ubi dicit: Non Io.15
uos me elegistis,sed ego elegi uos. Nam si propte
rea electi erant,quoniam crediderāt,ipsi eū prius
utich elegerant credendo in eum,ut eligi mereren
tur. Aufert aūt hoc omnino,qui dicit:Nō uos me
elegistis,sed ego uos elegi.Et ipsi quidē proculdu
bio elegerunt eū,quando crediderūt in eum. Vn-
de nō ob aliud dicit:Nō uos me elegistis, sed ego
uos elegi:nisi quia nō elegerūt eū ut eligeret eos,
sed ut elígerent eum elegit eos: quia misericordia
B eius præuenit eos secundū gratiā,non secundum
debitum.Elegit ergo eos de mundo cum hic age-
ret in carne,sed iam electos in seipso, ante mundi
constitutionem. Hæc est immobilis ueritas præ-
destinationis & gratiæ. Nam quid est quod ait Eph.1
Apostolus: Sicut elegit nos in ipso ante mundi
constitutionem?Quod profecto si propterea di-
ctum est,quia prescisset deus credituros,non quia
facturus fuerat ipse credentes,cōtra istam præsci-
entiam loquitur filius,dicens: Non uos me elegi
stis,sed ego uos elegi:cum hoc potius præscierit
deus & ipsi eū fuerant electuri,ut ab illo mereren
tur eligi. Electi sunt itach ante mundi constitutio-
nem ea prædestinatione,in qua deus sua futura fa
cta præscisset:electi sunt aūt de mundo ea uocatio
C ne, qua deus id quod prædestinauit, impleuit.
Quos eīm prædestinauit,ipsos & uocauit,illa scili
cet uocatiōe secundū propositum: nō ergo alios,
sed quos prædestinauit,ipsos & uocauit:nec alios
sed ēs ita uocauit, ipsos & iustificauit: nec alios,
sed quos prædestinauit,uocauit,iustificauit,ipsos
& glorificauit,illo utich fine qui nō habet finem.
Elegit ergo deus fideles,sed ut sint,non quia iam
erant. Apostolus Iacobus dicit:Nónne deus ele-
git pauperes in hoc mundo,diuites in fide,& hæ-
redes regni,quod repromisit deus diligētibus se?
Eligendo ergo facit diuites in fide,sicut hæredes
regni. Recte quippe in eis hoc eligere dicitur,
quod ut in eis faciat,eos elegit. Rogo quis audiat
dominum dicentē: Non uos me elegistis,sed ego
D uos elegi:& audeat dicere,credere homines ut eli
gantur,cū potius eligantur ut credant, ne contra
sententiā ueritatis priores inueniantē elegisse Chri
stū,quibus dicit Christus:Non uos me elegistis,
sed ego elegi uos? Quis audiat Apostolum di- Cap. XVIII
centē:Benedictus deus & pater domini nostri Ie-
su Christi,qui benedixit nos in omni benedictio-
ne spiritali, in cœlestibus in Christo, sicut elegit
nos in ipso ante mundi constitutionē, ut essemus
sancti & immaculati in conspectu eius, in charita
te prædestinans nos in adoptionem filiorū per Ie
sum Christū in ipsum, secundū placitū uoluntatis
suæ, in qua gratificauit nos in dilecto filio suo, in
quo habemus redemptionē per sanguinē ipsius,
remissionē peccatorū secūdū diuitias gratiæ eius,
quæ abundauit in nos in omni sapiētia & pruden

Universidad de Deusto
Biblioteca

tia,ut oſtenderet nobis myſterium uolũtatis ſuæ, ſecũdum bonam uoluntatẽ ſuã, quam propoſuit in illo,in diſpoſitione plenitudinis temporum inſtaurare omnia in Chriſto, quæ in cœlis ſunt & quæ in terris in ipſo:in quo etiã ſortem conſecuti ſumus,prædeſtinati ſecundũ propoſitũ eius, qui uniuerſa operatur ſecundũ conſiliũ uolũtatis ſuæ, ut ſimus in laudem gloriæ eius. Quis, inquã, hæc audiat diligenter & intelligẽter,& audeat de hac quam defendimus, tam clara ueritate dubitare? Elegit deus in Chriſto ante conſtitutionẽ mundi membra eius: & quomodo eligeret eos qui nondum erant,niſi prædeſtinando? Elegit ergo prędeſtinans nos:nunquid eligeret impios & immundos? Nam ſi quæſtio proponatur, utrum hos eligat,an potius ſanctos & immaculatos, quid horum reſpondeat qui requiratur,ac non ſtatim ferat pro ſanctis immaculatisq; ſententiã? Præſciebat ergo,ait Pelagianus, qui futuri eſſent ſancti et immaculati per liberæ uoluntatis arbitriũ,& ideo eos ante mundi conſtitutionẽ in ipſa ſua præſcientia,qua tales futuros eſſe præſciuit, elegit. Elegit ergo,inquit,antequã eſſent, prædeſtinans filios, quos futuros ſanctos immaculatosq; prędſciuit:utique ipſe non fecit,nec ſe facturũ, ſed illos futuros eſſe præuidit:Intueamur ergo uerba Apoſtoli, atque uideamus utrum propterea nos elegerit ante mundi conſtitutionẽ, quia ſancti & immaculati futuri eramus,an ut eſſemus? Benedictus, inquit, deus & pater domini noſtri Ieſu Chriſti, qui nos benedixit in omni benedictione ſpiritali in cœleſtibus in Chriſto:ſicut elegit nos in ipſo,ante mũdi conſtitutionem,ut eſſemus ſancti & immaculati.Non ergo quia futuri eramus, ſed ut eſſemus. Nẽpe certũ eſt, nempe manifeſtũ eſt:ideo quippe tales eramus futuri,quia elegit ipſe, prædeſtinans ut tales per gratiã eius eſſemus.Ita ergo nos benedixit benedictione ſpiritali in cœleſtibus in Chriſto Ieſu,ſicut elegit nos in ipſo ante mundi conſtitutionẽ,ut eſſemus ſancti & immaculati in conſpectu eius,in charitate prædeſtinãs nos in adoptionẽ filiorũ per Ieſum Chriſtum in ipſum. Deinde quid adiungat,attendite:Secundũ placitũ, inquit,uoluntatis ſuæ,ne in tanto beneficio gratiæ dei,placito gloriaremur uoluntatis noſtræ:In qua gratificauit nos,inquit,in dilecto filio ſuo: in qua utiq; uoluntate ſua gratificauit nos. Sic dictum eſt gratificauit à gratia,ſicut iuſtificauit dicitur à iuſtitia:In quo habemus,inquit,redẽptionem per ſanguinẽ ipſius,remiſſionẽ peccatorũ ſecundũ diuitias gratiæ eius,quæ abundauit in nos in omni ſapientia & prudẽtia,ut oſtẽderet nobis myſterium uolũtatis ſuę,ſecundũ bonam uoluntatem ſuã. In hoc myſterio uolũtatis ſuæ poſuit diuitias gratiæ ſuæ,ſecundũ bonã uoluntatem ſuã,non ſecũdum noſtrã:quæ bona eſſe nõ poſſet,niſi ipſe ſecũdum bonam uoluntatẽ ſuam ut bona fieret ſubueniret. Cum aũt dixiſſet: Secundũ bonam uoluntatẽ ſuã: ſubiecit,Quã propoſuit in illo,id eſt in dilecto filio ſuo,in diſpenſatione plenitudinis temporũ inſtaurare oĩa in Chriſto,quę in cœlis ſunt & quę in terris in ipſo:in quo etiã & ſortem conſecuti ſumus,prędeſtinati ſecundũ propoſitũ eius, qui uniuerſa operatur ſecundũ conſiliũ uolũtatis ſuæ, ut ſimus in laudẽ gloriæ eius. Nimis longum eſt de ſingulis diſputare. Cernitis aũt proculdubio cernitis,quãta manifeſtatione Apoſtolici eloquij defendatur hæc gratia,contra quã merita extolluntur humana,tanq; homo aliquid prior det,ut retribuatur ei. Elegit ergo nos deus in Chriſto ante mundi conſtitutionẽ,prædeſtinãs nos in adoptionem filiorũ,non quia per nos ſancti & immaculati futuri eramus,ſed elegit prædeſtinauitq; ut eſſemus. Fecit aũt hoc ſecundũ placitũ uolũtatis ſuæ, ut nemo de ſua, ſed de illius erga ſe uoluntate glorietur:fecit hoc ſecundum diuitias gratiæ ſuæ, ſecundũ bonam uoluntatẽ ſuam, quã propoſuit in dilecto filio ſuo, in quo ſortẽ cõſecuti ſumus,prędeſtinati ſecundũ propoſitũ nõ noſtrum, ſed eius qui uniuerſa operatur, uſqueadeo ut ipſe in nobis operetur & uelle. Operatur aũt ſecundũ cõſilium uolũtatis ſuæ, ut ſimus in laudẽ gloriæ eius. Hinc eſt aũt quod clamamus, ut nemo glorietur in homine,ac per hoc nec in ſeipſo: ſed qui gloriatur,in domino glorietur,ut ſimus in laudẽ gloriæ eius. Ipſe quippe operatur ſecundum propoſitũ ſuum, ut ſimus in laudem gloriæ eius, utiq; ſancti & immaculati,propter quod nos uocauit prædeſtinãs ante mundi conſtitutionẽ. Ex hoc propoſito eius eſt illa electorum propria uocatio, quibus omnia cooperantur in bonũ: quia ſecũdum propoſitum uocati ſunt ſancti,& ſine pœnitentia ſunt dona et uocatio dei. Cap. XIX

Sed hi noſtri de qbus uel pro quibus nunc agimus, forſitan dicũt, Pelagianos hoc Apoſtolico teſtimonio refutari, ubi dicit ideo nos electos in Chriſto, & prædeſtinatos ante mundi conſtitutionẽ, ut eſſemus ſancti & immaculati in cõſpectu eius in charitate. Ipſi enim putant, acceptis præceptis iam per noſipſos fieri libere uoluntatis arbitrio ſanctos & immaculatos, in conſpectu eius in charitate: quod futurũ deus quoniam præſciuit, inquiunt, ideo nos ante mundi cõſtitutionẽ elegit & prædeſtinauit in Chriſto: cũ dicat Apoſtolus: Non quia futuros tales nos eſſe præſciuit, ſed ut eſſemus tales per ipſam electionẽ gratiæ ſuæ, qua gratificauit nos in dilecto filio ſuo: cũ ergo nos prædeſtinauit, opus ſuũ pręſciuit, qui nos ſanctos & immaculatos facit. Vnde recte hoc teſtimonio Pelagianus error arguit. Nos aũt dicimus, inquiũt, noſtrũ deũ non præſciſſe niſi fidem, qua credere incipimus, & ideo nos elegiſſe ante mundi conſtitutionẽ ac prædeſtinaſſe, ut iã ſancti & immaculati gratia atq; opere eius eſſemus. Sed audiãt & ipſi in hoc teſtimonio, ubi dicit: Sortem cõſecuti ſumus, prædeſtinati ſecundũ propoſitũ, qui uniuerſa operatẽ. Ipſe ergo ut credere incipiamus operatur, qui uniuerſa operatur: uocatiõem quippe illã de qua dictũ eſt: Sine pœnitentia ſunt dona & uocatio dei: & de qua dictum eſt: Non ex operibus, ſed ex uocãte: cũ eſſet dicere, ſed ex credente: & electionẽ quã ſignificauit dominus, dicens: Nõ uos me elegiſtis, ſed ego uos elegi: nec Eph. 1 Io. 15

fides

Universidad de Deusto
Biblioteca

fides ipſa præcedit. Non em̄ quia credidimus, ſed ut credamus elegit nos, ne priores eum elegiſſe dicamur, falſumq; ſit, quod abſit: Non uos me elegiſtis, ſed ego uos elegi. Nec quia credidimus, ſed ut credamus uocamur, atq; illa uocatione quæ ſine pœnitentia eſt, id prorſus agitur & peragitur, ut credamus. Nec omnia replicanda ſunt, de hac re tam multa quæ diximus. Denicq; & in huius teſtimonij conſequentibus, deo gratias agit Apoſtolus pro his qui crediderunt, non utiq; quia eis annunciatum eſt Euangelium, ſed quoniam credide
Eph. 1 runt. Ait enim: In quo & uos audientes uerbū ueritatis Euangelium ſalutis ueſtræ, in quo credentes ſignati eſtis ſpiritu promiſſionis ſancto, qui eſt pignus hæreditatis noſtræ in redemptionē acquiſitionis, in laudē gloriæ ipſius: propter hoc & ego audita fide ueſtra in Chriſto Ieſu & in omnes ſanctos, non ceſſo gratias agere pro uobis. Noua erat & recens eorum fides prædicato ſibi Euangelio, qua fide audita, gratias deo pro eis agit Apoſtolus. Si homini gratias ageret pro eo, quod illū uel putaret non præſtitiſſe uel noſſet, adulatio uel ir-
Gal. 6 riſio uerius q̄ gratiarūactio diceretur: Non erremus, deus non irridetur: donū enim eius eſt etiā incipiens fides, ne Apoſtoli falſa uel falſarū gloriarum gratiarūactio merito iudicetur. Quid illud?
1. Theſ. 2 Nónne initiū fidei apparet Theſſalonicēſium, de quo tamen idem Apoſtolus deo gratias agit, dicēs: Propterea & nos gratias agimus deo ſine intermiſſione, quoniā cū percepiſſetis à nobis uerbum auditus dei, excepiſtis non ut uerbum hominū, ſed ſicut eſt uere uerbum dei, quod operatur in uobis, cui credidiſtis. Quid eſt q̄ hinc deo gratias agit? Nempe uanū eſt atq; inane, ſi cui gratias agit de hoc, quod ipſe non fecit. Sed quia hoc uanū & inane non eſt, profecto deus cui de hoc opere gratias agit, ipſe fecit: ut cū percepiſſent ab Apoſtolo uerbū auditus dei, excíperent illud nō ut uerbū hominū, ſed ſicut eſt uere uerbū dei. Deus igitur operatur in cordibus hominū, uocatione illa ſecundū propoſitū ſuum, de qua multum locuti ſumus, ut non inaniter audiant Euangeliū, ſed eo audito cōuertantur & credant, excipiētes non ut uerbū hominū, ſed ſicut eſt uere uerbum dei.
Cap. XX Illud etiā initiū fidei hominū donū dei eſſe nos admonet, cū hoc ſignificet Apoſtolus in Epiſtola
Col. 4 ad Coloſſenſes: Orationi inſtate, uigilantes in illa in gratiarumactione, orantes ſimul & pro nobis, ut deus aperiat nobis oſtium uerbi ſui ad loquendum myſteriū Chriſti, propter quod etiā uinctus ſum, ut manifeſtem illud ita ut oportet me loqui. Quomodo aperitur oſtium uerbi, niſi cum ſenſus aperitur audientis ut credat, & initio fidei facto, ea quæ ad ædificandam ſalubrem doctrinam prædicantur & diſputantur, admittat, ne per infidelitatē corde clauſo ea quæ dicuntur, improbet ac re-
1. Cor. 6 pellat? Vnde & ad Corinthios ait: Permanebo autem Epheſi uſq; ad Pentecoſten: oſtium em̄ mihi apertū eſt magnum & euidēs, & aduerſarij multi. Quid hic aliud poteſt intelligi, niſi prædicato ibi per eum primitus Euangelio credidiſſe multos, & multos eiuſdem fidei aduerſarios extitiſſe, ſecundum illud domini: Nemo ad me uenit, niſi cui datum fuerit à patre meo: Et, Vobis datum eſt noſſe myſterium regni cœlorum, illis aūt non eſt datū? Oſtiū ergo apertum eſt in eis quibus datū eſt: aduerſarij aūt multi ex eis, quibus nō eſt datū. Itēq; ad eoſdem in ſecunda Epiſtola, idem Apoſtolus: Cum ueniſſem, inquit, in Troadem in Euangelio Chriſti, & oſtiū mihi apertū eſſet in domino, non habui requiem ſpiritui meo, eo q̄ non inueni Titum fratrem meū, ſed uale illis faciēs exij in Macedoniam. Quibus ualefecit, niſi eis qui crediderāt, in quorum ſcilicet cordibus Euangelizanti apertum eſt oſtium? Quid aūt adiungat attēdite, Deo aūt, inquit, gratias qui ſemper triūphare nos facit in Chriſto, & odorem notitiæ ſuæ per nos manifeſtat in omni loco: q̄a Chriſti bonus odor ſumus deo, in his qui ſalui fiunt, & in his qui pereunt: quibuſdam quidē odor mortis in mortē, quibuſdam aūt odor uitæ in uitam. Ecce unde gratias agit miles acerrimus & defenſor inuictiſſimus gratiæ: ecce unde gratias agit, quia Chriſti bonus odor ſunt Apoſtoli deo, & in his qui ſalui fiunt gratia eius, & in his qui pereūt iudicio eius. Sed ut minus ſuccenſeatur ab hæc parum intelligentibus, ipſe admonet, cum adiungit & dicit: Et ad hæc quis idoneus? Veruntamen redeamus ad oſtij apertiōem, qua initium fidei audientium ſignificauit Apoſtolus. Quid eſt em̄, Orantes ſimul & pro nobis, ut deus aperiat nobis oſtiū uerbi: niſi apertiſſima demōſtratio, etiam ipſum initiū fidei eſſe donū dei?
C Non em̄ orando peteret̄ ab eo, niſi ab ipſo tribui crederetur. Hoc donū cœleſtis gratiæ in illā purpurariam deſcenderat, cui ſicut ſcriptura dicit in
Act. 16 Actibus Apoſtolorū, deus aperuerat ſenſum eius & intēdebat in ea quæ à Paulo dicebantur: ſic em̄ uocabatur, ut crederet. Agit quippe deus quod uult in cordibus hominū, uel adiuuando, uel iudicādo, ut etiā per eos impleatur quod manus eius & conſiliū prædeſtinauit fieri. Fruſtra itaq; etiam illud, quod Regnorū & Paralipomenon ſcriptura teſte probauimus, cū deus uult fieri quod non niſi uolentibus hominibus oportet fieri, inclinari eorū corda ut hoc uelint, eo ſcilicet inclinante, qui in nobis mirabili modo & ineffabili operatur & uelle, ad cauſam de qua diſſerimus, non pertinere
D dixerunt. Quid enim eſt aliud, nihil dicere, & tamen contradicere, niſi forte cur eis hoc uiſum ſit, rationē uobis aliquā reddiderunt, quā uos in literis ueſtris tacere maluiſtis? Sed quæ illa eſſe poſſit ignoro. An forte quia oſtendimus hoc deū egiſſe in cordib⁹ hominū, & ad hoc perduxiſſe quorum ei placuit uoluntates, ut rex cōſtitueret̄ Saul ſiue Dauid? Ideo hæc exēpla cauſę huic cōuenire non putāt, quoniā nō hoc eſt temporaliter regnare in hoc ſeculo, quod eſt inæternum regnare cū deo: ac per hoc exiſtimant ad regna terrena facienda deū inclinare: ad regnū uero cœleſte obtinēdum deū nō inclinare quorū uoluerit uoluntates? Sed puto propter regnū cœlorū, non propter regnum terrenū eſſe dictū: Inclina cor meum in teſtimonia tua

Psal.36 tua: Vel, A domino gressus hominis diriguntur & uiam eius uolet: Vel, Paratur uoluntas à domi-
3.Reg.8 no: Vel, Fiat dominus noster nobiscum, sicut erat cũ patribus nostris: nõ derelinquat nos, nec auer-
tat nos à se: inclinet corda nostra ad se, ut eamus
Ezech.36 in omnibus uijs eius: Vel, Dabo eis cor cognoscen-
di me, & aures audientes: Vel, Dabo eis cor aliud, & spiritũ nouũ dabo eis. Audiant etiã illud: Spiri-
tum meũ dabo in uobis, & faciam ut in iustifica-
tionibus meis ambuletis, & iudicia mea obserue-
tis & faciatis. Audiant: A domino dirigunt gres-
sus uiri, mortalis autem quomodo intelliget uias
suas? Audiant: Omnis uir uidetur sibimetipsi iu-
stus, dirigit aũt corda dominus. Audiant: Credi-
derunt quotquot erant ordinati in uitam æternã.
Audiant hæc & alia quæ cunq; non dixi, quibus B
ostendit deus ad regnum etiam cœlorũ, & ad ui-
tam æternam parare & cõuertere hominũ uolun-
tates. Cogitate aũt quale sit, ut credamus ad cõsti-
tuenda regna terrena hominũ uoluntates operari
deum, & ad capessendũ regnum cœlorũ homines
operari uolũtates suas. Multa diximus, & fortasse
iam dudum potuimus persuadere quæ uolumus,
& adhuc tã bonis ingenijs sic loquimur quasi ob-
tusis, quibus & quod nimium est non est satis.

Cap. XXI Sed dent ueniã, noua enim quæstio ad hoc nos
cõpulit: quia cũ in prioribus opusculis nostris, sa-
tis idoneis testimonijs egissemus donum dei esse
etiam fidem, inuentum est quod contradiceretur,
& ad hoc ualere illa testimonia, ut ostendant dei
donũ esse incrementũ fidei: initium uero fidei quo C
in Christũ primitus creditur, ab homine ipso esse,
nec esse donũ dei: sed hoc exigere deũ, ut cũ id præ-
cesserit, cætera tanq; hoc merito consequant quæ
dei dona sunt, nec ullum eorũ dari gratis, cũ in eis
dei gratia, quæ non nisi gratuita est, prædicetur.
Quod uidetis q̃ sit absurdum, propter quod insti-
timus quantum potuimus, ut etiã ipsum initium
fidei donũ dei esse ostenderemus. Quod & si diu-
tius fecimus, q̃ forsitan uellent hi propter quos fe-
cimus, hinc ab eis reprehendi parati sumus: dum
tamen & si multo diutius q̃ uellent, & si cũ fasti-
dio ac tædio intelligentium, fateantur nos feciſſe
quod fecimus, id est etiam initium fidei, sicut con-
tinentiam, patientiã, iustitiam, pietatem, & cætera
de quibus cũ his nulla contentio est, donũ dei esse
docuisse. Hic ergo sit huius uoluminis terminus,
ne offendat unius nimia longitudo.

Libri primi finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIber secundus, De bono perseuerantiæ.

Caput I

IAM de perseuerantia diligentius disputandum est. Nam & in priore libro cum ageremus de initio fidei, etiam de hac aliqua diximus. Asserimus ergo donum dei esse perseuerãtiam qua usq; in finem perseueratur in Christo: finẽ aũt dico quo uita ista finit, in qua A tantummodo periculũ est ne cadatur. Itaq; utrum quisq; hoc munus acceperit, quãdiu hanc uitam ducit, incertũ est. Si enim priusq; moriatur cadat, nõ perseueraſſe uticq; dicitur, & ueriſſime dicitur. Quomodo ergo perseuerantiã qui non perseuera-
uerit, accepiſſe uel habuiſſe dicendus est? Nam si habeat aliquis cõtinentiã, & ab ea decidat atq; in-
continens fiat, si iustitiã, similiter si patientiam, si ipsam fidẽ, recte dicitur habuiſſe & non habere. Continẽs enim fuit uel iustus fuit, uel patiens uel fidelis fuit, quamdiu fuit. Cũ uero esse desistit, nõ est quod fuit: qui uero nõ perseueraverit, quomo-
do perseuerans fuit, cũ perseuerando quisq; osten-
dat perseuerantẽ, quod iste non fecit? Sed ne quis-
quam reluctetur & dicat, si ex quo fidelis quisq; B factus est, uixit uerbi gratia, decem annos, & eo-
rũ medio tẽpore à fide lapsus est, nónne quinq; an-
nos perseuerauit? Non cõtendo de uerbis, si & il-
la perseuerantia putatur esse dicenda tanq; tempo-
ris sui, hãc certe de qua nũc agimus perseuerantiã qua in Christo perseueratur usq; in finem, nullo modo habuiſſe dicendus est, qui nõ perseueraue-
rit usq; in finem: potiusq; hanc habuit unius anni fidelis, & quantum infra cogitari potest, si donec moreretur fideliter uixit: q̃ multorũ annorũ, si exi-
guum temporis ante mortẽ à fidei stabilitate dese-
cit. Quo constituto uideamus utrũ hęc perseue- Cap.II
rantia, de qua dictũ est: Qui perseueraverit usq; in Matt.10
finem, hic saluus erit: donum sit dei. Quòd si non sit, quomodo uerũ est quod Apostolus ait: Vobis donatum est pro Christo, nõ solum ut credatis in Phil.1
eum, uerumetiã ut patiamini pro eo? Horũ quip-
pe unũ pertinet ad initium, alterũ ad finẽ: utrunq; tamen est dei donum, quia utrũq; dictũ est esse do-
natum, sicut & superius iam diximus. Quod eñ est initium uerius Christiano, q̃ credere in Chri-
stũ? Quis finis melior est quàm pati pro Christo? Sed quod ad id pertinet ut credatur in Christum, qualiscunq; inuenta est contradictio, ut donum dei non initium, sed augmentum fidei diceretur: cui opinioni donãte domino satis superq; respon-
dimus. Quid aũt dici potest, cur perseuerantia us-
que in finẽ nõ donetur in Christo, cui donatur pa-
ti pro Christo: aut ut expressius eloquar, cui done-
tur mori pro Christo? Nam & Petrus Apostolus D donum dei hoc esse demonstrans: Melius est, in-
quit, benefacientes, si uelit uolũtas dei pati, quàm malefacientes. Cũ dicit, si uelit uoluntas dei: osten-
dit diuinitus donari, nec omnibus sanctis, ut pro Christo patiantur: neq; eñ quos nõ uult deus per-
uenire ad experientiã gloriamq; passiõis, nõ per-
ueniũt ad regnum dei, si perseuerauerint in Chri-
sto usq; in finẽ. Sed quis dicat istis nõ donari per-
seuerantiam, qui ægritudine corporis, uel quo-
cunq; casu moriuntur in Christo, cũ longe diffici-
lior donetur illis à quibus suscipitur & mors ipsa pro Christo? Multo quippe difficilius perseuera-
tur, ubi hoc agit qui persequitur ne perseuereẽ, & propterea usq; ad mortẽ sustineẽ, ut perseueretur. Illam proinde difficilius perseuerantiam, istam fa-
cilius est habere: sed cui nihil difficile est, facile est

utranq;

utrangꝫ donare. Hãc enim promiſit deus, dicens: Hier. 32 Timorem meum dabo in cor eorum, ut à me non recedant. Quod quid eſt aliud, q̃ talis ac tantus erit timor meus quẽ dabo in cor eorũ, ut mihi perſeueranter adhæreant? Cur aũt perſeuerantia iſta poſcitur à deo, ſi non datur à deo? An & iſta irriſoria petitio eſt, cum id ab eo petitur quod ſcitur ipſum non dare, ſed ipſo non donante eſſe in hominis poteſtate: ſicut irriſoria eſt etiam illa actio gratiarum, ſi ob hoc gratiæ aguntr deo, quod non donauit ipſe nec fecit? Sed quod ibi dixi, hoc & hic dico. Nolite errare, inquit Apoſtolus, deus non irridetur. O homo non uerborum tuorũ tantum, uerumetiam cogitationum tuarum teſtis eſt deus: ſi aliqd à tanto diuite ueraciter ac fideliter poſcis, ab illo à quo poſcis, te accipere crede qd poſcis. Noli eum labijs honorare, & ſuper eum corde te extollere, credens à teipſo tibi eſſe, quod ab illo te fingis orare. An ab illo perſeuerãtia noſtra forte non poſcitur? Iam hoc qui dicit, non meis diſputationibus refellendus, ſed ſanctorum orationibus reuocandus eſt. An uero quiſquam eorum eſt, qui non ſibi poſcat à deo ut pſeueret in eo, cũ ipſa oratiõe quæ dominica nuncupat, quia eandem dominus docuit, quãdo oratur à ſanctis, nihil penè aliud q̃ perſeuerantia poſci intelligatur? Legite aliquanto intentius eius expoſitionem in beati Cypriani martyris libro, quem de hac re condidit, cuius eſt titulus De dominica oratione: & uidete ante quot annos contra ea quæ futura erant Pelagianorum uenena, quale ſit antidotum præparatum. Nam tria ſunt, ut ſcis, quæ maxime aduerſus eos catholica defendit Eccleſia. Quorũ eſt unum, gratiam dei non ſecũdum merita noſtra dari: quoniam dei dona ſunt, & dei gratia etiam conferuntur merita uniuerſa iuſtorum. Alterum eſt: in quantacunq; iuſtitia ſine qualibuſcũq; peccatis in hoc corruptibili corpore neminem uiuere. Tertium eſt, obnoxium naſci hominẽ peccato primi hominis, & uinculo damnationis obſtrictum, niſi reatus qui generatione contrahitur, regeneratione ſoluatur. Horum trium hoc quod loco ultimo poſui, ſolum non tractatur in ſupradicto glorioſi martyris libro. De duobus uero cæteris tanta illic perſpicuitate diſſeritur, ut ſupradicti hæretici noui, inimici gratiæ Chriſti longe ante reperiant conuicti eſſe q̃ nati. In his ergo meritis ſanctorũ, quæ nulla niſi dei dona ſunt, etiam perſeuerantiam donum dei eſſe ſic loquitur. Dicimus, inquit: Sanctificetur nomen tuum: non q̃ optemus deo ut ſanctificetur orationibus noſtris, ſed quòd petamus ab eo, ut nomen eius ſanctificetur in nobis. Cæterũ à quo deus ſanctificatur, qui ipſe ſanctificat? Sed quia ipſe dixit: Leuit. 9 ſancti eſtote, quoniã & ego ſanctus ſum: id petim⁹ & rogamus, ut qui in baptiſmo ſanctificati ſumus, in eo quod eſſe cœpimus, perſeueremus. Et paulo poſt de hac re ipſe adhuc diſputans, & docens nos perſeuerantiã petere à domino, quod nullo modo recte & ueraciter faceret, niſi eius donũ etiam hoc eſſet: hęc, inquit, ſanctificatio ut in nobis permaneat oramus. & qa dominus & iudex noſter, ſanato à ſe & uiuificato cõminatur nõ delinquere, ne quid ei deterius fiat: hanc cõtinuis oratiõibus precem facimus, hoc diebus et noctibus poſtulamus, ut ſanctificatio & uiuificatio quæ de dei gratia ſumitur, ipſius protectione ſeruetur. In ſanctificatione igitur perſeuerantiã, hoc eſt, ut in ſanctificatiõe perſeueremus, nos ab eo petere iſte doctor intelligit, cum ſanctificati dicimus: Sanctificetur nomẽ tuum. Quid eſt em̃ petere aliud quod accepimus, niſi ut id quoq; nobis pręſtet, ne habere deſinam⁹? Sicut ergo ſanctus, cũ deum rogat ut ſanctus ſit, id utiq; rogat ut ſanctus eſſe permaneat: ita utiq; & caſtus, cũ rogat ut caſtus ſit: cõtinens, ut continẽs ſit: iuſtus, ut iuſtus ſit: pius, ut pius ſit: & cętera quę contra Pelagianos dona dei eſſe defendimus, hoc ſine dubio petunt ut in eis perſeuerent bonis, quę ſe accepiſſe nouerunt. Quod ſi accipiunt, profecto & ipſam perſeuerantiã magnũ dei donum quo cætera dona eius conſeruant, accipiunt. Quid cum dicimus: Veniat regnũ tuum: num aliud poſcimus, niſi ut ueniat & nobis, quod eſſe uenturũ non dubitamus omnibus ſanctis? Ergo & hi qui iam ſancti ſunt, quid orant, niſi ut in ea ſanctitate quæ illis data eſt, perſeuerent? Neq; enim aliter eis ueniet regnum dei, quod non alijs, ſed his qui perſeuerant uſq; in finem, certum eſt eſſe uenturum. Tertia petitio eſt: Fiat uoluntas tua in cœlo & in terra: uel quod in pleriſq; codicibus legitur, magiſq; ab orantibus frequentatur, ſicut in cœlo & in terra. Quod plerique intelligunt, ſicut ſancti angeli faciunt, & nos faciamus uoluntatem tuã. Vult autem ille doctor et martyr, cœlum & terram intelligi ſpiritum & carnem, & hoc nos orare, ut uoluntatem dei re utraque concordante faciamus. Vidit in his uerbis & alterum ſenſum ſaniſſimæ fidei congruentem, de quo iam ſupra locuti ſumus: ut ſcilicet pro infidelibus qui ſunt adhuc terra, terrenum tantum hominem prima natiuitate portantes, orare intelligantur fideles, qui cœleſti homine induti, non immerito cœli nomine nuncupantur. Vbi euidenter oſtendit, & initium fidei eſſe donum dei, quando non tantũ pro fidelibus ut augeatur in eis uel perſeueret fides, uerumetiam pro infidelibus ut habere incipiant eam, quam penitus non habebant, & contra quam corda inſuper inimica geſtabant, ſancta orat Eccleſia. Verum nũc non de initio fidei, de quo in ſuperiori libro multa iam diximus: ſed de illa quæ habenda eſt uſq; in finem perſeuerantia diſputamus, quam petunt utiq; etiã ſancti qui faciunt uoluntatẽ dei, dicentes in oratiõe: Fiat uolũtas tua. Cum enim iam facta ſit in eis, cur ut fiat adhuc petunt, niſi ut perſeuerẽt in eo, quod eſſe cœperunt? Quamuis hic dici poſſit, non petere ſanctos, ut uoluntas dei fiat in cœlo, ſed ut fiat in terra ſicut in cœlo: in terra ſcilicet, ut imitetur cœlum, id eſt, ut homo angelum, uel infidelis fidelem: ac per hoc id ſanctos poſcere, ut ſit quod nondum eſt, non ut perſeueret quod eſt. Quantalibet enim homines ſanctitate præpolleant, nondum ſunt æquales angelis dei: nondum ergo ſicut in cœlo, in eis fit uoluntas dei. Quod ſi ita eſt, in ea quidem

Cap. III

Universidad de Deusto
Biblioteca

parte qua optamus, ut homines ex infidelibus fiãt fideles, non perseuerantia, sed initium uidetur optari. In ea uero qua optamus, ut homines in facienda uoluntate dei ęquentur angelis dei, cum hoc orant sancti, perseuerantiam demonstrantur orare: quoniam nemo peruenit ad illam summam quę in regno est, beatitudinem, nisi in ea sanctitate quam sumpsit in terra, perseuerauerit usque in finem.

Cap. IIII Quarta petitio est: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie. Vbi beatus Cyprianus ostendit quomodo & hic intelligatur perseuerantia postulari. Ait quippe inter cætera: Hunc autem panem dari nobis quotidie postulamus, ne q̃ in Christo sumus, & Eucharistiam quotidie ad cibum salutis accipimus, intercedente aliquo grauiore delicto, dum absentes & non communicantes à cœlesti pane prohibemur, à Christi corpore separemur. Hæc uerba sancti hominis dei, perseuerantiam prorsus à domino sanctos indicãt poscere, quãdo hac intentione dicunt: Panem nostrum quotidianum da nobis hodie: ne à Christi corpore separentur, sed in ea sanctitate permaneãt, qua nullum quo inde separari mereantur, crimen admittant.

Cap. V Quinto orationis loco dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris: in qua sola petitione non inuenit̃ posci perseuerantia. Præterita enim sunt peccata quæ nobis ut dimittantur oramus: perseuerantiã uero quę in æternum saluos facit, tempori quidem huius uitæ, non tamen peracto, sed ei quod usq; ad eius finem restat, est necessaria. Operæpreciũ est tamen paulisper intueri, quomodo & in hac petitiõe iam tunc lingua Cypriani, tanq; telo inuictissimæ ueritatis longe postea futuri confodiebantur hæretici. Etiam hoc Pelagiani audent dicere, hominẽ iustum in hac uita nullum habere omnino peccatũ: & in talibus hominibus esse iam in præsenti tempore Ecclesiam non habentẽ maculam neq; rugam aut aliquid eiusmodi, quæ una & sola sponsa sit Christi: tanquam sponsa eius non sit, quæ per uniuersam terram quod ab eo didicit, dicit: Dimitte nobis debita nostra. Sed attendite quomodo istos gloriosissimus Cyprianus interimat. Cum enim locum ipsum dominicæ orationis exponeret, ait inter cætera: Quàm necessarie autẽ, quàm prouidenter & salubriter admonemur quòd peccatores sumus, qui pro peccatis rogare cõpellimur: ut dum indulgentia de deo petitur, conscientiæ suæ animus recordetur, ne quis sibi quasi innocẽs placeat & se extollendo plus pereat; instruitur & docetur se peccare quotidie, dum quotidie pro peccatis iubetur orare. Sic denic̃q; & Ioannes in Epistola sua
1. Ioan. 1 ponẽs dixit: Si dixerimus quia peccatũ non habemus, nosipsos decipimus, & ueritas in nobis non est: & cætera quæ hic inserere longũ est. Iã uero
Cap. VI cum dicunt sancti: Ne nos inferas in tentationem, sed libera nos à malo: quid aliud q̃; ut in sanctitate perseuerent, precantur? Nam profecto concesso sibi isto dei dono, quod esse dei donum, cum ab illo poscitur, satis aperteq; monstratur: isto igitur concesso sibi dono dei, ne inferantur in tentationem,

A nemo sanctorum est, qui non teneat usq; in finem perseuerantiam sanctitatis: neq; enim quisquam in proposito Christianitatis perseuerare desistit, nisi in tentationem primitus inferatur. Si ergo concedatur ei quod orat, ut non inferatur in tentationẽ, in sanctificatione utiq; quam deo donante percepit, deo donante persistit. Sed nolunt, ut scribitis, isti fratres ita hanc perseuerantiam prædicari, ut non uel suppliciter emereri, uel amitti contumaciter possit, ubi quid dicant parum diligenter attendunt: De illa enim perseuerãtia loquimur qua perseueratur usq; in finem, quæ si data est, perseueratum est usq; in finem: si autem non est perseueratum usq; in finem, non est data, quod iam & superius satis egimus. Non itaque dicant homines perseuerantiam cuiquam datã usq; in finem, nisi cum
B ipse uenerit finis, & perseuerasse cui data est, repertus fuerit usq; in finem. Dicimus quippe castum quem nouimus castũ, siue sit, siue non sit in eadem castitate mansurus; & si quid aliud diuini muneris habeat, quod teneri et amitti potest, dicimus eũ habere quãdiucunq; habet, & si amiserit, dicimus habuisse. Perseuerantiam uero usq; in finem, quoniam non habet quisquam, nisi qui perseueraueritusq; in finem: multi eam possunt habere, nullus amittere. Neq; enim metuendum est, ne forte cum perseuerauerit homo usq; in finem, aliqua in eo mala uoluntas oriatur, ne perseueret usq; in finẽ. Hoc ergo dei donũ suppliciter emereri potest, sed cum datum fuerit, amitti cõtumaciter nõ potest. Cum
C enim perseuerauerit quisq; usque in finem, neque hoc donum potest amittere, nec alia quæ poterat ante finem. Quomodo em̃ potest amitti, per quod fit ut non amittatur etiam quod posset amitti? Sed ne forte dicatur, usque in finem perseuerantiam non amitti quidẽ, cum data fuerit, id est, cum perseueratum fuerit usque in finem: sed tunc amitti quodammodo, quando agit homo per contumaciam, ut ad eam peruenire nõ possit: sicut dicimus hominem qui non perseuerauerit usq; in finem, amisisse uitam æternam, uel regnum dei, non quod iam acceperat et habebat, sed quod acciperet & haberet, si perseueraret: uerborũ controuersias auferamus, & nonnulla etiã quæ non habentur, sed haberi sperantur, posse dicamus amitti. Dicat mihi
D quisquis audet, utrum deus dare non possit quod à se posci imperauit? Hoc certe qui sapit, non dico desipit, sed insanit. Imperauit autem deus, ut ei sancti eius dicant orantes: Ne inferas nos in tenta- Matt. 6
tionem. Quisquis igitur exauditur hoc poscens, non infertur in cõtumaciæ tentationẽ, qua possit uel dignus sit perseuerantiam sanctitatis amittere. At enim uoluntate sua quisq; deserit deum, ut merito deseratur à deo. Quis hoc negauerit? Sed ideo petimus, ne inferamur in tentationem, ut hoc non fiat. Et si exaudimur, utique non fit, quia deus non permittit ut fiat. Nihil enim fit nisi quod aut ipse facit, aut fieri ipse permittit. Potens ergo est, & à malo in bonũ flectere uolũtates, & in lapsum pronas cõuerterere, ac dirigere in sibi placitũ gressum. Cui non frustra dicitur: Deus tu conuertens Psal. 84
uiuificabis

Psal. 65 uiuificabis nos. Non frustra dicitur, Ne des ad mo
Psal. 139 uendum pedem meū. Non frustra dicitur, Ne tra-
das me domine à desyderio meo peccatori. Postre
mo ne multa cōmemorē, cum nobis plura fortasse
occurrant, nō frustra dicitur, Ne nos inferas in ten
tationem. Nam quisquis in tentationem non infer
tur, profecto nec in tentationem suæ malæ uolun-
tatis infertur. Et qui in tentationē suæ malę uolun
tatis non infertur, in nullā prorsus infertur, Vnus-
quisque enim tentatur ut scriptum est, à concupi-
scentia sua abstractus & illectus. Deus aūt neminē
tentat, tentatione scilicet noxia. Nam est & utilis,
quādo non decipimur uel opprimimur, sed proba
Psal. 25 mur, secundum quod dictum est, Proba me domi
ne & tenta me. Illa ergo noxia tentatio est, quam
1. Thes. 3 significat Apostolus, dicēs: Ne forte tētauerit uos
is qui tentat, & inanis sit labor uester. Deus, ut di-
xi, neminem tentat, hoc est, neminem infert uel in-
ducit in tentationem. Nam tentari et in tentationē
non inferri non est malum, imò etiam bonum est:
hoc est enim probari. Quod itaq; dicimus deo, Ne
nos inferas in tētationē: quid dicimus, nisi ne nos
inferri sinas? Vnde sic orant nōnulli, & legitur in
codicib. pluribus, & hoc sic posuit beatus Cypria
nus, Ne patiaris nos induci in tentationem. In E-
uangelio tamen greco nusquā inueni, nisi, Ne nos
inferas in tentationem. Tutiores igitur uiuimus,
si totum deo damus. Non autem nos illi ex parte,
& nobis ex parte committimus, quod uidit iste ue
nerabilis martyr. Nam cum eūdem locum oratio-
nis exponeret, ait post cætera, Quando autem ro-
gamus, ne in tentationem ueniamus, admonemur
infirmitatis & imbecillitatis nostræ: dum sic roga-
mus, ne quis se insolenter extollat, ne quis sibi su-
perbe arrogāterq; aliquid assumat, ne quis aut con
fessionis aut passionis gloriam suam dicat: cum do
Matt. 26 minus ipse humilitatem docens, dixerit, Vigilate
& orate, ne ueniatis in tentationem, spiritus qui-
dem promptus est, caro autē infirma: ut dum præ-
cedit humilis & submissa cōfessio, & datur totum
deo quicquid suppliciter cum timore dei petitur,
Cap. VII ipsius pietate præstetur. Si ergo alia documen-
ta nō essent, hęc dominica oratio nobis ad causam
gratię quam defendimus, sola sufficeret: quia nihil
nobis reliquit, in quo tanquā in nostro gloriemur.
Siquidem & ut non discedamus à deo, non osten-
dit dandum esse nisi à deo, cum poscendum osten
dit à deo: Qui enim nō infertur in tentationē, non
discedit à deo. Non est hoc omnino in uiribus libe
ri arbitrij, quales nunc sunt: fuerat in homine ante
quam caderet. Quæ tamen libertas uoluntatis in
illius primæ conditionis præstantia quantum ua-
luerit, apparuit in angelis, qui diabolo cum suis
cadente in ueritate steterunt, & ad securitatem per
petuam non cadendi, in qua nunc eos esse certissi-
mi sumus, peruenire meruerunt. Post casum au-
tem hominis, non nisi ad gratiam suam deus uo-
luit pertinere, ut homo accedat ad eum: neq; nisi
ad gratiam suam uoluit pertinere, ut homo non re
cedat ab eo. Hanc gratiam posuit in illo quo sor-
tem consecuti sumus, prædestinati secundum pro

A positum eius qui uniuersa operatur: Ac per hoc si-
cut operatur ut accedamus, sic operatur, ne disce-
damus. Propter quod ei per Prophetam dictum
est, Fiat manus tua super uirum dextræ tuæ, & su- Psal. 79
per filium hominis quem confirmasti tibi, & non
discedimus à te. Iste certe non est Adam primus,
in quo discessimus ab eo: sed Adam nouissimus, su
per quē fit manus eius, ut non discedamus ab eo.
Christus enim totus cum mēbris suis est propter
Ecclesiam, quæ est corpus eius, plenitudo eius.
Cum ergo fit super eum manus dei, ut non disce-
damus à deo, ad nos utiq; peruenit opus dei. Hoc
est enim manus dei, quoniā opere dei fit ut simus
in Christo permanentes cum deo, non sicut in A-
dam discedētes à deo. In Christo enim sortem con
B secuti sumus, prædestinati secundum propositum
eius qui uniuersa operat. Manus igitur dei est ista,
non nostra, ut non discedamus à deo. Manus, in- Hiere. 32
quam, eius est ista, qui dixit, Timorem meum da
bo in cor eorum ut à me non recedant. Propter
quod & posci à se uoluit, ne inferamur in tentatio
nem: quia si nō inferamur, nulla ab eo ratione di-
scedimus. Quod poterat nobis etiam non oranti-
bus dari, sed oratiōe nostra nos uoluit admoneri,
à quo accipiamus hęc beneficia. A quo em̄, nisi ab
illo accipim⁹, à quo iussum est ut petamus? Pror-
sus in hac re nō operosas disputatiōes expectet Ec
clesia, sed attēdat quotidianas oratiōes suas. Orat,
ut increduli credant: Deus ergo cōuertit eos ad fi-
dem. Orat, ut credētes perseuerent: Deus ergo do
C nat perseuerantiā usq; in finem: hoc deus futurum
esse præsciuit. Ipsa est prędestinatio sanctorū, quos
elegit in Christo ante constitutionem mundi, ut
essent sancti & immaculati in cōspectu eius in cha
ritate, prædestinans eos in adoptionē filiorum per
Iesum Christū in ipsum, secundum placitū uolun-
tatis suæ in laudem gloriæ gratiæ suæ, in qua grati
ficauit eos in dilecto filio suo, in quo habēt redem
ptionem per sanguinem ipsius, remissionem pecca
torum secundum diuitias gratiæ eius, quæ abun-
dauit in eos in omni sapientia & prudentia, ut o-
stenderet eis mysterium uoluntatis suæ secundum
bonam uoluntatem suam, quam proposuit in il-
la dispositione plenitudinis temporum, instaurare
omnia in Christo quæ in cœlis sunt, & quæ in ter-
D ris in ipso in quo etiam & sortem consecuti sumus
prædestinati secundum propositum eius qui uni-
uersa operatur. Contra istam ueritatis tam claram
tubam, quis homo sobriæ uigilantisq; fidei uoces
ullas admittat humanas? Sed cur, inquit, gra- Cap. VIII
tia dei non secundum merita hominum datur?
Respondeo, quoniam deus misericors est. Cur er-
go, inquit, non omnibus? Et hic respōdeo: Quo-
niam deus iudex iustus est: Ac per hoc & gratis
ab eo datur gratia: & iusto eius in alijs iudicio de-
monstratur, quid eis quibus datur, conferat gra-
tia. Non itaque simus ingrati, quòd secundū pla-
citum uolūtatis suæ, in laudem gloriæ gratię suæ
tam multos liberat misericors deus de tam debita
perditione, ut si inde neminem liberaret, non es-
set iniustus. Ex uno quippe omnes in cōdemnatio

nem

Universidad de Deusto
Biblioteca

nem non iniuſtam iudicati ſunt ire, ſed iuſtam. Qui ergo liberatur, gratiam diligat: qui non liberatur, debitum agnoſcat. Si in remittẽdo debitum bonitas, in exigendo æquitas intelligitur, nuſquã eſſe apud deum iniquitas inuenitur. Sed cur, inquit, non ſolum in paruulorum, uerum etiam in geminorum una atq; eadem cauſa, tam diuerſum iudicium? Nónne ſimilis quæſtio eſt, cur in diuerſa cauſa idem iudicium? Recolamus igitur illos operarios, in uinea qui tota die laborauerunt, & eos qui hora una, nempe cauſa diuerſa eſt impenſi laboris, & tamen idem iudiciũ in redditione mercedis. Num quid et hic audierunt murmurantes à patrefamilias, niſi hoc uolo? Ita quippe eius erga alios fuit largitas, ut erga alios nulla eſſet iniquitas. Et iſti quidem utrique in bonis ſunt: uerũtamen quantum ad iuſtitiam ſpectat & gratiam, poteſt et de reo qui liberatur recte dici, uolo: poteſt & de eo qui damnatur: Tolle quod tuũ eſt & uade: huic autem uolo quod non debetur donare. An non licet mihi facere quod uolo? An oculus tuus nequã eſt, quia ego bonus ſum? Hic ille ſi dicat, cur nõ & mihi? merito audiet: O homo tu quis es q reſpondeas deo? Quem certe in uno ueſtrum benigniſſimum largitorem, in te uero exactorem iuſtiſſimũ, in nullo tamen cernis iniuſtum. Cum enim iuſtus eſſet, etiam ſi utrunq; puniret: qui liberatur, habet unde gratias agat: qui damnatur, non habet quod reprehendat. Sed ſi iam, inquit, hoc oportebat, ut damnatis non omnibus, quid omnibus deberetur oſtenderet, atque ita gratius ſuam gratiam in uaſis miſericordiæ cõmendaret: cur in eadem cauſa me potius quàm illum puniet, aut illum quàm me potius liberabit? Hoc non dico: ſi quæris quare, quia fateor me non inuenire quid dicam. Si & hoc quæris quare, quia in hac re ſicut iuſta eſt ira eius, ſic & magna eſt miſericordia eius, ita inſcrutabilia iudicia eius. Adhuc pergat & dicat, cur quibuſdã qui eum coluerunt bona fide, perſeuerare uſq; in finem non dedit? Cur putas, niſi quia non mentitur qui dicit: Ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent utiq; nobiſcum? Nunquid ergo hominum naturę duæ ſunt? Abſit. Si duæ naturæ eſſent, gratia ulla non eſſet: nulli enim daretur gratuita liberatio, ſi naturæ debita redderetur. Hominibus autem uidetur, omnes qui boni apparent fideles, perſeuerantiam uſque in finem accipere debuiſſe. Deus autem melius eſſe iudicauit, miſcere quoſdam non perſeueraturos certo numero ſanctorum ſuorum, ut quibus non expedit in huius uitæ tentatione ſecuritas, nõ poſſint eſſe ſecuri: multos em̃ à pernicioſa elatiõe reprimit quod ait Apoſtolus: Quapropter qui uidetur ſtare uideat ne cadat. Voluntate autem ſua cadit, qui cadit: & uoluntate dei ſtat, qui ſtat. Potens eſt enim deus ſtatuere illum: non ergo ipſe ſeipſum, ſed deus. Veruntamen bonũ eſt non altum ſapere, ſed timere. In cogitatione autem ſua uel cadit quiſque uel ſtat. Sicut autem Apoſtolus ait, quod & in libro ſuperiori memoraui: Non ſumus idonei cogitare aliqd quaſi ex nobiſmetipſis

Rom. 11

1. Ioan. 2

1. Cor. 16

Rom. 11

2. Cor. 3

A ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt. Quẽ ſecutus beatus Ambroſius audet & dicit: Non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum, & noſtræ cogitationes: quod oĩnis qui humiliter & ueraciter pius eſt, eſſe ueriſſimum ſentit. Hoc autem Ambroſius ut diceret, in eo libro loquebatur quem de fuga ſeculi ſcripſit, docens, hoc ſeculum non corpore, ſed corde eſſe fugiendum, quod niſi auxilio dei fieri non poſſe diſſeruit. Ait enim: Frequens nobis de fugiendo ſeculo iſto eſt ſermo, atq; utinam quàm facilis ſermo, tam cautus & ſollicitus affectus: ſed quod peius eſt, frequenter irrepit terrenarum illecebra cupiditatũ, & uanitatũ offuſio mentẽ occupat, ut quod ſtudeas euitare, hoc cogites animoq; uoluas, quod cauere difficile eſt homini, exuere au

B tem impoſſibile. Deniq; uoti magis eam eſſe rem quàm effectus, teſtatur Prophęta dicendo: Declina cor meum in teſtimonia tua, & non in auaritiam: non enim in poteſtate noſtra eſt cor noſtrum & cogitationes noſtræ, quę improuiſo offuſæ mentem animúmque confundunt, atque aliò trahunt quàm tu propoſueris: ad ſecularia reuocant, mundana inſerunt, uoluptuaria ingerunt, illecebroſa intexunt, ipſoq; in tempore quo eleuare mentem paramus, inſerti inanibus cogitationibus, ad terrena plerunque deijcimur. Non itaq; in hominum, ſed in dei eſt poteſtate, ut habeant homines poteſtatem filij dei fieri. Ab ipſo quippe accipiũt eam, qui dat cordi humano cogitationes pias, per quas habeat fidem, quæ operetur per dilectionem: ad

C quod bonum ſumendum & tenendum, & in eo perſeueranter uſque in finem proficiendum, non ſumus idonei cogitare aliquid quaſi ex nobiſmetipſis, ſed ſufficientia noſtra ex deo eſt: in cuius eſt poteſtate cor noſtrum, & cogitationes noſtræ. Ex duobus itaq; paruulis originali peccato pariter obſtrictis, cur iſte aſſumat̃, ille relinquatur: & ex duobus ætate iam grandibus impijs, cur iſte ita uocetur, ut uocantem ſequatur, ille autem aut non uocetur, aut non ita uocetur, ut uocantem ſequatur: inſcrutabilia ſunt iudicia dei. Ex duobus autem pijs, cur huic donetur perſeuerantia uſq; in finem, illi autẽ non donetur: inſcrutabiliora ſunt iudicia dei. Illud tamen fidelibus debet eſſe certiſſimum, hunc eſſe ex prædeſtinatis, illum non eſſe. Nam ſi

D fuiſſent ex nobis, ait unus prædeſtinatorũ, qui de pectore domini bibebat hoc ſecretum, manſiſſent utiq; nobiſcum. Quid eſt quæſo, non erant ex nobis, nam ſi fuiſſent, manſiſſent utique nobiſcum? Nónne utriq; à deo creati, utrique ex Adam nati, utriq; de terra facti erant, & ab eo qui dixit: Omnẽ flatum ego feci: unius eiuſdemq; naturę animas acceperant? Nónne poſtremo utrique uocati fuerant, & uocantẽ ſecuti, utriq; ex impijs iuſtificati, & per lauacrum regenerationis utrique renouati? Sed ſi hoc audiret ille qui ſciebat proculdubio qđ dicebat: reſpõdere poſſet & dicere: uera ſunt hęc, ſecundum hæc omnia ex nobis erant, uerumtamen ſecundum aliam quãdam diſcretionẽ non erant ex nobis: nam ſi fuiſſent ex nobis, manſiſſent utique nobiſcum. Quæ nam eſt tandem iſta diſcretio

Ambroſius de fuga ſeculi cap. 1

Pſal. 118

Ioan. 1

Galat. 1

2. Cor. 3

1. Ioan. 2

Eſa. 57

cretio: Patent libri dei, non auertamus aſpectum. Clamat ſcriptura diuina, adhibeamus auditū. Nō erant ex eis, quia non erant ſecundū propoſitum uocati: non erant in Chriſto electi ante conſtitutionem mundi: non erant in eo ſortem conſecuti: non erant prædeſtinati ſecundum propoſitum eius, qui uniuerſa operatur. Nam ſi hoc eſſent, ex illis eſſent, & cum illis ſine dubitatione manſiſſent. Vt enim non dicam, q̄ ſit poſſibile deo, auerſas & aduerſas in fidem ſuam hominū conuertere uoluntates, & in eorū cordibus operari, ut nullis aduerſitatibus cedant, nec ab ipſo aliqua ſuperati tentatione diſcedant: cum poſſit & quod ait Apoſtolus facere, ut non eos permittat tentari ſuper id quod 1.Cor. 10 poſſunt. Cap. IX Vt ergo id non dicam, certe poterat illos deus præſciens eſſe lapſuros, antequam id fieret auferre de hac uita. An eò rediturí ſumus, ut adhuc diſputemus, quanta abſurditate dicatur iudicare homines mortuos etiam de his peccatis, quæ præſciuit eos deus perpetraturos fuiſſe, ſi uiuerēt? Quod ita abhorret à ſenſibus Chriſtianis, aut prorſus humanis, ut id etiam refellere pudeat. Cur enim non dicatur & ipſum Euangelium, cum tanto labore, paſſionibuſq; ſanctorum fruſtra eſſe prędicatum, uel adhuc etiam prædicari, ſi iudicari poterant homines etiā non audito Euangelio ſecundum contumaciam uel obedientiam, quam præſciuit deus eos habituros fuiſſe ſi audiſſent? Nec dā- Luca 10 narentur Tyrus & Sidon, quamuis remiſſius, q̄ illæ ciuitates, in quibus non credentibus, à domino Chriſto admirabilia & ſigna ſunt facta: quoniam ſi apud illas facta eſſent, in cinere & cilicio pœnitentiam egiſſent: ſicut ſe habent eloquia ueritatis, in quibus uerbis ſuis dominus Ieſus altius nobis myſterium prædeſtinationis oſtendit. Si enim quæratur à nobis, cur apud eos tanta miracula facta ſint, qui uidentes ea non fuerant crediturí: & apud eos facta non ſint, qui crederent ſi uiderent: quid reſpondebimus? Nunquid dicturi ſumus qd' in libro alio dixi, ubi ſex quibuſdam quæſtionibus Paganorum, ſine præiudicio tamen aliarum cauſarum, quas prudentes poſſunt inueſtigare, reſpondi. Hoc quippe ut ſcitis, cum Chriſtus quare poſt tam longa tempora uenerit, quæreretur: dixi qd' in his temporibus & his locis q̄bus Euāgeliū eius non eſt prædicatum, tales omnes in eius prędicatione futuros eſſe præſciebat, quales multi in eius corporali præſentia fuerunt, qui in eum nec ſuſcitatis ab eo mortuis credere uoluerunt. Item paulo poſt in eodem libro, atque in eadem quæſtione. Quid mirum, inquam, ſi tam infidelibus plenum orbem terrarum Chriſtus prioribus ſeculis nouerat, ut eis prædicari merito nollet, quos nec uerbis nec miraculis ſuis crediturós eſſe præſciebat? Hæc certe de Tyro & Sidone non poſſumus dicere, & in eis cognoſcimus ad eas cauſas prædeſtinatiōis hæc diuina iudicia pertinere, ſine quarum cauſarum latentiū prędiudicio, tunc iſta reſpondere me dixi. Facile eſt quippe ut infidelitatem accuſemus Iudęorum de libera uoluntate uenientem, qui factis apud ſe tam magnis uirtutibus credere noluerunt. Quod & dominus increpans arguit & dicit: Væ tibi Corozaim & Bethſaida, quia ſi in Tyro & Sidone factæ fuiſſent uirtutes, quæ factę ſunt in uobis, olim in cinere & cilicio pœnitētiam egiſſent. Sed nunquid poſſumus dicere, etiam Tyrios & Sidonios talibus apud ſe uirtutibus factis credere noluiſſe, aut crediturós non fuiſſe, ſi fierent: cum eis ipſe dominus atteſtetur quòd acturi eſſent magnæ humilitatis pœnitentiam, ſi in eis facta eſſent diuinarum illa ſigna uirtutū. Et tamen in die iudicij punientur, quamuis minori ſupplicio quàm illę ciuitates, quæ apud ſe uirtutibus factis credere noluerūt. Secutus enim dominus ait: Veruntamen dico uobis: Tyro & Sidoni remiſſius erit in die iudicij quàm uobis. Seuerius ergo punientur iſti, illi remiſſius, ſed tamē punientur. Porrò ſi etiam ſecundum facta quæ facturi eſſent ſi uiuerent, mortui iudicantur, profecto quia fideles futuri erant iſti, ſi eis cum tantis miraculis fuiſſet Euangelium prædicatum, non ſunt utique puniendi: punientur autem. Falſum eſt igitur & ſecundum ea mortuos iudicari, quæ facturi eſſent ſi ad uiuentes Euangelium peruenirēt. Et ſi hoc falſum, non eſt cur dicatur de infantibus qui pereunt ſine baptiſmate morientes, hoc in eis eo merito fieri, quia præſciuit eos deus ſi uiuerent, prædicatumq; illis fuiſſet Euāgelium, infideliter audituros. Reſtat igitur ut ſolo peccato originali teneantē obſtricti, & propter hoc ſolum eant in damnationem: quoniā uidemus alijs eandē habentibus cauſam, non niſi per dei gratuitā gratiam regenerationem donari: & eius occulto iuſto tamen iudicio, quoniā non eſt iniquitas apud deū, quoſdā etiam poſt baptiſmū peſſime uiuēdo perituros, in hac tamen uita quouſq; pereant detineri: qui nō perirent ſi eis corporis mors lapſum eorū præueniens ſubueniret: quoniam nullus mortuus iudicatur ex bonis ſeu malis, quæ fuerat ſi nō moreretur acturus: alioquin Tyrij & Sidonij, nō ſecundū ea quę geſſerunt pœnas luerent, ſed potius ſecundū ea quę geſturi fuerant, ſi in eis illæ uirtutes Euangelicæ factæ fuiſſent, per grandem pœnitentiā, & per Chriſti fidem conſequerentur ſalutem. Quidam diſputator catholicus nō ignobilis hunc Euangelij locū ſic expoſuit, ut diceret, præſciſſe dominū Tyrios & Sidonios à fide fuiſſe poſtea receſſuros, cum factis apud ſe miraculis credidiſſent, & miſericordia potius nō eum illic iſta feciſſe: quoniā grauiori pœnæ obnoxij fierent ſi fidem quam tenuerant, reliquiſſent, q̄ ſi eam nullo tēpore tenuiſſent. In qua ſententia docti hominis & admodū acuti, quę ſint adhuc merito requirenda, quid me nunc attinet dicere, cū & ipſa nobis ad id quod agimus ſuffragetur? Si enim miſeratione dominus nō fecit in illis uirtutes, per quas fieri poſſent fideles, ne grauius punirentur cum poſtea fierent infideles, q̄ eos iterum infideles futuros fuiſſe præſciuit: ſatis aperteq; demōſtratur de his peccatis neminē iudicari mortuorum, quæ præſciuit fuiſſe facturū, ſi aliquo modo ei ne illa faciat ſubuenitur: ſicut Tyrijs & Sidonijs, ſi ſentētia illa uera eſt, ſubueniſſe dicit Chriſtus

quos

quos maluit non accedere ad fidem, quàm scelere multo grauiore discedere à fide: quod eos si accessissent, præuiderat fuisse facturos. Quamuis si dicatur, cur non factũ est ut crederent potius, & hoc eis præstaretur, ut antequam fidem relinquerent ex hac uita migrarent: quid respõderi possit, ignoro. Qui enim dicit, relicturis fidem beneficium fuisse concessum, ne habere inciperent quod grauiore impietate desererent, satis indicat non iudicari hominem ex eo quod prænoscitur male fuisse facturus, si ei quocunque beneficio ut id non faciat, consulatur. Consultum est igitur & illi, qui raptus est, ne malitia mutaret intellectũ eius. Sed cur non ita cõsultum fuerit Tyrijs ac Sidonijs ut crederẽt & raperentur, ne malitia mutaret intellectum eorum, forsitan responderet ille, cui placuit isto modo hanc soluere quæstionem. Ego uero quantum ad hoc quod ago attinet, sufficere uideo, ut secundum istam quoq; sententiã, demonstrentur homines nõ iudicari de his quæ non fecerunt, etiã si facturi fuisse præuisi sunt: Quanq;, ut dixi, hanc opinionem, qua putantur in morientibus uel mortuis uindicari peccata, quæ præsciti sunt facturi esse si uiuerent, etiã refellere pudeat, ne uideamur & nos existimasse alicuius esse momenti, quã maluimus disputatione cohibere, quàm silentio præterire.

Cap. XI Rom. 9

Proinde sicut Apostolus ait: Non uolentis neq; currentis, sed miserẽtis est dei: qui & paruulis quibus uult, etiam non uolentibus neq; currentibus subuenit, quos ante constitutionem mundi elegit in Christo, daturus etiam eis gratiam gratis, hoc est nullis eorum uel fidei uel operum meritis præcedentibus: & maioribus etiam his quos præuidit si apud eos facta essent, suis miraculis creditu ros: quibus non uult subuenire, non subuenit, de quibus in sua prædestinatione occulte quidem, sed iuste aliud iudicauit: non enim est iniquitas apud deum, sed inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius: Vniuersæ autem uiæ domini misericordia & ueritas. Inuestigabilis ergo est misericordia, qua cuius uult miseretur, nullis eius præcedentibus meritis: & inuestigabilis ueritas, qua quẽ uult obdurat, eius quidem præcedentibus meritis, sed cum eo cuius miseretur plerunque communibus. Sicut duorum geminorum, quorum unus assumitur, alius relinquitur, dispar est exitus, merita cõmunia. In quibus tamen sic alter magna dei bonitate liberat̃, ut alter nulla eius iniquitate damnetur. Nunquid ẽm iniquitas est apud deum? Absit. Sed inuestigabiles sunt uiæ ipsius. Itaq; misericordiam eius in his qui liberantur, & ueritatem in his qui puniuntur, sine dubitatiõe credamus: neq; inscrutabilia scrutari, neq; inuestigabilia uestigare conemur. Ex ore quippe infantium & lactantium suam perfecit laudẽ: ut quod in his uidemus, quorum liberationem bona eorum merita nulla præcedunt: & in his quorum damnationem utriscq; communia originalia sola præcedunt: hoc & in maioribus fieri nequaquam omnino cunctemur, id est, non putantes, uel secundum sua merita gratiã cuiquam dari, uel nisi suis meritis quenquam puniri, siue pares qui liberantur atque puniuntur, siue dispares habeant causas malas: ut qui uidetur stare uideat ne cadat: & qui gloriatur, nõ in semetipso, sed in domino glorietur. Cur autem causam paruulorum ad exemplum maiorum, sicut scribitis, non patiuntur afferri homines, qui contra Pelagianos non dubitant esse peccatum originale, quod per unum hominem intrauit in mundum, & ex uno omnes isse in condemnationem? Quod & Manichei nõ accipiunt, qui nõ solũ omnes ueteris instrumẽti scripturas in nulla authoritate nõ habẽt, uerumetiã eas quæ ad nouũ pertinet testamentum sic accipiũt, ut suo quodã priuilegio, imò sacrilegio quod uolũt sumant, quod nolũt reijciant. Contra quos agebam in libris De libero arbitrio, unde isti nobis præscribendum putant. Ideo quæstiones operosissimas incidẽtes enucleate soluere nolui, ne nimium longum opus esset, ubi me aduersus tam peruersos testimoniorum diuinorum non adiuuabat authoritas. Et poteram, sicut feci, quod libet horum uerum esset, quæ non definite interponebam, certa tamẽ ratione concludere, in omnibus deum esse laudandum, sine ulla necessitate credendi duas, sicut illi uolunt, coæternas boni & mali permixtas esse substantias. Denicq; in primo Retractationum libro, quod opus meum nõdum legistis, cum ad eosdem libros retractandos uenissem, hoc est, de libero arbitrio, ita locutus sum. In his, inquam, libris ita multa differta sunt, ut incidentes nonnullę quæstiones quas uel enodare nõ poteram, uel longam sermocinationẽ in prẽsenti requirebant: ita differrentur, ut ex utraq; parte, uel ex omnibus earundem quæstionum partibus, in quibus non apparebat quid potius congrueret ueritati, ad hoc tamen ratiocinatio nostra concluderetur, ut quodlibet eorũ uerum esset, laudãdus crederetur, uel etiã ostenderet̃ deus. Propter eos quippe disputatio illa suscepta est, qui negant ex libero uoluntatis arbitrio mali originem duci: & deum, si ita est, creatorẽ omnium naturarum culpãdum esse contendunt, eo modo uolentes secundum suę impietatis errorem, Manichæi enim sunt, immutabilem quandam & deo coæternã introducere naturam mali. Item post aliquantum alio loco. Deinde dictum est, inquam, ex qua miseria peccantibus iustissime inflicta liberet dei gratia, quia homo spõte, id est, libero arbitrio cadere potuit, non etiã surgere: ad quam miseriam iustæ damnationis pertinet ignorantia & difficultas, quam patitur omnis homo ab exordio natiuitatis suæ, nec ab isto malo liberatur quisquam, nisi dei gratia. Quã miseriam nolunt Pelagiani ex iusta damnatione descẽdere, negantes originale peccatum, Quamuis ignorantia & difficultas, etiã si essent hominis primordia naturalia, nec sic culpandus, sed laudandus esset deus, sicuti in eodem libro tertio disputauimus. Quæ disputatio contra Manichæos habenda est, qui non accipiunt scripturas sanctas ueteris instrumenti, in qbus peccatũ originale narrat̃. Et quicquid inde in literis Apostolicis legitur, detestabili impudẽtia immissum fuisse cõtendunt à corruptoribus

2. sen. dist. 37 cap. si igitur

3. sen. dist. 19 cap. sed forte

ribus ſcripturarum, tanquam nõ fuerit ab Apoſto A
lis dictum. Contra Pelagianos autem hoc defen/
dendum eſt, quod utraque ſcriptura commendat,
quam ſit aceſſere profitẽtur. Hæc dixi in primo li/
bro Retractationũ, cum retractarẽ libros De libe
ro arbitrio. Nec ſola ſanè iſta ibi à me dicta ſunt
de his libris, uerum & alia multa, quę huic ad uos
operi inſerere longũ putaui & nõ neceſſariũ, quod
& uos exiſtimo eſſe iudicaturos, cum omnia lege/
ritis. Quamuis ergo in libro tertio De libero arbi/
trio ita de paruulis diſputauerimus, ut etiã ſi uerũ
eſſet quod dicunt Pelagiani, ignorantiam & diffi/
cultatem ſine quibus nullus homo naſcitur, pri/
mordia, non ſupplicia eſſe naturæ: uincerentur ta/
men Manichæi, qui uolunt duas boni ſcilicet &
mali coæternas eſſe naturas: nunquid ideo fides B
in dubiũ uocanda uel deſerenda eſt, quam contra
ipſos Pelagianos catholica defendit Eccleſia, quæ
aſſerit originale eſſe peccatũ, cuius reatus genera/
tione contractus, regeneratione ſoluendus eſt?
Quod ſi & iſti fatentur nobiſcũ, ut ſimul in hac cau
ſa Pelagianorũ deſtruamus errorem, cur putant
eſſe dubitandum, ꝙ etiam paruulos deus quibus
dat ſuam gratiam per baptiſmatis ſacramentum,
eruat de poteſtate tenebrarum, & transferat in re/
gnum filij charitatis ſuæ? In eo ergo quòd alijs eã
dat, alijs non dat, cur nolunt cantare domino miſe
ricordiam & iudicium? Cur autem illis potius ꝙ
illis detur, quis cognoſcit ſenſum domini? Quis
inſcrutabilia ſcrutari ualeat? Quis inueſtigabilia
Cap. XII ueſtigare? Conficitur itaq; gratiam dei non ſe/ C
cundum merita accipientium dari, ſed ſecundum
placitum uoluntatis eius, in laudem et gloriam ip/
ſius gratiæ eius, ut qui gloriatur, nullo modo in ſe
ipſo, ſed in domino glorietur: qui hominibus dat
quibus uult, quoniã miſericors eſt, quòd & ſi non
det, iuſtus eſt: & non dat ꝙbus non uult, ut notas
faciat diuitias glorię ſuę in uaſa miſericordię. Dan
do enim quibuſdam quod non merentur, profe/
cto gratuitam, & per hoc ueram ſuam gratiam eſ/
ſe uoluit. Non omnibus dando, quid omnes me/
rerentur oſtendit. Bonus in beneficio certorũ, iu/
ſtus in ſupplicio cęterorum: & bonus in omnibus,
quoniam bonum eſt cum debitum redditur: & iu/
ſtus in omnibus, quoniã iuſtum eſt cum debitum
ſine cuiuſquam fraude donatur. Defenditur au- D
tem ſine meritis dei gratia, id eſt, uera gratia, etiam
ſi paruuli baptizati, ſicut Pelagiani ſentiunt, non
eruuntur de poteſtate tenebrarum, quia nullo pec
cato ſicut putant, tenentur obnoxij, ſed tantũ in
regnum domini transferuntur: etiam ſic enim ſine
ullis bonis meritis datur eis regnũ quibus datur,
& ſine ullis malis meritis non datur eis, quibus nõ
datur. Quod aduerſus eoſdem Pelagianos dicere
ſolemus, quando nobis obijciunt, quòd fato tribu
amus dei gratiam, dicendo eam non ſecundũ me/
rita noſtra dari. Ipſi enim potius dei gratiam fato
in paruulis tribuunt, qui dicunt fatum eſſe, ubi
meritum non eſt. Nulla quippe merita etiam ſe/
cundũ ipſos Pelagianos, poſſunt in paruulis inue/
niri, cur alij eorum mittantur in regnum, alij alie/
nentur à regno. Sicut autem nunc ut oſtenderem
gratiam dei non ſecundum merita noſtra dari, ſe/
cundum utrunq; ſenſum hoc defendere malui: &
ſecundum noſtrum ſcilicet, qui obſtrictos origina
li peccato paruulos dicimus: & ſecũdum Pelagia/
norum ſenſum, qui originale negant eſſe peccatũ:
nec tamen ideo mihi eſt ambigendum, habere par
uulos quod eis dimittat qui ſaluũ facit populum
ſuum à peccatis eorum: ita & in tertio libro De li- *Lib. 3. de lib.*
bero arbitrio ſecũdum utrunq; ſenſum reſtiti Ma/ *arb. ca. 23*
nichæis, ſiue ſupplicia ſiue primordia naturæ ſint
ignorantia & difficultas, ſine quibus nullus homi
num naſcitur, & tamen unum horũ teneo. Ibi quo *3. ſen. diſt. 15*
que à me ſatis euidenter expreſſum eſt, quòd non *cap. ſed forte*
ſit iſta natura inſtituti hominis, ſed pœna damna/
ti. Fruſtra itaque mihi de illius libri mei uetuſtate
præſcribitur, ne agam cauſam ſicut debeo agere
paruulorum, & inde gratiam dei non ſecundũ me/
rita hominum dari, perſpicuæ ueritatis luce con/
uincam. Si enim quando libros De libero arbitrio
laicus Romæ cœpi, & in Aphrica presbyter expli
cari, adhuc de damnatione infantium non renaſ/
centium, & de naſcentium liberatione dubitarem:
nemo, ut opinor, eſt tam iniuſtus atq; inuidus, qui
me proficere prohiberet, atq; in hac dubitatiõe re
manendum mihi eſſe iudicaret. Cum uero rectius
poſſit intelligi, nõ me propterea de hac re dubitaſ/
ſe credi oportere: quia contra quos mea dirigeba/
tur intentio, ſic mihi uiſi ſunt refellendi, ut ſiue pœ
na eſſet peccati originalis in paruulis, quod ueri/
tas habet: ſiue non eſſet, quod nonnulli errantes o/
pinantur, nullo modo tamen quam Manichæorũ
error inducit, duarum naturarum boni ſcilicet &
mali permixtio crederetur: abſit ut cauſam paruu
lorum ſic relinquamus, ut eſſe nobis dicamus in/
certum, utrum in Chriſto regenerati, ſi moriantur
paruuli, tranſeant in æternam ſalutem: nõ regene/
rati autem tranſeant in mortem ſecundam, quoni
amquidem ſcriptum eſt: Per unum hominem pec *Rom. 9*
catum intrauit in mũdum, & per peccatum mors,
& ita in omnes homines tranſiit. Aliter recte in/
telligi non poteſt: nec à morte perpetua, quæ iu/
ſtiſſime eſt retributa peccato, liberat quenquã pu/
ſillorum atq; magnorum, niſi ille qui propter re/
mittenda & originalia & propria noſtra peccata
mortuus eſt, ſine ullo originali proprio uel pecca/
to. Sed quare illos potius quàm illos? Iterum atq;
iterum dicimus, nec nos piget. O homo tu quis es *Rom. 9*
qui reſpondeas deo? *Rom. 11*
Inſcrutabilia ſunt iudicia e/
ius, & inueſtigabiles uiæ eius. Et hoc adijciamus:
altiora te ne quæſieris, & fortiora te ne ſcrutatus *Eccl. 3*
fueris. Videtis ne chariſſimi ꝙ ſit abſurdum, & à fi
dei ſanitate atq; ſynceritate ueritatis alienum, ut di
camus paruulos mortuos ſecundum ea iudicari,
quæ præſciti ſunt facturi eſſe ſi uiuerent? In hanc
autem ſententiam, quam certe omnis ſenſus huma
nus quantulacunque ratione ſubnixus, maximeq;
Chriſtianus exhorret, ire compulſi ſunt, qui ſic à
Pelagianorum errore alieni eſſe uoluerunt, ut ta/
men gratiam dei per Ieſum Chriſtum dominum
noſtrũ, qua nobis una poſt lapſum primi hominis,

Universidad de Deusto
Biblioteca

in quo omnes credimus, subuenitur, secũdum me-
rita nostra dari sibi adhuc existiment esse creden-
dum, et disputatione insuper proferendum. Quod
ipse Pelagius ante orientales Episcopos iudices,
damnationis suæ timore damnauit. Hoc autem si
non dicatur de mortuorum scilicet operibus, quę
facturi erant si uiuerẽt bonis aut malis, ac per hoc
nullis, & in ipsa dei præsentia non futuris: hoc er-
go si non dicatur, quod cernitis quanto errore di-
catur, quid restabit, nisi ut gratiam dei non secun-
dum merita nostra dari, quod contra hæresim Pe
lagianam catholica defendit Ecclesia, remota con
tentionis caligine fateamur: atq; id maxime in par
uulis euidentiore ueritate cernamus? Neq; enim
fato cogitur deus illis infantibus subuenire: illis
autem non subuenire, cum sit utrisque causa com-
munis: aut res humanas in paruulis non diuina
prouidentia, sed fortuitis agi casibus opinabimur,
cum rationales uel damnandæ uel liberandæ sint
animæ, quandoquidem nec passer cadit in terram
sine uoluntate patris nostri qui in cœlis est: aut pa
rentum negligentię sic tribuendum est, quod par-
uuli sine baptismo moriuntur, ut nihil ibi agant su
perna iudicia: tanquam ipsi q hoc modo male mo
riuntur, parentes sibi negligentes uoluntate pro-
pria de quibus nascerentur, elegerint. quid dicam,
quod paruulus aliquando antequam illi per mini
sterium baptizantis succurri possit, expirat? Ple-
runque enim festinantibus parentibus & paratis
ministris, ut baptismus paruulo detur, deo tamen
nolente non datur, qui eum paruulum in hac ui-
ta non tenuit ut daretur. Quid etiã, quod aliquan
do paruulis infidelium filijs potuit, ne irent in per
ditionem, & filijs fidelium non potuit baptisma-
te subueniri? Vbi certe ostenditur, quod personа-
rum apud deum non sit acceptio: alioquin culto-
rum suorum potius quàm inimicorum filios libe-
Cap. XIII raret. Iam uero quoniam de bono perseueran-
tiæ nũc agimus, quid est quod morituro nõ bapti-
zato subuenitur, ne sine baptismate moriat̃, & ba
ptizato casuro non subuenitur, ut ante moriatur?
Nisi forte illi adhuc absurditati auscultabim⁹, qua
dicitur nihil prodesse cuiquam mori anteq; cadat,
quia secundum eos actus iudicabitur, quos eum
prescisit deus acturum fuisse si uiueret. Hanc per
uersitatẽ sanitati fidei tam uehementer aduersam,
quis patienter audiat, quis ferat? Et tamen hoc di-
cere urgentur, qui nõ fatentur gratiam dei non se
cundum merita nostra dari. Qui aũt uolunt dicere
unũquenq; mortuorum secundũ ea iudicari, quæ
deus illum prescisit acturũ fuisse si uiueret, intuen
tes q; manifesta falsitate, & quanta absurditate di-
catur, non eis remanet cur dicant, quod in Pelagi-
anis damnauit, & ab ipso Pelagio damnari fecit
Ecclesia, gratiam dei secundum merita nostra da-
ri: cum uideant alios paruulos non regeneratos ad
æternam mortem, alios autem regeneratos ad æ-
ternam uitam tolli de hac uita. Ipsos quoque rege
neratos, alios perseuerantes usq; in finem hinc ire:
alios quousq; decidant hic teneri: qui utiq; nõ deci
disse nt, si antequam laberentur hinc essent: & rur-

A sus quosdam lapsos quousq; redeant non exire de
hac uita, qui utiq; perirent si antequam redirent,
exirent. Vnde satis dilucide ostẽditur, & inchoan-
di et usq; in finem perseuerandi gratiam dei non se
cundum merita nostra dari, sed donari secundum
ipsius secretissimam eandemq; iustissimam, benefi
centissimam, sapientissimam uoluntatẽ: quoniam
quos prędestinauit, ipsos & uocauit uocatiõe illa,
de qua dictum est: Sine pœnitẽtia sunt dona & uo
catio dei: ad quam uocationẽ pertinere nullus est
homo ab hominibus certa asseueratione dicendus
nisi cum de hoc seculo exierit: in hac autẽ uita hu-
mana quę tentatio est super terram, qui uidetur sta 1. Cor. 10
re uideat ne cadat. Ideo quippe sicut iam supra di
ximus, non pseueraturi perseueraturis prouiden-
B tissima dei uoluntate miscent̃, ut esse discamus nõ
alta sapientes, sed humilibus cõsentientes, & cũ ti
more & tremore nostrã ipsorum salutẽ operemur.
Deus est em̃ qui operat̃ in nobis, & uelle & opera-
ri pro bona uoluntate. Nos ergo uolumus, sed de-
us in nobis operatur & uelle: nos ergo operamur,
sed deus in nobis operatur & operari pro bona uo
lũtate. Hoc nobis expedit & credere et dicere, hoc
est pium, hoc uerũ, ut sit humilis & submissa con-
fessio, & detur totum deo. Cogitantes credimus,
cogitantes loqmur, cogitãtes agimus quicquid a-
gimus: quod aũt attinet ad pietatis uiã & uerũ dei
cultum, non sumus idonei cogitare aliquid tanq; 1. Cor. 3
ex nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est.
Non em̃ est in potestate nostra cor nostrum & no
C strae cogitationes, unde idem qui hoc agit, item di-
cit Ambrosius: Quis aũt tam beatus qui in corde
suo semper ascendat? Sed hoc sine diuino auxilio
quî fieri potest? nullo pfecto modo. Deniq;, ingt,
supra eadẽ scriptura dicit: Beatus uir cui⁹ est auxili Psal. 83
um eius abs te domine, ascẽsus in corde eius. Hoc
utiq; ut diceret nõ solũ in literis sacris legebat, sed
sicut de illo uiro sine dubitatione credendum est,
etiam in corde suo sentiebat Ambrosius. Quod er
go in sacramentis fidelium dicitur, ut sursum cor-
da habeamus ad dominum, munus est domini: de
quo munere ipsi domino deo nostro gratias agere
à sacerdote post hanc uocem quibus hoc dicitur,
admonẽtur, & dignum & iustum esse respõdent.
Cum enim nõ sit in nostra potestate cor nostrum,
D sed diuino subleuetur auxilio, ut ascendat, & quæ
sursum sunt sapiat, ubi Christus est in dextra dei se Col. 3
dens, non quæ super terram: cui de hac tanta re a-
gendæ sunt gratiæ, nisi hoc faciẽti domino deo no
stro, qui nos per tale beneficium liberando, de pro
fundo huius mundi elegit, & prædestinauit ante
constitutionẽ mundi? Sed aiunt prædestinatio- Cap. XIIII
nis definitionem utilitati prędicationis aduersam,
quasi uero aduersata sit Apostolo prędicanti. Nõ-
ne ille doctor gentium in fide & ueritate prædesti
nationem totiens commendauit, & uerbum dei
prædicare non destitit? Nunquid quia dixit: Deus
est qui operatur in nobis & uelle & operari pro bo
na uoluntate sua: ideo non ipse, & ut uelimus quæ
deo placeant, & ut operemur hortatus est? aut
quia dixit: Qui in uobis bonum opus cœpit, perfi

ciet

ciet usq; in diem Christi Iesu: ideo ut inciperent homines & perseuerarent usq; in finem, ipse non sua sit: Nempe ipse dominus hominibus præcepit, ut
Ioan.14 crederent, atq; ait: Credite in deum, & in me credite: nec tamen ideo eius falsa sententia est, nec uana
Ioan.3 definitio, ubi ait: Nemo uenit ad me, id est, nemo credit in me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Nec rursus, quia uera est hæc definitio, ideo uana est illa præceptio. Cur ergo prædicationi, præceptioni, exhortationi, correptionicq;, quæ omnia frequentat scriptura diuina, existimamus inutilem definitionem prædestinationis, quam cõmendat eadem scriptura diuina? An quisq; dicere audebit deum non præsciisse, quibus esset daturus ut crederent? Aut quos daturus esset filio suo, ut ex eis non perderet quenquam? Quæ utiq; si præsciuit, profecto beneficia sua quibus nos dignatur liberare præsciuit. Hæc prædestinatio sanctorum nihil aliud est, quàm præscientia scilicet & præparatio beneficiorum dei, quibus certissime liberantur, quicunque liberantur. Cæteri autem ubi nisi in massa perditionis iusto diuino iudicio relinquũtur? Vbi Tyrij relicti sunt & Sidonij, qui etiam credere potuerunt, si mira illa Christi signa uidissent. Sed quoniam ut crederent, non erat eis datum, etiam unde crederent est negatum. Ex quo apparet habere quosdam in ipso ingenio diuinum naturaliter munus intelligentiæ, quo moueantur ad fidem, si congrua suis mentibus, uel audiant uerba, uel signa conspiciant: & tamẽ si dei altiore iudicio, à perditionis massa non sunt gratiæ prædestinatione discreti, nec ipsa eis adhibẽtur uel dicta diuina uel facta, per quæ possent credere, si audirent utiq; talia ueluiderent. In eadẽ perditionis massa relicti sunt etiam Iudæi, qui nõ potuerũt credere factis in conspectu suo tam magnis clarisq; uirtutibus. Cur enim non poterant credere nõ tacuit Euangeliũ dicens:
Ioan.12 Cum autem tanta signa fecisset coram eis, non crediderunt in eum, ut sermo Esaiæ Prophetæ impleretur, quem dixit:
Esa.53 Domine quis credidit auditui nostro, & brachium domini cui reuelatum est? Et ideo non poterant credere, quia iterum dicit Esaias:
Esa.6 Excæcauit oculos eorum, & indurauit cor illorum, ne uideant oculis, nec intelligant corde, & conuertantur & sanem illos. Non erant ergo sic
Rom.11 excæcati oculi, nec sic induratum cor Tyriorum & Sidoniorum, quoniam credidissent, si qualia uiderunt isti signa uidissent: sed nec illis profuit qd' poterant credere, quia prædestinati non erant ab eo, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles uiæ: nec istis obfuisset quod non poterant credere, si ita prædestinati essent, ut eos cæcos deus illuminaret, & induratis cor lapideum uellent auferre. Verum quod dixit dominus de Tyrijs & Sidonijs, aliquo alio modo potest fortassis intelligi: neminem tamẽ uenire ad Christum, nisi cui fuerit datum, & eis dari qui in illo electi sunt ante constitutionem mundi, proculdubio cõfitetur, à quo nõ surdis auribus cordis eloquium diuinum auribus carnis auditur: & tamen hæc prædestinatio quæ satis aperte etiam uerbis Euangelicis explicatur, non prohibuit dominum & propter incipiendum dicere, quod paulo ante cõmemoraui: Creditis in
Ioan.14 deum, & in me credite: & propter perseuerandum oportere semper orare & nõ deficere. Audiunt enim hæc & faciunt quibus datum est: non autem faciunt siue audiant siue nõ audiant, quibus nõ datum est. Quia uobis, inquit, datum est nosse mysteMatt.13 rium regni cœlorum, illis autẽ non est datum: quorum alterum ad misericordiam, alterum ad iudiciPsal.100 um ptinet illius, cui dicit anima nostra: Misericordiam & iudicium cantabo tibi domine. Nec prędestinationis igitur prędicatione impedienda est prędicatio fidei perseuerantis & proficientis, ut quod oportet audiant, & quibus datum est ut obediant.
Rom.10 Quomodo enim audient sine prædicãte? Nec rursus prædicatione fidei proficientis, & usq; ad ultimum permanentis, impedienda est prædicatio prędestinationis, ut qui fideliter & obedienter uiuit, non de ipsa obedientia tanq; de suo non accepto
Hiere.9 bono extollatur, sed qui gloriatur, in domino glorietur. In nullo enim gloriandum, quando nostrũ nihil sit. Quod uidit fidelissime Cyprian⁹, & fidentissime definiuit, per quod utiq; prędestinationem certissimam pronunciauit. Nam si in nullo gloriandum est, quãdo nostrum nihil est, profecto nec de obedientia perseuerãtissima gloriandum est. Nec ita nostra, tanquam non sit nobis desuper donata, dicenda est. Et ipsa igitur dei donum est, quod se daturum deus uocatis suis ista uocatione, de qua dictum est: Sine pœnitentia sunt dona & uocatio dei: omni Christiano confitendum præsciuit. Hęc est igitur prædestinatio quam fideliter atq; humiliter prædicamus. Nec tamẽ idem doctor & factor qui & in Christum credidit, & in sancta obedientia usq; ad passionem pro Christo perseueranter uixit, ideo cessauit prædicare Euangelium, exhortari ad fidẽ pios q; mores, atq; ad ipsam usq; in finem perseuerantiam, quoniã dixit in nullo gloriãdum, quando nostrum nihil sit; ubi ueram dei gratiam, id est, quæ non secundum merita nostra datur, sine ulla ambiguitate declarauit, quam se daturum præsciuit deus. His Cypriani uerbis proculdubio prædestinatio prædicata est, quæ si Cyprianum à prædicatione obedientiæ non prohibuit, nec nos utique debet prohibere. Quamuis ergo dicamus dei donum esse obedientiam: tamen homines exhortamur ad eam. Sed illis qui ueritatis exhortationem obedienter audiunt, ipsum donum dei datum est, hoc est obedienter audire: illis aũt qui nõ sic audiunt, non est datum. Non enim quicunque, sed Christus: Nemo, inquit, uenit ad me, nisi fuerit
Ioan. 6 ei datum à patre meo. Et: Vobis datum est nosse mysterium regni cœlorum, illis autem non est datum. Et de continentia: Non omnes, inquit, capiũt
Matt.19 uerbum hoc, sed quibus datum est. Et cum Apostolus ad pudicitiam coniugalem coniuges hortaretur: Vellem, inquit, omnes homines esse sicut
1.Cor.7 meipsum, sed unusquisq; proprium donum habet à deo, alius sic, alius autem sic. Vbi satis ostendit non tantum cõtinentiam donum dei esse, sed coniugatorum etiam castitatem. Quæ cum uera sint,

Universidad de Deusto
Biblioteca

hortamur ad hoc quantum cuique noſtrum datũ est ut possit hortari, quia & hoc eius donum est, in cuius manu sunt & nos & sermones noſtri. Vnde
1.Cor.3 & Apostolus: Secundum gratiam, inquit, quę data est mihi, ut sapiens architectus fundamentũ posui. & alio loco: Vnicuique, inquit, sicut dominus dedit: Ego plantaui, Apollo rigauit, sed deus incrementum dedit. Itaque neque qui plantat aliquid est, neq; qui rigat, sed qui incrementum dat deus. Ac per hoc sicut exhortatur & prædicat recte, sed ille qui incipit hoc donum: ita exhortantem atque prædicantem profecto ille obedienter audit, qui accepit hoc donum. Hinc est quod dominus cum eis loqueretur qui carnales aures apertas haberent, dicebat tamen: Qui habet aures audiendi
Luce 8 audiat: quas non omnes habere proculdubio nouerat. A quo autem habeant, quicunque habent, ipse dominus ostendit ubi ait: Dabo eis cor cognoscendi me & aures audientes. Aures ergo audiendi, ipsum est donum obediendi, ut qui id haberent uenirent ad eum, ad quem nemo uenit, nisi fuerit ei datum à patre ipsius. Exhortamur ergo atque prædicamus: sed qui habẽt aures audiendi, obedienter nos audiunt: qui uero eas nõ habent, fit in eis quod scriptũ est, ut audientes non audiãt: audientes uidelicet corporis sensu, nõ audiãt cordis assensu. Cur aũt illi habeãt aures audiendi, illi nõ habeant: hoc est, cur illis datum sit à patre ut ueniant ad filium, illis autem nõ sit datum, quis cognouit sensum domini, aut quis eius consiliarius fuit? Aut tu quis es homo, qui respõdeas deo? Nunqd ideo negandum est quod apertum est, quia comprehendi nõ potest quod occultum est? Nunquid inquã, propterea dicturi sumus quod ita esse perspicimus, non ita esse, quoniam cur ita sit non possumus inuenire? Cap. XV Sed aiunt, ut scribitis, neminem posse correptionis stimulis excitari, si dicatur in conuentu Ecclesiæ audientibus multis, Ita se habet de prædestinatione definita sententia uoluntatis dei, ut alij ex uobis de infidelitate, accepta obediendi uoluntate ueneritis ad fidem, uel accepta perseuerantia maneatis in fide: cæteri uero qui in peccatorum delectatione remoramini, ideo nõdum surrexistis, quia necdum uos adiutorium gratiæ miserantis erexit. Veruntamen si qui estis nec dum uocati, quos gratia sua prædestinauerit eligendos, accipietis eandem gratiam, qua uelitis & sitis electi. Et si qui obeditis, si prædestinati estis reiiciendi, subtrahẽtur obediendi uires ut obedire cessetis. Ista cum dicunt, ita nos à confitenda dei gratia, id est, quæ non secundum merita nostra datur, & à confitenda secundum eam prædestinationem sanctorum deterrere non debent: sicut non deterremur à confitenda præscientia dei, si quis de illa populo sic loquatur, ut dicat: Siue nunc recte uiuatis siue non recte, tales uos eritis postea, quales uos deus futuros esse præsciuit, uel boni si bonos, uel mali si malos. Nunquid enim si hoc audito nonnulli in torporem segniciemq; uertantur, & à labore procliues ad libidinem post cõcupiscentias suas eant, propterea de præscientia dei falsum putandum est esse, quod dictum est? Nónne si deus illos bonos futuros esse præsciuit, boni erunt, in quãtalibet nunc malignitate uersentur: si autem malos, mali erunt, in quantalibet nunc bonitate cernantur? Fuit quidam in nostro monasterio, qui corripientibus fratribus cur quædam non facienda faceret, & facienda non faceret, respondebat: qualiscunque nunc sim, talis ero qualem me deus futurum esse præsciuit. Qui profecto & uerum dicebat, & hoc uero non proficiebat in bonum: sed usqueadeo profecit in malum, ut deserta monasterij societate fieret canis reuersus ad suum uomitum, & tamen adhuc qualis sit futurus incertũ est. Nunquid ergo propter huiusmodi causas ea quæ de præscientia dei uera dicũtur, uel neganda sunt uel tacenda, tunc scilicet quãdo si non dicantur, in alios itur errores? Sunt etiam qui propterea uel non orant uel frigide orant, quoniam domino dicente didicerunt, scire deũ quid nobis necessarium sit priusquã petamus ab eo. Num propter tales huius sententiæ ueritas deserenda, aut ex Euãgelio delenda putabitur? Imò cum constet deum, alia danda etiam nõ orantibus, sicut initium fidei, alia non nisi orantibus præparasse, sicut usq; in finem perseuerantiam: profecto qui ex ipso hanc se habere putat, non orat ut habeat. Cauendum est igitur ne dum timemus tepescat hortatio, extinguatur oratio, accendatur elatio. Dicatur ergo uerum, maxime ubi aliqua quæstio ut dicatur impellit, & capiant qui possunt: ne forte cũ tacetur propter eos qui capere nõ possunt, non solum ueritate fraudent, uerumetiam falsitate capiãtur, qui uerum capere quo caueatur falsitas, possunt. Facile est enim, imò & utile ut taceatur aliquod uerum propter incapaces. Nã unde est illud domini: Adhuc multa habeo uobis dicere, sed nõ potestis illa Ioan.16
portare modo. Et illud Apostoli: Non potui uobis 1.Cor.3
loqui quasi spiritalibus, sed quasi carnalibus: quasi paruulis in Christo, lac uobis potum dedi, non escam: nondum enim poteratis, sed nec adhuc quidem potestis? Quamuis modo quodam dicendi fieri possit, ut id quod dicit, & paruulis lac, & grandibus esca sit. Sicut: In principio erat uerbum, & Ioan.1
uerbum erat apud deum, & deus erat uerbũ. Quis Christianus tacere potest? quis capere? Aut quid in doctrina sana potest inueniri grandius? Quod tamen & paruulis non tacetur, & nec grandibus nec paruulis occultatur. Sed alia est ratio uerũ tacendi, alia uerũ dicendi necessitas. Causas uerum tacendi longum est omnes quærere uel inferere, quarum tamen est & hæc una, ne peiores faciamus eos qui nõ intelligunt, dũ uolumus eos qui intelligunt facere doctiores: qui nobis aliquid tale tacentibus doctiores quidẽ non fiunt, sed nec peiores fiunt. Cum aũt res uera ita se habet, ut fiat peior nobis eam dicentibus, ille qui capere non potest: nobis autem tacentibus, ille q potest: quid putamus esse faciendum? Nónne potius est dicendum uerum, ut qui potest capere capiat, & tacendum, ut non solum id ambo non capiant, uerumetiam qui est intelligentior, ipse sit peior? Qui si audiret & caperet

Monasterium Augustini
Cap. XVI

Universidad de Deusto
Biblioteca

caperet, per illum etiam plures discerent. Quo enim est capacior ut discat, eo magis est idoneus ut alios doceat. Instat inimicus gratiæ atq; urget modis omnibus, ut credatur secūdum merita nostra dari, ac sic gratia iam non sit gratia. Et nos nolumus dicere, quod teste scriptura possumus dicere: timemus enim uidelicet ne loquentibus nobis offendatur, qui ueritatem non potest capere, & non timemus ne tacentibus nobis qui ueritatem potest capere, falsitate capiatur? Aut enim sic prędestinatio prædicanda est, quemadmodū eam sancta scriptura euidenter loquitur, ut in prædestinatis sine pœnitentia sint dona & uocatio dei: aut gratiam dei secundum nostra dari merita confitendum, quod sapiunt Pelagiani, quamuis ista sententia quod sæpe iam diximus, legatur in gestis Episcoporum orientalium etiam ipsius Pelagij ore damnata. A Pelagianorum porrò hæretica peruersitate tantum isti remoti sunt, propter quos hæc agimus, ut licet nondū uelint fateri prędestinatos esse, qui per dei gratiam fiant obedientes atq; permaneāt, iam tamen fateantur, quod eorum præueniat uoluntatem quibus datur hæc gratia. Ideo utiq; ne gratis dari credatur gratia, sicut ueritas loquit̄, sed potiꝰ secundum præcedentis merita uoluntatis, sicut cō tra ueritatem Pelagianus error obloquitur. Præuenit ergo & fidem gratia, alioquin si fides eam præuenit, proculdubio præuenit & uoluntas, quoniā fides sine uoluntate non potest esse. Si autem gratia præuenit fidem, quoniam præuenit uoluntatē, profecto præuenit omnem obedientiam, præuenit etiam charitatem, qua una deo ueraciter & sua uiter obeditur, & hęc omnia gratia in eo cui datur
Cap XVII & cuius hæc omnia præuenit, operatur. Restat in his bonis usq; in finem perseuerantia, quæ frustra quotidie à domino poscitur, si non eam dominus per gratiā suam in illo cuius orationē exaudit operatur. Videte iam à ueritate q̄ sit alienum, negare donū dei esse perseuerantiā usq; in finem huius uitæ, cum uitę huic quando uoluerit ipse det finem: quem si dat ante imminentē lapsum, facit hominem perseuerare usq; in finē. Sed mirabilior & fidelibus euidentior largitas bonitatis dei est, q̄ etiam paruulis quibus obedientia non est illius ætatis ut detur, datur hęc gratia. Ista igit̄ sua dona quibuscunq; deus donat, proculdubio donaturū se esse præsciuit, & in sua præsciētia præparauit. Quos ergo prædestinauit, ipsos & uocauit uocatiōe illa, quam me sæpe cōmemorare non piget: de qua dictum est: Sine pœnitētia sunt dona & uocatio dei. Nam in sua quæ falli mutariq; non potest præscientia, opera sua futura disponere, id omnino nec aliud quic̄q; est nisi prædestinare. Sicut autem ille quem castum futurum esse præsciuit, quamuis id incertum habeat, agit ut castus sit: ita ille quem castum futurum prædestinauit, quāuis id incertum habeat, nō ideo non agit ut castus sit, quoniam dei dono se audit futurū esse quod erit, imò etiam gaudet eius charitas, nec inflatur, tanc̄q; id non accepe rit. Non solū ergo prædicatiōe prædestinatiōis ab hoc opere nō impeditur, uerū ad hoc adiuuat̄, ut cum gloriatur in domino glorietur. Quod aūt dixi de castitate, hoc de fide, hoc de pietate, de charitate, de perseuerantia, & ne pergā per singula, hoc de omni obedientia qua obedit̄ deo, ueracissime dici potest. Sed ij qui solum initiū fidei, & usq; in finem perseuerantiā sic in nostra cōstituunt potestate, ut dei dona esse non putent, neq; ad hæc habenda atq; cōtinenda deum operari nostras cogitationes & uoluntates, cætera uero ipsum dare concedunt, cum ab illo impetratur credentis fide: cur ad ipsa cætera exhortationem eorum cæterorumq; prædicationem, definitione prædestinationis non metuunt impediri? An forte nec ipsa dicunt prædestinata? Ergo nec dantur à deo, aut ea se daturum esse nescisse. Quod si & dantur, & ea se daturum esse præsciuit, profecto prædestinauit. Sicut ergo ipsi hortātur quoq; ad castitatē, charitatem, pietatem, & cætera quæ dei dona esse confitentur, eaq; ab illo esse præcognita, ac per hoc prædestinata negare non possunt, nec dicunt exhortationes suas impediri prædicatione prædestinationis dei, hoc est, prædicatione de his donis eius futuris præscientię dei: sic uideant nec ad fidem, nec ad perseuerantiam impediri exhortationes suas, si & ipsa opera, quod uerum est, esse dei dona, eaq; prę cognita, id est ad donandū prædestinata esse dicantur: sed impediri potius atq; subuerti hac prędestinationis prędicatione illum tantūmodo pernicio sissimum errorem, quo dicitur gratia dei secundū merita nostra dari, ut qui gloriatur, non in domino sed in seipso glorieť. Quod ut apertius propter tardiusculos explicemus, rememorationem meam ferant, quibus ingenio præuolare donatū est: dicit Apostolus Iacobus: Si quis uestrum indiget sapientia, postulet à deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Scriptum est & in prouerbijs Salomonis: Quoniam dominus dat sapientiam. Et de continentia legitur in libro Sapientię, cuius authoritate usi sunt magni & docti uiri, q̄ longe ante nos eloquia diuina tractarūt: ibi ergo legitur: Cum scirē, quia nemo esse potest continens, nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ scire, cuius esset hoc donū. Hæc ergo dei dona sunt, id est, ut de alijs taceā, sapientia & continentia. Ac quiescunt & isti: neq; enim Pelagiani sunt, ut aduersus istam perspicuam ueritatem dura & hæretica peruersitate contendant. Sed hæc, inquiunt, ut à deo dentur nobis, fides impetrat, quę incipit à nobis: quam fidem & incipere habere, & in ea usq; in finem permanere, tanquam id non à domino accipiamus, nostrū esse contendunt. Hic proculdubio cōtradicitur Apostolo dicenti: Quid enim habes, quod non accepisti? Contradicit̄ & martyri Cypriano dicenti, in illo gloriandum, quando nostrū nihil sit. Cum hæc & alia multa quæ piget repetere, dixerimus, atq; ostenderimus & initium fidei, & usq; in finem perseuerantiam, dei dona esse, nec ulla futura esse sua dona, & quæ danda essent, & quibus danda essent, deum non præscire potuisse, ac per hoc prædestinatos ab illo esse, quos liberat & coronat: respondendū putant, prędestinationis

Iacobi 1

Pro. 2

Sap. 8

1. Cor. 4

definitionem utilitati prædicationis aduersam, eo quod hac audita, nemo possit correptionis stimulis excitari. Hæc dicentes nolunt hominibus prædicari dona dei esse, ut ueniatur ad fidē, & permaneatur in fide, ne plus desperatio q̄ exhortatio uideatur afferri, dum cogitant qui audiūt, incertum esse humanæ ignorantiæ cui largiatur deus, cui nō largiatur hæc dona. Cur ergo & ipsi nobiscū prædicāt, dona dei esse sapientiā & cōtinentiā? Quòd si hęc cum dei dona esse prædicant, non impeditur hortatio qua homines hortamur esse sapientes & cōtinentes: quę tandē causa est ut existimēt impediri exhortationem, qua exhortamur homines uenire ad fidem, & in ea permanere usq; in finem? Et si hæc dona dei esse dicantur, quod scripturis eius testibus cōprobatur, ecce & de continentia taceamus, & de sola in hoc loco sapientia disputemus: Nempe supra memoratus Apostolus Iacobus di-
Iacobi 3 cit: Quę desursum est sapiētia, primū quidē pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordię & fructibus bonis, inęstimabilis, sine simulatione. Cernitis ne obsecro, à patre luminū sapientia q̄ multis & magnis bonis referta descendat? Omne quippe datum optimū, sicut idem dicit, & omne donum perfectum desursum est, descendens à patre luminum. Cur ergo ut omittā cætera, corripimus impudicos & contentiosos, quibus tamen prædicamus donū dei esse sapientiā pudicam atq; pacificam: nec timemus ne permoti diuinæ uoluntatis incerto, plus in hac prædicatione desperationis q̄ exhortationis imueniant, nec correptionis stimulis aduersus seipsos, sed potius aduersus nos excitētur, quia eos corripimus, hæc nō habentes, quæ ipsi dicimus non humana uoluntate proferri, sed diuina largitate donari? Cur denique ipsum Apostolum Iacobum huius gratiæ prædicatio non deterruit corripere inquietos, & dicere: Si zelum amarum habetis, et contentiōes sunt in cordibus uestris, nolite gloriari & mendaces esse aduersus ueritatem: non est ista sapientia desursum descendens, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio, ibi inconstantia, & omne opus prauum. Sicut ergo corripiendi sunt inquieti, & diuinis eloquijs testibus, et ipsis quos nobiscum isti communes habent actibus nostris: neque hanc impedit correptionem, quod sapientiam pacificam qua contentiosi corriguntur atque sanantur, donum dei esse prædicamus: ita corripiendi sunt infideles, uel in fide non permanentes, non impediente istam correptionem prędicatione gratiæ dei, quę fidem quoq; ipsam & in ea permansionem, donum dei esse commendat: quia & si ex fide impetratur sapientia, sicut ipse Iacobus cum
Iacobi 1 dixisset: Si quis uestrum indiget sapientia postulet à deo, qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei: mox addidit: Postulet autem in fide, nihil hæsitans: non tamen quoniam fides datur priusquam postuletur ab illo cui datur, ideo dicenda est non esse donū dei, sed esse à nobis, quia
Ephes. 6 data est nobis, non petentibus nobis. Apostolus enim apertissime dicit: Pax fratribus & charitas cū fide à deo patre & domino Iesu Christo. A quo ergo pax & charitas, ab illo est & fides: propter quod ab illo eam non solum augeri habentibus, uerumetiam non habentibus poscimus dari. Neq; isti propter quos hæc dicimus, qui prædicatione prædestinationis & gratiæ, exhortationem clamitant impediri, ad sola illa exhortantur dona quæ non à deo dari, sed à nobis esse contendunt: sicut sunt initium fidei, & in ea usq; in finem perseuerantia: quod utique facere deberent, ut tantummodo infideles hortarentur, ut crederēt: & fideles, ut credentes permanerent. Ea uero quæ nobiscum dei dona esse non negant, ut nobiscum Pelagianū demoliantur errorem: sicut est pudicitia, continentia, patientia, & cætera quibus recte uiuitur, & ex fide impetrantur, à domino oranda monstrare & orare solum uel sibi uel alijs debuerūt, non autem quenquam ut ea capesseret & retineret hortari. Cum uero & ad hæc exhortantur ut possunt, atq; exhortando se esse homines cōfitentur, satis utiq; ostendunt, nec ea prædicatione impediri exhortationes, siue ad fidem, siue ad perseuerantiam usq; in finem: quia & ista dei dona esse nec à seipso cuiquā, sed ab illo tribui prædicamus. At enim quod uitio suo quisque deserat fidem, cum cedit tentationi atque consentit, qua cum illo agitur ut deserat fidem, quis negat? Sed non ideo dicenda est in fide perseuerantia nō esse donum dei. Hanc enim quotidie poscit, qui dicit: Ne nos inferas in tentationem: & si exauditur, hanc accipit: ac per hoc quotidie ut perseueret petens, profecto perseuerantiæ suæ spem non in seipso, sed in deo ponit. Ego autem nolo exaggerare meis uerbis, sed illis cogitandum potius relinquo, ut uideant quale sit quod sibi persuaserunt, prædicatione prædestinationis audientibus plus desperationis quàm exhortationis afferri: hoc est enim dicere, tunc de sua salute hominem desperare, quando spem suam non in seipso, sed in deo didicerit ponere: cum Prophe-
Hierem. 17 ta clamet: Maledictus omnis qui spem ponit in homine. Hæc utique dona dei, quæ dantur electis secundum dei propositum uocatis, in quibus donis est & incipere credere, & in fide usque ad uitæ huius terminum perseuerare: sicut tanta rationum atque authoritatū contestatione probauimus. Hęc, inquam, dei dona si nulla est prædestinatio quam defendimus, non præsciuntur à deo: præsciuntur autem: hæc est igitur prædestinatio quam defendimus. Vnde aliquando eadem prædestinatio significat etiam nomine præscientiæ, sicut ait
Cap. XVIII Apostolus: Non repulit deus plebem suam, quam
Rom. 11 præsciuit. Hoc quod ait, præsciuit, non recte intelligitur nisi prædestinauit, quod circumstantia ipsius locutionis ostendit: loquebatur enim de reliquijs Iudæorum, quæ saluæ factæ sunt, pereuntibus cæteris. Nam superius dixerat ad Israel di-
Esa. 65 xisse Prophetam: Tota die expandi manus meas ad populum non credentem & contradicentem: & tanquam responderetur: Vbi sunt ergo factæ promissiones dei ad Israel, continuo subiunxit:
Rom. 10 Dico ergo, nunquid repulit deus plebem suam? Absit

Absit,nam & ego Israelita sum ex semine Abraham de tribu Beniamin:tanquam diceret, nam & ego ex ipsa plebe sum. Deinde addidit unde nunc agimus: Non repulit deus plebem suam quã præsciuit. Atq; ut ostenderet dei gratia fuisse relictas reliquias, non meritis operum eorum, secutus adiunxit, An nescitis in Helia quid dicat scriptura? quemadmodum interpellat deũ aduersus Israel, & cætera. Sed quid dicit illi, inquit, responsum di
3.Reg.19 uinum? Reliqui mihi septem milia uirorũ, qui nõ curuauerunt genu ante Baal. Nõ enim ait, relicta sunt mihi: aut, reliquerũt se mihi: sed, reliqui mihi.
Rom.11 Sic ergo, inquit, & in hoc tẽpore reliquiæ per electionem gratiæ saluæ factę sunt. Si aũt gratia, iam non ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Et connectens illa quæ iam supra interposui, Quid ergo? & huic interrogationi respondens, Quod quærebat, inquit Israel, hoc non est consecutus, electio aũt cõsecuta est, cæteri uero excæcati sunt. In hac ergo electiõe & in his reliquijs, quæ per electionem gratiæ factæ sunt, uoluit intelligi plebem, quam propterea deus non repulit, quia præsciuit. Hæc est illa electio qua eos quos uoluit elegit in Christo ante constitutionem mundi, ut essent sancti & immaculati in conspectu eius, in charitate, prædestinans eos in adoptiõem filiorũ. Nullus igitur qui hęc intelligit, negare uel dubita
Eph.1 re permittit, ubi ait Apostolus: Non repulit deus plebem suam quã præsciuit, prædestinationem significare uoluisse. Præsciuit enim reliquias, quas secundum electionem gratię fuerat ipse facturus: hoc est ergo, prædestinauit. sine dubio enim præsciuit, si prædestinauit: sed prædestinasse, est hoc præscisse q̃d fuerat ipse facturus. Quid ergo nos prohibet, quando apud aliquos uerbi dei tractatores legimus dei præsciẽtiam, & agitur de uocatione electorũ, eandem prædestinationẽ intelligere? Magis aũt fortasse uoluerunt hoc uerbo in ea re uti, quod & facilius intelligitur & non repugnat, imò & congruit ueritati quæ de prædestinatione gratię prædicatur. Hoc scio, neminẽ contra istam prædestinationem quam secũdum scripturas sanctas defendimus, nisi errando disputare potuisse.
Cap. XIX Puto tamen eis qui de hac re sententias tractatorum requirunt, sanctos & in fide atq; doctrina Christiana laudabiliter usq; quaq; diffamatos uiros, Cyprianum & Ambrosium, quorum tam clara testimonia posuimus, debere sufficere, & debere ad utrunq;, id est ut gratiam dei gratuitam sicut credenda atq; prædicanda est, per omnia credentes per omnia prædicent: & eandem prædicationem prædicationi qua hortamur pigros, uel corripimus malos, non opinẽtur aduersam: quia & isti uiri cum sic prædicarent dei gratiam, ut unus eorum diceret in nullo gloriandũ, quando nostrum nihil sit: alter autem, non esse in potestate nostra cor nostrũ & nostras cogitationes: non tamen hortari & corripere destiterũt, ut fierent præcepta diuina. Nec timuerunt, ne diceretur eis: Quid nos hortamini? Quid corripitis, si nihil boni habeamus quod sit nostrũ, & si non est in potestate nostra cor nostrũ? Hæc ne dicerẽtur eis, nequaquam illi sancti ea mente timere potuerunt, qua intelligebant paucissimis esse donatum, ut nullo sibi homine prædicante, per ipsum dominum uel per angelos cœlorum doctrinã salutis accipiant: multis uero id esse donatũ, ut deo per homines credant. Quolibet tamen modo dicatur homini uerbum dei, proculdubio qui sic audit ut illi obediat, donum dei est. Vnde supradicti tractatores excellentissimi diuinorum eloquiorũ, & gratiã dei ueram sicut prædicanda est, prædicarunt, id est quã nulla merita humana præcedunt, & ad facienda diuina præcepta instanter hortati sunt, ut qui haberẽt donum obedientię, quibus iussis obediendũ esset, audirent: si enim gratiam merita nostra ulla pręcedunt, profecto aut facti alicuius, aut dicti aut cogitationis est meritũ, ubi & ipsa intelligitur uolũtas bona. Sed breuissime complexus est omnium genera meritorũ, qui dicit in nullo gloriandũ, quando nostrum nihil sit. Qui uero ait: Non est in nostra potestate cor nostrũ, & nostræ cogitationes: nec ipse facta & dicta præterijt: nõ em̃ est dictum factumúe hominis, quod non ex cordis cogitatione procedat. Quid autem amplius de hac re agere Cyprianus martyr gloriosissimus & doctor lucidissimus potuit, q̃ ubi nos in oratione dominica etiam pro inimicis fidei Christianæ orare oportere commonuit: ubi de initio fidei q̃ etiam hoc donum dei sit, quid sentiret ostendit: & pro perseuerantia usq; in finem, quia & ipsam nõ nisi deus eis qui perseuerauerunt donat, Ecclesiã Christi quotidie orare monstrauit. Beatus quoq; Ambrosius cum exponeret quod ait Lucas Euangelista, Visum est mihi: Potest, inquit, non soli uisum esse, quod sibi uisum esse declarat: non enim uoluntate tantum humana uisum est, sed sicut placuit ei qui in me loquit̃ Christus, qui ut id quod bonum est, nobis quoq; uideri bonũ possit, operat̃: quem enim miseratur & uocat. Et ideo qui Christum sequitur, potest interrogatus cur esse uoluerit Christianus, respondere, uisum est & mihi: quod cum dicit, nõ negat deo uisum: à deo enim præparatur uoluntas hominũ. Vt enim deus honorificetur à sancto, dei gratia est. Itemq; in eodem opere, hoc est in expositione eiusdem Euangelij, cũ ad illum uenisset locũ, ubi dominũ ad Hierusalem pergentem Samaritani recipere noluerunt: Simul discę, inquit, quia recipere noluit nõ simplici mente cõuersos: Nam si uoluisset, ex indeuotis fecisset deuotos. Cur aũt non receperunt eum, Euangelista ipse monstrat dicens: Quia facies eius erat euntis
Luc.9 in Hierusalẽ, discipuli aũt recipi intra Samariam gestiebant. Sed deus quos dignat̃ uocat, & quem uult religiosum facit. Quid euidẽtius, quid iustius à uerbi dei tractatoribus quærimus, si & ab ipsis quod in scripturis clarum est, audire delectat? Sed his duobus qui sufficere debuerunt, sanctum Gre
Gregorius Nazianzenus goriũ addamus & tertiũ, qui & credere in deum & quod credimus confiteri, dei donum esse testatur dicens: Vnius deitatis quæsumus uos, confitemini trinitatem. Si uero aliter uultis, dicite unius

Ambrosius super Lucam, in expositione proœmij

esse naturę, & deus uocem dari uobis à sancto spi A
ritu deprecabitur: id est rogabit deus ut permittat
uobis dari uocem, qua quod creditis cõfiteri pos-
sitis. Dabit enim, certus sum: qui dedit quod pri-
mum est, dabit & quod secundum: qui dedit cre-
dere, dabit & cõfiteri. Isti tales tantiq; doctores di
cẽtes nõ esse aliquid, de quo tanq; de nostro, quod
nobis deus non dederit gloriemur: nec ipsum cor
nostrum & cogitationes nostras in potestate no-
stra esse: & totum dantes deo, atq; ab ipso nos ac-
cipere confitentes, ut permansuri cõuertamur ad
eum, ut id quod bonũ est, nobis quoq; uideatur
bonũ, & quod uelimus illud, ut honoremus deũ,
& recipiamus Christũ, ut ex indeuotis efficiamur
deuoti & religiosi, ut in ipsam trinitatẽ credamus,
& confiteamur etiã uoce quod credimus: hæc uti-
que gratiæ dei tribuunt, dei munera agnoscunt, B
ab ipso nobis, non à nobis esse testãtur. Nunquid
aũt quisq; eos dicturus est, ita confessos istam dei
gratiã, ut auderent negare eius præscientiã, quam
non solũ docti, sed indocti etiã confitentur? Porrò
si hæc ita deum nouerãt dare, ut non ignorarent
eum daturum se esse præscisse, & quibus daturus
esset non potuisse nescire: pro cul dubio nouerant
prædestinationem, quam per Apostolos prædica
tam contra nouos hæreticos operosius diligen-
tiusq; defendimus: nec tamen eis obedientiam præ-
dicantibus, & ad eam sicut quisq; poterat feruen-
ter hortãtibus, ullo modo recte diceretur: Si non
uultis obedientiam ad quam nos accenditis, in no
stro corde frigescere, nolite nobis istã dei gratiam
prædicare, quã deũ dare fatemur, quã & nos ut fa
ciamus hortamini. Quamobrem si & Apostoli & C
Cap. XX doctores Ecclesiæ, qui eis successerunt, eosq;
imitati sunt, utrũq; faciebant: id est, & dei gratiam
quæ non secundũ merita nostra datur, ueraciter
prædicabant, & piam obedientiã præceptis salu-
bribus instruebant: quid est q̃ inuicta cõclusi uio-
lentia ueritatis recte se isti nostri dicere existimãt:
Et si uerũ est quod dicitur de prædestinatione be
neficiorum dei, non est tamen populis prædican-
dum. Prædicandũ est prorsus, ut qui habet aures
audiendi audiat. Quis aũt habet, si non accepit ab
illo qui ait: Dabo eis cor cognoscẽdi me, & aures
audientes? Certe qui non accipit, reñciat: dum ta-
mẽ qui capit, sumat & bibat, bibat & uiuat. Sicut
enim prædicanda est pietas, ut ab eo qui habet au D
res audiendi, deus recte colatur: prædicãda est pu-
dicitia, ut ab eo qui habet aures audiendi, nihil ge
nitalibus membris illicitũ perpetretur: prædicãda
est charitas, ut ab eo q̃ habet aures audiendi, deus
& proximus diligatur: ita & prædicanda est ista
prædestinatio beneficiorum dei, ut qui habet au-
res audiẽdi, non in seipso, sed in domino glorietur.
Quod autem dicunt, non opus fuisse huiuscemo-
di disputationis incerto minus intelligentium tot
corda turbari, quoniã non minus utiliter sine hac
definitione prædestinationis, per tot annos defen
sa est catholica fides, tum contra alios, tum maxi-
me contra Pelagianos, tot catholicorũ & aliorum
& nostris præcedentibus libris; multũ miror eos

dicere, nec attendere ut de alijs hic taceam, ipsos
libros nostros & anteq; Pelagiani apparere cœ-
pissent, conscriptos & ęditos, & uidere quàm mul
tis eorũ locis futurã nescientes Pelagianam hære
sim, credebamus prædicãdo gratiã, qua nos deus
liberat à malis erroribus & moribus nostris, non
præcedentibus bonis meritis nostris, faciens hoc
secundum gratuitam misericordiam suam. Quod
plenius sapere cœpi in ea disputatione quam scri-
psi ad beatæ memoriæ Simplicianũ, Episcopum
Mediolanensis Ecclesiæ, in mei episcopatus exor
dio, quando & initiũ fidei donum dei esse cogno-
ui & asserui. Quid aũt meorum opusculorum fre-
quentius & delectabilius innotescere potuit, q̃ li
bri confessionum mearum, cum & ipsos ædide-
rim antequam Pelagiana hęresis extitisset? In eis
certe dixi deo nostro, & sępe dixi: Da quod iubes,
& iube quod uis. Quæ mea uerba Pelagius Ro-
mæ, cum à quodã fratre coepiscopo meo fuissent
eo præsente cõmemorata, ferre non potuit, & cõ-
tradicens aliquanto commotius, penè cum eo qui
illa cõmemorabat litigauit. Quid uero nobis pri-
mitus & maxime deus iubet, nisi ut credamus in
eum? Et hoc ergo ipse dat, si bene illi dictũ est, da
quod iubes. Et in eisdem etiã libris quod de mea
conuersione narraui, deo me conuertente ad eam
fidem, quam miserrima & furiosissima loquacita-
te uastabam: nónne ita narratum esse meministis,
ut ostenderem me fidelibus & quotidianis matris
meę lachrymis ne petirem fuisse concessum? Vbi
utiq; prædicaui, non solũ auersas à recta fide, sed
aduersas etiã rectæ fidei, deum sua gratia ad eam
conuertere hominum uoluntates. De proficiente
porrò perseuerantia quemadmodum deum roga-
uerim, & scitis & potestis recensere cum uultis.
Omnia itaq; dei dona quæ in eodem opere siue
optaui, siue laudaui, quis non dicam negare, sed
dubitare saltem audeat deum daturum se esse pre-
scisse, & quibus daturus fuerit, nunquam potuisse
nescire? Hæc est prædestinatio manifesta & certa
sanctorum: quam postea diligentius & operosius
cum iã contra Pelagianos disputaremus, defende
re necessitas compulit. Didicimus enim singulas
quasq; hæreses intulisse Ecclesiæ proprias quæ-
stiões, cõtra quas diligẽtius defenderet scriptura
diuina, q̃ si nulla talis necessitas cogeret. Quid
aũt coegit loca scripturarũ q̃bus prędestinatio cõ-
mẽdata est, copiosius & enucleatius isto nostro
labore defendi, nisi q̃ Pelagiani dicunt, gratiã dei
secundum merita nostra dari: quod quid est aliud
q̃ gratiæ omnino negatio? Hæc ergo ut ingra- Cap. XXI
ta deo sententia destruatur, gratuitis dei benefi-
cijs quibus liberamur inimica, & initium fidei, &
in ea usq; in finem perseuerantiam secundum scri
pturas, unde iam multa diximus, dona dei esse de-
fendimus: quoniã si à nobis esse dicimus initiũ fi-
dei, ut ea cætera dei dona mereamur accipere, cõ-
cludunt Pelagiani gratiã dei secundũ merita no-
stra dari. Quod ita exhorruit catholica fides, ut
dãnari timẽs, hoc Pelagius ipse damnauerit. Itẽq;
si dicimus à nobis esse perseuerantiã nostrã, nõ à

domino

Universidad de Deusto
Biblioteca

domino, respondẽt illi, ita nos à nobis habere initium fidei sicut finẽ: sic argumentantes, multo magis nos habere à nobis illud initium fidei, si à nobis habemus permanere usq; in finẽ: cũ perficere quàm inchoare sit maius: ac sic identidem concludunt, gratiam dei secundum merita nostra dari. Si autem utrunq; dei donũ est, & hæc deus dona sua, quod negare quis potest? daturũ se esse præscuit, prædestinatio prædicãda est, ut possit uera dei gratia, hoc est, quæ non secundũ merita nostra datur, insuperabili munitione defendi. Et ego quidem in illo libro cuius est titulus, De correptione & gratia, qui sufficere nõ potuit omnibus dilectoribus nostris: puto me ita posuisse donũ dei esse, etiam perseuerare usq; in finẽ, ut hoc antea si me non fallit obliuio, tam expresse atq; euidenter, uel nusq;, uel pene nusquam scripserim. Sed ita hæc nõ dixi, ut ante me nemo dixerit. Beatus quippe Cyprianus in oratione dominica, sicut iam ostendimus, petitiones nostras ita exposuit, ut in ipsa prima petitione perseuerantiã nos doceret poscere: id nos orare asserens, dicẽdo: Sanctificetur nomen tuum: cum iam in baptismate sanctificati fuerimus, ut in eo quod esse cœpimus, pseueremus. Videant tamen ij quibus amantibus me ingratus esse non debeo, qui propter hoc quod in quæstionem uenit, omnia mea sicut scribitis, se profitentur amplecti: uideant, inquã, utrum in primi libri posterioribus partibus, eorũ duorũ quos mei episcopatus initio antequam Pelagiana hæresis appareret, ad Simplicianũ Mediolanensem Episcopum scripsi, remanserit aliquid quod uocetur in dubiũ, gratiã dei non secundũ merita nostra dari: & utrũ ibi non satis egerim, etiã initiũ fidei esse donum dei: & utrũ ex ijs quæ ibi dicta sunt, non consequenter eluceat, & si nõ sit expressum, etiã usq; in finẽ perseuerantiã nõ nisi ab eo donari, qui nos prædestinauit in suum regnũ & gloriam. Deinde ipsam epistolã quã iam contra Pelagianos ad sanctũ Paulinum Nolanum Episcopum feci, cui epistolæ contradicere modo cœperunt, nónne ante annos plurimos ẹdidi? Eã quoq; inspiciant quam dedi ad Sixtũ Romanę ecclesiæ presbyterũ, quando aduersus Pelagianos acerrima conflictatione certauimus: & talẽ reperient, qualis illa est ad Paulinum. Vnde recolant aduersus hæresim Pelagianam iam ante aliquot annos ista dicta esse atq; cõscripta, quæ nunc eis displicere mirandum est: quamuis neminem uelim sic amplecti oẽia mea ut me sequatur, nisi in ijs quibus me nõ errare perspexerit. Nam propterea nunc facio libros in quibus opuscula mea retractanda suscepi, ut nec meipsum in omnibus me secutum fuisse demonstrẽ: sed proficiẽter me existimo deo miserãte scripsisse, non tamen à perfectione cœpisse: quandoquidem arrogantius loquor q̃ uerius, si uel nunc dico me ad perfectionẽ sine ullo errore scribẽdi iam in ista ætate uenisse. Sed interest quantũ & in quibus rebus erretur, & q̃ facile quisq; corrigat, uel quãta pertinacia suũ defendere conetur errorem. Bonæ quippe spei est homo, si eũ sic proficiẽtem A dies ultimus uitæ huius inuenerit, ut adijciãtur ei quæ proficienti defuerunt, & perficiendus q̃ puniẽdus potius iudicetur. Quocirca, si hominibus qui propterea me dilexerũt, quia peruenit ad eos antecq̃ me diligerẽt aliqua mei laboris utilitas, no lo existere ingratus: quanto magis deo, quẽ nõ diligeremus, nisi prius dilexisset nos, & fecisset dilectiores suos? quoniam charitas ex ipso est: sicut dixerunt quos fecit magnos, non solũ amatores, ue rumetiã prædicatores suos. Quid est autem ingratius, q̃ negare ipsam gratiam dei, dicendo eam secundũ merita nostra dari? Quod in Pelagianis fides catholica exhorruit, quod ipsi Pelagio capitale crimen obiecit, quod ipse Pelagius nõ quidem amore ueritatis dei, sed tamen suæ damnationis timore damnauit. Quisquis aũt dicere gratiã dei B secundũ merita nostra dari, sicut catholicus fidelis exhorret: nec ipsam fidẽ subtrahat dei gratiæ, qua misericordiã cõsecutus est ut fidelis esset. Ac per hoc gratiæ dei tribuat perseuerantiã quoq; usque in finẽ, qua misericordiã consequitur, quã poscit quotidie ut non inferatur in tentationẽ. Inter initiũ aũt fidei & perfectionem perseuerantiæ, media sunt illa quibus recte uiuimus, quæ ipsi etiam donari nobis à deo fide impetrante consentiunt. Hæc aũt omnia, initiũ scilicet fidei, & cætera usq; in finẽ dona sua, deus largiturũ se uocatis suis esse præsciuit. Nimiæ igitur contentionis est, prędestinationi contradicere, uel de prędestinatione dubitare. Quæ tamen nõ ita populis prædicãda est, ut C apud imperitam uel tardioris intelligentiæ multitudinem redargui quodammodo ipsa sua prędicatione uideatur: sicut redargui uidetur & prescientia dei, quam certe negare non possunt, si dicatur hominib. siue curratis siue dormiatis, quod uos præsciuit qui falli non potest, hoc eritis. Dolosi autem uel imperiti medici est etiã utile medicamentum sic alligare, ut aut non prosit, aut obsit: sed dicendũ est: Sic currite, ut cõprehẽdatis, atq; ut ipso cursu uestro ita uos esse præcognitos noueritis, ut legitime curratis: & si quo alio modo dei prescientia prædicari potest, ut hominis segnitia repellatur. Quamuis ergo ita se habeat de prædestina Ca. XXII tione definita sententia uoluntatis dei, ut alij ex infidelitate, accepta uoluntate obediendi, conuertantur ad fidẽ, uel perseuerent in fide: cæteri uero D qui in peccatorũ damnabiliũ delectatione remorantur, si & ipsi prædestinati sunt, ideo nondũ surrexerunt, quia nondum eos adiutoriũ gratiæ miserantis erexit. Si qui eñ nondum sunt uocati, quos gratia sua prædestinauit eligendos, accipient eandem gratiã, qua electi uelint esse & sint. Si qui aũt obediunt, sed in regnũ eius & gloriã prædestinati non sunt, tẽporales sunt: nec usq; in finẽ in eadem obedientia permanebunt. Quamuis ergo hæc uera sint, non tamen isto modo dicenda sunt audientibus multis, ut sermo ad ipsos etiam cõuertatur, eisq; dicantur illa istorũ uerba quæ uestris literis indidistis, & quæ superius interposui: Ita se habet de prędestinatione definita sentẽtia uolũtatis dei, ut alij ex uobis de infidelitate, accepta obediendi uoluntate

uoluntate ueneritis ad fidē. Quid opus est dici, A
alij ex uobis? Si ēm Ecclesiæ dei loquimur, si cre-
dentibus loquimur, cur alios eorū ad fidem uenis-
se dicentes, cæteris facere iudicamur iniuriā: cum
possimus congruentius dicere: ita se habet de præ
destinatione definita sententia uolūtatis dei, ut ex
infidelitate ueneritis ad fidem accepta uoluntate
obediendi, & accepta perseuerantia maneatis in fi
de? Nec illud quod sequitur est oīno dicēdum,
id est, ceteri uero qui in peccatorum delectatione
remoramini, ideo nondū surrexistis, quia necdum
uos adiutoriū gratiæ miserantis erexit: cum bene
& conueniēter dici possit & debeat, Si qui autem
adhuc in peccatorum damnabilium delectatione
remoramini, apprehēdite saluberrimam disciplī-
nam. Quod tamen cū feceritis, nolite extolli qua- B
si de operibus uestris, aut gloriari quasi hoc nō ac-
Phil. 2 ceperitis: Deus est enim qui operatur in uobis &
uelle & operari pro bona uoluntate: & à domino
gressus uestri diriguntur ut eius uiam uelitis. De
ipso aūt cursu uestro bono rectoq; condiscite uos
ad prædestinationē diuinæ gratiæ pertinere. Item
quod sequitur & dicitur: Veruntamen si qui estis
nondum uocati, quos gratia sua prædestinauerit
eligendos, accipietis eandem gratiam qua uelitis
& sitis electi: durius dicitur q̄; dici potest, si nos
non quibuslibet hominibus loqui, sed Christi Ec
clesiæ cogitemus. Cur enim nō potius ita dicitur:
Et si qui sunt nondum uocati, pro eis ut uocentur
oremus? Fortassis ēm sic prædestinati sunt, ut no- C
stris orationibus concedantur, & accipiant ean-
dem gratiam, qua uelint esse atq; efficiātur electi.
Deus ēm qui omnia quæ prædestinauit impleuit,
ideo & pro inimicis fidei orare nos uoluit: ut
hinc intelligeremus q̄ etiā ipse infidelibus donet
ut credant, & uolentes ex nolentibus faciat. Iam
uero quod illis uerbis connectitur, miror si ullo
modo potest in populo christiano quisquam infir
mus patienter audire, cū dicitur eis: Et si qui obe-
ditis, si prædestinati estis reiiciendi, subtrahentur
uobis obediēdi uires, ut obedire cessetis. Hoc ēm
dicere quid uidet aliud esse, q̄; maledicereaut, ma
la quodammodo prophetare? Sed si & de ijs qui
non perseuerant aliquid placet dicere, uel necesse
est, cur non potius ita saltem dicitur, ut paulo- D
ante dictum est: primum, ut non de ipsis qui in po
pulo audiunt, hoc dicatur, sed de alijs ad ipsos. id
est, ut non dicatur: Si qui obaudistis, si prædestina
ti estis reiiciendi: sed si qui obaudiūt, & cætera per
uerbi personā tertiā dicantur, nō per secundam?
Res enim non optabilis, sed abominabilis dicit,
& durissime atq; odiosissime quasi in audientium
frontem compellendo colliditur, quando quis eis
quibus loquitur: dicit, Et si qui estis qui obeditis:
si prædestinati estis reiiciendi, subtrahentur obe-
diēdi uires ut obedire cessetis. Quid enim senten-
tiæ deperit, si ita dicatur: Si qui aūt obediūt, sed in
regnū eius & gloriam prædestinati non sunt, tem
porales sunt, nec usq; in finem in eadem obedien
tia permanebunt? Nónne & uerius eadē res & cō
gruentius dicitur ut non ipsis tantum malū tanq;

optare uideamur, sed de alijs referre, quod oderint A
nec ad se existiment pertinere, sperando orandoq;
meliora? Illo autē modo quo id dicendum putāt,
eadem sententia eisdem penè uerbis etiam de præ
scientia dei, quā certe negare non possunt, pronū-
ciari potest: ut dicatur: Et si qui obeditis, si præsci
ti estis reiiciendi, obedire cessabitis. Nēpe hoc ue-
rissimum est. ita sanè, sed improbissimū, importu-
nissimū, incongruentissimū, nō falso eloquio, sed
non salubriter ualetudini humanæ infirmitatis ap
posito. Illum etiā modum quo utendū esse in præ-
destinationis prædicatione nos diximus, loquēti
ad populū non existimo debere sufficere, nisi hoc
uel huiusmodi aliquid addat, ut dicat: Vos itaque
etiam ipsam obediendi perseuerantiā à patre lumi
num, à quo descendit omne datum optimum, & Iac. 1
omne donū perfectū sperare debetis, & quotidia-
nis orationibus poscere, atq; hoc faciēdo confide
re, non uos esse à prædestinatione populi eius alie
nos, quia etiam hoc ut faciatis, ipse largitur. Absit
aūt à uobis ideo desperare de uobis, quoniā spem
uestrā in ipso habere iubemini, nō in uobis. Male-
dictus ēm omnis homo qui spem habet in homi- Hier. 17
ne. Et, Bonum est cōfidere in domino q̄; confide Psal. 17
re in homine, quia beati omnes qui confidunt in
eū. Et hanc spem tenētes, seruite domino in timo-
re, & exultate ei cū tremore. Quoniā de uita æter
na quā filijs promissiōis promisit nō mēdax deus
ante tempora æterna, nemo potest esse securus, ni
si cū cōsummata fuerit ista uita quæ tēptatio est su-
per terram, sed faciet nos perseuerare in se usq; in
eius uitæ finē, cui quotidie dicimus: Ne nos infe- Mat. 6
ras in tentationē. Hæc atq; huiusmodi cū dicūtur
siue paucis Christianis, siue multitudini Ecclesiæ,
cur metuimus sanctorū prædestinationē & ueram
dei gratiā, id est, quæ non secūdum merita nostra
datur, sicut eam sancta scriptura prædicat, prædi-
care? An uero timendū est, ne tunc de se homo de-
speret, quādo spes eius ponenda demonstratur in
deo: nō aūt desperaret, si eam in seipso superbissi-
mus & infelicissimus poneret? Atq; utinam tardi
corde & infirmi qui non possunt, uel nondū pos-
sunt scripturas, uel earum expositiones intellige-
re, sic audirent uel nō audirent in hac quæstione
disputationes nostras, ut magis intuerētur oratio-
nes suas, quas semper habuit & habebit Ecclesia
ab exordijs suis donec finiatur hoc seculum.

De hac ēm re quā nunc aduersus nouos hæreti Ca. XXIII
cos, nō cōmemorare tantum, sed planè tueri & de
fensare cōpellimur, nunc̄; tacuit in precibus suis,
etsi aliquādo in sermonibus exerendā nullo urgē-
te aduersario putauit. Quando ēm non oratū est
in Ecclesia pro infidelibus atque inimicis eius ut
crederēt? Quando fidelis quisq; amicū proximū,
coniugē habuit infidelē, & nō ei petiuit à domino
mentē obedientē in Christianā fidem? Quis aūt
sibi unquā non orauit ut in domino permaneret?
Aut quis sacerdotē super fideles dominū inuocā-
tē, si quādo dixit: Da illis domine in te perseuera-
re usq; in finē, non solū uoce ausus est, sed saltem
cogitatione reprehēdere, ac nō potius super eius

talem

Universidad de Deusto

talem benedictionẽ, & corde credente & ore con
fitente respõdit, amen: cũ aliud in ipsa oratiõe do-
minica nõ orent fideles, dicẽtes maxime illud: Ne
nos inferas in tentationẽ: nisi ut in sancta obedien
tia perseuerent? Sicut ergo in his orationibus, ita
& in hac fide nata est & crescit & creuit Ecclesia,
qua fide creditur gratiam dei non secundũ merita
accipientiũ dari. Quandoquidem non oraret Ec-
clesia ut daretur infidelibus fides, nisi deũ crede-
ret & auersas & aduersas hominũ ad se cõuertere
uolũtates: nec oraret Ecclesia ut perseueraret in fi
de Christi, nõ decepta uel uicta tẽtationibus mun
di, nisi crederet dominũ sic in potestate habere cor
nostrũ, ut bonũ quod nõ tenemus nisi propria uo
luntate, nõ tamen teneamus nisi ipse in nobis ope
reꝛ & uelle. Nã si hęc ab ipso quidem poscit Eccle
sia, sed à seipso sibi dari putat, nõ ueras, sed perfun
ctorias orationes habet, quod absit à nobis. Quis
enim ueraciter gemat, desiderans accipere quod
orat à domino, si hoc à seipso se sumere existimet
non ab illo: præsertim, quoniã quid oremus sicut
Rom. 8 oportet nescimus, sed ipse spiritus, ait Apostolus,
interpellat pro nobis gemitibus inenarrabilibus?
Qui enim scrutatꝛ corda, scit quid sapiat spiritus,
quia secundũ deũ interpellat pro sanctis. Quid est,
ipse spiritus interpellat: nisi interpellare facit gemi
tibus inenarrabilibus sed ueracibus, quoniã ueri-
tas est spiritus? Ipse est eñ de quo alio loco dicit:
Gal. 4 Misit deus spiritũ filij̃ sui in corda nostra, claman-
tem Abba pater. Et hoc quid est, clamantẽ, nisi cla
mare facientẽ, tropo illo quo dicimus lætũ diem,
qui lætos facit? Quod alibi manifestat ubi dicit:
Nõ enim accepistis spiritũ seruitutis iterum in ti-
more, sed accepistis spiritũ adoptionis filiorum, in
quo clamamus Abba pater. Ibi dixit, clamantem:
hic uero, in quo clamamus: aperiẽs uidelicet quo-
modo dixerit, clamãtem: id est, sicut iam exposui,
clamare faciẽtem. Vbi intelligimus & hoc ipsum
esse donum dei, ut ueraci corde & spiritaliter cla-
memus ad deum. Attendãt ergo quomodo fallun
tur, qui putant esse à nobis, non dari nobis ut pe-
tamus, quæramus, pulsemus: & hoc esse dicunt
quo gratia prædicetur merito nostro ut sequatur
illa, cum accipimus petentes, & inuenimus quæ-
rentes, aperiturq; pulsantibus. Nec uolunt in-
telligere etiam hoc diuini muneris esse ut oremus,
hoc est petamus, quæramus atq; pulsemus. Acci-
pimus enim spiritum adoptiõis filiorũ, in quo cla
1. Cor. 12 mamus Abba pater. Quod uidit beatus Ambro-
sius: Ait enim, Et orare deũ, gratiæ spiritalis est:
sicut scriptũ est: Nemo dicit dominus Iesus, nisi in
spiritusancto. Hæc igitur quę poscit à domino, &
semper ex quo esse cœpit poscit Ecclesia, ista deus
uocatis suis daturũ se esse præsciuit, ut in ipsa præ
destinatiõe iam dederit, quod Apostolus sine am
2. Tim. 1 biguitate declarat. Scribẽs quippe ad Timotheũ:
Collabora, inquit, Euangelio secũdum uirtutem
dei saluos nos facientis, & uocantis uocatione sua
sancta: non secundum opera nostra, sed secũdum
suum propositum & gratiam, quæ data est nobis
in Christo Iesu ante tempora æterna, manifestata

A autem nunc per aduentum saluatoris nostri Iesu
Christi. Ille itaq; dicat Ecclesiam aliquãdo in fide
sua non habuisse ueritatẽ prædestinationis huius
& gratiæ, quæ nunc contra nouos hæreticos cura
diligẽtiori defenditur: Ille, inquam, hoc dicat, qui
dicere audet aliquando eã non orasse, uel non ue-
raciter orasse, siue ut crederẽt infideles, siue ut per
seuerarent fideles. Quę bona si semper orauit, sem
per ea dei dona esse utiq; credidit, nec ab illo sem-
per cognita unquã ei negare fas fuit. Ac per hoc
prædestinationis huius fidem, quæ contra nouos
hæreticos noua solicitudine nunc defenditꝛ, nun- C4. XXIIII
quam ecclesia Christi non habuit. Sed quid plu
ra? Satis docuisse me existimo, uel potius plusq;
satis, dona dei esse, & incipere in domino credere,
& usq; in finem in domino permanere. Cætera ue
B ro bona aduitam piã, qua deus recte colitur perti
nentia, etiam ipsi propter quos hæc agimus, dei
dona esse concedunt. Omnia porrò dona sua &
quibus ea fuerat largiturus, deum præscisse nega- 1. Cor. 11
re nõ possunt. Sicut ergo cætera prædicanda sunt,
ut qui ea prædicat obedienter audiatur: ita præde-
stinatio prædicanda est, ut qui obedienter hæc au
dit, nõ in homine, ac per hoc ut non in seipso, sed
in domino glorietur, quia & hoc dei præceptũ est
obedienter audire: id est, ut qui gloriatur in domi
no glorietur, similiter ut cætera dei donum est.
Quod donum qui non habet, non dubito dicere,
alia quæcunq; habet, inaniter habet. Hoc Pelagia
nis optamus ut habeant, istis autem nostris ut ple
nius habeant. Non itaq; simus in disputationibus
C prompti, & in orationibus pigri. Oremus dilectis-
simi, oremus, ut deus gratiam det etiam inimicis
nostris, maximeq; fratribus & dilectoribus no-
stris, intelligere & confiteri post ingentem & in-
effabilem ruinam qua in uno oñes cecidimus ne-
minem nisi gratia dei liberari: eãq; non secundum
merita accipientium tanquam debitam reddi, sed
tanquam ueram gratiam nullis meritis præceden
tibus gratis dari. Nullum autem est illustrius præ
destinatiõis exemplum quàm ipse Iesus: Vnde &
in primo libro iã disputaui, & in huius fine com-
mendare delegi: Nullum est, inquã, illustrius præ
destinationis exemplum q̃ ipse mediator. Quis-
quis fidelis uult eam bene intelligere, attendat
ipsum, atq; in illo inueniat & seipsum. Fidelis, in-
D quam, qui in eo ueram naturam credit, & confite
tur humanam, id est nostram, quamuis singulari-
ter suscipiente deo uerbo, in unicum filium dei
sublimatam, ita ut qui suscepit & quod suscepit,
una esset in Trinitate persona. Neq; enim homi-
ne assumpto quaternitas facta est, sed Trinitas
mansit, assumptione illa ineffabiliter faciente per-
sonæ unius in deo & homine ueritatẽ. Quoniam
non deum tantũ dicimus Christum, sicut hęretici
Manichæi: nec hominẽ tantũ sicut hæretici Pho-
tiniani: nec ita hominẽ ut aliquid minus habeat,
quod ad humanã certũ est pertinere naturã: siue
animã, siue in ipsa anima mentẽ rationalem, siue
carnẽ, nõ de fœmina sumptã, sed factã de uerbo in
carnẽ conuerso atq; mutato, quę omnia falsa & ua

na

na hæreticorum Apollinaristarum, tres partes ua A rias diuersasq; fecerunt. Sed dicimus Christum deum uerum, natum de deo patre sine ullo initio temporis, eundemq; hominem uerũ, natum de homine matre certa plenitudine temporis, nec eius humanitatẽ qua minor est patre, minuere aliquid eius diuinitatem, qua æqualis est patri: hoc aũt utrunq; unus est Christus, qui & secundum deum
Io.10 uerissime dixit: Ego & pater unũ sumus: & secun
Io.14 dum hominẽ uerissime dixit: Pater maior me est. Qui ergo hunc fecit ex semine Dauid hominem iustum, qui nunq; esset iniustus, sine ullo merito præcedentis uoluntatis eius, ipse ex iniustis facit iustos, sine ullo merito præcedẽtis uolũtatis ipsorum, ut ille caput, hi membra sint eius. Qui ergo fecit illũ hominẽ sine ullis eius præcedẽtibus me- B ritis, nullum quod ei dimitteretur, uel origine trahere, uel uoluntate perpetrare peccatũ: ipse nullis eorum præcedentibus meritis facit credentes in eũ, quibus dimittat omne peccatum. Qui fecit illum talẽ ut nunq; habuerit habiturusq; sit uoluntatem malam, ipse facit in membris eius ex mala uoluntate bonam. Et illũ ergo & nos prædestinauit, quia in illo ut esset caput nostrũ, & in nobis, ut eius corpus essemus, non præcessura merita nostra, sed opera sua futura præsciuit. Qui legũt hæc si intelligunt, agant deo gratias: qui aũt non intelligunt, orẽt ut eorũ ille sit doctor interior, à cuius facie est scientia & intellectus. Qui uero errare me existimant, etiam atq; etiã diligenter quę sunt C dicta cõsiderent, ne fortassis ipsi errẽt. Ego autem cum per eos qui meos labores legunt, non solum doctior, uerumetiã emendatior fio, propitiũ mihi deum agnosco: & hoc per Ecclesiæ doctores maxime expecto, si & in ipsorũ manus uenit, dignenturq; nosse quod scribo.

AD LECTOREM

Hoc opusculum de prædestinatione dei, non esse Augustini uel ipsa breuitas arguit. Deinde hoc docet, quod Augustinus fortiter refellit, prædestinationẽ esse ex operibus nostris. uidetur fragmẽtum alicuius libri, cui studiosus quisquam proœmium & clausulam attexuit

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE Prædestinatione dei. D

Caput I

E prædestinatione dei locuturi, anxietatibus quibusdã inuoluimur, quia dum conscientiam nostræ stoliditatis perscrutamur ab appetitu tam arduæ disputationis reprimimur. Sed dum ad omnipotentiam illius qui per os asi-
Num. 22 næ irrationalis, rationali sessori uerba uoluntatis suę monstrauit, mentẽ reducimus, sub spe superni adiutorij, ad audendum uires accipimus, scientes quia quicquid boni loquimur uel facimus, nõ ex nobis hoc, sed ex deo accipimus. In primis ne- *Cap. II* fas est dicere, deum aliquid nisi bonum prædestinare. Sed prædestinationum, alię sunt alligatiõis, aliæ conditionis: istæ sunt iustitiæ, illæ potentiæ. Vt lucidius fiat quod dicitur, quæ sunt alligatiõis & potentiæ, quæ conditionis & iustitiæ, demonstretur. Creauit deus cœlum & terrã, solem & lunam, diem & noctẽ: prædestinauit insuper ut cœlum semper uolueretur, terra immobilis circumuoluenti cœlo loco centri haberetur: sol & luna diei noctiq; præessent: dies & nox certis temporibus uicissim succederẽt. Hæ prædestinationes potentiæ sunt & alligationis. Vnũquodq; eñ eorum quæ prædiximus, sic alligatum est suo operi per prædestinationẽ dei, ut ab eo dimoueri nõ possit. Creauit deus hominẽ, & prædestinauit ut si obediens esset, ac à gustu uetiti pomi se abstineret, in uita permaneret: sin aũt inobediens esset, sententiam mortis subiret. Hæc prædestinatio cõditiõis est & iustitiæ. Nõ enim deus ante casum hominis sic eum per potentiam alligationis prædestinauit mori, ut necesse esset eum mori, sed sub ea conditione, si peccaret. Quia igitur peccauit homo, iustum erat ut moreretur: si non peccaret, nullo uinculo prædestinationis diuinæ, morti alligaretur. *Cap. III*

Mortis itaq; prædestinatio sub conditione fixa fuit in deo, propter casus humani præscientiam: non tamen uim faciens in homine per potentiam, ut duceret eũ ad mortis sententiam. Ergo prędestinatio huiusmodi nõ absolute est causa mortis, sed peccatũ causa prędestinatiõis & mortis. Nõ enim sic dicitur de hominis morte, ut de cœli uolubilitate. Interroganti enim alicui, quare cœlum uoluitur? respondemus, quia deus prędestinauit. Hæc responsio absoluta est, nec aliam quærit. Si aũt aliquis quærit, quare homo moritur? nõ absolute respõdere possumus, quia deus prædestinauit: non enim prædestinaret, nisi eum peccaturum præsciret. Peccatũ quippe in homine, in deo incitat zelum iustitiæ: zelus uero iustitiæ, prędestinatiõem: prædestinatio aũt attrahit mortẽ. Et huius concatenationis initium & finis in homine est. Quare enim homo moritur? Quia deus prædestinauit. Quare deus prędestinauit? Quia iustus est, & iuste facit. Quare iuste facit? Quia homo peccauit. Ecce ex homine peccatũ, & in homine mors. Est qui dicat: quomodo possit esse peccatũ causa prædestinatiõis, cũ esset prædestinatio anteq; peccaret homo? Ille audiat, quia omnia anteq; fiant, deus quasi facta pertractat, & siue sint puniẽda, siue muneranda, in præscientia sua dijudicat. Ecce homo infelix alligaẽ morti, non per dei prædestinatiõem, sed per suam offensionẽ. Quamuis enim prædestinatio offensionem præcurrat tempore, offensio tamen prædestinationem prędcedit effectione. Nam prędestinatio non fieret, nisi offensio futura esset: quam offensionem qui præsciuit esse, offensionis ultionem ut iustus iudex prædestinauit. Ex præscientia igitur offensiõis, prædestinatio emanauit ultionis: sicut ex præscientia uirtutis, prædestinatio fieri solet remuneratiõis. Vnde Apostolus ad Romanos

Universidad de Deusto

Rom.8 Romanos: Quos præsciuit, hos prędestinauit.
Cap.VIII Fortassis est qui dubitet ultionem offensionis à deo esse, quia grauis est & mala: uirtutis aũt remuneratiõem à deo esse manifeste fateatur, quia dulcis est & bona: cũ deus nullius mali, sed totius boni sit author. Huic dicendum est, quia offensio, & si homini est mala dum pœnã ingerit, apud deum est iusta dum peccata punit. Quod aũt iustum est, bonũ est. Prædestinatio igitur ultionis, quia iusta est, & bona. Vnde fons & origo boni per Esaiam
Esa.45 sic loquitur: Ego dominus formans lucẽ, & creãs tenebras, pacem faciens, & creans malũ. Quasi dicat: Ego dominus faciens pacẽ ex me, creans malũ ex te tibi. Pro peccatis eñ tuis bellũ tibi tribuo quod mereris, quod & si apud me sit iustũ, ex te tamen tibi sit malũ: quia non ex me, sed ex te peccasti, & pro peccato pœnã tibi creo, quæ apud me est iusta, tibi aũt mala. Huiusmodi ergo malum creat deus, quod per se sibi sit iustũ, ex homine fit homini malũ. Vna enim eademq; res aliter atq; aliter inter homines etiã accepta, bona est & mala. Vt bellũ de quo supra diximus, uictis est malum, uincentibus bonũ. Quapropter & mors, quæ est ultio præuaricatiõis, & iusta est & mala. Iusta quidem ex iusto iudice, mala aũt ex misero peccatore. Hæc etiã eademq; mors quibusdã hominibus est mala, quibusdã aũt bona: quia hos de ignominia ducit ad gloriam, illos uero de gloria ad ignominiam. Ignis quoq; lignis, stipulis, uestimẽtis est nociuus, cupro aũt & argento & auro proficuus: quia hæc excoquit & puriora reddit, illa uero inflammat, & penitus consumit. Cũ hæc ita sint, nõ uereamur dicere, mortẽ esse prædestinatam à deo: quia & si nobis est mala, à deo tamen propter præscientiã præuaricatiõis prædestinata est iusta. Vn
Psal.61 de & Psalmista: Quia tu reddis unicuiq; iuxta opera sua. Vnde enim & bonis gloria perennis, & malis mors infelix, nisi ab eo qui reddit unicuiq; secundũ opera suа? Non tamen pure à deo mors, sed fit ex hominis præuaricatione, per iustitiã dei in hominis pœnam: Hoc ideo, quia sunt nonnulli qui diabolum sic ponunt mortis authorem, quasi ultionis iudicem. Author est quidem mortis per suggestionem peccati: sed per potentiam retributionis, nec author, nec creator. Est & pœnarum custos & exhibitor, nec tamen ex propria
Cap.V potẽtia, sed ex cõcessione diuina. Sed ijs quæ
Sap.1 præscripsimus quidã opponunt quod scriptũ est: Mortẽ deus non fecit unq;. Quibus non surda aure prætereundũ est, quod aliàs scriptum est: Mors & uita à deo est. Nã opponẽti, mortem deus non fecit unquam: oppono, mors & uita à deo est. His quippe oppositionibus in literatura nulla reconciliatio est, in intelligẽtia nulla repugnãtia. Mors enim sicut & uita, non tantũ dupliciter, sed etiam tripliciter intelligi potest: In primo nanq; homine, & animã & carnẽ deus creauit immortalẽ. Ante peccatũ ergo uixit anima, uixit caro, non sub interitus timore, sed sub immortalitatis conditiõe. At dum homo peccauit, anima obijt. Hæc est mors quam deus nõ fecit: Caro tamen uixit post mortem animæ, sed sub mortis expectatione. Mors ergo animæ peccatũ, mors carnis dissolutio elemẽtorũ, mors animæ & carnis, pœna infernalis. Sic & uita, alia est carnis & animæ ante peccatũ, alia carnis post peccatũ, alia animę & carnis post dissolutionem elementorũ. Vita quidẽ omnis à deo est, sicut & mors carnis, quæ est dissolutio elementorũ: & mors animæ & carnis, quæ est ultio offensionis. Mortẽ aũt animæ, quæ est cæterarũ principiũ & causa, nunq; fecit deus, qa scriptũ est: Qui 1.Pe.2
peccatum non fecit. Sed mortẽ animæ non sic intelligas ut mortẽ carnis. Moritur caro, solutiõem sui patiendo: moritur aũt anima non sic, sed uitam mutando. Iam quæ sint prędestinationes alligationis, quæ conditionis, satis ut reor dictũ est, Sed earum quæ conditionis sunt, aliæ ad gloriã, aliæ ad
B pœnam. Quos eñ deus suos fidei opere futuros esse prænouit, hos prędestinauit ad gloriam: quos absq; correctione diabolicæ persuasioni militaturos esse præsciuit, hos pro certo prædestinauit ad pœnam. Nauis mentis nostræ, nisi exercitio bonæ meditationis regatur, uentis uanarum cogitationũ afflãtibus, per diuersa fluctuabit, & demum sub periculo dimersionis conquatietur.

Finis.

AD LECTOREM.

Præcedebant hoc opus duæ ad eundem Valentinum epistolæ, uerum eas reperies in epistolarum uolumine, xlvi. & xlvij.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER DE gratia & libero arbitrio, ad Valẽtinum, & cum illo monachis.

C ROPTER eos qui liberum hominis arbitriũ sic prædicant & defendunt, ut dei gratiam qua uocamur ad eum, & à nostris
P malis meritis liberamur, & per quam bona merita comparamus, quibus ad uitam perueniamus æternam, negare audeant & conentur auferre, multa
D iam disseruimus, literisq; mandauimus, quantum nobis dominus donare dignat⁹ est. Sed quoniam sunt quidã qui sic gratiã dei defendunt, ut negent hominis liberum arbitrium: aut quãdo gratia defenditur, negari existiment liberũ arbitriũ: hinc aliquid scribere ad uestrã charitatẽ Valentine frater & cæteri qui simul deo seruitis, cõpellente mutua charitate curaui. Nunciatum est enim mihi de uobis fratres, ab aliquibus qui in uestra cõgregatiõe sunt, & ad nos inde uenerunt, per quos & ista direximus, quòd de hac re dissensiões in uobis sint. Itaq; dilectissimi, ne uos perturbet huius quæstionis obscuritas: moneo uos primũ, ut de ijs quæ intelligitis, agatis deo gratias: quicquid est aũt quò peruenire nondũ potest uestræ mentis intẽtio, pa-
Cap.1

cem inter uos & charitatẽ ſeruantes, à domino ut intelligatis orate. Et donec uos ipſe perducat ad ea quę nondũ intelligitis, ibi ambulate quo peruenire potuiſtis. Hoc admonet Apoſtolus Paulus, qui cũ dixiſſet nondum ſe eſſe perfectum, paulo poſt ait: Quotquot ergo perfecti hoc ſapiamus, id eſt, ita nos eſſe perfectos, ut nondum ad perfectionem quæ nobis ſufficit uenerimus: cõtinuoq; ſubiunxit: Et ſi qd aliter ſapitis, hoc quoq; uobis deus reuelabit: ueruntamẽ in quod peruenimus, in eo ambulemus. Ambulando quippe in quod peruenimus, & quo nondũ peruenimus, peruenire poterimus, deo nobis reuelante ſi qd aliter ſapimus, ſi ea quæ iam reuelauit, nõ relinquamus. Reuelauit aũt nobis per ſcripturas ſuas ſanctas, eſſe in homine liberum uolũtatis arbitriũ. Quomodo autem reuelauerit cõmemoro uos, nõ humano eloquio, ſed diuino. Primũ quia ipſa diuina præcepta homini non prodeſſent, niſi haberet liberũ uoluntatis arbitriũ, quo ea faciens ad promiſſa præmia peruenireț. Ideo eñ data ſunt, ut homo excuſationem de ignorãtia nõ haberet: ſicut dominus dicit in Euangelio de Iudęis: Si nõ ueniſſem & locutus eis fuiſſem, peccatũ nõ haberent. Nunc aũt excuſationem non habent de peccato ſuo. De quo peccato dicit, niſi de illo magno, quo præſciebat eorum futurũ quando iſta dicebat, id eſt, quo eũ fuerant occiſuri? Neq; eñ nullũ habebãt peccatum, anteq; Chriſtus ueniſſet in carne ad eos. Itẽ dicit Apoſtolus: Reuelatur ira dei de cœlo in omnem impietatẽ & iniuſtitiã hominum eorum, qui ueritatem in iniquitate detinent, quia quod notum eſt dei manifeſtũ eſt in illis: deus enim illis manifeſtauit. Inuiſibilia eñ eius à creatura mũdi per ea quę facta ſunt, intellecta conſpiciunt, ſempiterna quoque uirtus eius ac diuinitas, ut ſint inexcuſabiles. Quomodo dicit inexcuſabiles, niſi de illa excuſatiõe qua ſolet dicere humana ſuperbia: Si ſciſſem, feciſſem: ideo nõ feci, qa neſciui. Aut, ſi ſcirẽ, facerẽ: ideo nõ facio, qa neſcio? Hæc eis excuſatio tollitur, quãdo præceptũ datur, uel ſcientia non peccandi manifeſtatur. Sed ſunt homines qui etiã de ipſo deo ſe excuſare conant̃, quibus dicit apoſtolus Iacobus: Nemo cũ tentatur, dicat quoniam à deo tentor. Deus eñ intẽtator malorũ eſt: ipſe aũt neminem tentat: unuſquiſq; uero tentatur à cõcupiſcentia ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia cũ conceperit, parit peccatũ. Peccatum uero cũ conſummatũ fuerit, generat mortẽ. Item de ipſo deo ſe excuſare uolentibus, reſpõdet liber prouerbiorum Salomonis: Inſipientia uiri uiolat uias eius, deũ aũt cauſat̃ in corde ſuo. Et liber Eccleſiaſticus dicit: Ne dixeris quia propter deũ receſſi, quę enim odit ne facias: Ne dixeris quia ipſe me induxit: non enim opus habet uiro peccatore: omne execramentũ odit dominus, & non eſt amabile timentibus eũ. Ipſe ab initio fecit illum, & reliquit illũ in manu conſilij ſui. Si uolueris cõſeruabis mandata, & fidem bonã placiti. Apponet tibi ignẽ & aquã, ad quodcũq; uolueris extẽdere manum tuã. In conſpectu uita & mors, & quodcũq; placuerit dabit̃ ei. Ecce apertiſſime uidemus expreſſum liberũ humanæ uolũtatis arbitriũ. Quid illud q̃ tam multis locis omnia mandata ſua cuſtodiri & fieri iubet deus? Quomodo iubet ſi non eſt liberũ arbitriũ? Quid beatus ille, de quo Pſalmus dicit, q̃ in lege domini fuit uoluntas eius, nónne ſatis indicat uoluntate ſua hominẽ in lege dei conſiſtere? Deinde tã multa mandata quæ ipſam quodammodo nominatim cõueniunt uolũtatẽ, ſicut eſt, Noli uinci à malo: & alia ſimilia: ſicut ſunt, Nolite fieri ſicut equus & mulus, in quibus nõ eſt intellectus: Et, Noli repellere conſilia matris tuæ: Et, Noli eſſe ſapiens apud teipſum: Et, Noli deficere à diſciplina domini: Et, Noli negligere legẽ: Et, Noli abſtinere benefacere egenti: Et, Noli fabricare in amicũ tuũ mala: Et, Noli intẽdere falla ci mulieri: Et, Noluit intelligere ut bene ageret: Et, Noluerunt accipere diſciplinã: & innumerabilia talia in ueteribus libris diuinorũ eloquiorum quid oſtendunt, niſi liberũ arbitriũ uoluntatis humanæ? In libris etiã nouis euangelicis & apoſtolicis, quid aliud oſtenditur ubi dicit̃: Nolite uobis condere theſauros in terra: Et, Nolite timere eos qui occidũt corpus: Et, Qui uult uenire poſt me, abneget ſemetipſum: Et, Pax in terra hominibus bonæ uolũtatis: Et quod dicit apoſtolus Paulus: Quod uult faciat, non peccat ſi nubat: qui aũt ſtatuit in corde ſuo nõ habens neceſſitatem, poteſtatem aũt habẽs ſuæ uolũtatis, & hoc ſtatuit in corde ſuo ſeruare uirginẽ ſuã, bene facit. Item dicit: Si aũt uolens hoc facio, mercedem habeo. Et alio loco: Sobrij eſtote iuſte, & nolite peccare. Et itẽrũ: Vt quemadmodũ promptus eſt animus uolũtatis, ita ſit & perficiendi. Et ad Timotheũ dicit: Cũ eñ in delicijs egerint in Chriſto, nubere uolũt. Et alibi: Sed & oẽs qui pie uolunt uiuere in Chriſto Ieſu, perſecutionẽ patient̃. Et ipſi Timotheo: Noli negligere gratiam quæ in te eſt. Et ad Philemonem: Ne bonũ tuum uelut ex neceſſitate eſſet, ſed ex uoluntate. Seruos etiã ipſos monet, ut dominis ſuis ex animo ſeruiant cũ bona uoluntate. Item Iacobus: Nolite itaq; errare fratres mei, & nolite in perſonarũ acceptione habere fidẽ domini noſtri Ieſu Chriſti, & nolite detrahere de alterutro. Item Ioannes in epiſtola ſua: Nolite diligere mundũ: & cętera huiuſmodi. Nempe ubi dicitur: Noli hoc, & noli illud, & ubi ad aliquid faciẽdum uel non faciendũ in diuinis monitis opus uoluntatis exigitur, ſatis liberũ demonſtratur arbitrium. Nemo ergo deũ cauſetur in corde ſuo, ſed ſibi imputet quiſq; cum peccat. Neq; cum aliquid ſecundum deũ operatur, alienet hoc à propria uoluntate. Quando enim uolens facit, tunc dicendum eſt opus bonũ, tunc ſperanda eſt boni operis merces ab eo, de quo dictum: Qui reddet unicuiq; ſecundum opera ſua. Qui ergo nouerũt diuina mandata, aufertur eis excuſatio, quã ſolent homines habere de ignorantia. Sed nec ipſi ſine pœna erũt qui legem dei neſciunt. Qui enim ſine lege peccauerũt, ſine lege peribunt: qui aũt in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. Quod mihi non uidetur

Phil. 3
Cap. II
Commemoro pro cõmonefacio
Ioan. 15
Rom. 1
Iac. 1
Eccl. 15
Pſal. 1
Rom. 12
Pſal. 21
Prouer. 1
Prouer. 3
Mat. 6
Mat. 10
Mat. 16
Luc. 2
1. Cor. 7
1. Cor. 9
1. Cor. 15
2. Cor. 8
1. Tim. 5
2. Tim. 3
1. Tim. 4
Iacob. 1
1. Ioan. 2
Mat. 6
Cap. III
Rom. 2

detur Apostolus ita dixisse,tanꝯ peius aliquid si- A dictus homo qui spem habet in homine:ut nemo
gnificauerit esse passuros qui legē nesciunt in pec habeat spem in altero homine, sed in se. Vt ergo
catis suis,ꝯ illos qui sciunt.Peius enim uidet esse ostenderet sic se admonuisse hominem, ut nec in
perire,ꝯ iudicari.Sed cum hoc de gētibus & de seipso haberet spem:propterea cum dixisset,Ma-
Iudęis loqueretur,quia illi sine lege sunt,isti aūt le ledictus homo qui spem habet in homine: mox
gem acceperūt:quis audeat dicere Iudæos qui in addidit,& firmat carnem brachij sui,Brachiū pro
lege peccant,non esse perituros, cū in Christum potentia posuit operandi.In nomine aūt carnis in-
non crediderunt, quandoquidē de illis dictū est, telligēda est humana fragilitas: ac per hoc firmat
per legem iudicabūtur?Sine fide enim Christi ne carnem brachij sui, qui potentiā fragilē atq; inua-
mo liberari potest,ac per hoc ita iudicabuntur ut lidam,id est,humanam sibi sufficere ad bene ope
pereāt.Nam si peior est cōditio nescientiū quàm randum putat, nec adiutorium sperat à domino.
scientium legem dei, quomodo uerum erit quod Propter hoc enim subiecit:Et à domino discedit
Luc.12 dominus in Euangelio ait: Seruus qui nescit uo- cor eius. Talis est hęresis Pelagiana,non antiqua,
luntatem domini sui, & facit digna plagis,uapula sed ante non multum tempus exorta:cōtra quam
bit pauca:seruus aūt qui scit uoluntatem domini hæresim cum fuisset diutius disputatū, etiam ad
sui,& facit digna plagis,uapulabit multa.Ecce u- B concilia episcopalia nouissima necessitate peruen
bi ostēdit grauius peccare hominē scientē quàm tum est:unde uobis non quidē omnia, sed tamen
nescientem, nec tamē ideo confugiendum est ad aliqua legenda direxi.Nos ergo ad bene operan-
ignorantiæ tenebras, ut in eis quisq; requirat ex- dum spem non habeamus in homine, firmantes
cusationē.Aliud est enim nescisse, aliud scire no- carnem brachij nostri,nec à domino discedat cor
Psal.35 luisse.Voluntas quippe in eo arguitur, de quo di- nostrum,sed ei dicat:Adiutor meus esto,ne dere- Psal.26
Ignorantia simpliciter non excusat citur:Noluit intelligere ut bene ageret. Sed & illa linquas me neq; despicias me,deus salutaris me⁹.
ignorātia quæ nō est eorum qui scire nolunt,sed Proinde charissimi,sicut superioribus testimonijs
eorum qui tanꝯ simpliciter nesciūt,neminem sic scripturarum probauimus sanctarum, ad bene ui
excusat, ut sempiterno igne nō ardeat:si propter- uendum & recte agendū esse in homine liberū uo
ea non credidit, quia non audiuit omnino quod luntatis arbitriū:sic etiam de gratia dei, sine qua
crederet, sed fortassis ut mitius ardeat:nō em̄ sine nihil boni agere possumus, quæ sint diuina testi-
Psal.75 causa dictū est:Effunde iram tuā in gentes quę te monia uideamus. Ac primū de ipsa uestra profes-
2.Thes.1 nō nouerunt. Et illud quod ait Apostolus: Cū ue sione aliquid dicam: neq; enim congregaret uos
nerit in flāma ignis dare uindictā in eos, qui igno ista societas in qua continenter uiuitis, nisi uolu-
rant deū. Veruntamen ut habeamus & ipsam sci C ptatē cōiugalē contēneretis.Hinc aūt dño loquē-
entiam,ne dicat unusquisq;,nescisti, non audisti, ti cum dixissent discipuli:Si talis est causa homini Matt.19
non intellexi,uoluntas cōuertitur humana ubi di cū uxore,nō expedit nubere:respōdit eis,Nō oēs
Prou.31 citur:Nolite esse sicut equus & mulus,quibus nō capiunt uerbū hoc,sed quibus datū est. Nunquid
est intellectus:quamuis peior appareat de quo di- nō liberū arbitriū Timothei est exhortatus Apo
Prou.29 ctum est,Verbis non emendabitur seruus durus: stolus dicens:Contine teipsum?Et in hac re pote 1.Tim.5
si enim & intellexerit,non obaudiet.Quando aūt statē uoluntatis ostendit:ubi ait, Non habens ne- 1.Cor.7
dicit homo:Non possum facere quod præcipitur, cessitatem: potestatem aūt habens suæ uolūtatis,
quoniam cōcupiscentia mea uincor:iam quidem ut seruet uirginem suam:& tamen nō omnes ca-
de ignorantia non habet excusationē, nec deum piunt uerbum hoc,sed quibus datū est:quibus em̄
causatur in corde suo,sed malum suū in se cogno- non est datum, aut nolunt,aut non implent quod
Rom.12 scit & dolet:cui tamen dicit Apostolus: Noli uin uolunt:quibus aūt datum est, sic uolūt ut impleāt
ci à malo,sed uince in bono malū. Et utiq; cui di- quod uolunt.Itaq; ut hoc uerbum, quod non ab
citur,noli uinci,arbitriū sine dubio uolūtatis eius omnibus capitur, ab aliquibus capiatur, & dei
conuenitur:uelle enim & nolle propriæ uoluntā- donum est,& liberum arbitriū. De ipsa quoq; pu
Cap.IIII tis est. Sed metuendum est ne ista omnia diuina D dicitia cōiugali nempe Apostolus ait:Quod uult
testimonia,& quæcunq; alia sunt quæ sine dubita facias,nō peccat si nubat & tamen etiam hoc dei
tione sunt plurima,in defensiōe liberi arbitrij sic donum est, dicente scriptura:A domino iungitur Prou.19
intelligantur,ut ad uitā piam & bonā conuersatio mulier uiro. Ideo doctor gentium & pudicitiam
nem, cui merces æterna debetur,adiutorio & gra coniugalem per quam non fiunt adulteria, & per
tiæ dei locus non relinquatur: & audeat miser ho fectiorem continentiam,per quam nullus concu
mo quando bene uiuit & bene operat̄, uel potius bitus quęritur,sermone suo commendans:& hoc
bene uiuere & bene operari sibi uidetur, in seipso & illud donum dei esse monstrat,scribens ad Co
non in domino gloriari,& spem recte uiuendi in rinthios,& admonens coniuges ne se inuicē frau
seipso ponere,ut sequatur eū maledictum Hiere- dēt:quos cū admonuisset,adiecit: Vellem autem
Hier.17 miæ Prophetæ dicentis: Maledictus homo qui oēs homines esse sicut meipsum: quia utiq; ipse
spem habet in homine, & firmat carnem brachij ab omni concubitu continebat. Et continuo sub
sui, & à domino discedit cor eius. Intelligite fra- iunxit:Sed unusquisq; proprium donum habet à
tres hoc propheticum testimoniū:quia enim non deo,alius sic,alius aūt sic.Nūquid tam multa quæ
dixit Propheta,Maledictus homo qui spem habet præcipiuntur in lege dei,ne fornicationes & ad-
in seipso,posset alicui uideri ideo dictū esse,Male- ulteria committantur, indicant aliud ꝯ liberum

Universidad de Deusto
Biblioteca

arbitrium? Neq; enim præciperentur, nisi homo haberet propriã uoluntatẽ, qua diuinis præceptis obediret: & tamẽ dei donũ est, sine quo seruari castitatis præcepta non possunt. Vnde ait ille in libro Sapientiæ: Cum scirẽ quia nemo esse potest continens nisi deus det: & hoc ipsum erat sapientiæ, scire cuius esset hoc donũ. Vt aũt ista non seruentur castitatis sancta mandata, unusquisq; tentatur à concupiscentia sua abstractus & illectus. Vbi si dixerit: uolo seruare, sed uincor à concupiscentia mea: respondet scriptura libero eius arbitrio, quod iã superius dixi: Noli uinci à malo, sed uince in bono malum: quod tamen ut fiat, adiuuat gratia, quæ nisi adiuuerit, nihil lex erit nisi uirtus peccati. Augetur enim concupiscentia, & maiores uires accipit lege prohibẽte, nisi adiuuet spiritus gratiæ. Hoc est quod dicit ille ipse doctor gentiũ: Aculeus aũt mortis est peccatũ, uirtus uero peccati lex. Ecce unde dicit homo: Volo legis seruare mandatũ, sed uirtute concupiscentiæ meę uincor. Et cum uoluntas eius conuenitur & ei dicitur: Noli uinci à malo: quid ei prodest nisi gratia succurrẽte fiat? Quod ipse Apostolus secutus adiunxit: nam & cũ dixisset, uirtus peccati lex: continuo subiecit: Gratias aũt deo, qui dat nobis uictoriam per dominum nostrũ Iesum Christum. Ergo & uictoria qua peccatum uincit, nihil aliud est q̃ donum dei, in isto certamine adiuuantis liberum arbitrium. Propter quod dicit & cœlestis magister: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Ergo unusquisq; contra suam concupiscentiã dimicans oret, ne intret in tentationem: id est, ne sit ab illa abstractus & illectus. Non aũt intrat in tentationem, si uoluntate bona uincat concupiscentiam malam. Nec tamen sufficit arbitrium uoluntatis humanæ, nisi à domino uictoria concedatur oranti, ne intret in tentatiõem. Quid uero euidentius quàm dei ostenditur gratia, ubi quod oratur, accipitur? Si enim dixisset saluator noster: Vigilate ne intretis in tentationem: admonuisse uideretur tantummodo hominis uoluntatem: cum uero addidit, & orate, ostendit deum adiuuare, ne intretur in tentatiõem. Dictum est libero arbitrio: Fili noli deficere à disciplina domini: & dominus dicit: Ego rogaui p̃ te Petre, ne deficeret fides tua. Homo ergo gratia iuuatur, ne sine causa uolũtati eius iubeatur. Cum dicit deus, Conuertimini ad me, & conuertar ad uos: unum horum uidetur esse nostræ uoluntatis, id est, ut conuertamur ad deum: alterũ uero ipsius gratiæ, id est, ut etiam ipse conuertatur ad nos: ubi possunt putare Pelagiani suam obtinere sententiam, qua dicunt gratiã dei secundũ merita nostra dari. Quod quidem in Oriente, hoc est, in prouincia Palæstina, in qua est ciuitas Hierusalem, cũ ipse Pelagius ab Episcopis audiretur, affirmare non ausus est. Nam inter cętera quę illi obiecta sunt, & hoc obiectũ est, quòd diceret gratiam dei secũdum merita nostra dari: quod sic alienum est à catholica doctrina, & inimicum gratiæ Christi, ut nisi hoc obiectum sibi anathematizasset, ipse inde anathematizatus existet. Sed fallaciter eum anathematizasse posteriores eius indicãt libri, in quibus oñino nihil aliud defendit, q̃ gratiam dei secundum merita nostra dari. Talia ergo de scripturis colligunt, quale est hoc unum quod pauloante dixi: Cõuertimini ad me & conuertar ad uos: ut secundum meritũ conuersionis nostrę ad deum, detur gratia eius, in qua ad nos & ipse conuertitur. Nec attendũt qui hoc sentiunt, quia nisi donũ dei esset etiã ipsa ad deum nostra conuersio, nõ ei diceretur: Deus uirtutum conuerte nos. Et, Deus tu conuertens uiuificabis nos. Et, Cõuerte nos deus sanitatum nostrarum: & huiusmodi alia quæ commemorare longũ est. Nam & uenire ad Christũ, quid est aliud nisi ad eum credendo conuerti: & tamen ait: Nemo potest uenire ad me, nisi datũ fuerit ei à patre meo? Item quod scriptum est in libro secundo Paralipomenon: Dominus uobiscum cum uos estis cum eo, & si quæsieritis eum, inuenietis: si aũt dereliqueritis eũ, derelinquet uos: manifestat quidem liberum uoluntatis arbitrium. Sed illi qui dicunt gratiam dei secundum merita nostra dari, ista testimonia sic accipiunt, ut dicant meritum nostrum in eo esse q̃ sumus cum deo: eius aũt gratiã secundum hoc meritum dari, ut sit & ipse nobiscũ. Item meritum nostrum in eo esse q̃ quærimus eum, & secundum hoc meritũ dari eius gratiam, ut inueniamus eum. Et in libro Paralipomenon primo quod dictum est: Et tu Salomon fili mi cognosce deũ, & serui ei in corde perfecto, & anima uolente: quia omnia corda scrutat̃ dominus, & omnem cogitationem mentium nouit: si quęsieris eũ, inuenietur tibi, & si dimiseris eum, repellet te in perpetuum: declarat uoluntatis arbitrium. Sed illi in eo ponunt meritum hominis, quod dictum est: Inuenietur tibi: & omnino laborant quãtum possunt, ostendere gratiam dei secundum merita nostra dari: hoc est, gratiam non esse gratiam. Quibus enim secundum meritum redditur, non imputatur merces secundum gratiam, sed secũdum debitum, sicut apertissime dicit Apostolus. Meritũ enim fuit quidem in apostolo Paulo, sed malũ, quando persequebatur Ecclesiam: Vnde dicit: Non sum idoneus uocari Apostolus, quia persecutus sum Ecclesiam dei. Cũ ergo haberet hoc meritũ malum, redditum est ei bonum pro malo, in eo quod secutus adiunxit: Sed gratia dei sum quod sum. Atq; ut ostenderet & liberum arbitriũ, mox addidit, Et gratia eius in me uacua non fuit, sed plus oñibus illis laborauí. Hoc enim liberũ arbitriũ hominis exhortatur & in alijs, quibus dicit: Rogauimus ne in uacuũ gratiam dei suscipiatis. Vt quid enim eos rogat si gratiã sic susceperũt, ut propriam perderent uoluntatẽ: tamen ne ipsa uoluntas sine gratia dei putetur boni aliquid posse, continuo cũ dixisset: Gratia eius in me uacua non fuit, sed plus omnibus illis laborauí: subiunxit atq; ait: Nõ ego aũt, sed gratia dei mecũ: id est, non solus, sed gratia dei mecũ: ac per hoc nec gratia dei sola, nec ipse solus, sed gratia dei cum illo. Vt aũt de cœlo uocaretur, & tam magna & efficacissima uocatione conuerteretur

Sap. 8
Iac. 1
Rom. 12
1. Cor. 15
Matt. 26
Prouer. 3
Luc. 22
Cap. V
Zach. 1
Psal. 79
Psal. 84
Io. 1
2. Par. 15
1. Par. 28
2. Cor. 6

uerteretur, gratia dei erat sola, quia merita eius erãt magna, sed mala. Denique & alibi dicit ad Timotheum: Collabora Euangelio secundũ uirtutem dei saluos nos facientis, & uocantis uocatiõe sua sancta, non secundũ opera nostra, sed secundũ suũ propositũ & gratiam, quæ data est nobis in Christo Iesu. Item merita sua, sed mala commemorans dicit: Fuimus enim stulti & nos aliquando & increduli, errantes, seruientes desyderijs & uoluptatibus uarijs, in malitia & inuidia agentes, abominabiles, inuicem odio habentes. Quid istis tã malis meritis nisi pœna utique debebatur? Sed deo reddente bona pro malis, per gratiam quę non secundum merita nostra datur, factum est quod deinde subiunxit, & dicit: Cum aũt benignitas & humanitas illuxit saluatoris nostri dei, non ex operibus iustitiæ quæ fecimus nos, sed secũdum suam misericordiam saluos nos fecit, per lauacrum regenerationis & renouatiõis spiritus sancti, quem ditissime effudit super nos, per Iesum Christũ saluatorem nostrum, ut iustificati ipsius gratia, hæredes efficiamur secundũ spem uitæ æternæ. His & talibus testimonijs diuinis probatur gratia dei non secundũ merita nostra dari, quandoquidem non solũ nullis bonis, uerumetiam multis meritis malis pręcedentibus uidemus datam, & quotidie dari uidemus. Sed plane cũ data fuerit, incipiunt esse etiam merita nostra bona, per illã tamen: nam si illã subtraxerit, cadit homo non erectus, sed pręcipitatus libero arbitrio. Quapropter quando cœperit homo habere merita bona, nõ debet sibi tribuere illa, sed deo, cui dicitur in Psalmo: Adiutor meus esto ne derelinquas me. dicendo, ne derelinquas me, ostẽdit quia si derelictus fuerit, nihil boni ualet ipse per se: unde & ille ait: Ego dixi in abundantia mea, non mouebor in æternum. Putauerat enim suum fuisse bonũ, quod ei sic abundabat ut non moueretur: sed ut ostenderetur illi cuius esset illud bonũ, de quo tanq; suo cœperat gloriari, paululum gratia dei deserẽte admonitus dicit: Domine in uoluntate tua, præstitisti decori meo uirtutem: Auertisti faciem tuã à me, & factus sum conturbatus. Ideo necessarium est homini, ut gratia dei non solum iustificetur impius, id est, ex impio fiat iustus, cum redduntur ei bona pro malis: sed etiã cum fuerit iam iustificatus ex fide, ambulet cũ illo gratia, & incũbat super ipsam ne cadat. Propter hoc scriptũ est in cantico cãticorũ de ipsa Ecclesia, Quæ est ista quæ ascẽdit dealbata, incũbens super fratruelem suũ? Dealbata est enim quę per seipsam alba esse non posset. Et à quo dealbata est, nisi ab illo, qui per Prophetam dicit: Si fuerint peccata uestra ut phœnicium, sicut niuẽ dealbabo? Quando ergo dealbata est, nihil boni mereatur: Iam uero alba facta, bene ambulat, sed si super eum à quo dealbata est, perseueranter incumbat: Propter quod & ipse Iesus super quem incũbit dealbata, dixit discipulis suis: Sine me nihil potestis facere. Ergo redeamus ad apostolum Paulum, quem certe inuenimus sine ullis meritis bonis, imò cum multis meritis malis dei gratiã con-

2. Tim. 1 — Ad Tit. 3 — Cap. VI — Psal. 26 — Psal. 29 — Cant. 8 — Io. 15

secutum, reddẽtis bona pro malis: uideamus quid dicat sua iam propinquante passione, scribens ad Timotheum: Ego enim iã immolor, inquit, & tẽpus resolutionis meæ instat: Bonum certamẽ certaui, cursum consummaui, fidẽ seruaui. Ista utiq; iam merita sua bona commemorat: ut post bona merita consequatur coronã, qui post merita mala consecutus est gratiam. Deniq; attendite quid sequatur: Superest, inquit, mihi corona iustitię, quã reddet mihi dominus in illa die iustus iudex. Cui redderet coronam iustus iudex, si non donasset gratiam misericors pater? Et quomodo esset ista corona iustitiæ, nisi præcessisset gratia quæ iustificat impium? Quomodo ista debita redderetur, nisi prius illa gratuita donaretur? Sed cũ dicunt Pelagiani hãc esse solam, non secundũ merita nostra gratiam, quia homini peccata dimittuntur: illã uero quæ datur in finem, id est ęternam uitam, meritis nostris præcedentibus reddi; respondendũ est eis. Si enim merita nostra sic intelligerẽt, ut etiam ipsa dona dei esse cognoscerẽt, nõ esset reprobanda ista sentẽtia: quoniam uero merita humana sic prædicant, ut ea ex semetipso habere hominem dicãt, prorsus rectissime respõdet Apostolus: Quis enim te discernit? Quid aũt habes quod non accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Prorsus talia cogitanti uerissime dicitur: Dona sua coronat deus, non merita tua: si tibi à te ipso, non ab illo sunt merita tua. hæc enim si talia sunt, mala sunt: quę mala sunt, non coronat deus: si autem bona sunt, dei dona sunt: quia sicut dicit apostolus Iacobus: Omne datũ optimum & omne donum perfectũ desursum est, descendens à patre luminum. Vnde dicit & Ioãnes præcursor domini nostri: Nõ potest homo accipere quicquam nisi fuerit ei datũ de cœlo: utiq; de cœlo, unde etiã uenit spiritussanctus, quando Iesus ascendit in altũ, captiuauit captiuitatẽ, dedit dona hominibus.

2. Tim. 4 — 1. Cor. 4 — Iac. 1 — Io. 3 — Cap. VII — 2. Cor. 3 — Deut. 8

Si ergo dei dona sunt bona merita tua, nõ deus coronat merita tua tanq; merita tua, sed tãquam dona sua. Proinde consideremus ipsa merita apostoli Pauli, quibus dixit coronam redditurum iudicẽ iustum, & uideamus utrum merita ipsius tanquam ipsius, id est ex ipso ei comparata, an dona sint dei. Bonum, inquit, certamen certaui, cursum consummaui, fidem seruaui. Primo ista bona opera, si non ea præcessissent cogitationes bonæ, nulla essent. Attendite itaq; quid de ipsis cogitationibus dicat, ait enim scribens ad Corinthios: Non quia idonei sumus cogitare aliquid à nobis tanq; à nobismetipsis, sed sufficientia nostra ex deo est. Deinde singula inspiciamus: Bonum, inquit, certamen certaui. Quæro qua uirtute certauerit, utrum quæ illi ex semetipso fuerit, an quæ desuper data sit? Sed absit ut tantus doctor gentiũ ignoraverit legẽ dei, cuius uox est in Deuteronomio: Ne dicas in corde tuo, fortitudo mea & potentia manus meæ fecit mihi uirtutem magnam hanc, sed memoraberis domini dei tui, quia ipse tibi dat fortitudinẽ facere uirtutem. Quid aũt prodest bonũ certamen, nisi sequatur uictoria? Et quis dat uictoriam

1.Cor.15 ctoriam, niſi ille de quo dicit ipſe: Gratias deo qui dat nobis uictoriã, per dñm noſtrum Ieſum Chriſtum. Et alio loco cũ cõmemoraſſet teſtimonium
Pſal.34 de Pſalmo: Quoniam propter te mortificamur tota die, deputati ſumus ut oues occiſionis: ſubiecit atq; ait: Sed in his omnibus ſuperuincimus per eum qui dilexit nos: nõ ergo per nos, ſed per eum qui dilexit nos. Deinde dixit: Curſum cõſummaRom.9 ui: ſed ille hoc dixit, qui alio loco dicit: Igitur non uolentis neq; currentis, ſed miſerẽtis eſt dei. Quæ ſententia nullo modo poteſt etiam ſic conuerti ut dicatur, non miſerentis dei, ſed uolentis & currẽtis eſt hominis. quiſquis enim hoc auſus fuerit dicere, aperte ſe oſtẽdit Apoſtolo cõtradicere. Po2.Tim.4 ſtremo dixit: Fidẽ ſeruaui: ſed ille hoc dixit, qui ali1.Tim.1 bi ait: Miſericordiã conſecutus ſum ut fidelis eſſem. Non enim dixit, Miſericordiã cõſecutus ſum quia fidelis erã, ſed ut fidelis eſſem: hinc oſtẽdens etiã ipſam fidẽ haberi niſi deo miſerãte nõ poſſe, & eſſe donũ dei. Quod apertiſſime docet, dicens:
Ephe.2 Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex uobis, ſed dei donũ eſt. Poſſent enim dicere, ideo accepimus gratiam, quia credimus, tanq; ſibi fidem tribuẽtes, gratiã deo: propter hoc Apoſtolus cum dixiſſet, per fidẽ, & hoc, inquit, non ex uobis, ſed dei donum eſt. Rurſus ne dicerẽt ſe ſuis operibus donũ tale meruiſſe: continuo ſubiecit: Nõ ex operibus, ne forte quis extollatur: non quia negauit, aut euacuauit opera bona, cũ dicat deũ unicuiq; reddere ſecũdũ opera eius: ſed quia opera ſunt ex
Abac.2 fide, non ex operibus fides, ac per hoc ab illo ſunt nobis opera iuſtitiæ, à quo eſt ipſa fides, de qua dictum eſt, Iuſtus ex fide uiuit. Homines aũt nõ in-
Rom.3 telligentes, quod ait ipſe Apoſtolus, arbitramur iuſtificari hominẽ per fidem ſine operibus legis: putauerunt eũ dicere ſufficere homini fidẽ, etiam ſi male uiuat & bona opera non habeat. Quod abſit ut ſentiret uas electiõis: qui cũ dixiſſet quodam
Gal.5 loco: In Chriſto enim Ieſu neq; circũciſio aliquid ualet, neq; præputiũ; mox addidit: Sed fides quæ per dilectionem operatur. Ipſa eſt fides quæ fideles dei ſeparat ab immũdis dæmonibus. nã & ipſi,
Iac.2 ſicut dicit apoſtolus Iacobus, credunt & contremiſcunt, ſed non bene operantur. Nõ ergo habẽt iſtam fidẽ ex qua iuſtus uiuit, id eſt, quæ per dilectionem operatur, ut reddat ei deus uitã æternam ſecundũ opera eius. Sed quia & ipſa bona opera nobis ex deo ſunt, à quo nobis & fides eſt, & dilectio, propterea idẽ ipſe doctor gentiũ, etiã ipſam
Cap.VIII uitã æternã gratiam nuncupauit. Et naſcitur inde non parua quæſtio, quæ domino donãte ſoluenda eſt. Si enim uita æterna bonis operibus redditur, ſicut apertiſſime dicit ſcriptura, Quoniã deus reddet unicuiq; ſecũdũ opera eius: quomodo gratia eſt uita æterna, cũ gratia non operibus reddatur,
Rom.4 ſed gratis detur, ipſo Apoſtolo dicẽte: Ei qui operatur, merces non imputatur ſecundũ gratiã, ſed
Rom.11 ſecundũ debitum. Et iterum: Reliquiæ, inquit, per electionem gratiæ ſaluæ factæ ſunt. Et mox addidit: Si aũt gratia, iã non ex operibus: alioquin gratia iam nõ eſt gratia. Quomodo eſt ergo gratia uita æterna, quæ ex operibus ſumitur? An forte uitam æternam non dixit Apoſtolus gratiam? Imò uero ſic dixit, ut negari omnino non poſſit, nec intellectorem acutum, ſed tãtummodo intentũ deſiderat auditorem. Cũ enim dixiſſet: Stipendiũ peccati mors: continuo ſubdidit: Gratia aũt dei uita Rom.6
æterna in Chriſto Ieſu domino noſtro. Iſta ergo quæſtio nullo modo mihi uidetur poſſe diſſolui, niſi intelligamus & ipſa bona opera noſtra q̃bus æterna redditur uita, ad dei gratiã pertinere: propter illud quod ait dominus Ieſus: Sine me nihil Io.15
poteſtis facere. Et ipſe Apoſtolus cũ dixiſſet: Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex uobis, ſed dei donũ eſt, non ex operibus, ne forte quis extollatur: uidit utiq; putare poſſe homines hoc ita dictum, quaſi neceſſaria non ſint opera bona credentibus, ſed eis fides ſola ſufficiat: & rurſus poſſe homines de bonis operibus extolli, uelut ad ea facienda ſibi ſufficiãt: mox itaq; addidit: Ipſius enim ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, quæ præparauit deus, ut in illis ambulemus. Quid eſt hoc, q̃ cum dei gratiam commendans dixiſſet, nõ ex operibus, ne forte quis extollatur: cur hoc dixerit rationem reddens, ipſius em̃ ſumus, inquit, figmentũ, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis? Quomodo ergo nõ ex operibus, ne forte quis extollatur? Sed audi & intellige, non ex operibus dictũ, tanq; tuis ex teipſo tibi exiſtẽtibus, ſed tanq; his in quibus te deus finxit, id eſt, formauit & creauit. Hoc enim ait: Ipſius ſumus figmentum, creati in Chriſto Ieſu in operibus bonis, non illa creatione qua homines facti ſumus, ſed ea de qua ille dicebat, q̃ utiq; iam homo erat, Pſal.50
Cor mundũ crea in me deus: & de qua dicit Apoſtolus: Si qua ergo in Chriſto noua creatura, uetera tranſierunt: Ecce facta ſunt noua, om̃ia autem 2.Cor.5
ex deo. Fingimur ergo, id eſt, formamur & creamur in operibus bonis, quæ non præparauimus nos, ſed præparauit deus ut in illis ambulemus. Itaq; chariſſimi, uita bona noſtra nihil aliud eſt q̃ dei gratia: ſine dubio & uita æterna, quæ bonæ uitæ redditur, dei gratia eſt: & ipſa enim gratis dat̃, quia gratis data eſt illa cui datur. Sed illa cui datur tantummodo gratia eſt, hæc autem quæ illi datur, quoniam prẽmium eius eſt, gratia eſt pro gratia, tãquam merces pro iuſtitia, ut uerum ſit quoniam uerum eſt, quia reddet unicuiq; deus ſecundum opera eius. Vtrũ autem legerimus in ſcri- Cap.IX
pturis ſanctis, gratiam pro gratia, forſitã quæritis: ſed habetis Euangelium ſecundum Ioannem Io.1
tanta luce clariſſimum, ubi Ioãnes Baptiſta de domino Chriſto dicit: Nos omnes ex plenitudine eius accepimus, & gratiã pro gratia. Ex eius itaq; plenitudine accepimus pro modulo noſtro tanquam particulas noſtras, ut bene uiuamus: ſicut deus partitus eſt menſuram fidei, quia unuſquiſq; propriũ donum habet à deo, alius ſic, alius autem ſic, & ipſa eſt gratia: & inſuper accipiemus & gratiam pro gratia, quando nobis uita æterna redditur. De qua dixit Apoſtolus: Gratia autem dei uita ẽterna, in Chriſto Ieſu domino noſtro; cũ prius

dixiſſet

Universidad de Deusto

dixisset: Stipendium peccati mors. Merito enim stipendium, quia militiæ diabolicæ mors æterna tanquam debitum redditur. Vbi cum posset dicere, & recte dicere: Stipendium autem iustitiæ uita æterna: maluit dicere: Gratia aũt dei uita æterna: ut hinc intelligeremus, non pro meritis nostris deum nos ad æternam uitam, sed pro sua miseratiõe perducere. De quo in Psalmo dicit homo animæ
Psal. 102 suæ: Qui coronat te in miseratione & misericordia. Nunquid non corona bonis operibus redditur? sed quia ipsa bona opera ille in bonis operatur, de
Philip. 2 quo dictum est: Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate, ideo dixit Psalmus: Coronat te in miseratione & misericordia: quia eius miseratione bona operamur, quibus corona reddetur. Non em̃, quia dixit: Deus est enim qui operatur in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate: ideo liberum arbitrium abstulisse putandus est. Quod si ita esset, non superius dixisset: Cum timore & tremore uestram ipsorum salutem operamini. Quando enim iubetur ut operentur, liberum eorum conuenitur arbitrium: sed ideo cum timore & tremore, ne sibi tribuendo q̃ bene operantur, de bonis tanquam suis extollantur operibus. Tanq̃ ergo interrogaret Apostol⁹, & diceretur ei, quare dixisti cum timore & tremore: horum uerborum rationẽ reddidit, dicens: Deus est enim qui operatur in uobis. Si enim timetis & tremitis, non extollimini tanquam de uestris operibus bonis, quia deus est qui operatur in uobis. Itaque fratres debetis quidem per liberum arbitrium non facere mala, & facere bona, hoc enim nobis lex dei præcipit in libris sanctis, siue ueteri-
Cap. X bus, siue nouis. Sed legamus & adiuuante do
Gal. 2 mino intelligamus Apostolum dicentem: Quia non iustificabitur ex lege omnis caro coram ipso: per legem enim cognitio peccati. Cognitio dixit, non consummatio. Quando autem cognoscit homo peccatum, si non adiuuat gratia ut cognitum caueatur, sine dubio lex iram operatur. Quod alio loco ipse Apostolus dicit, ipsius enim uerba sunt: Lex iram operatur. Hoc aũt dixit, quia ira dei maior est in præuaricatore, qui per legem cognoscit peccatum, & tamẽ facit: talis quippe homo præuaricator est legis: sicut & in alio loco dicit: Vbi em̃ lex non est, nec præuaricatio est. Propter hoc & a-
Rom. 7 libi ait: Vt seruiamus in nouitate spiritus, & nõ in uetustate literæ: legem uolens intelligi literę uetustatem, nouitatem uero spiritus quid nisi gratiam? Et ne putaret accusasse legẽ uel reprehendisse: continuo sibi opposuit quęstionẽ, & ait: Quid ergo dicemus: Lex peccatũ est? Absit. Deinde subiunxit: Sed peccatum nõ cognoui, nisi per legem: hoc est quod dixerat, per legẽ cognitio peccati. Nam cõcupiscentiam, inquit, nesciebam, nisi lex diceret:
Exod. 20 Non cõcupisces: occasione aũt accepta peccatum per mandatum operatum est in me omnem concupiscentiam: sine lege enim peccatum mortuum erat, ego autem aliquando uiuebã sine lege: aduenientе aũt mandato, peccatũ reuixit: ego aũt mortuus sum, & inuẽtum est mihi mandatũ quod erat
A in uita, hoc esse in morte: peccatum enim occasiõe accepta per mandatum fefellit me, & per illud occidit. Itaq; lex quidem sancta, & mandatũ sanctum & iustum & bonum. Quod ergo bonum est, mihi factũ est mors? Absit. Sed peccatũ ut appareat peccatum, per bonum mihi operatũ est mortẽ, ut fiat supra modum peccatũ per mandatum. Et ad Galatas dicit: Scientes aũt quoniã non iustificatur ho- Gal. 2
mo ex operibus legis nisi per fidẽ domini nostri Iesu Christi: & nos in Christo credidim⁹, ut iustificemur ex fide Christi, & nõ ex operibus legis, quoniam ex operibus legis non iustificabit omnis caro.

Quid est ergo q̃ uanissimi homines & puersissimi Pelagiani legẽ dicunt esse dei gratiã, qua iuuamur ad nõ peccandũ? Quid est miseri quod dicũt, Cap. XI
B qui sine ulla dubitatione tanto Apostolo contradicunt? Ille dicit peccatum uires aduersus hominem accepisse per legem, & eum per mandatum quamuis sanctum & iustum & bonum, tamen occidere, & per bonum operari ei mortem, de qua non liberaretur, nisi uiuificaret spiritus eũ quem litera occiderat: sicut alio loco dicit: Litera occidit, spiritus 2. Cor. 3
aũt uiuificat. Et isti indociles, contra legem dei cæci, & contra uocem dei surdi, occidentem literã uiuificare dicunt, & uiuificanti spiritui contradicũt. ergo fratres, ut ipsius potius Apostoli uerbis uos moneam, debitores sumus nõ carni ut secundum Rom. 8
carnẽ uiuamus: si enim secundum carnem uixeritis, moriemini: si aũt spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis. Hęc dixi, ut Apostolicis uer-
C bis liberum arbitriũ uestrũ à malo deterrerẽ, & exhortarer ad bonum: nec tamen ideo debetis in homine, hoc est, in uobisipsis, nõ in domino gloriari, quando non secundũ carnem uiuitis, sed spiritu actiones carnis mortificatis. Vt em̃ non se extollerent q̃bus ista dicebat, existimãtes se suo spiritu tãta hæc bona opera facere posse, non dei, propterea cum dixisset: Si aũt spiritu actiones carnis mortificaueritis, uiuetis; continuo subiecit: Quotquot enim spiritu dei aguntur, hi filij sunt dei. Quando ergo spiritu actiões carnis mortificatis ut uiuatis, illum glorificate, illum laudate, illi gratias agite cuius spiritu agimini, ut ista ualeatis, ut uos filios dei esse mõstretis: quotquot enim spiritu dei agun-
tur, hi filij sunt dei. Quotquot ergo adiuncto Cap. XII
D solo adiutorio legis, sine adiutorio gratiæ cõfidentes in uirtute sua, suo spiritu aguntur, nõ sunt filij dei. Tales sunt de quibus idem dicit Apostolus, q̃ ignorantes dei iustitiam, & suam uolentes cõstituere, iustitię dei non sunt subiecti. De Iudæis hoc dixit, qui de se præsumentes gratiam repellebant, & in Christum propterea non credebant. Suam uero iustitiam dicit eos uolentes constituere, quæ iustitia est ex lege, non quia lex ab ipsis constituta, sed in lege quę ex deo est suam iustitiam cõstituerunt, quando eandem legẽ suis uiribus se implere posse credebant, ignorantes dei iustitiam, non qua iustitia deus iustus est, sed quę iustitia est homini ex deo. Et ut sciatis hanc illum eorũ dixisse iustitiam quæ est ex lege, hanc autem dei quæ homini est ex deo, audite quid alio loco dicat, cum de Christo lo-

Philip.3 queretur:Propter quem omnia,inquit,non solum detrimenta esse credidi, uerũetiam ut stercora existimaui esse ut Christũ lucrifaciam, & inueniar in illo non habens meam iustitiã quæ ex lege est, sed eam quæ est per fidẽ Christi,quæ est ex deo.Quid est,non habens meam iustitiam quæ ex lege est, cũ sua non esset lex ipsa, sed dei: nisi, quia suam dixit iustitiam,quamuis ex lege esset, quia sua uoluntate legem se posse putabant implere sine adiutorio gratiæ,quæ est per fidem Christi: Ideo cum dixisset:Non habẽs meam iustitiam quæ ex lege est:secutus adiunxit. Sed eam quæ est per fidẽ Christi, quæ est ex deo . Hanc ignorabant, de quibus ait: Ignorantes dei iustitiam,id est,quæ est ex deo:hãc enim dat non litera occidens, sed uiuificans spiritus.Et suam uolentes cõstituere, quã dixit ipse ex lege iustitiam,cum diceret:Non habens meam iustitiam quæ ex lege est:iustitiæ dei non sunt subiecti , hoc est,gratiæ non sunt subiecti:sub lege enim erant,non sub gratia:& ideo eis dominabatur peccatum , à quo non fit homo liber lege,sed gratia.

Rom.6 Propter quod alibi dicit:Peccatũ enim uobis non dominabitur,non enim estis sub lege,sed sub gratia:nõ quia lex mala est,sed quia sub illa sunt quos reos facit iubendo, non adiuuando. Gratia quippe adiuuat ut legis quisq; sit factor,sine qua gratia sub lege positus tantũmodo erit legis auditor. Ta-

Galat. 5 libus itaq; dicit: Qui in lege iustificamini, à gratia

Cap. XIII excidistis. Quis ita sit surdus aduersus Apostolicas uoces, quis ita desipiat, imò insaniat nesciẽs quid loquat, ut audeat dicere, legẽ esse dei gratiã, cum clamet qui sciebat quid loqueretur:Qui in lege iustificamini à gratia excidistis? Si autem lex non est gratia, quia ut ipsa lex fiat, non potest lex adiuuare sed gratia, nunquid natura erit gratia? Nam & hoc Pelagiani ausi sunt dicere, gratiam esse naturam, in qua sic creati sumus ut habeamꝰ mentem rationalem qua intelligere ualeamus, facti ad imaginem dei, ut dominemur piscibus maris & uolucribus cœli,& omnibus pecoribus quę repunt super terram. Sed non hæc est gratia, quã commendat Apostolus per fidem Iesu Christi. Hanc enim naturam etiam cum impijs & infidelibus certum est nobis esse communem: gratia uero per fidem Iesu Christi eorum tantũmodo est,quorum est ipsa fides. Non enim omniũ est fides. Denique sicut eis qui uolentes in lege iustificari à gratia exciderunt, uerissime dicit : Si ex lege iustitia, ergo Christus gratis mortuus est:sic & his qui gratiam quam commendat & percipit fides Christi, putant esse naturam,uerissime dicitur: Si ex natura iustitia , ergo Christus gratis mortuus est. Iam hic enim erat lex, & non iustificabat, iam hic erat & natura & non iustificabat,ideo Christus nõ gratis mortuus est: ut & lex per illum impleretur,qui

Matt.5 dixit: Non ueni soluere legem , sed adimplere : & natura per Adam perdita, per illum repararetur, qui dixit uenisse se quærere & saluare quod perierat: in quem uenturum antiqui etiam patres crediderunt, qui diligebant deum . Dicunt etiam gratiam dei quæ data est per fidem Iesu Christi, quæ

A neq; lex est neque natura,ad hoc tantum ualere,ut peccata præterita dimittantur,non ut futura uitentur,uel repugnantia superentur.Sed si hoc uerum esset, uticq; in oratione dominica cum diximus: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris:nõ adderemus:Et ne nos inferas in tentationem. Illud enim dicimus ut peccata dimittantur,hoc autem ut caueantur,siue uincantur : quod à patre qui in cœlis est nulla ratione peteremus,si uirtute uoluntatis humanæ hoc posse mus efficere. Commoneo autem charitatem uestram , & multum exhortor ut beati Cypriani librum quem scripsit De oratiõe dominica,diligenter legatis,& quantum uos dominus adiuuerit, intelligatis memorięq; mandetis.Ibi uidebitis quem

B admodum sic alloquatur liberum arbitrium eorum quos conscriptione sui sermonis ædificat, ut ostendat tamen ea quæ implenda uidentur in lege, in oratione esse poscenda. Quod utique uanissime fieret , si ad illa agenda sine diuino adiutorio uoluntas humana sufficeret. Sed cum fuerint Cap. XIIII conuicti non defensores,sed inflatores & præcipitatores liberi arbitrij,quia neq; scientia diuinæ legis,neq; natura, neq; sola remissio peccatorum est illa gratia,quæ per Iesum Christum dominum nostrum datur,sed ipsa facit ut lex impleatur,ut natura liberetur , ne peccatũ dominetur. Cum ergo in his conuicti fuerint,ad hoc se conuertunt, ut quocunque modo conentur ostendere gratiam dei secundum merita nostra dari . Dicunt enim, etsi nõ Voluntas bona

C datur secundum merita bonorum operum , quia per ipsam bene operamur,tamen secundum merita bonę uoluntatis dat:quia bona uoluntas, inquiunt,præcedit orantis, quã præcessit uoluntas credentis, ut secundũ hęc merita gratia sequat exaudientis dei.Iam quidem de fide,hoc est de uoluntate credentis superius disputaui,usqueadeo eam demonstrans ad gratiã pertinere,ut Apostolus nõ diceret:Misericordiam consecutus sum, quia fidelis eram:sed diceret:Misericordiam consecutus sum, 1.Tim.1 ut fidelis essem . Sunt & alia testimonia,in quibus est quod ait:Sapite ad temperantiam, sicut unicui Rom.12 que deus partitus est mensuram fidei.Et quod iam commemoraui : Gratia salui facti estis per fidem, Ephe. 2 & hoc non ex uobis,sed dei donum est.Et illud qd'

D scripsit ad Ephesios:Pax fratribus & charitas cum Ephe.1 fide à deo patre, & domino Iesu Christo. Et illud, ubi ait: Quia uobis donatum est pro Christo,non Philip.1 solum ut credatis in eum, sed etiam ut patiamini pro eo. Vtrunq; ergo ad dei gratiam pertinet,& fides credentium, & tolerantia patientium, quia utrunq; dixit esse donatum:& illud maxime,ubi dicit:Habentes eundem spiritum fidei. non enim ait,scientiam fidei: sed,spiritum fidei: quod propterea dixit ut intelligeremus, quia fides & nõ petita concedit,ut ei petenti alia concedantur. Quomodo eĩ inuocabũt,inquit, in quem nõ crediderũt? Rom.10 Ergo spiritus gratiæ facit ut habeamus fidem, ut per fidem impetremus orando,ut possimus facere quæ iubemur:ideo ipse Apostolus assidue legi pręponit fidem, quoniam quod lex iubet, facere non

ualemus

ualemus, nisi per fidē rogando impetremus, ut fa-
cere ualeamus. Nam si fides liberi est tantummo-
do arbitrij, nec datur à deo, ꝓpter quid pro eis qui
nolunt credere, oramus ut credāt? Quod prorsus
faceremus inaniter, nisi rectissime crederemus e-
tiam peruersas & fidei contrarias uoluntates, om-
nipotentem deum ad credendum posse conuerte-
re. Liberū quidem hominis arbitrium pulsatur, u-
Psal.94 bi dicitur: Hodie si uocē eius audieritis, nolite ob-
durare corda uestra. Sed nisi posset deus etiam du-
ritiam cordis auferre, non diceret per Prophetam:
Ezech.11 Auferam ab eis cor lapideum, & dabo eis cor car-
neum: quod de nouo testamento fuisse prędictum,
2.Cor.3 satis Apostolus ostendit, ubi ait: Epistola nostra
uos estis, scripta non atramento, sed spiritu dei ui-
ui, non in tabulis lapideis, sed in tabulis cordis car
nalibus. Quod non ideo dictum putemus ut car-
naliter uiuant qui debent spiritaliter uiuere: sed
quia lapis sine sensu est, cui comparatum est cor
durum, cui nisi carni sentienti cor intelligens de-
buit cōparari? Sic enim hoc dicitur per Ezechie-
lem Prophetā: Et dabo eis, inquit, cor aliud, & spi
ritum nouum dabo eis, & euellam cor lapideū de
carne eorum, & dabo eis cor carneum, ut in pręce
ptis meis ambulent, & iustificationes meas obser-
uent, & faciant eas: & erunt mihi in populum, &
ego ero eis in deū, dicit dominus. Nunquid ergo
possumus nisi absurdissime dicere, bonum meritū
bonæ uoluntatis in homine pręcessisse, ut auellere
tur ab eo cor lapideum: quandoquidem ipsum cor
lapideum non significat nisi durissimam uolunta-
tem, et aduersus deum omnino inflexibile est? Vbi
enim præcedit bona uoluntas, iam nō est cor utiq;
lapideum. Nam & alio loco per eundem prophe-
tam deus manifestissime ostendit, non propter eo-
rum aliqua bona merita, sed propter nomen suum
Ezech.36 ista facere, ubi ait: Non propter uos ego facio do-
mus Israel, sed propter nomen meū sanctum quod
prophanastis in gentibus, quò intrastis illuc: & san
ctificabo nomē meum magnum quod prophana-
tum est in gentibus, quod prophanastis in medio
eorum, & scient gentes quia ego sum dominus, di
cit Adonai dominus, cū sanctificatus fuero in uo-
bis ante oculos eorū: & accipiā uos de gentibus,
& congregabo uos ex omnibus terris, & inducam
uos in terram uestram, & aspergam uos aqua mun
da, & mundabimini ab omnibus immunditijs ue-
stris, & ab omnibus idolis uestris mundabo uos:
& dabo uobis cor nouum, & spiritū nouum dabo
in uobis: & auferetur cor lapideū de carne uestra,
& dabo in uobis cor carneum, & spiritū meum da
bo in uobis: & faciam ut in iustificationibus meis
ambuletis, & iudicia mea obseruetis & faciatis.
Quis ita sit cæcus ut non uideat, quis ita lapideus
ut non sentiat istā gratiam non secundū merita bo
næ uoluntatis dari, domino dicente atq; testante:
Non propter uos ego facio domus Israel, sed pro-
pter nomen meū sanctū, quod prophanastis in gen
tibus? Quare enim dixit, ego facio, sed ꝓpter no-
men meum sanctū: nisi ne illi putarent propter bo-
na merita sua fieri, quod nō erubescūt dicere Pela-

giani? Non solum aūt bona merita eorū nulla, ue-
rumetiā mala merita pręcessisse demonstrat, dicen
do, sed propter nomē meum sanctū, quod propha-
nastis in gentibus. Quis non uideat horrendū ma-
lum esse nomē, sanctum domini prophanare? Et
tamen propter ipsum nomen meum, inquit, quod
prophanastis uos, ego faciam uos bonos, non pro
pter uos: & sanctificabo, inquit, nomen meum ma
gnum, quod prophanatū est in gentibus, qd' pro-
phanastis in medio eorū. Sanctificare se dicit no-
men suum, quod superius dixerat sanctū. Hoc est
ergo quod oramus in oratione dominica dicētes:
Sanctificet nomen tuum: ut sanctificetur in homi-
nibus, quod per seipsum sine dubio semper est san
ctum. Deniq; sequit: Et scient omnes gentes quo-
niam ego sum domin⁹, dicit Adonai dominus, cū
sanctificatus fuero in uobis. Cū ergo ipse semper
sit sanctus, sanctificat tamen in eis quibus largitur
gratiā suam, auferendo ab eis cor lapideū, per qd'
nomen domini prophanauerunt. Ne autē pute Cap. XV
tur nihil ibi facere ipsos homines per liberum arbi
triū, ideo in Psalmo dicitur: Nolite obdurare cor- Psal.94
da uestra. Et per ipsum Ezechielē: Proꝛjcite à uo- Ezech.18
bis omnes impietates uestras quas impie egistis in
me, & facite uobis cor nouū & spiritum nouum,
& facite omnia mandata mea. Vt quid moriemini
domus Israel, dicit dominus. quia nolo mortem
morientis, dicit Adonai dominus, sed conuertimi
ni & uiuetis. meminerimus deum dicere, sed con-
uertimini & uiuetis: cui dicitur: Conuerte nos de
us. Meminerimus deum dicere: Proijcite à uobis
omnes impietates uestras: cum ipse iustificet im-
pium. Meminerimus ipsum dicere: Facite uobis
cor nouū & spiritum nouū: qui dicit, dabo uobis
cor nouum, & spiritum nouum dabo uobis. Quo
modo ergo quod dicit, facite uobis: hoc dicit, da-
bo uobis? Quare iubet si ipse daturus est? Quare
dat si homo facturus est, nisi quia dat quod iubet,
& adiuuat ut faciat cui iubet? Semp est aūt in no-
bis uoluntas libera, sed nō semper est bona. Aut e-
nim à iustitia libera est, quando seruit peccato, &
tunc est mala: aut à peccato libera est, quando ser-
uit iustitiæ, & tunc est bona. Gratia uero dei semp
est bona, & per hanc fit ut sit homo bonę uolunta
tis, qui prius fuit uoluntatis malæ. Per hanc etiam
fit, ut ipsa bona uoluntas quæ iam esse cœpit, au-
geatur: & tam magna fiet ut possit implere diuina
mandata quæ uoluerit, cum ualde perfectecq; uo-
luerit. Ad hoc enim ualet quod scriptum est: Si Eccl. 15
uolueris, conseruabis mandata: ut homo qui uo-
luerit & non potuerit, nondum se plene uelle co-
gnoscat, & oret ut habeat tantam uoluntatem,
quanta sufficit ad implenda mandata. Sic quippe
adiuuatur ut faciat quod iubetur: tunc enim utile
est uelle, cum possumus: & tunc utile est posse, cū
uolumus. nam quid prodest, si quod non possu-
mus, uolumus, aut si quod possumus, nolumus?

Magnum aliquid Pelagiani se scire putant, Cap. XVI
quando dicunt: Non iuberet Deus quod sciret
non posse ab homine fieri. Quis hoc nesciat? Sed
ideo iubet aliqua quæ non possumus, ut noueri-
mus

Universidad de Deusto
Biblioteca

mus quid ab illo petere debeamus. Ipsa est enim fi
des, quæ orando impetrat quod lex imperat. De
nique ipse qui dixit: Si volueris, conseruabis man
data: in eodem libro Ecclesiastico aliquanto post
Eccl. 22 dicit: Quis dabit in ore meo custodiã, & super la
bia mea signaculum astutum, ne forte cadã ab eo,
& lingua mea perdat me? Iam certe mandata acce
Psal. 33 perat: Cohibe linguam tuam à malo, & labia tua
ne loquãtur dolum. Cum ergo uerum sit, quod di
xit: Si volueris, cõseruabis mandata: quare quærit
in ore suo dari custodiã, similis ei qui dicit in Psal
mo: Pone domine custodiam ori meo? Non ei
sufficit mandatum dei & uoluntas sua, quandoqui
dem si voluerit conseruabit mandata? Quàm mul
ta dei mandata sunt contra superbiam? iam nouit
ea, si voluerit conseruabit ea. Quare ergo paulo
Psal. 140 post dicit: Domine pater & deus uitæ meę, elatio
nem oculorũ ne dederis mihi? Iam dixerat ei lex:
Non concupisces: uelit ergo & faciat quod iube
tur: quoniã si voluerit, conseruabit mandata. Qua
re sequitur & dicit: Concupiscẽtiam auerte à me?
Contra luxuriam deus quàm multa mandauit? fa
Eccl. 23 ciat ea, quia si voluerit, cõseruabit mandata. Quid
est quod clamat ad deum: Ventris appetitio & cõ
cubitus ne apprehendat me? Si hoc ei præsenti
diceremus, rectissime nobis responderet & dice
ret: Ex ista oratione mea qua hæc à deo peto, intel
ligite quomodo dixerim, si volueris conseruabis
mandata. Certum est enim nos mandata seruare
si volumus, sed quia præparatur voluntas à domi
no, ab illo petẽdum est ut tantũ velimus, quãtum
sufficit ut volendo faciamus. Certum est nos uel-
le cum volumus, sed ille facit ut velimus bonum,
de quo dictum est, qđ pauloante posui, quòd pre
paratur voluntas à domino, de quo dictum est: A
Psal. 36 domino gressus hominis dirigentur, & uiam eius
Philip. 2 volet: de quo dictum est: Deus est qui operatur in
uobis et uelle & operari. Certum est nos facere cũ
facimus, sed ille facit ut faciamus, præbendo vi
res efficacissimas voluntati, qui dixit: Faciam ut
in iustificationibus meis ambuletis, & iudicia mea
obseruetis & faciatis. Cum dicit, faciam ut facia
tis: quid aliud dicit, nisi auferam à uobis cor lapi
deum, unde non faciebatis, & dabo cor carneum
unde faciatis? Et hoc quid est, nisi auferam cor du
rum, unde non faciebatis, & dabo cor obediẽs un
de faciatis? ille facit ut faciamus, cui dicit homo:
Pone domine custodiam ori meo: hoc est enim di
cere, fac ut ponã custodiã ori meo: quod benefici
Psal. 140 um dei iam fuerat consecutus, qui dixit: Posui ori
Cap. XVII meo custodiã. Qui ergo uult facere dei manda
tum & non potest, iam quidem habet voluntatem
bonam, sed adhuc paruam & inualidam: poterit
autem, cum magnã habuerit & robustam. Quan
do enim martyres magna illa mandata fecerunt,
magna utique uoluntate, hoc est, magna charita
Ioan. 15 te fecerunt: de qua charitate ipse dominus ait: Ma
iorem hac charitatem nemo habet, quàm ut ani
mam suam ponat quis pro amicis suis. Vnde &
Rom. 13 Apostolus dicit: Qui diligit proximum, legem im
pleuit: nam non adulterabis, non homicidium fa-

A cies, non furaberis, non cõcupisces: & si quod est
aliud mandatum, in hoc sermone recapitulat: Di
liges proximum tuum sicut teipsum. Dilectio pro Exodi 30
ximi malum non operatur: plenitudo ergo legis,
dilectio. Ipsam charitatem Apostolus Petrus non
dum habuit, quando timore dominum ter negaa
uit. Timor enim nõ est in charitate: sicut ait Ioan
nes Euangelista in Epistola sua, sed perfecta chari
tas foras mittit timorem: & tamen quamuis parua
& imperfecta, non deerat, quando dicebat domi
no: Animam meam pro te ponam, putabat enim Ioan. 13
se posse, quod se uelle sentiebat. Et quis istam etsi
paruam dare cœperat charitatem, nisi ille qui pre
parat uoluntatem, & cooperando perficit, quod
operando incipit? Quoniam ipse ut uelimus, ope-
B ratur incipiens, qui uolentibus cooperatur perfici
ens. Propter quod ait Apostolus: Certus sum quo Philip. 1
niam qui operatur in uobis opus bonum perfici-
et usq; in diem Christi Iesu. Vt ergo uelimus, sine
nobis operatur, cum aũt uolumus, & sic uolumus
ut faciamus, nobiscum cooperatur: tamen sine il
lo uel operante ut uelimus, uel cooperante cum
uolumus, ad bona pietatis opera nihil ualemus. Philip. 2
De operãte illo ut uelimus, dictum est: Deus est e
nim qui operatur in uobis & uelle. De cooperante Rom. 8
illo cum iam uolumus, & uolendo facimus: Sci
mus, inquit, quoniam diligentibus deum omnia
cooperantur ad bonum. Quid est omnia, nisi &
ipsas terribiles sæuasq; passiones? Sarcina quippe
illa quæ infirmitati grauis est, leuis efficit charita-
C ti. Talibus eñ dominus dixit esse suã sarcinam le
uem: qualis Petro fuit quãdo passus est pro Chri
sto, non qualis fuit quando negauit Christum.
Istam charitatem, id est, diuino amore ardentissi
mam uoluntatem commendans Apostolus, dicit:
Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio,
an angustia, an psecutio, an fames, an nuditas, an
periculum, an gladius; sicut scriptũ est: Quoniam Psal. 43
propter te mortificamur tota die, deputati sumus
uelut oues occisionis? Sed in his omnibus super
uincimus per eum qui dilexit nos. Certus sum eñ
quia neq; mors, neq; uita, neq; angeli, neq; princi
patus, neq; presentia, neq; futura, neq; altitudo, ne
que profundũ, neq; creatura alia poterit nos separa
re à charitate dei, quæ est in Christo Iesu domino 1. Cor. 15
nostro. Et alio loco dicit: Adhuc supereminentio-
D rem uiam uobis demonstro, si linguis hominũ lo
quar & angelorum, charitatem aũt non habeam, fa
ctus sum uelut æramentũ sonans, aut cymbalum
tinniens. Et si habuero prophetiã, & si sciero om
nia sacramẽta, et si habuero omnẽ fidem, ita ut mõ
tes transferã, charitatem aũt non habeã, nihil sum.
Et si distribuero omnia mea pauperibus, & si tradi
dero corpus meum ut ardeam, charitatem aũt non
habeam, nihil mihi prodest. Charitas magnanimis
est, benigna est, charitas non æmulatur, non agit
perperam, non inflatur, nõ dehonestatur, nõ quæ
rit quæ sua sunt, non irritatur, non cogitat malum:
non gaudet super iniquitate, congaudet autem ue
ritati: oñia tolerat, oñia credit, omnia sperat, oñia
sustinet, charitas nunq; cadit. Et paulopost: Manet,
inquit

Universidad de Deusto
Biblioteca

inquit, fides, spes, charitas, tria hæc, maior autē horum est charitas: sectamini charitatem. Item dicit
Gal.5 ad Galatas: Vos enim in libertatē uocati estis fratres, tantum ne libertatem in occasionem carnis detis, sed per charitatem seruite inuicem: Omnis enim lex in uno sermone impletur, in eo quòd diliges proximum tuum sicut teipsum: Hoc est quod
Rom. 13 ad Romanos ait: Qui diligit alterum, legem im-
Coloss. 3 pleuit. Item dicit ad Colossenses: Super omnia autem hæc charitatem, quæ est uinculum perfectio-
1. Tim. 1 nis. Et ad Timotheum: Finis, inquit, præcepti est charitas: & adiungens qualis charitas: De corde, inquit, puro, & conscientia bona, & fide nõ ficta. Ad Corinthios autem, cum dicit: Omnia uestra cum charitate fiant: satis ostendit etiam ipsas correptiones, quas asperas & amaras sentiunt qui corripiuntur, cum charitate esse faciendas. Vnde &
1. Thes. 5 alibi cum dixisset: Corripite inquietos, consolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes: mox subiunxit: Videte ne quis malũ pro malo alicui reddat. Ergo & quando corripiuntur inquieti, non malum pro malo, sed potius bonum redditur. Hæc autē omnia quæ nisi charitas
1. Pet. 4 operatur? Et Apostolus Petrus: Ante omnia, inquit, mutuam inter uos charitatem perpetuo habentes, quia charitas cooperit multitudinem pec-
Iacobi 2 catorum. Dicit etiam Apostolus Iacobus: Si tamē
Leuit. 19 legem perficitis regalem secundum scripturas: Diliges proximum tuum tanq̃ teipsum: benefacitis.
1. Ioan. 2 Item Ioannes Apostolus: Qui diligit, inquit, fra-
1. Ioan. 3 trem suum, in lumine manet. Et alio loco: Qui non est iustus, non est ex deo, & qui non diligit fratrem suũ: quia hæc est annũciatio quam audiuimus ab initio, ut diligamus inuicem. Itemq̃ alibi: Hoc est,
1. Ioan. 4 inquit, mandatum illius, ut credamus nomini filij eius Iesu Christi, & diligamus inuicem. Et iterum: Hoc, ingt, mandatũ habemus ab ipso, ut q̃ diligit deum, diligat & fratrem suum. Et paulo post: In
1. Ioan. 5 hoc, inquit, cognoscimus, quia diligimus filios dei cum deum diligimus, & mandata eius facim⁹: hæc est enim dilectio dei, ut præcepta eius seruemus, & præcepta eius grauia non sunt. Et in Epistola secunda scriptum est: Non quasi præceptum nouum scribam tibi, sed quod habuimus ab initio, ut diligamus inuicē. Dicit etiam ipse dominus Iesus in duobus præceptis dilectionis dei & dilectionis proximi, totā legem Prophetasq̃ pendere. De
Mar. 12 quibus duobus præceptis, in Euāgelio secundum Marcum scriptum est: Et accessit unus de Scribis qui audierat illos perquirentes, & uidens quoniã illis bene responderit, interrogauit eum: Quod est primum omnium mandatum? Iesus autem respon-
Deut. 6 dit ei: Primum omnium madatum est: Audi Israel dominus deus tuus deus unus est: Et diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua: hoc est primũ mandatum. Secundum autē simile illi: Diliges proximum tuum tanq̃ teipsum: maius horũ aliud non est mandatũ. Dicit etiam in Euangelio secundum
Ioan. 13 Ioannē: Mandatũ nouũ do uobis ut diligatis inuicem, sicut dilexi uos, ut & uos diligatis inuicem.

A In hoc cognoscent omnes quia discipuli mei estis, si dilectionem habueritis ad inuicem. Hæc om- Cap. XVIII
nia præcepta dilectionis, id est charitatis, quæ tanta & talia sunt, ut quicquid se putauerit homo facere bene, si fiat sine charitate, nullo modo fiat bene: hæc ergo præcepta charitatis inaniter darent̃ hominibus, non habentibus liberum uoluntatis arbitrium: sed quia per legē dantur & ueterem & nouam, cuius in noua uenerit gratia quæ promitteba
tur in uetere, lex aũt sine gratia litera est occidēs, in gratia uero spiritus uiuificans, unde est in homi
nibus charitas dei & proximi, nisi ex ipso deo? Nã si non ex deo sed ex hominibus, uicerunt Pelagiani: si autem ex deo, uicimus Pelagianos. Sedeat ergo inter nos iudex Apostolus Ioannes, et dicat no
B bis: Charissimi, diligamus inuicē. In his uerbis Ioannis cum scilli extollere cœperint & dicere: Vt quid nobis hoc præcipitur, nisi quia ex nobis habemus ut inuicem diligamus: sequitur continuo idem Ioannes, confundens eos & dicens, quia dilectio ex deo est. Non itaq̃ ex nobis, sed ex deo est. Cur ergo dictũ est, diligamus inuicē, quia dilectio ex deo est: nisi quia præcepto admonitũ est liberũ arbitrium, ut quęreret dei donum? Quod quidem sine suo fructu prorsus admoneretur, nisi prius acciperet aliquid dilectionis, ut addi sibi quęreret un
de quod iubebatur impleret. Cum dicitur, diligamus inuicem, lex est: cum dicitur, quia dilectio ex deo est, gratia est. Sapientia quippe dei legē & misericordiam in lingua portat. Vnde scriptum est in
C Psalmo: Etenim benedictionem dabit qui legem Psal. 83
dedit. Nemo ergo uos fallat fratres mei, quia nos non diligeremus deum, nisi nos prior ipse diligeret. Idem Ioannes apertissime hoc ostendit et dicit:
Nos diligamus, quia ipse prior dilexit nos. Gratia 1. Ioan. 4
nos facit legis dilectores, lex uero ipsa sine gratia, non nisi præuaricatores facit. Et quod discipulis suis dicit dominus: Nõ uos me elegistis, sed ego e- Ioan. 15
legi uos: nihil aliud indicat nobis. Si enim nos prius dileximus, ut hoc merito nos ipse diligeret, prius illũ nos elegimus, ut ab illo eligi mereremur. Sed ipse qui ueritas est aliud dicit, & huic uanitati
hominũ apertissime contradicit: Nõ uos me elegistis, inquit. Si ergo nõ elegistis, sine dubio nec dilexistis: quomodo enim eum eligerent quem non diligerent? Sed ego, inquit, uos elegi. Nunquid non
D & ipsi postea elegerunt eum, et omnibus bonis huius seculi prętulerunt? Sed quia electi sunt, elegerunt: nõ quia elegerunt electi sunt. Eligentiũ homi
num meritũ nullũ esset, nisi eos eligentis gratia dei præueniret. Vnde & Apostolus benedicēs Thes- 1. Thes. 3
salonicenses: Vos, ingt, dominus multiplicet, & abundare faciat in charitate in inuicē et in omnes. hanc benedictionem dedit, ut nos inuicē diligeremus, qui legem dederat ut inuicem diligamus. De
nicq̃ alio loco ad eosdē, quia sine dubio in quibus- 2. Thes. 1
dam eorũ iam erat, qd' eis ut esset optauerat: Gratias, inquit, agere debemus deo semper pro uobis fratres, sicut dignũ est, quoniã supercrescit fides uestra, & abundat charitas uniuscuiusq̃ uestrum in inuicem. Hoc dixit, ne forte de tãto bono quod ex

deo

Universidad de Deusto
Biblioteca

deo habebant, tanquam ex seipsis id habentes ex tollerẽtur. Quòd ergo supercrescit fides uestra, inquit, & abundat charitas unusquisq; uestrum in inuicem, gratias agere debemus deo de uobis, non ita uos laudare, tanq; hoc habeatis ex uobis. Et ad Timotheum dicit: Non enim dedit nobis deus spiritum timoris, sed uirtutis & charitatis & cõtinentiæ. In quo sane Apostoli testimonio cauere debemus, ne nos arbitremur non accepisse spiritũ timoris dei, quod sine dubio magnũ est dei donum: de
Esa. 11 quo dicit Propheta Esaias: Requiescet super eum spiritus sapientiæ & intellectus, spiritus consilij & fortitudinis, spiritus scientiæ & pietatis, & spirit⁹ timoris domini: non quo timore Petrus Christum negauit: sed illius timoris spiritum accepimus, de
Luc. 12 quo dicit ipse dominus Christus: Eum timete qui habet potestatem & animam & corpus perdere in gehennam: ita dico uobis hũc timete. Hoc autem dixit, ne illo timore negaremus eum, quo turbatus est Petrus. Hunc enim auferri uoluit à nobis, cum prius dixit: Nolite timere eos qui corpus occidunt, & postea non habent quid faciant. Huius timoris nõ accepimus spiritum, sed uirtutis & charitatis & continentiæ. De quo spiritu idemipse ad
Rom. 5 Romanos ait: Gloriamur in tribulationibus, scientes quoniã tribulatio patientiam operatur, patientia probationem, probatio spem: spes aũt non confundit, quia charitas dei diffusa est in cordibus nostris per spiritum sanctum, qui datus est nobis. Nõ itaq; per nos, sed per spiritũ sanctum qui datus est nobis, ipsa charitate fit, quam dei donũ esse manifestat, ut tribulatio nõ auferat, sed potius operer/
Ephes. 6 tur patientiam. Ad Ephesios etiam: Pax, inquit, fratribus & charitas cum fide, magna bona. Sed dicat unde? A deo, inquit, patre & domino Iesu Christo: Ergo hæc magna bona, non sunt nisi dei do/
Cap. XIX na. Sed non est mirum, si lux lucet in tenebris, & tenebræ eam non cõprehenderunt. In Ioanne
1. Ioan. 3 lux dicit: Ecce qualem dilectionem dedit nobis pater, ut filij dei uocemur & simus. Et in Pelagianis tenebrę dicunt: Dilectio nobis ex nobis est. Quam si ueram, id est, Christianã dilectionem haberent, scirent & unde haberent, sicut sciebat Apostolus
1. Cor. 2 qui dicebat: Nos autem non spiritum huius mundi accepimus, sed spiritũ qui ex deo est, ut sciamus
1. Ioan. 4 quæ à deo data sunt nobis. Ioannes dicit: Deus dilectio est. Et Pelagiani etiam ipsum deum non ex deo, sed ex semetipsis habere se dicunt: & cũ scientiam legis ex deo nobis esse fateant, charitatem ex nobis ipsis uolunt. Nec audiũt Apostolũ dicentẽ:
1. Cor. 8 Scientia inflat, charitas aũt ædificat. Quid est ineptius, imò uerò quid est amentius, & ab ipsa sanctitate charitatis alienius, q; confiteri ex deo esse scientiam, quæ sine charitate inflat: & ex nobis esse charitatem, quę facit ut scientia inflare non pos/
Ephes. 3 sit? Item cum dicit Apostolus: Supereminentem scientię charitatem Christi: quid est insanius q; putare ex deo esse scientiam, quæ subdenda est charitati: & ex hominibus charitatem, quæ superemi/net scientiæ? Fidem autem ueram & doctrinam sanam ambas esse dicit ex deo, quia scriptum est;

A facie eius scientia & intellectus procedit. Et scriptum est: Charitas aũt ex deo est. Et legimus: Spiritum scientiæ & pietatis, legimus: Spiritum uirtutis & charitatis & continentiæ: sed maius est donũ charitas q; scientia; nam scientia quando est in homine, charitas est necessaria ne infletur: charitas autem non æmulatur, non agit perperam, no inflatur. Satis me disputasse arbitror aduersus eos, Cap. XX qui gratiam dei uehementer oppugnant, qua uoluntas humana non tollitur, sed ex mala mutatur in bonã, & cum bona fuerit adiuuatur: et sic disputasse, ut non magis ego, q; diuina ipsa scriptura uobiscum locuta sit euidentissimis testimonijs ueritatis: quæ scriptura diuina si diligẽter inspiciatur, ostendit non solum bonas hominũ uoluntates quas ipse facit ex malis, & à se factas bonas in actus bonos, & in æternam dirigit uitam: uerumetiam illas quæ conseruant seculi creaturam, ita esse in deipotestate ut eas quò uoluerit, quando uoluerit faciat inclinari, uel ad beneficia quibusdam præstanda, uel ad pœnas quibusdam ingerendas, sicut ipse iudicat occultissimo quidem iudicio, sed sine dubitatione iustissimo. Nam inuenimus aliqua peccata etiam pœnas esse aliorum peccatorum, sicut sunt uasa iræ, quæ perfecta dicit Apostolus in perditionem: sicut est induratio Pharaonis, cuius & causa dicitur ad ostendendam in illo uirtutem dei: sicut est fuga Israelitarum à facie hostium de ciuitate Hai: in animo enim factus est timor, ut fugerent, et hoc factum est ut uindicaretur peccatum eo modo, quo fuerat uindicandum: unde dicit dominus ad Iesum Naue: Non poterunt filij Israel subsistere à facie inimicorum suorum. Quid est, non poterunt subsistere? Quare non subsistebant per liberum arbitrium, sed per timorem turbata uoluntate fugiebant, nisi quia deus dominatur & uoluntatibus hominum, & quos uult, in formidinem conuertit iratus? Nunquid non hostes Israelitarũ aduersus populum dei quẽ ducebat Iesus Naue, sua uoluntate pugnarunt? Et tamen dicit scriptura, quia per dominum factum est confortari cor eorũ, ut obuiam irent ad Israel ad bellum, ut exterminarentur. Nunquid non sua uoluntate homo improbus filius Gemini maledicebat regi Dauid? Et tamen qd ait Dauid, plenus uera & alta et pia sapientia? Quid ait illi q maledicentẽ percutere uoluit? Quid mihi, inqt, & uobis filij Saruię, dimittite eũ 2. Reg. 16 ut maledicat, quia domin⁹ dixit illi maledicere Dauid. Et quis dicet ei, quare fecisti sic? Deinde scriptura diuina plenam sententiam regis uelut ab alio initio repetẽdo cõmendans: Et dixit, inquit, Dauid ad Abisai & ad omnes pueros eius: Ecce filius meus qui exijt de utero meo quærit animã meam, quanto magis hic filius Gemini? Sinite illũ ut maledicat, quoniam dixit illi deus, ut uideat dominus humilitatẽ meam, & retribuet mihi bona pro maledicto eius in die isto. Quomodo dixerit domin⁹ huic homini maledicere Dauid, quis sapiens & intelliget? Nõ eñ iubendo dixit ubi obedientia laudaretur, sed q̃ eius uoluntatẽ proprio uitio suo malã in hoc peccatũ iudicio suo iusto & occulto inclinauit,

nauit,ideo dictū est,dixit ei dominus.Nā si iubenti A obtēperasset deo, laudandus potius q̄ puniendus esset,sicut ex hoc peccato postea nouimus esse punitū.Nec causa tacita est, cur ei dominus ísto modo dixerat maledicere Dauid,hoc est, cor eius malum miserit uel dimiserit:ut uideat,inquit, domin⁹ humilitatem meam,& retribuat mihi bona pro maledicto eius in die ísto.Ecce quomodo probat deum uti cordibus etiam malorū ad laudem atq; adiumentum bonorū. Sic usus est Iuda tradēte Christum:sic usus est Iudæis crucifigētibus Christum. Et quanta inde bona præstitit populis crediturís? Qui & ipso diabolo utitur pessimo, sed optime ad exercendam & probandā fidem & pietatē bonorum,nō sibi,qui omnia scit anteq̄ fiant, sed nobis quibus erat necessariū,ut eo modo ageretur nobi- B scum. Nunquid nō sua uoluntate Absolon elegit consiliū quod sibi oberat? Et tamen ideo fecit, qa exaudierat dominus eius patrē orantem,ut hoc fi- 2.Reg.17 eret.Propter quod scríptura ait:Et dominus mandauit dissipare consilium Achitofel bonū,ut induc at dominus super Absolon omnia mala. Bonum consiliū dixit,quod ad tempus proderat causæ,qa pro ipso erat contra patrem eius, contra quem rebellauerat ut posset eum opprímere, nisi dominus consilium dissipasset quod dederat Achitophel,agendo in corde Absolon,ut tale cōsilium repudíaret, & aliud quod ei non expediebat, eligeret.

ſq. XXI Quis non ista iudicia diuina contremíscat,qbus agit deus in cordibus etiam malorum hominum quicquid uult,reddens eis tamen secundum meri- C ta eorum? Roboam filius Salomonis respuit consilium salubre seniorum quod ei dederant,ne cum populo dure ageret, & uerbis coętuorū suorum potius accquieuit, respondendo minaciter qbus leniter debuit. Vnde hoc, nisi propria uoluntate? Sed hinc ab eo recesserunt decē tribus Israel, & alium regem sibi constituerunt Hieroboā,ut irati dei uolūtas fieret,quod etiā futurū esse prædixerat.Quid 3.Reg.12 enim scriptura dícit? Et non audiuit rex plebem, quoniam erat cōuersio à domino,ut statueret uerbum suum quod locutus est in manu Abiæ Síloniæ de Hieroboam filio Nabath . Nempe sic factū est & illud per hominis uoluntatem,ut tamen conuersio esset à domino. Legite libros Paralipome- Parā.12 non,& inuenietis in secundo líbro scriptū:Et suscitauit dominus spiritū super Ioram, spíritum Phili- D stiim & Arabum qui finitimi erant Aethiopibus, & ascenderūt in terram Iuda, & dissipauerūt eam, & cœperunt omnē substantiā,quæ in domo regis inuenta est.Hic ostendit deum suscitare hostes eis terris uastandis, quas tali pœna iudicat dignas. Nunquid tamē Philistiim & Arabes in terram Iudeam dissipandā,sine sua uoluntate uenerunt, aut sic uenerunt sua uoluntate , ut mendaciter scriptū sit, quod dominus ad hoc faciendum eorum spíritum suscitauit? Imò utrunq; uerum est, quia & sua uoluntate uenerunt, & tamen spíritum eorum dominus suscitauit. Quod etiam sic dici potest,& eorum spíritum dominus suscitauit, & tamen sua uoluntate uenerunt. Agit enim omnípotens in cordibus hominum etiam motum uoluntatis eorum, ut per eos agat quod per eos agere ipse uoluerit, qui omnino iniuste aliquid uelle non nouit.Quid est quod homo dei dixit ad Amasiam regem:Non ueniat tecū exercitus Israel, nō est enim dominus cum Israel & omnibus filíjs Ephrem: quoniam si putaueris obtinere te in illís, in fugam conuertet te deus ante inimicos, quoniam uirtus est deo uel adiuuare uel in fugam uertere? Quomodo uirtus dei alios iuuat in bello dando eis fiduciā,alios immisso timore uertit in fugā,nisi quia ille qui in cœlo & in terra omnia quæcunq; uoluit fecit , etiā in cordibus hominum operatur? Legimus quid dixerit Ioas rex Israel, mittens nunciū ad Amasiam regem, uolentē pugnare cum illo. Nam post aliqua 4.Reg.14 dixit : Nunc sede in domo tua . Quid prouocas in malum,& cadis tu & Iuda tecum? Deinde scriptura subiunxit: Et non audiuit Amasias, quoniam à deo erat ut traderetur in manus eius, quoniā quæsierunt deos Edom. Ecce deus idololatriæ peccatum uolens uindicare,hoc operatus est in eius corde,cui utiq; iuste irascebatur,ut admonitionem salubrem non audiret , sed ea contempta iret in bellum, ubi cum suo exercitu caderet . Per Ezechie- lem Prophetam dicit deus:Et Propheta si errauerit & locutus fuerit, ego dominus seduxi Prophetam illum,& extendam manum meam super eum & exterminabo eum de medio populi mei Israel. In líbro Hester scriptum est, quæ mulier ex populo Israel in terra captiuitatis facta fuerat uxor alienígenæ regis Assueri:Ergo in eius libro scriptum Hester 15 est, quòd cum haberet necessitatem interueniendi pro populo suo , quem rex ubicunque in regno eius esset,iusserat trucidari,orauit ad dominum:cogebat enim eam magna necessitas , ut præter iussum regis,& præter ordinem suum ad illum auderet intrare.Et uidete quid scriptura dicat : Et intuitus est eam tanquam taurus impetu indignationis suæ, & timuit regina , & conuersus est color eius per dissolutionem, & inclinauit se super caput delicatæ suæ quæ præcedebat eam : & conuertit deus,& transtulit indignationē eius in lenitatē.Scri- Pro. 21 ptum est in Prouerbíjs Salomonis:Sicut impetus aquæ, sic cor regis in manu dei, quocunq; uoluerit declinabit illud . Et in Psalmo centesimoquarto legitur dictum de Aegyptíjs,quid eis fecerit deus:Et conuertit cor eorum ut odissent populum eius,ut dolum facerent in seruos eius. In líteris etiā Apostolicis uidete quæ scripta sunt, in Epistola Pauli Apostoli ad Romanos : Propterea tradidit Rom.1 illos deus in desyderia cordis eorū in immundiciā. Itē paulopost.Propterea tradidit illos deus in passiones ignominiæ.Item paulopost:Sicut non probauerunt deum habere in notitiā,tradidit illos deus in reprobam mentem, ut faciāt quæ non conueniunt. Et ad Thessalonicenses in Epístola secun- 2.Thes.2 da ait de quibusdam: Pro eo quòd dilectionem ueritatis non receperunt ut salui fierent , ideo mittet illis deus operationem erroris ut credant mendacio, ut iudicentur omnes qui non crediderunt ueritati, sed consenserunt falsitati. His & talibus testimonijs

Universidad de Deusto
Biblioteca

stimonijs diuinorũ eloquiorum, quę omnia commemorare nimis longum est, satis quantum existimo manifestatur, operari deum in cordibus hominum ad inclinandas eorum uoluntates quocunq; uoluerit, siue ad bona pro sua misericordia, siue ad mala pro meritis eorum, iudicio utiq; suo aliquando aperto, aliquando occulto, semper autem iusto. Fixum enim debet esse & immobile in corde uestro, quia non est iniquitas apud deum. Ac per hoc quando legitis in literis ueritatis à deo seduci homines, aut obtũdi uel obdurari corda eorũ, nolite dubitare præcessisse mala merita eorũ, ut iuste ista paterentur: ne incurratis in illud prouerbium Salomonis: Insipientia uiri uiolat uias eius, deũ autem causatur in corde suo. Gratia uero non secundum merita hominum datur, alioquin gratia iam non est gratia: quia ideo gratia uocatur, quia gratis datur. Si autem potens est, siue per angelos uel bonos uel malos, siue quocunq; alio modo operari etiam in cordibus malorum, pro meritis eorum, quorum malitiam non ipse fecit, sed aut originaliter tracta est ab ipso Adam, aut creuit per propriã uoluntatem: quid mirum est si per spiritũ sanctum operatur in cordibus electorum suorum bona, qui operatus est ut ipsa corda essent ex malis bona?

Rom. 9

Cap. X XII

Sed suspicentur homines quælibet merita bona, quæ putant præcedere, ut iustificentur per dei gratiam, non intelligentes cum hoc dicunt, nihil aliud dicere quàm se negare gratiam: sed ut dixi, quod uolunt de maioribus suspicentur, de paruulis certe Pelagiani quid respondeant nõ inueniũt, quorum nec uoluntas ulla est in accipienda gratia, cuius uoluntatis meritum præcessisse dicant, & insuper eos etiam cum fletu reluctari uidemus, quando baptizantur & diuina sacramenta percipiunt. Quod eis ad magnũ impietatis peccatum imputaretur, si iam libero uterentur arbitrio: & tamen hæret etiam in reluctantibus gratia apertissime, nullo bono merito præcedente, alioquin gratia iam non esset gratia. Et aliquando filijs infidelium præstatur hæc gratia, cum occulta dei prouidentia in manus piorum quomodocunq; perueniunt: aliquando fidelium filij non eam consequuntur, aliquo impedimento existente, ne possit periclitantibus subueniri. Fiunt uero ista per occultã dei prouidẽtiam, cuius inscrutabilia sunt iudicia, & inuestigabiles uiæ: quod ut Apostolus diceret, quid prædixerit intuemini. Agebat enim de Iudæis & gentibus cum scriberet ad Romanos, id est, ad gentes, & ait: Sicut enim aliquando uos nõ credidistis deo, nunc autem misericordiam consecuti estis in illorum incredulitate: ita & hi nunc nõ crediderunt in uestra misericordia, ut et ipsi misericordiam consequantur: conclusit enim deus omnes in infidelitate, ut omnium misereatur. Et cum attendisset quid dixerit, admirans sententiæ suæ certam quidem ueritatem, sed magnam profunditatem, quomodo cõclauserit deus omnes in infidelitate ut omniũ misereatur, quasi faciẽs mala ut uenirent bona, mox exclamauit atq; ait: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei ẽẽ inscrutabilia

Rom. 11

A

B

C

D

sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Hęc enim inscrutabilia iudicia, & inuestigabiles uias peruersi homines non cogitantes, & peruersiues ad reprehendendum, non idonei ad intelligendum, putabãt & iactitabãt Apostolos dicere, faciamus mala ut ueniant bona. Quod absit ut Apostoli dicerẽt, sed homines non intelligentes hoc putabant dici, quãdo audiebant quod dixit Apostolus: Lex autẽ subintrauit ut abundaret delictum: ubi autem abundauit delictum, superabundauit gratia. Sed utiq; gratia id agit, ut iam fiant bona ab eis qui fecerunt mala, non ut perseuerent in malis, & reddi sibi existiment bona. Non itaq; debent dicere, faciamus mala ut ueniant bona: sed, fecimus mala & uenerunt bona: iam faciamus bona, ut in futuro seculo recipiamus pro bonis bona, qui in hoc seculo recipimus pro malis bona. Propter quod scriptum est in Psalmo: Misericordiã & iudicium cantabo tibi domine. Prius itaq; non ideo uenit filius hominis in mundum, ut iudicet mũdum, sed ut saluetur mundus per ipsum: hoc propter misericordiam. postea uero propter iudicium uenturus est iudicare uiuos & mortuos: quãuis & in hoc tempore ipsa saluatio nõ fiat sine iudicio sed occulto, ideo ait: In iudicium ueni in hunc mundum: ut qui non uident, uideant: & qui uident, cæci fiant. Ad occulta ergo dei iudicia reuocate, quando uideritis in una causa quam certe habent omnes paruuli, hæreditarium malum trahentes ex Adam, huic subueniri, ut baptizetur: illi non subueniri, ut in ipsa obligatione moriatur: illum baptizatum in hac uita relinqui, quem præsciuit deus impium futurũ: istum uero baptizatum rapi ex hac uita, ne malitia mutet intellectum eius. & nolite in istis dare iniustitiam uel insipientiam deo, apud quem iustitiæ fons est & sapientiæ. Sed sicut uos exhortatus sum ab initio sermonis huius, in qd' peruenistis, in eo ambulate, & hoc quoq; uobis deus reuelabit, & si nõ in hac uita, certe in altera: nihil est enim occultum quod non reuelabitur. Quãdo ergo auditis dicentem dominum: Ego dominus seduxi Prophetam illum: & quod ait Apostolus: Cuius uult miseretur, & quem uult obdurat: in eo quem seduci permittit uel obdurari, mala eius merita credite: in eo uero cuius miseretur, gratiam dei non reddentis mala pro malis, sed bona pro malis, fideliter & indubitanter agnoscite. Nec ideo auferatis à Pharaone liberum arbitrium, quia multis locis dicit deus: Ego induraui Pharaonem, uel induraui, uel indurabo cor Pharaonis. Non enim propterea ipse Pharao non indurauit cor suum. Nam et hoc de illo legitur, quando ablata est ab Aegyptijs cynomya, dicente scriptura: Et ingrauauit Pharao cor suum & in isto tempore, & noluit dimittere populum. Ac per hoc & deus indurauit per iustum iudicium, et ipse Pharao per liberum arbitriũ. Certi ergo estote, quia non erit inanis labor uester, si in bono proposito proficientes perseueretis usq; in finẽ. Deus enim qui modo illis quos liberat non reddit secundum opera eorum, tunc reddit unicuique secundum opera eius. Reddet omnino deus et mala

Cap XXIII

Ezech. 14

Rom. 9

Exodi. 8

pro

pro malis, quoniam iustus est: & bona pro malis, quoniam bonus est: & bona pro bonis, quoniam bonus & iustus est. Tantūmodo mala pro bonis non reddet, quoniam iniustus non est. Reddet ergo mala pro malis, pœnam pro iniustitia: & reddet bona pro malis, gratiā pro iniustitia: & reddet bona pro bonis, gratiam pro gratia. Repetite assidue librum istum, & si intelligitis, deo gratias agite: ubi autem non intelligitis, orate ut intelligatis, dabit enim uobis dominus intellectū. Mementote scriptum esse: Si quis uestrū indiget sapientia, postulet à deo qui dat omnibus affluenter, & non improperat, & dabitur ei. Ipsa est sapiētia de sursum descendens, sicut ipse Apostolus Iacobus dicit. Illam uero sapientiam repellite à uobis, & orate ut non sit in uobis quam detestatus est, ubi ait: Quod si zelum amarum habetis, & contentiones in uobis sint, non est ista sapientia desursum descendēs, sed terrena, animalis, diabolica. Vbi enim zelus & contentio est, ibi inconstantia & omne opus prauum. Quæ autem desursum est sapientia, primum quidem pudica est, deinde pacifica, modesta, suadibilis, plena misericordia & fructibus bonis, inæstimabilis, sine simulatione. Quid boni ergo non habebit qui hanc sapientiam postulauit & impetrauit à domino? Et hinc intelligite gratiā, quia si ex uobis esset ista sapientia, desursum non esset, nec ab ipso qui nos creauit deo postulanda esset. Fratres, orate & pro nobis, ut temperanter & pie & iuste uiuamus in hoc seculo, expectantes illam beatam spem, & manifestationem domini & saluatoris nostri Iesu Christi, cui est honor & gloria & regnum cum patre & spiritu sancto in secula seculorum. Amen.

Cap. XXIIII

Iacobi 1

A

B

C

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, DE CORREptione & gratia ad Valentinum, & cum illo monachis, Liber unus.

Cap. 1

LECTIS literis uestris, Valentine frater dilectissime, & qui simul seruitis deo, quas per fratrē Florum & eos qui cū illo ad nos uenerunt, misit charitas uestra, egi deo gratias, quod uestram in domino pacem, & in ueritate consensionē, et in charitate flagrantiā, uestro nobis reddito sermone cognoui. Quod autem ad subuersionem quorundā apud uos molitus est inimicus, deo miserante, & eius insidias in suorum seruorum profectum mirabili bonitate uertente, ad hoc potius ualuit, ut nulli uestrū destruerentē in peius, sed nōnulli instruerentur in melius. Non itaq; me opus est oīa identidē retractare, quę sufficienter uobis pleno libro disputata transmisimus, quē

D

L

quomodo susceperitis scripta indicant uestra. Veruntamen semel lectum nullo modo arbitremini satis uobis innotescere potuisse. Si ergo cum fructuosissimum habere uultis, nō uos pigeat relegēdo habere notissimum, ut diligentissime sciatis quibus & qualibus quęstionibus soluendis atq; sananda sis, non ibi humana, sed diuina occurrat authoritas, à qua recedere non debemus, si uolumus peruenire quò tendimus. Dominus aūt ipse nō solum ostendit nobis, à quo malo declinemus, & quod bonum faciamus, quod solum potest legis litera: uerumetiam adiuuat nos, ut declinemus à malo, & faciamus bonum, quod nullus potest sine spiritu gratiæ: quæ si desit, ad hoc lex adest, ut reos faciat & occidat. Propter quod dicit Apostolus: Litera occidit, spiritus autem uiuificat. Qui ergo legitime lege utitur, discit in ea malum & bonum, et non confidens in uirtute sua, confugit ad gratiam qua præstante declinet à malo, & faciat bonum. Quis autem confugit ad gratiam, nisi cum à domino gressus hominis diriguntur, & uiam eius uolet? Ac per hoc & desyderare auxilium gratiæ, initium gratiæ est: de quo ait ille: Et dixi, nunc cœpi: hæc est immutatio dexteræ excelsi. Liberum itaq; arbitrium, & ad malum & ad bonum faciendum confitendum est nos habere: sed in malo faciendo liber est quisque iustitiæ, seruusq; peccati: in bono autem liber esse nullus potest, nisi fuerit liberatus ab eo qui dixit: Si uos filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Nec ita ut cum quisque fuerit à peccati damnatione liberatus, iam non indigeat sui liberatoris auxilio, sed ita potius ut ab illo audiens: Sine me nihil potestis facere: dicat ei & ipse: Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Hanc fidē quæ sine dubio uera & Prophetica & Apostolica fides est, etiam in fratre nostro Floro inuenisse me gaudeo: unde hi potius corrigendi sunt, quos quidem propicio deo correctos esse iam existimo, qui eum non intelligebant. Intelligenda est enim gratia dei per Iesum Christum dominū nostrum, qua sola homines liberantur à malo, & sine qua nullum prorsus siue cogitando, siue uolendo & amando, siue agendo faciūt bonum: non solum ut monstrante ipsa quid faciendum sit sciant, uerum etiam ut præstante ipsa faciant cum dilectione qd' sciunt. Hanc quippe inspirationem bonæ uoluntatis atque operis, poscebat Apostolus eis quibus dicebat: Oramus autem ad deum, ne quid faciatis mali, non ut nos probati appareamus, sed ut uos quod bonum est faciatis. Quis hoc audiat & non euigilet, atque fateatur à domino deo nobis esse, ut declinemus à malo, & faciamus bonum? Quandoquidem non ait Apostolus, monemus, docemus, hortamur, increpamus: sed ait: Oramus ad deum ne quid faciatis mali, sed quod bonum est faciatis. Et tamen etiā loquebatur eis, & faciebat illa omnia quæ cōmemorauī: monebat, docebat, hortabatur, increpabat. Sed sciebat hæc omnia non ualere, quæ plantando & rigando faciebat in aperto, nisi eum pro illis exaudiret orantem, qui dat incrementum in occulto. Quoniam sicut idem

C

Pſal. 36

Pſal. 76

Ioan. 8

Ioan. 15

Cap. II

2. Cor. 13

Universidad de Deusto
Biblioteca

1.Cor.3 doctor dicit: Neque qui plantat est aliquid, neque qui rigat, sed qui incrementum dat deus. nō se ita-
Philip.2 que fallant qui dicunt: Vt quid nobis prædicatur atq; præcipitur, ut declinemus à malo & faciam⁹ bonum, si hoc nos non agimus, sed id uelle & operari deus operat̄ in nobis: sed potius intelligant si filij dei sunt, spiritu dei se agi, ut quod agēdum est agant, & cum egerint, illi à quo aguntur gratias agant: agunt̄ enim ut agant, non ut ipsi nihil agant, & ad hoc eis ostenditur quid agere debeāt, ut quādo id agunt sicut agendum est, id est, cum dilectione & delectatione iustitiæ, suauitatem quam dedit dominus, ut terra eius daret fructum suum, accepisse se gaudeant. Quando autē non agunt, siue omnino non faciendo, siue nō ex charitate faciendo, orent ut quod nondū habent accipiant. Quid enim habebūt quod non accepturi sunt, aut quid
Cap. III habent quod non acceperunt? Ergo, inquiunt, præcipiant tantummodo nobis quid facere debeamus qui nobis præsunt, & ut faciamus orent pro nobis: non aūt nos corripiant & arguant si non fecerimus. Imò omnia fiant, quoniam doctores Ecclesiarū Apostoli omnia faciebant, & præcipiebāt quę fierent, & corripiebāt si non fierent, & orabāt
1.Cor.16 ut fierent. Præcipit Apostolus dicens: Omnia ue-
1.Cor.6 stra in charitate fiant. Corripit dicēs: Iam quidem omnino delictū est in uobis, quia iudicia habetis uobiscum. Quare enim non magis iniquitatem patimini? quare non potius fraudamini? Sed uos iniquitatem facitis & fraudatis, & hoc fratribus: An nescitis quia iniusti regnum dei non possidebunt?
1.Thes.3 Audiamus & orantem: Vos autem, inquit, dominus multiplicet & abundare faciat in charitate in inuicem & in omnes. Præcipit, ut habeatur charitas: corripit, quia non habet̄ charitas: orat, ut abundet charitas. O homo in pręceptione cognosce qd debeas habere: in correptione cognosce, tuo te uitio non habere: in oratione cognosce, unde accipias quod uis habere. Quomodo, inquit, meo uitio non habetur, quod nō accepi ab illo, à quo nisi detur, non est omnino alius unde tale ac tantum mu-
Cap.IIII nus habeatur? Patimini me paululum fratres mei, non aduersum uos, quorum rectum est cor cum deo, sed aduersus eos qui terrena sapiunt, uel aduersus ipsas humanas cogitationes, pro cœlestis & diuinæ gratiæ charitate certare. Hoc enim dicunt, qui in suis malignis operibus ab huius gratiæ prædicatoribus corripi nolunt. Præcipe mihi quid faciam, & si fecero age pro me gratias deo, qui mihi ut facerem dedit. Si autē non fecero, non ego corripiendus sum, sed ille orandus est ut det quod non dedit: id est ipsam qua præcepta eius fiant, fidelem dei & proximi charitatem. Ora ergo pro me ut hanc accipiam, et per hanc ex animo cū bona uoluntate, quæ præcipit faciam. Recte autē corriperer si eam mea culpa non haberem: hoc est si eam possem mihi dare uel sumere ipse, nec face-
Caput V rem: uel si dante illo accipere noluissem. Cum ergo & ipsa uoluntas à domino præparetur, cur me corripis, quia uides me eius præcepta facere nolle, & non potius ipsum rogas, ut in me operetur & uelle? Ad hæc respondemus: Quicunq; dei præcepta iam tibi nota non facis, & corripi non uis, etiam propterea corripiendus es, quia corripi nō uis. Non uis enim tibi tua uitia demonstrari: non uis ut feriantur, fiatq; tibi utilis dolor, quo medicum quæras: non uis tibi tuipse ostendi, ut cum deformem te uides, reformatorem desideres, eiq; supplices ne in illa remaneas fœditate. Tuum quippe uitium est quòd malus es, & maius uitiū corripi nolle, quia malus es: quasi laudanda uel indifferenter habenda sint uitia, ut neq; laudentur neque uituperentur: aut uero nihil agat timor correpti hominis uel pudor, uel dolor: aut aliud agat cum salubriter stimulat, nisi ut rogetur bonus, & ex malis qui corripiuntur, bonos faciat qui laudentur. Quod enim uult pro se fieri qui corripi nō uult, & dicit, ora potius pro me, ideo corripiendus est ut faciat etiā ipse pro se. Dolor quippe ille quo sibi displicet, quādo sentit correptionis aculeum, excitat eū in maioris orationis affectum: ut deo miserante, incremento charitatis adiutus desinat agere pudenda & dolenda, & agat laudanda atque gratanda. Hæc est correptionis utilitas, quæ nunc maior, nunc minor pro peccatorum diuersitate salubriter adhibetur, & tunc est salubris, quando supernus medicus respicit. Non enim aliquid proficit, nisi cum facit ut peccati sui quenque pœniteat. Et quis hoc dat nisi qui respexit Apostolum Petrum negantem, & fecit flentem? Vnde & Apostolus Paulus postea-
2.Tim.2 quam dixit, cum molestia corripiendos esse diuersa sentientes, protinus addidit: Nequando det eis deus pœnitentiam ad cognoscendam ueritatem, & resipiscant de diaboli laqueis. Cur autem isti qui corripi nolunt dicunt: Tantum præcipe mihi & ora pro me, ut quod præcipis faciam? Cur non potius secundum suum prauū sensum & ista duo respuunt, & dicunt: Nec ut præcipias mihi, nec ut ores pro me uolo? Quis enim hominum ostenditur orasse pro Petro, ut daret ei deus pœnitētiam, qua se negasse dominum fleuit? Quis hominum Paulum diuinis præceptis ad fidem Christianam pertinentibus erudiuit? Cum ergo audiretur prædicans Euangelium & dicens: Notum enim uo-
Gal.2 bis facio fratres Euangelium quod euāgelizatum est à me, quia non est secundum hominem: neque enim ego ab homine accepi illud, neq; didici, sed per reuelationem Christi Iesu. Responderetur ei: Quid nobis molestus es, ut abs te accipiamus atq; discamus, quod tu non ab homine accepisti neque didicisti? Potens est enim ille qui tibi dedit, sic & nobis dare quomodo tibi. Porrò si hoc non audent dicere, sed patiuntur sibi Euangelium ab homine prædicari: quamuis etiam possit non per hominem homini dari, concedant etiam corripi se debere à prępositis suis, à quibus Christiana gratia prædicatur: quamuis non negetur deus posse quem uelit, etiam nullo homine corripiente corrigere, & ad dolorem salubrem pœnitentiæ occultissima & potētissima medicinæ suæ potestate perducere. Et sicut non est ab oratione cessandū pro eis quos corrigi uolumus, etiā si nullo hominum

orante

orante pro Petro, dominus respexit eum, & fecit cum suum peccatum flere: ita non est negligenda correptio, quamuis deus quos uoluerit etiam non correptos, facit esse correctos. Tunc aũt correptione proficit homo, cum miseretur atq; adiuuat, qui facit quos uoluerit etiam sine correptione proficere. Sed quare isti sic, illi aliter, atq; alij aliter diuersis & innumerabilibus modis uocentur ut reformentur, absit ut dicamus iudicium luti esse de-
1.Cor.4 bere, sed figuli. Apostolus, inquiũt, ait, Quis enim te discernit? Quid autem habes quod non accepisti? Si aũt accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? Cur ergo corripimur, arguimur, reprehendimur, accusamur? Quid facimus, qui nõ accepimus? Qui hæc dicunt, extra culpam se uideri uolunt, in hoc quod nõ obediunt deo, quia utiq; ipsa obedientia munus eius est: quæ necesse est ut insit ei cui charitas inest, quæ sine dubio ex deo est, & dat eam pater filijs suis: hanc, inquit, non accepimus, quid itaq; corripimur, quasi nos eam nobis dare possimus, & nostro arbitrio dare nolimus?

Cap. VI Nec attendunt si nondum regenerati sunt, primam esse causam, cur obiurgati q̃ sint inobedientes deo, sibi debeant displicere, quia fecit deus hominem rectum ab initio humanæ creaturę, & non est iniquitas apud deum. Ac per hoc prima prauitas qua deo non obeditur, ab homine est, quia ex rectitudine in qua eum deus primitus fecit, sua mala uoluntate decidens, prauus effectus est. An uero ideo prauitas ista corripienda non est in homine, quia non eius propria qui corripitur, sed cõmunis est omnibus? Imò uero corripiatur & in singulis, quod est omnium. Non enim propterea cuiusquam non est, quòd ab ea nullus immunis est. Peccata quidem ista originalia ideo dicuntur aliena, q̃ ea singuli de parentibus trahunt, sed non sine causa dicuntur & nostra, quia in illo uno omnes sicut
Rom.5 dicit Apostolus, peccauerunt. Corripiatur ergo origo damnabilis, ut ex dolore correptionis uolũtas regenerationis oriatur, si tamen qui corripitur filius est promissionis, ut strepitu correptionis forinsecus insonante atque flagellante, deus in illo intrinsecus occulta inspiratione operetur & uelle. Si autem iam regeneratus et iustificatus in malam uitam sua uoluntate relabitur, certe iste nõ potest dicere, non accepi, quia acceptam gratiam dei suo in malum libero amisit arbitrio. Qui si correptiõe compunctus salubriter ingemit, & ad similia bona opera uel etiã meliora reuertitur, nempe hic apertissime utilitas correptionis apparet. Sed per hominem correptio siue ex charitate sit, siue non sit, tamen ut correptio prosit, non nisi per deum fit.

An adhuc & iste nolens corripi, potest dicere: Quid ego feci qui non accepi: quem constat accepisse, & sua culpa quod acceperat amisisse? Possum, inquit, possum omnino, quando me arguit, quod ex bona uita in malam mea uoluntate relapsus sum, dicere adhuc, Quid ego feci qui non accepi: accepi enim fidem quæ per dilectionem operatur, sed in illa usq; in finem perseuerantiam non accepi: an quisq; dicere audebit istam perseueran-

A tiam non esse donum dei, & hoc tam magnum bonum ita esse nostrum, ut quisquis id habuerit, non ei possit Apostolus dicere: Quid enim habes quod non accepisti, quoniã hoc sic habet ut nõ acceperit? Ad hæc nos negare quidem non possumus etiam perseuerantiam in bono proficientẽ usq; in finẽm, magnum esse dei munus: nec esse nisi ab illo, de quo scriptum est: Omne datum optimum & o- Iacobi 1
mne donum perfectum desursum est descendens à patre luminum. Sed non ideo est eius qui nõ perseuerauerit, negligenda correptio, ne forte det illi deus pœnitẽtiam, & resipiscat de diaboli laqueis. Correptionis quippe utilitati hanc sententiam subiunxit Apostolus dicens, sicut supra commemorauí: Cum modestia corripientem diuersa sentiẽtes,
B nequando det illis deus pœnitentiam. Nam si dixerimus istam perseuerantiam tam laudabilem támque infelicem sic esse hominis, ut ei nõ sit ex deo: illud primitus euacuamus, quod ait dominus Petro: Rogaui pro te, ne deficiat fides tua. Quid eĩ Lucæ 22
ei rogauit, nisi perseuerantiam usq; in finem? Quæ profecto si ab homine homini esset, à deo poscenda non esset. Deinde cum dicat Apostolus: Ora- 2.Cor. 13
mus autem ad deum ne quid faciatis mali: procul dubio perseuerantiam eis orat ad deum. Neque enim nihil mali facit qui bonum deserit, & à quo declinare non debet, inclinatur in malum, non perseuerans in bono. Illo etiam loco ubi dicit: Gratias Philip. 1
ago deo in omni memoria uestri, semper in omni prece mea pro omnibus uobis cum gaudio deprecationem faciens, super communione uestra in E-
C uangelio à prima die usque nunc, confidens hoc ipsum, quoniam qui cœpit in uobis opus bonum, perficiet usque in diem Christi Iesu: Quid aliud eis quàm perseuerantiam in bono usque in finem, de dei miseratione promittit? Itemq; ubi dicit: Sa- Col. 4
lutat uos Epaphras, qui ex uobis est seruus Christi Iesu, semper certans pro uobis in orationibus, ut stetis perfecti et pleni in omni uolũtate dei. quid est, ut stetis: nisi, ut perseueretis? Vnde dictum est de diabolo: In ueritate non stetit: quia fuit ibi, sed Ioan. 18
non permansit. Nam utiq; isti in fide iam stabant. Nec aliud oramus cum oramus, ut qui stat stet, nisi ut perseueret. Item Iudas Apostolus cum dicit: Ei autem qui potens est conseruare uos sine offen-
D sione, & constituere ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in lætitia: nónne apertissime ostendit donum dei in bono perseuerare usque in finẽ? Quid enim aliud donat qui conseruat sine offensione, ut constituat ante conspectum gloriæ suæ immaculatos in lætitia, nisi perseuerantiam bonã? Quid est etiam quod in Apostolorum actibus le- Acto. 13
gimus: Audientes autem gentes gauisæ sunt, & exceperunt uerbum domini, & crediderunt quotquot erant ordinati in uitam æternam. Quis in æternam uitam potuit ordinari, nisi perseuerantiæ dono? Quandoquidem qui perseuerauerit usque in finem, hic saluus erit. Qua salute, nisi æterna? Cum uero in oratione dominica deo patri dicimꝰ: Sanctificetur nomen tuum: quid aliud dicimus, quàm ut nomẽ eius sanctificetur in nobis? Quod

Universidad de Deusto
Biblioteca

cum per lauacrũ regenerationis effectum sit, quare quotidie à fidelibus poscitur, nisi ut in eo quod factum est in nobis, perseueretur à nobis? Nam & beatus Cyprianus hoc sic intelligit, exponẽs quíp pe eandem orationem: Dicimus, inquit, sanctifice tur nomen tuum: non quòd optemus deo, ut sanctificetur oratiõibus nostris, sed ꝙ petamus à deo ut nomen eius sanctificetur in nobis: cæterũ à quo deus sanctificat̃, qui ipse sanctificat? Sed quia ipse
Leuit. 19 dixit: Sancti estote quoniam & ego sanctus sum: id petimus & rogamus, ut qui in baptismo sanctificati sumus, in eo quod esse cœpimus ꝑseueremus. Ecce glorioſiſſimus martyr hoc sentit, quod in his uerbis quotidie fideles Christi petunt, ut perseue-
Cap. VII rent in eo quod esse cœperunt. Nullo autem dubitante, quisquis à domino ut in bono perseueret, precatur: donum eius esse talem perseuerantiam confitetur. Quæ cum ita sint, corrípimus tamen eos, iuste'que corripimus, qui cum bene uiuerent, nõ in eo perseuerarũt. Ex bona quippe in malam uitam sua uoluntate mutati sunt, & ideo corrípiuntur: & si nihil eis correptio profuerit, sed in uita perdita usq; ad mortẽ perseuerauerint, etiam diuina in æternum damnatione sunt digni. Nec se excusabunt dicentes, sicut modo dicunt, quare corrípimur: ita tunc, quare damnamur, quando quidem ut ex bono reuerteremur ad malum, perseuerantiam non accepimus qua permaneremus in bono? nullo modo hac excusatione à iusta damnatione se liberabũt. Si enim sicut ueritas loquit̃, nemo liberatur à damnatione quæ facta est per Adam, nisi per fidem Iesu Christi, & tamen ab hac damnatione non se liberabunt qui poterunt dicere, non se audisse Euangelium Christi, cum fides ex auditu sit: quãto minus se liberabunt qui dicturi sunt, perseuerantiam non accepímus. Iustior enim uidetur excusatio dicentium, non accepimus audientiam, quàm dicentium, non accepimus perseuerãtiam: quoniã potest dici homini, in eo quod audieras & tenueras, in eo perseuerares si uelles: nullo modo aũt dici potest, id quod non audieras, crederes si uelles. Ac per hoc & qui Euangelium non audierunt: & qui eo audito in melius cõmutati perseuerantiam non acceperunt: & qui Euangelio audito uenire ad Christum, hoc est in eum cre-
Ioan. 6 dere noluerunt, quoniã ipse dicit: Nemo uenit ad me, nisi ei datum fuerit à patre meo: & qui per ætatem paruulam nec credere potuerunt, sed ab originali noxa solo possent lauacro regenerationis absolui, quo tamen non accepto mortui perierunt, non sunt ab illa conspersione discreti, quam constat esse damnatam, euntibus omnibus ex uno in condemnationem. Discernuntur autem non meritis suis, sed per gratiam mediatoris, hoc est in sanguine secũdi Adam iustificati gratis. Itaq; cum au-
1. Cor. 4 dimus: Quis enim te discernit, quid autem habes quod non accepisti: si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis? ab illa perditionis massa quæ facta est per primum Adam, debemus intelligere neminem posse discerni, nisi quòd hoc donũ habet quisquis habet, quod gratia saluatoris acce-

A pit. Hoc autem Apostolicũ testimonium tam magnum est, ut beatus Cyprianus ad Cyrinum scribens, ipsum subiecerit illi titulo, in quo ait in nullo esse gloriandum, quando nostrum nihil sit. Qui cunq; ergo ab illa originali damnatione ista diuinæ gratiæ largitate discreti sunt, nõ est dubium ꝙ & procuratur eis audiẽdum Euangelium: & cum audiunt credunt, & in fide quæ per dilectionem operatur, usq; in finem perseuerant: & si quando exorbitant, correpti emendantur, & quidam eorum etsi ab hominibus nõ corripiantur, in uiam quam reliquerant, redeunt: & nonnulli accepta gratia, in qualibet ætate periculis huius uitæ, mortis celeritate subtrahuntur. Hæc enim omnia operatur in eis, qui uasa misericordiæ operatus est eos, qui &
B elegit eos in filio suo, ante constitutionem mundi per electionem gratiæ. Si autem gratia, iam non Rom. 11 ex operibus, alioquin gratia iam non est gratia. Non enim sic sunt uocati, ut non essnet electi, pro pter quod dictũ est: Multi sunt uocati, pauci uero Matt. 11 electi: sed quoniã secũdum propositũ uocati sunt, ꝑfecto electi sunt per electionẽ, ut dictum est gratiæ, non præcedentium meritorum suorum, quia gratia illis est omne meritum. De talibus dicit Apostolus: Scimus quoniam diligentibus deum o- Rom. 8 mnia cooperantur in bonum, his qui secundum propositum uocati sunt: quoniam quos ante præsciuit, & prædestinauit cõformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: quos aũt prædestinauit, illos & uocauit: quos aũt
C uocauit, ipsos & iustificauit: quos autem iustificauit, ipsos & glorificauit. Ex istis nullus perit, quia omnes electi sunt: Electi sunt aũt, quia secundum Rom. 9 propositum uocati sunt: propositum autem nõ suum sed dei. De quo alibi dicit, ut secũdum electionem propositum dei maneret, & non ex operibus sed ex uocante dictum est ei, quia maior seruiet minori: & alibi: Non secundum opera nostra, inquit, sed secũdum suum propositum & gratiam. Cum ergo audímus: Quos autem prędestinauit, illos & uocauit, secundum propositũ uocatos debemus agnoscere, quoniã inde cœpit, dicens: Omnia cooperantur in bonum, his qui secũdum propositum uocati sunt: ac deinde subiunxit: Quoniam quos ante præsciuit, & prædestinauit conformes imagi-
D nis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Atq; his præmíssis subdidit: Quos autem prædestinauit, illos & uocauit. Eos itaq; uult intelligi, quos secundum propositum uocauit, ne putentur in eis esse aliqui uocati & non electi, propter illam dominicam sententiam: Multi uocati, pauci electi. Quicunque enim electi, sine dubio etiam uocati: non autem quicunq; uocati, consequenter electi. Illi ergo electi, ut sæpe dictum est, qui secundũ propositum uocati, qui etiam prædestinati atq; præsciti. Horum si quisquam perit, fallitur deus: sed nemo eorum perit, quia non fallitur deus: horum si quisq; perit, uitio humano uincit̃ deus: sed nemo eorum perit, quia nulla re uincitur deus. Electi autem sunt ad regnandũ cum Christo, nõ quomodo electus est Iudas ad opus cui congruebat. Ab illo

quippe

Universidad de Deusto

quippe electus est, qui nouit bene uti etiã malis, ut & per eius opus dãnabile, illud propter quod ipse uenerat, opus uenerabile compleretur. Cum
Io.6 ita q; audimus, nónne ego uos duodecim elegi, & unus ex uobis diabolus est: illos debemus intelligere electos per misericordiam, illũ per iudiciũ. Illos ergo elegit ad obtinendũ regnũ suum: illum ad effundendũ sanguinem suum. Merito sequitur uox ad regnum electorũ: Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui filio proprio nõ pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ, quomodo nõ & cum illo nobis omnia donauit? Quis accusabit aduersus electos dei? Deus qui iustificat? Quis condemnat? Christus Iesus qui mortuus est, magis autem qui & resurrexit, qui est in dextra dei, qui & interpellat pro nobis? Quàm fortis aũt perseuerantiæ usq; in finem munus acceperint, sequantur & dicant: Quis nos separabit à charitate Christi, tribulatio, an angustia, an persecutio, an fames, an nuditas, an periculũ, an gladius? Sicut scriptũ est: Quia
Psal.43 propter te mortificamur tota die, æstimati sumus ut oues occisionis. Sed in his omnibus superuincimus per eũ qui dilexit nos. Certus sum enim quia neq; mors, neq; uita, neq; angelus, neq; principatus, neq; præsentia, neq; futura, neq; uirtus, neque altitudo, neq; profundum, neq; creatura alia poterit nos separare à charitate dei, quæ est in Christo
2.Tim.2 Iesu dño nostro. Isti significati sunt ad Timotheũ,
Gal.5 ubi cũ dictũ fuisset Hymenæum & Philetũ fidem quorundã subuertere, mox additũ est: Firmũ aũt fundamentum dei stat, habens signaculum hoc, Sciuit dominus qui sunt eius. Horum fides quæ per dilectionẽ operatur, profecto aut omnino non deficit: at si qui sunt quorũ deficit, reparatur antequam uita ista finiat, & deleta quæ intercurrerat iniquitate, usq; in finem perseuerantia deputatur. Qui uero perseueraturi nõ sunt, ac sic à fide Christiana & conuersatione lapsuri sunt, ut tales eos uitæ huius finis inueniat, proculdubio nec illo tẽpore, quo bene pieq; uiuunt, in isto numero computandi sunt. Non enim sunt à massa illa perditionis præscientia dei & prædestinatione discreti, & ideo nec secundũ propositum uocati, ac per hoc nec electi: sed in eis uocati de quibus dictum est:
Mat.20 Multi uocati: & non in eis de quibus dictũ est, pauci uero electi. Et tamẽ quis neget eos electos, cum credunt & baptizantur, & secundũ deum uiuũt? Planè dicunt electi à nescientibus quid futuri sint, non ab illo qui eos nouit non habere perseuerantiam, quæ ad beatam uitã perducit electos, scitq;
Cap. VIII illos ita stare, ut præsciret esse casuros. Hic si à me quæratur, cur eis deus perseuerantiã non dederit, qui eã qua Christiane uiuerent dilectionem dedit: me ignorare respondeo. Nõ enim arroganter, sed agnoscens modulum meum, audio dicentem Apostolũ: O homo, tu quis es qui respõdeas
Rom.9 deo? Et, O altitudo diuitiarũ sapientiæ & scientiæ
Rom.11 dei, q; inscrutabilia sunt iudicia eius, & inuestigabiles uiæ eius. Quantũ itaq; nobis iudicia sua manifestare dignat, gratias agamus: quantũ uero abscondere, non aduersus eius consilium murmure-

A mus, sed hoc quoq; nobis salubertimum esse credamus. Tu aũt quisquis inimicus eius gratiæ sic interrogas, ipse quid dicis? Bene, quod te non negas esse Christianum, & catholicum iactas. Si ergo confiteris donum dei esse perseuerare in bono usq; in finem, cur hoc donum ille accipiat, ille non accipiat, puto quod mecum pariter nescis, & ambo hic inscrutabilia iudicia dei penetrare nõ possumus. Aut si ad liberum arbitriũ hominis, quod non secundum dei gratiã, sed contra eam defendis, pertinere dicis ut perseueret in bono quisq;, uel nõ perseueret, nõ deo donãte si perseueret, sed humana uoluntate fecisse: quid moliturus es con
Luc.22 tra uerba dicẽtis: Rogaui pro te Petre, ne deficiat fides tua? An audebis dicere etiam rogante Chri-
B sto ne deficeret fides Petri, defecturã fuisse si Petrus eam deficere uoluisset, hoc est, si eam usq; in finẽ perseuerare noluisset: quasi aliud Petrus ullo modo uellet, q; pro illo Christus rogasset ut uellet? Nam quis ignorat tunc fuisse periturã fidem Petri, si ea quæ fidelis erat, uolũtas ipsa deficeret: & permansurã, si eadẽ uolũtas maneret? Sed quia præparatur uoluntas à domino, ideo pro illo non posset esse inanis oratio. Quãdo rogauit ergo ne fides eius deficeret, quid aliud rogauit nisi ut haberet in fide liberrimam, fortissimã, inuictissimã, perseuerantissimam uoluntatẽ? Ecce quemadmodum secundum gratiã dei, non cõtra eam libertas defenditur uoluntatis. Voluntas quippe humana non libertate consequitur gratiã, sed gratia po-
C tius libertatẽ, & ut perseueret delectabilem perpetuitatem, & insuperabilẽ fortitudinem. Mirãdum est quidem, multumq; mirãdum, q; filijs suis deus quibusdam quos regenerauit in Christo, quibus fidem, spem, dilectionem dedit, non dat perseuerantiam: cum filijs alienis scelera tanta dimittat, atq; impertita gratia sua, faciat filios suos. Quis hoc non miretur? Quis hoc non uehementissime stupeat? Sed etiam illud non minus mirum est, & tamen uerum, atq; ita manifestum, ut nec ipsi inimici gratiæ dei quomodo id negent ualeant inuenire, quod filios quosdam amicorũ suorum, hoc est regeneratorum bonorumq; fideliũ, sine baptismo hinc paruulos exeũtes, quibus utiq; si uellet, huius lauacri gratiam procuraret, in cuius potestate sunt omnia, alienat à regno suo, quo parentes
D mittit illorũ: & quosdam filios inimicorum suorum facit in manus Christianorum uenire, & per hoc lauacrum introduci in regnum, à quo eorum parentes alieni sunt, cum & illis malum, & istis bonum meritum nullum sit paruulis, ex eorũ propria uoluntate. Certe hic iudicia dei, quoniam iusta & alta sunt, nec uituperari possunt, nec penetrari: in his est & illud de perseuerãtia, de qua nũc disputamus: de utrisq; ergo exclamemus: O altitudo diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, q; inscrutabilia sunt iudicia eius. Nec miremur nos uestigare non posse inuestigabiles uias eius. Vt enim alia
Rom.a innumerabilia taceam, quæ alijs dantur, alijs non dãtur hominibus à domino deo, apud quem non est acceptio personarum, nec tribuuntur ista meritis

Universidad de Deusto
Biblioteca

ritis uolũtatum, ſicut ſunt celeritates, uires, bonæ ualetudines, & pulchritudines corporũ, ingenia mirabilia, & multarum artiũ capaces naturę mentium: uel quæ accidunt extrinſecus, ut eſt opulentia, nobilitas, honores, & cætera huiuſmodi, quæ quiſq; ut habeat, non niſi in dei eſt poteſtate: ut nõ immorer etiã in baptiſmate paruulorũ, quod nullus iſtorũ poteſt dicere, ſicut illa ad regnũ dei non pertinere, cur illi paruulo detur, illi non detur, cum ſit utrunq; in poteſtate dei, & ſine illo ſacramẽto nemo intret in regnum dei. Vt ergo hæc taceam uel relinquam, illoſipſos intueãtur de quibus agitur. De his enim diſſerimus, qui perſeuerantiam bonitatis non habent, ſed ex bono in malum deficiente bona uoluntate moriuntur. Reſpondeãt ſi poſſunt, cur illos deus cũ fideliter & pie uiuerent, non tunc de uitæ huius periculis rapuit, ne malitia mutaret intellectũ eorum, & ne fictio deciperet animas eorum. Vtrũ hoc in poteſtate non habuit, an eorum mala futura neſciuit? Nempe nihil horũ niſi peruerſiſſime atq; inſaniſſime dicit. Cur ergo nõ fecit? Reſpondeant qui eos irridẽt, quando in rebus talibus exclamamus: Quam inſcrutabilia ſunt iudicia eius, & inueſtigabiles uiæ eius. Neq; enim hoc non donat deus quibus uoluerit, aut uero ſcriptura illa mentitur, quæ de morte uelut immatura hominis iuſti ait: Raptus eſt ne malitia mutaret intellectum eius, aut ne fictio decipere animam eius. Cur igitur hoc tam magnũ beneficium alijs dat, alijs non dat deus, apud quẽ non eſt iniquitas, nec acceptio perſonarũ, & in cuius poteſtate eſt quandiu quiſq; in hac uita maneat, quæ tentatio dicta eſt ſuper terrã? Sicut ergo coguntur fateri donũ dei eſſe, ut finiat homo uitam iſtam, anteq; ex bono mutetur in malũ, cur autem alijs donetur, alijs non donetur, ignorant: ita donum dei eſſe in bono perſeuerantiam ſecũdũ ſcripturas, de quibus teſtimonia multa iam poſui, fateantur nobiſcum, & cur alijs detur, alijs non detur, ſine murmure aduerſus deum dignẽtur ignorare nobiſcũ. Nec nos moueat, quod filijs ſuis quibuſdã deus non dat iſtam perſeuerãtiam. Abſit enim ut ita eſſet, ſi de illis prædeſtinatis eſſent, & ſecundum propoſitũ uocatis, qui uere ſunt filij promiſſionis. Nã iſti cum pie uiuunt dicuntur filij dei, ſed quoniam uicturi ſunt impie, & in eadem impietate morituri, nõ eos dicit filios dei pręſcientia dei. Sunt enim filij dei, qui nondum ſunt nobis & ſunt iã deo: de quibus ait Euangeliſta Ioannes, quia Ieſus moriturus erat pro gẽte: nec tantũ pro gente, ſed etiam ut filios dei diſperſos congregaret in unum, quod utiq; credendo futuri erant per Euangelij prædicationem, & tamen anteq; eſſet factum, iam filij dei erant in memoriali patris ſui inconcuſſa ſtabilitate conſcripti. Et ſunt rurſus quidam qui filij dei propter ſuſceptam uel temporaliter gratiã dicũtur à nobis, nec ſunt tamen deo. De quibus ait idẽ Ioannes: Ex nobis exierũt, ſed non erant ex nobis. Quod ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcũ. Non ait ex nobis exierunt, ſed quia non manſerunt nobiſcum, iam non

Sap. 4

Cap. IX

1. Io. 2

ſunt ex nobis: uerum ait, ex nobis exierũt, ſed nõ erant ex nobis: hoc eſt, & quando uidebantur in nobis, non erant ex nobis. Et tanq; ei diceretur, unde id oſtendis? Quod ſi fuiſſent, inquit, ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcum. Filiorum dei uox eſt: Ioannes loquitur in filijs dei loco præcipuo conſtitutus. Cum ergo filij dei dicunt de his qui perſeuerantiam non habuerunt, ex nobis exierunt, ſed non erant ex nobis: & addunt, quod ſi fuiſſent ex nobis, permanſiſſent utiq; nobiſcum: quid aliud dicunt, niſi non erant filij, etiã quando erant in profeſſione & nomine filiorũ? non quia iuſtitiam ſimulauerunt, ſed quia in ea non permãſerunt. Neq; enim ait: Nam ſi fuiſſent ex nobis, ueram nõ fictam iuſtitiam tenuiſſent utiq; nobiſcũ: ſed, ſi fuiſſent, inquit, ex nobis, permãſiſſent utiq; nobiſcum. In bono illos uolebat proculdubio permanere. Erant itaq; in bono, ſed quia in eo nõ permanſerunt, id eſt, non uſq; in finem perſeuerauerunt, non erant, inquit, ex nobis, & quando erãt nobiſcum: hoc eſt, non erant ex numero filiorum, & quando erãt in fide filiorum: quoniam qui uere filij ſunt, præſciti & prædeſtinati ſunt conformes imaginis filij eius, & ſecundum propoſitum uocati ſunt ut electi eſſent. Non enim perit filius promiſſionis, ſed filius perditionis. Fuerunt ergo iſti ex multitudine uocatorũ: ex electorũ aũt paucitate non fuerunt. Non igitur filijs ſuis prædeſtinatis deus perſeuerantiã non dedit, haberẽt enim eam ſi in eo filiorũ numero eſſent. Et quid haberẽt quod nõ accepiſſent, ſecundũ apoſtolicam ueraq; ſententiam? ac per hoc tales filij filio Chriſto dati eſſent: quemadmodũ ipſe dicit ad patrẽ, ut omne quod dediſti mihi non pereat, ſed habeat uitã æternam. Hi ergo Chriſto intelliguntur dari, qui ordinati ſunt in uitã æternam. Ipſi ſunt illi prædeſtinati, & ſecundum propoſitum uocati, quorũ nullus perit. Ac per hoc nullus eorũ ex bono in malum mutatus finit hanc uitam, quoniam ſic eſt ordinatus, & ideo Chriſto datus ut nõ pereat, ſed habeat uitam æternam. Et rurſus quos dicimus inimicos eius, uel paruulos filios inimicorũ eius, quoſcũq; eorum ſic regeneraturus eſt, ut in ea fide quæ per dilectionẽ operatur hanc uitã finiant, iã & anteq; hoc fiat, in illa prædeſtinatiõe ſunt filij eius, & dati ſunt Chriſto filio eius, ut nõ pereant, ſed habeãt uitam æternã. Deniq; ipſe ſaluator: Si manſeritis, inquit, in uerbo meo, uere diſcipuli mei eſtis. Nũquid in his computandus eſt Iudas, qui non manſit in uerbo eius? Nunquid in his cõputandi ſunt illi de quibus Euãgeliũ ſic loquitur, ubi dominus cũ commẽdaſſet manducandã carnẽ ſuã, & bibendum ſanguinem ſuũ, ait Euãgeliſta: Hæc dixit in ſynagoga docens in Capharnaum. Multi ergo audientes ex diſcipulis eius dixerunt: Durus eſt hic ſermo, quis poteſt eum audire? Sciens aũt Ieſus apud ſemetipſum, quia murmurabãt de hoc diſcipuli eius, dixit eis: Hoc uos ſcandalizat: Si ergo uideritis filiũ hominis aſcendentẽ ubi erat prius? Spiritus eſt qui uiuificat, caro autem non prodeſt quicq;. Verba quæ ego locutus ſum uobis, ſpiritus

1. Cor. 4

Io. 8

Io. 6

Universidad de Deusto
Biblioteca

tus & uita sunt. Sed sunt quidã ex uobis qui non A credunt: sciebat enim ab initio Iesus qui essent credentes, & quis traditurus esset eũ, & dicebat: Propterea dixi uobis, quia nemo uenit ad me, nisi fuerit ei datum à patre meo. Ex hoc multi discipulorum eius abierunt retro, & iam non cum illo ambulabant. Nunquid non & isti discipuli appellati sunt loquente Euangelio, & tamen non erant uere discipuli, quia non manserunt in uerbo eius, secundum id quod ait: Si manseritis in uerbo meo, uere discipuli mei estis. Quia ergo non habuerũt perseuerantiam, sicut non uere discipuli Christi, ita nec uere filij dei fuerunt, etiam quando esse uidebantur, & ita uocabãtur. Appellamus ergo nos & electos Christi discipulos & dei filios, quia sic appellandi sunt quos regeneratos pie uiuere cer- B nimus: sed tunc uere sunt quod appellantur, si manserint in eo propter quod sic appellantur. Si aũt perseuerantiam non habent, id est in eo quod cœperunt esse non manent, non uere appellantur quod appellantur, & non sunt: apud eũ enim hoc non sunt cui notũ est quod futuri sunt, id est ex bonis mali. Propter hoc Apostolus cum dixisset, Sci
Rom.8 mus quoniam diligentibus deum omnia cooperatur in bonum: sciens nonnullos diligere deum, & in eo bono usq; in finem non permanere, mox addidit, his qui secundum propositum uocati sunt. Hi em̃ in eo q̃d diligũt deũ, permanẽt usq; in finẽ: & qui ad tempus inde deuiãt, reuertunt̃ ut usq; in finem perducantur, quod in bono esse cœperunt. Ostendens aũt quid sit secundum propositum uo C cari, mox addidit ea quæ iam supra posui: Quoniam quos ante præsciuit, & prædestinauit cõformes imaginis filij eius, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus. Quos aũt prædestinauit, illos & uocauit, scilicet secundum propositum: quos aũt uocauit, ipsos & iustificauit, quos aũt iustificauit, ipsos & glorificauit. Illa omnia iam facta sunt, prę sciuit, prædestinauit, uocauit, iustificauit: Quoniam & omnes iam præsciti ac prædestinati sunt, & multi iam uocati atq; iustificati. Quod autẽ posuit in fine, illos & glorificauit: Siquidem illa gloria est hic intelligenda de qua idem dicit: Cũ Chri
Col.3 stus apparuerit uita uestra, tunc & uos cũ illo apparebitis in gloria: nondũ factum est, quamuis & illa duo, id est uocauit & iustificauit, non in omni- D bus facta sint, de quibus dicta sunt. Adhuc enim usq; in finem seculi multi uocandi & iustificandi sunt: & tamen uerba præteriti temporis posuit de rebus etiam futuris, tanq; iã fecerit deus, quæ iam ut fierent ex eternitate dispposuit. Ideo de illo dicit Propheta Esaias, qui facit quæ futura sunt. Quicũq; ergo in dei præuidẽtissima dispositiõe præsciti prędestinati, uocati, iustificati, glorificati sunt, nõ dico etiã nondũ renati, sed etiam nondũ nati, iam filij dei sunt, & omnino perire non possunt. Hi uere ueniunt ad Christũ, quia ita ueniunt quomodo ipse dicit: Omne quod dat mihi pater ad me ue-
Io.6 niet, & eũ qui uenit ad me, non ejciam foras. Et paulopost: Hæc est, inquit, uoluntas eius qui misit me patris, ut om̃e quod dedit mihi nõ perdam ex eo. Ab illo ergo datur etiã perseuerantia in bono usq; in finem: nec; enim datur, nisi eis qui non peribunt, quoniam qui non perseuerant peribunt. Talibus deus diligentibus eũ omnia cooperatur in bonũ, usq; adeo prorsus oĩnia, ut etiam si qui eorum deuiant & exorbitant, etiã hoc ipsum eis faciat proficere in bonum, quia humiliores redeunt atq; doctiores. Discũt enim in ipsa uia iusta cum tremore se exultare debere, non sibi arrogando tanq; de sua uirtute fiduciam permanendi, nec dicendo in abundantia sua, non mouebor in æter- Psal.29
num, propter quod eis dicitur: Seruite domino Psal.2
in timore, & exultate ei cũ tremore, ne quãdo irascatur dominus, & pereatis de uia iusta. Nec; em̃ ait, & ne ueniatis ad uiã iustã: sed, ne pereatis, inquit, de uia iusta: quid ostendens, nisi eos esse cõmonitos qui iam ambulant in uia iusta, ut in timore deo seruiãt, id est non altũ sapiant, sed timeant: quod significat non superbiant, sed humiles sint: unde & alibi dicit: Non alta sapientes, sed humili Rom.12
bus cõsentientes: exultent deo, sed cum tremore, in nullo gloriantes, quando nostrũ nihil sit, ut qui gloriatur in domino glorietur. Ne pereant de uia Hier.9
iusta, in qua iam ambulare cœperũt, dum sibi hoc ipsum assignant, quod in ea sunt. his uerbis usus Phil.2
est & Apostolus ubi ait: Cũ timore & tremore uestram ipsorum salutẽ operamini. Et ostẽdens quare cũ timore & tremore, ait: Deus est em̃, inquit, qui operat̃ in uobis & uelle & operari pro bona uoluntate. Non em̃ habebat hunc timorẽ & tremorem, qui dicebat abũdantia sua, non mouebor in æternum: sed quia filius erat promissionis, non perditionis, expertus deo paululum deserẽte quid esset ipse: Domine, inquit, in uoluntate tua præstitisti decori meo uirtutem, Auertisti faciem tuam à me, & factus sum conturbatus. Ecce doctior, & ob hoc etiã humilior, tenuit uiam iam uidẽs & cõfitens in uoluntate sua, deũ decori eius præstitisse uirtutẽ, quod sibĩpsi tribuens & de se præsumẽs, in tali abundantia quam præstiterat deus, non de illo qui eam præstiterat dicebat, non mouebor in æternum. Factus est ergo conturbatus, ut se inueniret, & humiliter sapiens, non solũ æternæ uitę, uerumetiam in hac uita piæ conuersionis & perseuerantiæ, in quo spes habẽda esset addisceret. Hęc uox & apostoli Petri esse potuit: dixerat quippe & ipse in abundantia sua, Animam meã pro te ponã: sibi festinando tribuẽs, quod ei fuerat à domino postea largiendum. Auertit aũt ab illo faciem Io.13
dominus, & factus est cõturbatus, ita ut eum mori pro illo metuens ter negaret. Sed rursus conuertit ad eum faciem suam dominus, & culpã lachrymis diluit. Quid est enim aliud, Respexit eum: nisi faciem suam quam paululum ab illo auerterat, reuocauit ad eum? Factus ergo fuerat conturbatus. Sed quia didicit non de seipso fidere, etiam hoc ei profecit in bonũ, faciẽte illo qui diligẽtibus eum omnia cooperatur in bonũ, quia secundũ propositum uocatus erat, ut nemo eum posset eripere de manu Christi, cui datus erat. Nemo ergo dicat, Cap. X
non esse corripiendum qui exorbitat de uia iusta,

sed

Universidad de Deusto
Biblioteca

sed ei reditum & perseuerantiã à domino tantum esse poscendam: nemo prudens & fidelis hoc dicat. Si enim secundũ propositum uocatus est iste, proculdubio illi etiã quod corripitur, deus cooperatur in bonũ. Vtrũ aũt sic sit uocatus, quoniam qui corripit nescit, faciat ipse cum charitate quod scitesse faciẽdum: scit enim talem corripiendũ, facturo deo aut ad misericordiã, aut ad iudiciũ. Misericordiam quidẽ, si à massa perditionis ille qui corripitur, gratiæ largitate discretus est, & non est inter uasa iræ quæ perfecta sunt in perditionẽ, sed inter uasa misericordiæ, quæ præparauit deus in gloriam. Iudicium uero, si in illis est damnatus, in his nõ est prædestinatus. Hinc exoritur alia quæstio non sanè contemnẽda, sed in adiutorio domini, in cuius manu sunt & nos & sermones nostri, aggredienda atq; soluenda. Quæritur enim à nobis, quantum attinet ad hoc donum dei, quod est in bono perseuerare usq; in finem, quid de ipso primo homine sentiamus, qui certe sine ullo uitio factus est rectus. Nec dico, si perseuerantiam nõ habuit, quomodo sine uitio fuit, cui tamen necessarium dei donum fuit: huic namq; interrogationi facile respondeẽ, eam perseuerantiã nõ habuisse, quia in eo bono quo sine uitio fuit non perseuerauerit: cœpit em̃ habere uitium ex quo cecidit, & si cœpit, antecq; cœpisset utiq; sine uitio fuit. Aliud est em̃ non habere uitiũ, & aliud est in ea bonitate in qua nullum uitiũ est, non manere. Eo quippe ipso q̃ non dicitur nunc̃q; sine uitio fuisse, sed dicitur sine uitio nõ permãsisse, proculdubio demonstratur sine uitio fuisse, in quo bono non permansisse culpatur. Sed illud magis quærẽdum operosiusq; tractandũ est, quomodo respondeamus eis, qui dicũt: Si in illa rectitudine in qua sine uitio factus est, habuit perseuerantiã, proculdubio perseuerauit in ea. Et si perseuerauit, utiq; nõ peccauit, nec illam suã rectitudinem deũq; deseruit. Eũ aũt peccasse, & desertorẽ boni fuisse, ueritas clamat. Non ergo habuit in illo bono perseuerantiã, & si nõ habuit, non utiq; accepit. Quomodo enim & accepisset perseuerantiã, & non perseueraſſet? Porrò si propterea non habuit quia non accepit, quid ipse non perseuerando peccauit, qui perseuerantiam non accepit? Neq; enim dici potest ideo non accepisse, quia non est discretus à massa perditiõis gratiæ largitate: Nondum quippe erat illa in genere humano q̃ditionis massa antecq; peccasset, ex quo tracta est origo uitiata. Quapropter saluberrime confitemur, quod rectissime credimus, deum dominumq; rerum omniũ qui creauit omnia bona uel de, & mala ex bonis exortura esse præsciuit, & sciuit magis ad suam omnipotentissimã bonitatem pertinere, etiam de malis bene facere, q̃ mala esse nõ sinere: sic ordinasse angelorũ & hominũ uitã, ut in ea prius ostenderet quid posset eorum liberum arbitrium, deinde quid posset suæ gratiæ beneficiũ iustitiæq; iudicium. Denicq; angeli quidã, quorum princeps est qui dicitur diabolus, per libertãũ arbitriũ à domino deo refugæ facti sunt. Refugientes tamen eius bonitatem qua beati fuerunt, non potuerũt eius effugere iudiciũ, per quod miserrimi effecti sunt. Cæteri aũt per ipsum liberum arbitrium in ueritate steterunt, eamq; de suo casu nunc̃q futuro certissimã scire meruerunt. Si enim nos de scripturis sanctis nosse potuimus sanctos angelos iam nullos esse casuros, quãto magis hoc ipsi reuelata sibi sublimius ueritate nouerunt. Nobis q̃ppe beata sine fine uita promissa est, & æqualitas angelorũ. Ex qua promissione certi sumus, cum ad illam uitam post iudiciũ uenerimus, non inde nos esse lapsuros: quod si de se ipsis angeli nescíunt, non æquales sed beatiores erimus. Veritas aũt nobis eorum promisit æqualitatẽ. Certum est igitur hoc eos nosse per speciem, quod nos per fidem, nullam scilicet iam ruinam cuiusquã sancti angeli futuram. Diabolus uero & angeli eius, & si beati erant antecq; caderent, & se in miseriam casuros esse nesciebant, erat tamen adhuc quod eorũ adderetur beatitudini, si per liberum arbitrium in ueritate stetissent, donec istã summæ beatitudinis plenitudinem, tancq; præmium ipsius permansionis acciperent, id est, ut magna per spiritũ sanctum data abundantia charitatis dei, cadere ulterius omnino non possent, & hoc de se certissime nossent: hanc plenitudinem beatitudinis non habebant: sed quia nesciebant suã futurã miseriam, minore quidẽ, sed tamen beatitudine sine ullo uitio fruebantur. Nã si suũ casum futurum nossent æternumq; supplicium, beati utiq; esse non possent, quos huius tanti mali metus iam tũc miseros esse compelleret. Sic & hominem fecit cũ libero arbitrio, & quamuis sui futuri casus ignarum, tamen ideo beatũ, quia & non mori & nõ miserum fieri in sua potestate esse sentiebat. In quo statu recto ac sine uitio, si per ipsum liberum arbitrium manere uoluisset, profecto sine ullo mortis & infelicitatis experimento, acciperet illam merito huiusmodi permansionis, beatitudinis plenitudinẽ, qua & sancti angeli sunt beati, id est, ut cadere non posset ulterius, & hoc certissime sciret. Nã neq; ipse posset etiã in paradiso beatus esse, imò ibi non esset, ubi esse miserum non deceret, si eũ sui casus præscientia timore tanti mali miserũ faceret. Quia uero per liberum arbitrium deũ deseruit, iustum iudicium dei expertus est, ut cũ tota sua stirpe quæ in illo adhuc posita, tota cũ illo peccauerat, damnaretur. Quotquot enim ex hac stirpe gratia dei liberantur, à damnatione utiq; liberantur, qua iam tenentur obstricti: unde etiã si nullus liberaretur, iustũ dei iudiciũ nemo iuste reprehẽderet. Quòd ergo pauci in comparatione pereuntiũ, in suo uero numero liberãtur multi, gratia fit, gratis fit, gratiæ sunt agendæ quia fit, ne quis uelut de suis meritis extollatur, sed omne os obstruat̃, & qui gloriatur, in domino glorietur. Quid ergo? Adam non habuit dei gratiam? Imò uero habuit magnã, sed disparẽ. Ille in bonis erat, quę bonitate sui conditoris acceperat. Neq; enim ea bona & ille suis meritis comparauerat, in quibus prorsus nullum patiebatur malũ. Sancti uero in hac uita ad quos pertinet liberationis hæc gratia, in malis sunt,

Hier. 9 Cap. XI

ex

Universidad de Deusto

Mat.6 ex quibus clamãt ad deum: Libera nos à malo. Ille in illis bonis Christi morte nõ eguit: istos à reatu & hæreditario & proprio, illius agni sanguis absoluit. Ille nõ opus habebat eo adiutorio, quod
Rom.7 implorant isti cũ dicunt: Video aliam legẽ in mẽbris meis repugnantem legi mẽtis meæ, & captiuantẽ me in lege peccati, quæ est in mẽbris meis:
Gal.5 Infelix ego homo quis me liberabit de corpore mortis huius? Gratia dei per Iesum Christum dominũ nostrum: quoniam in eis caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnẽ, atq; in tali certamine laborantes ac periclitantes, dari sibi pugnandi uincendiq; uirtutẽ per Christi gratiã poscunt. Ille uero nulla tali rixa à seipso aduersus seipsum tentatus atq; turbatus, in illo beatitudinis loco, sua secum pace fruebatur. Proinde etsi non interim lætiore nunc, ueruntamen potentiore gratia indigent isti: & quæ potẽtior q̃ dei unigenitus filius, æqualis patri & coæternus pro eis homo factus, & sine ullo uel originali uel proprio peccato ab hominibus peccatorib. crucifixus? Qui quãuis die tertio resurrexit, nunquam moriturus ultrius, pertulit tamen pro mortalibus mortem, qui mortuis præstitit uitam, ut redempti eius sangui-
Rom.8 ne, tanto ac tali pignore accepto dicerent: Si deus pro nobis, quis cõtra nos? Qui proprio filio non pepercit, sed pro nobis omnibus tradidit eũ, quomodo non & cũ illo omnia nobis donauit? Deus ergo naturã nostrã, id est, animam rationalem carnemq; hominis Christus suscepit, susceptione singulariter mirabili uel mirabiliter singulari, ut nullis iustitiæ suæ præcedentibus meritis filius dei sic esset ab initio quo esse homo cœpisset, ut ipse & uerbũ quod sine initio est, una persona esset. Neque enim quisquam tanta rei huius & fidei cæcus est ignorãtia, ut audeat dicere, quamuis de spiritu sancto & uirgine Maria filiũ hominis natum, per liberum tamen arbitriũ bene uiuendo, & sine peccato bona opera faciendo meruisse, ut esset dei fi-
Io.1 lius, resistente Euangelio atq; dicẽte: Verbum caro factũ est. Nã ubi hoc factũ est, nisi in utero uirginali, unde fuit initium hominis Christi? Itemq; uirgini requirẽti, quomodo fieret quod ei per an-
Luc.1 gelum nunciabatur, angelus respondit: Spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi: Propterea quod nascetur ex te sanctũ, uocabitur filius dei. Propterea, inquit, non propter opera, quæ nondum nati utiq; nulla sunt: sed propterea quia spiritus sanctus superueniet in te, & uirtus altissimi obumbrabit tibi, quod nascetur ex te sanctũ, uocabit filius dei. Ista natiuitas profecto gratuita cõiunxit in unitate personæ hominẽ deo, carnem uerbo. Istam natiuitatẽ bona opera secuta sunt, non bona opera meruerũt. Neq; enim metuendum erat, ne isto ineffabili modo in unitatem personæ à uerbo deo natura humana suscepta, per liberũ uolũtatis peccaret arbitrium, cum ipsa susceptio talis esset, ut natura hominis à deo ita susceptа, nullũ in se motũ malæ uoluntatis admitteret. Per hunc mediatorem deus ostendit eos quos eius sanguine redemit, facere se ex malis de-

A inceps in æternũ bonos, quem sic suscepit, ut nunquam esset malus, ne ex malo factus semper esset bonus. Istã gratiã non habuit homo primus, qua nunq; uellet esse malus: sed sanè habuit in qua si permanere uellet, nunq; malus esset, & sine qua etiam cũ libero arbitrio bonus esse non posset, sed eam tamẽ per liberũ arbitriũ deserere posset. Nec ipsum ergo deus esse uoluit sine sua gratia, quẽ reliquit in eius libero arbitrio: quoniam liberum arbitrium ad malum sufficit, ad bonum autem parũ est, nisi adiuuetur ab omnipotenti bono: quod adiutorium si homo ille per liberũ non deseruisset arbitrium, semper esset bonus: sed deseruit, & desertus est. Tale quippe erat adiutorium quod desereret cũ uellet, & in quo permaneret si uellet, nõ quo fieret ut uellet. Hæc est prima gratia quæ da-
B ta est primo Adam, sed hæc potentior est in secundo Adam. Prima est eñ qua fit, ut habeat homo iustitiã si uelit: secũda ergo plus potest, qua etiam fit ut uelit, & tantum uelit, tantoq; ardore diligat, ut carnis uoluntatem contraria concupiscentem, uoluntate spiritus uincat. Nec illa quidem parua erat qua demonstrata est etiam potentia liberi arbitrij, quoniam sic adiuuabatur, ut sine hoc adiutorio in bono non maneret, sed hoc adiutorium si uellet desereret. Hæc aũt tãto maior est, ut parum sit homini per illam reparare perditam libertatẽ, parum sit deniq; non posse sine illa, uel apprehendere bonum, uel permanere in bono si uelit, nisi etiam efficiatur ut uelit. Tunc ergo dederat homini deus bonam uoluntatem; in illa quippe eum se-
C cerat qui fecerat rectum. Dederat & adiutorium, sine quo in ea nõ posset permanere si uellet: ut autẽ uellet, in eius libero reliquit arbitrio. Posset ergo permanere si uellet, quia non deerat adiutorium per quod posset, & sine quo non posset perseueranter bonum tenere quod uellet. Sed quia noluit permanere profecto eius culpa est, cuius meritum fuisset, si permanere uoluisset: sicut fecerunt angeli sancti, qui cadẽtibus alijs per liberum arbitrium, per idem liberum arbitrium steterunt ipsi, & huius mansionis debitam mercedem recipere meruerunt, tantam scilicet beatitudinis plenitudinem, qua eis certissimũ sit semper se in illa esse mansuros. Si autem hoc adiutorium uel angelo uel homini quamprimum facti sunt defuisset,
D quoniam nõ talis natura facta erat, ut sine diuino adiutorio posset manere si uellet, nõ utiq; sua culpa cecidissent. Adiutorium quippe defuisset, sine quo manere non possent. Nunc aũt quibus deest tale adiutoriũ, iam pœna peccati est: quibus aũt datur, secundum gratiã datur, non secundum debitũ: & tanto amplius datur per Iesum Christũ dominũ nostrum, quibus id dare deo placuit, ut non solũ adsit sine quo permanere nõ possumus, etiam si uelimus, uerumetiam tantum ac tale sit, ut uelimus. Est quippe in nobis per hanc dei gratiam in bono recipiendo & perseuerãter tenendo, nõ solũ posse quod uolum⁹, uerũetiã uelle q̃d possumus. Quod non fuit in homine primo: unũ eñ horũ in illo fuit, alterũ nõ fuit. Nãq; ut reciperet bonum,

gratia

Universidad de Deusto
Biblioteca

gratia non egebat, quia nondum perdiderat: ut aũt in eo permaneret, egebat adiutorio gratiæ, sine quo id omnino non posset; & acceperat posse si uellet, sed nõ habuit uelle quod posset, nã si habuisset, perseuerasset. Posset enim perseuerare etiã si uellet: quod ut nollet, de libero descendit arbitrio, quod tunc ita liberum erat, ut bene uelle posset & male. Quid erit aũt liberius libero arbitrio, quando non poterit seruire peccato, quæ futura erat & homini, sicut facta est & angelis sanctis merces meriti? Nunc aũt per peccatũ perdito bono, merito in his qui liberantur, factũ est donum gratię, quę merces meriti futura erat. Quapropter bina ista quid inter se differant, diligenter & uigilanter intuendum est: posse non peccare, & non posse peccare: posse non mori, & non posse mori: bonum posse non deserere, & bonũ non posse deserere. Potuit enim non peccare primus homo, potuit non mori, potuit bonũ non deserere. Nunqd dicturi sumus, non potuit peccare qui tale habebat liberũ arbitriũ? Aut non potuit mori, cui dictum est, Si peccaueris morte morieris? Aut non potuit bonum deserere, cũ hoc peccando deseruerit, & ideo mortuus sit? Prima ergo libertas uolũtatis erat, posse non peccare: nouissima erit multo maior, nõ posse peccare. Prima immortalitas erat posse non mori: nouissima erit multo maior, non posse mori. Prima erat perseuerantię potestas, bonum posse nõ deserere: nouissima erit felicitas perseuerantiæ, bonum nõ posse deserere. Nũquid quia erunt bona nouissima potiora atq; meliora, ideo fuerũt illa prima uel nulla uel parua? Itemq; ipsa adiutoria distinguenda sunt. Aliud est adiutorium sine quo aliquid non fit, & aliud est adiutorium, quo aliquid fit. Nam sine alimẽtis non possumus uiuere, nec tamen cũ affuerint alimẽta, eis fit ut uiuat qui mori uoluerit. Ergo adiutoriũ alimentorum est, sine quo non fit, non quo fit ut uiuamus. At uero beatitudo quam nõ habet homo, cũ data fuerit, cõtinuo fit beatus. Adiutorium est enim non solum sine quo non fit, uerumetiã quo fit propter quod datur. Quapropter hoc adiutoriũ & quo fit est, & sine quo non fit. Quia & si data fuerit homini beatitudo, continuo fit beatus: & si data nunq̃ fuerit, nunquam erit. Alimenta uero non consequenter faciunt ut homo uiuat, sed tamen sine illis nõ potest uiuere. Primo itaq; homini qui in eo bono quo factus fuerat rectus, acceperat posse non peccare, posse nõ mori, posse ipsum bonum non deserere, datũ est adiutorium perseuerantiæ, non quo fieret ut perseueraret, sed sine quo per liberum arbitriũ perseuerare non posset. Nunc uero sanctis in regnum dei per gratiam dei prædestinatis, non tantum tale adiutorium perseuerãtię datur, sed tale ut eis perseuerãtia ipsa donetur, non solum ut sine isto dono perseuerantes esse non possint, uerumetiam ut per hoc donum non nisi perseuerantes sint. Non solum enim dixit, Sine me nihil potestis facere: uerumetiam dixit: Nõ uos me elegistis, sed ego elegi uos, & posui uos, ut eatis & fructũ afferatis, & fructus uester maneat.

Gen. 2

Cap. XII

10.15

Quibus uerbis eis nõ solum iustitiam, uerũetiam in illa perseuerantiam se dedisse monstrauit. Christo enim sic eos ponente ut eant & fructum afferãt, & fructus eorum maneat, quis audeat dicere, forsitan non manebit? Sine pœnitentia sunt enim dona & uocatio dei, sed uocatio eorum qui secundum propositũ uocati sunt. Pro his ergo interpellante Christo ne deficiat fides eorũ, sine dubio nõ deficiet usq; in finem: ac per hoc perseuerabit usq; in finem, nec eam nisi manentem uitæ huius inuenit finis. Maior quippe libertas est necessaria aduersus tot & tantas tentationes, quæ in paradiso non fuerunt, dono perseuerantiæ munita atq; firmata, ut cũ omnibus amoribus, terroribus, errori bus suis uincatur hic mundus: hoc sanctorũ martyria docuerũt. Deniq; ille Adam & terrente nullo, & insuper contra dei terrentis imperiũ libero usus arbitrio, non stetit in tanta felicitate, in tanta non peccandi facilitate. Isti aũt non dico terrente mundo, sed sęuiente ne starent, steterũt in fide, cũ uideret ille bona præsentia quæ fuerat relicturus: isti futura quę accepturi fuerant non uiderũt. Vn de hoc, nisi donante illo à quo misericordiam cõsecuti sunt ut fideles essent: à quo acceperunt spiritum non timoris, quo persequentibus cederent, sed uirtutis & charitatis & continentiæ, quo cuncta minantia, cuncta inuitantia, cuncta cruciantia superarent? Illi ergo sine peccato ullo data est, cũ qua conditus est, uoluntas libera, & eam fecit seruire peccato: horum uero cũ fuisset uolũtas serua peccati, liberata est per illum, qui dixit: Si uos filius liberauerit, tũc uere liberi eritis. Et accipiunt tantam per istam gratiam libertatem, ut quamuis quamdiu hic uiuunt, pugnẽt contra concupiscentias peccatorũ, eisq; nonnulla surrepant, propter quæ dicãt quotidie: Dimitte nobis debita nostra: non tamen ultra seruiãt peccato quod est ad mortem, de quo dicit Ioannes Apostolus: Est peccatum ad mortẽ, nõ pro illo dico ut roget quis. De quo peccato quoniam nõ expressum est, possunt multa & diuersa sentiri: ego aũt dico id esse peccatum, fidem quæ per dilectionẽ operatur, deserere usq; ad mortẽ. Huic peccato ultra non seruiunt, non prima cõditione sicut ille liberi, sed per secundum Adam dei gratia liberati, & ista liberatione habentes liberum arbitriũ quo seruiant deo, non quo captiuentur à diabolo. Liberati enim à peccato serui facti sunt iustitiæ, in qua stabunt usq; in finem, donante sibi illo perseuerantiã, qui eos præscíuit & prædestinauit, & secundũ propositũ uocauit & iustificauit & glorificauit: quoniã illa quæ his promisit, etiam futura iã fecit, cui promittenti credidit Abraham, & deputatum est illi ad iustitiam. Dedit enim gloriã deo plenissime credẽs, sicut scriptum est, quia quæ promisit, potẽs est & facere. Ipse ergo illos bonos facit, ut bona faciant. Neq; enim propterea eos promisit Abrahæ, quia præsciuit à seipsis bonos futuros. Nã si ita est, non suum sed eorũ est quod promisit. Non ait sic, credidit Abraham: sed, non est infirmatus in fide, dãs gloriam deo & plenissime credens, quia quæ promisit

Ioã. 8

Mat. 6

1. Ioã. 5

promisit

misit deus, potens est & facere. Non ait, quæ præ- A
sciuit potens est promittere: aut, quæ prædixit po
tēs est ostēdere: aut, quę promisit potens est prę
scire: sed, quæ promisit potēs est & facere. Ipse er
go eos facit perseuerare in bono qui facit bonos.
Qui aūt cadūt & pereunt, in prędestinatorū nume
ro non fuerūt. Quāuis ergo de omnibus regenera
tis & pie uiuētibus loqueretur Apostolus, dicēs:
Rom. 14 Tu quis es qui iudices seruū alienum? suo domi
no stat aut cadit: continuo tamen respexit ad præ
destinatos, & ait: Stabit aūt. & ne hoc sibi arroga
rent: Potēs est ēm deus, inquit, statuere eum. Ipse
itaq; dat perseuerantiā, qui statuere potens est eos
qui stant, ut perseuerantissime stent, uel restituere
Psal. 14 qui ceciderint, dominus ēm erigit elisos. Vt ergo
non acciperet hoc donum dei, id est, in bono per- B
seuerantiā primus homo, sed perseuerare uel non
perseuerare, in eius relinquerēt arbitrio, tales ui
res habebat eius uoluntas, quæ sine ullo fuerat in
stituta peccato, & nihil illi ex seipsa cōcupiscētia
liter resistebat, ut digne tantæ bonitati & bene ui
uendi facilitati, perseuerandi committeretur arbi
trium: deo quidē præsciente quid esset facturus
iniuste, præsciente tamen non ad hoc cogēte, sed
simul sciente quid de illo ipse fecerit iuste. Nūc ue
ro posteaquā est illa magna peccati merito amissa
libertas, etiā maioribus donis adiuuanda reman
sit infirmitas. Placuit ēm deo quo maxime huma
næ superbiam præsumptiōis extingueret, ut non
glorietur omnis caro coram ipso, id est, omnis ho
mo. Vnde aūt non glorietur caro coram ipso, nisi C
de meritis suis? quæ quidē potuit habere, sed per
didit: & per quod habere potuit, per hoc pdidit,
hoc est, per liberum arbitriū, propter quod non re
stat liberandis nisi gratia liberantis. Ita ergo non
gloriatur omnis caro coram ipso. Non enim glo
riantē iniusti, quia non habent unde: nec iusti, quia
ex ipso habent unde, nec habēt gloriam suam nisi
ipsum, cui dicunt: Gloria mea & exaltans caput
meum. Ac per hoc ad omnem hominem pertinet
1. Cor. 1 quod scriptū est: Vt non glorietur omnis caro co
ram ipso. Ad iustos aūt illud, Qui gloriatur, in do
mino glorietur. Hoc etiā Apostolus apertissime
ostendit, qui cū dixisset, ut nō glorietur omnis ca
ro coram ipso: ne putarent sancti sine gloria sere
mansisse: mox addidit: Ex ipso aūt uos estis in Ie
su Christo, qui factus est uobis sapientia à deo &
iustitia & sanctificatio & redemptio, ut quēadmo
dum scriptū est: Qui gloriatur, in domino glorie-
tur. Hinc est q; in hoc loco miseriarū, ubi tentatio
est uita humana super terram, uirtus in infirmita
te perficitur: quæ uirtus, nisi ut qui gloriat, in do
mino glorietur? Ac per hoc nec de ipsa perseuerā
tia boni uoluit deus sanctos suos in uiribus suis,
sed in ipso gloriari: qui eis nō solū dat adiutorium
quale primo homini dedit, sine quo non possint
perseuerare si uelint: sed in eis etiam operatur &
uelle, ut quoniam non perseuerabunt, nisi & pos
sint & uelint, perseuerādi eis possibilitas & uolun
tas diuinæ gratiæ largitate donetur. Tantū quip
pe spiritusancto accēditur uoluntas eorū, ut ideo

possint, quia sic uolunt, ideo sic uelint, quia deus
operat ut uelint. nā si in tāta infirmitate uitæ hu
ius, in qua tm infirmitate propter elationem repri
mendam perfici uirtutē oportebat, ipsis relinque
retur uolūtas sua, ut in adiutorio dei sine quo per
seuerare non possent, manerēt si uellent, nec deus
in eis operaretur ut uellent: inter tot & tantas ten
tationes infirmitate sua uoluntas ipsa succumbe
ret, & ideo perseuerare non possent, quia deficiē
tes infirmitate nec uellēt, aut non ita uellent infir
mitate uoluntatis ut possent. Subuentū est igitur
infirmitati uoluntatis humanę, ut diuina gratia in
declinabiliter & inseparabiliter ageretur, & ideo
quāuis infirma, nō tm deficeret, neq; aduersitate
aliqua uinceretur. Ita factū est, ut uoluntas homi
nis inualida & imbecilla, in bono adhuc paruo
perseueraret per uirtutem dei, cū & uoluntas pri
mi hominis fortis & sana, in bono ampliore non
perseuerauerit, habens uirtutē liberi arbitrij, quā
uis non de futuro adiutorio dei, sine quo nō pos
set perseuerare si uellet, non tamen tali quo in illo
deus operaretur ut uellet. Fortissimo quippe dimi
sit atq; permisit facere quod uellet: infirmis serua
uit, ut ipso donante inuictissime quod bonum est
uellent, nec hoc deserere inuictissime nollent. Di
cente ergo Christo, Rogaui pro te ne deficiat fi- Luc. 12
des tua: intelligamus ei dictū, qui ædificatur super
petram. Atq; ita homo dei non solum quia miseri
cordiam consecutus est ut fidelis esset, uerūetiam
quia fides ipsa non deficit, qui gloriatur, in domi
no glorietur. Hæc de his loquor, qui prędestina Cap. XIII
ti sunt in regnum dei, quorum ita certus est nume
rus, ut nec addatur eis quisquam, nec minuatur ex
eis: non de his, qui cum annunciasset & locutus
esset, multiplicati sunt super numerū. Ipsi aūt uo
cati dici possunt, non aūt electi, quia non secun
dum propositum uocati. Certum uero esse nume
rum electorum neq; augēdum neq; minuendum,
quamuis & Ioannes Baptista significet, ubi dicit,
Facite ergo dignum fructum pœnitentiæ, & noli
te dicere apud uosmetipsos: Patrem habemus A
braham, Potēs est enim deus de lapidibus istis su
scitare filios Abrahæ: ut ostendat sic istos esse am
putandos si non fecerint fructum, ut non desit nu
merus qui promissus est Abrahæ: tamen apertius
D in Apocalypsi dicitur: Tene quod habes, ne alius Apoc. 3
accipiat coronam tuā. Si enim alius non est acce
ptur? nisi iste pdiderit, certus est numerus. Quòd
autem etiam perseueraturis sanctis sic ista dicun
tur, quasi eos perseueraturos habeatur incertum:
non aliter hoc audire debent, quibus expedit non
altum sapere, sed timere. Quis enim ex multitudi
ne fidelium quamdiu in hac mortalitate uiuitur,
in numero prædestinatorū se esse præsumat: quia
id occultari opus est in hoc loco, ubi sic cauenda
est elatio, ut etiam per satanæ angelum ne extolle-
retur, tantus colaphizaretur Apostolus. Hinc & 10. 15
Apostolis dicebatur: Si manseritis in me: dicente
illo qui illos utiq; sciebat esse mansuros. Et per
prophetam: Si uolueritis & audieritis me: cum sci Esa. 1
ret ipse in quibus operarēt & uelle. Et similia mul
ta dicuntur

ta dicũtur propter huius utilitatem ſecreti, ne for
te quis extollatur, ſed omnes etiam qui bene cur-
runt timeant, dum occultũ eſt quò perueniãt: pro-
pter huius ergo utilitatem ſecreti credendum eſt
quoſdam de filijs perditionis, non accepto dono
perſeuerãdi uſq; in finem, in fide quæ per dilectio-
nem operatur, incipere uiuere, & aliquãdiu fideli
ter ac iuſte uiuere, & poſtea cadere, neq; de hac ui-
ta priuſquam hoc eis contingat auferri. Quorum
ſi nemini contigiſſet, tamdiu haberent homines
iſtum ſaluberrimum timorem quo uitium elatio-
nis opprimitur, donec ad Chriſti gratiam qua pie
uiuitur peruenirent, deinceps iam ſecuri nunc; ſe
ab illo eſſe caſuros. Quæ præſumptio in iſto ten-
tationum loco nõ expedit, ubi tãta eſt infirmitas,
ut ſuperbiam poſſit generare ſecuritas. Denique
etiam hoc erit: ſed tunc, quod iam eſt in angelis,
etiam in hominibus erit, quãdo ulla ſuperbia eſſe
nõ poterit. Numerus ergo ſanctorum per dei gra
tiã dei regno prædeſtinatus, donata ſibi etiã uſq;
in finem perſeuerantia, illuc integer perducetur,
& illic integerrimus iam ſine fine beatiſſimus ſer-
uabitur, adhærẽte ſibi miſericordia ſaluatoris ſui,
ſiue cũ conuertuntur, ſiue cũ preliantur, ſiue cum
coronantur. Nam & tunc eſſe illis dei miſericor-
diam neceſſariã ſancta ſcriptura teſtatur, ubi ſan-
Pſal. 102 ctus Dauid de domino deo ſuo dicit animæ ſuæ.
qui coronat te in miſeratiõe & miſericordia. Dicit
Iacobi 2 etiam Iacobus Apoſtolus: Iudicium ſine miſeri-
cordia illi qui non fecit miſericordiam: ubi oſten-
dit etiam in illo iudicio in quo iuſti coronãtur, in-
iuſtiq; damnãtur, alios cum miſericordia, alios ſi-
ne miſericordia iudicandos. Propter quod etiam
2. Mac. 7 mater Machabeorum filio ſuo dicit: Vt in illa mi
ſeratione cum fratribus tuis te recipiam. Cum eñ
rex iuſtus ſicut ſcriptũ eſt, ſederit in throno, nõ ad
uerſabitur ante eum oñe malũ. Quis gloriabitur
caſtũ ſe habere cor, aut quis gloriabitur mundum
ſe eſſe à peccato? Ac per hoc etiam ibi dei miſeri-
cordia neceſſaria eſt, qua fiet beatus, cui nõ impu-
tauit dominus peccatum: ſed tũc pro bonorũ ope
rum meritis iuſto iudicio etiam ipſa miſericordia
tribuetur. Cum enim dicitur: Iudicium ſine miſe-
ricordia illi qui non fecit miſericordiam: manife-
ſtatur in his in quibus inueniũtur bona opera mi
ſericordiæ, iudicium cũ miſericordia fieri, ac per
hoc etiam ipſam miſericordiam meritis bonorum
operũ reddi. Non ſic eſt nunc, quando non ſolum
nullis bonis, ſed etiam multis malis operibus præ
cedẽtibus, miſericordia eius præuenit hominem
ut liberetur à malis, & quæ fecit, & quæ facturus
fuerat, niſi dei gratia regeneraretur, & quæ paſſu-
rus fuerat in æternũ, niſi erueretur à poteſtate te-
nebrarum, & trãsferretur in regnũ filij charitatis
dei. Veruntamẽ quia & ipſa uita æterna, quã certũ
eſt bonis operibus debitã reddi, à tanto Apoſto-
lo gratia dei dicitur, cum gratia non operibus red
datur, ſed gratis detur, ſine ulla dubitatione confi-
tendum eſt ideo gratiam uitam æternam uocari,
quia his meritis redditur, quæ gratia contulit ho-
mini. Recte quippe ipſa intelligitur, quę gratia in
Euangelio legitur: Gratiam pro gratia, id eſt pro
his meritis quæ contulit gratia. Hi uero qui non
pertinẽt ad hunc prædeſtinatorum numerũ, quos
dei gratia ſiue nondum habentes ullum liberum
ſuæ uoluntatis arbitrium, ſiue cũ arbitrio uolunta
tis, ideo uerè libero, quia per ipſam gratiã libera-
to perducit ad regnũ. Hi ergo qui non pertinent
ad iſtum certiſſimum & feliciſſimum numerũ, pro
meritis iuſtiſſime iudicantur. aut enim iacent ſub
peccato, quod originaliter de generatione traxe-
runt, & cum illo hæreditario debito hinc exeunt,
quod non eſt regeneratione dimiſſum: aut per li-
berum arbitriũ alia inſuper addiderũt. Arbitrium,
inquam, liberum, ſed non liberatũ, liberũ iuſtitiæ,
peccati aũt ſeruum, quo uoluũtur per diuerſas no
xias cupiditates, alij magis, alij minus: ſed omnes
mali, & pro ipſa diuerſitate diuerſis ſupplicijs iu-
dicandi: aut gratiam dei ſuſcipiunt, ſed tempora-
les ſunt, nec perſeuerant, deſerunt & deſeruntur.
Dimiſſi enim ſunt libero arbitrio, nõ accepto per-
ſeuerantiæ dono iudicio dei iuſto & occulto. Pa-
tiantur ergo homines ſe corripi quando peccant,
nec de ipſa correptione contra gratiam argumen
tentur, nec de gratia contra correptiõem: quia &
peccatis iuſta pœna debetur, & ad ipſam pertinet
iuſta correptio quæ medicinaliter adhibeẽ, etiam
ſi ſalus ægrotantis incerta eſt. Vt ſi is qui corripit
ad prædeſtinatorũ numerum pertinet, ſit ei corre
ptio ſalubre medicamentũ: ſi aũt non pertinet, ſit
correptio pœnale tormentũ. Sub iſto ergo incer-
to ex charitate adhibenda eſt, cuius exitus ignora
tur: & pro illo cui adhibetur, orãdum eſt ut ſane-
tur. Cum aũt homines per correptionẽ in uiam Cap. XIIII
iuſtitiæ ſeu ueniunt ſeu reuertuntur, quis opera-
tur in cordibus eorum ſalutem, niſi ille qui quoli-
bet plantante atq; rigãte, & quolibet in agris atq;
arbuſtulis operante dat incremẽtum deus, cui uo
lenti ſaluum facere, nullum hominum reſiſtit arbi
trium? Sic enim uelle uel nolle in uolentis aut no
lentis eſt poteſtate, ut diuinam uoluntatẽ non im
pediat, nec ſuperet poteſtatem. De his enim qui fa
ciunt quæ non uult, facit ipſe quæ uult. Et quod
ſcriptum eſt, q uult omnes homines ſaluos fieri,
nec tamen omnes ſalui fiunt, multis quidem mo-
dis intelligi poteſt, ex quibus in alijs opuſculis no
ſtris aliquos cõmemorauimus: ſed hic unum di-
cam: ita dictum eſt: Omnes homines uult ſaluos
fieri, ut intelligantur omnes prædeſtinati, quia o-
mne genus hominũ in eis eſt, ſicut dictum eſt pha
riſæis: Decimatis oñe olus: ubi non eſt intelligen Luce 11
dum niſi omne quod habebant. Neq; enim omne
olus quod erat in toto terrarum orbe decimabãt.
Secundum iſtum locutionis modum, dictum eſt:
Sicut & ego oñibus per omnia placeo. Nunquid
enim qui hoc dixit, placebat etiã tam multis per-
ſecutoribus ſuis? Sed placebat omni generi homi
nũ quod Chriſti cõgregabat Eccleſia, ſiue iã in- 1. Cor. 10
tus poſitis, ſiue introducendis in eã. Non eſt itaq;
dubitandum, uoluntati dei qui in cœlo & in terra
omnia quęcunq; uoluit fecit, & qui etiam illa quę
futura ſunt fecit, humanas uoluntates non poſſe
reſiſtere

Universidad de Deusto
Biblioteca

reſiſtere, quo minus faciat ipſe quod uult, quãdoquidem etiam de ipſis hominum uoluntatibus, quod uult facit. Niſi forte, ut ex multis aliqua cõmemorem, quando deus uoluit Sauli regnum dare, ſic erat in poteſtate Iſraelitarũ ſubdere ſe memorato uiro, ſiue non ſubdere, quod utiq; in eorũ erat poſitũ uoluntate, ut etiam deo ualerent reſiſtere. Qui tamen hoc non fecit, niſi per ipſorũ hominum uoluntates, ſine dubio habens humanorum cordium quò placeret inclinandorum omni-
1.Reg.10 potentiſſimam poteſtatem. Sic enim ſcriptum eſt, Et dimiſit Samuel populum, & abijt unuſquiſq; in locũ ſuum: & Saul abijt in domum ſuam in Gabaa: & abierunt potẽtes quorum tetigit deus corda cum Saule. Et filij peſtilentes dixerunt: Num ſaluabit nos hic? Et inhonorauerunt eum, & non obtulerunt ei munera. Nunquid aliquis dicturus eſt, non iturum fuiſſe cum Saul quemquam eorũ, quorum tetigit corda deus ut irent cum illo: aut iſſe aliquem peſtilentium, quorum ut hoc facerẽt corda non tetigit? Item de Dauid, quem dominus in regnum ſucceſſu proſperiore conſtituit, ita legi-
1.Par.11 tur: Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus erat cum illo. Hoc cum præ-
1.Par.12 miſſum fuiſſet, paulopoſt dictũ eſt. Et ſpiritus domini induit Abiſai principem inter triginta, & dixit: Tui ſumus Dauid, & tecum futuri filij Ieſſe. Pax pax tibi, & pax adiutoribus tuis, quia auxilia tus eſt tibi deus. Nunquid ille poſſet aduerſari uoluntati dei, & non potius eius facere uoluntatem, qui in eius corde operatus eſt per ſpiritum ſuum quo indutus eſt, ut hoc uellet, diceret & faceret? Item paulopoſt ait eadem ſcriptura: Omnes hi uiri bellatores, dirigentes aciem corde pacifico uenerunt in Hebron, ut conſtituerent Dauid ſuper omnem Iſrael: ſua uoluntate utiq; iſti conſtituerunt regem Dauid. Quis nõ uideat? Quis hoc neget? Non enim hoc non ex animo, aut non ex bona uoluntate fecerũt corde pacifico, & tamẽ hoc in eis egit, qui in cordibus hominum quod uolue
rit operatur. Propter quod præmiſit ſcriptura: Et ambulabat Dauid proficiens, & magnificabatur, & dominus omnipotens erat cũ illo. Ac per hoc dominus omnipotens qui erat cum illo, adduxit iſtos ut eũ regem conſtituerent. Et quomodo adduxit? Nunquid corporalibus ullis uinculis alligauit? Intus egit, corda tenuit, corda mouit, eosq; uolũtatibus eorum, quas ipſe in illis operatus eſt, traxit. Si ergo cũ uoluerit reges in terra deus conſtituere, magis habet in poteſtate uoluntates hominum, cũ ipſi ſuas, quis alius facit ut ſalubris ſit correptio, & fiat in correpti corde correctio, ut cœ
Cap.XV leſti conſtituatur in regno? Corripiantur itaq; à prepoſitis ſuis ſubditi fratres correptionibus de charitate uenientibus, pro culparum diuerſitate diuerſis, uel minoribus. uel amplioribus: quia & ipſa quæ damnatio nominatur, quam fecit epiſcopale iudiciũ, qua pœna in Eccleſia nulla maior eſt, poteſt ſi deus uoluerit, in correctionẽ ſaluberrimam cedere atq; proficere. Neq; enim ſcimus quid contingat ſequenti die; an ante finẽ uitæ huius de ali-

A quo deſperandum eſt, aut contradici deo poteſt ne recipiat & det pœnitentiam, & accepto ſacrificio ſpiritus contribulati cordiſq; contriti, à reatu quamuis iuſtæ damnationis abſoluat, damnatũq; ipſe non damnet? Paſtoralis tamen neceſſitas habet ne per plures ſerpant dira cõtagia, ſeparare ab ouibus ſanis morbidã, ab illo cui nihil eſt impoſſibile, ipſa forſitan ſeparatione ſanãdam. Neſcientes enim quis pertineat ad prædeſtinatorũ numerum, quis non pertineat, ſic affici debemus charitatis affectu, ut omnes uelimus ſaluos fieri. Hoc quippe fit, cum ſingulos quoſq; ut occurrerint, cum quibus id agere ualeamus, ad hoc conamur adducere, ut iuſtificati ex fide pacem habeant ad deum, quã prædicabat etiam Apoſtolus, cum di-
2.Cor.15 cebat, Pro Chriſto ergo legatione fungimur, tanquam deo exhortante per nos: obſecramus ergo
B pro Chriſto reconciliari deo. Quid eſt enim ei recõciliari, niſi pacem ad illũ habere, propter quam pacem etiam ipſe dominus Ieſus Chriſtus dixit diſcipulis: In quamcunq; domum intraueritis, pri-
Luc.10 mum dicite, Pax huic domui: & ſi ibi fuerit filius pacis, requieſcet ſuper eum pax ueſtra: ſin autem, ad uos reuertetur? Cum hanc euangelizant pacẽ,
Eſa.52 de quibus prædictũ eſt: Quàm ſpecioſi pedes eorum qui annunciãt pacem, qui annunciant bona: nobis quidem tunc incipit eſſe quiſq; filius pacis, cum obedierit & crediderit huic Euãgelio, & ex fide iuſtificatus pacem ad deum habere cœperit: ſecundum aũt prędeſtinationem dei, tam filius pa
C cis erat. Neq; enim dictũ eſt: Super quem requieuerit pax ueſtra, fiet filius pacis: ſed, Vbi fuerit, inquit, filius pacis, requieſcet ſuper eum pax ueſtra. Iam ergo & antequam illi annũciaretur hæc pax, filius pacis ibi erat, ſicut eum nouerat atq; pręſcierat nõ euangeliſta, ſed dominus. Ad nos ergo qui neſcimus quiſnam ſit filius pacis, aut non ſit, pertinet nullum exceptum facere nullumq; diſcernere, ſed uelle omẽs ſaluos fieri quibus prædicamus hanc pacem. Neq; enim metuendum eſt ne perdamus eam, ſi ille cui prædicamus non eſt filius pa-
D cis ignorantibus nobis. Ad nos enim reuertetur, id eſt, nobis proderit hæc prædicatio, non & illi: ſi aũt ſuper eum pax prædicata requieuerit, & nobis, & illi. Quia ergo nos qui ſalui futuri ſint neſcientes, omnes quibus prædicamus hãc pacem ſaluos fieri uelle deus iubet, & ipſe in nobis hoc operatur, diffundendo iſtam charitatem in corda noſtra per ſpiritum ſanctum qui datus eſt nobis. Poteſt etiam ſic intelligi, ꝙ omẽs homines deus uult ſaluos fieri, quoniã nos facit uelle, ſicut miſit ſpiritum filij ſui clamantem abba pater, id eſt, nos cla-
Rom.8 mare facientem. De ipſo quippe ſpiritu, alio loco dicit: Accepimus ſpiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus abba pater. Nos ergo clamamus, ſed ille clamare dictus eſt, qui efficit ut clamemus. Si ergo clamantem ſpiritum recte dixit ſcriptura, à quo efficitur ut clamemus, recte etiam & uolentem deum, à quo efficitur ut uelimus: ac per hoc quia & corripiendo nihil aliud debemus agere, niſi ut ab iſta pace quæ eſt ad deum non re-

cedatur, aut ad eam qui recesserat, reuertatur, nos A agamus sine desperatione quod agimus. Si filius pacis est quem corripimus, requiescet super eum pax nostra: sin autem, ad nos reuertetur. Quāuis itaq; etiam dum quorundam fides subuertitur, firmum dei fundamentum stet, quoniā sciuit dominus qui sunt eius, non tamen ideo nos pigri & negligentes esse debemus in corripiendis, qui corri
1. Cor. 15 piendi sunt. Neq; enim frustra dictū est, Corrumpunt mores bonos colloquia mala: &,
1. Cor. 8 Peribit infirmus in tua scientia frater, propter quem Christus mortuus est. Non argumentemur contra ista præcepta salubremq; terrorem dicentes: & corrumpant bonos mores colloquia mala, & pereat infirmus, quid ad nos? Firmum fundamentum
Cap. XVI dei stat, & nemo perit nisi filius perditiōis. Ab- B sit ut ista garrientes, securos nos in hac negligentia esse debere credamus. Verū est enim, quia nemo perit, nisi filius perditiōis: sed ait deus per Eze
Ezech. 3 chielem Prophetam: Ille quidem in peccato suo morietur, sanguinem uero eius de manu speculatoris inquiram. Proinde quātum ad nos pertinet, qui prædestinatos à non prædestinatis discernere non ualemus, & ob hoc omnes saluos fieri uelle debemus, oīmibus ne pereant, uel ne alios perdāt, adhibenda est à nobis medicinaliter seuera correptio: dei est autem illis eam facere utilē, quos ipse præsciuit & prædestinauit conformes imaginis filij sui. Si enim aliquando timore non corripimus, ne aliquis inde pereat: cur non etiam timore corripimus, ne aliquis inde plus pereat? Neq; enim C dilectionis uiscera maiora gestamus q̄ beatus A-
1. Thes. 2 postolus, qui dicit: Corripite inquietos, cōsolamini pusillanimes, suscipite infirmos, patientes estote ad omnes, uidete ne quis malū pro malo alicui reddat. Vbi intelligendum est tūc potius malum pro malo reddi, si corripiendus non corripiatur,
1. Tim. 5 sed praua dissimulatione negligatur. Dicit enim, Peccantes coram omnibus corripe, ut cęteri timorem habeant. Quod de his peccatis accipiendum est quæ non latent, ne contra domini sententiam
Mat. 18 putetur locutus. Ille enim dicit: Si peccauerit in te frater tuus, corripe eum inter te & ipsum. Verum tamen & ipse seueritatem correptiōis eousq; perducit, ut dicat: Si nec ecclesiam audierit, sit tibi sicut ethnicus & publicanus. Et quis magis dilexit infirmos, q̄ ille qui pro omnibus est factus infirmus, & pro omnibus ex ipsa est infirmitate crucifixus? Quæ cum ita sint, nec gratia prohibet correptionem, nec correptio negat gratiam: & ideo sic est præcipienda iustitia, ut à deo gratia qua id quod præcipitur fiat, fideli oratione poscatur, & hoc utrunq; ita faciendum est, ut neq; iusta correptio negligatur. Omnia uero hæc cum charitate fiant, quoniam charitas nec facit peccatum, & cooperit multitudinem peccatorum.

Libri de correptione & gratia Finis.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, LIBER REfellens articulos aliquot falso ipsi impositos.

VIDAM Christianæ ac fraternæ charitatis obliti, intantum existimationem nostrā quo quo modo studēt lædere, ut suam se euertere nocendi cupiditate non uideant. Con
Q texunt enim, & qualibus possunt sententijs cōprehendūt, ineptissimarū quarūdā blasphemiarū prodigiosa mendacia, eaq; ostendenda & ingerenda multis publice priuatimq; circumferunt, asserentes talia in nostro esse sensu, qualia diabolico inditulo continentur. Quæ falso in nos ad excitādam inuidiam iactitari facile & sufficienter subscriptione unius probaremus anathematis, nisi malignitas eorum qui segrauari putant, si de nobis bene sentiatur, ipsam subscriptionis nostrę breuitatem suspectam esset habitura. Vnde ne huius querelæ inueniretur occasio, necessarium conueniensq; credidimus, ut siue ad calumniātium animos mitigandos, siue ad eos quorum auribus tale aliquid insonuit, instruendos, quantum adiuuante domino fieri poterit, plene lucideq; pādamus, quid de peruersis definitiōibus iudicem. Propositis ergo singillatim sedecim articulis sub uno quoq; eorū sensus nostri & fidei quam contra Pelagianos ex apostolicæ sedis authoritate defendimus, uerba ponemus: ut qui paululum sese ad hæc legenda dignati fuerint occupare, euidēter agnoscāt impiarum prophanarumq; opinionum nullū cordibus nostris inhæsisse uestigium: & blasphemias quas perspexerint nostra professione dānari, in earundē repertoribus censeant debere puniri. Quòd *Articulus 1*
dominus noster Iesus Christus non pro omnium hominum redemptione sit passus. Contra uul *Respon.*
nus originalis peccati, quo in Adam omnium hominū corrupta & mortificata est natura, & unde
D omnium concupiscentiarū morbus inoleuit, uerum & potens & singulare remedium est, mors filij dei domini nostri Iesu Christi, qui liber à mortis debito, & solus absq; peccato pro peccatoribus & debitoribus mortuus est. Quòd ergo ad magnitudinē & potentiā precij, & quod ad unam pertinet causam generis humani, sanguis Christi redemptio est totius mundi. Sed qui hoc seculum sine fide Christi, & sine regenerationis sacramento pertrāseunt, redemptionis alieni sunt. Cū itaq; per unam omnium naturā, omnium causam à domino nostro in ueritate susceptam, redempti oēs recte dicantur, non tamen omnes capiuitate sunt eruti: redemptionis proprietas haud dubium penes illos est, de quibus princeps huius mūdi missus est foras, & iam non uasa diaboli sed membra sunt

sunt Christi. Cuius mors non impensa est humano generi, ut ad redemptionem eius etiam qui regenerandi non erant, pertinerent: sed ita ut quod per unicũ exemplũ gestum est pro uniuersis, per singulare sacramentum celebraretur in singulis. Poculum quippe immortalitatis, quod cõfectum est de infirmitate nostra & uirtute diuina, habet quidem in se ut omnibus prosit, sed si non bibitur
Artic. 2 non proficit. Quòd deus nolit omnes saluare,
Respon. etiam si omnes saluari uelint. Cum ueritas dicat: Si uos cum sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris, quanto magis pater uester cœlestis dabit bona petentibus se? Quomodo fieri potest ut deus, qui etiam illos saluat de quibus dici non potest q̃ saluari uelint, nolit aliquos saluare qui etiã saluari uelint, nisi aliquæ causæ existant? De quibus quamuis sint nobis innoscibiles, ita tamen iudicat, de quo dici non potest aliter eum quicq̃ facere debuisse q̃ fecerit. Remota tamen ergo hac discretione quam diuina scientia intra secretum iustitiæ suæ continet, syncerissime credendũ est atq; profitendum, deum uelle ut omnes homines salui fiant. Siquidem Apostolus cuius ista est sententia, solicite præcipit quod in oñibus ecclesiis prĩsime custoditur, ut deo pro omnibus hominibus supplicetur. Et quibus q̃ multi pereunt, pereuntium est meritum: q̃ multi saluantur, saluantis est donum. ut eñ reus damnetur, inculpabilis est dei iustitia: ut aũt reus iustificetur, ineffabilis dei gra-
Artic. 3 tia est. Quòd deus maiorem partẽ generis humani ad hoc creet, ut illam perdat in æternum.
Respon. Omnium quidem hominum deus creator est, sed nemo ab eo ideo creatus est ut pereat: quia alia causa est nascendi, & alia pereundi. Vt eñ nascantur homines, est beneficium: ut aũt pereãt, præuaricatoris est uitium. In Adam quippe in quo omnium hominum præformata est natura, oẽs peccauerunt, eademq; sententia quam ille accepit, obstricti sunt: neq; ab hoc uinculo, etiam si proprijs peccatis careant resoluuntur, nisi in sacramento mortis & resurrectionis Christi per spiritum sanctum renascãtur. Nimis ergo impius & indoctus est, qui uitium naturæ nõ discernit ab authore naturæ, à quo prorsus alienum est quicquid in uno quoq; damnãdũ est. Creat enim ut sint homines, nec multiplicandis generationum successionibus opificium suum subtrahit: secundũ consilium bonæ uoluntatis suę reparaturus in multis quod ipse fecit: puniturus in multis quod ipse non fecit. Sicut per inobediẽtiã unius hominis peccatores cõstituti sunt multi, ita per unius hominis obedien-
Artic. 4 tiã iusti cõstituentẽ multi. Quòd maior pars generis humani ad hoc creetur à deo, ut non dei, sed
Respon. diaboli faciat uoluntatẽ. Insanum & omnino contra rationem est dicere, uoluntatem dei fieri non ex uolũtate dei, & damnatorẽ diaboli eiusq; famulorum uelle, ut diabolo seruiatur. Sed catholicis Pelagiani cõsequenter se obijcere existimãt, qui Adæ peccatum in omnes transisse diffugiunt: quoniam si primam natiuitatem originalis culpa non obliget, non sunt obnoxij diabolo paruuli,

A nec indigent erui de potestate tenebratũ, qui nunquam à suo authore discesserunt. Nos aũt qui omnes in Adã perijsse profitemur, uenit enim filius Luc. 19 hominis quærere & saluare quod perierat: nec dicimus ideo creari hominem quenq; ut diaboli faciat uoluntatẽ, & agnoscimus non redemptũ diabolo esse captiuum: præuaricatio enim hominum dispositæ à seculis creationis ordinem turbare nõ potuit: & merito creatura peccatrix pœnalem qui dem illius damnationem patitur, cui relicto uero deo sponte se uendidit. Hæc scilicet seruitus non institutio dei est, sed iudicium, quo fraus deceptoris diaboli facta est decepto & male credulo homini pœna peccati, de quo nemo eruit nisi per mediatorem dei & hominum, hominẽ Iesum Chri-
B stũ: cuius gratuita gratia & multorum malis meritis non tribuitur, & nullorum bonis meritis pręue-
Artic. 5 nitur. Quod peccatorum nostrorum author sit deus, & q̃ malam uoluntatem faciat hominũ, plasmet substantiã quæ naturali motu nõ possit non peccare. Huius quoq; obiectionis uanitas de-
Respon. la procedit schola, in qua natura humana immunis à peccato Adæ & illæsa defenditur: ut quia omnes homines præuaricationis reos & damnationis obnoxios nasci, perituros q̃ nisi in Christo renascantur, asserimus, eundẽ uideamur authorem dicere culpæ, quẽ profitemur esse conditorem naturę. Quod nos à sensu nostro penitus abdicam⁹, qui deum iustum, bonũ, sic humanæ substãtiæ & interiorum exteriorumq; sensuũ nouimus creato-
C rem, ut prorsus ab illo sit quicquid pertinet ad naturam: & prorsus ab illo non sit quicquid est contra naturã. Peccatũ aũt contra naturã est, de quo mors & omnia quæ sunt mortis oriũtur. Quibus malis tunc se homo induit, quando illũ fide obedięt iaq; priuatum, in suas promissiones diabolus à lege dei traduxit, omniaq; sibi posteritatis eius germina, per conditionem deprauatę stirpis extinxit. Vnde si qua in Christo noua creatura est, libera sit à diabolo & subijciatur deo, reformata à deformitate sua ad imaginem eius, qui creauit eam. Quod nisi fiat, remanet in illo in quo omnes moriuntur, non habẽs sortem in eo, in quo omnes uiuificantur. Nõ ergo cuiusq; peccati author deus est, sed naturæ creator. Quæ cũ potestatem habuerit non delinquendi, sponte deliquit, & deceptori
D suo propria uoluntate se subdidit. Nec naturali sed captiuo motu uersatur in uitio, donec moriatur peccato & uiuat deo. Quod sine gratia dei facere non potest, quia libertatem quã perdidit, nisi Christo liberante non capit. Non est eñ aliud nomen sub cœlo datũ hominibus, in quo oporteat
Arti. 6 saluos fieri. Quòd deus in hominibus tale plasmet arbitriũ quale est dæmonum, quod proprio motu nihil aliud possit uel uelit, nisi malum.
Respon. Totus quidẽ mundus, sicut ait apostolus Ioannes, in maligno positus est, & multorũ hominum talis est malitia, qualis & dæmonum, qualibus di-
Matt. 3 cebat Ioannes: Progenies uiperarũ, quomodo potestis bona loqui cũ sitis mali? Et uos de diabolo patre estis, & concupiscentias patris uestri facere

uultis. Sed hoc inter malos homines & dęmones distat, ꝙ hominibus etiam ualde malis supereſt ſi deus miſereatur, recõciliatio: dęmonibus nulla ſer uata eſt conuerſio. Sicut ergo præuaricatoribus angelis non indidit deus illã, in qua in ueritate nõ ſteterunt uoluntatẽ: ita nec hominibus hunc affectum quo diabolum imitarentur, inſeruit. Menda ciũ enim de proprio loquitur, & liber à mendacio

Artic. 7 nõ erit, niſi eum ueritas liberauerit. Quòd hæc ſit uoluntas dei, ut magna pars Chriſtianorum sal

Reſpon. ua eſſe nec uelit nec poſſit. Si de his hoc dicitur qui pietatẽ Chriſtianæ cõuerſationis & fidei deſe rentes, in prophanos errores, aut in damnabiles mores irreuocabiliter tranſierunt, non dubiũ eſt, ꝙ talem uoluntatem habentes ſalui eſſe nolũt: & quãdiu ſalui eſſe nolunt, ſalui eſſe nõ poſſunt. Sed nullo modo credendum eſt huiuſmodi homines in hanc deſperationẽ ex dei uoluntate cecidiſſe, cũ potius dominus alleuet omnes qui corruũt, & erigat omnes eliſos. Nemo enim niſi illius gratia erigitur, nemo niſi illius gratia ſtabilitur. Dei ergo eſt uoluntas ut in bona uoluntate maneat, qui & priuſq; deſeratur, neminẽ deſerit, & multos de

Artic. 8 ſertores ad ſe cõuertit. Quòd nolit deus ut oẽs catholici in fide catholica perſeuerent, ſed uelit ut

Reſpon. magna pars exinde apoſtatet. Non eſt diſſimilis impietas huius blaſphemiæ à præcedenti ſententia. Quod ergo ad illam, hoc etiã ad iſtã quæ in

Artic. 9 nullo eſt diuerſa, reſponſum ſit. Quòd uelit de⁹ ut magna pars ſanctorum à ſanctitatis propoſito

Reſpon. ruat. Nec huius definitiõis inſania aliud ſonat, ꝙ gemina præcedens obiectio prætendebat. Vnde mirandum eſt obijciẽtem tertio repetiſſe, quod ſemel dixiſſe ſuffecerat. Sed ut res eſt, numerũ criminationis augere uoluit, quia ſenſum uariare nõ

Artic. 10 potuit. Quòd adulteria & corruptelæ uirginũ ſacrarum ideo contingant, quia illas deus ad hoc

Reſpon. prædeſtinauit, ut caderent. Deteſtanda & abominanda opinio eſt, quæ deum cuiuſquã malę uoluntatis aut malæ actionis credit authorem, cuius prædeſtinatio nunq; extra bonitatem, nunquam extra iuſtitiam eſt. Vniuerſæ enim uiæ domini miſericordia & ueritas. Adulteria eñ matronarum & corruptelas uirginũ non inſtruere nouit ſancta diuinitas, ſed damnare: nec diſponere, ſed punire. Quæ mala homines cum admittunt, ſuis concupiſcentijs & cupiditatibus ſeruiunt, quas ab illa prima uolũtarię præuaricationis labe traxerũt. Cum autem declinant à malo & faciunt bonum, à domino greſſus hominis dirĩguntur, ut uiam eius ue

1. Cor. 13 lit. Propter quod dicit Apoſtolus: Oram⁹ autem ad dominum, ut nihil mali faciatis, non ut nos probati appareamus, ſed ut uos quod bonũ eſt faciatis. Non ergo caſus ruentium, nec malignitatem iniquorum, neq; cupiditates precantium prædeſtinatio dei aut excitauit, aut ſuaſit, aut impulit: ſed plane prædeſtinauit iudiciũ ſuũ, quo unicuiq; retributurus eſt prout geſſit, ſiue bonũ ſiue malũ. Quod iudicium futurum nõ eſſet, ſi homines dei uoluntate peccarent. Erit aũt iudiciũ manifeſtiſſime: & omnis homo quem diſcretio diuinę ſenten tiæ in ſiniſtra cõſtituerit parte, damnabitur, ꝙ nõ dei, ſed ſuam executus eſt uoluntatem. Quòd quando patres inceſtant filias, & matres filij, uel quando ſerui dominos occidunt, ideo fiat, quia deus prædeſtinauit ut ita fieret. Si diabolo obij- ceretur, ꝙ taliũ facinorũ ipſe author, ipſe eſſet inuentor, puto ꝙ aliqua ratione hac ſe poſſet excuſare inuidia, & taliũ ſcelerum patratores de ipſorum uolũtate uinceret: quia & ſi delectatus ſit furore peccantium, probaret tamen ſe non intuliſſe uim criminum. Qua ergo inſipiẽtia, qua ue demẽtia definitur, ad dei referẽdum eſſe conſiliũ, quod nec diabolo in toto aſcribi poteſt: qui in peccantium flagitijs illecebrarũ adiutor, non uolũtatum credendus eſt eſſe generator? Nihil ergo taliũ negociorum deus prædeſtinauit ut fieret, nec illam animã turpiter nequiterq; uicturam ad hoc ut taliter uiueret, præparauit, ſed talem futurã nõ ignorauit, & de tali ſe iuſte iudicaturum eſſe preſciuit. Atq; ita ad prædeſtinationẽ eius nihil amplius referri poteſt, niſi quod aut ad debitam iuſtitiæ retributionem, aut ad indebitã pertinet gratiæ largitatem. Quòd dei prædeſtinatione de filijs dei effi- Artic. 11 Artic. 12
ciantur filij diaboli, & de templo ſpirituſſancti tẽpla dæmonum, & de membris Chriſti mẽbra me-

Reſpon. retricis. Prædeſtinatio dei & ſi apud nos, qui dũ præſentis uitæ periculis uerſamur incerta eſt, apud illum tamen qui fecit quæ futura ſunt, incõmutabilis permanet, nec quæ illuminauit obcæcat, nec quę ædificauit deſtruit, nec quæ plantauit euellit. Sine enim pœnitentia ſunt dona & uocatio dei: Et firmum fundamentũ dei ſtat habens ſignaculũ hoc, Cognouit dominus qui ſunt eius. Nullo ergo modo prędeſtinatio dei facit, ut aliqui ex filijs dei ſint filij diaboli, aut ex templo ſpirituſſancti templa fiant dæmonũ, aut ex mẽbris Chriſti membra meretricis: ſed potius prædeſtinatio facit, ut ex filijs diaboli fiant filij dei, & ex templo dæmonum tẽplum ſpirituſſancti, & ex membris meretricis membra fiant Chriſti: quia ipſe alligat fortem, & uaſa eius rapit, eruens ea de poteſtate tenebrarum, & transferens de cõtumelia in gloriã.
Hi aũt de quibus dicitur: Ex nobis exierunt, ſed 1. Io. 2
non fuerũt ex nobis: ſi eñ fuiſſent ex nobis, manſiſſent utiq; nobiſcum: uoluntate exierunt, uoluntate ceciderunt. Et quia præſciti ſunt caſuri, non ſunt prædeſtinati: eſſent aũt prædeſtinati, ſi eſſent reuerſuri, & in ſanctitate ac ueritate mãſuri: ac per hoc prædeſtinatio dei multis eſt cauſa ſtandi, nemini cauſa labendi. Quòd omnes fideles illi & Artic. 13
ſancti qui ad æternam mortem prædeſtinati ſunt, qui ad uomitum ſuum relabuntur, uitio quidem ſuo id facere uidentur, ſed ipſius uitij cauſa eſt diuina prædeſtinatio, quæ illis latenter ſubtrahit bonas uoluntates. Idem ſpiritus blaſphemiarum Reſpon.
perſeuerat, & à præcedentibus mendacijs ſubſequens impietas non recedit. Quam prorſus uera ratio reprobat, & incunctanter ſana doctrina condemnat: quia omnibus quidẽ à fide ad infidelitatem, à ſanitate ad turpitudinẽ relapſis, & ante finem uitæ nulla emundatiõe purgatis, nihil aliud quàm

quàm ęterna mors debetur. Sed nefas eſt deo aſcri A
bere cauſas talium ruinarum: qui etſi ex æterna ſci
entia præcognitum habet, quid uniuſcuiuſq; me-
ritis retributurus ſit, nemini tamen per hoc quòd
falli non poteſt, aut neceſſitatem, aut uoluntatem
intulit delinquendi. Si ergo à iuſtitia & pietate qs
deficit, ſuo in præceps fertur arbitrio, ſua concupi
ſcentia trahitur, ſua perſuaſiõe decipitur. Nihil ibi
pater, nihil filius, nihil ſpiritus ſanctus. Nec in tali
negotio quicquam diuinæ uoluntatis interuenit:
cuius ope ſcimus multos ne laberentur retentos,
Artic.14 nullos autem ut laberentur impulſos. Quòd
pars illa magna Chriſtianorum catholicorum fide
lium atque ſanctorum, quæ ad ruinam ac perditio
nem prædeſtinata eſt, etiam ſi petat à deo ſanctita-
tis perſeuerantiam, non impetrabit, eo quòd mu- B
tari non poteſt diuina prædeſtinatio, quæ illos pręordinauit, præoptauit, præaptauit, ut caderent.

Reſponſio Ad præuaricationem legis, ad neglectum reli-
gionis, ad corruptelam diſcipline, ad deſertionem
fidei, ad perpetrationem qualiſcunque peccati nul
la eſt omnino prædeſtinatio dei, nec fieri poteſt, ut
per quem à talibus malis ſurgitur, per eum in talia
decidatur. Si ergo in ſanctitate uiuitur, ſi in uirtu-
te proficitur, ſi in bonis ſtudijs permanetur, mani-
feſtum eſt munus dei, ſine quo nullius boni operis
fructus acquiritur. Si autem ab his receditur, et ad
uitia atque peccata tranſitur, nihil ibi deus malæ
tentationis immittit, & receſſurum non deſerit an
tequam deſerat, & facit plerunque ne deſerat, aut
etiam ſi diſceſſerit ut redeat. Cur autem illum reti C
neat, illum non retineat, nec poſſibile eſt compre-
hendere, nec licitum inueſtigare, cum ſcire ſuffici-
at, & ab illo eſſe q ſtatur, & non eſſe ab illo quòd
Artic.15 ruitur. Quòd omnes illi fideles & ſancti qui ad
æternam mortem prædeſtinati ſunt, poſtquam ce
ciderunt ſic ab eo diſpenſentur, ne poſſint uel ue-
Reſponſio lint per pœnitẽtiam liberari. Non ueraciter, nec
ſapienter hoc dicitur. Qui enim à fide & ſanctitate
exciderunt, ſicut uolũtate prolapſi ſunt, ita uolun-
tate non ſurgunt, & dominatum concupiſcentia-
rum quibus ſuccubuerũt, ſponte patiuntur. Si qui
autem cupiditatem ſuam gemunt, & iudicantes
ſemetipſos, ad miſericordiam domini mutato cor
de confugiunt, non ſine ſpiritu diuinæ uiſitatiõis
hoc faciunt. Hæc enim eſt mutatio dexteræ excel D
ſi, qui innumeris lapſis dat pœnitentiam, ut reſipi-
ſcant à laqueis diaboli, à quo captiui detinebantur ad ipſius uoluntatem. Nemini autem deus cor
rectionis adimit uiam, nec quenquam boni poſſi-
bilitate diſpoliat, quia qui ſe à deo auertit, ipſe &
uelle quod bonum eſt, & poſſe ſibi ſuſtulit. Nõ eſt
ergo conſequens, ſicut putant qui talia obijciunt,
ut deus quibus pœnitentiam non dederit, reſipi-
ſcentiam abſtulerit, & quos non leuauerit, alliſe-
rit: cum aliud ſit inſontẽ in crimẽ egiſſe, quod alie
num eſt à deo: aliud eſt criminoſo ueniam non de-
diſſe, quod de peccatoris eſt merito. Quòd ma Artic.16
gna pars illa fidelium atque ſanctorum, quæ ad æ-
ternam mortem prædeſtinata eſt, quando dicit in
oratione dominica: Fiat uoluntas tua: nihil aliud
agit quàm contra ſe petit: id eſt, ut cadant & ruãt,
quia uoluntas dei eſt, ut morte æterna pereant.

Non hoc ueritas dicit, quòd hæc uoluntas dei Reſponſio
ſit, ut fideles et ſancti à fide atque innocentia ruant
& pereant in æternum. Sed ueritas dicit: Hæc eſt
uolũtas eius qui miſit me patris, ut omne quod de-
dit mihi, non perdam ex eo quicquam, ſed reſuſci
tem illud in nouiſſimo die. Quod ergo pater filio
dedit, filius omnino non perdidit. Idem enim di-
cit: Omne quod dat mihi pater, ad me ueniet, & Ioan.6
non eijciam foras. Quòd ſi per generalitatem uo-
cationis & per abundiam bonitatis dei, etiam non
perſeueraturi perſeueraturis admixti ſunt, hi cum
à pietate deficiunt, non ex dei opere, ſed ex ſua uo-
luntate deficiunt, nec impelluntur ut cadant, nec
eijciuntur ut deſerant. Caſuri tamen & receſſuri
ab eo qui falli non poteſt, præſciuntur. Quandiu Matt.6
itaque in oratione dominica dicunt: Fiat uolũtas
tua: non hoc contra ſe petunt, quod deus nulla ra-
tione facturus eſt, ut cadant & ruant. Hæc enim
ipſorum nequitia, ipſorum eſt cõſumata libertas.
Sed planè illud contra ſe petunt quod diuinæ uo-
luntatis eſſe dubium non eſt, ut ſcilicet cum uene-
rit filius hominis in maieſtate ſua, & ſederit ſuper
thronum gloriæ ſuæ, congregentur ante eum om-
nes gentes, ut ſeparet eos ab inuicem, alios ad de-
xtram, alios ſtatuens ad ſiniſtram. Et audient eum
dextri dicentem: Venite benedicti patris mei, poſſi Matt.25
dete regnum paratum uobis à conſtitutione mun-
di. Audient & ſiniſtri: Diſcedite à me maledicti in
ignem æternum, quem præparauit pater meus di-
abolo & angelis eius. Igitur qui facturi non ſunt
uoluntatem dei, & petunt ut fiat uoluntas dei, in
eo quod uoluntate dei faciendum eſt, audiuntur,
ut imitatores diaboli cum diabolo iudicẽtur. Qui
enim ſpreuerunt uoluntatem dei inuitantem, uo-
luntatem dei ſentient uindicantem.

Finis.

AD LECTOREM.

Hoc opus non eſſe Auguſtini primum illud arguit, quod quum ſit iuſti uoluminis non commemoratur in retractationibus: deinde titulus inſolẽs ὑπογραφικὸν, qua ſi dicas ſubnotationum: neque enim ſolet ille titulos Græcos indere ſuis libris, multo minus eos qui non in dicant argumentũ, poſtremo nec ſtylus per omnia con gruit, licet hominis eruditi facundiq; uideatur. Clamo ris plus habet, ſolidæ argumentationis minus quàm Auguſtinus. Videtur fuiſſe quiſpiam qui quæ ſparſim ab Auguſtino diſſerta ſunt contra Pelagianos, ſtuduerit in unum contrahere.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, IN LIBROS Hypognosticon contra Pelagianos & Celestianos, Prologus.

A DVERSARII fidei catholicæ, dum contra regulam ueritatis diabolicis armis pugnare nituntur, nos solicitudine repugnandi faciũt cautiores: se uero decipiunt, antecẽ nostrorũ ualeãt aliquem uulnerare. Cũ enim cæci euacuare thesauros fidei cõcertant, spe fidei uacuari, faciunt plenitudinem fidei Ecclesiæ opitulante dei gratia gloriari: & dum in hypocrisi uigilant nociturí: de qbus propterea dictũ esse puto per Pro-
Pro. 4 phetam: Ablatus est somnus ab oculis eorum, nõ enim dormiũt nisi male fecerint: nos quodãmodo excitant dormientes, ut abrepto clypeo ueritatis, falsitati eorum corde resistente uigilemus, Euãge-
Mat. 14 lica tuba nostris auribus insonãte: Vigilate & orate, ne intretis in tentationem. Confidunt ergo hæretici, catholicã fidem impugnantes in uirtute sua, id est, in audacia cordis sui, gratia desolati, & in abundantia diuitiarum suarum, in operibus scilicet
Psal. 52 uoluntatis suæ gloriantes: Sed deus dissipauit ossa hominum sibi placentium, confusi sunt, quia dominus spreuit eos. Confidamus & nos, resistentes eis in gratia domini, quæ est gloria nostra, redimẽs nos à circumdantibus nos, & intellectum dans nobis, & instruens nos in uia hac quam ingredimur confirmando super nos oculos suos, quia in deo salutare nostrũ & gloria nostra, deus auxilij nostri, & spes nostra in deo est. Sed iam de qbus uel cõtra quos ista prędixerim, oportet cõsequenti narrare sermone, atq; eorũ peruersis dogmatib⁹, inquantũ nos sua gratia dominus dignatus fuerit instruere, respõdere. Igitur cõtra Pelagianos & Celestianos hæreticos, quos dominus tales futuros suo uitio aute constitutionẽ mundi præsciuit, & exortos in mundo iudicio iusto damnauit, sermo nobis est respondendi. Istos ostendebat Apostolus Petrus in
2. Pet. 2 Epistola sua secunda futuros, dicens: Fuerũt uero & pseudoprophetæ in populo, sicut & in uobis erunt magistri mendaces, qui introducẽt sectas perditionis, & eum qui emit eos deum negant, superducentes sibi celerẽ perditionem: Et multi sequentur eorum luxurias, per quos uia ueritatis blasphemabitur, & in auaritia fictis uerbis de uobis negociabuntur: Quibus iudicium iam olim non cessat, & perditio eorũ non dormitat. Igit̃ de magisterio gratiæ dei confidens his respondendum, tanc̃ hypognosticon abbreuiatum hunc facere libellũ curaui. Quem si quis legere uoluerit, non uerborum mediocritatem contempletur, sed fidei rationem: Et si placet, ad deum qui docet hominem scienti-
A am, gratias referat. Si qua uero sunt in quibus nolentes errauimus, si tamen aliqua sint corrigenda intuitu charitatis, deo iudice corrigat, sed is cui sensus est catholicus corrigendi. Si aũt nihil sciens uel inuidiosus fuerit, uitiare quæ sana sunt nõ præsumat, quia mecum stabit ante tribunal Christi, rationem redditurus quisquis ille fuerit. Huiusmodi ergo dogmatis ista est nefanda blasphemia. Adam inquiunt siue peccasset siue nõ peccasset moriturum fuisse. Tamen peccatum eius neminem ni 1
si solum nocuit ipsum. Posse hominem per liberũ 2
arbitrium tanquã per se sibi sufficientem implere 3
quod uelit: uel etiam meritis operum à deo gratiã unicuic̃ dari. Libidinẽ naturale esse bonum: nec 4
in ea esse quod pudeat. Et paruulos baptizatorũ 5
filios non trahere originale peccatum, nec̃ peritu-
B ros à uita ęterna, si sine sacramẽto baptismi ex hac uita migrauerint: O malum dogma quod pacis inimicus inuenit. O dogma per quod scindit̃ matris unitas Ecclesiæ renatorum. O dogma quod sub nomine Christi euertere & nutare nitit̃ Christi fundamenta. O dogma cui nefanda sunt nomina mille, mille nocendi artes. Arma contra legem sumit ex lege: impugnat Euangelium ex Euangelio pugnans, et in sui perniciem de ueris mendacia fingens, prouocat ad mendacia, fingens prouocat ad mendacium ueritatem. Sed hæc sunt sibi pœna quæ inordinate proferens putat esse uictoriam: ut in eis quod scriptum est impleatur: Per quæ enim quis peccat, per hæc & torquetur.

CONTRA PRIMVM ARTICVLVM, LIBER PRIMVS.

DAM ergo, inquiunt, siue peccasset, siue non peccasset, moriturũ fuisse. Respondemus: Falleris hæretice, falleris: non ita
A est. Aut si ita est & non falleris, diuinis astrue documentis.

Sed absit ut in scripturis sanctis authorem mortis deum ualeas reperire. Scriptum est enim: Nolite zelare mortem in errore Sap. 1
uitæ uestræ, quoniam deus mortem non fecit, nec lętatur in perditione uiuorum. Creauit enim ut essent omnia, & sanabiles fecit nationes orbis terra-
D rum. Item in eodem libro: Deus, inquit, creauit ho Sap. 2
minem inexterminabilem, & ad imaginem suam fecit illum. Inuidia autem diaboli mors introiuit in orbem terrarum. Si uides, uide mortem non à deo authore, sed per errorem uitæ uenisse hominibus in paradiso delitiarum positis: id est, cum perrationem animæ qua boni & uitales erant institui, errauerunt à mandato diuino, inuidia scilicet & seductione serpentis. Audis testante Propheta, deum mortem non fecisse, sed in libro Geneseos protoplasto futuram, si contigisset lignũ uetitum, prędixisse. Sic enim scriptum est: Et dixit dominus Adæ: De omni ligno quod est in paradiso edetis: de Gen. 2
ligno autem scientiæ boni & mali non edetis: qua die autem mãducaueritis, morte moriemini.

Hæc

Universidad de Deusto
Biblioteca

Hæc audis, & authorem mortis dicere deũ audes? Mors igitur ex inuidia diaboli ueniẽs introiuit in orbem terrarum, & deo iudice iusto pro pœna in peccatorẽ permissa est dominari. Recte enim perdidit uitam qui mortem noluit cauere prædictam, ne uitam perderet. Tamẽ uerax & misericors dominus non lætatur in perditione uiuorum. Quæ est enim perditio uiuorum nisi mors? Sed uiuorũ male uiuentium, qui in secunda morte peribunt: non uiuorũ iustorum, id est, requirentium deum, quibus tantum propter peccatũ Adæ quod traxere nascentes, mors non secunda, sed prima debet. Si ergo secundum uos deus author est mortis, lętari debet in occasu uiuorum tanq; in opere suo bo- Psal.103 no. Quia scriptum est: Lętabitur dominus in operi bus suis: & quia nihil odiens fecit, sed omnia quæ Gene.1 fecit ualde bona sunt. Sic enim scriptũ est: Diligis Sap.11 enim omnia quæ sunt, & nihil odisti eorũ quæ fecisti: nec eẽ odiens aliquid cõstituisti. Vel cur cõtra eam de eius obnoxio peccato corpore, carnẽ suã absq; noxa suscepit, si eã ipse corporis iaculũ fecit? Nihil enim in cõtrarium sibi dum mundũ faceret, deum fecisse cognouimus. Nam ut inimicã mortẽ uinceret, uel eius matrẽ peccatum, ideo dei filium hominẽ suscepisse, si oculos caligine mortis nõ p- didistis, attẽdite. Nam quod impossibile erat legi, Rom.8 inquit Paulus uas electiõis, in quo infirmabatur per carnem, misit deus filiũ suum, in similitudinẽ carnis peccati, & de peccato damnauit peccatũ in carne. Quid est aũt impossibile legi, nisi q; sibi nec obedientẽ nec perfectũ facere poterat deputatum: nec peccatũ tollere, nec mortem uincere præualebat? Sed quare id implere nõ possit subiũgens ait: In quo infirmabat per carnẽ. Iubendo eẽ infirmo & nõ iuuãdo infirmatur, quia per carnẽ, id est, per cõcupiscẽtias carnis ex peccato ueniẽtes, quas solo arbitrio libero homo uincere nõ potest: nisi eẽ præcedente gratia dei, legis factor esse nõ poterit, Heb.7 sicut & ait idem Apostolus: Lex enim ad perfectũ nihil adduxit. Quid est ergo filium dei uenisse in similitudine carnis peccati, nisi nõ habens caro eius ullum peccatum sicut nostra: dicente Petro Apo- 1.Pet.1 stolo: Qui peccatũ non fecit, id est non habuit, nec inuentus est dolus in ore eius. Dicendo enim, in similitudine carnis peccati, illam absq; peccato, nostram uero peccatricem ostendit. Nã ille ideo in similitudine, quia nõ per libidinis usum ut nos, sed inspiramine mystico ex uirginis utero in uera natus est carne. Et de peccato, inquit, damnauit peccatum in carne: de humana uidelicet peccatrice naturam peccatricẽ: peccatricem dico nõ deo autore, sed homine delinquente. Carnem ut dixi suscipiens absq; culpa, & hanc innoxiã crucifigẽs, peccatum, quod nos damnauerat per inobedientiam in Adam terreno, in Adã cœlesti obediente damnatur. Nos eẽ peccato morimur uicti, Christus autem innocens mori uoluit, ut moriendo mortẽ captiuaret & uinceret. Quodãmodo enim eam sibi passus est dominari, cũ patienter se occidẽdum eius obtulit uoluntati. Sed cum mors in inferno cũ iniquis uideret & iustum non habens unde eidẽ si cut & cęteris insultaret, resurgentẽ tenere non ualuit, quinimmo uicta prostrata est atq; damnata. Et ideo Apostolus extollens uictoriã Christi de morte, seruis eius gaudens annunciat: Christus resurgens à mortuis iam non moritur, mors illi ultra nõ Rom.6 dominabitur: Quòd enim mortuus est, peccato mortuus est semel, quòd aũt uiuit, uiuit deo. Hoc dicendo quid aliud intelligere nos uoluit, quàm deum mortem non fecisse, nec lætari in perditione uiuorum, qui absq; peccato ut eam uinceret in infir- Sap.1.& 2 mitate carnis, uoluit habere consortium mortuorum. Vnde si inuidia diaboli per peccatũ mortem in orbem terrarum introisse non credideritis, nihil aliud astruitis nisi deum mortem fecisse: propterea ut peremptis hominibus quibus suã donauit imaginem, nasceretur ei cum ea necessitas dimicandi uel etiam moriendi & resurgendi. Sed absit hoc à fide catholica, quæ per unum hominem peccatũ intrasse in mundum, et per peccatũ mortem, & ita in omnes homines pertransisse credit, Paulo fideli Rom.5 magistro docente, ac Christum mortuum propter peccata nostra, & resurrexisse propter iustificationem nostrã, reconciliantẽ nos in suo corpore deo patri per crucem. Erubescite ergo & conticescite. In uestrã enim mortem perpetuã deum accusatis, in morte diabolum excusatis, & hoc ideo, quia nõ deum, sed diabolum timetis offendere. Dicite ergo: Si deus mortẽ fecit, cur Christus deus mortuũ Ioan.11 fleuit Lazarum secundum carnem? Non eẽ quod ipse fecerat dolere debuit, sed dolens ęum & plorans ostendit, quos deus uitales fecerat, diabolum per culpam fecisse mortales. Quem ideo suscitat, ut diabolus nihil se occidendo profecisse cognoscat: nec quisq; hominũ ad deum pertinẽs de morte desperet, quia deo dormiunt quos diabolus perisse putabat. Nolo, inqt per Prophetã Ezechielẽ Ezech. 18 dominus, mortem peccatoris, sed ut cõuertat & uiuat. Si eius ut prędicatis author est deus: cur eã, dicẽdo, nolo, repellit à peccatore, & non patit quod suum est permanere? Mortem nolo, inquit, peccatoris, quam ego ei non feci, sed ipse eam sibi, dum in me pręuaricator extitisset inuenit. Sed reuertat & uiuat, id est, uitã me miserante recipiat, quam se peccante pdiderat. Nulli itaq; fidelium dubiũ esse potest, primos homines factos sic fuisse uitales, ut si in libertate animæ qua immaculati creati sunt, serpentis contempsissent seductionẽ mortiferam, uita fruerentur æterna: si uero secuti essent, amitterent. Quibus pręterea prædixit deus, ne uetita cõtingerent, ut quicquid uictis postea contigisset aduersum, non præmonenti, sed sibi inobedientibus imputarent. Nunquid enim cum delinquentibus mortem futuram prædixisset, quod futurum erat ipsum fecisse credendum est? Quid enim eam cauendum præmonuit, si eius in eorum occasu factor est ipse? Sed nec eis per diabolũ ueniens peccantibus succedere ualuisset, nisi dominus iudicio iusto in uindictam propter inobedientiã permisisset. Igitur ut moriantur homines, pœna peccati est: ut reuertantur ad uitã, domini miserantis est. Sed ille redit ad ueram uitam, qui per bonam conuersa-

tionem

tionem ex gratia dei uenientem, sanguine Christi sanctificatus ingreditur in regnũ cœlorum, et qua si reuersus in regionem suam domino placiturus, de qua peccato fuerat exulatus, gaudens & insultans morti, dicit animę suę: Cõuertere anima mea
Psal. 114 in requiem tuam, quia dominus benefecit mihi: Quoniam eripuit animã meam de morte, oculos meos à lachrymis, pedes meos à lapsu: Placebo domino in regione uiuorũ. Placebo: unde? Quia dominus benefecit mihi. Nam & peccator recipit uitam, non autem redit ad uitam. Reditus enim uitę in regno cœlorum est, quod omnis in peccctis suis, uel sine baptismo moriẽs non potest possidere. Recipit enim uitã in corpore non morituras, sed ita uicturus in corpore, ut sit mortuus uita, uel corpore uiuens semp in pœna, & uita & corpore cũ diabolo mortis authore dãnato. Vnde & dominꝰ in Euangelio ijs qui ad sinistrã erũt in die iudicij,
Matt. 15 id est, impijs & peccatoribus: Ite, inqt, in ignẽ æternum, quẽ præparauit pater meus diabolo & angelis eius. Iustis uero ꝙ à dextris erunt: Venite benedicti patris mei, percipite regnũ paratum uobis ab origine mundi. Et tunc illi, ait, ibunt in suppliciũ æternum, iusti uero in uitam æternam. In qua uita glorificati, id est, mutati de corruptione in incorruptionem, de mortalitate in immortalitatem, fulgebunt, ac cum Christo in perpetuũ regnantes, insul-
1. Cor. 15 tabunt dãnatæ morti dicentes: Absorpta est mors in uictoria. Vbi est mors uictoria tua, ubi est mors stimulus tuus? Mors itaqꝫ priuatio uitę est, nomen tantum habens, non essentiã: & ideo deus eius au- C thor esse dici nõ potest. Quicquid enim deum fecisse dicimus, habet essentiã, id est, species est. Essentia enim dicitur ab eo quod est, quę tantũ de solo deo dici debet, secundum illud quod scriptũ est
Exodi. 3 in Exodo Moysi: Dices eis, id est, populo: Qui est misit me ad uos. Tamen & de cæteris creaturis dici potest quòd habeant essentiam, sed non sicut deo qui initium non habet quod est, sed ex quo accipientes initiũ quod sunt esse cœperunt. Mors ergo nihil est nisi nomen recedẽte uita: Sicuti fames, escarum defectus: sitis, egentia potus: tenebræ absentia lucis: sterilitas, defectus fructus: silentiũ, uocis absentia: inopia, priuatio facultatum, & si qua sunt alia quę rerũ priuatione nihil esse nisi nomen inueniunt. Opinor nanqꝫ ꝙ ideo mors hoc uocabulum accepit, eo ꝙ morsu quodãmodo uenenosi D serpentis, id est, diaboli in paradiso Adã fuerit interemptus. Tunc em̃ serpẽs morsu decepit Adam, quando per cõcupiscentiã mordere, hoc est, edere suasit illicita, & ut dixi, ꝓpterea mors quasi à morsu nomẽ accepit. Vnde & dominus in Osee Pro-
Osee 13 pheta morti minitans dicit: Ero mors tua ò mors, ero morsus tuus inferne. Mors & infernus in diaboli persona dicta intelligunt, quia ꝙ ipsum delinquenti homini accedit mors, id est, priuatio uitæ, & per ipsum peccatores cõuertunt in infernũ, tanquam in eius carcerẽ ubi dãnatus est ipse. Sed quę rendum est, quẽadmodũ Christus deus dei filius mors extitit mortis, et morsus inferni. Sine dubio deus in suscepta carne in qua suũ mors nihil habebat, ut ipse ait: Venit princeps mundi huius, & in me non habet quicqꝫ. Tentatus post baptismũ in deserto, eius non obediuit cõcupiscentijs, ubi ait: Dic lapidibus istis ut panes fiant: & cætera. Vel ꝙ se clauorum morsu iustus et innocens affigi passus est cruci, & ore lanceæ transforari. Os aũt lanceæ dixi, secundum ꝙ dictum est de peccatoribus: Et cadent in ore gladij. Et lancea utique gladius est. Et quòd descendens in infernum uelut in os mortis: unde dicit in Psalmo: Non absorbeat me profundum, neque urgeat super me puteus os suum, id est, infernus: detineri eum fuit à diabolo impossibile. Vnde hominem quem susceperat pro homine, id est, carnem suam, quæ non uidit corruptionem, die tertia suscitans, tanquam Ionam ex
Matt. 12 ore ceti produxit. Quia hoc fuit infernus Christo quod Ionæ cetus, dicente ipso domino suo: Sicut enim Ionas fuit in uentre ceti tribus diebus & tribus noctibus: ita erit & filius hominis in corde terræ tribus diebus & tribus noctibus. Morsus ergo factus est inferni, cum se ab eo tanquam escam, id est, carnem suam suscipi passus est, qua non satiatur sicut de peccatoribus, sed absorberet, propter
1. Cor. 15 quod dictum est: Absorpta est mors in uictoriam.
Amos 9 Sed & illud testimoniũ quod est in Amos Prophe ta, puto propterea dictũ esse, cũ peccanti populo dominus promittens futura mala dicit: Et si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, ibi mandabo serpenti & mordebit eos. Quid est enim, Et si celauerint se ab oculis meis in fundo maris, id est, etsi permanserint in operibus malis, auertentes se ab oculis meis, à præceptis scilicet spiritalibus, quia oculi dei sunt spiritus dei, qui legem, id est, præcepta dedit, in fundo maris, in altitudine uidelicet desperationis: ibi mandabo serpẽti & mordebit eos, ibi in eadẽ desperatione cõtemptus, mandabo: potestatem dabo serpẽti, hoc est diabolo, ꝙ ab initio serpens est nominatus, & mordebit eos, morsu utiqꝫ diuersarũ concupiscentiarũ quo peccãtes occidit, mortificabit eos, sed morsu mortẽ facit. Non aũt mors est sicuti ferę bestiæ, uel omne genus animalium iracundorũ, quę morsu suo nõnunqꝫ mortificant homines, & tamen nõ ipsa sunt mors, sed morsu insanabili mortẽ, id est, priuationẽ faciũt uitę, quemadmodũ etiam ictus gladij, percussio lapidis, uel quicquid potest hominẽ occidẽdo uita priuare. Illud præterea prętermittere nõ debeo, ne forte aliquis inimicorum ueritatis, qui non sit rationum certarum quęsitor, sed quæstionum perplexarum ad subuersionem audientium inuentor atque ꝓpositor dicat: Si nihil est mors nisi nomẽ, quemadmodum superius disputasti, eo ꝙ mors Christũ iustum in inferno cum iniquis uiderit, & quia in eo peccatum non fuit, resurgentem tenere non ualuerit, ut eidem sicut cæteris peccantibus insultaret, & ideo uicta, prostrata atqꝫ damnata est. Si ergo nihil est, uidere, tenere, insultare, uel uinci, prosterni & dãnari quomodo potest qd̃ nihil est? Respõdemus. Ipsum nihil qd est? Quia interdũ cum nominamus, nihil, addimus, est. Sicut et illud de Euangelio: Et sine ipso factũ est nihil: substantia est,
Ioan. 1 an nomen

an nomẽ ſubſtantia carens? Solet enim dici, ut præfatus ſum, à plurimis, dum aliquid deſpicitur, aut pro paruo æſtimatur, uel certe quod penitus non ſit, nihil eſt. Cũ ergo dicimus, nihil, nomen inſubſtantiale nominamus: cum uero addimus, eſt, rem ſignificamus. Cur ergo nomẽ inſubſtãtiale, id eſt, nihil, tanquam uere aliquid ſit dicimus, addendo eſt? Omne enim quod dicimus eſt, eſſe aliquid æſtimamus, tamen cum aliquoties dicimus, nihil eſt, pro cõſuetudine locutionis addimus, eſt, ad nihil: cum nomen tantum ſit nihil, & non res. Sic & de morte pro conſuetudine uerbi, uel ad comparationem agentis dicimus: uidet mors, aliquid agit, inſultat, uel damnata eſt, uicta eſt, & quicquid illud eſt quod dici poſſit, quia mors faciat aut patiatur. Cum ergo hæc de morte dicantur, omnia ad authorem mortis, per quem priuatio uitæ facta eſt, diabolum referuntur. Ipſe enim quæ ad mortem pertinent, aut facit, dum captiuat & perimit: aut patiẽ, dum uincitur et damnatur. Diabolus enim natura eſt angelus, ſed quod natura eſt, opus dei eſt, quòd uero diabolus, uitio ſuo eſt, utẽdo male naturę ſuę bono. opera uero eius mala quæ uitia dicuntur, actus ſunt non res, quæ tanquam per ſe agere dicuntur aliquid, cum ea & per ea totum agit diabolus. Vel damnata dicuntur, cum ipſe pro his damnat pro quibus damnatur & homo, cum per liberum arbitrium his illectus tradit aſſenſum. Et ideo hæc in futuro ſeculo iam non erunt, quia in authore ſuo diabolo damnabuntur, cum ille ſcilicet damnatus ingehenna ut peccent homines amplius, poteſtatem hæc agere non habebit.

AD ARTICVLVM SECVNDVM, LIBER SECVNDVS

ITEM peccatum Adæ, aiunt, neminem nocuit, niſi ſolum ipſum. Reſpondemus: Si peccatum primorum hominum ſolis obfuit illis, & nemini noſtrum: quemadmodũ quæ in illos pro peccato lata eſt, in nos ſententia pertranſiuit, in quos non tranſiuit & culpa? Ni ſi forte ſecundum uos iniuſtus deus, qui expertes eorum delicti, paſſus eſt nos eorum pœnæ aſtringi uinculo. Hæc eſt enim in illis poſt peccatum diuina ſententia, poſtquam ſcilicet ſuaſor ad præuaricandum maledictus eſt ſerpens. Mulieri autem
Ioan.3 dixit deus: Multiplicans multiplicabo mœrores tuos, & gemitum tuum. In triſtitia paries filios, & ad uirum tuum conuerſio tua, & ipſe dominabit tui. Et Adæ dixit: Quoniam audiſti uocem mulieris tuæ, & manducaſti de ligno, de quo præceperam tibi de hoc ſolo ne manducares: maledicta terra in operibus tuis, in mœroribus manducabis ex illa omnib. diebus uitę tuæ: Spinas & tribulos germinabit tibi, et edes fœnum agri. In ſudore uultus tui edes panem tuũ, donec reuertaris in terrã de qua ſumptus es, quia terra es, & in terram ibis. Hac nos pœnæ ſententia colligatos, ipſa ſibi humana natura totũ per orbẽ terrarum diffuſa teſtimoniũ perhibet, dum ſe paternis cruciatibus ſanctæ legis teſtimonio peruidet laborare. Quod qua iuſtitia, ſi hæredes parentum peccati nõ ſumus, patimur? Si uobis ſolis æquitas ſuppeditat naturalis qua iuſtiora ſint iudicia ueſtra cũ dei, inter nos & deũ reſidentes in ſuperbiæ ſolio iudicate. Nullum em̃ hominẽ tam amatorẽ uel defenſorẽ ſui erroris, ad dei iudicia reprehẽdenda, uel etiã refellenda diabolus potuit inuenire, niſi Pelagiũ et Cœleſtium nouæ legis iura tradentes. Adam igitur factus eſt abſq; peccato natura: cum uero peccauit homo, natura peccauit, & facta eſt natura iam peccatrix, id eſt, uitium habens peccati, non ipſa effecta uitium uel peccatum. Poſt peccatum ergo homo peccator dictus eſt, non homo peccatum. Peccator enim à peccando, non homo à peccando dicitur. Et ideo peccator homo genuit hominem, ſine dubio peccatorem: quia de natura ut dixi peccato uitiata, nõ niſi natura naſcitur uitioſa, id eſt, peccatrix: ſecundum quod ait Apoſtolus Paulus: Qualis terrenus, tales & terreni. Et hoc quomodo niſi per ſeminis ſparſionem? Sed ais mihi ediuerſo ueniens: Ergo ſemen peccatum eſt? Iam ſuperius dixi, quia cum peccauit homo, natura peccauit, cuius ſunt ſemina: & ſemen ergo uiciatum eſt, nõ uitium, ſicut ſcriptum eſt: Semẽ enim maledictũ erat ab initio: Maledictum uidelicet poſt peccatum, quia maledicta, inquit, terra in operibus tuis. Sed uitium trahi non poteſt protoplaſti, neq; eſſe homini ſine ſeminis effuſiõe. Quod cõfirmat Apoſtolus dicẽs: Per unum hominẽ pecatum intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in omnes homines mors pertranſiuit, in quo omnes peccauerũt. Solus autem dominus Ieſus Chriſtus abſq; ſemine ex uirgine ſactus eſt homo, & expers delicti natus eſt deus & homo. Audis itaq; per unum hominem peccatum intraſſe in mundum, & per peccatũ mortem, & ita in omnes homines pertranſiſſe, in quo omnes peccauerunt: & audes dicere hęretice, Adę peccatum nulli niſi ſoli nocuit ipſi? Et uere tunc ſoli nocuit, cum ſolus eſſet ipſe & Eua mulier eius. Sed in illis unis omnes eramus, quia natura humani generis erant, ſicut in nobis omnibus illi uni ſunt, quia natura eorum ſumus. Sed reſpondentes dicitis, ut dicere conſueuiſtis: Apoſtolus ſi uoluiſſet intelligi, quia per ſeminũ cõceptionem dicebat peccatũ in omnes homines pertranſiſſe, non per unum hominem dixiſſet, ſed per duos homines, quia ſine fœmina de ſolo maſculo homo naſci non poteſt. Si cordis oculos non amiſiſtis, attendite dictum eſſe: Iam non ſunt duo, ſed una caro: Et iterum: Erunt Gen. 2
duo in carne una. Nam ideo per unum hominem dixit Apoſtolus, quia cum in uiro ſuo mulier una ſit caro, in ſemine progenies imputat. Audite adhuc & alium ſapientiſſimũ dicentem ad ueſtrã confuſionem: Ex muliere initiũ factum eſt peccati, & Eccl. 25
per illam omnes morimur. Ecce hęretice, factũ eſt tibi ſatis, per duos homines in humanum genus peccatum uel mortem pertranſiſſe. Sed quid adhuc dicturus ſis, ſicut ſoletis dicere, noui. Peccatũ, inquis

1. Cor. 15
Sap. 12
Gen. 3
Rom. 5

inquis, per unum hominem in mundum intrasse, Apostolus non seminis propagatione, sed morum imitatione dixit. Respõdeo: Si peccatum morum imitatione constat, quem imitatus est diabolus ut delinqueret, dicite: qui primus inuenitur esse peccator? Quia si de Adam interrogauero, respondebitis forsitan, q̃ sit diabolũ imitatus. Esto, Adam ut peccaret, diabolum fuisse imitatũ: dicite mihi, diabolus quem imitatus sit, quia peccatũ morum imitatione cõstare defenditis. Sed quid immoror, sciens nihil uos responsuros? Quem enim dicturi estis imitatum fuisse, cum author sui lapsus ipse sit? Adam certe peccasse nihil aliud legimus in libro Geneseos, nisi q̃ inobediens extitit diuinum ser-
Gene. 4 uare prę̃ceptum. Cain ergo primogenitus filius e-
B ius quem sit imitatus dum fratrem occidit, homicidium facere, ut ostendatis interrogo. Quatuor em̃ tunc homines fuisse legimus, Adam scilicet & Euam, ipsum Cain & Abel fratrem suum, & ex his nemin̄ fecisse primo homicidium inuenimus, nisi ut dixi Cain. Dic ergo hæretice, unde hoc didicerit, quẽ ue fuerit imitatus, si morũ ex altero in alterum transire cõstat imitatione peccatũ, & non est conceptione contractum? Omne enim quod imitandum est, aut uidetur oculis, aut certa relatione cõcipitur. An excusabis homicidiũ non esse peccatum? Et quid nequius? Dic iam, dic totiens interroganti mihi: Cain quem uiderit, à quo narratũ audierit homicidiũ perpetrandum? Sed constrictus uinculo ueritatis, nec ianuã tuæ propositionis patentem inueniẽs exeundi, ad ianuam sermonis Apostoli Pauli repedabis, ut iter rectũ, si uelis, possis incedere, atq; mihi interroganti dicere ueritatem. Vere non morum imitatione, sed seminis sparsiõe
Rom. 5 constat per unum hominem peccatum intrasse in mundum, & per peccatum mortem, & ita in omnes homines pertransisse, in quo omnes peccauerunt. Ex peccatore ergo Adam, genitore suo Cain primus peccatum in utero matris contraxit: & tertius homo natus est peccator ex utero eius. Mens interna patrio peccato erat iam captiuata, à diabolo inde imbutus est in zelum, inde inuidiam habuit & liuorem: inde non morũ imitatione homicidium, sed uolũtate præcipitatus admisit. Qui enim unum peccatum idem diabolus præuaricantibus primis inflixit hominibus, & ipse per hoc qđ
D omnes absq; solo, ut supra dictum est, Christo nascendo traxerunt, illicite etiam cætera, dum ei per liberum arbitrium consentitur committit peccata. Peccatum ergo protoplasti omnes trahimus, non morum imitatione, sed seminis conceptione, sicut
Psal. 50 scriptum est: Ecce enim in iniquitatibus concept⁹ sum, et in delictis peperit me mater mea. Constant etiam & imitatione morum peccata, imitando scilicet malos. Sed ut quis imitetur malos, naturæ est uitium deprauatæ qua factus est malus & malitiosus, non natura à deo conditus malus. Ob hoc enim & natura filij iræ, ab Apostolo iam baptizati fuisse dicimur. Omnis enim carnaliter nascens,
Ephe. 2 natura filius iræ recte dicitur: quia natura est protoplasti, quæ prior in illo propter delictum iram iudicis dei iuste suscepit. Si enim delictum eius per
A quod, ut dixi, ad iram dominum prouocauit, non traheremus, nunquã natura filij iræ diceremur. Et ideo peccatum eius nõ solum ipsum, sed omne nocuit genus humanum, cum eius damnatiõe simul & culpam suscepimus. Eius enim nos uulneratos esse delicto, uas probat electionis, cum dicit: Non Rom. 3 enim est distinctio: omnes enim peccauerunt, & egent gloria dei. Dicendo, omnes, nullum excipit, quinimmo totum declarauit genus humanũ. Peccauerunt enim omnes, cum ex uno peccatore omnes nascimur peccatores: Propter quod iterũ idẽ dicit Apostolus: Nam iudicium ex uno in cõdem Rom. 5 nationem. Ex quo uno nisi ex Adam, uel eius uno peccato? In qua condemnatione, nisi in culpa eius, qua ille est condemnatus? Quid est autem, & egent gloria dei: nisi gratia dei patris, per Iesum Christum qui est gloria dei patris? Et quid est, egent: id est, nemo idoneus per se quòd nascitur carnaliter uel operibus meritorum uitam recipit perditam, nisi per dominum nostrũ Iesum Christum spiritaliter renascatur, qui uenit patris & sua, sanctiq; spiritus indebita misericordia, saluare & quærere quod perierat? Quid enim perierat? Nunquid 1. Cor. 9 animalia irrationalia? Aut nunquid de bobus cura est deo? Vtiq; humanum genus per peccatum, propter quod se sponte immaculatus morti tradens atq; resurgens, gratię gratuitæ largitate à peccato uel morte redemit.

C AD ARTICVLVM TERTIVM LIBER TERTIVS.

TERVM posse dicunt hominem per liberũ arbitrium tanquam per se sibi sufficientẽ implere quod uelit, uel etiam meritis operum à deo gratiam uni cuique dari. Respõdemus: Neminem posse per se sibi, id est, per liberum arbitrium sufficere implere quod uelit. Recte dicimus, nisi protoplastum solum potuisse, cum uoluntas liberi arbitrij fuisset sana eidem ante culpam. Lex em̃ eidem in paradiso constituto non poneretur seruanda, nisi liber esset tam uelle eandem q̃ nolle seruare, sicut scriptum est: Et locutus est dominus Adæ, dicens: De omni ligno Gene. 2 quod est in paradiso edetis: de ligno aũt scięt̃iæ boni & mali non edetis: & cætera. Dicendo ergo dominus: De omni ligno quod est in paradiso edetis: taliter uelle permisit. Et uetando: De ligno aũt scientiæ boni & mali nõ edetis: huiusmodi nolle præmonuit. Sed cum & uelle & nolle prædocuit, cui ad utrunq; posse liberum donaret arbitriũ, quo male utens incautus, dum sponte serpenti præbet suadenti consensum, domini præterijt præceptum, amisso possibilitatis bono, solum arbitrium ad uelle potitus est uulneratum. Hoc ergo uulnere cuncti libero claudicamus arbitrio, nec implere nobis naturaliter sufficit posse bonum, quia iam, ut superius disputaui, de natura uitiata peccato, id est, de protoplastis

Universidad de Deusto
Biblioteca

protoplastis hominibus, quorum sumus & ipsi natura in quibus est uitiata libertas, homo uoluntatis sanæ perfecto uidelicet libertatis arbitrio quo sibi sufficiat, non potest exoriri. Nam ut calcatius liberum arbitriū cum possibilitatis bono, quo ualeret implere quod uoluisset, Adam factum intelligas, audi quid dicit scriptura sancta in libro Eccle
Eccl.15 siastico: Deus, inquit, ab initio fecit hominē, & reliquit illum in manu cōsilij sui, adiecit mandata & præcepta: Si uolueris mandata seruare, conseruabunt te, & fidem facere beneplacitā in perpetuū: Apposui tibi ignem & aquam, ad quod uolueris porrige manum tuam. Ante hominem est uita & mors, bonum & malum: & quod uoluerit, dabit illi. Quid est autem: Et reliquit illum in manu consilij sui: nisi dimisit eum in possibilitate liberi arbitrij sui? In manu enim possibilitas intelligitur: Ipsa est prima gratia qua primus homo stare potuisset, si seruare mandata domini uoluisset. Hac ergo per inobedientiam desolatus homo, iudicio iusto factus est serpenti, id est, diabolo cui maluit obedire
2.Pet.2 q̄ deo, captiuus. Et ideo scriptum est: A quo enim
Ioan. 8 quis superatus est, huic & seruus addictus est. Et iterum: Omis qui facit peccatum, seruus est peccati.
Quod confirmat Apostolus Paulus iam baptizaRom.8 tis, dicens: Cum essetis serui peccati, liberi fuistis iustitiæ, uidelicet alieni eratis à iustitia. Per se ergo homo lapsum facere potuit, quia uoluit: sed nō sicut per se lapsus est, continuo à lapsu per se, id est per propriam uoluntatem consurgere ualuit, nisi manu domini misericordissima, quomodo eius placuit pietati, fuisset erectus: Propter qđ scriptū
Psal.144 est: Alleuat dominus omnes qui corruunt, & erigit omnes elisos. Quod si homo propriæ uoluntatis uirtute, & non per dominū sufficit elisus assurgere, qua in paradisum, de quo inobediens pulsus
Gal.2 est, deo reconciliandus redeat, ergo Christus gratis mortuus est. Et ut quid ad sanos medicus uenire uoluit, uel cur se ad saluandū atq; quærendum quod perierat, uenisse dixit, qui secundū dogma uestrū, nihil perditum, nihil quod sanaret inuenit? Te igitur sancte Paule Apostole, uas electionis, magister gentiū quæso, cur Christus in mundū uenerit: dicas, ut sciamus quid hæreticis qui aduentum eius nihil profuisse humano generi, quod per
1.Tim.1 se sibi sufficere prædicant, respondeamus? Fidelis sermo, inquit, & omni acceptiōe dignus, qa Iesus Christus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere: quorū primus ego sum. Audi Pelagiane hęretice, pelago perditionis demerse, siue Celestiane, cœlesti iudicio periture, uas electionis ueritatis tuba canentem, Christus Iesus uenit in hunc mundum peccatores saluos facere, quorum se primum esse dicit: & conaris astruere cum prædicas hominem naturaliter posse quod uelit, Christū nullum in eo uulnus quod curaret, nullam infirmitatē inuenisse, quā gratiæ suæ gratuito medicamento sanaret? Intantū estis in stultitiæ profundū demersi, ut non intelligatis Christum dominum ad nostram reparationem, reformationem, redemptionem, reconciliationemq; formam serui suscipere

A uoluisse? Quid enim opus erat deo, si status integer naturæ maneret humanę, carnem suscipere nostram, contumelias sustinere à ludæis, perpeti mortem: quæ utique omnia pro nostra salute dignatus est sustinere, dominus bonus & misericors pro seruis malis & impijs, liber pro captiuis, iustus pro iniustis, uita pro mortuis, spes pro desperatis, recōciliatio pro offendentibus: sicut dicit Ioannes Apo-
1.Ioan.1 stolus de eo: Ipse est propiciatio pro peccatis nostris: non pro nostris autem tantum, sed etiam pro
1.Pet.2 totius mundi. Item Apostolus Petrus: Qui peccata, inquit, nostra ipse pertulit in corpore suo super lignum, ut peccatis mortui iustitiæ uiueremus, cuius liuore sanati estis: Eratis enim sicut oues errantes. Item ipse in eadem Epistola: Quia & Christus
B semel pro peccatis nostris mortuus est, iustus pro iniustis, ut nos offerret deo mortificatos carne, uiuificatos aūt spiritu. Audis electos & idoneos testes spiritu dei loquentes, Christum propiciationē pro peccatis mundi uenisse, peccata nostra propter ea pertulisse in corpore suo super lignum, ut iustitiæ uiueremus, eius liuore nos esse sanatos, qui eramus sicut oues errantes. Audis semel pro peccatis nostris mortuum iustum pro iniustis, ut nos offerret deo, id est, peccato exules reuocaret ad deum: & in tenebris conscientiæ tuæ tractans eructas nebulas, quibus lumen uerū detrahere conaris, & dicis posse hominem per liberum arbitrium tanquā per se sit idoneus, implere quod uelit? Idem ipsum est enim & illud quod flagitatis uoce superba: Si
C uolo, sanctus sum: si uolo, pecco: si nolo, non pecco: Nihil uidelicet astruitis ista dicendo, nisi ut superius iam dictum est, Christus ueniēs nihil nobis præstitit, nihil salutis, nihil adiutorij cōtulit, mors eius nihil profuit nobis, salus nostra naturalis est nobis. Talia prædicantibus fides catholica dicit anathema: credit enī, quòd salus hominis ex deo sit Christo, cuius uulnere liberum nostrum curatur & reformatur arbitrium uulneratum, qui auersos à se gratuita gratia sua cōuertit ad se, & ut deo placeant, operibus bonis operatur in eis & uelle & posse: quorum cursum in hac uita propter futuram uerā uitam, misericordia præueniendo & subsequendo perficit. Ipsum igitur liberū arbitrium hominibus esse, certa fide credim⁹ & prædicamus
D indubitanter. Sed cur dicatur liberum arbitrium, est paululum differendum. Arbitrium ab arbitrando rationali consideratione uel discernendo quid eligat, quid'ue recusет, puto quòd nomen accepit: uel ideo liberum arbitrium dictum, q̄ in sua positum sit potestate, habēs agendi quod uelit possibilitatem, quod est uitalis & rationalis animæ motus. Sed huiusmodi, ut ante iam dixi, fuit in homine protoplasto, cum ante peccatum maneret illæsus. Non enim per aliud contraxit offensam, nisi per id quo potuit ne delinqueret resistere suadenti. Per uelle ergo malū recte perdidit posse bonū, qui per posse bonum, potuit uincere uelle malum. Quem iste deus iam delicto captiuū uoluntati deprauatæ dimisit, ut hæc eidem esset pœna in non faciendo quod uelit, qui semper si deo fuisset obe-

Liberum arbitrium quid

Universidad de Deusto
Biblioteca

diens, ſufficere poſſet ad omne bonum quod uo-
luiſſet. Malum utiq; uelle nõ ex naturæ ſuæ condi
tione bona habuit, tanquam ex congenito malo,
ut Manichæus credit: ſed ex accidenti deſiderio
prauo concepit, uidelicet cum ut iam ſuperius di-
xi, ad manducandum uetitum lignum, quod nol-
le debuit, aſſenſum ſerpẽti, id eſt, diabolo præbuit:
quod tanq; à radice uitiata omnis ex illa orta hu-
mana propago cõtraxit, abſq; ſolo Chriſto, qui ad
uentu ſpiritus ſancti nõ humano ſemine, ex carne
uirginis factus eſt caro. Per peccatũ ergo, liberũ ar
bitrium hominis poſſibilitatis bonũ perdidit, non
nomen & rationem. Eſſe fatemur liberum arbitriũ
omnibus hominibus, habens quidem iudicium ra
tionis, non per quod ſit idoneum quæ ad deũ perti
nent, ſine deo aut inchoare, aut certe peragere: ſed
tantum in operibus uitæ præſentis, tam bonis q;
etiam malis. Bonis dico quæ de bono naturæ ori-
untur: id eſt, uelle laborare in agro, uelle mandu-
care & bibere, uelle habere amicum, uelle habere
indumenta, uelle fabricare domum, uxorem uelle
ducere, pecora nutrire, artem diſcere diuerſarum
rerum bonarum, uelle quicquid bonum ad preſen
tem pertinet uitam, quæ omnia non ſine guberna-
culo diuino ſubſiſtunt, immo ex ipſo & per ipſum
ſunt, uel eſſe cœperunt. Malis uero dico, ut eſt, uel
le idolum colere, uelle homicidium, uelle adulteri-
um facere, res alienas uelle diripere, deum uiuentẽ
in ſecula blaſphemare, uelle turpiter uiuere, uelle
maleficia diſcere, uelle inebriari & luxurioſe uiue-
re, uelle quicquid non licet uel non expedit opera-
ri. Sed iſta non pertinent ad ſubſtantiam uitæ præ-
ſentis, quia non ſunt à deo, immo male deſiderata
maculant uitam quæ eſt à deo. Iſta ſunt zizania a-
nimæ carniſq;, quæ inimicus homo, id eſt, diabo-
lus dormitante Adam, dei uidelicet præceptũ non
conſeruante, in liberũ ſeminauit arbitrium, in qui-
bus procliuior & paratior eſt quàm in proſperis
uulnerata & deprauata uoluntas. Iſta ſunt diaboli
opera, quæ Chriſtus dei patris uerbum, quod eſt
gladius bis acutus, in hunc mũdum ueniens, ex
uirgine natus, de credentium libero arbitrio gra-
tuita ſua gratia amputat, idoneam in eiſdem ad cre
dendum præparans uoluntatem, per quam poſ-
ſint tam dei patris quàm ſuam ſanctiq; ſpiritus iu-
ſtam peragere uoluntatem. Nam ea eſſe opera dia
boli & per Chriſtũ tolli, dilectus Chriſti Ioannes
1. Ioan. 3 Apoſtol⁹ probat in epiſtola ſua dicens: Qui facit
peccatum ex diabolo eſt: quoniam ab initio diabo
lus peccat. In hoc apparuit filius dei, ut diſſoluat
opera diaboli. Item Apoſtolus Petrus in Actibus
Acto. 10 Apoſtolorũ inter cętetera de Chriſto ait: Qui per-
tranſiuit benefaciendo & ſanando omnes oppreſ-
ſos à diabolo, quoniam deus erat in illo. Item Apo
Hcb. 1 ſtolus Paulus ad Hebręos: Qui cũ ſit, inquit, ſplen
dor glorię & figura ſubſtantię eius, portansq; om
nia uerbo uirtutis ſuę, purgationẽ peccatorũ faci-
ens ſedet ad dextrã patris. Item in eadem epiſtola:
Heb. 9 Si enim ſanguis hircorũ & taurorum & cinis uitu
læ aſperſus, inquinatos ſanctificat ad emundatio-
nem carnis, quanto magis ſanguis Chriſti, qui per
A ſpiritum ſanctum ſemetipſum obtulit immacula-
tum deo emundauit conſcientiã noſtram ab operi
bus mortuis ad ſeruiendum deo uiuenti. Perge ad
huc hæretice, & tãtis doctoribus ueritatis reſiſtẽs,
dic liberum arbitrium ſic ex Adam ſuſceptum, ut
medicina Chriſti non indigens, per ſe ſibi ſufficiat
implere quod uelit. Audis dei filium ſic apparuiſ-
ſe, ut opera diſſolueret diaboli. Audis ideo eũ per
tranſiſſe, ut benefaciẽdo ſanaret oẽs oppreſſos à
diabolo. Audis uerbo uirtutis ſuæ purgationẽ pec
catorum feciſſe. Audis ſanguinẽ ſuum offerendo
ſe immaculatam hoſtiam deo, mundaſſe conſcien-
tiam noſtram ab operibus mortuis ad ſeruiendum
deo uiuenti: & gratiæ eius ingratus exiſtens, ſanũ
te naturaliter putas liberum arbitrium poſſidere?
B Si ſanus eſt homo ut Adam à deo primum fuerat
inſtitutus: &, ut ais, nullum uitium poſtea ex illo
delinquente contraxit exortus, interrogo de quo
dei filius apparens opera diſſoluit diaboli, quẽ per
tranſeundo & benefaciendo ſanauit oppreſſum à
diabolo? In quo purgationem peccatorũ fecit? Cu
ius emundauit conſcientiam ab operibus mortuis
ad ſeruiendũ deo uiuenti? Niſi forte falſa hęc Apo
ſtolos q; ſunt in Eccleſia catholica clariſſima lumi 2. Cor. 13
na, prædicaſſe dicatis, experimentũ uidelicet quæ-
rentes eius, qui in eis locutus eſt Chriſtus. Quid e-
nim orbati lumine ueritatis nõ dicere preſumatis,
qui nec legi dei, nec Propheris, uel Euãgelio Chri
ſti, eiusq; Apoſtolis ſpiritu dei canentibus crede-
re uultis, peccato primi hominis humanum genus
C mortale factũ, cæterisq; libero arbitrio deprauato
obnoxium ſubiacere peccatis, dei quoq; filium ad
hoc ſaluãdum, reparandũ, ac uiuificandum uenif-
ſe in ſimilitudine carnis peccati, ſuſtinuiſſe mori,
reſurrexiſſe à mortuis. Igitur cum de libero arbi-
trio agimus, non de parte hominis agimus, ſed de
toto, quia cum peccauit homo primus, nõ in parte
aliqua, ſed tota qua conditus eſt, natura deliquit.
Nunquid enim interdum cum tantũ animam no-
minamus, corpus aut ſpiritum ſeparamus ab ani-
ma: aut cum ſpiritum dicimus, animã ſeparamus
& corpus à ſpiritu: uel cum corpus appellamus, ſe
iungimus ſpiritum animamq; à corpore? Vitiato
ergo libero arbitrio, totus homo eſt uitiatus, per
quod abſque adiutorio gratiæ quod deo placeat,
nec ualat incipere, nec perficere ſufficit. Præueni-
tur autem medicina, id eſt, Chriſti gratia, ut ſanet,
D & reparetur in eodem uitiata atq; præparetur uo-
luntas, quæ ſemper indigens adiutorio, illuminan
te gratia ſaluatoris poſſit tam deum cognoſcere, q;
ſecundum eius uiuere uoluntatem. Cum enim di-
cit per Prophetam dominus: Et dabo in uos cor Ezech. 36
nouum & ſpiritũ nouum: quid aliud ſignificat, niſi
uolutates hominũ lapſas preuaricatiõe ueteris ho-
minis, per Chriſtũ nouum hominẽ reparari, & pre
parari ad dei uoluntatẽ, ſicut ſcriptum eſt: Prepa-
ratur uoluntas à domino? Iterum Apoſtolus Pau-
lus: Deus eſt, inquit, qui operatur in uobis & uelle Philip. 2
& perficere pro bona uoluntate: ea utiq; que eſt in
eis ut dixi, à domino tam reparata quàm præpara-
ta, ut eſſet bona: in qua ſe iam fidelis homo cogno-
ſcens

scens illuminatum, ut ad dei semper sit paratior uo
Psal. 50 luntatem, securus clamat ad eum dicẽs: Cor mun-
dum crea in me deus, & spiritum rectum innoua
Psal. 118 in uisceribus meis. Et: Reuela oculos meos, & cõ-
Psal. 142 siderabo mirabilia de lege tua. Et: Notam fac mi-
hi domine uiam in qua ambulem. Et: Domine ad
te confugi, doce me facere uoluntatem tuam, quia
Rom. 10 tu es deus meus. Quòd si uox ista iam credẽtis nõ
est, quomodo inuocabunt in quẽ non crediderũt?
Non ergo homo uoluntate sua adhuc in uitio libe-
ri arbitrij claudicante, præuenit deũ ut cognoscat,
& quærat eam gratiã tanquã pro meritis acceptu-
rus: sed præcedit ut iam dixi, misericordissima gra
tia sua deus hominis ignorantis, & nõdum se quæ
rentis uoluntatem liberi arbitrij, ut eum se scire &
quærere faciat, sicut dixit Ioãnes Apostolus in e-
1. Ioan. 5 pistola sua: Scimus quia filius dei uenit, & dedit
nobis sensum, ut cognoscamus uerum deum, & si
Psal. 58 mus in uero filio eius. Hic est uerus deus & uita e-
Psal. 87 terna, Et Dauid in Psalmo: Deus meus mise icor-
Ioan. 15 dia eius præueniet me. Et: Deus tu cõuertens ui ui
1. Ioan. 4 ficabis nos. Et dominus in Euangelio discipulis su
is: Non uos me elegistis, sed ego uos elegi. Item Io
annes Apostolus: In hoc, inquit, apparuit charitas
dei in nobis, quoniam filium suum unigenitum
misit deus in mundum, ut uiuamus per eum. In
hoc est charitas, non quasi nos dilexerimus deum
sed quoniam ipse prior dilexit nos, & misit filium
suum propitiationem pro peccatis nostris. Nullũ
autem esse hominis meritum in accipienda gratia
ad salutem, Paulus Apostolus docet scribens ad
Ephes. 2 Ephesios: Deus autem ait, qui dives est in miseri-
cordia, propter nimiam charitatem suam qua dile-
xit nos, & cum essemus mortui peccatis, conuiui
ficauit nos Christo, cuius gratia estis saluati. Pro-
pter nimiam ait charitatẽ suam qua dilexit nos, nõ
propter nostram, quasi priores dilexerimus eum,
cum essemus mortui peccatis. Item post pusillum
in eadem epistola: Gratia enim estis saluati per fi-
dem, & hoc non ex uobis. Dei enim donũ est, non
ex operibus, ut ne quis glorietur. Item ad Timo-
2. Tim. 1 theum: Noli itaq; erubescere testimonium domi-
ni nostri, neq; me uinctum eius, sed collabora Euã
gelio secundum uirtutem dei, qui nos liberauit &
uocauit uocatione sancta, nõ secundum opera no
stra, sed secundum propositum suum & gratiam,
quę data est nobis in Christo Iesu ante tempora se
cularia. Audis ante tempora secularia, quando in
dei erat homo præscientia, & non in seculo, quia
nondum erat seculum: & præponis dono eius ope
Rom. 10 ra uoluntaria, cæcus ueritati resistens. Quærens e-
Tit. 3 nim tuam iustitiam statuere, iustitiæ dei subiectus
esse non potes. Item ad Titum: Cum autem beni-
gnitas, inquit, et humanitas apparuit saluatoris no
stri dei, non ex operibus iustitiæ quę fecimus nos,
sed secundum suam misericordiam saluos nos fe-
cit, per lauacrum regenerationis & renouationis
spiritus sancti, quem effudit in nos abunde per Ie-
sum Christũ. Quid ad hęc hæretice adhuc respon-
debis? Quid inimice gratiæ dei adhuc cõtra gratiã
tanto magistro gentium teste, q̃ nullis hominũ me

ritis detur, excogitabis opponere? Rogo quid cõ-
namini resistere uera prędicanti, tam excellenti do
ctori, qui non de se in se, sed ex deo coram deo in
Christo Euangelium prædicans loquitur, id est in
simplicitate & synceritate dei, & non in sapientia
carnali? Nam q̃ uera annunciet, audite eum atte-
stantem, & nolite esse increduli, sed fideles: Deus,
ait, & pater domini nostri Iesu Christi scit, qui est
benedictus in secula, q̃ non mentior. Et iterũ: Ve- Rom. 9
ritatem dico in Christo Iesu, non mentior, testimo
nium mihi perhibente conscientia mea in spiritu
sancto. Itemq̃: Veritatem dico, non mentior, do- 1. Tim. 2
ctor gentium in fide et ueritate. Audistis, non men
tior, & tanquam mentientem redarguitis, cum ex
uestro dogmate peruerso, quod ille nõ ita esse præ
dicat, meritis hominum gratiam dari annuncia-
tis. Immo uidete, quia non tantum Paulum, sed &
Christum in eo loquentem redarguitis. Sed respõ-
dens mihi inquies: Si nõ unusquisque pro sua uo
luntate qua nos dicimus eum inquisisse deum, ac-
cipit gratiam, sed præuenit uoluntatem eius sua
gratia, qua in eum credere possit: cur non hoc er-
go in omnibus operatur? An personarum acce-
ptor est deus? Si gratiæ illuminatione sensus tuus
hæretice tenebris insipientiæ esset exutus, crede-
res tantum testimonijs diuinis quæ ante iam dixi,
uel quæ non dixi, & in sanctis scripturis reperiun-
tur innumerabilia, deum nullis meritis hominum
gratiam suam dare, per quam se eis ostendat ad cre
dendum & seruiendum sibi: & non quæreres im-
mo non discuteres, deus quare id non in omnibus
operetur, qui bene & iuste semper omnia quæcun
que uult operatur, & uoluntati eius nemo resistit:
propter quod omnia quæcunq; uoluit, fecit. Ideo
cur hoc illi operetur, illi nõ operetur, metuentem
me et tremẽtem iudicia eius inscrutabilia & incõ-
prehensibilia, nolo interroges: quia quod lego, cre
do & ueneror, non aũt discutio. Quis est enim ho-
mo qui respondeat deo? Nunquid dicit figmentũ
ei qui se finxit, quare me sic fecisti? Habet eñ po-
testatem figulus luti, ex eadẽ massa aliud quidem
uas facere in honorem, aliud in cõtumeliam. Sed
interroga eum qui dixit: Nemo uenit ad me, nisi Ioan. 6
pater qui misit me attraxerit eum. Et: Non omnes Matt. 13
capiunt uerbum, nisi quibus datum est. Et: Vobis Matt. 13
datum est nosse mysterium regni cœlorum: cæte-
ris autem non est datum. Et: Nemo nouit filiũ, ni- Matt. 11
si pater: neque patrem quis nouit nisi filius, & cui
uoluerit filius reuelare. Et: Sicut pater suscitat Ioan. 5
mortuos & uiuificat: sic & filius suscitat mortuos,
& uiuificat quos uult. Et, quia spiritus ubi uult spi Ioan. 3
rat. Et, quia non potest homo à se facere quicq̃ ni- Ioan. 16
si datum fuerit illi desuper. Item interroga eũ qui
dixit: Vobis donatum est pro Christo non solum Philip. 11
ut in eum credatis, sed ut etiam pro illo patiamini.
Et: Non uolentis neq; currentis, sed miserentis est Rom. 9
dei: & cui uult miseretur, & quem uult indurat. Et 1. Cor. 12
quia spiritus sanctus dona charismatum suorum
diuidit singulis prout uult, non prout uolunt. Et
quibus uoluerit, nõ qui uoluerint notas fecit deus
diuitias gloriæ sacramenti sui. Istæ sunt uniuersæ

uię domini inueſtigabiles, miſericordia & ueritas, quas ſi ſcire quæris, Paulum interroga, & reſpon-
Rom.11 debit tibi dicens: Altum ſapere noli, ſed time: quia quis cognouit ſenſum domini, quis inſtruxit eū? aut quis conſiliarius eius fuit? aut quis prior dedit illi & retribuetur ei? Quoniā ex ipſo, & per ipſum & in ipſo ſunt omnia, ipſi gloria in ſecula. Interroga etiam Dauid & dicet tibi: Quis ſapiēs & intel-
Pſal. 106 liget hæc? Aut quis loquetur potentias domini, au-
Pſal. 105 dītas faciet omnes laudes eius? Iſta igitur cum facit deus incomprehenſibilis & inueſtigabilis atq; ine narrabilis, non perſonarum acceptione facit, nec iniuſto iudicio, ſed plane iuſto altoq; ſecreto: quia hæc eſt fides catholica, quam ſi ſequi uelis, nō eris de iudicijs dei incomprehenſibilibus curioſus & contentioſus, ſed eris cum catholicis humilis & B manſuetus. Non ut dicas deo, interrogando quæ eſt uoluntas tua: ſed tremendo, fiat uoluntas tua,
Matt. 6 quia poteſtas dei eſt, & tibi domine miſericordia.
Pſal. 61 Modo ēm quia iudicia dei in operibus eius ab homine narrari non poſſunt, ideo iniuſtus eſt deus? Immo iuſtus eſt & incōprehenſibilis iudicio iuſtitiæ ſuæ, & irreprehenſibilis operatione uoluntatis ſuę. Taceat reprehēſibilis, mendax & iniuſtus homo, ut faciat irreprehēſibilis uerax & iuſtus deus quæcunq; uoluerit. Si tantum attendas ad peccatum primorum hominum, quo maſſa humani generis damnari meruit, quia ſecundum teſtimoniū
Rom.5 Pauli Apoſtoli: Ex quo uno omnes tranſierunt in condemnationem, poteris cognoſcere iudicia dei eſſe iuſtiſſima. Inde eſt enim malum meritū in hominibus, tam in paruulis q̄ in maioribus præcedēs iudicia dei, ut iuſto eius iudicio puniant. Quare aūt in hoc ut dixi malo merito præcedenti, non omnes puniuntur, aut cur inde non omnes ſaluantur: ego ſeruiens domino in timore & exultans cū tremore miſericordiam ei & iudiciū cantabo: quia iudicium facit præcedente cauſa: ſalutem uero donat ac miſericordiam, pręueniēdo malam cauſam. Res igitur eius ſumus. Oculus tuus hæretice, ut quid nequam eſt? habet poteſtatem paterfamilias iuſtus & miſericors de re ſua facere quod uult: de reo mortis, iudicis eſt quam uult ferre ſententiam. Audi tamen adhuc calcatius, ut ad propoſitū ſuperioris diſputationis reuertamur, quia homo uulneratus libero arbitrio per Adæ peccatū, ſine gratia dei, id eſt, per ſe ſolū ſanare ſe non poteſt, nec ſponte ad paradiſum reuerti, ſanctorum numero ſociandus, nec eum gratiam meritis ullis accipere, ſed
Luce 16 totum ſua miſericordia deū peragere. Homo quidam, ait dominus in Euāgelio, deſcēdebat ab Hieruſalem in Hiericho, & incidit in latrones, qui etiam deſpoliauerunt eum, & plagis impoſitis abierunt, ſemiuiuo relicto. Accidit aūt ut ſacerdos quidam deſcenderet eadē uia, & uiſo illo, præteriuit. ſimiliter & leuita cum eſſet ſecus locū & uideret eum, pertranſiit. Samaritanus autē quidam iter faciens, uenit ſecus eum, & uidens eum, miſericordia motus eſt. Et appropiās alligauit uulnera eius, infundens oleum & uinum, & imponens illum in iumētum ſuum, duxit in ſtabulum, & curam eius A egit. Et altera die protulit duos denarios, & dedit ſtabulario & ait: Curam eius habe, & quodcunq; ſupererogaueris, ego cū rediero reddam tibi. Homo iſte quidā ipſe eſt genus humanū, deſcēdens ab Hieruſalem in Hiericho, id eſt, de paradiſo in hūc mundum. Hieruſalem enim Hebraice dicitur, Latine aūt uiſio pacis interpretatur. Recte ergo in uiſione pacis paradiſum dicimus. Ante enim q̄ peccaret homo, in uiſione pacis erat, hoc eſt, in paradiſo, ubi quicquid uidebat, pax erat & lætitia. Inde deſcendens, id eſt, humiliatus & miſer factus per peccatum, in Hiericho in mundum uidelicet, Hiericho enim in qua mundus ponitur, luna interpretatur. Quia ſicut luna oritur & occidit, ita & mundus cum in eo orta occidunt, & iterum oriunt. Incidit in latrones, id eſt, in diabolū & angelos eius: Per inobedientiam enim ut ſæpe dictum eſt, primi hominis, diabolus humanū genus diſpoliauit, & uulnerauit, morū ſcilicet ornamētis, & bono poſſibilitatis liberi arbitrij perdito. In illo enim peccante plagam fecit, in nos uero plagas, cum per unum illius peccatum quod naſcentes trahimus, ſuperadimus multa peccata. Quid eſt autem relicto eo ſemiuiuo abierunt? Recte dictus eſt ſemiuiuus: habebat enim uitalem motum, id eſt, liberum arbitrium uulneratum, quod ei ſolum ad ęternam uitam quam perdiderat, redire non ſufficiebat, & ideo ſemiuiuus dicitur. Iacebat ergo humanū genus uulneratum in mundo. Sed cur iacebat, dicite, ſi per ſe ſurgere poterat uel ſanari, nullius indigens adiu-
C torio? Sed iacebat uulneratus, quia uires ei ꝑprię ad ſurgendum, quo ad ſanandum ſe, medicum, id eſt deū requirere nō ſufficiebant. Deſcendēs ſacerdos eadem uia cum uideret illum præteriuit. Similiter & leuita cum uideret eum, pertranſiit. In his duobus, id eſt, ſacerdote & leuita, duo tēpora intelliguntur, legis ſcilicet & prophetarum. In ſacerdote lex, per quam ſacerdotium & ſacrificia inſtituta ſunt. In leuita uaticinium prophetarū, quorum temporibus omne humanū genus ſanari non potuit: quia regnauit mors ab Adā uſq; ad Moyſen, etiam in eos qui non peccauerunt in ſimilitudine præuaricationis Adę, qui eſt forma futuri, id eſt, etiam in omnibus ſanctis & in paruulis, qui præuaricati non ſunt ſicut Adam: & tamen propter pec-
D catum præuaricationis, quod naſcentes ex eo traxerunt, tanq; chirographo paterno conſtricti, ſtipendium peccati moriendo ſoluerunt. Stipendiū Rom.6
eſt enim peccati mors. Et quia per legem cognitio Rom.3
peccati, non abolitio. Lex enim iubet ut cognoſcat ſe homo peccatorē eſſe, quod antea ignorabat, nō peccatum tollit: ideo & Apoſtolus: Nā concu- Rom.7
piſcentiā, inquit, neſciebā, niſi lex diceret, Nō con- Exodi 20
cupiſces. Lex itaq; nihil ad perfectū adduxit: quia Gal.2
ſi ex lege iuſtitia, ergo Chriſtꝰ gratis mortuus eſt. Si enim data eſſet lex, quæ poſſet uiuificare, uere ex lege eſſet iuſtitia. Sed cōcluſit ſcriptura omnia ſub peccato, ut ꝑmiſſio ex fide Ieſu Chriſti qui omnia peccata tollit, daretur credētibus. Plenitudo enim legis & prophetarum Chriſtus, qui uenit nō Matt.5
ſoluere legem & prophetas, ſed implere. Sacerdote ergo

te ergo & Ieuita prætereũtibus, iter faciens Sama A
ritanus uenit secus eum. Samaritanus iste, ipse est
Psal. 16 saluator Christus, quia Samaritanus custos inter-
pretatur, cui recte dicimus: Custodi me domine ut
pupillam oculi, sub umbra alarum tuarum pro-
tege me. Quid est autem, uenit secus eum? Id est,
uenit in similitudine carnis peccati, non ut ille qui
latebat in carne peccati, sed secus eum, quia in simi
litudine. Et uidens eum misericordia motus est: ui
dens eum, quid? iacentem. Nunquid surgẽtem &
currẽtem? Et ideo misericordia motus est, quia in
eo quo curari dignus esset, meritum nullum inue-
nit. Et appropiãs alligauit uulnera eius. Quid est,
2. Cor. 5 alligauit uulnera eius? Sicut scriptum est: Qui non
nouerat peccatum, pro nobis peccatum fecit: de
peccato scilicet damnauit peccatũ in carne. Infun- B
dens oleum & uinum, hoc est chrisma sanctum &
sanguinem suum. Et imposuit illum in iumentum
suũ, in adiutoriũ uidelicet gratiæ incarnatiõis suæ,
Esa. 53 quia sicut scriptum est: Hic peccata nostra porta-
uit, & pro nobis doluit. Et duxit in stabulum, scili-
cet donans ei fidem ad credendum in se. Duxit in
Ecclesiam suã, quæ omnibus ambulantibus in uia
fidei, tanq; stabulum patet ad succedendum. Et al-
tera die, quasi tempore alio, post resurrectionem
utiq; & ascensiõem suam, protulit duos denarios,
duo uidelicet uetus & nouum testamenta, in qui-
bus unum numisma dei regis est. Et dedit stabula-
rio, Paulo Apostolo, qui est uas electionis, cui sol-
licitudo est omnium Ecclesiarum. Et ait: Curam e-
ius habe, id est, quę ad fidem meam pertinent, quo C
modo eum oportet ad plenam sanitatem peruени
re, doce illum. Et quodcũq; supererogaueris, dum
rediero reddã tibi. Si quid ergo super Euangeliũ
meum, tanq; misericordiam meam consecutus ut
esses fidelis, ad eius utilitatem sapueris, dum redie
ro iudicaturus mundum & unicuiq; redditurus se
cundum opera sua, reddam tibi. Quid est aũt quod
super legem & Euangelium plus Paulus eroga-
1. Cor. 7 uit? Illud quod puto ipse ait ad Corinthios: De uir
ginibus aũt præceptum domini non habeo, consi-
lium autem do tanquam misericordiam consecu-
tus à domino ut sim fidelis: uel illud etiam ubi de
coniugibus ait: Nam cæteris ego dico, non domi-
nus, &c. Ista interim iam à maioribus Ecclesiæ ca-
tholicæ tractatoribus dicta uel exposita sunt: sed D
tunc à nobis limes fidei sanæ defenditur, quando
termini quos posuerunt sancti patres non transfe-
runtur à nobis, imò obseruanť & defensantur. Ec-
ce quemadmodum curatur hominis liberũ arbitri
um uulneratum. A die ergo aduentus sui domi-
nus, quo uenit sanare uulneratum iacentẽ, usq; ad
diem reditus sui, quo iudicaturus est mundum, sta
bulario curam habere iubet sibi traditi sauciati: si-
gnificãs q; à die quo datur homini à deo per motũ
misericordiæ eius, nõ per meritum quod in uulne
rato non inuenitur, ut sanetur, usq; ad diem assum
ptionis eius, nisi sub cura gratiæ fuerit, ad perfectũ
peruenire non posse. Sicut stabularius eius Pauľ
Philip. 1 docet, scribẽs ad Philippẽses: Confidẽs hoc ipsum
quia qui cœpit in uobis opus bonũ, perficiet usq;
in diem Christi Iesu. Item Petrus Apostolus in E-
pistola sua prima: Deus aũt omnis gratiæ, inquit, 1. Pet. 5
qui uocauit nos in æternã gloriam suã in Christo
Iesu, modicũ passos ipse perficiet, cõfirmabit soli-
dabitq;, ipsi gloria & imperiũ in secula seculorum
amen. Quid etiã aliud ostendit & in oue illa per di Luce 15
ta ex centum ouibus, nisi liberũ arbitrium possibi-
litatis bono uitio primi hominis perdito à iustorũ
erasse consortio: nec per se ad cohortem, id est, ad
paradisum de quo exiuit, fideliũ numero resocian
dũ posse reuerti, nisi indebita gratia sua, utiq; uo-
luntate sua, bonus pastor Christus, qui pro nobis
animam suam posuit, de deserto errantem, hoc est,
de isto mundo in quo homo diuini pręcepti deser-
tor exulans est, & errat libero arbitrio in operibus
diaboli, humeris suis superimpositũ in adiutorium
scilicet fidei & charitatis suæ reuocauerit? Hoc e-
nim ut dixi, ipse dominus probat, cum in parabo-
la uolens hominẽ intelligi, ouem dicit erasse, quę
nõ sponte redierit, sed à pastore reqsita ad ouile p-
prium eius sit humeris reportata. Vel cũ uulnera-
tum à latronibus, non proprio gressu, sed iumento
superimpositũ ad stabulum dicit esse delatũ, quod
magister ille gentium gratia fidei illuminante ui-
dens de se præsumentibus dicit: Igitur non uolen-
tis, neq; currentis, sed miserantis est dei. Sed ais mi
hi: Si non uolentis neq; currentis est inuenire deũ, Rom. 9
quomodo scriptum est in Psalmis: Et ex uolunta- Psal. 27
te mea cõfitebor illi: Et iterum in Apostolo, cum
in figura uasorũ de peccatoribus dicit: Si quis er- 2. Tim. 2
go emundauerit se ab istis, erit uas in honorẽ san-
ctificatum & utile domino ad omne opus bonum
semper paratum? Accipe fidei rationẽ. Alia causa
est adhuc nõ credentis in deo, alia iam credentis.
De non credente, id est, adhuc deum ignorante, ut Rom. 9
cognoscat & credat in quo opera bona nulla sunt,
dictum est: Non uolentis neq; currentis, sed misе-
rentis est dei: quia in uanitate sensus atq; in tene-
bris obscuratum habens intellectũ, liberi arbitrij
lumen uerum quod illuminat omnem hominẽ ue
nientem in hunc mundũ, uidere nõ potest, nisi de-
us propter suam misericordiam, qui dixit de tene-
bris lumen splendescere, illuxerit in corde eius, ad
illuminationem scientię claritatis dei in facie Chri
sti Iesu, ut ablato uelamine, id est, nebula peccati
de corde eius, conuerti possit ad dominum, qui spi
ritus est. Cum aũt acceperit spiritum domini, erit
in eo libertas ad capessenda domini præcepta, qa
ubi spiritus domini, ibi libertas. Habet autem the-
saurum istũ in uase fictili, in corpore uidelicet suo
terreno, ut sublimitas sit uirtutis dei, et nõ ex ipso,
& ideo non uolentis, neq; currentis, sed miserentis
est dei. Fit hoc etiam multifarie multisq; modis, &
in his qui iam deo seruiunt, cum gratiæ eius mise-
ratione subito ad ea perueniunt bona quæ non uo
luerunt, neq; cucurrerunt. Iam uero credentis, id
est, illuminati atque reparati in libero arbitrio per
gratuitam gratiam saluatoris uox est, & ex uolun-
tate mea confitebor illi. Sed ut possit eidem confi-
teri, non in se, sed gloriatur in domino, cum di-
cit: Dominus adiutor meus & protector meus, in Psal. 27

Universidad de Deusto
Biblioteca

ipso sperauit cor meum & adiutus sum, & reflo-
ruit caro mea: propterea sequitur: Et ex uolunta-
te mea confitebor illi. Sua est utique omnis uolun
tas bona, cum in eo per Christū ut esset bona, de
lapsu est reparata. Quapropter quicquid uult bo-
num, quicquid potest, à domino est: quia sine me,
Ioan.15 ait dominus in Euangelio discipulis suis, nihil po-
testis facere. Item in eodem Euāgelio, id est, secun-
Ioan. 19 dum Ioannem: Non potest homo à se facere quic-
quam, nisi datum fuerit illi desuper. Item Aposto-
1.Cor.3 lus Paulus ad Corinthios: Fiduciam aūt talem, in
quit, habemus per Christum ad deum, non quod
sufficiētes simus cogitare aliquid à nobis, quasi ex
nobis, sed sufficientia nostra ex deo est: qui & ido-
neos nos fecit ministros noui testamenti, non lite-
ra, sed spiritu: Litera enim occidit, spiritus aūt uiui
2.Tim.2 ficat, ita ergo & illud est quod dicit Apostolus: Si
quis ergo mundauerit se ab istis, erit uas sanctifica
tum in honorē & utile domino ad omne opus bo-
num paratum. Cum enim deliquerit iam redem-
ptus per gratiam baptismi propria uoluntate, & in
peccatis suis permanens ex hoc migrauerit mun-
do, efficitur uas ligneum, quod facile deuorabitur
ab igne gehennæ: aut certe fictile, quod commi-
nui possit uirga recta, uirga regni Christi, id est iu
dicio æquitatis eius: quem, sicut dicit Apostolus,
benignitas dei saluandum ad pœnitentiā adduxe-
rit, secundum quod item ad Timotheum dicit: Ne
forte det illis deus pœnitentiam ad cognoscēdam
ueritatem, & resipiscant à diaboli laqueis, à quo ca
ptiui tenentur ad ipsius uoluntatem: & cibauerit
Psal. 79 eum pane lachrymarum, potumq; dederit ei in la-
chrymis & mensura, emundat se ab huiusmodi ua
sis: quia cum dei misericordia se præueniente, agit
& ipse satis per liberum arbitrium, ut emundetur.
Sola autem uoluntate sua si præsumat, mundari
Matt.26 non potest, immo nec ex corde pœnitere compelli
tur, quia Petrum nisi dominus respexisset, nunq;
pœnitentia motus amarè fleuisset. Pœnitentia er-
go res est optima & perfecta, quæ defectos reuo-
Iacobi 1 cat ad perfectum. Sed omne datum optimum, Ia-
cobus inquit Apostolus, & omne donum perfe-
ctum desursum est descendens à patre luminum, a-
pud quem non est cōmutatio, nec momenti obum
bratio. Oportet ergo ea orare pœnitētem, quę ad
eius mundationem expediunt. Quod ut faciat un
Rom.8 de sit audi. Similiter autem ait Paulus Apostolus:
Et spiritus adiuuat infirmitatē nostram: Nam qd
oremus sicut oportet nescimus, sed ipse spiritus po
stulat pro nobis: id est, spiritus postulare nos facit
gemitibus inenarrabilibus. Est igitur liberum ar-
bitrium, quod quisquis esse negauerit, catholicus
non est: Et quisquis sic esse dixerit, quod sine deo
bonum opus, id est, quod ad eius sanctum propo
situm pertinet, nec incipere, nec perficere possit,
catholicus est. Quibus enim dicitur in Psalmis, ni
Psal.33 si liberum arbitrium habentibus: Venite filij, audi
te me, timorem domini docebo uos? Item à domi-
Matt.7 no in Euāgelio discipulis: Omnis qui audit uerba
Ioan. 15 mea hæc, & faciet ea. Et item: Vos amici mei estis
si feceritis quæ ego mando uobis. Et ab Apostolo

Corinthijs: Hoc enim uobis utile est, qui nō solū 2.Cor.8
facere, sed & uelle cœpistis ab anno priore: nunc
uero & facto perficite, ut quemadmodum prom-
ptus est animus uolūtatis, ita sit & perficiendi. Et
multa alia quæ tam in ueteri q̄m in nouo testamen-
to continētur, quæ nimis propter fastidium lectio
nis, longum est enarrare. Quomodo aūt unicuiq;
secundum sua opera redderetur in die iudicij, nisi
liberum esset arbitrium? Et ideo non est personā-
rum acceptio apud deum. Quicunq; enim sine le-
ge peccauerunt, sine lege peribunt: & quicunque
in lege peccauerunt, per legem iudicabuntur. In o-
mni itaq; opere sancto prior est uoluntas dei, poste
rior liberi arbitrij, id est, operatur deus, cooperat̄
homo. Quòd si dicas, ut dicere consuestis: quia e-
go prior uolui, deus uoluit: iam meritum facis, ut
gratia ex operibus iam non sit gratia, sed merces.
Hoc loco redarguit te Apostolus, dicens: Si autē Rom.11
gratia, iā non ex operibus, alioquin gratia iā non
est gratia. Gratia igitur donatur, nō redditur: quia
si redderet̄ quasi ex debito, nō ab Apostolo ex gra
tia, sed ex operibus diceretur. Omnis ergo Chri-
stianus cui iam donatum est posse per gratiam ut
dei faciat uolūtatem, abundare debet in operibus
bonis, quia labor eius non erit inanis in domino:
sic tamen ut non in se, sed semper in domino glori
etur, cuius ut dixi gratia eruditur abnegare impie-
tatem & secularia desideria, ut sobrie, iuste & pie
uiuere possit in hoc seculo: sicut dicit Apostolus
scribens ad Titum: Apparuit enim gratia dei salua Tit.2
toris nostri omnibus hominibus, erudiens nos, ut
abnegantes impietatem & secularia desideria, so-
brie & iuste & pie uiuamus in hoc seculo, expe-
ctantes beatam spem & aduentum gloriæ dei ma-
gni, & saluatoris nostri domini Iesu Christi. Nemo
sit segnis & remissus ad seruiēdum deo, nec sic de
gratia confidat, tanquam deus liberi arbitrij eius,
quod per mortem filij sui reparauit & sibi præpara
uit, opera non requirat, immo declinet à malo &
faciat bonum. Vigilet, quærat, petat, pulset, con-
tendat uincere seculū, deo placere sic, ut dum per
mundi pelagus currit, quemadmodum sæpe dictū
est, ancoram gratiæ ceruicibus reuinciam fiducia
liberi arbitrij non soluat: quia siue in prospero cur-
su ne extollatur, siue in tempestate tentationū ne
mergatur, eius gubernaculo, quoadusq; ad portū
paradisi perueniat, poterit permanere securus: &
cum impleuerit cursum, fidenter dicat cum Apo-
stolo Paulo: Bonum certamē certaui, cursum con 2.Tim.4
summaui, fidem seruaui. Hæc enim ille cum dice-
ret, non in se, sed in domino gloriabatur. Ipse enim 1.Cor.1
dixit: Vt qui gloriatur, in domino glorietur. Quo- 1.Cor.15
modo enim potuit bonum certamen certare, cur-
sum consummare, fidem seruare, ante iam dixerat:
Non ego autem, sed gratia dei mecum. Amputa-
uit autē omnem humanam gloriam, & dedit soli
deo, cum iterum dicit: Vt non simus fidētes in no- 2.Cor.1
bis, sed in deo qui suscitat mortuos. Et iterū: Gra- 1.Cor.15
tia autem dei sum id quod sum. Recte nanque ar
bitror comparari liberum arbitrium iumento: un-
de & dictum est: Velut iumentum factus sum Psal.72
apud

Universidad de Deusto Biblioteca

apud te:gratiam uero seſſori:quia ſicut iumentum animal uiuacisſimũ ut dometur ad opus homini neceſſarium, de armento uagũ apprehenditur, & incipit per curam domantis ſe ad eius proficere uoluntatẽ:ita & liberũ arbitriũ quod uulneratum uiuit in homine, gratia dei apprehenditẽ de armento luxurię ſeculi, in quo ſub paſtore diabolo uagabatur per incongruas uolũtates. Paſtorem diabolum dixi ſecundum Zachariã Prophetam, de eo dicentem: O paſtor & idolum. Apprehenditur ergo gratia, ut dixi, ad domãdum liberum arbitriũ, ut & malę cõuerſationis depoſita feritate humilietur, & ut ad obediendũ in opus domino neceſſarium corrigatur, & ita per eius ſemper curã incipiat in dei proficere uoluntatẽ. Sicut enim iumentum illud dum in uia dirigitur, ſeſſoris manu regitur, ut iter rectũ ſiue leniter ſeu curſim, ſecundum ſedẽtis in ſe uoluntatẽ poſſit incedere quoaduſq; ad locum perueniat deſtinatum: ita & liberum arbitrium dum in uia, id eſt, in Chriſto, quia ipſe ait, Ego ſum uia, ueritas & uita, cœperit eſſe, gratiæ regimine regitur, ut in ſemitis domini recto corde, ſiue patientia charitatis, ſiue feruẽte ſpiritu, id eſt, ſecundũ diuiſiones gratiarũ ſpiritus, qui per gratiam diuidit ſingulis prout uult, poſſit ambulare quoaduſq; ad promiſſum regnum cœlorũ perueniat. ideo & in Pſalmis ait: Spiritus tuus bonus deducet me in terram rectam. Et ut illud cum aliquotiens ſub ſeſſore paſtum largioribus cibarijs incũbens freno, curſu extollitur, ſeſſoris flagello cæditur, ut ſecundũ eius ambulet uoluntatẽ: ſimiliter & liberum arbitriũ dum homo gratiæ dei immemor in proſperis efficitur, & tanq; de ſui poſſibilitate gloriatus extollitur, eius flagello corripitur, cum in uarijs tribulatiõibus & afflictionibus paululum ſubiugatur, ut humiliatus homo in ſua infirmitate ad gratiæ recurrat auxilium. Sicut ergo homo ſedens in iumento, cum peregerit iter quod inceſſit, dicit: Feci hodie utputa triginta miliaria, cum illo ſedente, iumentum cucurrit triginta miliaria, ſed non ea cucurriſſet niſi à ſeſſore tam directum in uia quàm gubernatum fuiſſet: Recte ergo ſeſſor quem gratia figurat dicit, feci triginta miliaria. Ipſe enim fecit qui iumentũ facere fecit, & tamẽ utriſq; labor itineris imputatur: ita & gratia & liberum arbitriũ peragit ſine dubio iter fidei liberum, dum dei Chriſtianus facit præcepta, ſed non ut ſupra dixi, ſine gratia dirigente uel gubernante: propter quod dicitur in Pſalmis: Dirige in conſpectu tuo uiam meã; & à domino greſſus hominis diriguntur. Itaq; nec gratia ſine libero arbitrio facit hominẽ habere beatam uitam: nec liberum arbitrium ſine gratia: Et tamen paruulos ſine uſu liberi arbitrij facit gratia habere beatã, & perpetuam æternamq; uitã. Eos aũt qui iam rationis capaces ſunt pręuenit atq; docet, ut bonũ uelint & poſſint. Scriptum eſt enim in Actibus Apoſtolorum: Et aperuit deus cor Lydiæ purpurariæ, ut audiret ea quæ dicebantur à Paulo. Item in Euangelio poſt reſurrectionem de duobus euntibus in uia: Tunc illis, inquit, aperuit ſenſum ut intelligerent ſcripturas: & in Pſalmis: Beatus homo quem tu erudieris domine, & de lege tua docueris eum. Et in Propheta Ezechiele dominus: Et faciã, ait, ut faciatis uoluntatem meam, & in pręceptis meis ambuletis. Dono igitur gratiæ dei patris & Chriſti eius ſanctiq; ſpiritus, iuſtos qui fuerunt ante legem, uel ſub lege tam electos quàm gubernatos fuiſſe, ex multis teſtimonijs accipe pauca in libro Geneſis. Noe autem, ait, inuenit gratiam ante dominum deum: Statimq; ſequitur, Noe homo iuſtus & conſummmatus erat in genere ſuo & placuit deo. Nota igitur poſt inuentam gratiam, deo donante iuſtum & conſummatum dictum eſſe & placuiſſe deo, non ante gratiam. Saluandum ergo per electionem gratiæ aſſumpſit eum à conſortio iniquorum, quibus iuſte iratus inducturus erat diluuium deus, non actu meritorum, cum in Adæ præuaricatione natus ſit reus: aqua enim diluuij baptiſmus illi fuit, & arca Eccleſia. Non ſolum autem illi fuit, ſed & uxori eius & filijs & mulieribus ſecum in reparationem hominum cõſeruatis: licet hãc illi ſalutis fuiſſe fidem per gratiam habenti præputium, quæ nunc eſt per Chriſtum in præputio gentium, quia & ille & nos gratia ſalui facti ſumus, ut dicit Apoſtolus, non ex operibus, ne quis glorietur. Item illic dominus ad Abraham: Noli timere Abraham, Ego protegã te, & merces tua magna erit nimis. Protegam te, gratia utique mea: quia priuſquam me inuocares, uocaui te ut exires de terra & cognatione tua, & inuocares me. Ideo & ipſe Abraham ad dominum cum ei apparuiſſet ad ilicem mambræ: Domine, ait, ſi inueni gratiam ante te, ne tranſeas puerum tuũ: &c. Per gratiã ergo quæ non eſt ex operibus, dictũ eſt ei: Merces tua magna erit nimis: quia nemo prior dedit deo & retribuetur ei: quod confirmat Apoſtolus dicens: Quid ergo dicemus inueniſſe Abraham patrem noſtrũ ſecundum carnẽ? Si enim Abraham ex operibus iuſtificatus eſt, habet gloriã, ſed nõ apud deum. Item in Geneſi de Ioſeph cũ uenditus eſſet Phutiphar ſpadoni: Vidit aũt dominus eius, inquit, quod eſſet dominus cũ eo, & quia quæcunq; faciebat, dominus proſperabat in manibus eius, & inuenit Ioſeph gratiam ante dominũ ſuum. Non ex ſe habuit, ſed inuenit: domino utiq; donante, qui erat cũ eo & proſperabat opera eius, & ſomniorum interpretationẽ ei donauerat. Item cũ miſſus eſſet in carcerẽ, ait ſcriptura: Et erat dominus cũ Ioſeph, & perfudit eum miſericordia, & dedit ei gratiã ante principem carceris. De qua gratia non in ſe gloriabatur, ſed in domino, cuius donum eſſe ſciebat, cum dicit Pharaoni de interpretãdo ſomnio eius: Sine deo non reſpõdebitur ſalutare Pharaoni: item in Exodo: Dominus autem dedit gratiã populo coram Aegyptijs, & accommodauerunt illis, & prędati ſunt Aegyptios. Quomodo eñ eis dediſſent quos odio habebant, uaſa ſua aurea & argentea uel ueſtẽ, niſi donum gratiæ fuiſſet? Itẽ in eodem libro Moyſes ad dominum: Ecce tu mihi dicis, inquit, Deduc populum meum hunc, tu autem

Pſal. 93 Zach. 11 Gen. 6 Ioh. 14 1. Cor. 12 Pſal. 143 Act. 16 Luc. 24 Ephe. 2 Gen. 15 Gen. 12 Gen. 18 Rom. 11 Rom. 4 Gen. 39 Gen. 41 Exodi 12 Exod. 33

Universidad de Deusto
Biblioteca

non demonstrasti mihi quem simul dimittas mecum, & dixisti mihi: Scio te præ omnibus, & gratiã habes apud me: Nunc ergo si inueni gratiam in conspectu tuo, ostende mihi temetipsum manifeste ut uideam te, & sim inueniens gratiam apud te, ut sciam quia populus tuus & gẽs hæc habeat gratiam apud deum: sed ex deo, non ex se: denicp cum dicit: Si inueni gratiam in conspectu tuo, inuenisse se, nõ habuisse gloriatur. Et cũ dicit: Ostende mihi temetipsum manifeste, ut uideã te, ut sim inueniens gratiam ante te: quid aliud indicat, nisi ut dum te uidẽo manifeste, cognoscam non mei fuisse meriti, sed dono gratiæ tuæ? ideo & ait, ut sim inueniens gratiã ante te. Item post pusillũ ait ad dominum: Nisi & ipse exeas nobiscum, ne me educas hinc: & quomodo scietur uere, quia inueni gratiam apud te ego & populus tuus, nisi tu pariter nobiscum fueris, & gloriabimur ego & populus tuus præ omnibus gẽtibus quæ sunt super terram? Quoniam non in nobis, sed in te, à quo accepimus gratiam gloriandi. Item dominus ad Moysen: Et hoc uerbum tibi quod dixisti faciam, Inuenisti enim gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus: Sed ideo faciam, quia miseranIos.1 te me inuenisti gratiam meam, non ex Adam peccante natus habuisti tuam. Nam & cum dicit dominus ad Iesum filium Naue: Sicut eram cũ Moyse, sic ero & tecum, & non derelinquam te, neque despiciam te: quid aliud dicit, nisi ut ait Moysi: Inuenisti gratiam in conspectu meo, & scio te præ omnibus? Non enim Moysi locum accepisset, nisi ut ille ante deum gratiam inuenisset. Item in libro Iudicum: Dixit angelus domini ad Gedeon, Iud.6 Quoniam dominus erit tecum & percuties Madian tanquam uirum unum. Et dixit ad eum Gedeon: Si inueni gratiã ante oculos tuos, ut facias secundum ea quæ loqueris mihi, &c. Id est, quoniam me idoneum non agnosco implere quę promittis, & uidisse te, non fuit meritorum meorum, nisi esset donum dei: ideo & ait: Si inueni gratiam ante oculos tuos. Dono enim dei eum uidisse angelum uox diuina confirmat, cum pauentem & trementẽ consolatur dicẽs: Pax tibi sit, ne timeas, non morieris: id est, ut uideres angelum, gratiæ meæ fuit, quapropter in pace uiues, & facies quæ tibi annunciaui. item in Regnorum libro: Et dixit rex Dauid ad Sadoch sacerdotem, Circũage 1.Para.15 arcam domini in ciuitatem: Si inuenero gratiam ante dominum, reduces me & uidebo eam, & decorẽ eius: id est, Non enim confido in uirtute mea liberare me, sed in gratia dei, quam donare in eius est potestate: ideo & ait: Si inuenero gratiam ante Psal.83 dominũ. quod confirmat in Psalmis ipse dicens: Gratiam & gloriam dabit dominus. Quid enim euidẽtius de gratiæ operibus dici potuit, uel probari, quàm quod dictum est Hieremię Prophetę? Aut si nomen eius in eodem loco tacuit, nũquid nõ gratia sua gratuita hoc operatus est deus in illo, cum ei dicit: Priusquam te formarem in utero, noui te, & priusquam exires de uulua, sanctificaui te, & prophetam in gentibus posui te? Planè manifestat gratiæ donum, & non ex operibus. Quæ enim erant eius opera necdum formati in utero, necdum nati ex utero? Igitur nõ ex operibus, sed ex uocante dictum est ei: Priusq; te formarem in Hier.1 utero noui te, & priusquã exires de uulua sanctifi caui te, & prophetã in gentibus posui te. Ecce uere non uolentis neq; currentis, sed miserentis est dei. Item in Hieremia: Et det, ait dominus, uirtutem nobis, & illuminet oculos nostros, ut uiuamus sub umbra Nabuchodonosor regis Babylonis, & sub umbra Balthasar filij eius, & seruiamus eis multis diebus, & inueniamus gratiam in conspectu eorum, quia in peccatis scilicet nostris, pro quibus traditi sumus in manus eorũ, requiem inuenire non meremur, donec inueniamus gratiam per quam ueniam possimus accipere. Ideo itẽ sub sequens dicit: Exaudi domine orationẽ nostram & deprecationem nostrã, & eripe nos propter te, & da nobis gratiam ante faciem eorũ qui nos abduxerũt. Eripe nos, ait, propter te, & da nobis gratiam: id est, quia potestas & misericordia tibi est, & iuste humiliasti nos, ob hoc gratiã ut dones petimus propter te, non propter nos, quos in captiuitatem malis præcedentibus meritis tradidisti. Item in Salomone: Labia, inquit, iustorũ distillant Eccl.21 gratiã: hoc est dono gratiæ grata & iusta loquuntur. Non enim distillarent gratiam, nisi fonte gratiæ rigarentur. Item illic: Qui diligit disciplinã, diligit sensum: qui aũt odit increpationes, insipiens est: Melior qui inuenit gratiam ante dominũ: quia uidelicet diligere disciplinam & obedire increpãti se propter dominum, per se solum non potest, nisi dono gratię fuerit eruditus: ideo item ipse dicit, Pro.16 Coruiri cogitat rectũ, ut à deo corrigãtur gressus eius: Cogitat enim iã recta, qui inuenit gratiã ante dominum: & corrigit gressus eius dominus, Psal.16 cũ in eo & in se confidens dicit: Perfice gressus meos in semitis tuis, ut non moueantur uestigia mea. itẽ in libro Sapiẽtiæ: Quoniã gratia dei, ait, Sap.4 est in sanctis illius. Ecce generaliter dictum, nemi nem sanctorũ sine gratia dei fuisse uel esse, sed ut in eis sit ad confirmandos eos, acceperunt gratis per fidẽ quæ à deo est, non habuerunt ante fidem: Psal.55 quia ut ait Dauid: Pro nihilo saluos faciet eos: itẽ Tob.1 in libro Tobię: Ego aũt, ait, custodiui animã meã, ne manducarem de escis eorũ. Et quoniã memor fui dei in toto corde meo, dedit mihi summ⁹ deus gratiã ante Salamanasar regem & emebã illi omnia, iens in regiõem Mediam, usq; dum mortuus est. Quod uero præposuit dicẽs: Quoniã memor eram dei in toto corde meo: ne proprium esse uideretur & non donũ, quod memor esset dei, continuo subiungens ait: Dedit mihi summus deus gratiã: ut confirmaret eius dono, non merito suo, dei memorem fuisse, & locum dilectionis ante regem Salamanasar inuenisse. Præparatur enim uoluntas à domino, à quo omne datum optimum, et omne donum perfectum est, ut omne os obstruatur, & subditus fiat omnis mundus deo, quia ex operibus non iustificabitur oĩis caro coram illo: quia iustitia dei præuentu misericordię per fidem

Iesu

Universidad de Deusto
Biblioteca

Iesu apparuit super omnes qui crediderunt. Ideo & subiungens, inquit, idem Apostolus: Iustificati gratis per gratiam ipsius, per redemptionē quæ est in Christo Iesu, quem proposuit deus propitiationem per fidem in sanguine ipsius &c. Ecce audisti, iustificati gratis per gratiam dei. Noli ei præponere opera propria, nec ex eisdē gloriari, quia ut iam superius dictum est, ex operibus non iustificabitur omnis caro coram illo. Ergo, inquies, damnas opera liberi arbitrij bona, quia dicis iustitiam ex operibus nō deberi. Si ita est, cur nobis præcipit Apostolus abundare operibus bonis, quia labor noster non erit inanis in domino? Audi hæretice stulte & inimice fidei ueritatis. Opera liberi arbitrij bona, quæ ut fiant præparantur per gratiæ præuentum, nullo liberi arbitrij merito, & ipso faciente, gubernante & perficiente ut abundent in libero arbitrio, nō damnamus, quia ex his uel huiusmodi homines dei iustificati sunt, iustificantur, iustificabūtur in Christo. Damnamus uero authoritate diuina opera liberi arbitrij, quę gratiæ præponuntur, & ex his tanquam meritis, in Christo iustificari extolluntur. Quis enim prior dedit ei, & retribuetur illi? Paulus hoc dicit non à se, sed in se Christo loquente. Pelagius non credit, Dic hæretice, cui est dicēdum anathema: Imò dicat Paulus ore suo, proferēte Christo sententiā,
Gal. 1 Sed licet nos, aut angelus, ait, de cœlo euangelizet uobis, præterquam quod euangelizauimus uobis, anathema sit: sicut prædiximus & nunc iterum dico, Si quis uobis euangelizauerit præter id quod accepistis, anathema sit. Ille in spiritu dei dicit extollētibus se de se: Quis prior dedit illi & retribuetur? Tu in sapientia carnis, quæ inimica est deo, respondes, Ego prior dedi deo, & retribuet mihi. Quid deinde restat ut audias, nisi anathema? Sed clamas iterum & dicis: Si nullum est meritum operantis, quomodo scriptum est: Et tu reddes unicuiq; secūdum opera sua? Ausculta & intellige, si tamen aures habes audiendi, & cor non sit induratum intelligendi. Propter liberum arbitrium quo bona & mala operantur homines, dictum est: Vnicuiq; reddes secūdum opera sua: habet enim homo malum meritū, cum uitio suo iam baptizatus declinet à bono, & facit malum, id est, cū derelinquit deum, & diligit seculū, sicut fecisse Demam & Hermogenē testatur Apostolus. Vel cum etiam quis in toto spem habēs in uanis simulacris, deum uerum agnoscere non uult, quem cognoscendi in hoc seculo habet potestatem, si uelit summus deus, tam per indebitam gratiam qua iustificat impium, saluare, quàm etiam cum se auertit, iudicio iusto traditum in reprobum sensum, futuro gehennæ supplicio reseruare, ut reddat ei secūdum opera sua. Habet nihilominus & bonum meritum, cū in omnibus gratię dei bona in se operanti nō resistit, sed cooperator existit, & omnem spem suam habet in illum, cum aurem suā & cor deo loquēti intus, hoc est in interiore homine prębet, & non foris in malis seculo perstrepēti, quod meritum nō habet propter præsentem uitam, tan

A quam in præsenti seculo recepturus, sed propter futuram ueram uitam, quæ erit in secula seculorum: quia si in hac uita tantum in Christo speramus, miserabiliores sumus omnibus hominibus:
Spes enim quæ uidetur, non est spes: nam quod 1. Cor. 15
uidet quis, quid sperat? si autem quod non uidemus, speramus, per patientiam expectamus. Qua propter de meritis Christianus extolli in hoc seculo nō debet, quia nemo in hac uita positus, gloriabitur se habere purum cor, nec quisquam dicit se Rom. 8
esse sine peccato. In præsenti nāq; labor indictus est, ut fiant merita per auxilium gratiæ, non præmissorum redditio meritorum: ideo & Apostolus
Nō quod iā, inquit, acceperim, aut iam perfectus Phil. 3
sim, sequor autem si comprehendam, in quo & cōprehensus sum à Christo Iesu: & cætera. Quic
B quid ergo homo in præsenti fuerit consecutus, donum est, non meritum. Cum autem corruptibile hoc induerit incorruptelam, & mortale hoc induerit immortalitatē, ubi iam nulla erit malorum cupiditas, sed perfecta iustitia, ut sit deus oīa in omnibus, tunc meritum reddetur iustis secūdum opera sua, quorum per totam seculi uitam meritum omne fuit gratia, ut gaudentes iam, merito Psal. 102
dicāt animæ suę: Benedic anima mea dominum, & omnia interiora mea nomen sanctum eius. Benedic anima mea dominum, & noli obliuisci omnes retributiōes eius. Qui propicius fit omnibus iniquitatibus tuis, qui sanat omnes languores tuos, qui redimit de interitu uitam tuam, qui coronat te in miseratione & misericordia. Audis Pe
C lagiane, in miseratione & misericordia, & cæcus extolleris pro meritis solarum uirium tuarum te coronandum. Intellige miseratione & misericordia dei, non in factione meritorum animam coronari. Omnes igitur sancti dei quos superius memorauī, uel non memorauī, qui ante aduentū fuere incarnatiōis domini nostri Iesu Christi, fide nō alia nisi quæ nunc est salui facti sunt. Quod cum
diceret Apostolus in Epistola ad Hebræos: Fide Heb. 11
intelligimus aptata esse secula uerbo dei, ut ex inuisibilibus uisibilia fierent: Fide plurimā hostiam Abel quàm Cain obtulit deo, per quam testimonium consecutus est esse iustus, testimonium perhibente muneribus eius deo, & per illam defunctus adhuc loquitur. Fide Enoch trās latus est ne Gen. 5
D uideret mortem, & non inueniebatur quia transtulit illum deus: ante translatiōem enim testimoniū habebat placuisse deo: sine fide aūt, ait, impossibile est placere deo: sic & de cęteris quos electionis ordo commemorat, sed non solum fide, imò & gratia quæ nunc per Christum donata est: quia nec fides sine gratia, nec gratia sine fide, dicente
Apostolo ad Timotheum: Superabundauit au- 1. Tim. 1
tem gratia domini nostri cum fide & dilectione quæ est in Christo Iesu. Nam eandem, ut dixi, esse fidē quę salutē contulit in cognoscendo deum, & illis & nobis, apertissime demonstrat Apostolus, scribens ad Galatas: Prius autem, ait, quàm Gal. 3
ueniret fides, sub lege custodiebamur, conclusi in eam fidem quæ reuelanda erat. In eam utique

quæ

quę ſemper tẽporibus tacitis erat in dei ſeruis per dei uerbum, & reuelanda erat in gentibus per incarnatum idem uerbũ, quia ut ait iterum Apoſto
Heb.13 lus ad Hebræos, Ieſus Chriſtus heri & hodie, & ipſe in ſecula. Tẽpora iraq; mutata ſunt, nõ fides. Iuſtificatio ergo per fidem Ieſu Chriſti data eſt, datur, dabitur credẽtibus: quæ fides donum eſt ſicut & gratia, non merces: quia ut ſuperius cõmoraui dixiſſe Apoſtolum: Superabundauit gratia domini noſtri Ieſu Chriſti cũ fide. In quo enim noſtrum fides priuſq; ueniret erat, quæ ſicut dixit Apoſtolus, reuelanda erat? Nemo penitus glorietur ſe fidem ex proprio ſenſu genuiſſe in ſe, per quam poſſit credere deo: ſed agnoſcat tam ante legem q̃ ſub lege & poſt legẽ, fidẽ quæ eſt in Chriſto Ieſu, per illuminationem gratiæ quæ à deo patre eſt, unicuiq; reuelatam ad ſalutem, ut apertiſſime in Euãgelio dominus noſter & ſaluator oſten
Mat.16 dit, ubi dicit diſcipulis ſuis: Quem dicũt homines eſſe filiũ hominis? & cætera. Vos aũt, inq̃t, quem me eſſe dicitis? Reſpõdẽs Petrus ait: Tu es Chriſtus filius dei uiui. Et dominus, Beatus es Simon Barlona, quia non caro & ſanguis reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt in cœlis. Ecce clarum fidei donum. An non eſt donum cũ dicitur, quia nõ caro & ſanguis reuelauit tibi, ſed pater meus qui eſt
Gal.1 in cœlis? Item apoſtolus Paulus ad Galatas: Cum aũt placuit, ait, ei qui me ſegregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiam ſuã, ut reuelaret filium ſuum in me, ut euangelizarem eũ in gentibus. Cognouerat quippe in Euãgelio quid Petro reſponderit dominus ſe confitenti: ideo & dixit: Cũ aũt placuit ei qui me ſegregauit de utero matris meæ, & uocauit per gratiam ſuã, ut reuelaret filium ſuũ in me: tanq̃ diceret: Non caro & ſanguis mihi filium dei reuelauit, ſed pater qui in cœlis eſt: ideo non dixit, cum uoluiſſem ego: ſed, cum placuit ei qui me ſegregauit de utero matris meę, & uocauit, nõ per meritũ meum, ſed per gratiam
1.Cor.7 ſuam: unde & idem dicit in alia Epiſtola ſua, Miſericordiam conſecutus ſum, ut eſſem fidelis. Item
Eph.3 ad Epheſios ubi dicit: Huius rei gratia ego Paulus uinctus Chriſti Ieſu pro uobis gentibus: & inter cætera ſequentia, Per Euangeliũ ait, cuius factus ſum miniſter ſecundum donum gratiæ dei, quæ data eſt mihi. Audi & crede Pelagiane ſecundum donum gratiæ unum quemq; fidelẽ eſſe, non ſecundũ meritũ propriæ uoluntatis. Sed ais mihi, quia oculis hæretico dolore turbatis intẽdere lumen ueritatis non potes, & nullũ eſt prorſus meritum propriæ uoluntatis? Si diſcernas inter uolũtatem & gratiam, eſt. Audi ergo breuiter, proprię uoluntatis tunc eſt meritum bonũ, quãdo gratiæ donum præcedit uniuſcuiuſq; uolũtatem, & operatur ut meritum faciat homo per propriã uolun-
tatem. Vt euidentius ergo cognoſcas donum eſſe gratiam & fidem, quæ perditum hominẽ reuocãt
Eph.2 ad ſalutem, audi Apoſtolum Epheſiis prædicantem: Gratia ſalui facti eſtis per fidem, & hoc non ex uobis, dei donum eſt, non ex operibus, ne quis glorietur. Omnes igitur qui fuere, uel ſumus, & futuri ſunt, per unitatem fidei & gratiã quæ eſt in Chriſto Ieſu, in deũ credim⁹ & credituri ſunt. Sine Chriſto eñ nemo hominum poterit in deũ cre
Act.4 dere uel adipiſci ſalutẽ, ſicut dicit in Actibus apoſtolorum Petrus apoſtolus de Chriſto, increpans infidelium inſaniam Iudæorum: Hic eſt lapis qui reprobatus eſt à uobis ædificantibus, qui factus eſt in caput angeli, & non eſt in alio aliquo ſalus: Nec enim nomen aliud eſt ſub cœlo datum hominibus, in quo oporteat nos ſaluos fieri. Quamobrem & apoſtolus Paulus ſcribens Corinthijs, id eſt oſtendens eandem fidem, hiſdem ſacramentis
1.Cor.10 quibus & nos & patres noſtros omnes fuiſſe redemptos dicit: Nolo eñ uos ignorare fratres, ait, quoniam patres noſtri omnes ſub nube fuerunt, & omnes mare tranſierunt, & omnes in Moyſe, hoc eſt per Moyſen baptizati ſunt in nube & in mari, & omnes eandem eſcam ſpiritalem manducauerunt, & omnes eundem potũ ſpiritalem bibe
Pſal.115 runt. Biberunt aũt de ſpiritali, conſequẽte eos petra: petra autem erat Chriſtus. Itẽ ad Corinthios ſecunda: Habentes autem eũdem ſpiritum fidei, ſicut ſcriptum eſt: Credidi propter quod locutus ſum: & nos credimus propter quod & loquimur. Omnem uero amputauit imperitorum ſuſpitionem ancipitem, & noſtram defenſionẽ nullo hæreticorum ariete quaſſandã muro uallauit, cũ ſcribit Epheſiis: Vnum corpus & unus ſpiritus, ſicut uocati eſtis in una ſpe uocatiõis ueſtræ. Vnus dominus, una fides, unũ baptiſma, unus deus & pater omnium, qui ſuper omnes & per omnia & in omnibus nobis. Item illic poſt puſillũ. Donec occurramus ait, omnes in unitatem fidei & agnitionis filij dei in uirum perfectũ, in menſuram ætatis plenitudinis Chriſti. Nota dictũ hęretice, omnes, & in unitatem fidei, ſed fidei quæ eſt in Chriſto Ieſu, quæ cum gratia, ut ſuperius probauimus, gratis, non meritis à deo patre ad ſalutẽ omnibus credentibus eſt tributa. Hæc magiſterio gratiæ quæ eſt in Chriſto Ieſu domino noſtro, de gratia & libero arbitrio dicta ſufficiant. Imò gratias deo qui quantum uoluit donando, quod uoluit fari permiſit, & ubi uoluit tacendũ, linguæ terminũ poſuit.

Finis.

LIBER QVARTVS
AD ARTICVLVM quartum.

ITEM aiunt libidinem naturale in homine eſſe bonum, nec in ea eſſe quod pudeat. Et reſpondemus: Libido non eſt naturale bonum in hominibus, ſed per peccatum primorũ hominum accidens malum, atq; pudendũ, cuius nõ deus author eſt, ſed diabolus. Quod uos errãtes, & alios in errorẽ mittẽtes ideo naturale bonũ eſſe dicitis, qa deũ peſtis huius authorẽ creditis, nõ diabolũ. Omne enim quod natura bonũ eſt, deus ſumme bonus ex nihilo fecit, non

Universidad de Deusto
Biblioteca

non diabolus: nos aũt libidinem non naturale bo- A
num, sed naturale esse malũ dicimus credimusq;.
Naturale autem malũ sic dicimus, non quia sit na
turæ deo primitus congenitum, sed quod à peccan
te natura transierit in peccatricem naturam, id est
quod sit naturæ peccantis uitiũ, non ipsa natura:
Omne enim malum non est natura, sed actus acci
dens defectu boni. Quamobrem quod natura nõ
est, deus non fecit, quia natura est omne quod fe
cit. Hoc ergo malo in Adam, qui male bonum il
licitum concupiuit, ut dixi, humana natura est ui
tiata, quod omnis trahit ex semine natus. Sed for
sitan quæris à me dicẽs: Quemadmodum potuit
malũ serpentis, hoc est diaboli, in bonum hominis
trãsire naturæ? Ausculta, Serpentis nõnunquam
uenenato flatu hominẽ & mori nouimus statim, B
& ut mori possit grauiter perurgeri: quapropter
interrogo, respondе, quomodo potest alienæ na
turæ uirus flatile humanæ sic prævalere naturæ,
ut omnes artus eius flatu mortifero farciat, & ui
talem flatũ ex ea cogat exire? Sed noui, quia ni
hil dicturus eris. Per peccatum enim protoplasti
non credis miserã esse factã humanam naturã &
mortalem, unde potest qualibet accidente infirmi
tate facile deprimi uel occidi. Audi ergo. Sicut
nunc in peccatore serpentis flatũ pestifero uene
nũ infligit, & per illud mori cõpellitur, & à Mar
so, id est, incantatore inspectus afflatitius dicitur,
quia serpens illũ, inquit, afflauit, & statim pro sa-
lute eius parat antidotum quo possit uenenum su
perare: ita tunc in peccante Adam, cum serpenti, C
hoc est diabolo magis suadenti q̃ deo prẽmonen
ti ne faceret, sese incautus præbuisset, auertente se
ab illo irato deo, fraudifero flatu uenenosa & mor
tifera libido inflicta est, tanto eum deinceps oppri
mens dominatu, ut etiam peccare nolentem, sicut
uenenum trahit ad mortẽ, peccare, id est malum
uelle, incitaret inuitum. Hinc peccator, hinc uitia
tus uitiosusq; factus & dictus est, hinc priuatiõem
meruit uitæ. Contra hoc uenenatum malũ ne prę
ualeat, misericordia inspiciente dei remedium, id
est antidotum, per Iesum Christũ donata est, gra
tia, ne omnis homo penitus interiret. Quòd si nõ
credere uis, quæso ut dicas, quomodo potest mol
li sibilo serpens uenenum ut perimat, homini pro
pinare, quod cõtingere hominũ nullus ignorat?
Sed quantumlibet tergiuerseris, intercedente pec
cato sub diaboli serpentis malo natura humana
potuit captiuari, sicut serpentis terreni potest flati
li ueneno exanimari: quia sic illud potuisse transi
re credimus, sicut istud posse fieri cognoscimus
& uidemus, quod penitus nec illic potuisset, nec
hic, si natura nostra inculpabilis permansisset.
Quærendũ est igitur, cur hoc malum de quo agi
tur, libido dicatur. Sine dubio à libendo, id est à li
bitu per deriuationem libido est nuncupata. Sed
ais mihi: Ergo omne quodlibet libido est? Respõ
deo, Non omne quod libet, libido est, sed omne
quod male libet, libido est. In bono enim libitu li
bido dici non potest, sed uoluntas de ratione scili
cet mentis naturalis exoriens. In malo uero libitu
non uoluntas est, sed uoluptas, quã fecit transgre
diens protoplasti uolũtas: cũ scilicet illicitum ma
le libuit suadente serpente, cuius sibilo uenenoso,
ut supra iam dixi, hunc morbũ quem non habuit
ante culpã eius delinquens natura cõcepit, & per
coitum semen transiuit in posteros. Factos enim
primos homines absq; libidinis malo scriptura
sancta testatur cũ dicit: Et erãt ambo nudi, Adam Gen. 2
& mulier eius, & non cõfundebantur: Quid est,
non cõfundebantur? Id est nullis ad peccandum,
sicut contigit post peccatum, libidinis stimulis ur
gebantur. In uoluntate enim eorum creatus erat
licitus genitaliũ usus ad gignẽdos uidelicet filios,
nõ in uoluptate luxuriæ: post peccatum uero hãc
eisdem accidisse ipsa item scriptura demonstrat, Gen. 3
dicens: Et aperti sunt oculi eorũ, & sciuerũt quia
nudi erant, & consuerunt folia ficus, & fecerunt
sibi tegumenta. Sed nunquid clausis oculis erant
creati, quia dictũ est, & aperti sunt oculi eorum?
Quòd si clausi fuerunt oculi eorum, quomodo ue
rum erit quod scriptum est: Et uidit mulier, quia
bonum est lignum ad escam, & quia optimum est
uideri oculis, & speciosum ad intuendum? Aper-
ti ergo erant oculi eorum ad intuendũ opera do
mini, quæ ualde bona creauit: clausi uero erant
ignorantia mali, quod creator bonorum omnium
non creauit. Et aperti sunt conscientia delicti pul
sante, uel cũ in se uiderent, id est sentirent iam nu
dati animæ carnisq; pace, motum quendã turpissi
mum atq; præcipitem nouiter accidisse, unde con
fusi ad fici folia cucurrerũt, & his libidinis pudo
re solicitata membra texerunt. Quòd si naturale
bonũ est secũdum uos ista libido, & nihil est in ea
quod pudeat, quæro qua ex causa post trãsgressio
nem naturalia mẽbra texerunt, & non sicut ante
peccatum fuerant permanserunt, quãdo utiq; nu
di erant & non confundebãtur? Nihil enim deus
unde confunderetur homo cũ eum plasmaret ad
suam imaginẽ, in eius forma creauit. Quòd si non
secundũ fidem nostram de accidentis malo libidi
nis post peccatũ confusi sunt, secũdum dogma ue
strũ deus in eis fecit unde confunderẽtur: nec eĩ
aliud dicitis, cũ turpissimæ libidinis deum esse au
thorem prædicatis. Sed respõdes forsitan: Absit
ut deus fecerit quempiã in protoplastis pudorẽ.
Iterum ergo, iterũq; percontor: Si nihil unde pu- D
deat deus fecit, & plena fide dicitur, quia penitus
non fecit, & malum libidinis ex diabolo non est,
quod recta fide nõ dicitur, quia ex ipso est: dicite,
cur texerunt genitalia membra post culpam, quę
à die institutionis suæ inuicẽ uidebant & non te-
gebant? Si dixeris, propter peccatũ, ergo confite
re & accusa malam libidinem, cuius impudẽtiam
pudẽtes foliis fici texerũt. Quòd si dicere nequis,
aperte deum pudoris huius authorem esse crimi
naris: quia cum ex malo libidinis à uobis negatur
confusio contigisse, deus apertissime hominũ opi
fex accusatur. Sed utinam sic uos istã libidinẽ lau
dare erubesceretis, sicuti tunc illi cum se peccasse
eius cõuincente motu deprehẽderent, erubuerũt.
Quid uero indicãt folia fici, q̃bus ut dixi, nõ deo
authore

Universidad de Deusto
Biblioteca

authore pudẽda membra, ſed per peccatum facta texerunt, niſi quendam pruritum libidinis turpẽ? Imò cur illas corporis partes texerunt, & non potius manus quibus prohibita attrectauerunt, aut ora quibus male deſiderata ederunt? Sed illa mẽbra texerunt, in quibus peccati cupiditas exardeſcens concupiſcentiam incontinẽtis gutturis accuſabat. Iſta eſt ueſtra laudabilis atq; dilecta cupi
Gal.5 do, per quam, ut ait Apoſtolus, caro concupiſcit aduerſus ſpiritum: contra quam ſpiritus ſpem ha-
2.Cor.15 bens in deo, niſi fortiter concupiſcat, nec caro nec ſpiritus uitam poſſidebunt æternã. Sic ſtulti eſtis, ut iſtam diſcordiam carnis & ſpiritus, diabolũ excuſantes, deũ accuſantes feciſſe credatis. Sed abſit abſit hoc malum à catholicis ſenſibus, ut deũ authorem libidinis eſſe audeant cogitare uel dicere. Contra hoc uenenum de gratiæ antidoto cõfiden tes, oẽs ſancti caſtigantes corpus ſuum, & in ſeruitutẽ redigentes, ne forte à fide Chriſti reprobi efficerentur, fortiter pugnauerunt & pugnant. De
1.Cor.9 hac enim cõgreſſione loquebatur apoſtolus Paulus, cũ dixit: Ego igitur ſic curro, non quaſi in incertum, ſic pugno non quaſi aerem uerberans: & tanquam e contrario reſponderetur ei, quis eſt, uel ubi eſt aduerſarius tuus, contra quem pugnas: reſpondens ait: Caſtigo corpus meum & in ſeruitutem redigo: id eſt, in corpore meo eſt, non in aere contra quẽ pugno: libido eſt ſcilicet inimica uitæ meę, quæ me currẽtẽ & placere deo per ducatum gratiæ eius uolẽtem, diuerſorũ libitu malorũ per momẽta aculeis impugnat & prouocat, quo agonis mei curſum impediens, authorem ſuũ diabolũ faciat eſſe uictorem. Ideo caſtigo corpus meũ, ubi porto hoſtem meũ in me, pugnanti contra me uirtute gratiæ conſortatus repugno pro me. Sed tunc hoſtis potentiam deſtruo, cum caſtigans cor
2.Cor.12 pus meũ infirmor in me. Cum enim infirmor, tũc fortior ſum & potens. Gratias aũt deo, qui dedit nobis uictoriã per dominũ noſtrũ Ieſum Chriſtũ. Quòd ſi nõ propterea caſtigabat corpus ſuũ, quo malarum concupiſcẽtiarũ appetitus uel ſtimulos ſuperaret libidinũ, cur hoc ſe facere dicebat, illo melius ſapientes & docentes exponite. Non eñ naturale eſſe bonum libidinẽ prædicaretis, ſi caſtitatis uirtutẽ intuentes, ut Paulus corpora ueſtra caſtigaretis: imò impudẽti fronte laſciuiẽtes, eius motum ſic procaci lingua laudatis in publico, ut cunctis pateat quid à uobis geratur in ſecreto. Si tamen quæ laudare publice non pudeat, eligãt uel ſecretum: rogo erubeſcite, unde protoplaſti, ut iam dictũ eſt, poſt peccatũ erubuerũt, quorum
Rom.7 & ipſi peccatores ſumus filij, & credite malum ex diabolo, non bonũ ex deo eſſe libidinẽ. Quã Apoſtolus legem, hoc eſt, malam conſuetudinẽ nominat, & eſſe dicit in membris contrariã legi mẽtis, ne obediatur legi dei. Audite ergo quanta ſit iniquitas huius mali, quidũe hinc homo patiatur infirmus: Apoſtolo dicente & diſputante inter cętera, Nam concupiſcentiam, inquit, neſciebam, niſi lex diceret: Non cõcupiſces. Non dixit, Cõcupiſcentiã nõ habebã: ſed, neſciebã. quid? utrum malũ eſſet. Habebã igitur, ſed tanq; naturale bonum eſſe credebã: cum aũt lex diceret: Nõ cõcupiſces: Exod.20 cognoui non naturale bonũ, ſed per peccatũ accidens eſſe malũ concupiſcentiã. Occaſione aũt acceptа, peccatum per mandatum operatũ eſt in me omnem cõcupiſcentiã. Cum ergo ſperarem, q̃ uiribus propriis iubente lege poſſem concupiſcentiã uincere, maioribus magis eius urgebar ſtimulis, & infirmante me, eius cupiditas augebaẽ. Sine lege eñ peccatum mortuũ erat. Quod peccatũ? Libido utiq;, quæ & concupiſcentia mala dicitur. Nõ dixit, non erat: ſed, mortuũ erat: id eſt, cũ præceptum legis, quod eſt ei contrarium, adhuc non eſſet, in peccatore latebat, quia legis imperio demonſtratum eſt. Ego aũt ſine lege uiuebã aliquando: priuſq; ſcirem legis mandatũ, in operibus tũ cupiditatis me uiuere arbitrabar. Sed cũ ueniſſet mandatũ, peccatũ reuixit, ego aũt mortuus ſum. Vixit eñ intentione mortifera prima lege, id eſt, quando in paradiſo captiuauit Adam: & reuixit eadem fallacia ſecunda lege, & occidit me tanq; captiuum filiũ trãſgreſſoris: quia per legem cognitio peccati, nõ uictoria de peccato. Et inuẽtum eſt mihi mandatum quod erat ad uitam, hoc eſſe ad mortem. Optime dixit, inuentũ eſt mihi, id eſt, non mandatum deus ad mortem dedit, ſed uiſum eſt mihi tanq; mortiferum, eo q̃ illud uirtute propria implere non poſſem: cũ ego non mandati uitio, ſed ſtimulo concupiſcẽtiæ mortis percuſſus moriar. Stimulus enim mortis peccatũ. Nam peccatum occaſione accepta per mandatum ſeduxit me, & per illud occidit. Vidẽs peccatũ, quod eſt, ut ſæpe dictũ eſt, cupiditas unde libido exorta eſt, de legis authoritate nihil me ualere cõtra ſe: ſicut Adam, interiecto mãdato ad præuaricandum de quo uitiũ peccandi contraxi, ſeduxit & me, tanq; denuo dicens: Nõ morte morieris, ſi de ligno mãGen.3 ducaueris interdicto, imò aperientur oculi tui, & eris ſicut dij, ſciẽs bonũ & malũ. Ideo & per illud occidit. Itaq; lex quidẽ ſancta, & mandatũ ſanctũ & iuſtũ & bonũ. Non igitur imputo legi dei, q̃ uitio meo factus infirmus, præceptum eius implere nequeo: quæ etſi iubẽdo non iuuat, tamen ſua ſanctitate & iuſtitia malũ eſſe concupiſcentiã, quod neſciebã, oſtendit: quia peccatũ, ait, nõ cognoui, niſi per legẽ: & docuit ad ſuperãdos eius illicitos appetitus, cũ in me deficio, debere diuinum auxiliũ implorare. Quod ergo bonũ eſt, mihi factũ eſt mors? Abſit. Nũquid enim mandatũ bonũ, quod cõtra mortis opera datũ eſt, in mortẽ mihi eſt cõmutatũ? Abſit. Ego uidelicet q̃ morior, non mandati boni uitio morior, ſed mandato bono uitio meo tranſgreſſo. Sed peccatũ ut appareat peccatũ, per bonum mihi operatum eſt mortẽ, ut fiat ſupra modũ peccans peccatum per mandatũ. Vt ergo concupiſcentiæ malũ quæ radix eſt omnium malorũ, cognoſcatur malũ, per mandatũ bonum prævaluit in me magis, non defecit, quia lex ſubintrauit ut abundaret delictũ. Mortem ergo mihi operatũ eſt delictũ, cum ex delicto, id eſt, ex concupiſcentia mala, infirmãte me uirtute propria ad obediendum

Universidad de Deusto

obediendū legi, delicta creuerūt. Et factum est su A pra modū peccans peccatū per mandatū cū per le gē, ut dixi, nō defecit, sed magis immoderatis cupiditatib. creuit: qa uirtus peccati lex est, prohibēdo, & nō auxiliādo. Scim⁹ ēm q̄ lex spiritalis est, ego aūt carnalis sum uenūdatus sub peccato. Spiritu igit̄ dei tā docente q̄ iuuāte, quo lex lata est, nō solum uoluntate carnalis legis possunt impleri præcepta, quia per legē uitia mea tantū agnosco, non aufero. Frustra de carnis infirmitate præsumo, hostem meum cui dei iudicio iusto sum traditus propter peccatū, cui me uolūtas uendidit protoplasti, solus superare non ualeo. Iubet deus, imò faciat ut fiat quod iubet. Venūdatus sum sub peccato iuxta suā sententiā, qua me peccantē damnauit: me misericordia mutare dignetur. Lex spirita- B lis est, ego aūt carnalis sum: ipse me cōpotem suæ faciat legis, ut spiritus uirtute præcinctus, perfecte legis tuba gratia prēcedēte, possim inimicū in corpore superare. Quod ēm operor, nō intelligo: quod mala uidelicet cōcupisco, nō ea ut ueniant quæro uel opto, qa natura nō tali sum institutus: sed hoc malū quod est per noxā uitiata natura, authorē præbeo legi, caliginosis subito ac prauis desiderijs cōturbor illectus. Nō ēm quod uolo hoc ago, sed q̄d odi illud facio. Legis mandato de propriæ uolūtatis conatu parere uolo, & non ualeo. Peccato uero dū resisto, cōsentire delector. Si aūt quod nolo illud facio, cōsentio legi quoniā bona est. Cū ergo nolo, ut nullū concupiscētiæ malum concipiā appetitu, & magis hoc facio: magnum c uere malū esse cōcupiscentiam in membris meis agnosco, quæ me peccare cū quadam delectatiōe sollicitat, legi cōsentio, id est, credo, & per ipsam agnosco, qa cū sua bonitate mihi indicit: Nō cōcupisces: uenenū mortis in concupiscentia esse designat. Nūc aūt iā nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Igitur hoc malū quod discordare facit corpus & spiritum, ut sit in me, non ego opto uel facio, qui illud demōstrante lege, ex qua malū esse cognoui, ne sit in me cōsentire legi contēdo. Sed dū de meo uelle & posse id superare nō ualeo, ideo peccatū quod in me inflictū est per peccatū, manens in me, ea quæ nolo operatur aduersum me. Scio ēm quia nō habitat in me, hoc est in carne mea bonū. Certus sum ergo, q̄ hæc concu- D piscētia quæ est conatui meo aduersa in corpore meo, non est bonū. Cū ēm resistitur ei & defecisse putat̄, magis magisq̄ sua malitia in uarijs appetitionibus innouatur. Nā uelle adiacet mihi, perficere aūt bonū nō inuenio. Volo quidē tā hoc peccatum uincere q̄ legis præcepto parere. Quod utrunq̄ bonū ut perficiā, posse mihi de me cū uelle meo nō sufficit, quia sufficientia nostra nō ex nobis, sed à deo est. Non ēm quod uolo bonū hoc facio, sed quod nolo malū hoc ago. Ad bonū igitur peragendū uolūtas mea de se præsumens, & non de deo, nihil proficit: ad malū uero etiā quod non uult, aliquoties inclinat̄ ut uelit. Si aūt quod nolo illud facio, nō ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū. Cū utiq̄ nolle meū cōcupiscere prouocatur, ubi uelit, nō uoluntas resistēs id agit, sed peccati cupiditas, quę à sola mea uoluntate superari non potest: quia sine me, ait dominus, nihil potestis facere. Inuenio igitur legē uolēti mihi facere bonum, quoniā mihi malū adiacet. Condelector enim legi dei secūdū interiorē hominē. Quia igitur malū cōcupiscētiæ adiacet mihi, id est, spontе & cum nō desiderat̄ occurrit, & ut perpetretur est uoluntati deprauatę possibile, quia sine deo, ut iam dictum est, non potest eneruari: tamē uidetur mihi de me præsumenti ad perficiēdum bonum, legis uidelicet mandatum, ut cœpi, fore possibile, si secundū interiorē hominē, hoc est, animæ rationē, cōtra mortales corporis mei motus tota uolūtatis meæ intentione totisq̄ naturæ meæ uiribus nō destitero repugnare. Video aūt aliam legem in mēbris meis repugnantē legi mētis meæ, & captiuantē me in lege peccati, quæ est in mēbris meis: & ecce uideo in me, id est, sentio cōtrariā legem, concupiscentiā scilicet malā, morbo libidinis sordidatā, obuiantem & resistentē & prēualentē legi mentis meæ, intentioni uidelicet animi mei naturali, & captiuū me ducentem in lege peccati, hoc est, in præuaricatione protoplasti, quæ est in membris meis: quia per unū hominē peccatum intrauit in mundū, & per peccatum mors, & ita in oēs homines pertransiuit, in quo omnes peccauerūt. Ecce quanta mortifera bella, ecce quæ pericula quantaq̄ naufragia, de malo laudabilis & dilectæ uestræ cōcupiscentiæ diabolo seminante exorta sint. Ecce cuius pestis onus leue esse prædicatis, et iugū suaue. Sed Paulus, cuius estis apertissimi inimici, nō cū illo malū libidinē esse sentiētes, legerat scriptū esse de isto malo iugo: Graue iugū super Eccl. 40 filios Adam à die exitus de uentre matris eorum usq̄ in diē sepulturæ in matrē omniū. Et ideo prędicabat fidelibus cōtra uos de isto iugo dicēs: No- 2. Cor. 6 lite iugū ducere cū infidelibus: id est, nolite æquales effici infidelibus, laudātes cū illis quod est execrabile, & dicētes quod malū est bonum: quia uæ Esa. 5 eis qui dicūt quod dulce est, amarū: & quod amarum est, dulce. Bella igitur ista doctor ille gētium in fide & ueritate secundū datam sibi sapientiam, contra uos, in omni esse genere humano in se deprehendit, & cōtra ea fortiter dimicauit. cū enim in persona sua dicit: Peccatū nō cognoui, nisi per legem: &, Concupiscentiā nesciebā: &, Peccatum per mandatū operatum est in me omnē concupiscentiā: &, Ego aūt uiuebam sine lege aliquando: &, Ego aūt mortuus sum: &, Inuentū est mihi mādatum quod erat ad uitā, hoc esse ad mortem: &, Peccatum per mādatum seduxit me, & per illud occidit: &, Quod ergo bonū est, mihi factum est mors? Absit. &, Peccatū per bonum mihi operatum est mortē: &, Lex spiritalis est, ego aūt carnalis sum uenūdatus sub peccato: &, Quod operor nō intelligo: &, Nō quod uolo hoc ago, sed quod odi illud facio: &, Si aūt quod nolo illud facio, cōsentio legi, quoniā bona est: &, Nunc aūt iā non ego operor illud, sed quod habitat in me peccatū: &, Scio ēm quia non habitat in me, hoc est in car

Rom. 7

ne mea bonum:&, Velle enim adiacet mihi,per-
ficere aũt bonum nõ inuenio:&, Non enim quod
uolo bonũ hoc facio,sed quod nolo malum hoc
ago:&, Si aũt quod nolo illud facio,non ego ope
ror illud,sed quod habitat in me peccatũ:&, Inue-
nio legem uolenti mihi facere bonũ,quoniã mihi
malũ adiacet: &, Condelector legi dei:&, Video
aliã legem in membris meis repugnantẽ legi men
tis meæ,& captiuantem me in lege peccati, quæ
est in membris meis. Manifeste hęc se contra con
cupiscentiã bella peregisse testatur,nec tamen glo
riatur de propriis uiribus se fuisse triumphum ui-
ctorię cõsecutũ. Et ideo cũ de se,pro se,in se,cõtra
tantũ malũ infirmat⁹ nullũ uictoriæ adiutoriũ in-
uenisset,displicens sibi,oculos ad Christi propu-
gnacula quibus defendi possit eleuauit,dicẽs: In-
felix ego homo,quis me liberabit de morte cor-
poris huius? Gratia dei per Iesum Christũ domi-
num nostrũ. Gratia est hæretice, qua liberamur
de corpore mortis,id est, de motibus concupiscẽ-
tiæ,quibus corpus nostrum percutitur, ut anima
perimatur,non sola uirtus propriæ uolũtatis. Per-
gite adhuc per cãpos loquacitatis uestrę, qua tan
tæ turpitudinis squalorẽ laudare nõ erubescitis,
& clamate secundũ consuetudinẽ uestram, dicen
tes: Libido calor bonus est genitalis,nec est in ea
quod pudeat:quia si malum esse dicatur, nuptiæ
iã damnabuntur,sine illa enim non poterit proles
existere. Ex hoc aduertant dilectæ uestræ castissi-
mi expugnatores,quantũ libet,quod tantũ lauda
re delectat:aut si nõ libet,cur suadetis ut libeat et
castitas expugnatur à uobis? Cur bonũ prædica-
tis,quod in uobis aduersum esse sentitis? Rogo e-
rubescite. Nemo unq̃ quod sibi est inimicum, bo
num dicere delectatur & laudũ pręconiis adorna
re. Fallimini prorsus,& fallitis, imo decepti estis
& decipitis. Nõ est iste calor bonus,nec genitalis
in bonis genitalibus mẽbris,quæ formauit deus,
sed malus ut sæpe dictũ est, authore diabolo præ-
cedẽte peccato. Isto calore si uigor mentis uestræ
ad illicita non dissolueretur,nõ à uobis tam licite
laudaretur,quin potius sicut à catholicis damna-
retur. Sed iterũ respõdetis, ut superius dixi, tanq̃
clypeum uestro dogmati opponẽtes, ne uobis ua
leant simplices quos decipitis resistere,& dicitis:
Nuptiæ damnabunt̃, si libido damnabitur, quia
absq; illa soboles non gignit̃. Quid præstigiosissi-
mis assertionibus uestris diẽ in nocte mutare ten-
tatis? Quid nebulis serena conuoluitis? Quid in-
tuentibus lucẽ feruentes in calore turpi,quem op
timũ prædicatis, ut cordis eorum oculos pertur-
betis fumi amaritudinẽ eructatis? Nuptiæ autho-
re deo ualde sunt bonæ, nec damnantur prorsus,
cũ uoluptuosa libido dãnatur. Nuptię filiorũ pro
creandorũ causa sunt institutæ,sicut scriptum est:
Gen.1 Crescite & multiplicamini,& replete terram:qua
rum licitus usus nõ in luxuria libidinis institutus
est,sed sine illa imperio honestissimæ uoluntatis,
tantũ,ut dixi,causa natorum. Quia Adæ & Euæ
ante peccatũ, cũ adhuc scilicet in eis morbus iste
non esset,dixit deus: Crescite & multiplicamini,

A & replete terrã. Post peccatũ uero, ut iã superius
disputatũ est,sibilo uenenosi serpentis cuius calli-
dis decepti sunt blandimentis, hãc inquietem &
mortiferã pestem eorũ corpora cõceperũt: & per
licitũ usum posteaq̃ de paradiso proiecti sunt, in
posteros transmiserunt, tanq̃ peccati sui testimo-
nium hęreditario iure dimittẽtes nobis, ut ex hoc
præuaricatorũ nos esse filios cognoscẽtes nõ glo
riemur de nobis,id est, de natura nostra peccatri-
ce in conspectu iudicis iusti dei: sed eius misericor
diæ,quæ nõ in meritis constat,semper colla flecta
mus,quo dignet̃ nos in paradisum reuocare, un-
de illos merito exules fecit. Et in cõiugatis igitur
& in omni homine libido mala est: nonnunq̃ em̃
ad illicita trahit,quia uoluntati peccatrici,qua fa-
ctũ est ut esset in mẽbris, cõtraria est intantum, ut
B ipsorũ cõiugatorũ ad licitum usum ardore sui sic
anhelantes præcipitet mentes, quo eadẽ licentia
acti potius q̃ agẽtes agant. Fit em̃ uoluntas incõ-
tinens,dum illecta uincitur uoluptate: sed uenia-
lis est in coniugatis,malo bene utentibus. Quod
ostendit Apostolus cũ causa cõtinentię orationis
tempus indicit coniugatis,& ad ipsum iterum re-
uertendũ propter incontinentiã tentationis sata- 1.Cor.7
næ præcipit, dicens: Nolite fraudare inuicẽ, nisi
ex consensu ad tẽpus, ut uacetis orationi, & iterũ
reuertimini in idipsum,ne tentet uos satanas pro-
pter incontinentiã uestrã: Hoc aũt dico secũdum
indulgentiã,non secundũ imperium. Damnabilis
est uero in adulteris & fornicatoribus,malo male
utentibus, Iã ergo cognoscite utrũ Apostolus de
C malo ueniam promiserit coniugatis, an de bono:
de malo ad tẽpus orationi uacandũ abstinere præ
ceperit,an de bono? Erratis prorsus, qa deus qui
iussit fieri bonũ,nusq̃ à bono prohibuit,sed à ma
lo,dicens per Dauid: Declina à malo & fac bonũ. Psal.36
Incunctanter omnino dicitur, bene uti hoc malo
ueniali cõiugatos filiorũ gignendorum uidelicet
causa,qui nascũtur deo opifice, non de accidẽtis
libidinis malo,sed de bono licẽtiæ nuptiarũ. Nun
quid enim cũ uitis undiq̃ deserẽte agricola fuerit
sentibus occupata,& tẽpore suo iacens in dumis
produxerit botros,de cõtrarijs sibi spinis quibus
premit̃,uuam produxit? Absit. Sed de naturæ suę
bono,licet spinarũ aculeis corruptos, bonos attu
lit fructus. Similiter & triticũ, si natũ circũquaq̃
D zizanijs operiatur, inquantũ spicã produxit, de
naturæ suę bono,non de zizaniorũ malo quibus
impeditur,bonũ intulit germen: sic filij de naturæ
bono boni sunt fructus,non de malo libidinis cor
rumpentis & uitiantis,cũ quo nascitur omnis ho
mo. Vnaquæq̃ ergo res manẽs in naturæ suæ bo
no, accidentibus sibi aduersitatibus miserescit
atq; torpescit,cultoris semper indigens manu uel
diligentia,ut naturæ suæ,cui nihil est contrarium
ab authore suo deo congenitũ,ualeat respondere.
Hoc agitur & in nostra peccatrice natura,semper
indiget authore & cultore suo atq; conseruatore
deo,ut spinis & tribulis zizanijsq; libidinis, uel
omnium malarũ concupiscentiarũ, quæ, ut sæpe
diximus,non authore deo,sed peccãdo cõtraxit,

manu

Universidad de Deusto
Biblioteca

manu gratiæ ſuæ quandiu in terrã de qua ſumpta A
eſt redeat, expietur, de terra iterum in nouũ ſecu-
lum puriſſima reditura, per eundem dominũ no-
ſtrum Ieſum Chriſtũ ſuſcitata. Iterum ergo iterũq;
repeto: Libido mala nihil bonis impẽdit nuptijs,
quia non ab initio in eius ſordibus ſunt, ſicut iã
ſupra diximus, ordinatæ. Deus enim qui ſine con
cubitu apes fœtare creauit, & agrorum cuncta ſe
mina abſq; libidine ſeminare uel naſci decreuit,
hominem quoq; ex homine ſi non peccaſſet, per
concubitũ uoluntariũ, non per libidinis ſcortum
exoriri in paradiſo permiſiſſet. Cui qualiter id cõ
tigerit in huius diſputationis capitulo, quantũ do
minus reuelauit, iã me arbitror oſtendiſſe. Ideoq;
nuptiarũ licentiã bonã ualde fatemur, & malam
concupiſcentiam in cõiugatis damnabilem & uo
luptuoſam eſſe catholico ore clamamus, ueſtrũq;
dogma in eius turpitudine horrẽdum, ſanctarum B
ſcripturarum authoritate dãnamus. Paulus Apo
Rom.7 ſtolus Chriſti eſt, nõ Pelagius diſcipulus antichri
ſti, qui dicit cõcupiſcentiã in carne ſua non bonũ
habitare, imò apertiſſime malũ dicit eſſe. Peccatũ
eſſe teſtatur, ſtimulum carnis ſuæ nominat, à quo
colaphizari ſe clamat, ne magnitudine reuelatio-
num extollatur: cuius malum conſiderans in cor-
pore mortis ſuæ, in quo bellum inteſtinũ cum in-
uiſibili hoſte gerebat, remediũ ſalutis ſuæ nullum
penitus, niſi ſolã gratiã dei in Chriſto Ieſu liberan
tem ſe inueniſſe teſtatur. ipſe dicit ſcribens ad Co
Col.3 loſſenſes: Mortificate membra ueſtra quæ ſunt ſu
per terram, fornicationẽ, immundiciam, libidinẽ, C
concupiſcentiã malam &c. Reſpondete huic tan-
to doctori: cur ea mortificanda præcipit, ſi natura-
lia bona ſunt? Sed melius in uobis Pelagio & Ce
leſtio loquentibus, q̃; Chriſtus in Paulo, econtra-
rio prædicatis cum laudabili plauſu, dicentes: Vi-
uificate membra ueſtra quæ ſunt ſuper terrã, for-
nicationẽ mũdam, libidinem bonã, concupiſcen-
tiam optimã. Demẽs & ſecundũ uoluntatẽ tuam
in reprobũ ſenſum dimiſſe hæretice: de iſtarum
ſordium malo itẽ dicit idem Apoſtolus ſcribens
Rom.6 ad Romanos: Non regnet peccatũ in ueſtro mor-
tali corpore, ut obediatis concupiſcentijs eius. Ille
in ueritate docẽdo prohibet his immundicijs obe
dire, tu in errore Pelagiano ſuades: ille cõcupiſcen
tiam mẽti contrariã, peccatũ uocat, tu eam laudan D
do, uel in ea delectando, bonum aſſeris naturale.
Stulti, iam aliquando ſapite, & nolite de tanto ma
lo gloriari, neq; mendaces eſſe aduerſus ueritatẽ,
quę per os ſanctorum ſuorũ laudabilẽ dilectamq;
ueſtram concupiſcentiam malã, & libidinẽ punit
immundam. Ex his em̃ diuerſæ tentatiões oriun-
tur, quibus per momenta cũ deo placere conten-
Iac.1 dimus, præpedimur, ut ait apoſtolus Iacobus: Ne
mo cum tentatur, dicat quoniam à deo tentatur:
deus enim intẽtator malorũ eſt, ipſe aũt neminem
tentat, unuſquiſq; uero tentatur à concupiſcentia
ſua abſtractus & illectus. Deinde concupiſcentia
cum conceperit, parit peccatũ: peccatũ uero cum
conſummatũ fuerit, generat mortem. Videte dile
ctiam ueſtrã ſimul & laudatã ueſtram, concipien-

tem dolorem, parturientẽ peccatum, generantem
mortem. Cuius authorem cũ deũ eſſe prædicatis,
ſine dubio arguitis tãtum Apoſtolũ & deum eſſe
malorũ dicitis tentatorem: quia ipſe creauit ſecun
dum uos, unde tentantur homines, abſtrahuntur
& illiciuntur: ac per hoc ipſe unde pereant, fecit.
Quod ſi ita non ſentiretis, deum mortẽ feciſſe mi-
nime diceretis. Sed audite adhuc repercutientem
uirga ſapiẽtiæ cœleſtis uaniloqua ora ueſtra eun-
dem apoſtolum Iacobum: Vnde, inquit, bella & li Iac.4
tes in uobis? Nónne ex concupiſcentijs ueſtris,
quæ militant in mẽbris ueſtris? Auditis quale offi
cium habeat nimium dilecta ueſtra concupiſcen-
tia, id eſt, bella & lites, quibus diſcordare facit cor
pus & ſpiritũ ueſtrũ: & in eius caſtris hoſtilibus,
atq; ſub lege mortifera te hæretice militare dele-
ctat? Si pacẽ fidei catholicę ſequeris, à turbine bel
lorũ horum & litium, quo in cordis tui pelago cir
cumquaq; iactaris, ne ad portum peruenias ueri-
tatis, facile gratia gubernãte poteris liberari, & co
gnoſcere malũ, q̃d in malo poſitus putas eſſe pul
cherrimũ. Audi & alium ſuper Ieſu pectus recũ-
bentem, & conteſtantem concupiſcentiã nõ eſſe
ex patre deo, ſed ex mundo, & eam cum mundo
tranſituram, Ioannem dico Apoſtolum: Nolite, 1.Io.2
ait, diligere mundũ, neq; ea quæ in mũdo ſunt. Si
quis diligit mundum, nõ eſt charitas patris in eo:
quoniã omne quod eſt in mũdo, cõcupiſcẽtia car
nis eſt & cõcupiſcentia oculorum, & ſuperbia ui-
tæ, quæ non eſt ex patre, ſed ex mundo eſt: & mũ-
dus tranſit & concupiſcentia eus. Qui autẽ facit
uoluntatem dei, manet in æternũ. Claudite adhuc
ſi placet, oculos cordis ueſtri ad uidendum, & ob
turate aures ad audiendũ tanti Apoſtoli ueritatẽ,
& clamate dicẽtes, ne forte dilectæ ueſtræ faciatis
iniuriam: Ex deo eſt concupiſcentia carnis, non
ex mundo, & ideo calor bonus eſt genitalis. Sed
quid ultra in proferendis teſtimonijs, quibus de-
fenſio ueſtra probatur eſſe damnabilis, nitar pro-
mulgare ſermonem? Quia ſi omnia de legis diui-
næ theſauris producantur, tẽpus me deficiet enar
rantem. Audite ergo breuiter, non breuia, ſed cri-
mine ingẽtia caloris ueſtri amãtiſſimi opera, qui-
bus in illicitum coire præcipitat hebetata corda
mortalium, & erubeſcite & conticeſcite tandem.
Iſto calore ſuccenſus & turpiter illectus nonnun-
quam pater inclinat filiam, & operatur inceſtum:
filius etiam patris thorũ maculat, quũ matri uel
nouercæ aliquãdo miſcetur. In ſororem frater cu-
pidine ductus incurrit: cognatam non erubeſcit
opprimere. Virgo licentiam non ſuſtinet nuptia-
rum, ſed ſtuprum tempore cõcupiſcit illicito, Ma
ritus minime cõtentus licitis uxoris amplexibus,
thoros contaminat alienos. Similiter & uxor im-
memor proprij mariti cubilis, adulterino amore
uxoris thorum occupat alienæ. Nam & maſculi
relicto naturali uſu fœminæ, exardeſcunt in deſi-
derijs ſuis in inuicem, maſculi in maſculos turpi-
tudinem operantes. Horret etiam plus ijs quæ di
ximus, dicere, q̃ dum homo immemor ſuæ natu-
ræ rationalis, irrationali naturę, & alienæ à ſua na

Universidad de Deusto
Biblioteca

tura pecudi coire compellitur. Quid de ruina aliquantorum seruorũ dei & sacrarũ uirginũ dicam, quæ hac tẽpestate naufragia patiunt? Quidúe de diuersis immũdicijs, in quibus eorum authorem ipsum sibi puto pro uobis diabolũ displicere? Ecce calor ille amantissimus uester in quas ignominiarũ sordes humanas ire illicit & præcipitat mentes? Ecce quã illuuiem etiã in sanctis Christi membris fuisse dicere nõ tremuistis? Ecce cuius obscœnitatis & turpitudinis estis accerrimi laudatores, impudentissimi defensores, & si nõ fallor, cũ adhuc non displicet, forsitan & factores. Quis enim de uobis bene sentiat, quos de tanto malo bene sentire cognoscit? Si igitur in uobis ullus est pudor, si honestas aliqua, si castitatis intentio, tãtam mali necessitatem, id est, concupiscentiam carnis sordibus libidinis mixtam, bonã dicere & laudare desinite: cuius authorem non deum, sed diabolum esse credite, præcedente protoplasti peccato: & ꝙ eam uolũtas humana in turpissimis motibus refrenare non ualeat, nisi singularis gratia per Christum dominũ nostrũ subuenerit saluatoris.

AD ARTICVLVM QVINTVM, LIBER QVINTVS.

ITEM inquiũt, paruulos non trahere originale peccatũ, neq; perituros à uita æterna, si sine sacramẽto baptismatis ex hac uita migrauerint. Respondemus: Multũ quidẽ iam de originali peccato, quo & paruuli tenentur obstricti, superius disputauimus; à luce ueritatis ostendimus omne humanũ genus hoc uitio claudicare. Dei etiã filium in similitudine carnis peccati ob hoc uenisse, ut morte sua per crucẽ uinceret mortẽ, & gratia sua gratuita, nostra uulnera curaret. Veruntamẽ falsa esse de paruulis hęretice quæ prædicas, non solum nostro, sed & eorum, saluatore Christo iuuante scripturarũ authoritate conuincã. Quid igitur apertius, ꝙ paruuli Adæ peccato nascant obnoxij dici potuit, quàm quod dictum est per Dauid: Ecce in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea? Ille eñ cum adulterium defleret, & homicidium quod Bersabeæ causa cõmisit, hanc ueritatem in suæ confessionis gemitu eructauit: tanq; diceret: Non ꝙ ex hoc solo facinore perpetrato peccator sim, qui anteq; id facerem sine peccato non eram, imò iã peccator ab utero matris meæ eram: Ecce in iniquitatibus cõceptus sum, & in delictis peperit me mater mea. Vitiũ ergo peccati semina tus & conceptus de parentibus sumpsi, per quod adulterium & homicidium propria peccata peregi. Cũ enim subiungẽs inquit: Ecce ueritatem dilexisti: peccata propria uolũtate cõmissa fatetur, quia ueritatẽ dicit deo pœnitẽs, quando nihil illi de cõmissis suis sceleribus celat: non ꝙ si uoluntatem celauerit, deus ignoret, sed ueritatẽ sibi ab eo dici uult, ut ueniam consequatur. Si uero aliqua mente exciderint, cõfiteatur ueritatẽ deo, & cum generaliter dixerit: Deus qui nosti occulta cordis tu scis opera mea, & delicta mea à te non sunt abscondita, quibus ueniam largiaris: & hæc utiq; est ueritas cõfitentis quã diligit deus. Eua ergo peccatũ à diabolo mutuauit, Adam cõsensu cautionem fecit, usura posteritati creuit. Hinc est, ꝙ infans in utero matris hæreditario iure constrictus ante promittat debitum & cautiõem patris agnoscat, uel debitorẽ etiam genitorẽ. Huius chirographi usuræ sunt, illę malignissimæ passiões, quibus tam maiorũ ætate & paruulorũ animæ deprimuntur, à quibus liberari neminẽ posse nisi per Christum Dauid ipse, qui in iniquitatibus conceptum & in delictis natum se esse dicit, ostendit, cũ in septuagesimoprimo psalmo de persona Christi loquitur, dicens: Liberauit pauperem à potente, & inopem cui nõ erat adiutor: id est, humanũ genus à diaboli dominatu. Parcet pauperi & inopi, & animas pauperũ saluas faciet. Ex usuris & iniquitate liberauit animas eorũ. Christus utiq; Adæ debitũ, quod nos usuris obligauerat, soluit, cũ nullis suũ corpus peccatis obnoxiũ in patibulo crucis suspendi permisit: ipsius enim in psalmo uox est: Quæ non rapui, tunc exoluebã. Quapropter ipse ex usuris & iniquitate & paruulorum liberat animas, quia ut dicit Apostolus: Vnus pro oñibus mortuus est: Et iterũ, Ergo oẽs mortui sunt. Et si omnes mortui sunt, stimulo utiq; mortis percussi, mortui sunt, quia stimulus mortis peccatũ. Dic ergo quęrẽti mihi: Si peccatũ paruulus nullꝰ carnaliter natus attraxit, cur breuis dierũ sorte mortis astringitur? Quia ubi peccatũ non est, utiq; mors esse nõ debet. non enim me fingente, sed Apostolo prædicante dictũ est: Per peccatũ mors. ac per hoc secundum errorẽ uestrũ, iniquus deus, ut mori paruulum patiatur non habentẽ peccatum per quod posset uita priuari. Sed ad illã fallaciam dogmatis uestri respiciens, cui iã superius respõsum est, inquies mihi: Deus mortẽ fecit, quia mortalẽ hominẽ fecit: peccatũ aũt nõ fecit, quia in primordio hominẽ prohibuit ne peccaret. Imò qd aliud dicitis cũ deum mortẽ fecisse creditis, nisi & peccatũ deus fecit, ut per peccatũ mors intrare possit in mũdum, quia ut quod item est repetendum dicente magistro gentiũ: Per peccatũ mors: respondetis: Absit, deus peccatũ non fecit. ergo occasionem peccãdi homini tribuit, ut opus eius, sicut dicitis, mors homini possit cõtingere. Sine peccato eñ mors esse non poterat, quia uelitis nolitis, per peccatũ mors. Nec occasionẽ, ut dicitis, peccandi deus homini dedit, quo mori posset, sed mortalẽ fecit. Iam respõsum est scriptũ esse: Deus mortem nõ fecit, nec lætatur in perditione uiuorũ. Et itẽ: Deus creauit hominem inexterminabilem. Si ergo peccatũ non fecit, nec occasionẽ peccandi homini dedit, quod recte dicitur: bonũ mortis secũdum uos, quod recte non dicitur, qũo per malum peccati ad hominẽ potuit peruenire? Quid enim luci cũ tenebris aut quæ pars iustitiæ cũ iniquitate? Videte infelices, si tamẽ uidere potestis, quas amicitias inter deũ & diabolũ faciatis, quod absit

Psal. 68

Psal. 50

Psal. 58

2. Cor. 5

Rom. 5

Sap. 1

Sap. 2

à domino

Universidad de Deusto

à domino. Deum enim mortem fecisse dicitis: diabolū peccatū, si tamē uel hoc assignatis diabolo: miscuerūt opera sua, ex consensu tanq; sibi in auxilium uenientes, ut hominē uita priuare possint, & ideo dictū est: Per peccatū mors. Iā hoc aduerte, imò qui sani sunt sensu aduertant, quia soletis nos dicere Manichęos, quis nostrū sit Manichęæ pestis assertor: nos, qui nihil cōmune luci ad tenebras dicimus: an uos, qui opus lucis, ut putatis, id est mortem, opere tenebrarū diabolo, id est peccato confunditis? Nisi enim credideritis mortem et peccatū utraq; esse mala, & nullius horum autorem esse deum, sed diabolum delinquētibus inflixisse protoplastis: prorsus Manichæos adiuuatis, imò estis similes Manichæis. Manichæus autem
Rom.5 non credit, sed catholicus dicenti Paulo, quòd per unum hominē peccatū intrauit in mūdum, & per peccatum mors, & ita in oēs homines pertrāsiit, in quo omnes peccauerunt. Hæc est fides nostra, fatemur incunctāter peccatum in paruulis, & per peccatum mortem pertrāsisse in omnes homines. Et paruuli natura homines sunt. Quapropter quanti fuerint omnes homines sunt, quibus dum contigerit mori propter peccatū, quod in eis non actione sed uterina cōceptiōe pertransiit, moriuntur. Non enim morerent̄, nisi cœno peccati necarentur. Per peccatū em̄, ut sæpe est repetendum, mors: Nō sine peccato hac morte, ne in æternum pereant, morte domini redimunt̄. Hoc cœno peccati quo nascuntur squalidi, ut in regnū cœlorum ingrediantur immaculati, immaculato per baptismū sanguine Christi mundantur. Audi & alterū, dei sapientiā inquirentem, & per illam ueritatem mortalibus prædicantem. Audi aliter quidem q; Dauid loquentem, sed nō aliter prophetantem: in uno unico spiritu uera dicentē, q; Adę peccato et
Psal.50 paruuli nascendo premātur: Dauid enim inquit, ut supra iam dictū est: Ecce enim in iniquitatibus conceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: iste ait in libro Ecclesiastico: Graue iugū su-
Eccl.49 per filios Adam, à die exitus de uentre matris eorum, usq; in diem sepulturæ in matrem omnium. Quod est hoc graue iugum, nisi peccatū? Et quare dictū est iugum, nisi quia ex duobus Adam & Eua ueniat, uel duorū premat & cōterat colla, id est, masculi & fœminæ, maiorū uidelicet atq; minorum, quia in utroq; sexu iugum sunt. Ideo ait generaliter, Graue iugum super filios Adam. Dicendo ergo, super filios, ætates non discreuit uel sexus, & comparādo iugū peccato, propter Christum: qui ut cæteri ex usu cōiugatorum natus nō est, omnes cæteros esse peccatores æquauit. Hoc iugo, id est originali peccato reuincti maiores atque minores, uitio ex ipso orti, tanq; aratrum trahimus quamdiu sumus in mortis corpore, cuius cupiditatis uomere proscinditur, hoc est corrumpitur terra nostra. Propter quod in libro Sapien-
Sap.11 tiæ dictum puto, Corpus aūt quod corrumpitur, aggrauat animam. A cuius iugi labore & onere, uel aratri corruptione ut requiescat, nemo soluitur propria uolūtate & potestate, nisi ab illo iuste iudicante & indebite miserante, qui ait: Venite ad
Mat.11 me omnes qui laboratis & onerati estis, & ego reficiam uos. Tollite iugum meum super uos, & discite à me quia mitis sum & humilis corde, & inuenietis requiem animabus uestris. Iugum enim meū suaue est, & onus meum leue. Quomodo ue
Io.6 ro ad eū uocati eant, ipse ostendit, dicens: Nemo uenit ad me, nisi pater qui misit me traxerit eum: pro iugo peccati aspero & graui, quo carnaliter nati premuntur, uocatis tollendum super se iugum suaue, & onus leue præcipit. Superius iam diximus, cur peccato iugum sit cōparatum: nunc spiritale Christi iugū & onus intelligere debemus, charitatem dico, qua iubemur diligere deum & proximum: quia in his duobus pręceptis tanq; in iugo, lex omnis pendet & Prophetæ. Quid enim suauius ac lenius charitate, qua nos diligens deus, per mortē filij sui ex duobus populis Iudæis scilicet & gētibus uinculo gratiæ in unitate fidei cōiugauit, & fecit utraq; unū. Christi itaq; iugū cruces, quas presserat iugū peccati, suspendit, non premit, ad cœlum leuans: quia charitas sine qua nemo promeret̄ deū, nunq; cadit, & cooperit multitudinē peccatorū. Ipsa est etiā onus leue, quā qui habuerit, deū portat. quia charitas deus est. Ideo
1.Cor.7 & Apostolus: Glorificate, inquit, & portate deū in corpore uostro. In hac uocatiōe sunt & paruuli, qui assumunt̄ in fide credentiū, non obedientia uolūtatis, sed dilectione nimia charitatis. Propter quod in Psalmis dictū est de ipsis: Etenim nō credentes inhabitare dominū deum. Super quos nisi fuerit dono gratiæ charitatis iugū suaue & onus leue Christi, requiescere à labore & onere originalis iugi nō possunt. Grauant̄ em̄ in labore & onere diuersarū passionū, quas eos in lacte positos peperi uidemus & stupemus. Vexātur em̄ nonnunquā à dæmonibus, diuersis doloribus & uulneribus cruciant̄, multisq;, ut dixi, erumnarū generibus affligunt̄: & in his omnibus cū quid patiātur hoc dicere nō possint, tamen pœnis se cruciari uarijs quodāmodo loquūtur, cū aculeo puncti dolorū, confusos uocū eiulatus emittūt. Qui si minime stimulo peccati protoplastorū percussi, ex quorū peccatrice carne peccati caro sunt, patiūt̄: secūdū errorē uestrū, deus qui talē fecit naturā, ut pœnalibus anima passionibus cōuexetur, crudelis est, aut certe iniustus, ut innocentiā sanctā & nullius penitus erroris obnoxiā tātis permittat urgeri periculis, & in ipsis nonnunq; uita priuari. Quod ni si eos peccati originalis causa pati credideritis, sine dubio deū, qui ualde dona oīa fecit, arguitis. Sed absit ut sit iniquus, inferēs iram, imò iustus iudicia faciēs. Pœna em̄ peccati est ut pœnis plectātur, nō in actu sed ortu paruuli peccatores. Quia: Ecce em̄ in iniquitatibus cōceptus sum, & in delictis peperit me mater mea: &, Graue iugū super filios Adam à die exitus de uentre matris eorum, usq; in diē sepulturę in matrē omniū: non ego fingēs, sed Prophetæ dei spiritu ueritatis sancto acti dixerūt. Audi & aliū athletā fortissimū per oīa diaboli flagella transeuntē, & patiētia sua eius im

Universidad de Deusto
Biblioteca

patientiã ſuperantem,beatum Iob dico,quid ſpiritu dei quo probatus & fortis eſt factus, de humanæ naturæ ſenſerit labe, etiam paruulos dicens à peccati ſordibus immunes eſſe nõ poſſe,hoſq; ad
Iob 14 ducẽdos in iudiciũ coram deo. Homo,inquit, natus ex muliere,breuis uitæ & plenus iracũdia, & ſicut flos cũ floruerit,decidit,fugitq; ut umbra,& nõ permanet. Nónne etiã huius curã habuiſti, & hunc feciſti uenire in iudiciũ corã te? Quis enim erit mundus à ſorde? Ne unus quidẽ,etiãſi unius diei fuerit uita eius ſuper terrã. Eſt ne aliquid dubitandũ,tam clariſſima authoritate,paruulos peccati illuuie maculatos eſſe naſcentes? Cũ enim dicit,Nónne etiam huius curã habuiſti,& nunc feciſti uenire in iudiciũ corã te, ſtatim propter iudi- B cia iuſtiſſima dei cur in iudicium ueniat, cauſam præcedentẽ oſtendit. Quis em̃, inquiens, mũdus à ſorde? Ne unus quidẽ eſt,etiamſi unius diei fuerit uita eius ſuper terrã. Id aũt eſt propter peccati ſordem,quã trahit à peccãte natura, qua naſcitur immundus in mundo. Hæc ſecundũ Septuaginta interpretum æditionẽ quæ ex græco in Latinũ ſermõem uerſa eſt,poſuimus. Audite apertius ad ſugillationẽ ueſtram idipſum,qualiter ex Hebręo uerbo ſit in Latinum translatum. Quis,ait,poteſt facere mundum de immundo conceptũ ſemine? Nónne tu qui ſolus es? Eſt ne deinceps contẽtio? Imò eſſe debet à uobis ulla cõtradictio? Audis de paruulo dici: Quis poteſt facere mundũ de immũdo cõceptum ſemine, nónne tu qui ſolus es? & ad C huc dubitas baptiſmum Chriſti per gratiam habere,quod mũdet in paruulo? Niſi em̃ eſſet immundus,non diceret: Quis poteſt facere mundum: ſed cum addidit,de immundo cõceptũ ſemine: parentum ſordidatum dicit eſſe peccato, quorũ ſunt immunda ſemina,non conditione naturæ, ſed pręuaricantis uitio protoplaſti. Siue igitur Septuaginta ex Hebræo in Græco, ſiue alius ſimiliter ex Hebræo in Latino ſermone,unũ atq; idẽ, & ſi mutatis uerbis,nõ tamen ueritate,paruulos peccati ſorde reos eſſe dixerunt. Quam em̃ iniuſtitiam, ſicut ſæpe pro diuerſitate propoſitarũ à me cauſarũ interrogaui,apud deũ dicitis,ut nulla exiſtente cauſa ſecundũ errorem ueſtrum, ſicut ſupra diximus dixiſſe Iob, paruulus breuis uitæ & plenus iracũdia ſit: cum quid ſit ira rationis uſu omnino neſciat: uel quare ut flos decidit,fugitq; ut umbra,& in uita multorum dierũ ſiue annorum non permanet, ſicut nouimus multis cõtingere paruulis: uel cur eum ad iudiciũ uenire corã ſe facit, cũ mandatum legis eius non cognouerit faciendũ, nec contemſerit uoluntatem? Hoc utiq; ſecundũ uos, ut dixi, iniuſte paruuli patiuntur à iuſto iudice, ſi nulla peccati cõtagione tenentur obnoxij. Sed quantalibet latitudine mendaciorum ueſtrorũ uerbis muros hæreſi ueſtræ circunquaq; conſtruatis, ueritas uincit: cuius aries impulſus gratię manibus, totum quaſſat & deſtruit, unde repugnatis atque confiditis. Quia iuſtus dominus nihil facit iniuſtum, & uerax non poteſt eſſe mendax. Paruuli utiq;, ut dicit Apoſtolus, natura filij iræ ſunt, Adæ ſcilicet parentis, ſicut ſæpe diximus, offenſione connexi. Non enim dicerentur filij iræ niſi iram, id eſt, peccatum primi plaſti, qui peccando deum ad iram primus in genere noſtro prouocauit, traherent ſeminati. Ideo dictum eſt: Quis enim erit mundus à ſorde? Ne unus quidem, etiam ſi unius diei fuerit uita eius ſuper terrã. Vel ſicut dictum eſt alio modo, tamen idẽ: Quis poteſt facere mundum de immundo conceptum ſemine? Nónne tu qui ſolus es? Ob hanc igitur ſolam ſordem peccati quam trahit, non de coniugij bono, ſed de libidinis malo, paruulus breuis uitæ & plenus iracundię eſt. Decidit etiam ut flos, fugitq; ut umbra nec permanet, atq; in iudicium coram domino ueniet iudicãdus. Cui niſi baptiſmi gratia per Chriſtum ſubuenerit, diſperiet de populo Chriſtiano. Sicut lex periturum dixit paruulum de populo Iudæorum, niſi die circũciſus fuiſſet octauo. Scriptum
Gen. 17 eſt enim, Infans qui octauo die circumciſus non fuerit, diſperibit anima illa de populo ſuo. Dicigitur mihi: A quo facinore circunciſio paruulos liberat? Aut quare incircumciſi de populo dei anima peribat, ſi nihil, unde ſanaretur uel diſperiret? quin potius parentibus, niſi circumciſus fuiſſet, debuit prætendi perditio, qui uſum obediẽtiæ & liberi habebãt arbitrij, & non paruulo ignoranti bonũ & malum. Sed eſto quòd parentes ob hanc negligentiam, quod ſcriptum non eſt, ſubeant peritури ſupplicia, nunquid damnatis illis ſi incircũciſus mortuus fuerit paruulus, animę poterit interitum abolere? Deus enim locutus eſt, non homo, dicens: Infans qui octauo die circumciſus nõ fuerit, diſperiet anima illa de populo ſno. Narrate ergo ſi poteſtis, dei iuſtitiam in qua multũ uos poſſe iactatis, imò totũ poſſe naturæ uiribus, cur diſperdat innocentiam incircumciſam, quidúe circumcidi iubet, ſi nulla donantur circũciſione delicta? Reſpondetis plane, Iuſtus deus in iudicando. Hæc enim ſoletis quaſi diligentes deum dicere, ſed ore ueſtro, corde autem mentientes ei. Si itaq; iuſtus deus in iudicãdo, rogo dic cauſam incircumciſi paruuli perituri. Actualia certe nulla ſunt eius delicta. Quæ em̃ eſſe poterunt octo dierũ? Trahere enim originale peccatũ, & propter hoc damnari, credere nõ uis. Vnde iniuſta dei iu- D dicia? Dic iam aperte, Iniuſtus deus & impius, ut damnet paruulum, quem damnabilis nulla cauſa præceſſit. Nec em̃ aliud in cordis tui tenebris ſentire cognoſceris, ſi tamẽ incircumciſum teſte dei lege fideli, perire paruulũ credis. Aut ſi de uobis aliud ſentiendũ eſt, iudicent orthodoxi. Sed more illo ueſtro, ueritatis uidelicet luce deſerti atq; refelliti, Deus, inquitis, præſcius operum eius malorũ quæ facturus erat ętate perfecta, periturũ dixit de populo ſuo. Itáne Pelagiane inſane, deus q iuſtus eſt in oẽmibus uijs ſuis, & ſanctus in omnibus operib. ſuis, pro huiuſcemodi credendus eſt incircũciſum paruulũ iudicare, ut tanq; factorẽ pro nõ factis ſeleribus puniat, tẽpus imputet quoddã ubi uita nõ uixerit, ubi uelle & nolle nõ fuit uoluntatis? Abſit hoc apud iudicem iuſtum, qui unicuiq;

uel

uel obedienti uel cõtemnenti usu liberæ uolunta/ A
tis reddit secundũ opera sua. Paruulo aũt incircũci
so solum pro delicto, quod est opus diaboli, quod
ex Adam seminatus attraxit, & circũcisione frau/
datus nõ caruit, hoc in paruulo deus odit et punit:
ita nunc fit et in populo Christiano. Circũcisio em
illa octaui diei, figurã resurrectionis domini salua/
toris, & gratiã baptismi gestabat. Vos aũt, & si par
uuli baptizati nõ fuerint, uitam illam æternã pro/
mittitis, quia scilicet Christi eis gratiã baptizatis
nihil auferre, conferre creditis nihil. Si enim intel/
Matt. 9 ligeretis quare dixerit dominus: Non opus est sa/
nis medicus, sed male habẽtibus: crederetis utiq;,
non eos sanos, sed uulneratos medico saluatori ad
stationem baptismi sanandos offerri, nec habitu/
ros uitam, nisi ipsius qui est uita, manducauerint B
Ioan. 6 carnẽ & sanguinẽ biberint. Ipse em̃ dixit: Nisi mã/
ducaueritis carnẽ filij hominis, & biberitis ei⁹ san
guinem, nõ habebitis uitã æternam in uobis: & q
manducat meã carnem, & bibit meum sanguinẽ,
habet uitã æternam. Quomodo igitur uitã regni
cœlorum promittitis paruulis, nõ renatis ex aqua
& spiritu sancto, nõ cibatis carne, neq; potatis san
guine Christi, qui fusus est in remissiõem peccato/
Ioan. 3 rum? Eius enim edictũ est: Si quis non renatus fue
rit ex aqua & spiritu sancto, non potest introire in
regnum cœlorũ. Intrare quippe in regnũ cœlorũ
non aliud est, q̃ in uita beata uiuere, quę permanet
in secula seculorum. Ecce non baptizatus, uitali e/
tiam cibo poculoq; priuatus, diuiditur à regno cœ
lorum ubi fons uiuentium permanet Christus. Da C
mihi præter hunc alterũ locum, ubi uitæ possit re/
quies esse perẽnis. Primũ enim locum fides catho
licorum diuina authoritate regnum credidit esse
cœlorum, unde, ut dixi, non baptizatus excipit.
Secundum, gehennam, ubi omnis apostata uel à
Christi fide alienus, æterna supplicia experietur.
Tertiũ penitus ignoramus, imò nec esse in scriptu
ris sanctis inuenimus. Finge Pelagiane locum ex
officina dogmatis tui, ubi alieni à Christi gratia ui
tã regei & gloriæ possidere paruuli possint. Dexte
ra iusti iudicis sedẽtis et sinistra, regnũ est et gehen
na, uita est & mors, iusti & iniqui. In dextera igi/
tur iusti sunt constituti: in sinistra operarij iniqui/
tatis. In regno requies baptizatorũ: in gehẽna pœ/
na incredulorum. Vita ad lætitiam glorię: mors ad
fletum & stridorem dentium. Iusti in regno patris
cum Christo: iniqui in igne æterno parato diabo/
lo, & angelis eius. Sed hoc dicens, non diuisiones
locorum multorum dedi, nisi duorum tantũ, quo/
niam ad duo, regnum uidelicet & gehennam hæc
omnia referuntur, etiam si plura dicantur: dexte/
ra enim uita iusti: uel, sicut dixi, addamus iustitia,
sanctitas, beatitudo, & cætera bona ad regni cœlo
rum requiem referuntur. Sinistra uero, id est, ij qui
sinistræ astabunt, iniqui, mors, iniustitia, dolositas,
impietas & quantalibet mala ad gehennæ tormen
ta, ubi mors quæ secunda dicitur non finitiua, sed
cruciatu durabilis erit. Qui baptizatus ergo non
est, in ijs quæ regni cœlorũ sunt, non potest reperi
ri. Et si non ibi, quia uere nõ ibi, putásne Pelagiane

iam sentis ubi, aut certe dic ubi? Respõde more il/
lo solito: dominus inquit: In domo patris mei man Ioan. 14
siones multę sunt. In his mãsionibus, mansiões ha
bent uitæ & refrigerij nõ baptizati paruuli. Hicci/
ne est putas ille tertius locus, quẽ fingendũ ante
paululum ex officina dogmatis tui poposceram?
Percutiat hoc opus uirga sua ferrea Christus, qua
gentes hęreditatẽ suam & possessionẽ suam termi/
nos terrę regit: qua probat uasa misericordiæ suæ,
& reprobat cõtumelię, ut si manserit inquassatum
permittat illic susceptos uestros, qbus sine illo ui/
tam ꝓmittitis, paruulos habitaturos. Dic age, ade/
sto assertioni tuę, refelle meã. Mansiones istas mul
tas quas in mediũ protulisti de thesauris Euãgelio
rum, certũ est ueritate dicente esse apud deũ patrẽ.
Sed quæro abs te, utrũ sint in regno cœlorum, an
foris? Pater enim deus in regno cœlorum est, &
illic sunt hæ utiq; mansiones. Si uero in regno cœ
lorum non sunt, ergo pater alienus est à regno cœ
lorum: quia ut dixit, ubi pater est ibi & multę sunt
mansiones. Quid dicis hæretice? Vnum elige ex
duobus cuius partis defensor existere possis. In re/
gno est pater & mansiones, an extra? Si dixeris,
in regno: perdidisti locum, quem multa fabrica/
ueras arte paruulis. Non enim intrat in mansiones
istas non baptizatus, quia qui dixit: In domo pa/
tris mei mansiones multæ sunt: ipse dixit: Qui
non renatus fuerit ex aqua & spiritu sancto, non Ioan. 3
intrabit in regnũ cœlorum. Ecce uirga fortis Chri
sti, quoniam comminuit opus tuum. Si autem di
xeris, foris, attende quid respondeas Manichæo.
Aliquo enim bello secundum te superatus, ab ali/
quo pater exceptus est de regno cœlorum, nec ad
eum opus filij sui pertinet baptismus paruulorum;
nec ad ipsum etiam mansiones patris, ac per hoc
diuisum est regnum eorum. Christus enim recipit
baptizatos in regnum cœlorum: pater non bapti/
zatos in mansiones loci sui. Ecce quales sensus im
prægnata à diabolo peperit hæresis uestra: ecce
officina illa Pelagiana, siue Celestiana, de qua ni/
mium docti & acutuli ad interitum processistis,
qualem locum miseris paruulis fabricauit, ut & pa
ter uideatur regno excluſus, & Christus è man/
sionibus patris? Quid deinceps à uobis decepti fa
cient paruuli, quos catholica ratio sine medico
D Christo in mansiones patris uobis docẽtibus non
sinit introire? Quibus dum absque Christo pro/
mittitis uitam, aufertis uitam: dum sanos pollice/
mini ad mortem perducitis: dum spondetis requi/
em, præcipitatis in gehennã. Mansiones igit̃ istę a/
pud patrem non sunt diuisæ cellulis ad habitandũ
iustis, sed cõiunctæ charitate bonorũ præmia meri
torum, quæ sunt in regno cœlorum, quod est indi/
uisum in possessionẽ unicæ concordiæ deitatis, pa
tris & filij & spiritus sancti: & non est ut quoddã
grande palatium unde cõcludi aut excludi possit:
nec terminũ habet quomodo regnũ terræ, ut ultra
regnandi non habeat potestatẽ. Ipse enim qui im/
plet omnia & excedit om̃ia, pater & filius & spíri/
tus sanctus, deus unus est, omnia in omnibus, unũ
potens, atq; om̃ia potens, cuius regni finis non est.

Magnus enim dominus & laudabilis nimis, & magnitudinis eius nõ est finis: & regnum eius regnũ omnium seculorum, & dominatio eius in omni generatione & progenie. In parte uero glorię sanctorum & beatitudinis uitæ æternæ diuisum à gehenna dici tantum potest, unde impij & peccatores omnisque non baptizatus est separatus, & parti gehennę est mãcipatus: dei aũt potentia nõ in parte est, & in parte nõ est, quia & sanctorũ requiei & peccatorũ damnationi ipse regnat in secula seculorum. Sinite itaq; paruulos uenire ad Christum uitam, ut eis perditam per Adam medicina sua redonet uitam. Venit enim non inaniter quęrere & saluare quod perierat: uos uidebat præscientia sua futuros hęreticos, uoscq; increpabat in Apostolis suis dicens: Sinite infantes uenire ad me, & nolite eos prohibere: taliũ est enim regnũ cœlorum. Talium:, ad cõparationem uidelicet ad se uenientium dixit, non omniũ paruulorum generaliter, etiã & qui in eo renati non sunt: ideo inquit: Sinite paruulos uenire ad me, id est, nolite eos credere me nõ indigere. nõ em̃ possunt uenire in regnũ patris mei nisi per me. Denicq; ait: Ego sum uia ueritas et uita, nemo uenit ad patrẽ, nisi per me. Quomodo eos ergo nõ baptizatos in domo mansionum patris mãsuros creditis, cum nemo uadat ad patrem, nisi per Christũ, qui uia est: nemo æternã habeat uitã, nec maneat in ueritate, nisi per ipsum qui uita est & ueritas? Sine me, inquit, nihil potestis facere. Nam sicut nemo uenit ad patrẽ, nisi per Christum: sic nemo saluandus uenit ad Christũ, nisi attrahente patre. Ipse enim dixit: Nemo uenit ad me, nisi pater q̃ misit me traxerit eum. Et uenire ad patrem & filiũ nemo potest, nisi operante spiritu sancto patris & filij, qui ubi uult spirat, & gratiam diuidit singulis prout uult: quam gratiam nõ à se dissociatam, sed indiuisa manu atq; potentia in homine tota unus deus & trinitas operatur. Quisquis ergo opus in se non habet trinitatis, id est, baptismum saluatorem: æternam uitam cum uiuentibus sanctis in regno cœlorũ non potest adipisci. Baptismus enim Christi opus est trinitatis, quia ipse est, dicente Apostolo Paulo, plenitudo diuinitatis: & non est, sicut & Petrus dicit in Actibus Apostolorum, in aliquo alio salus: Nec enim nomen aliud datum est sub cœlo hominibus, in quo oporteat nos saluos fieri. Ecce princeps Apostolorum Petrus in ueritate loquitur ueritatem, in nullo alio nomine hominibus datam sub cœlo salutem, nisi in Christo. Tu in mendacio da nomẽ aliud quod saluare possit paruulos, minime in Christi nomine, qui est, ut dixi, plenitudo dininitatis, baptizatos. Quisquis enim in Christo tingitur, in nomine patris & filij & spiritus sancti, quod est plenitudo diuinitatis in remissionem peccatorum salutis gratia baptizat̃. Et nos, inquies, sicut aliquoties à uobis audiuim⁹, in remissionem peccatorum, tam maiores ætate q̃ paruulos baptizamus. Et cum uobis ita contradictum fuerit à nobis, ergo est peccatum in paruulis, quod eis in sacro baptismate remittatur: respondetis, Nullum; tantum in adoptione filiorum baptizantur. Habet em̃ in eis gratia quod adoptet, non habet unda quod diluat: propter solã uero symboli formulã ut tradita consuetudo seruet̃, tinguntur in remissionem peccatorum. Maiores aũt propter quod usu liberi arbitrij peccata contrahere potuerunt, in remissionem peccatorum baptizantur. O cæca uestrorum sensuum corda. O magisterium quod obuolutum mortali nebula uobis diabolus propinauit. Quis hæc catholicorũ sapientissimus ferat? Quis uos non horreat potius nominare, q̃ cernere ut uerbũ dei fidele in parte ueri, & in parte mendacij esse prędicetis: id est, in maioríb⁹ uerax, quia uere in remissionẽ peccatorũ baptizantur: in paruulis aũt mendax, quia sic in remissionẽ peccatorum, ut non in remissionem peccatorũ tinganẽ. Quando iam uel quid à uobis dicitur uerum, aut diceẽ cum in illo loco ubi ueritas Christus in spiritu sancto baptizãs oms̃ curat ad se uenięntes peccati uulnere sauciatos, deo mendaciũ dicere non timetis? Verba nanq; dei sunt symboli uerba, non fefellit deus tradens per Apostolos suos Ecclesiæ suæ sanctæ catholicæ, credentes in remissionẽ peccatorum baptizari. Vt quid enim iussit in remissionem peccatorum, si non facit uere remissionem? Imò ideo iussit, quia facit. Est em̃ deus uerax, omnis aũt homo mendax. Omnino in remissionẽ peccatorũ baptizantur & paruuli, alioquin nõ habebunt in regno cœlorũ uitam. Dimittit̃ enim eis regeneratione spiritali, quod traxerunt, ut sæpe dixi, ex Adã generatione carnali. Stulte hęretice, respice ad Iesum, qui propterea uocatus est Iesus, id est, saluator: qa sic dicit Euangdlista: Ipse saluũ faciet populum suũ à peccatis eorum. Attende edictui eius: Nõ opus est sanis medicus, sed male habentibus, et aduersus eum falsum de paruulis dicere conticesce, quis eis potũ non sanis, sed ægrotantibus baptismum in suo sanguine procurauit, qui propterea catechizantur & exufflanẽ ac baptizantur, ut princeps huius mundi diabolus ex eis foras mittatur. Aut si non in illis diabolus exufflatur, cuius opere, id est, uitio peccati per Adam tenent̃ obnoxij, dicite cur imaginibus dei fit iniuria? Verũ opinor, q̃ eis baptismo uestro baptizãdis minime exuffletis, ne non imagini dei, sed diabolo faciatis iniuriam. Aut si exufflatis nullũ, ut putatis, crimẽ habentibus, quem in eis urgeatis dicite. Exufflatur ergo & increpatur in eis in catholica Ecclesia opus diaboli, nõ quod ipsi sunt, sed quod in ipsis est. Ipsi enim q̃ homines, opus dei sunt: quod uero in ipsis est peccatũ, opus diaboli est, hoc est, quod in illis odit deus, non ipsos opus suũ. Ob hoc si indebita gratia eius per baptismum mundati nõ fuerint, penitus Christianorum uitam non habebũt, in regnũ cœlorum non ingredientur: erunt aũt illic ubi circumcisi paruuli Iudæorum. Duas sanè fides & duo baptismata uos habere, si ipsi in tenebris ambulantes non cognoscitis, catholicorum nullus ignorat. Alia enim fide, ut superius ostendi, uobis dicentibus, baptizatis ętate maiores: alia paruulos, cum scilicet uerbum eos in remissione peccatorũ baptizatos p̃cipere corde nõ credatis.

Nos

Luc. 18
Ioan. 14
Ioan. 15
Ioan. 6
Col. 2
Acto. 4
Psal. 115
Matt. 11
Matt. 9

Universidad de Deusto
Biblioteca

Nos uero anathematizantes uos, Paulum in quo locutus est Christus, auscultamus prædicantem
Ephes. 4 & sequimur, qui unum corpus & unum spiritum esse dixit Ecclesiæ catholicę in Christo, unã fidem unum baptisma, unum deum & patrem omnium, qui super omnes & per omnia, & in omnibus nobis.

LIBER SEXTVS.

ICET latius de gratia & libero arbitrio superius disputatum sit, tamen addere etiam
L nõnihil quàmmaxime huic operi oportet, ut & uestra calumnia quã nobis obijcere soletis, per illuminationem gratiæ saluatoris reuincatur, imò refutetur, & nostræ fidei integritas comprobetur. Credere quippe nos uel prædicare suggillatis, quia cum lege dei & Prophetis, cũ Euangelio Christi eiusq; Apostolis prædestinationem dicimus, eò q; deus quosdam hominum sic prędestinet ad uitam regni cœlorum, ut si nolint orare, aut ieiunare, aut in omni opere diuino uigiles esse, eos omnino perire non posse, nec prorsus debere sui esse sollicitos, quos deus quia uoluit, semel iam eligẽdo prædestinauit ad uitam: quosdam uero sic prædestinauit in gehennæ pœnam, ut etiã si credere uelint, si ieiunijs, & oratiõibus omniq; se uolũtati diuinę subiecerint, in his deum nõ delectari, & uitam illis æternã in toto dari non posse, sic electione prædestinatos esse ut pereant. Deũ nos taliter operantẽ personarũ esse acceptorem dicere. Non miramur uos de nobis, id est, homines de hominibus falsa posse confingere, cũ uideamus uos sic à diabolo esse fascinatos, ut scripturas sanctas & ueridicas, ad uoluntatis uestrę intellectũ mutare nitamini, fidẽ Christi Apostolorũ prædicatiõe fundatam euertere, falsum dogma uestrũ anteponere ueritati. Hinc est utiq;, ut nõ possitis agnoscere ueritatẽ, imò hinc est, ut corrupti & abominabiles facti sitis in uoluntatibus uestris. Inclinate igitur aliquantulum patienter aurẽ cordis uestri, & qualiter mysteriũ prædestinationis credamus, qualiter ue prędicemus, audite. Animositatẽ etiam cõtradicendi diuinis eloquijs deponite. Potestis enim dono dei ueritatẽ facile reperire uel agnoscere, si contentiosi disciplinæ silentio esse destitueritis. Prius ergo ipsum nomẽ prędestinatiõis quid indicet, exponamus: deinde esse apud deum, qui sine acceptione personarũ est, prędestinationẽ diuinarum scripturarũ authoritate probabimus.

Prædestinatio & præscitia

Prædestinatio quippe à præuidẽdo & præuenendo uel præordinãdo futurũ aliquid dicitur: & ideo deus cui præscientia non accidens est sed essentia, fuit semper & est. Quicquid anteq; fit, sic prędscit, prædestinat, & ꝓpterea prędestinat, quia quale futurum sit præscit. Ideo & Apostolus: Nã quos prę
Rom. 8 sciuit, inquit, & prædestinauit. Sed non omne qđ præscit, prædestinat: Mala enim tantũ præscit, & non prædestinat. Bona uero & præscit & prædestinat. Quod ergo bonũ est præscientia prædestinat, id est, priusquam sit in re præordinat. Hoc cum ipso authore esse cœperit, uocat ordinat, & disponit. Vnde & sequitur. Nam quos prędestinauit, hos & uocauit: & quos uocauit, illos & iustificauit: quos autem iustificauit, illos & glorificauit. Iam igitur apertius differamus quod loquimur, quomodo erga humanum genus prescientia sua & prædestinatione deus generaliter, in quo iniquitas non est, utatur. Massæ itaq; humani generis, quæ in Adã & Eua prævaricatione damnabilis mortaliscq; facta est, non conditione diuina generaliter, sed ex debito pœna cruciatusq; gehennæ debetur: uenia uero non merito, sed dei iusti iudicis misericordię largitate confertur. Quia uero iustus & misericors dominus deus præsciusq; futurorum, ex hac damnabili massa non personarum acceptione, sed iudicio æquitatis suæ irreprehensibili, quos præscit misericordia gratuita præparat, id est, prædestinat ad æternam uitam: cæteros autem pœna, ut prædixi, debita punit, quos ideo punit, quia quid essent futuri præsciuit: non tamen ipse fecit puniendos uel prædestinauit, sed tantũ, ut dixi, in damnabili massa præsciuit. Quòd si à me quæris scire, cur duos ita differentes fecit deus, si personarũ acceptor nõ est, quia generaliter, aut punire debet iustitia, aut misericordia liberare: contende cum Paulo, imò si audes, argue Paulum, qui dixit Christo in se loquente: O homo tu quis es qui respondeas deo? Rom. 9
Nunquid dicit figmẽtum ei qui se finxit, ut qđ me sic fecisti? An non habet potestatem figulus luti ex eadem massa facere, aliud quidem uas in honorem, aliud uero in contumeliam? Ego autem hoc dico quod dixi, quia quicquid deus agit, misericorditer, iuste sanctéque facit, quia solus ipse præ
Rom. 11 sciendo scit quod homo nesciendo nescit. Quis enim cognouit sensum domini? Quis instruxit eum? Aut quis consiliarius eius fuit? Aut quis prior dedit illi & retribuet ei? Aut quis dicit ei quid feciſti? Non potest tantum iustus dici deus aut solum misericors, sed iustus & misericors. Sic legimus, sic credimus. Propterea quando illi cum Dauid misericordiam & iudicium cantamus, cantamus metuẽtes, nõ interrogamus quę sit uoluntas eius de iudicio & misericordia cõquirẽtes. Quòd si adhuc animositati tuæ, qua contentionis curru raptus per quæstionum campos inanis efferreris, hæc minime responsa sufficiũt: audi & alia quæ de altitudine diuitiarum sapientiæ & scientiæ dei, expauentes incomprehensibilia iudicia eius & inuestigabiles uias eius, sola tantum fidei cõsideratiõe proferimus: quia si scrutari uoluerimus secretum dei, quod iustitię ipsius solius notum est, comprehendere non ualemus, & impletur in nobis quod scriptũ est: Defecerunt scrutantes scrutinio. Quare? Quia accedis, inquit, homo ad cor altum & exaltabitur deus. Si forte cum sitis reprehensibiles, iudiciorum dei esse uos cõprehensibiles iactitatis, melius scilicet deo placentes quàm Paulus Apostolus, qui esse incõprehensibilia per spiritũ eius iudicia prædicauit: perpẽdite itaq; quo iudicio dictum

ctum est à Paulo & Barnaba prædicantibus uer- A
Act.14 bũ dei in Listris: In preteritis generationib. dimisit
omnes gentes ingredi uias suas, ut in idololatria si
mulachrorum perirent, & unam tantum gentem,
id est, Iacob elegit sibi dominus, & Israel in posses-
sionem sibi: cui soli utiq; legem ad cognoscẽdum
se, postpositis, ut dixi, cæteris generationibus de-
dit: uel cur iterum amissio facta est Iudæorum, ut
mundi fieret reconciliatio, id est, omnium gentiũ,
Rom.11 sicut dicit Apostolus: Si enim amissio eorum re-
conciliatio est mundi, quæ assumptio nisi uita ex
mortuis? Quasi impossibile erat deo omnipoten-
ti uno tempore uniuerso mundo legem dare, salu-
tem gratię Christi conferre, uel, ut ita dicam, ab in
itio lapsus Adæ id agere, quod diuersitate tempo-
rũ fieri eius arbitrio cedit. Docete etiã quare missio B
à spiritu sancto Paulo & Barnaba portare nomen
Acto.16 domini salutis causa in gentibus, cum transirẽt pre-
dicãtes Phrygiam & Galatię regionẽ, uetiti sunt
à spiritu sancto loqui uerbum dei in Asia? Et cum
uenissent in Mysiam uolentes ire in Bithyniã, non
permisit eos, inquit, spiritus Iesu. Sciebat, inquies, deus
quia crediturí non essent, & ideo nõ eos ire permi
sit ad loquendum uerbum dei. Stulte, deus est qui
iustificat impium, non præuentus humana uolun
tate, sed ipse præueniens hominis uoluntatem mi-
Psal.58 sericordia sua: Deus enim, inquit, meus, misericor
dia eius præueniet me. Audi & alium prophetam
Hiere.17 dicentem: Conuerte me domine, & conuertar: sa-
Rom.3 na me domine & sanabor. Vnde Apostolus: Iu-
stificati, inquit, gratis per gratiã ipsius per redem- C
tionem, quæ est in Christo Iesu. Audi gratis, & ta
ce de meritis. Nónne prohibitio ista sancti spiritus
aliud ostendit quàm uerbum domini Iesu dicentis
in Eugãelio: Spiritus ubi uult spirat? Hinc cogita,
hinc pande aliquid, quare spirat ubi uult, & non
ubiq;? Dicite etiam, quare predicantibus predictis
Paulo & Barnaba apud Antiochiam Pisidiæ Iu-
dæis ac gentibus salutem, nullus crediderit, nisi
quos exinde dominus præordinauit ut crederent?
Acto.13 Sic enim de ipsis pagina sancta testatur: Et credi-
derunt, inquit, quotquot erant præordinati ad ui-
tam æternam. hoc est, prædestinati. Ecce in omni-
bus quæ ex authoritate diuina protulimus, habes
misericordiam & iudicium: & certum est, quia per
sonarum acceptor non est deus, nec cuiusquã per-
sonam reueretur. Descende ergo si uales in pro-
fundum misericordiæ dei: Ascende si suffícis in al-
titudinem iustitiæ iudicij eius: Descende in longi-
tudinem & latitudinem inuestigabiliũ uiarum e-
ius, & si liquido penetraueris, hæc nobis tam me-
tuenda & incomprehensibilia secreta, de quibus
Paulus expauit, ipse intrepidus pande. Si autem,
ut superius dixi, iactatus curru inanium quæstio-
num cadis in fluctus uanæ contentionis, & uelut
nauis deserta gubernaculo per diuersa & incogni-
ta littora uolueris, nec prorsus ibi prospere naui-
gare potes, reuertere & sede in portu fidei catholi-
cæ, ubi te nulla possit fluuctuosæ curiositatis tem-
pestas turbare uel mergere. Quantumlibet eĩ sci-
re coneris, iudicia dei cõprehendere nõ uales, nec

ualebis: quia sicut nemo scit hominum quæ sunt
hominis, nisi spiritus qui in ipso est: ita quæ dei sunt
nemo scit nisi spiritus dei. Si qua ergo attingere ua
luerimus, non nostra solertia, sed dono spiritus san
cti reuelata esse debemus agnoscere. Si autem sci-
re non datur quod supra nos est, nec à nostra pusil
lanimitate quæratur. Præceptum est enim à scri-
ptura sancta: Altiora tene quæsieris, & fortiora te Eccl.3
ne scrutatus fueris in uanitate. Et: Altũ sapere no Rom.11
li, sed time. Timendum est prorsus & uenerandũ
profundum dei, quod nos rite fatemur inuestiga-
re non posse. Omnia, inquit, in mensura & nume Sap.11
ro & pondere cõstituisti domine. Quis igitur hãc
mensuram, hunc numerum, et hoc pondus dei suf-
ficit cõprehendere, ut constitutiones eius uniuer-
sas in his tribus definitionibus ualeat enarrare? In
mensura puto quòd constet qualitas, in numero
quantitas, in pondere ratio peræquata. Sed hæc
tria, id est, qualitas & quantitas & ratio peræqua-
ta, in iudicio & misericordia dei cõstãt: quia in his
duobus terminis sanctis concluſa sunt, in quibus
per hæc mundum cõstituit, gubernat, & iudicatu-
rus est. In his deus iudex iustus comprehendi non
potest, nec potest reprehendi. Omnia ergo quæ su
perius diximus, uel dicemus, in claustro horũ triũ
nobis abscondita nunc latent: quæ solis clauibus
iudicij & misericordiæ dei tunc reserabũtur ut sci-
antur, quando in aduentu domini illuminabuntur
abscondita tenebrarũ, & reuelabuntur cõsilia cor
dium, ut sit laus unicuiq; à deo uel pœna. Oportet
igitur ut ad ea quæ superius disputare cœpimus, C
reuertamur. Diximus nanque de damnabili hu-
mani generis massa deum præsciisse misericordia,
non meritis, quos & electione gratiæ prædestina-
uit ad uitam: Cæteros uero qui iudicio iustitiæ e-
ius ab hac gratia efficiuntur expertes, præscisse tan
tum uitio proprio perituros, non ut perirent præ-
destinasse. Sed, ut dixi, quos in operibus impieta-
tis & mortis præsciuit, non præordinauit, nec im-
pulit, in quibus deum prouocantes ad iracũdiam,
salutis fidem aut prædicatam sibi accipere nolũt,
aut deo iudice non possunt, uel accepta male u-
tuntur, & ob hoc traduntur in reprobum sensum,
ut faciant ea quæ non conueniunt: his pœnam pre-
destinatam esse rite fatemur. Quod ut probare ua-
D leamus, solum reor ad exemplũ sufficere Iudam:
Hunc enim deus cum præsciisset in uitijs propriæ
uoluntatis pessimum fore, id est, electione discipu
latus sui bene à Christo conferenda male usurum,
& auaritia ardentem precio Iudæis dominũ tradi-
turum, pœnam ei predestinauit ex merito, dicente
per Dauid spiritu sancto: Deus, laudem meam ne Psal.108
tacueris, quia os peccatoris & dolosi super me a-
pertum est, id est, Iudæ uel Iudæorũ in Christum.
Iudæ cũ dicit: Quid uultis mihi dare, & ego uobis Matt.26
eum tradam? Et post pecuniæ sponsionem dans si-
gnum traditionis: Quẽcunq;, inquit, osculatus fue
ro, ipse est, tenete eum. Ideo super me, ait, apertum
est. Cũ enim signũ dedit, ore doloso aperuit quem
tenerent. Iudei quoq; cum eum uolentes dolo per-
dere, ut Euangelium pandit, clamauerũt dicẽtes:

Crucifige

Universidad de Deusto

Crucifige crucifige eum. Et post pusillū sequitur:
Psal.9 Constitue super eum peccatorē, id est, super Iudā,
& diabolus stet à dextris eius. Cum iudicatur, exe
at condemnatus, & oratio eius fiat in peccatū. Fi
ant dies eius pauci & Episcopatū eius accipiat al
ter. Est post cætera quæ de eo sequūtur: Pro eo, in
quit, ꝙ non fit recordatus facere misericordiā: Et
persecutus est hominem pauperem & egenum, &
cōpunctum corde morti tradidit: & sequentia re
liqua quæ in eius prædicta sunt persona. Nam si
cut narrat liber Actuum Apostolorum, de eo præ
dicta et in ipso cōpleta esse, sanctus probat Aposto
lus Petrus, cum loco eius unū ex his qui cum A
postolis congregati erāt, propter testimoniū resur
rectionis Iesu Christi subrogari oportere denūci
Actu.1 at, dicens: Viri fratres, oportet impleri scripturam
quam spiritus sanctus prædixit per os Dauid de
Iuda, qui fuit dux eorum qui comprehenderunt Ie
sum, qui connumeratus erat in nobis, & sortitus
est sortem ministerij huius. Et hic quidem possedit
agrum de mercede iniquitatis, & suspēsus crepuit
medius, & diffusa sunt omnia uiscera eius. Notum
autem factum est omnibus habitantibus Hierusa
lem, ita ut appellaretur ager ille lingua eorum A
cheldemach, hoc est, ager sanguinis. Scriptum est
Psal.68 enim in libro Psalmorum: Fiat commoratio eius
deserta, & non sit qui inhabitet in ea, & episcopa
tum eius accipiat alter. Et post pauca sequētia: Sta
tuerunt, inquit, duos, Ioseph qui uocabatur Bar
sabas, qui cognominabatur iustus, & Mathiam, et
orantes dixerunt: Tu domine qui corda hominū
nosti, ostende quem elegeris ex his duobus unum,
accipere locum ministerij huius & Apostolatus,
de quo præuaricatus est Iudas ut abiret in locum
suum: & cætera. Vbi ergo cōmemoratio operum
eius malorum à sancto fit spiritu in Psalmis, priu
quam esset præscitus est, non factus, quòd talis ad
uersus filium dei futurus esset. Si enim factus esset,
inculpabilis esset, & dei opificio reputaretur, non
Iudæ: Iniuste etiam in eum prolata damnatio es
set. Sed absit hoc à summo bono iudice, authore
omnium bonorum deo, damnatore uero cuncto
rum malorum: quia mala Iudæ, ut prædixi, præsci
uit, non fecit: Et tamen in quibus præsciuit, iudi
cio iusto tradens eum in reprobum sensum, ut im
pleret permisit. Et ideo permisit, quia per spiritum
sanctum eum periturum ante prædixit: Quia sicut
Christum oportebat pati per Iudam, præcinente
per prophetas sancto spiritu: ita oportebat Iudam
perire eodem sancto spiritu prędicente: de eo enim
Ioan.17 dictum est: Nemo periit, nisi filius perditionis. Nā
pœnam illi prædestinatam pro malis suis, in qui
bus ut sæpe dixi præscitus est tantum, non præde
stinatus, illic plane agnoscimus, ubi de eo dicitur
ab Apostolo Petro: Vt iret in locum suū, translato
scilicet in alterum honore Episcopatus eius: Vel
certe ubi legitur, quòd damnatus sit antequam na
tus, secundum id quod disputatione prædiximus.
Talis ergo periturorum omniū causa est, licet cul
pa sit à culpa dissimilis. Verum aūt esse quod dixi
mus, licet plene sit disputatum, id est, perituris pœ

A nam esse prædestinatam, audi Petrum Apostolū,
cū futuros esse pseudoprophetas & magistros men
daces & apostatas in Ecclesia dicit, sicut fuerunt
2.Pet.2 in populo ueteri: Quibus iudiciū, inquit, iam olim
non cessat, & perditio eorum non dormitat. Item
Iudas Apostolus: Subintroserunt, ait, quidam
homines, qui olim præscripti sunt in hoc iudicium
impij domini nostri gratiam transferentes in luxu
riam, & solum dominatorem & dominum Iesum
negantes Christum. Et dominus in Euāgelio pec
catoribus: Ite in ignem æternum, quem præpara
Matt.25 uit pater meus diabolo & angelis eius. Prędestina
tis autem: Venite benedicti patris mei, percipite
regnum paratum uobis ab origine mundi, id est,
prædestinatum. Tenenda est igitur inconcusse hu
B ius disputationis regula, quæ diuinis testimonijs
claruit, peccatores in malis proprijs antecȝ essent
in mundo, præscitos esse tantum, non prædestina
tos: pœnam autem eis esse prędestinatam secundū
quod præsciti sunt. Paruulos quoque non renatos
ex aqua & spiritu sancto, prædestinatæ pœnæ esse
obnoxios, qui præsciti sunt non proprijs uolunta
tibus, quorum nullæ uel bonæ uel malę sunt, nisi
tantum in Adæ peccato, quod traxerunt nascen
tes, & in hoc manentes soluerūt tempus uitæ præ
sentis. Quid enim de his iudicium iustitiæ faciat,
quibus misericordia non subuenit, qui pura fide
credit dicenti domino: Qui nō manducat carnem
Ioan.6 meam & bibit meum sanguinem, non habebit in
se uitam: intelligit, & à contentione recedit. Qui
C uero secundum propositum dei uiuunt, pręscitos
esse & prædestinatos electione gratuitæ gratiæ e
ius, & regnum eis cælorum esse prædestinatum si
ne dubitatione dicendum est. Hoc enim Aposto
lus Paulus probat, cum ante eos prædestinatos
& electos esse testatur, quàm mundus constituere
tur. Scribens enim Ephesiis dicit: Sicut elegit nos
Ephe.1 in ipso, id est, in Christo, ante mundi constitutio
nem, ut essemus sancti & immaculati in cōspectu
eius in charitate, qui prædestinauit nos in adoptio
nem filiorum per Iesum Christum in ipsum. Ta
ceat humana lingua, nec prorsus in prędestinatiōe
de meritis extollatur. Attendat dictum, ante mun
di constitutionē: Diuinę uoluntatis est hoc donū,
non humanę fragilitatis meritum. Deniqȝ attende
D quid sequatur: In quo habemus, ait, redemptiōem
per sanguinē eius remissionem peccatorum secun
dum diuitias gratiæ eius, quæ superabundauit in
nobis in omni sapientia & prudentia, ut notum fa
ceret nobis sacramentum uoluntatis suæ, secundū
beneplacitū eius quod proposuit in eo, in dispē sa
tionem plenitudinis temporū instaurare omnia in
Christo quę in cœlis, & quę in terra sunt in ipso. In
quo etiā sumus prædestinati secundū propositū e
ius, qui omnia operat secundum consiliū uoluntā
tis suæ, ut simus in laudē gloriæ eius, qui speraui
mus in Christo. Audi secundū diuitias, inquit, gra
tiæ eius quæ superabundauit in nobis, id est, qua
pręuenit nos, ingt, ut notū faceret nobis sacramen
tum uolūtatis suę. Audi ꝙ omnia operat secundū
consilium uoluntatis suæ: Nunquid meæ uel tuæ

aut

aut alterius, ut meritis cõstet? Absit, sed suæ. Quæ etiam in his quos prædestinauit opera bonę prępa-
rat uoluntatis, ut in his ambulet,, secundum quod
Ephes. 2 idem in eadem epistola dicit: Gratia em̃ estis salua-
ti per fidem, & hoc nõ ex uobis: dei enim donum
est, non ex operibus, ne quis glorietur. Ipsius enim
sumus factura, creati in Christo Iesu in operibus
bonis, quæ pręparauit deus ut in illis ambulemus.
Audi, in operibus bonis quæ præparauit deus. Et
si quid te boni posse uides, age gratias præparanti
ꝙ potes, non propriæ uoluntati: quia omnino sine
Ioan. 15 illo nihil potes, qui dixit: Sine me nihil potestis fa-
cere. Nolite itaq; putare ꝙ hęc et huiusmodi dicen-
tes, liberum uoluntatis amputemus arbitriũ, cum
tamen constet ea quæ loquimur ex authoritate di-
uina pendere: uel ut nobis calumniam obijcitis, ꝙ
operari bona, & oportere esse in dei proposito sol-
licitos prohibeamus. Quin potius, q se dono gra-
tiæ ad dei misericordiam sentiunt peruenire, hor-
tamur oportere incũbere orationibus, obsecratiõi-
bus, ieiunijs, uigilijs, omniq; operi uoluntatis diui-
nę. Prædestinatis enim dicit Apostolus, cũ tamen
generale sit quod illis dicit à Christo prędestinato
secundum carnẽ ex semine Dauid, prædestinante
aũt secundum potentiam dei patris cum patre &
Matt. 26 spiritu sancto: Vigilate & orate ne intretis in tenta-
Luc. 21 tionem. Item: Vigilate in omni tempore orãtes, ut
digni habeamini fugere ista omnia quę futura sunt
& stare ante filiũ hominis. Item: Contendite intra-
re per angustã portam. Item: Vos amici mei estis,
si feceritis quæ præcipio uobis. Et multa alia quæ
longum est enarrare. Sed ut superius nominaui,
qui eis dixit: Sine me nihil potestis facere: per ip-
sum quæ iubentur facere possunt. Huiusmodi in
Christo esse electos dei, ait Apostolus, in quo præ-
destinati sunt secundum propositũ eius qui om̃ia
operatur. Intellige dictũ, qui omnia operat̃, & cre-
de opus esse dei, opera eorum qui ambulant secun-
dum propositũ dei. Qui ergo absq; prædestinatio-
nis gratia sunt, id est alieni à ꝓposito dei, & perdu-
rant in operibus malis, si etiã ex hac uita migraue-
rint, nos eos dicimus ut uos putatis, ita à deo om-
nium opifice ordinatos ut perirent, tanq; ipse illis
mores malæ uitæ creauerit, ipse ad om̃e opus mor-
tis inuitos præcipitauerit. Absit à diuino proposi-
to. Non em̃ uolens est iniquitatẽ deus, nec manda-
Psal. 5 uit cuiq; impie agere, nec alicui dedit laxamentum
peccandi. Fecit enim ut essent omnia, & sanabiles
nationes orbis terrarum. In uidia aũt diaboli mors
intrauit in orbem terrarũ. Imitãtur ergo illum qui
sunt ex parte illius. Nec dicimus, ut fingitis, & si
credere uelint uel bonis operibus dei uacare, deũ
hæc illis nolle præstare, cum huiusmodi uelle dei
sit donum. Si ergo ex deo est quod uolunt, uult de-
us perfectum fieri quod donauit. Si aũt ex deo nõ
est, sed est de iactantia propriæ uoluntatis, qua se
meritis deum ęstimant promereri, manifeste quod
uolunt capere non possunt, quia non uolentis, in-
quit, Apostolus, neq; currentis, sed miserentis est
dei. Et quia non potest homo à se facere quicq; ni-
si datum illi fuerit desuper, non hoc agit deus sum

A me bonus malitia, sed iustitia, nec personarum ac-
ceptione, sed causarum secretarũ discretione. No-
uimus nonnum̃q; quosdam uolentes æternæ uitæ
fidem accipere, & eam adipisci: quosdam aũt non.
Aliquos etiam nolentes consequi, cum eis diuina
gratia, aut dederit, uel immutauerit uoluntatem: a-
liquos non. Nouimus aliquos etiam perfectos ex
labore multorũ annorum, prolapsos in ultimo ui-
tæ suæ & perijsse. Aliquos uero ab ineunte ætate
sua in omni scelere & damnabilitate usq; ad decre-
pitam ætatẽ perdurasse, & repente cœlitus inspira-
ta salute, raptos esse ad requiẽ regni cœlorum. No-
uimus etiã paruulos, quibus usus liberi arbitrij nõ
est, ut de bonis aut malis eorũ meritis iudicemus,
parentũ manibus ad gratiam sacri baptismatis de-
B portatos, & cum in uno eorũ per manus sacerdo-
tis mysteriũ fidei adimpleretur, aliquoties alterum
in parentũ manibus factum exanimẽ, fraudatum
gratia saluatoris. Quis sapiens & intelligens hæc?
Aut quis idoneus erit horũ reddere rationem? Di-
camus cũ Dauid: Iustus dominus in omnibus uijs Psal. 144
tuis, & sanctus in om̃ibus operibus suis. Et: Quàm Psal. 91
magnificata sunt opera tua domine, nimis profun-
dæ factæ sunt cogitatiões tuæ. Dicamus etiã cum Rom. 11
Apostolo Paulo: O altitudo diuitiarũ sapientię &
C scientiæ dei, cuius incomprehensibilia sunt iudicia e-
ius, & inuestigabiles uię eius: Sed si adhuc hac red-
dita ratione uultis esse cõtentiosi, nec acquiescere
ueritati, nobis tamen eo ꝙ male de deo iusto ac mi-
sericordissimo sentiamus, calumniari definite: sed
ipsum potius dominũ Iesum Christũ, cuius Euan-
gelium sequimur, si audetis arguite: cũ illo iurgiũ
sumite litigãdi: illi quod absit, male sensisse de deo
patre suo calũniamini: qui ait: Multi quidem uoca- Matt. 22
ti, pauci uero electi. Et: Nemo potest uenire ad me Ioan. 6
nisi pater qui misit me traxerit eum. Et: Nemo po-
test uenire ad me, nisi datum ei fuerit à patre meo.
Et: Non omnes capiunt uerbũ hoc, nisi quibus da- Matt. 19
tum est. Cætera etiam q̃ plurima. Falsum est ergo 2. Tim. 2
inquies, quod ait Apostolus de deo: Qui uult om-
nes homines saluos fieri, & ad agnitionem ueritа-
tis suæ uenire? Omnino nõ est falsum, quia omne
quod uult deus facere potest, nec prorsus humana
uoluntate quod uult præpeditur. Sed quæro à uo-
bis ut dicatis, quare deus q uult om̃es homines sal-
uos fieri, quorundã, ut dicit Esaias Propheta, excę-
cat oculos ne uideant, & obdurat corda ne intelli-
D gant, ne cõuertantur & sanentur? Quod uerũ esse
Ioannes Euangelista confirmat dicens de Iudæis. Ioan. 12
Propterea nõ poterant credere, quia dixit Esaias: Esa. 6
Excæcauit oculos eorũ, & indurauit cor eorũ, ut
non uideant oculis & intelligãt corde, & conuer-
tantur & sanem eos. Item in Euangelio secũdum Mar. 4
Marcum, cũ Iesum interrogarẽt discipuli sui de pa-
rabola seminis: Vobis, inquit, datũ est nosse myste-
rium regni dei: illis aũt qui foris sunt, in parabolis
omnia fiunt, ut uidentes uideant & nõ uideant, &
audientes audiãt & non intelligant, ne quãdo con-
uertantur & dimittant̃ eis peccata. Dicite igitur,
quare deus qui personarũ acceptor nõ est, & uult
omnes homines saluos fieri, aliquorũ corda rese-
rat

rat ad credendū, oculos illuminat ad uidendū, & ad sciendum mysteriū regni cœlorum, quo scilicet salui fieri possint: aliorum uero, ut lectionis textus dixit, inuoluens in parabolis ueritatem, obtundit cor, excæcat oculos, claudit aures, ne Euāgelium salutis agnoscant, ne remissionem accipiant peccatorum. Dicite quæso, qualiter hæc loca Euangelij accipitis: docete quid hic de deo, qui uult omēs homines saluos fieri, sentitis. Ecce iam omnes generaliter salui non sunt, cum alijs datur uiam nosse salutis, alijs non datur. Hæc itaq; cum facit deus, non personarum acceptione facit, non iniustitia, sed iustitia inenarrabili, & misericordia indebita. Quoniā uero hinc liquidò utraque pars dicere nihil ualemus, credamus tantum reum mortis ex iudicis uoluntate pendere. Ne quisquam autem putaret diuino iudicio fieri, non omnes homines saluari, dixit Apostolus, qui uult omnes homines saluos fieri. Quapropter omnes homines qui saluantur, dei uoluntate saluantur. Deus enim noster deus saluos faciēdi, & domini domini exitus mortis. Et: Quia ira in furore eius, & uita in uoluntate ipsius. Intelligite itaq; in furore iustitiam, in uoluntate misericordiam. Prædestinationem igitur negare quam apud deum esse breuiter probauimus, immanis blasphemia est; quam nō tantum sicut scietis dicere, in Apostolis debemus accipere, sed in Patriarchis & Prophetis, & martyribus & confessoribus, in omnibus sanctis & digne seruientibus deo. Hinc nemo glorietur, nemo desperet. Solus enim dominus scit qui sunt eius. Inquantum aūt possumus, omnes homines ad bonum opus exhortemur, nulli desperationē demus, pro inuicem oremus, in conspectu dei nos humiliemus dicentes: Fiat uoluntas tua. Ipsius erit potestatis, iudicium in nobis debitum mutare damnatiōis, & gratiam prædestinationis indebitam prærogare.

Matt. 6

Hypognosticon finis.

AD LECTOREM.

Huius operis Augustinus non meminit in Catalogo suarum lucubrationum, sed omnia sic referunt ingenium illius, ut de authore nihil sit dubitandum.

D. AVRELII AVGVSTINI HIPPONENSIS EPISCOPI, AD EVTROPIVM & Paulū Episcopos, liber de perfectione iustitiæ hominis, contra Celestium.

SANCTIS fratribus & coepiscopis, Eutropio & Paulo Augustinus. Charitas uestra, quæ in uobis tanta est, & tam sancta ut etiam iubenti seruire delectet, petiuit ut definitionibus, quæ dicuntur Celestij esse, respōdeam. Sic enim prenotata est eadem chartula quam dedistis.

Definitiones ut dicitur Celestij: quæ prænotatio credo, quòd non illius, sed eorum sit qui hoc attulerunt de Sicilia, ubi Celestius non esse perhibetur. Sunt enim multi talia garrientes, & sicut ait Apostolus, ipsi errantes & alios in errorē mittentes: ex illius tamen hæc esse doctrina uel etiā quorundam sectatorum eius, & nos possumus arbitrari. Nam neq; istæ breues definitiones, uel potius ratiocinationes ab illius abhorrēt ingenio, qd in opere alio eius inspexi, cuius eum esse constat authorem: & non frustra istos fratres qui hæc attulerunt, in Sicilia existimo audisse, quòd ipse docuerit ista uel scripserit. Vellem autem si possem, ita obtemperare uestræ fraternæ beneuolentiæ, ut etiam ego tam breuiter responderem. Sed nisi & illa commemorem quibus respondeo, quis poterit quemadmodum responderim iudicare? Conabor tamen quantum ualuero, adiuuantibus me apud domini misericordiam etiam orationibus uestris, ut non ultra quàm necesse est meus sermo procurrat. Ante omnia, inquit, interrogandus est qui negat hominē sine peccato esse posse, qd sit quodcunque peccatum: quod uitari potest, an quod uitari non potest. Si quod uitari non potest, peccatum non est. Si quod uitari potest, potest homo sine peccato esse, quod uitari potest. Nulla enim ratio uel iustitia patitur saltem dici peccatum, quod uitari nullo modo potest. Respondemus, uitari posse peccatum, si natura uitiata sanetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Intantum enim sana non est, inquantum id quod faciendum est, aut cęcitate non uidet, aut infirmitate non implet; dum caro concupiscit aduersus spiritum, & spiritus aduersus carnem, ut ea quæ non uult homo faciat. Iterum, ait, quærendum est, peccatum uoluntatis, an necessitatis est? Si necessitatis est, peccatum non est: si uoluntatis est, uitari potest. Respondemus quod supra, & ut sanemur inuocamus eum, cui dicitur in psalmo: De necessitatibus meis educ me. Iterum, inquit, quærendum est, quid sit peccatum? Naturale an accidens? Si naturale, peccatum non est. Si autem accidens est, & recedere potest: & quod recedere potest, uitari potest: & quod uitari potest, potest homo sine eo esse quod uitari potest. Respondetur, naturale non esse peccatum, sed naturæ præsertim uitiatæ, unde facti sumus natura filij iræ: parumq; esse ad non peccandum uoluntatis arbitrium, nisi adiuta sanetur gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Iterum, ait, quærendum est, quid est peccatū, actus an res? Si res est, necesse est ut authorem habeat: & si authorem habere dicitur, iam alter prēter deum rei alicuius author induci uidebitur: at si hoc dici impium est, & confiteri necesse est peccatum omne actum esse, non rem. Si igitur actus est, immo quia uere actus est, uitari potest. Respondemus, peccatum quidem actum dici & esse, non rem. Sed etiam in corpore claudicatio eadem ratione actus est, non res. Quoniam res, pes ipse uel corpus uel homo est, qui pede uitiato claudicat, nec tamē uitare potest

2. Tim. 3

Ratiocinatio 1

Responsio

Galat. 5

Ratiocinatio 2

Responsio

Ratiocinatio 3

Responsio.

Ephe. 2

Ratiocinatio 4

Responsio

homo claudicationem, niſi habeat ſanatũ pedem. Quod etiã in interiore homine fieri poteſt, ſed gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Ipſum ſanè uitium quo claudicat homo, nec pes eſt, nec corpus, nec homo, nec ipſa claudicatio, quæ utique non eſt quando non ambulat, cum tamen inſit uitium quo fit claudicatio quãdo ambulat. Quærat ergo quod eidẽ uitio nomẽ imponat: utrum rem uelit dicere, an actũ, an rei potius qualitatem malam, qua deformis actus exiſtit. Sic & in homine interiore animus res eſt, rapina actus eſt, auaritia uitium eſt: id eſt, qualitas ſecundum quam malus eſt animus, etiam quando nihil agit unde auaritiæ uel rapinę ſeruiat, etiam quando audit: Nõ concupiſces ſeq; uituperat, & tamẽ auarus manet, ſed per fidem renouatur: id eſt, ſanatur de die in diem, nec tamen niſi gratia dei per Ieſum Chriſtum dominum noſtrum. Iterum, inquit, quęrendum eſt: utrum ne debeat homo ſine peccato eſſe. Proculdubio debet. Si debet, poteſt: ſi non poteſt, ergo nec debet. Et ſi non debet homo eſſe ſine peccato, debet ergo cum peccato eſſe, & iam peccatum non erit, ſi illud deberi conſtiterit. Aut ſi hoc etiam dici abſurdum eſt, confiteri neceſſe eſt, debere hominem ſine peccato eſſe, & conſtat eum non aliud debere quàm poteſt. Reſpondetur eadem ſimilitudine qua ſuperius iam reſpõdimus. Cum enim uidemus claudum qui ſanari poteſt, recte utique dicimus, debet homo iſte eſſe ſine claudicatione: & ſi debet, poteſt: nec tamen cum uult continuo poteſt, ſed cum fuerit adhibita curatione ſanatus, & medicina adiuuerit uoluntatẽ. Hoc fit in interiore homine, quod ad peccatũ attinet tanquã ad eius claudicationẽ, per eius gratiam, qui uenit non uocare iuſtos, ſed peccatores: quia nõ eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus. Iterũ ait, quærendum eſt: utrum præceptum ſit homini ſine peccato eſſe. Aut enim non poteſt, & præceptum non eſt: aut quia præceptũ eſt, poteſt. Nam cur præciperetur, quod fieri omnino nõ poſſet? Reſpondet: Conſultiſſime homini præcipi, ut rectis paſſibus ambulet, ut cũ ſe non poſſe perſpexerit, medicinã requirat, quę interionis hominis ad ſanandã peccati claudicationẽ, gratia dei eſt per Ieſum Chriſtum dominũ noſtrum. Iterum ait, quærendum eſt: an uelit deus hominẽ ſine peccato eſſe. Proculdubio uult, & procul dubio poteſt. Quis em̃ tam demẽs eſt, ut uel dubitet fieri poſſe quod deum uelle non dubitat? Reſpondetur: Si nollet deus hominem ſine peccato eſſe, nõ mitteret filium ſuũ ſine peccato, qui ſanaret homines à peccatis. Hoc fit in credentibus & proficientibus renouatione interioris hominis de die in diem, donec fiat perfecta iuſtitia tanq; ſanitas plena. Iterum, ait, quærendum eſt: quomodo uult deus hominem eſſe, cum peccato, an ſine peccato? Proculdubio non uult eſſe cũ peccato. Quanta hæc impietatis blaſphemia ſit cogitandum eſt, ut dicatur hominẽ poſſe eſſe cum peccato, quod deus non uult: et negetur poſſe eſſe ſine peccato, quod deus uult: quaſi aliquẽ ad hoc deus creauerit ut poſſit eſſe quod nolit, & nõ poſſit eſſe

Exodi 20
2. Cor. 4
Ratiocinatio 5
Reſponſio
Ratiocinatio 6
Reſponſio
Ratiocinatio 7
Reſponſio
Ratiocinatio 8

A quod uelit, & ut contra ſuam magis quàm ut ſecundum ſuam exiſteret uoluntatem. Iam ſuperius reſponſum eſt, ſed addendum uideo, quòd ſperando ſalui facti ſumus. Spes autem quæ uidetur non eſt ſpes. Quod enim uidet quis, quid ſperat? Si autem quod non uidemus ſperamus, per patientiam expectamus. Tunc ergo erit plena iuſtitia, quando plena ſanitas: tunc plena ſanitas, quando plena charitas. Plenitudo enim legis charitas. Tunc autem plena charitas, quando uidebimus eum ſicuti eſt. Neq; enim erit quod addatur ad dilectionem, cum fides peruenerit ad uiſionem. Iterum quærendum eſt, inquit, per quid efficitur homo cũ peccato, per naturæ neceſſitatẽ, an per arbitrij libertatẽ? Si per naturæ neceſſitatẽ, culpa caret: ſi p arbitrij libertatẽ, quęrendum eſt à quo ipſam arbitrij libertatem acceperit. Proculdubio à deo. Deus aũt quod dedit, certe bonũ eſt, negari em̃ non poteſt. Qua igitur ratione bonum probatur, ſi magis ad malum quàm ad bonũ pronum eſt? Magis enim ad malum quàm ad bonum pronum eſt, ſi homo per illud poteſt eſſe cum peccato, & non poteſt eſſe ſine peccato. Reſpondetur: Per arbitrij libertatem factum ut eſſet homo cum peccato, ſed iam pœnalis uitioſitas ſubſecuta, ex libertate fecit neceſſitatem. Vnde ad deum fides clamat: De neceſſitatibus meis educ me. Sub quibus poſiti, uel nõ poſſumus quod uolumus intelligere: uel qđ intellexerimus, uolumus, nec ualemus implere. Nã & ipſa libertas credentibus à liberatore promittitur.

C Si uos, inquit, filius liberauerit, tunc uere liberi eritis. Victa enim uitio in quod cecidit uolũtate, caruit libertate natura. Hinc alia ſcriptura dicit: A quo em̃ quis deuictus eſt, huic & ſeruus addictus eſt. Sicut ergo nõ eſt opus ſanis medicus, ſed male habentibus: ita nõ eſt opus liberis liberator, ſed ſeruis, ut ei dicat gratulatio libertatis: Saluaſti de neceſſitatibus animam meam. Ipſa enim ſanitas eſt uera libertas, quæ non periſſet, ſi bona permanſiſſet uoluntas. Quia uero peccauit uoluntas, ſecuta eſt peccantem peccatum habendi dura neceſſitas, donec tota ſanetur infirmitas: et accipiatur tanta libertas, in qua ſicut neceſſe eſt permaneat beate uiuendi uoluntas, ita ut ſit etiã bene uiuendi & nunquam peccandi uoluntaria felixq; neceſſitas.

D Proinde, inquit, Deus bonum hominẽ fecit, & præterquam illum bonum fecit, bonum ei inſuper ut faceret impetrauit. Quàm impium, ut confitear mur hominẽ malum eſſe, quod nec factus eſt, nec ei præceptũ eſt, ſi negamus eum bonũ poſſe eſſe, quod factus eſt, & quod ei ut faceret imperatũ eſt.

Reſpondemus: Quia ergo nõ ſeipſe homo, ſed deus bonum hominem fecit: deus eum, non ſeipſe ut ſit bonus reficit, dum uolentẽ, credentem, inuocantem liberat à malo, quod ſibi ipſe fecit. Hoc aũt fit, dum gratia dei per Ieſum Chriſtũ dominum noſtrum renouatur homo interior de diẽ in diẽ, ut ad ſempiternã, non pœnam, ſed uitã reſurgat homo exterior in nouiſſimo die. Iterum, ait, quærendum eſt quot modis conſtat omne peccatũ? Duobus ni fallor, ſi aut illa fiant quæ prohibentur, aut illa

Reſponſio
Ratiocinatio 9
Reſponſio
Ratiocinatio 10
Reſponſio
Ratiocinatio 11

illa non fiant quæ iubentur. Tam certe omnia illa quæ prohibita sunt uitari possunt, quàm quæ præcepta sunt perfici. Nam frustra aut prohiberet aut iuberetur, quod uel cauer i uel impleri non possit. Et quomodo negabimus posse esse hominem sine peccato, cum confiteri necesse sit, eum tam omnia illa quæ uetantur posse cauere, q̃ quę imperantur
Responsio efficere? Respondetur. Multa esse in scripturis sanctis diuina præcepta, quæ omnia cõmemorare nimis operosum est. Sed dominus qui uerbũ consummans, & breuians fecit super terram, in duob⁹ præceptis dixit legem prophetas q̃ pendere: ut intelligeremus quicquid aliud diuinitus pręceptum est, in his duobus habere finem, & ad hæc duo esMatt. 22 se referendum: Diliges dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, & ex tota mẽte tua: & diliges proximum tuum tanq̃ teipsum. In his, inquit, duobus præceptis tota lex pendet et Prophetę. Quicqd ergo dei lege prohibemur, & quicquid iubemur facere, ad hoc prohibemur & iubemur, ut duo ista cõpleamus. Et forte generalis
Exodi 20 prohibitio est, Non cõcupisces: et generalis iussio, Diliges. Vnde breuiter & Apostolus Paulus quodam loco utrunq̃ cõplexus est. Prohibitio em̃ est,
Rom. 12 Nolite conformari huic seculo: Iussio aũt, Sed renouamini in nouitate mẽtis uestræ. Illud pertinet ad non concupiscere, hoc ad diligere: Illud ad continentiam, hoc ad iustitiam: Illud ad declinandũ à malo, hoc ad faciendum bonum. Non cõcupiscendo enim uetustate expoliamur, & nouitate induimur diligẽdo. Sed nec quisq̃ potest cõtinens esse, nisi deus det, & charitas dei diffundatur in cordibus nostris, nõ per nosipsos, sed per spiritum sanctum qui datus est nobis. Hoc aũt fit de die in diẽ in ijs qui uolendo & credendo & inuocando prosiciunt, & præterita obliuiscẽtes, in ea quę ante sunt extenduntur. Ad hoc enim lex ista præcepit, ut cũ in his implendis homo defecerit, non se extollat superbia tumidus, sed ad gratiam confugiat fatigatus, ac sic eum lex terrendo, ad Christum diligen-
Ratiocinatio 12 dum pædagogi perducat officio. Iterum quærendum est, inquit: Quomodo non potest homo sine peccato esse, uoluntate an natura? Si natura, peccatum non est: si uoluntate, perfacile potest uo-
Responsio luntas uoluntate mutari. Respondemus admonentes esse cogitandũ quanta sit ista præsumptio, D qua dicitur non solum posse, quod quidem adiuuante gratia dei negandum non est, sed etiam perfacile posse uoluntatem uoluntate mutari, cum di-
Gal. 5 cat Apostolus: Caro concupiscit aduersus spiritũ, & spiritus aduersus carnem: Hæc enim sibi inuicem aduersantur, ut non ea quæ uultis faciatis. Non enim ait: Hæc inuicem aduersantur, ut quæ potestis facere, nolitis: sed, ut non ea quæ uultis faciatis. Cur ergo concupiscentia carnis quę utique culpabilis atque uitiosa est, nihilq̃ est aliud quàm desiderium peccati, quod idem Apostolus præcipit, ne regnet in nostro mortali corpore, ubi satis ostẽdit esse tamen in nostro mortali corpore, quod permittendum nõ sit ut regnet. Cur ergo ista concupiscentia non mutata est ea uoluntate, quam uoA luntatem satis euidenter expressit Apostolus dicens, ut non ea quæ uultis faciatis: si facile potest uoluntas uoluntate mutari? Nec sanè isto modo naturam, siue animæ, siue corporis, quã deus creauit & quæ tota bona est, accusamus, sed eam dici mus propria uoluntate uitiatam, sine dei gratia non posse sanari. Iterum autem quærendum est: Si non potest homo sine peccato esse, cuius culpa est, ipsius ne hominis, an cuiuslibet alterius? Si ipsius hominis, quomodo culpa hominis est, si hoc nõ est quod esse nõ potest? Respondet ideo esse culpam hominis, quod nõ est sine peccato: quia sola hominis uoluntate factũ est, ut ad istam necessitatem ueniret, quam sola hominis uoluntas superare non possit. Iterum ait quærendum est. Si natura hominis bona est, quod nullus negare nisi
B Marcion aut Manichæus audebit, quomodo igitur bona est, si malo ei carere non est possibile? Omne enim peccatum malum esse quis dubitet?

Ratiocinatio 13

Responsio

Ratiocinatio 14

Responsio
Matt. 6
Sap. 9

Respondemus: Et naturã hominis bonam esse, & eam malo carere posse. Nam ideo clamamus: Libera nos à malo, quod nõ perficitur, quandiu corpus quod corrũpitur, aggrauat animam. Sed hoc agitur gratia per fidem, ut aliquando dicatur: Vbi
1. Cor. 15 est mors contentio tua, ubi est mors aculeus tuus? Aculeus autem mortis peccatum, uirtus uero peccati lex: quoniã lex prohibendo auget peccati cupiditatem, nisi diffundat spiritus charitatẽ, quæ plena & perfecta tũc erit, cum uidebimus facie ad faciem. Et hoc, inquit, dicendũ est. Certe iustus est
C deus, negari enim non potest. Imputat aũt deus homini omne peccatum. Et hoc quoq̃ confitendum puto, quia neq̃ peccatum est quicquid nõ imputabitur in peccatum. Et si est aliquod peccatũ quod uitari non possit, quomodo iustus deus dicitur, si imputare cuiquàm creditur, quod uitari non possit? Respondemus, iam olim contra supbos esse
Psal. 31 clamatum: Beatus cui nõ imputauit dominus peccatum. Non em̃ imputat his qui fideliter ei dicũt: Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimittimus debitoribus nostris. Et iuste nõ imputat, quia iustum est quod ait: In qua mensura mensi fueritis, in eadem remetietur uobis. Peccatum est aũt, cum uel non est charitas quę esse debet, uel minor est q̃ debet, siue hoc uoluntate uitari possit, siue nõ possit: quia si potest, præsens uoluntas hoc facit: si autem non potest, præterita uoluntas hoc fecit, & tamen uitari potest, nõ quando uoluntas supba laudatur, sed quando humilis adiuuatur. Post hoc
Ratiocinatio 16 ille qui ista conscripsit, introducit personã suã qua si cum altero disputantem, & facit se interrogari, & quasi ab interrogante sibi dici: Da mihi hominẽ sine peccato. Et respondet: Do tibi qui esse possit. Et rursus ab interrogãte dicitur ei: Quis est? Et respõdet: Ipse tu. Quòd si dixeris, inquit, ego esse nõ possum: respondendum est, cuius culpa est? Quòd si dixeris mea, dicendũ est: Et quomodo tua est, si ipse sine peccato esse nõ potes? Iterũ facit se interrogari & dici sibi: Tu ipse sine peccato es, q̃ dicis hominẽ sine peccato esse posse? Et respondet q̃ nõ sum sine peccato. Cuius culpa est? Quòd si dixerit

xerit, inquit, tua est: respondẽdum est, Quomodo
Responsio mea, si esse nõ possum? Nos respondemus nul-
lum cum eis de his uerbis esse debere conflictum,
quia non est ausus dicere hominem esse sine pecca
to, uel aliquẽ, uel seipsum, sed tantũmodo esse pos-
se, respondit, quod neq; nos negamus: Quando au
tem possit & per quẽ possit, hoc quæritur. Si enim
modo est, nõ omni animæ fideli positæ in corpore
mortis huius orandum est, & dicendum: Dimitte
nobis debita nostra: cum iam in sancto baptismo
uniuersa fuerint dimissa præterita. Quisquis autẽ
membris fidelibus Christi hoc nõ esse orandũ per
suadere conatur, nihil aliud q̃ seipsum Christianũ
nõ esse profitetur. Porrò si per seipsum potest ho
mo esse sine peccato, ergo Christus gratis mortu-
Galat. 2 us est: Non aũt gratis Christus mortuus est, nõ igi
tur potest homo esse sine peccato, etiã si uelit, nisi
adiuuet gratia dei per Iesum Christum dominũ no
strum. Quod ut perficiatur, & nunc in proficienti
bus agitur, omnimodo implebitur cõtentiõe mor
tis absumpta, & charitate quę credendo & speran
do nutritur, uidendo & obtinendo perfecta. De
inde instituit diuinis testimonijs agere quod inten-
Ratiocinatio 17 dit. Quod quale sit diligentius aduertamus. Te-
stimonia, inquit, quibus probatur præceptum esse
Responsio homini ut absq; peccato sit. Ad hoc respõdem9:
Non utrum præceptum sit quæritur, quod ualde
manifestum est: sed hoc ipsum quod præceptum
esse constat, utrum in corpore mortis huius possit
Galat. 5 impleri, ubi caro concupiscit aduersus spiritum, &
spiritus aduersus carnem, ut non ea quæ uolumus
faciamus. De quo corpore mortis huius, non om
nis liberatur qui finit hanc uitam, sed qui in hac ui
ta susceperit gratiam, & ne in uanum susc ipiat bo
nis operibus egerit. Aliud est cm exire de hoc cor-
pore, quod omnes homines dies uitæ huius ulti-
mus cogit: aliud est autem liberari de corpore mor
tis huius, quod sola dei gratia per Iesum Christũ
dominum nostrum, sanctis et fidelibus eius imper
tit. Post hanc autem uitam merces perficiens red
ditur, sed eis tantumrà quibus in hac uita eiusdem
mercedis meritum comparatur. Non enim ad satu
ritatem iustitiæ, cum hinc exierit quisque perue-
niet, nisi ad eam cum hic est, esuriendo & sitiendo
Matt. 5 cucurrerit. Beati quippe qui esuriunt & sitiunt iu-
2. Cor. 5 stitiam, quoniam ipsi saturabuntur. Quandiu er-
go peregrinantes à domino per fidẽ ambulamus,
Abac. 2 non per speciem, unde dictum est: Iustus ex fide
uiuit: hæc est nostra in ipsa peregrinatione iusti-
tia, ut ad illam perfectionem plenitudinemq; iusti
tiæ ubi in specie decoris eius iam plena & perfe-
cta charitas erit, nunc ipsius cursus rectitudine &
perfectione tendamus, castigãdo corpus nostrum
& seruituti subijciendo, & eleemosynas in dandis
beneficijs, & dimittendis quæ in nos sunt com-
missa peccatis, hilariter & ex corde faciendo, &
orationibus indesinenter insistendo, & hoc facien
do in doctrina sana qua ædificatur fides recta, spes
firma, charitas pura. Hæc est nunc nostra iustitia
qua currimus, esurientes & sitientes ad perfectio-
nem plenitudinemq; iustitiæ, ut ea postea sature-

A mur. Vnde dominus in Euangelio cum dixisset:
Matt. 6 Nolite facere iustitiam uestram coram hominibus
ut uideamini ab eis: ne istum nostrum cursum fi-
ne humanæ gloriæ metiremur, non est in exposi-
tione iustitiæ ipsius executus, nisi tria ista, ieiuniũ,
eleemosynas, oratiões: Ieiunio scilicet uniuersam
corporis castigationem significans: eleemosynis
omnem beneuolentiã & beneficẽtiam, uel dandi,
uel ignoscendi: & oratione insinuans omnes regu
las sancti desyderij: ut quoniã in castigatione cor-
poris frenatur concupiscentia, quæ non frenari,
sed omnino esse nõ debet, nec erit in illa perfectio-
ne iustitiæ, ubi nullum erit omnino peccatum, &
sæpe in usu rerum etiam concessarum atque licita
rum exerit immoderationem suam: in ipsa uero
B beneficentia qua iustus consulit proximo, quædã
fiunt quæ obsunt cum prodesse putata sint, & ali-
quando per infirmitatem, uel cum minus sufficie-
tur necessitatibus aliorum, uel parum in eis profi-
cit quod benignitatis ac laboris impenditur, surre
pit tædium, quo fuscetur hilaritas, in qua datorem
diligit deus. Surrepit aũt tanto magis, quanto mi- 2. Cor. 9
nus quisq;, & tanto minus, quanto magis profece-
rit. His atq; huiusmodi consideratis merito in ora
tione dicimus: Dimitte nobis debita nostra, sicut Matt. 6
& nos dimittimus debitoribus nostris: si tamen
quod dicimus, faciamus, ut uel ipsi etiam diligan-
tur inimici, uel si quisquam adhuc in Christo par-
uulus hoc nondum faciat, pœnitenti tamen, quod
in eum quisque peccauit, & ueniam petenti ex in
C timo cordis ignoscat, si uult ut eius orationem pa
ter cœlestis exaudiat. In qua oratione si contentio-
si esse nolimus, satis nobis propositum speculũ est,
ubi inspiciatur uita iustorũ qui ex fide uiuunt, &
perfecte currunt, quamuis sine peccato non sint:
Vnde dicũt: Dimitte nobis: quia nondũ quò cur-
ritur peruenerunt. Hinc dicit Apostolus: Nõ quia Philip. 3
iam acceperim, aut iam perfectus sim, fratres ego
nõ me arbitror apprehẽdisse: unum aũt, quæ retro
sunt oblitus, in ea quę ante sunt extentus, secundũ
intentionẽ sequor ad palmam supernæ uocationis
dei in Christo Iesu. Quotquot ergo perfecti hoc sa 1. Cor. 13
piamus: id est, quotquot perfecte currimus, hoc sa
piamus quod nondum perfecti sumus, ut illic per-
ficiamur quò perfecte adhuc currimus: Vt cum ue
D nerit quod perfectũ est, quod ex parte est destrua-
tur: id est, nõ iam ex parte sit, sed ex toto: quia fidei
& spei iam res ipsa non quæ credatur & speretur,
sed quæ uideatur teneaturq; succedet. Charitas au
tem quæ in his tribus maior est, non auferatur, sed
augeatur & impleatur, cõtemplata quod credebat
& quod sperabat indepta. In qua plenitudine cha-
ritatis præceptum illud implebitur: Diliges domi Deut. 6
num deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota ani-
ma tua, & ex tota mente tua. Nam cum est adhuc
aliquid carnalis cõcupiscentię, quod uel continen
do frenetur, non omnimodo ex tota anima diligit
deus. Non enim caro sine anima cõcupiscit quam
uis caro concupiscere dicat, quia carnaliter anima
cõcupiscit. Tunc erit iustus sine ullo omnino pec-
cato, quia nulla lex erit in mẽbris eius repugnans

legi

legimẽtis eius, sed prorsus toto corde, tota anima, tota mente diliget deum, quod est primum summumq; præceptum. Cur ergo nõ præciperetur homini ista perfectio, quamuis eam in hac uita nemo habeat: Non enim recte curritur, si quò currendũ est nesciatur. Quomodo autẽ sciretur si nullis præceptis ostenderetur? Sic ergo curramus, ut com-
1.Cor.9 prehendamus. Omnes enim qui recte currunt, cõ cõprehendent: Non sicut in agone theatrico, omnes quidem currũt, sed unus accipit palmam. Curramus credendo, sperando, desiderando, curram⁹ corpus castigando & eleemosynas in dandis bonis malisq; ignoscendis, hilariter & ex toto corde faciendo, & currentiũ uires ut adiuuent orando, & sic audiamus præcepta perfectionis, ne currere
1 negligamus ad plenitudinẽ charitatis. His præ-
2 missis ea testimonia quæ posuit iste cui respondemus, tanquam nos ea protulerimus diligenter au-
3 diamus. In Deuteronomio: Tu autem perfectus
4 eris coram domino deo tuo. Item illic: Et non erit inconsummatus in filijs Israel. Item saluator
Matt.5 in Euangelio: Estote perfecti, quia pater uester qui
5 in cœlis est, pfectus est. Item Apostolus ad Co-
2.Cor.13 rinthios secunda: De cætero fratres gaudete, per-
6 fecti estote. Item ad Colossenses: Corripientes
Col. 1 omnem hominem & docentes in omni sapientia, ut exhibeamus omnẽ hominem perfectũ in Chri-
7 sto. Itẽ ad Philippenses: Omnia facite sine mur-
Philip.2 muratione & hęsitatione, ut sitis irreprehensibiles
8 & simplices, sicut filij dei immaculati. Item ad
Ephe. 1 Ephesios: Benedictus deus & pater domini nostri Iesu Christi, q benedixit nos in omni benedictiõe spiritali, in cœlestibus in Christo Iesu, sicut elegit nos in ipso ante mundi cõstitutionem, ut essemus
9 sancti & immaculati in conspectu eius. Item ad
Col.1 Colossenses: Et uos cum essetis aliquãdo alienati & inimici sensu in operibus malis, nunc aũt reconciliati in corpore carnis eius per mortẽ eius, exhi-
10 bete uos sanctos & immaculatos et irreprehensibi-
Ephes.5 les. Itẽ ad Ephesios: ut exhiberet ipse sibi gloriosam Ecclesiam, non habentẽ maculam aut rugam aut aliquid huiusmodi, ut sit sancta & immaculata.
11 Item ad Corinthios prima: Sobrij estote, & iusti
12 & nolite peccare. Item in Epistola sancti Petri:
1.Pet.1 Propter qd' succincti lũbos mentis uestræ, sobrij, pfecti sperate in eã quæ offert uobis gratiã, quasi filij obedientiæ, nõ configurati prioribus ignorantiæ uestræ cõcupiscentijs, sed secundum eum qui uocauit uos sanctũ, & ipsi sancti in omni cõuersa-
Leuit.19 tiõe sitis, quia scriptũ est: Sancti eritis, qa ego san-
13 ctus sum. Vnde & beatus Dauid dicit: Domine
Psal. 14 quis habitabit in tabernaculo tuo, aut quis requiescet in mõte sancto tuo? Qui ingreditur sine macula
14 & operatur iustitiã. Et alibi: Et ero immaculat⁹ cũ
15 eo. Et alibi: Beati immaculati in uia, qui ambu-
16 lant in lege domini. Itẽ apud Salomonẽ: Diligit dominus sancta corda, accepti sunt aũt illi omnes
Responsio immaculati. Horũ testimoniorũ aliqua currẽtes exhortant, ut perfecte currant, aliqua ipsum finẽ cõmemorant quò currendo pertendãt. Ingredi autẽ sine macula nõ absurde etiã ille dicitur, non qui

A iam perfectus est, sed qui ad ipsam perfectionẽ irreprehensibiliter currit, carens criminibus damnabilibus, atq; ipsa peccata uenialia nõ negligẽs mũdare eleemosynis. Ingressũ quippe hoc iter nostrũ quo tendimus ad perfectionẽ, munda mundat oratio. Munda est aũt oratio ubi ueraciter dicitur: Di- Matt.6
mitte nobis, sicut & nos dimittimus: ut dum reprehenditur, quod nõ imputatur, sine reprehẽsione, hoc est, sine macula noster ad pfectionẽ cursus habeatur: in qua perfectiõe cum ad eã peruenerimus, iam non sit omnino quod ignoscendo mundetur. Deinde iste adhibet testimonia quibus ostendat, nõ esse grauia diuina præcepta. Quis aũt nesciat, cum præceptũ sit generale charitas, quia finis præcepti est charitas, & plenitudo legis est charitas,
B non esse graue quod diligendo fit, non timendo? Rom.12
Laborant autem in dei præceptis, qui ea timendo conantur implere: sed perfecta charitas foras mittit timorem, & facit prçcepti sarcinam leuem, non solum non prementem onere ponderum, uerum etiam subleuantẽ uice pennarum. Quę tamen charitas ut habeatur, etiã tanta quãta in corpore mortis huius haberi potest, parum est nostræ uoluntatis arbitriũ, nisi adiuuet gratia dei per Iesum Christum dominum nostrum. Diffunditur quippe in Rom.5
cordibus nostris, quod sæpe dicendum est, nõ per nosipsos, sed per spiritum sanctũ qui datus est nobis. Nec aliam ob causam scriptura commemorat, non esse grauia diuina prçcepta, nisi ut anima quę illa grauia sentit, intelligat se nondum accepisC se uires, quibus talia sint præcepta domini qualia commendantur, leuia scilicet atque suauia, & oret gemitu uoluntatis, ut impetret donum facultatis. Qui enim dicit: Fiat cor meum immaculatum:
Et, Itinera mea dirige secũdum uerbum tuum: Et Psal.118
ne dominetur mihi omnis iniquitas: Et, Fiat uo- Matt.6
luntas tua, sicut in cœlo & in terra: &, ne nos inferas in tentationẽ: & cætera huiusmodi quæ cõmemorare longum est, hoc utiq; orat, ut prçcepta dei faciat: quæ ut fierent nec iuberetur, si nihil ibi nostra uoluntas ageret: nec oraretur, si sola sufficeret. Commendantur ergo non esse grauia, ut cui grauia sunt, intelligat nondum se accepisse donũ, quo grauia nõ sint, nec arbitretur ea se perficere, quando ita facit, ut grauia sint. Hilarem enim datorem di- 2.Cor.9
D ligit deus. Nec tamen cum ea grauia sentit desperando frangatur, sed ad quærendũ, petendum, pulsandumq; cogatur. Audiamus ergo & in his testimonijs quę deinde posuit, deum sua prçcepta non grauia cõmendantem, quòd dei mandata, inquit, non modo impossibilia non sint, uerum ne grauia quidẽ. In Deuteronomio: Et conuertẽ dominus Deut.20
deus tuus epulari in te super bonis, sicut epulatus est super patres tuos, si audieritis uocem domini dei uestri, custodire & facere omnia mandata eius, & iustitias, & iudicia quæ scripta sunt in libro legis huius. Si conuersus fueris ad dominum deum tuum ex toto corde tuo, & ex tota anima tua, quia mandatum hoc, quod ego mando tibi hodie, non est graue, neque longè à te est: Non est in cœlo, ut dicas, quis ascendet in cœlum, & accipiet illud nobis, &

bis, & audientes faciamus? Non est trans mare, ut
dicas, quis transfretabit mare & accipiet illud no-
bis, & audientes faciamus? Iuxta te est enim uer-
bum in ore tuo, in corde & in manibus tuis facere
Matt.11 illud. Item dominus in Euangelio: Venite ad me
omnes qui laboratis & onerati estis, & ego uos re
quiescere faciam. Tollite iugum meum super uos
& discite à me, quia mitis sum & humilis corde, &
inuenietis requiē animabus uestris: Iugum enim
meum suaue est, & onus meum leue. Item in Epi-
1.Ioan.5 stola sancti Ioannis: Hæc est charitas dei, ut man-
data eius obseruemus, et mandata eius grauia non
sunt. His auditis legitimis & Euangelicis & Apo-
stolicis testimonijs ædificemur ad gratiam, quam
non intelligunt, qui ignorantes dei iustitiam & su-
am uolentes constituere, iustitiæ dei non sunt sub-
iecti. Si enim non intelligunt illud in Deutorono-
Rom.10 mio, quemadmodum Apostolus Paulus comme-
morauerit, ut corde credatur ad iustitiam, ore fiat
Matt.9 confessio ad salutē, quia non est opus sanis medi-
cus, sed male habentibus: isto certe Ioannis Apo
stoli testimonio quod ad istam sententiā posuit ul
timum, ubi ait: Hæc est charitas dei ut mandata e-
ius seruemus, & mandata eius grauia nō sunt: de-
bent utiq; commoneri, charitati dei nō esse graue
mandatū dei, quæ non nisi per spiritū sanctum dif-
funditur in cordibus nostris: nō per arbitriū huma
nę uoluntatis, cui plus dando cp oportet, ignorant
iustitiam dei: Quæ tamen charitas tunc perfecta e-
rit, cum pœnalis timor omnis abscesserit. Post
hæc proposuit testimonia quæ contra eos dici so-
lent, nec ea soluit, sed cōmemorando quasi contra
ria, quæstiones arctius illigauit. Ait enim, testimo
nia scripturarum quæ ediuerso ponenda sunt his,
qui arbitrij libertatem, uel non peccandi possibili-
tatem imperite existimant se scripturarum authori
tate posse destruere. Obijcere enim solent, inquit,
quòd sanctus Iob dixerit: Quis mundus est à pec-
cato? Nec infans, cuius est unius diei uita super ter
ram. Deinde quasi respondet huic testimonio alijs
testimonijs, q ipse Iob dixerit: Iustus enim uir &
sine querela, factus sum in derisum: Nō intelligēs,
posse dici hominem iustum, qui perfectioni iusti-
tię plurimum accessit, ita ut ei proximus fieret, qd'
Ioan.19 multos etiam in hac uita potuisse, in qua ex fide ui
uitur, non negamus. Hoc & illo testimonio cōfir-
matur, quod iste cōsequenter adiunxit ab eodem
Iob dictum: Ecce ipse proximus sum iudicio meo,
scio quia iustus inueniar. Hoc enim est iudicium,
Psal.36 de quo alibi dicitur: Et educet quasi lumen iustiti-
am tuam, & iudicium tuū uelut meridiem. Denic;
non dixit, ubi sum, sed proximus sum: Quòd si iu-
dicium suū illud intelligi uoluit, non quo ipse iu-
dicauit, sed quo in fine est iudicandus, iusti in illo
iudicio inueniētur omēs, qui non fallaciter dicūt:
Matt.6 Dimitte nobis debita nostra, sicut & nos dimitti-
mus debitoribus nostris. Per hanc enim dimissio-
nem iusti inuenientur, eo q ea quæ hic habebant
peccata eleemosynis deleuerunt. Vnde dominus
Luc.11 dicit: Date eleemosynā, & ecce omnia mūda sunt
uobis. Denic; hoc dicetur iustis in regnū promis-

A sum ituris: Esuriui enim, & dedistis mihi manduca
re: & cætera huiusmodi. Sed aliud est, esse sine pec
cato, quod de solo in hac uita unigenito dictū est:
aliud, esse sine querela, quod de multis iustis eti-
am in hac uita dici potuit: quoniā est quidam mo-
dus bonæ uitæ, de quo etiam in ista humana con-
uersatione, iusta querela esse nō possit. Quis enim
quibus potest fideliter consulit, nec contra cuius-
quam iniurias tenet libidinem uindicandi, ut uera
citer dicat: Sicut & nos dimittimus debitorib⁹ no
stris: Et tamen eoipso quod uerum dicit: Dimit-
te, sicut & nos dimittimus: sine peccato se non esse
declarat. Inde est quod dicit: Nihil iniquum erat
in manibus meis, sed mūda oratio mea. Hinc enim
B erat munda oratio, quia ueniam non iniuste pete-
bat qui ueraciter dabat, & quod dicit de domino:
Multas enim cōtritiones meas fecit sine causa: nō
ait, nullas fecit cum causa: sed, multas sine causa.
Non enim propter multa peccata eius, factæ sunt
ei multæ contritiones, sed propter probationem
patientiæ. Nam propter peccata sine quibus, ut a-
libi confitetur, nō fuit, pauciora se pati debuisse iu
dicat. Item quod dicit: Vias enim eius custodiui, et Iob 23
non declinaui à mandatis eius, neq; discedam: Cu
stodit uias dei, qui non sic exorbitat, ut eas relin-
C quat, sed in eis currendo proficit, & si aliquando
ut infirmus offendit aut titubat, proficit autem mi-
nuendo peccata, donec perueniat ubi sine pecca-
to sit. Nō enim aliter potest eo modo proficere, ni-
si custodiendo uias eius. Declinat autem à manda-
tis domini atque discedit apostata, non ille qui e-
tiam si habeat peccatum, confligendi tamen cū eo
perseuerantiam non relinquit, donec eo perueniat
ubi nulla cum morte contentio remanebit. In isto
ergo conflictu induimur ea iustitia qua hic ex fide
uiuitur, & ea quodammodo loricamur. Assumi-
mus quoque iudicium, quod etiam contra nos pro
nobis facimus, quando peccata nostra accusando
damnamus: unde scriptum est: Iustus ipse sui accu Pro.18
sator est in primordio sermonis. Hinc item dicit: Iu Iob 29
stitia uestitus eram, & circūdedi mihi iudicium, si-
cut chlamydem: Nam & ista uestis, belli magis so
let esse quàm pacis, ubi adhuc expugnatur cōcupi
scentia, nō ubi erit plena sine aliquo prorsus hoste
iustitia, nouissima inimica morte destructa. Quòd
D autem iterum ait idem sanctus Iob: Non enim re-
prehendit me cor meū in omni uita mea: tunc nos
in ista uita in qua ex fide uiuimus, non reprehēdit
cor nostrum, si eadem fides in qua corde credit ad
iustitiam, nō negligit reprehendere peccatum no-
strū. Vnde dicit Apostolus: Nō enim quod uolo Rom.7
facio bonum, sed quod odi malum hoc ago. Bonū Abac.2
est enim non concupiscere, & hoc bonum uult iu Eccl.18
stus, qui ex fide uiuit, & tamē facit quod odit, quia
concupiscit, quāuis post cōcupiscentias suas non
eat. Quod si fecerit, tunc uere ipse fecit ut cedat &
consentiat, ut desyderio peccati obediat. Tunc e-
nim cor eius reprehendit, quia ipsum reprehēdit,
nō illud peccatum eius quod habitat in membris
eius. Cum uero non sinit regnare peccatum in sup

mortali

mortali corpore ad obedīēdū deſyderijs eius, nec exhibet mēbra ſua arma iniquitatis peccato, ineſt quidē peccatū in membris eius, ſed non regnat, quia non obedit deſyderijs eius. Et ideo dū quod non uult agit, id eſt, non uult cōcupiſcere & concupiſcit, cōſentit legi, quia bona eſt: Hoc em̄ uult & ipſe quod lex, quia non uult ipſe concupiſcere: Exo. 20 & lex dicit: Non cōcupiſces. In hoc quoniā uult, quod & lex uult, proculdubio conſentit legi: cōcupiſcit tamen, quia non eſt ſine peccato, ſed iam non ipſe operatur illud, ſed id quod in illo habitat peccatū. Ideo non ipſum reprehendit cor eius in omni uita eius: hoc eſt in fide eius, quia iuſtus ex fide uiuit: & ideo fides eius eſt uita eius. Scit enim quia non habitat in carne eius bonum, ubi habitat peccatū: ſed non ei conſentiendo uiuit ex fide, qua inuocat deū ut adiuuetur pugnās cōtra peccatum, quod ut omnino ibi non ſit, adiacet ei uelle, B ſed perficere bonū nō adiacet: nō facere bonū nō adiacet, ſed perficere. Nam in eo q̄ non conſentit, bonum facit: & in eo q̄ odit cōcupiſcentiam ſuā, bonū facit: & in eo q̄ eleemoſynas facere non ceſſat, bonum facit: & in eo q̄ illi qui in eum peccat ignoſcit, bonum facit: & in eo q̄ petit ſibi dimitti debita ſua, & ueraciter dicit, q̄ dimittit etiam ipſe debitoribus ſuis, & orat ut non inferatur in tentationem, ſed liberetur à malo, bonū facit: ei tamen perficere bonum nō adiacet, quod tunc erit quando illa cōcupiſcentia quæ habitat in mēbris eius, nulla erit. Non ergo eū reprehendit cor eius, quando reprehendit peccatū quod habitat in mēbris C eius, & non habet quam reprehendat infidelitatē eius. Ita nec in uita ſua, id eſt in fide ſua, à corde ſuo reprehenditur, & ſine peccato non eſſe conuincitur. Quod & ipſe Iob de ſe cōfitetur ubi di-
Iob 14 cit: Nihil te latuit peccatorū meorū. Signaſti iniquitates meas in ſacculo, & annotaſti ſi quid inuitus tranſgreſſus ſum. Teſtimonia ergo quæ poſuit de uerbis ſancti uiri Iob, nos ſicut potuimus, quemadmodū ſint accipiēda monſtrauimus. Nec tamen ille ſoluit, quod eundem Iob dixiſſe propoſuit: Quis enim mūdus eſt à peccato? Nec infans
2 cuius eſt dici unius uita ſuper terrā. Iterum pro-
Pſal. 115 ponere ſolent, inquit: Omnis homo mēdax. Nec̄ hoc cōtra ſeipſum à ſeipſo propoſitū ſoluit, ſed cō- D memorando alia uelut contraria teſtimonia, apud eos qui non intelligūt ſanctā ſcripturā, diuina elo quia in lite dimiſit. Ait em̄: Quibus reſpondendū eſt, quod in Numeri libro ſcriptum eſt: Homo ue-
Iob 1 rax: Et de ſancto Iob legitur ita: Erat uir habitans in regione Ausitide nomine Iob, uerax, ſine crimine, iuſtus, dei cultor, abſtinēs ſe ab omni re mala. Miror q̄ auſus eſt ponere hoc teſtimoniū, ubi dictū eſt, abſtinens ſe ab omni re mala: cū hoc ab omni peccato uellet intelligi: cū ſuperius dixerit, peccatū actū malum eſſe, non rem. Reminiſcatur ergo quia etiā ſi actus ſit, res poteſt dici. Abſtinet ſe aūt ab omni re mala, qui peccato, ſine quo non eſt, uel nunc̄ omnino conſentit, uel ſi aliquando premitur nō opprimitur, ſicut luctator fortior, & ſi aliquando tenetur, nō ideo perdit quo ſuperior

inuenitur. Legitur ſanè homo ſine crimine, legitur ſine querela: at non legitur ſine peccato, niſi filius hominis unus idem̄q̄ dei filius unicus. Itē inquit, apud ipſum Iob: Et miraculū tenuit ueracis hominis. Itē apud Salomonē de ſapiētia: Viri Eccl. 15 mendaces nō erunt illius memores, uiri aūt ueraces inuenient in illa. Itē in Apocalypſi: Et in ore Apoc. 14 ipſorū non eſt inuentū mendacium, ſine macula ſunt. Ad hæc & nos reſpondemus, admonentes, quomodo dicendus ſit homo uerax per dei gratiā atq̄ ueritatē, qui per ſeipſum ſine dubio mendax eſt. Vnde dictū eſt: Omnis homo mendax. Hoc teſtimoniū ſonat de ſapientia quod ipſe poſuit, Viri aūt ueraces inuenientur in illa: qui proculdubio nō in illa, ſed in ſeipſis inuenientur eſſe mēdaces. Sicut eſt: Fuiſtis aliquando tenebræ, nūc aūt lux Ephe. 5 in domino. Cū diceret, tenebræ, nō addidit in domino: cum aūt dixiſſet, lux, addidit utiq̄ in domino, quia in ſeipſis lux eſſe non poſſent, ut qui gloriatur in domino glorietur. Illi uero in Apocalypſi propterea tales dicti ſunt, q̄ non ſint inuētum in ore eorū mendacium, quia nō dixerunt ſe non habere peccatū, quod ſi dicerent, ſeipſos decipe-rent, & ueritas in eis non eſſet. Porrò ſi ueritas in eis nō eſſet, inueniret̄ in ore eorū mēdaciū. Quòd ſi propter inuidiā cū eſſent ſine peccato, dicerent, ſe nō eſſe ſine peccato, hoc ipſum eſſet mēdacium, falſumq̄ eſſet quod dictū eſt: Non eſt inuētum in ore ipſorum mēdaciū. Ideo ergo ſine macula ſunt, quia ſicut ipſi dimiſerūt debitoribus ſuis, ſic illis deo dimittente mundati ſunt. Ecce nos, ut ualuimus, expoſuimus quomodo accipienda eſſent teſtimonia, quæ pro ſua cauſa commemorauit. Ipſe Pſal. 113 aūt quomodo ſit accipiēdū quod ſcriptū eſt, Omnis homo mendax: omnino non ſoluit, nec ſoluere poterit, niſi correcto errore, quo credit hominē ſine adiutorio gratiæ dei, per ſolā propriā uoluntatē poſſe eſſe ueracem. Sic aliam quę ſequitur 3 quæſtionē propoſuit, nec ſoluit, imò uero auxit, & difficiliorē reddidit, proponendo aduerſum ſe prolatū teſtimoniū: Non eſt qui faciat bonū, non eſt uſq̄ ad unum: & quaſi contraria teſtimonia referendo, quibus oſtēderet eſſe homines qui faciūt bonū, quod quidem oſtēdit. Sed aliud eſt, non facere bonū: aliud, non eſſe ſine peccato, etiam ſi homo faciat multa bona. Quapropter ea teſtimonia quæ poſuit, non ſunt contra illud quod dicit̄, non eſſe in hac uita hominē ſine peccato. Ipſe aūt non oſtendit quemadmodum dictū ſit: Non eſt qui fa- Pſal. 13 ciat bonū, non eſt uſq̄ ad unum. Ait enim ſanctus Dauid: Spera in domino, & fac bonitatē. Hoc pr̄ Pſal. 36 ceptum eſt, non factū. Quod præceptū non utiq̄ faciebant, de quibus dictū eſt: Non eſt qui faciat bonum, non eſt uſq̄ ad unū. Ait etiam dixiſſe ſanctum Tobiam: Noli timere fili, pauperem uitam Tob. 4 gerimus, ſed multa bona habebimus, ſi timuerimus deū & receſſerimus ab omni peccato, & fecerimus bona. Veriſſime tūc erūt homini multa bona, cū receſſerit ab omni peccato. Tunc em̄ ei nulla erūt mala, ut nō opus habeat dicere: Libera nos à malo. Quāuis & nūc omis qui proficit recta in-

tentiõe proficiens, recedit ab oñi peccato, & tanto inde fit longinquior quãto plenitudini iustitiæ perfectiõiq; propinquior: qa & ipsa est cõcupiscẽtia, quod est peccatũ habitãs in carne nostra, & si manet adhuc in mẽbris mortalibus, minui tñ non desinit proficiẽtibus. Aliud est ergo recedere ab omni peccato, quod nũc in opere est: aliud, recessisse ab omni peccato, quod in illa perfectione tũc erit. Sed tamen & qui iam recessit, & qui adhuc recedit, nõ est negãdus facere bonũ. Quomodo ergo dictũ est: Nõ est qui faciat bonũ, nõ est usq; ad unũ: quod ille proposuit & nõ solutũ reliquit, nisi quia populũ quendam psalmus ille culpat, in quo nec unus erat qui faceret bonũ, dũ uolunt remanere filij hominũ, & non esse filij dei, cuius gratia homo fit bonus, ut faciat bona. De illo eñ bono
Psal.13 dictũ hic debemus accipere, quod ibi ait: Deus de cœlo ꝓspexit super filios hominũ, ut uideat si est intelligẽs aut requirẽs deũ. Hoc ergo bonũ, quod est requirere deũ, nõ erat qui faceret, nõ erat usq; ad unũ, sed in eo genere hominũ quod prędestinatũ est ad interitũ. Super hos eñ respexit dei præ-
4 scientia protulitq; sententiã. Item, dicũt, inquit,
Luc.18 illud quod saluator ait: Quid me dicitis bonum? Nemo bonus, nisi solus deus. Hãc itẽ propositionẽ omnino nõ soluit, sed opposuit uelut ex aduerso alia testimonia, qbus probaret esse & hominem bonũ: Dixit eñ esse respondendũ quod idem do-
Mat.12 minus alibi ait: Bonus homo de bono thesauro cordis sui profert bona. Et iterũ: Qui solẽ suũ oriri facit super bonos & malos. Et alibi scriptũ est, inquit: Bona bonis creata sunt ab initio. Et iterũ:
Eccl.39 Qui sunt boni, erũt habitatores terræ. Cui sic respõdendum est, ut & illud intelligat quomodo dictũ sit: Nemo bonus, nisi unus deus. Siue qa oñia
Marc.10 quæ creata sunt, quãuis ea deus fecerit bona valde, creatori tamẽ cõparata, nec bona sunt: cui cõparata, nec sunt. Altissimo quippe & proprio mo-
Exo.3 do quodã de seipso dixit: Ego sum q̃ sum: sicut dictũ est: Nemo bonus, nisi unus deus. Quẽadmodum de Ioanne dictũ est: Nõ erat ille lumẽ: cũ do-
Io.1 minus eũ dicat lucernã: sicut discipulis, quibus dixit: Vos estis lumen mũdi: nemo accendit lucer-
Matt.5 nam & ponit eã sub modio: sed in cõparatione luminis illius, quod est uerum lumẽ illuminãs oẽm hominẽ uenientẽ in hunc mundũ, nõ erat ille lulumẽ. Siue quia ipsi etiã filij dei cõparati sibijpsis quales in illa perfectione ęterna futuri sunt, ita boni sunt, ut adhuc & mali sint. Quod de illis dicere non auderẽ: Quis enim audeat dicere malos esse, quorũ pater est deus, nisi ipse dominus diceret: Si ergo uos cũ sitis mali, nostis bona data dare filijs uestris: quãto magis pater uester, q̃ in cœlis est, dabit bona petẽtibus se? Cũ ait utiq;, pater uester, filios dei esse iã mõstrauit, quos tamẽ adhuc malos esse nõ tacuit. Ille tamẽ nõ soluit, quomodo & isti boni sint, & nemo sit bonus, nisi unus deus: unde est ille admonitus qui interrogauerat qd boni faceret, ut illũ quæreret cuius gratia bonus esset, cui bonũ esse, hoc est ipsum esse, quia incõmutabiliter
5 bonus, & nõ potest omnino malus esse. Item di-

A cũt, inquit: Quis gloriabit castũ se habere cor? Et Prou.5
ad hoc respõdit multis testimonijs, uolẽs ostendere posse esse in homine castum cor: nec tamẽ dicit quomodo accipiendũ sit, quod proposuit cõtra se dici: Quis gloriabit castũ se habere cor: ne scriptura diuina in hoc testimonio & in his per quæ re-
Respon. spõdit, sibi ipsa aduersari uideat. Nos aũt huic respondentes dicimus ideo secutũ esse, quis gloriabitur castũ se habere cor: quoniã prȩcessit, cum rex iustus sederit in throno. Quantalibet eñ iustitia sit prædituς homo, cogitare debet ne aliquid in illo quod ipse nõ uidet inueniat esse culpandũ, cũ rex iustus sederit in throno, cuius cognitiõem
Psal.18 fugere delicta nõ possunt, nec illa de quibus dictũ est: Delicta quis intelligit? Cũ ergo rex iustus sederit in throno, qs gloriabit castũ se habere cor?
B Aut quis gloriabit mundũ se esse à peccato? Nisi forte isti qui uolunt in sua iustitia, non in ipsius iu-
6 dicis misericordia gloriari. Tamen etiã illa ue-
Matt.5 ra sunt quæ respondendo subiecit, quod saluator ait in Euãgelio, Beati mũdo corde, quoniam ipsi deũ uidebũt: Et quod Dauid dicit: Quis ascendet
Psal.23 in montẽ domini, aut qs stabit in loco sancto eius? Innocẽs manibus & mũdo corde: Et alibi, Bene
Psal.124 fac domine bonis & rectis corde. Itẽ apud Sa-7 lomonem: Bona est substãtia, cui nõ est peccatum in conscięntia. Item illic: Auerte te à delicto, & 8
dirige manus, & ab oñi delicto mũda cor tuum.
Item in Epistola Ioannis: Si cor nostrũ nos non 9
reprehendat, fiduciã habemus ad deũ, & quęcũq; 1.Io.3
petierimus accipiemus ab eo. Hoc eñ agitur uo-
C luntate, credẽdo, sperãdo, diligendo, corpus castigãdo, eleemosynas faciẽdo, iniurias ignoscẽdo, instanter orãdo, & proficiendi uires precãdo, uera-citerq; dicẽdo: Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus, & ne inferas nos in tentationẽ, sed libera nos à malo. Hoc prorsus agit ut cor mundet, & peccatum omne tollat, & quod iudex iustus cũ in throno sederit occultũ inuenerit minusq; mũdatum, eius misericordia remittat, ut deo uidẽdo totum sanũ mũdumq; reddatur. Iudiciũ enim sine misericordia est, sed illi qui nõ fecit misericordiã. Superexaltat aũt misericordia iudicio. Quod si nõ esset, quæ spes esset? Quandoquidẽ cũ rex iustus sederit in throno, quis gloriabit castum se habere cor, aut quis gloriabit mundũ se esse à peccato? Tunc
D ergo per eius misericordiã iusti plenè perfectęq; mũdati, fulgebũt sicut sol in regno patris sui. Tũc plena atq; perfecta erit Ecclesia, nõ habens maculã aut rugã aut aliquid huiusmodi, quia tũc etiam erit uere glorioſa. Cũ enim nõ tantũ ait, ut exhiberet sibi Ecclesiã non habentẽ maculã aut rugam: sed addidit, glorioſam: satis significauit, quando erit sine macula & ruga aut aliqd huiusmodi, tũc utiq; quãdo glorioſa. Nõ eñ modo in tantis malis, in tãtis scandalis, in tãta permixtiõe hominum pessimorũ, in tantis opprobrijs impiorũ dicẽdum est eã esse glorioſam, quia reges ei seruiunt, ubi est periculosior maiorq; tẽtatio: sed tũc potius glorioſa erit, quãdo fiet quod idem ait Apostolus: Cum Col.3
Christus apparuerit uita uestra, tũc & uos appare-
bitis

bitis cũ ipso in gloria. Cũ em̃ dominus ipse secun-
dũ formã serui, per quã se mediator coniunxit Ec-
clesiæ, nõ fuerit glorificatus nisi resurrectiõis glo-
Io.7 ria, Vnde dictũ est: Spiritus nõ erat datus quia Ie-
sus nondum fuerat glorificatus: quomodo dicen-
da est ante resurrectionẽ suã, Ecclesia eius esse glo-
riosa? Mundat ergo eã nũc lauacro atq; in uerbo
abluens peccata præterita, & pellens ab ea domi-
nationẽ malorũ angelorũ: deinde perficiens eius
sanitates, facit eã occurrere in illã glorioſam, sine
macula & ruga. Quos em̃ prædestinauit, illos &
uocauit: & quos uocauit ipsos & iustificauit, qs
aũt iustificauit, illos & glorificauit. In hoc myste-
Luc.13 rio dictũ arbitror: Ecce eijcio dæmonia & sanita-
tes perficio hodie & cras, & tertia die cõsummor:
id est perficior. Dixit em̃ hoc ex persona corporis
sui, quod est Ecclesia dei: ponẽs pro distinctis or-
dinatisq; tẽporibus, quod & in sua resurrectione
significauit in triduo. Puto aũt interesse inter re-
ctũ corde, & mundũ corde. Nã & rectus corde in
ea quæ ante sunt extendit, ea quæ retro sunt obli-
uiscẽs, ut recto cursu, id est recta fide atq; intẽtiõe
perueniat, ubi habitat mundus corde. Sicut illa
Psal.23 singula reddẽda sunt singulis, ubi dictũ est: Quis
ascẽdet in montẽ domini, aut qs stabit in loco san-
cto eius? Innocẽs manibus, & mũdo corde. Inno-
cens manibus ascendet, & mũdus corde stabit. Il-
lud in opere est, illud in fide: Et illic magis intelli-
gendũ quod dictũ est: Bona est substãtia, cui non
est peccatũ in cõscientia. Tunc em̃ erit uere bona
substãtia, id est uerę diuitiæ, cũ transierit tota pau-
pertas, id est cũ cõsummata fuerit omnis infirmi-
tas. Nũc uero auertat se homo à delicto, cũ profi-
ciendo inde discedit, & renouetur de die in diem,
& dirigat manus in opera misericordiæ, & ab om-
ni delicto mũdet cor suũ, misereat, ut quod restat
per ueniã dimittat. Hoc em̃ salubriter & sine ua-
na inanicq; iactãtia bene intelligit, in eo quod dixit
Io.3 sanctus Ioãnes: Si cor nostrũ nos nõ reprehẽdat,
fiduciã habemus ad deũ, & quęcunq; petierimus
ab eo accipiemus. Hoc em̃ uidet isto loco admo-
nuisse, ne cor nostrũ nos in ipsa oratiõe & petitio
ne reprehẽdat: hoc est ne forte cũ cœperimus dice
re: Dimitte nobis, sicut & nos dimittimus: cõpun
gamur nõ facere quod dicimus, aut etiã nõ audea
mus dicere quod nõ facimus, & fiduciam petẽdi
10 amittamus. Itẽ sibi oppositit testimoniũ sancta-
Eccls. 7 rum scripturarum, quod eis dici solet: Quia nõ est
homo iustus in tera qui faciat bonũ & nõ peccet.
Et quasi respõdit alijs testimonijs, quia dominus
Iob 1 de sancto Iob ait: Nunquid cõsiderasti seruũ meũ
Iob? Non em̃ est ei similis quisquã in terris, homo
sine querela, uerus dei cultor, abstinẽs se ab omni
opere malo. Vnde iã superius disseruimus. Nec ta
men ipse ostendit nobis quomodo & Iob, si hæc
uerba ita intelligenda sunt, sine ullo peccato fue-
rit in terra, & uerũ sit quod scriptũ esse dixit: Non
est homo iustus in terra qui faciat bonũ & nõ pec-
11 cet. Item dicunt, inquit, quia non iustificabitur
Psal.142 in cõspectu tuo omnis uiuẽs. Et huic testimonio
quasi respondit ad nihil aliud, nisi ut scripturę san-

A ctæ inter se litigare uideantur, quarũ concordiam
nos debemus ostendere. Ait em̃, quibus respon- Luc.1
dendũ est quod de sancto Zacharia Euangelista
testatur, dicẽs: Erat aũt Zacharias & Helizabeth
uxor eius iusti ambo in cõspectu domini, & in o-
mnibus mandatis incedentes & iustificationibus
domini sine querela. Qui iusti ambo utiq; legerãt
inter ipsa mãdata, quemadmodũ sua peccata mun
darẽt: Nã Zacharias, quod de omni sacerdote ex
hominibus accepto in Epistola ad Hebræos dici-
tur, etiã pro suis peccatis utiq; hostias offerebat.
Quomodo ergo intelligẽdũ sit quod dicitur sine
querela, iam supra satis, quantum opinor, ostẽdi-
mus. Et beatus, inquit, Apostolus ait: Vt simus 12
sancti & immaculati in cõspectu eius. Hoc agit, Eph.1
ut hoc simus: si immaculati intelligendi sunt, qui
B omnino sine peccato sunt. Si aũt immaculati sunt
qui sunt sine crimine, etiã in hac uita fuisse atq;
esse negare nõ possumus: quia nõ ideo sine ullo pec
cato est aliqs, quoniã non habet maculã criminis.
Vnde & Apostolus cũ ministros eligeret ordinã- Ad Tit.1
dos, nõ ait, si quis sine peccato: quod inuenire nõ
posset: sed ait: Si qs sine crimine: quod utiq; pos-
set. Nec tamẽ ipse ostendit quẽadmodũ secũdum
suã causam debeamus accipere, quod scriptũ est:
Quoniã nõ iustificabitur in conspectu tuo omnis
uiuẽs. Aperta quippe sentẽtia est de superiore uer
su illustrius declarata: Nõ intres, inquit, in iudiciũ
cum seruo tuo, quia non iustificabit in conspectu
tuo omnis uiuẽs. Iudiciũ timet, qa misericordiam
desyderat, quæ superexultat iudicio. Hoc est em̃
C ne intres in iudicium cũ seruo tuo, noli me iudica
re secundũ te qui es sine peccato, quia nõ iustifica
bitur in conspectu tuo omnis uiuẽs: quod de hac
uita dictum sine difficili quæstione intelligit. Et
quod ait, non iustificabit: ad illã perfectionẽ iusti-
tiæ retulit quę in hac uita non est. Itẽ dicunt, in- 13
quit, si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, ipsi 1.Io.5
nos seducimus, & ueritas in nobis nõ est. Et huic
euidentissimo testimonio quasi cõtrarijs testimo-
nijs respondere conatus est, q̃ idem sanctus Ioan-
nes in eadẽ Epistola dicat: Hoc aũt dico fratres,
ut nõ peccetis. Omis qui natus est ex deo, pecca-
tũ nõ facit, quia semen ipsius in eo manet, & non
potest peccare. Item illic: Qui natus est ex deo 14
non peccat, quia generatio dei cõseruat eũ, & ma
lignus nõ tanget eum. Item illic, inquit, ubi de 15
saluatore ait: Quoniã ille apparuit, ut peccata tol-
leret. Omnis qui in eo manet, nõ peccat. Omnis
qui peccat, non uidit eũ nec cognouit eũ. Item 16
illic: Charissimi, nunc filij dei sumus, & nondum
apparuit quod erimus, Scimus quoniam cũ appa
ruerit, similes ei erimus, quoniã uidebimus eum
sicuti est: & omnis qui habet spem hanc in eũ, san
ctificat se, sicuti & ipse sanctus est. Et tamẽ cũ hæc
omnia testimonia uera sint, uerũ est & illud quod
proposuit, & non soluit: Quòd si dixerimus quia
peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & ue-
ritas in nobis non est. Ac per hoc secundũ id q̃ ex
deo nati sumus, in eo qui apparuit ut peccata tol-
leret, id est in Christo manemus & nõ peccamus:

hoc

Universidad de Deusto
Biblioteca

hoc est autẽ, ꝙ interior renouatur de die in diem. Secundũ aũt ꝙ de homine illo nati sumus per quẽ peccatũ intrauit in mundũ, & per peccatũ mors, & ita in oẽs homines pertransiit, sine peccato nõ sumus: qa sine illius infirmitate nondũ sumus, donec illa renouatione, quæ fit de die in diẽ, quoniã secundũ ipsam ex deo nati sumus, infirmitas tota sanetur, in qua ex primo homine nati sumus, & in qua sine peccato nõ sumus, cuius reliquijs in homine manẽtibus interiore, quãuis de die in diem minuant̃ in proficiẽtibus, si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & ueritas
1.Io.3 in nobis nõ est. Quomodo enim uerũ est: Omnis qui peccat nõ uidit eũ, necꝫ cognouit eũ: cũ secundum uisionẽ & cognitionẽ quæ erit in specie, nemo eũ in hac uita uideat atcꝫ cognoscat: secũdum aũt uisionem atcꝫ cognitionẽ quæ est in fide, multi sunt qui peccent, certe ipsi apostatę, qui tamẽ in eum aliquando crediderunt, ut de nullo eorũ dici possit, secundũ uisionẽ & cognitionẽ quæ adhuc in fide est, nõ uidit eũ necꝫ cognouit eũ: Sed intelligendũ arbitror, quia renouatio perficiẽda uidet eũ & cognoscit: infirmitas uero absumenda nõ uidet, necꝫ cognoscit eum. In cuius quantiscũqꝫ reliquijs cõstitutis interius, si dixerimus quia peccatũ nõ habemus, nosipsos seducimus, & ueritas in nobis non est. Cũ ergo per gratiã renouatiõis filij dei sumus, tamẽ ꝓpter reliquias infirmitatis nondũ apparuit quod erimus, scimus quoniã cũ apparuerit similes ei erimus, quoniam uidebimus eũ sicuti est: Tunc peccatũ nullũ erit, qa infirmitas nec interior nec exterior ulla remanebit, & oĩs qui habet hanc spem in eũ, sanctificat seipsum sicut & ipse sanctus est. Sanctificat eĩ se nõ per seipsum, sed credendo in illũ & inuocãdo illũ qui sanctificat sanctos suos: Cuius sanctificationis perfectio, quę nũc ꝓficit & crescit de die in diẽ, oẽs infirmi-
Rom.9 tatis reliquias ablatura est. Itẽ dicũt, inquit, Non uolẽtis necꝫ currẽtis, sed miserẽtis est dei. Quibus
1.Cor.7 respondendũ esse dicit, quod idẽ Apostolus alibi de quodã ait, Quod uult faciat. Itẽ inquit ad Philemonẽ de Onesimo: Quẽ ego uoluerã apud me detinere, ut ꝓ te mihi ministraret, sed sine cõsilio tuo nihil uolui facere, ut non quasi ex necessitate bonũ tuũ esset, sed uoluntariũ. Itẽ in Deuterono-
Deut.30 mio: Vitã & mortẽ dedit ante faciẽ tuam, bonum
Eccl.15 & malũ, elige uitã ut uiuas. Itẽ apud Salomonem Deus ab initio cõstituit hominẽ, & reliquit eũ in manu cõsilij sui: adiecit ei præcepta & mãdata, si uoles, præcepta seruabũt te, & in posterũ fidẽ placitam facere. Apposuit tibi aquã & ignẽ, ad quod uis porrige manũ tuã. Ante hominẽ bonũ & malũ, uita & mors, paupertas & honestas à domino
Esa.1 deo sunt. Itẽ apud Esaiam: Et si uolueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ mãducabitis: Si aũt nolueritis, nec obaudieritis me, gladius uos comedet: Os eĩ domini locutum est hæc. Hic uero
Responsio quantũlibet isti se obtegãt, aperiunt̃. Declarãt eĩ se cõtra dei gratiã uel misericordiã disputare, quã
Mat.6 uolumus impetrare cũ dicimus, Fiat uolũtas tua sicut in cœlo ita & in terra: Et, ne nos inferas in tentationẽ, sed libera nos à malo. Vt quid eĩ ista orando tanto gemitu petimus, si uolẽtis hominis & currẽtis, & nõ miserẽtis est dei? Non quia hoc sine uolũtate nostra agit̃, sed quia uolũtas non implet quod agit, nisi diuinit⁹ adiuuet̃. Hęc est fidei sanitas quæ nos facit orare, quærere ut inueniamus, petere ut accipiamus, pulsare ut aperiat̃ nobis. Cõtra istã qui disputat, cõtra seipsum claudit ostium misericordiæ dei. Nolo plura dicere de retãta, quia melius eã cõmitto fideliũ gemitibus ꝙꝫ sermonibus meis. Videte tamẽ obsecro quale sit, ideo uolẽti & currẽti misericordiam dei nõ necessariã, quæ illum etiam præuenit, ut curreret, quia de quodã ait Apostolus: Quod uult faciat. Ibi ut arbitror ubi sequit̃ & dicit: Non peccat, si nubat: quasi pro magno habẽdũ sit, uelle nubere, ubi de adiutorio diuinæ misericordiæ operosius disputatur. Aut uero etiã ibi prodest aliqd uelle, nisi deus prouidẽtia, qua gubernat omnia, marẽ fœminãꝫ coniungat. Aut quoniã ad Philemonẽ scripsit Apostolus, ut non quasi ex necessitate bonũ eius esset, sed uoluntariũ: quasi aliter sit uoluntarium bonũ, non cũ deus operat̃ in nobis, & uelle & operari pro bona uolũtate. Aut quia in Deuteronomio scriptũ est: Vitã & mortẽ dedit ante faciem hominis, bonũ & malum, & admonuit ut eligeret uitã: quasi & ipsa admonitio non de misericordia ueniat: uel aliquid prodesset eligere uitã, nisi deus eligẽdi charitatẽ inspiraret, & electã habere præstaret. De quo dictũ est: Quoniã ira in indignatione Psal.29
eius, & uita in uoluntate eius. Aut quia dictũ est: Esa.1
Si uoles, præcepta seruabunt te: quasi non debeat deo agere gratias, quia præcepta uoluit, qui destitus omni lumine ueritatis, hæc uelle non posset. Positus ante hominẽ igne & aqua, quò uult quidẽ porriget manũ, sed altior est qui uocat altius ꝙꝫ omnis humana cogitatio: Quando quidẽ initiũ corrigẽdi cor fides est, sicut scriptũ est: Venies & pertransibis ab initio fidei, & quisquis ita elegerit bonũ sicut unicuicꝫ deus partitus est mẽsuram fidei. Et nemo potest ad me uenire, ait princeps fidei, Rom.12
nisi pater meus qui misit me traxerit eũ. Quod de Io.6
fide dictũ esse qua in eũ creditur, satis euidenter postea explanat, ubi dicit: Verba quæ ego locutus sum uobis, spiritus & uita sunt, sed quidã sunt ex uobis qui nõ credunt. Sciebat eĩ ab initio Iesus, qui essent credẽtes, & quis eũ traditurus esset, & dicebat: Propterea dixi uobis, qa nemo potest ad me uenire, nisi fuerit ei datum à patre meo. Magnũ aliqd pro sua causa se inuenisse arbitratus est apud Esaiam prophetã, quia deus dixit: Si uolueritis & audieritis me, quæ bona sunt terræ manducabitis: Si aũt nolueritis & nõ audieritis me, gladius uos comedet. Os eĩ domini locutũ est hæc. Quasi nõ lex tota huiusmodi cõditionibus plena sit: aut ob aliud superbis præcepta ista data sint, nisi quia lex præuaricatiõis gratia posita est, donec ueniret semẽ cui promissum est. Vnde subintrauit ut abũdaret delictũ, & ubi abũdauit delictum, superabundauit gratia: id est ut acciperet homo præcepta superbe de suis uiribus cõfidens, in quibus deficiens

deficiēs & factus etiā præuaricator, liberatorē sal uatorēq; requireret, atq; ita eū timor legis humilē factū, tanq; pædagogus ad fidē gratiamq; perduceret, Ita multiplicatis infirmitatibus postea accelerauerūt, quibus sanādis opportune Christus aduenit In cuius gratiam etiam iusti antiqui credide runt, eadē ipsa gratia eius adiuti, ut gaudētes eum prænoscerēt, & quidā etiā prænunciarēt esse uenturū: uel in illo populo Israel sicut Moyses, & Iesus Naue, & Samuel, & Dauid, & cęteri tales, uel extra ipsum populū, sicut Iob: uel ante ipsum populū, sicut Abrahā, sicut Noe & quicūq; alij sunt quos uel commemorat uel tacet diuina scriptura. Vnus enim deus, & unus mediator dei & hominū, homo Christus Iesus, sine cuius gratia nemo à condēnatione liberat, siue quā cōtraxit ex illo, in quo oēs peccauerūt, siue quā postea suis iniquitatibus addidit. Quale est aūt quod iste posuit in extremo: Si quis dixerit, potest fieri, ut homo uel uerbo non peccet. Respondendū est, inqt, Si uult deus, potest: uult enim deus, ergo potest. Itē ait: Si quis dixerit, fieri potest, ut homo in cogitatione non delinquat: Respondendū est: Si uult deus potest: uult em deus, ergo potest. Videte quēadmodū noluerit dicere, si deus adiuuet, potest: cui dici
Psal. 17 tur: Adiutor meus esto, ne derelinquas me. Non utique ad corporalia bona capessenda & mala cauenda, sed ad gerendā perficiendāq; iustitiā: pro-
Mat. 6 pter quod dicimus: Ne nos inferas in tentatiōem, sed libera nos à malo. Nec adiuuat, nisi qui & ipse aliquid agit: Adiuuat aūt si inuocat, si credit, si secūdū propositū uocatus est, quoniā quos ante prę-
Rom. 8 sciuit & prędestinauit conformes fieri imaginis filij sui, ut sit ipse primogenitus in multis fratribus: Quos aūt prædestinauit, illos & uocauit: quos aūt uocauit, illos & iustificauit: quos aūt iustificauit, illos & glorificauit. Currim⁹ ergo cū proficimus, dū sanitas nostra in proficiētibus currit: sicut etiā cicatrix currere dicitur, quādo bene uulnus diligenterq; curatur, ut ex omni parte perfecti sine ulla simus oīno infirmitate peccati, quod nō solū uult deus, uerūetiā ut impleat facit atq; adiuuat. Et hoc nobiscū agit gratia dei per Iesum Christū dominū nostrū, nō solū præceptis, sacramētis, exemplis, sed & spiritusancto, per quē latēter diffundit charitas in cordibus nostris, q interpellat gemitibus inenarrabilibus, donec in nobis perficiat sanitas, & deus sicut uidēdus est in æterna uerita-
te monstret. Quisq; ergo fuisse uel esse in hac uita aliquē hominē, uel aliquos homines putat, excepto uno mediatore dei & hominū, quibus necessaria non fuerit remissio peccatorū, cōtrarius est di-

A uinæ scripturæ, ubi Apostolus ait: Per unū hominem peccatū intrauit in mundū, & per peccatum mors, & ita in oēs homines pertrāsiit, in quo oēs peccauerunt: Et necesse est, ut impia contentione asserat, esse posse homines, q sine mediatore Christo liberante atq; saluante sint liberi saluiq; à peccato, cū ille dixerit: Non est opus sanis medicus, Rom. 5 Mat. 9
sed male habentibus: Non ueni uocare iustos, sed peccatores. Quisquis aūt dicit, post acceptam remissionem peccatorū ita quenq; hominē iuste uixisse in hac carne, uel uiuere, ut nullū habeat oīno peccatū, cōtradicit apostolo Ioanni qui ait: Si 1. Io. 5
B dixerimus, qa peccatū nō habemus, nosipsos seducimus: & ueritas in nobis nō est. Non enim ait, habuimus: sed, habemus. Quod si quis asserit de illo peccato esse dictū, quod habitat in carne mortali nostra secundū uitiū quod peccātis primi hominis uolūtate contractū est, cuius peccati desiderijs ne obediamus, Paulus apostolus præcepit: nō aūt peccare, qui eidē peccato quāuis in carne habitanti ad nullū opus malū omnino cōsentit uel facti, uel dicti uel cogitati, quāuis ipsa cōcupiscentia moueat, quę alio modo peccati nomē accepit, quod ei cōsentire peccare sit, nobisq; moueat inuitis: subtiliter quidē ista discernit, sed uideat quid agat de dominica oratione, ubi dicimus: Dimitte nobis debita nostra. Quod nisi fallor, nō opus esset dicere, si nunq;, uel in lapsu linguæ, uel in oblectāda cogitatiōe eiusdē peccati desiderijs aliquantulū cōsentiremus, sed tantūmodo dicendū esset: Ne nos inferas in tētationē, sed libera nos à malo.
C Nec Iacobus apostolus diceret: In multis offendi Iac. 3
mus oēs. Nō em offendit, nisi cui mala cōcupiscētia cōtra iustitiæ rationē appetēdo seu uitando, faciendū uel dicendū uel cogitādum aliquid, quod nō debuit, siue fallēs, siue prævalēs persuadet. Postremo si excepto illo capite nostro sui corporis saluatore, asserūt uel fuisse, uel esse in hac uita alii qui homines iusti sine aliquo peccato, siue nunq; cōsentiendo desyderijs eius, siue qa pro nullo peccato habendū est, quod tantū est, ut hoc pietati nō imputet deus, quāuis aliter sit beatus sine peccato, aliter aūt beatus, cui nō imputat dominus peccatū, nō nimis existimo reluctandū. Scio em quibusdā esse uisum, quorū de hac re sententiā nō audeo reprehendere, quanq; nec defendere ualeam.
D Sed plane quisquis negat nos orare debere, ne intremus in tentationē: negat aūt hoc qui cōtendit ad non pecandū gratię dei adiutoriū nō esse homini necessarium, sed sola lege accepta humanā sufficere uoluntatē, ab auribus omniū remouendum, & ore omnium anathematizandū non dubito.

Tomi septimi finis.

BASILEÆ PER HIER. FROBENIVM
ET NIC. EPISCOPIVM
ANNO M. D. XLII.

SERIES CHARTARVM.

a b c d e f g h i k l m n o p q r s t u x y z
A B C D E F G H I K L M N O P Q R S T V X Y Z
Aa Bb Cc Dd Ee Ff Gg Hh Ii Kk Ll Mm Nn Oo
Omnes sunt terniones.

Universidad de Deusto
Biblioteca



Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universidad de Deusto
Biblioteca

Universitätsbibliothek Kassel